BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
25 F
17
C. 22. 6.
13-I.F.15

Digitized by Google

QVODLIBETA REGVLARIA

SIVE

RERUM REGULARIUM,

ET AD PATRES EXCALCEATOS ORDINIS EREMITARVM SANCTI AUGUSTINI

præcipuè ſpectantium

DVBIA VARIA

IN QVIBVS

PLVRA DE EODEM ORDINE

Et alia multa Regularibus omnibus communia, nec inutilia, vt ex primo Indice, tractantur.

CARMELITANI SCALZI
S. MARIA DELLA SCALA

A P. EVSTACHIO A S. VBALDO


Ex eiſdem Excalceatis, Mediolanenſe diſcuſſa, & edita.



MEDIOLANI, MDCXCI.

Typis Caroli Antonij Malateſtæ.

CVM PRIVILEGIO.



Digitized by Google

EMINENT.MO, AC REVER.MO

PRINCIPI

D. D. PALVTIO

CARDINALI DE ALTERIIS,

S. R. E. CAMERARIO.

ET ORDINIS EREMITARVM S. AVGVSTINI PROTECTORI.

IN lucem ad inſtar fœtus prodituro volumini felicitatem auſpicaturus, ab alto mihi cenſui ominandam. Nec moratus eſt animus; ſtatim enim ſe ſe obtulit Alterij nomen Eminentiſſimum. Ità ſiquidem tuæ te per omnia ſublimant dotes Princeps ampliſſime, vt quantum indè emineas, ex eo ſatis eluceat, quod intueri nequeas, quin & aſtra conſpiciantur. Generis ſplendor, morum integritas, canities mentis, cordis ingenuitas, animi magnitudo, in arduis facilitas, in cunctis dexteritas, cætera quæque Principis ornamenta, quibus mirè refulges, ſydera ſunt omnia primæ magnitudinis; & adeò rutilantia, vt cum oculorum aciem obtundant; enumerari effugiant. Nouit ea tamen Orbis totus, qui tua grandia facta ſæpè contemplatus, heroica omnia obſeruans, & ſplendida; teque vnum Chriſtianæ Reipublicæ principem Adminiſtrum, qua prudentia ſeria tractantem, qua munificentia præmia diſtribuentem, quo Pontificatus honore eius dignitati conſulentem, vno verbo, negotiorum animam, & iam Vaticani glorioſum Atlantem obſtupeſcens, virtute magis, quam purpura eminentem, adhuc eminentiore gradu dignum proclamat, & optat. Benè ergò, ſi proſpera ab alto, tam ſublime nomen ego profundè veneratus, Alterianum imploro lucubrationibus hiſce patrocinium. Et ſanè, ſi tua propitia ſint

Digitized by Google

ſydera, nulla aut ſecurior tutela, aut optabilior fortuna. Verum vnum vereor, tanti ſcilicet nominis maieſtatem; ne dum longè impar eſt opus, nimis audacis animi ſit, vel ſola mente humiles pagellas ad aſtra extollere. Parce nihilominus Princeps Eminentiſſime: terram non dedignantur Cæli luminaria, & ſedulis influxibus infima quoque Mundi fouere ſtellarum proprietas eſt, & nobilis. Nec dedecet, vt foueas, cum inter alia tuæ curæ commiſſa Cucullatorum agmina, & quibus ſeruandis oculo ſemper attento inuigilas, Ordinis Eremitarum nactus ſis Protectionem; hoc enim titulo, ſicuti tui iuris ego; ſic & huius pro eodem Ordine elaborati ſtudij præſidium ex ijs eſt, quæ tuæ reſeruantur iuriſdictioni. Accedit obſequij deuinctiſſimi neceſſitas. Ego quippe, qui innumeris à tua humanitate cumulatus promeritis benefica mihi ſydera colere compellor ab intus, ipſis, quod ex me eſt, grata veneratione ſubmitto, ratus poſſe aſtris tutè exponi nocturnos ſudores, quos ipſis teſtibus, & auſpicibus aſtris debile diſtillauit ingenium. Faueat itaque votis tua, quæ tanti valet, auctoritas; & ſi libellum vel vnico dignaberis intuitu, ſatis hoc illi pro quocumque benigno ſtellarum aſpectu: quin ſi tuum in eius fronte nomen generosè patiaris, lætabor & ego pro expreſſa mei ad tuos pedes demiſſi animi nota; tam nobili namque admiſſa inſcriptione, à quocumque charactere deſcriptam mihi ſuadeo meam erga Purpuratum Principem obſeruantiam, ſeù ſæpius impreſſum, quod plena mentis, & cordis deuotione fuerit, ſit, eritque ſemper

Dominationis tuæ Eminentiſs., & Reuerendiſs.

Mediolani die 30. Iannuarij 1691.

Addictiſſimus, & Humillimus Famulus

F. Euſtachius à S. Vbaldo
Auguſtinianus Excalc.

F. MAR-

F. MARTINVS A SS. TRINITATE
Fratrum Diſcalceatorum Ord Eremitarum S. Auguſtini Congregationis Italiæ, & Germaniæ Vicarius Gen.

NT opus, cui Titulus QVODLIBETA REGVLARIA à R. P Euſtachio à S. Vbaldo noſtræ Congregationis S. Theologiæ Prælectore compoſitum, & à Patribus Theologis iam per Nos deputatis reuiſum, & approbatum Typis mandari poſſit, præſentium vigore, noſtrique muneris poteſtate, ſeruatis tamen ſeruandis, facultatem impartimur. In quor. fid. Dat. Romæ in Conuentu IESV MARIÆ. die 24. Iunij 1690.

Fr. Martinus à SS. Trinitate Vic. Gen.

Loco ✠ Sigilli.

Regiſtr. lib. 3. f. 116.

F. Bruno à IESV Secretarius Generalis.

IVSSV Reuerendiſs. P. Martini à SS. Trinitate Vicarij Gener. Fratrum Excalcear. Ordinis Eremit. S. Auguſtini Congregationis Italiæ, & Germaniæ, nos infraſcripti debita attentione perpendimus opus inſcriptum (QVODLIBETA REGVLARIA) ex calamo, & ingenio R. P. Euſtachij à S. Vbaldo eiuſdem noſtræ Congregationis Sac. Theol. Profeſſore; nihilque in eo offendimus fidei orthodoxæ, aut bonis moribus diſſonum, immò publica luce perdignum ducimus, vt Auguſtinianæ Familiæ tam illuſtre ſuperaddatur ornamentum. In quorum fidem ambo ſubſcripſimus in Conuentu noſtro SS. Coſmæ, & Damiani Mediolani die 24. Iunij 1690.

F. Io. Bartholomæus à S. Claudia S. T. Profeſſor.
Fr. Proſper à S. Ioſeph Sac. Theologiæ Lector &c.

Digitized by Google

DE mandato Reuerendiſſimi Patris Magiſtri Proſperi de Leonibus Ciuitatis, & Status Mediolani Generalis Inquiſitoris, acutatè, & maiori quà potui attentione perlegi Opus, cui Titulus eſt. *Quodlibeta Regularia, ſeù Rerum Regularium &c. Dubia varia, à P. Euſtachio à S. Vbaldo diſcuſſa, & edita &c.* Et poſt exactam expenſionem, nihil prorsùs inueni, quod ſacris Orthodoxæ Fidei Dogmatibus, & bonis moribus aduerſetur; in omnibus etenim Dubiorum reſolutionibus præclarè ſelectiſſimorum Doctorum elucet auctoritas, & Auctoris ſacra eruditio; qui tot circà ſtatum Regularium difficultates explanando, profert de Theſauro ſui ingentis laboris in ipſorum vtilitatem noua, & vetera, vt faciliùs perfectionem attingant, & perfectiùs, quæ ſunt proprij muneris expleant: Auguſtinianæ maximè Familiæ tot exhibet, ad eliminandos errores, ſaluberima præcepta, quot tollit dubietates; Quapropter perdignum cenſeo quod Typis mandetur pro communi huius celeberimæ Religionis, ac cæterorum Regularium profectu. Dat. in Conuentu Sanctæ Mariæ Giardini Mediolani die 28. Auguſti 1690.

Fr. Angelicus à Mediolano Ordinis Minorum Reform. Sanctiſſimæ Inquiſitionis Conſultor.

Attenta præmiſſa atteſtatione,

IMPRIMATVR
Fr. Proſper de Leonibus Inquiſitor Generalis Mediolani &c.

Carolus Michael de Conſtantinis Theologus S. Stephani pro Eminentiſs., & Reuerendiſs. D. D. Federico Cardinali Archiepiſcopo.

Franciſcus Arbona pro Excellentiſſimo Senatu.

BE-

BENEVOLO, ET AMICO LECTORI.

PRæfari an deberem anceps eram, & quia quæ mihi præmittenda eſſent, præmittere fortè non expedit; et quia multa, quæ dicenda occurrerent, poſſunt vel ex ipſa lectione deprehendi. Non tamen omninò ſilendum duxi, cum monitum te velim, in hiſce enodandis dubijs priuatum me tantummodò ſtudium intendiſſe; & eo ſolo amore, quo quiſque Auorum geſta, generiſque ſui antiquitatem noſſe deſiderat. Cum namque nonnullorum meo Eremitarum Ordini, nec non eiuſdem Recollectioni aduerſos calamos comperiſſem, variaque in mea Congregatione circa Conſtitutionum intellectum agitari me experientia docuiſſet, tùm eorum argumenta perpendere, tum iſtarum difficultates examinare, vt meæ menti ſatisfacerem, haud inutilem arbitratus ſum temporis iacturam. Secretò itaque plura rimabar, et obiectorum inanitatem, et dubiorum ſolutionem apud me met ipſum reuoluebam, quid in vtriſque pro veritate ſentiendum indagare contentus. Cæterum, cum in nouiſsimas Nicolai Deſnos, Franciſci Macedo, et Caroli Moreau oppoſitiones incidiſſem, illis præfatum meum ſtudium patenti quidem, ſed Religioſa concertatione adaptare à filiali erga Matrem amore ſuaſus ſum, ne verius dicam, coactus; vt ſicuti publici iuris erant hoſtilia ſcripta, ſic vulgatis defenſionibus, et ipſa Religio vindicaretur, et tu vtriſque libratis, quomodo res ſe haberet conſequereris, ſeù pro veritate iudicares. Habes ergo multa pro Ordine, et plura pro eiuſdem Reformatione, iuxta tamen ſolam oppoſitionum exigentiam; et quia omnia communibus rerum Regularium dubijs referta, alia nonnulla quoad meæ Congregationis ſtatuta addidi, vt potè, et cum eodem Ordine connexa, et ad Regulares omnes ſpecialiter ſpectantia; et ideò ad omnia comprehendenda, Quodlibetorum Regularium *titulo inſcripta. Nec puto ingratum laborem, cum Doctorum, et plurium auctoritate cuncta fulciantur; quo fit, vt non aerea tibi credas exhibita. Si verò non omnia eiſdem, & aliqua paucioribus firmata notabis, hoc ex eo pendere ſcias, quia non omnia in eodem loco, et cum eorumdem Codicum beneficio lucubrata. Item, ſi non omnia cum eiſdem ordine, proportione, aut perfectione vel formata, vel digeſta, parce. Duplo maius excreuerat opus, & dignis de cauſis plurima detruncata. Mirum non eſt, ſi deficiat in aliquibus; nunquam cum eadem perfectione ex magnis minuuntur imagines, et ſimulacra. Qualecumque ſit offero; et tu ſi non rem, animum accipe, nec perfecta requiras in priuato ſtudio. Hoc ſolum obſerua, quod mihi vni elaboratum tibi communico, Vale.*

IN-

INDEX
RERUM REGULARIUM MAGIS COMMUNIUM,

*De quibus ſparſim in hoc opere iuxtà adnotata in Indice rerum notabilium ſub ipſiſmet ſequentibus vocibus, & fuſius de aſteriſmo * ſignatis, tractatur.*

ABſolutio.
* Alternatiua in electionibus.
Ambitio.
Appellatio.
Benedictio.
Cantus.
Capitulum.
* Capitulum generale.
Capitulum de culpis.
Confeſſarius.
* Confraternitas.
* Conſtitutiones.
* Definitor generalis.
* Definitorium generale.
* Definitorium annuale.
Diſcreti.
Diſpenſatio.
* Electio.
* Elector.
* Eligendus.
Exemptio.
Excommunicatio.
Excommunicatus.
Generales.
* Habitus Regularis.
Illegitimus.
* Indulgentiæ.
* Iudices cauſarum in Capitul. gen.
* Lex.
* Mendicantes.
* Monachatus.
* Monachi.
Monaſterium.
* Nouitij.
* Nudipedium.
Obedientia.
Ordines ſacri.
Ordines Regular. de quibus aliqua
S. Baſilij.
S. Benedicti.
Brictinorum.
Canonicorum Regularium.
Canonicorum S. Spiritus.
Capucinorum.
Carmelitarum.
Carmelitarum Excalceatorũ.
Carthuſianorum.
Eremitarum S. Auguſtini.
Eremitarum Excalceatorum.
Guilelmitarum.
Minorum.
Minimorum.
Prædicatorum.
Societatis Ieſu.
Tertij Ordinis S. Franciſci.
SS. Trinitatis Excalceatorum.
* Præcedentia.
* Præceptum.
Prælatura.
Prælatus.
* Præſidens Capituli.
Prior.
* Priuilegium.
* Procurator Generalis.
* Profeſſio.
* Protectores Cardinales.
Prouincialis.
* Reformatio Religionum.
* Regula.
Religio.
Religioſus.
* Scrutatores ſuffragiorum.
Statutum.
Suffragium.
Superior.
Supprior.
Tertiarij.
* Tonſura.
* Tranſitus ad alias Religiones.
* Vacatio ab officijs.
Vicarius.
Viſitatio.
Viſitatores.
Viuæ vocis oracula.
Vota.
* Votum non ambiendi.

INDEX QVODLIBETORVM, ET DVBIORVM.

QVODLIBETVM I.
De S.P. Auguſtini Monachatu.

Dubium I.
AN de ratione Monachi ſit ſibi ſoli vacare. pag. 1

Dub. II.
An de ratione Monachi ſit exercitiorum Clericalium abdicatio. 2

Dub. III.
Quid veniat in præſenti nomine Monachi. 6

Dubium IV.
An ab Apoſtolis deducenda Monachorum origo. 7

Dubium V.
An S. P. Auguſtinus fuerit Monachus. 9

Dubium VI.
An benè probetur ex titulo Seruorum Dei. 11

Dubium VII.
An potuerit in Italia vitam Monaſticam ducere. 13

Dubium VIII.
Quandonam de facto inceperit S. P. Auguſtini Monachatus. 15

Dubium IX.
An Tagaſte vitam Monaſticam duxerit. 19

Dubium X.
An à vita communi, quam S. P. Auguſtinus Tagaſte condixit, benè probetur eius Monachatus. 23

Dubium XI.
An antè Epiſcopatum vixerit in Monaſterio. 25

Dubium XII.
An S. P. Auguſtini Monaſteria fuerint verè Monachorum Cænobia, vel Conuictorum laicorum Collegia. 26

Dubium XIII.
An S. P. Auguſtinus vixerit in ſolitudine. 29

Dubium XIV.
An pugnet S. P. Auguſtini Monachatus cum eo quod dicatur laicus. 32

Dubium XV.
An antè Presbyterat. Clericalem vitã intẽderit. 33

Dubium XVI.
An factus Presbyter vixerit cum Monachis. 33

Dubium XVII.
An à vita Monachali fuerit à Deo auocatus. 43

Dubium XVIII.
An ſe Monachum vnquam dixerit. 44

QVODLIBETVM II.
De Eremitani Ordinis origine.

Dubium I.
An S. P. Auguſtinus Monachorum Ordinem inſtituerit. 47

Dubium II.
An nouum Monachatum inſtituerit. 51

Dubium III.
An Ordo à S. P. Auguſtino inſtitutus ſit, & quando dictus Ordo Eremitarum. 52

Dubium IV.
An Ordo Eremitarum à S. P. Auguſtino inſtitutus fuerit Anachoreticus, vel Cænobiticus. 54

Dubium V.
An vita contemplatiua, vel mixta. 55

Dubium VI.
An antè Canonicos Regulares inſtitutus. 59

Dubium VII.
An aliquando defecerit. 60

Dubium VIII.
An Ordo Eremitarum, qui modò eſt, à tempore vnionis generalis inceperit. 61

Dubium IX.
An ſaltem fuerit per vnionem mutatus. 64

Dubium X.
An qui modò eſt, ſit ille idem, quẽ S. P. inſtituit. 66

Dubium XI.
An ſit ab Eccleſia approbatus. 69

Dubium XII.
An approbatus antè Concilium Lateranenſe. 71

Dubium XIII.
An ſit vnus ex Mendicantibus, & quomodo. 75

Dubium XIV.
An præcedere debeat alios Mendicantes. 77

QVODLIBETVM III.
De priuilegijs Auguſtinianæ Religionis.

Dubium I.
Quibus Priuilegijs fruatur Auguſtiniana Religio. 80

Dubium II.
An priuilegijs viuæ vocis Oraculo conceſſis. 80

Dubium III.
An priuilegijs Societatis Ieſu. 82

Dubium IV.
Quid præſtet priuilegiorum communicatio, de quibus intelligenda, & quomodo fiat. 83

Dubium V.
An poſſit nunc vti dictis priuilegijs. 85

Dubium VI.
De duobus notabilibus Auguſtinianæ Religionis priuilegijs. 86

QVODLIBETVM IV.
De Reformatione Ordinis Eremitarum.

Dubium I.
Per quid differat laxata Religio ab Obſeruante. 88

Dubium II.
Quid ſit Reformatio. 89

Du-

Index Quodlibetorum;

Dubium III.

Quinam laxatos Ordines reformare valeant. 90

Dubium IV.

De promouendæ Reformationis obligatione. 91

Dubium V.

An qui profeſſus eſt in Religione laxata teneatur in caſu reformationis illam acceptare. 92

Dubium VI.

An Ordinum Reformationes ſint laxatis præiudiciales. 94

Dubium VII.

An in Eremitarum Ord. fuerint Reformationes. 65

Dubium VIII.

An S. Guilelmus Eremit. Ordinem reformauerit. 99

Dubium IX.

An B. Io. Bonus eundem Ordinem reformauerit. 99

Dubium X.

An de facto in Eremitarum Ordine ſint Obſeruantes, & Reformati. 100

QVODLIBETVM V.

De Excalceatis Ordinis Eremitar. S. Auguſtini.

Dubium I.

Quandonam, & à quibus reſtituti in Ordine Eremitarum Patres Diſcalceati. 101

Dubium II.

Quandonam, & à quibus inſtituta Congregatio Diſcalceatorum Italiæ. 102

Dubium III.

Quandonam ab Eccleſia approbata. 105

Dubium IV.

De munere P. Petri à Matre Dei Carmelitæ Excalceati in hac Congregatione. 105

Dubium V.

De alijs Excalceatorũ S. Auguſtini Congregat. 106

Dubium VI.

De harum Congregationum inter ſe diſtinctione, & comparatione. 107

Dubium VII.

An PP. Excalceati ſint reuera Reformati Ordinis S. Auguſtini. 109

Dubium VIII.

An PP. Excalceatorum vitæ aſperitas repugnet Reformationi. 110

Dubium IX.

An paupertas etiam in cõmuni officiat Reform. 111

Dubium X.

An puritas Regulæ, & Reformatio exigant cantum cum nota. 112

Dubium XI.

De alijs, quæ puritati Regulæ obeſſe videntur. 114

Dubium XII.

An pugnet cũ Reformatione diuerſitas Conſtitutionum. 116

Dubium XIII.

An votum non ambiendi PP. Excalceatorum Italiæ repugnet Reformationi. 118

Dubium XIV.

An PP. Excalceati ſint veri filij S. Auguſtini. 119

Dubium XV.

An hoc denegantes cenſuris reuera ligentur. 121

Dubium XVI.

An per hoc PP. Calceati nõ ſint veri filij S. Aug. 122

Dubium XVII.

An Excalceatorum Congregatio dici debeat Ordo, & Religio. 123

Dubium XVIII.

An Ordo diſtinctus ab Ordine PP. Calceator. 124

Dubium XIX.

An Ordo diuerſus ab Ordine PP. Calceator. 125

Dubium XX.

An Congregatio hæc Excalceatorum ſit à Patribus Calceatis exempta, & quomodo. 126

Dubium XXI.

De PP. Excalceatorum priuilegijs. 127

Dubium XXII.

An hæc Excalceatorum Reformatio ſit Patribus Calceatis præiuditialis. 131

QVODLIBETVM VI.

De Eremitarum S. Auguſtini habitu.

Dubium I.

An S. P. Auguſt. in Monachali habitu inceſſerit. 134

Dubium II.

Qualis fuerit S. P. Auguſtini, & eius Eremitarum Monachalis habitus. 135

Dubium III.

Quid de S. P. Auguſtini, & eius Eremitarum habitu poſſit determinatè ſtatui. 136

Dubium IV.

De eſſentia habitus Auguſtiniani, vbi de Pallio, & Caſula. 137.

Dubium V.

De materia habitus Auguſtinianorum. 139

Dubium VI.

De eiuſdem habitus colore. 141

Dubium VII.

De Auguſtinianorum habitu albo. 142

Dubium VIII.

De Auguſtiniani habitus forma, ſiue Cuculla. 143

Dubium IX.

De eiuſdem Cucullæ accidentalibus. 145

Dubium X.

De Cuculli, ſeu Caputij accidentalibus. 151

Dubium XI.

De veſte interiore, ſeù interula, aut ſubucula. 153

Dubium XII.

De PP. Calceatorum, & Excalceatorum habituum differentia, & approbatione. 154

Dubium XIII.

De horum habituũ ſæcularibus communicatione. 155

Dubium XIV.

De volentibus in habitu Auguſtiniano ſepeliri. 156

Dubium XV.

De obligationibus Religioſorũ quoad habitus delationem. 158

Dub. XVI.

De alijs ad habitum Regularem ſpectantibus. 160

QVODLIBETVM VII.

De Eremitarum Cinctura, & Cincturatorum Confraternitatibus.

Dubium I.

An Cinctura, & qualis ſit pars eſſentialis habitus Eremitarum. 161

Dubium II.

De Cincturarũ cõmunicatione, ſeù diſtributione. 162

Dubium III.

Quinam poſſint ſæcularibus perſonis cincturas communicare. 164

Du-

Dubium IV.
Quot modis fieri poſſit hæc Cincturarũ cõmunic. 165
Dubium V.
De Confraternitat. Cinctur ator., & earũ origine. 168
Dubium VI.
De eadem Confraternitatum origine. 171
Dubium VII.
An Confraternitates huiuſmodi diſtinguantur à Mantellatis. 174
Dubium VIII.
De harum Confraternitatum Indulgentijs. 175
Dubium IX.
De Archiconfraternitatis Cincturatorũ origine. 175
Dubium X.
An hæc Archiconfraternitas conſtituat corpus à Religione diuerſum. 176
Dubium XI.
De Indulgentijs Archiconfraternit. Cincturat. 178
Dubium XII.
An Corrigiati fruantur Indulgentia, quæ dicitur, Portiunculæ. 180
Dub. XIII.
An PP. Eremitani pro lucrandis Indulgentijs debeant in Confraternitate deſcribi. 183
Dubium XIV.
De facultate inſtituendi Confraternitates. 184
Dubium XV.
De obſeruandis in Confraternitatum erectionibus, & aggregationibus. 185
Dubium XVI.
De obſeruandis circà priuilegium Confratrum in ordine ad Confeſſionem. 186
Dubium XVII.
De alijs ad has Confraternitates ſpectantibus. 188

QVODLIBETVM VIII.
De S. Auguſtini, & eius Eremitarum tonſura.

Dubium I.
An, & quomodo attonſi Auguſtinus, & eius Monachi. 190
Dubium II.
Qualis S. P. Auguſtini barbæ attonſionis forma. 191
Dubium III.
De PP. Excalceatorum tonſura. 193

QVODLIBETVM IX.
De Chriſti, Apoſtolorum, & Eremitarum S. Auguſtini calceamentis.

Dubium I.
Quid, & quotuplex calceamentum. 196
Dubium II.
De Sandalijs, ſoleis, & caligis. 197
Dubium III.
An nudipedes, vel Excalceati Chriſtus, et Apoſt. 199
Dubium IV.
Quonã calceamenti genere vſi Chriſtus, & Apoſt. 202
Dubium V.
An aliqua, & quæ calceamenta Apoſtolis à Chriſto prohibita. 204
Dubium VI.
An antiqui Monachi calceati, vel diſcalceati. 207
Dubium VII.
An in Ordine Eremitar. fuerint antiquitus Diſcalceati. 210
Dubium VIII.
An ſubſequentibus temporibus fuerint in Ordine Eremitarum Diſcalceati. 212

Dubium IX.
An probabile ſit, quod S. Nicolaus de Tolentino nudipedium coluerit. 216
Dubium X.
An huiuſmodi nudipedium ſit Auguſtiniano inſtituto conforme. 219
Dubium XI.
An Regulæ, vel Conſtitutionibus repugnet. 221
Dubium XII.
An probabile ſit, quod S. P. Auguſtinus aliquando nudipes inceſſerit. 224

QVODLIBETVM X.
De legibus Eremitarum S. Auguſtini.

Dubium I.
Quid, & quotuplex D. Auguſtini Regula. 227
Dubium II.
An ſub ea vixerint primi Auguſtiniani. 228
Dubium III.
An hæc Regula fuerit ſcripta, vel verbalis. 230
Dubium IV.
An pro viris, vel fæminis ab Auguſt. conſcripta. 232
Dubium V.
Cur de Regula non actum in Concilijs ſub annis. 813. & 816. celebratis. 237
Dubium VI.
An pro Fratribus, vel Clericis, ſiue Canonicis edita. pag. 239
Dubium VII.
Pro quibus, Fratribus ne, an Clericis ex ipſis Regulæ verbis conſcripta dignoſcatur. 245
Dubium VIII.
De eiuſdem Regulæ approbatione, & excellent. 250
Dubium IX.
De Conſtitutionibus, & earum approbatione. 251
Dubium X.
De facultate condendi, & abrogandi Conſtitutiones, & in his ſeruandis. 252
Dubium XI.
De praxi Ordinationum, quæ ſunt via ad Conſtit. 256
Dubium XII.
Vnde Regularum, & Conſtitutionum obligatio, & quomodo diſcernenda. 258
Dubium XIII.
De Regulæ Auguſtinianæ obligatione. 261
Dubium XIV.
De obligatione Conſtitutionum. 262
Dubium XV.
De Ordinationibus, ſeù præceptis Superiorum. 265

QVODLIBETVM XI.
De Profeſſione, & Votis.

Dubium I.
De ſeruandis in admiſſione ad habitum, & profeſſionem. 270
Dubium II.
De qualitatibus recipiendorum ad habitum, & profeſſionem. 272
Dubium III.
De approbationibus in ordine ad profeſſionem, vel reprobatione. 275
Dubium IV.
Ad quos ſpectet quem ad profeſſionem approbare, vel reprobare. 278
Dubium V.
De ætate, & probationis anno ad validam profeſſionem

Index Quodlibet., & Dubior.

nem requiſitis. 280

Dubium VI.

Vbi nam facienda, vt valida ſit probatio. 283

Dubium VII.

De facultate admittendi ad habitum, & profeſs. 285

Dubium VIII.

De licentia ad profeſſionem requiſita. 288

Dubium IX.

De Forma profeſſionis Eremitar. S. Auguſt. 291

Dubium X.

De PP. Excalceatorũ paupertate in communi. 294

Dubium XI.

De quibus intelligenda annuorum redditunm probibitio. 298

Dubium XII.

De Excalceatorum paupertate in particulari, vbi de pecuniarum tactu. 300

Dubium XIII.

De Voto humilitatis, ſeù non ambiendi, & eius conuenientia. 303

Dubium XIV.

Quid, & quos actus importet votum hoc non ambiendi. 304

Dubium XV.

Quas Prælaturas reſpiciat huiuſmodi Votum. 308

Dubium XVI.

Quæ Prælaturæ, & quo ſenſu acceptari non poſſint ſine præcepto, & cuius. 310

Dubium XVII.

De duratione Voti non ambiendi. 312

Dubium XVIII.

De Voto non ambiendi Laicorum. 315

Dubium XIX.

De pœnis infligendis huius Voti tranſgreſſoribus. 315

Dubium XX.

De tranſitu ad aliam Religionem. 316

Q V O D L I B E T V M XII.

De Capitulis, & electionibus.

Dubium I.

De Capituli generalis fine, tempore, & conuocatione. 320

Dubium II.

De Vocalibus Capituli, & obligatione intereſſendi. pag. 322

Dubium III.

De aperitione, & loco Capituli, & alijs in eo obſeruandis. 323

Dubium IV.

De abſolutione generali, quæ datur in Capitulis, & ſolemnitatibus. 324

Dubium V.

De Præſidente Capituli generalis. 326

Dubium VI.

De Iudicibus cauſarum. 328

Dubium VII.

De requiſitis ex parte Electorum. 331

Dubium VIII.

De requiſitis ex parte eligendorum. 333

Dubium IX.

De ineligibilitate ex capite vacantiæ. 337

Dubium X.

De alternatiua in electionibus ſeruanda. 340

Dubium XI.

De reelectione ad eadem officia. 342

Dubium XII.

De alijs ex parte eligendorum requiſitis. 344

Dubium XIII.

De quibuſdam ad electionem præmittendis, & de electione dignioris. 345

Dubium XIV.

De practicis, & alijs in electione cauendis. 548

Dubium XV.

De electione Canonica, vbi de Scrutatoribus. 350

Dubium XVI.

De ſecreto, & alijs in electione obſeruandis. 352

Dubium XVII.

De numero Suffragiorum pro electione Canonica, forma, & in quibus electionibus ſeruanda. 354

Dubium XVIII.

De electionum varietate, tempore, ordine, & qualitate. 356

Dubium XIX.

De Definitorio Capituli generalis. 359

Dubium XX.

De Definitorio annuali, & Patribus illud conſtituentibus. 361

Dubium XXI.

De Definitorij annualis auctoritate. 365

Dubium XXII.

De Priorum à Conuentibus amotione, & commutatione. 367

Dubium XXIII.

De Capitulo, ſeù Congregatione Prouinciali. 369

Dubium XXIV.

De Diſcretorum Prouincialium electione, & qualitatibus. 371

Dubium XXV.

De Capitulo Conuentuali, & in eo agendis. 374

Dubium XXVI.

De electionibus, quæ fiunt in Capit. Conuentuali. 376

Q V O D L I B E T V M XIII.

De Prælatis, ſeù Superioribus.

Dubium I.

De Cardinali Protectore, eius munere, & auctoritate. 379

Dubium II.

De P. Vic. Gen. officio, & auctoritate in cõmuni. 383

Dubium III.

De eiuſdem auctoritate quoad aliqua in particulari. pag. 386

Dubium IV.

De Definitoribus Generalibus, eorum prærogatiuis, & officio. 388

Dubium V.

De ſucceſſione Definitoris in caſu mortis primi ex Definitoribus. 393

Dubium VI.

De Procuratore Generali, & eius officio. 396

Dubium VII.

De Viſitatoribus Generalibus, & Congregationis viſitatione. 399

Dubium VIII.

De alijs Congregationis Superioribus. 403

Dubium IX.

De Præcedentia, ſeù ordine in Congregatione ſeruando. 405

A P P E N D I X

Ad quodlibetum de Monachatu S. P. Auguſtini 411

F I N I S.

QVODLIBETVM PRIMVM
DE
S. P. AVGVSTINI MONACHATV.

1 DE hoc argumento ſatis iam actum, & quidem eruditè, à ſapientiſſimis Magiſtris Ambroſio Coriolano, Ioanne Marquez, Thoma Herrera, Nicolao Cruſenio, Chriſtiano Lupo, Ioſeph Sabbatino, Aloyſio Torello, & alijs. Nec ego tam audax, vt niſi noui oppugnatores Nicolaus Deſnos, & Franciſcus Macedo, vt præfatum eſt, inſurrexiſſent, de eo iterum verſando cogitaſſem. Libentius tamen calamum admoui, vt rationum, quas ipſi aglomerant, & quas poſt laudatorum Magiſtrorum reſponſiones, validiores expectaſſem, debilitate comperta, de Auguſtini Monachatu euidentius conſtet, & magis verificetur hoc Petri Maturi in annot. *ad cap. 13. part. 3. hiſt. D. Antonini* effatum: *D. Auguſtinum religioſam vitam, ideſt cælibem, & ab omni rerum humanarum ſollicitudine liberam, qualem illi agunt, qui noſtro tempore Monachi, & Religioſi vocitantur, inſtituiſſe tàm certum eſt, quàm certum ipſum fuiſſe Auguſtinum*, ſicut, & aliud D. Petri Damiani *Epiſt. 19. lib. 5. Athanaſium, & B. Auguſtinum, nec non Hieronymum, quos nulli dubium Monacos fuiſſe*. Sit ergò.

DVBIVM. I.

An de ratione Monachi ſit ſibi ſoli vacare.

2 DVO certa de Auguſtino habemus; Alterum, quod reuerſus in Patriam *fermè triennio* (verba ſunt Poſſidij in eius vit. *cap. 3.*) *in lege Domini meditans die, ac nocte, & de ijs, quæ ſibi cogitanti, atq; oranti intellecta reuelabat, & præſentes, & abſentes Sermonibus, ac libris docebat*. Alterum, quod quadriennio Præsbyteri munere functus ſit Hippone. Vt autem hanc Auguſtini vitam Monaſticam non fuiſſe oſtendant Deſnos, & Macedo, in hoc, quod eſt ſibi ſoli flendo, & orando vacare, ſeù in ſtudiorum exterarumque curarum, ac Clericatus, & Clericalium munerum excluſione quidditatiuam Monachi rationem conſtituunt. Et in his probandis totus eſt Deſnos in ſuo Canonico Sæculari, & Regulari à *cap. 9. vſque ad* 18. *lib. 3.*, & Macedo *tom. 3. collat. inter D. Thomam, & Scotum*, quoad primam partem *collat. 9. de inſtit. Vit. Chriſti. different. 2. cap. 3. pag. 612., & ead. Collat. 9. de inſtit. Vit. Auguſtini. differ. 2. cap. 1. pag. 662. coll, 2. cap. 2. pag. 669. col. 2. cap. 3. pag. 672., & 687.*, & quoad ſecundam *d. pag. 612., 663., & 664.* Vtraque tamen parum veritati congruit.

3 Quo enim ad primam difficile ſatis eſt, quod Monachi ratio talem importet quietem, & rigoroſam propriæ ſalutis attentionem per fletum, & Orationem, vt litterarum exercitia, curaſque omnes exteriores, hoc eſt, alienæ ſalutis excludat, cum contrarium ſuadeant S. P. Auguſtinus *lib. 19. de Ciuit. Dei cap. 19.* dicens. *Non ſic quiſquam debet eſſe otioſus, vt & in eodem otio vtilitatem non cogitet proximi*, & Thomas à Ieſu *in ſtimulo Miſſionum*, ſiuè *lib. de procuranda omnium gentium ſalute*, latè probans *lib. 2. par. 2.* Religioſis omnibus quantumuis ſolitudini, ac contemplationi deditis valdè conſentaneum eſſe, imò expedientiſſimum Eccleſiæ conatus in animarum conuerſione adiuuare, cum vnicuique Deus mandauerit de proximo ſuo.

4 Et reuera ea propter D. Baſilius propè Vrbes cænobia conſtrui curauit teſte D. Gregorio Nazianzeno *orat. in laud. Baſily*. ibi. *Vt autem non ſolum ſibi, ſed alys quoque proficeret, primus cænobia excogitauit*, & poſt pauca: *quamobrem Monachorum cænobia non procul ab his, qui in hominum Societate viuunt ædificari iuſſit*,

vt propinquitate, cum opus charitatis expoſceret, adeſſe poſſent, ne ipſi Monachi actionis merito, quod ex impendenda alijs charitate exiſteret, priuarentur; ſeù vt Hieronymus Platus *de bon.Stat.Relig. lib. 2. cap. 25. §. idem quoque* declarat, *vt proximis quoque eſſet vtilis, ac fructuoſa*, ſcilicet Monaſtica inſtitutio. Vndè de eo *in 3. lect. 2. noct. offic. S. Baſilij* Sic canit Eccleſia. *Monaſterijs extructis ità Monachorum inſtitutum temperauit, vt ſolitariæ, atque actuoſæ vitæ vtilitates præclarè ſimul coniungeret.*

5 Imò hoc vſitatiſſimum in antiquioribus Monachis teſtatur Caſſianus, eos (*Collat. 14. cap. 4.* varijs pietatis operibus intentos deſcribens: *Quoſdam Xenodochijs, & ſuſceptionis pium delectat obſequium, & magis B. Macarium ſingularis manſuetudinis, ac patientiæ virum, qui Xenodochio ità apud Alexandriam præfuit, vt nulli corū, qui ſolitudinis ſecreta ſcrutati ſunt, inferior ſit credendus. Quidam eligentes ægrotantium curam, alij interceſſionem, quæ pro miſeris, atque oppreſſis impeuditur, exequentes, aut doctrinæ inſtantes, aut eleemoſinam pauperibus largientes, inter magnos, ac ſummos viros pro affectu ſuo, ac pietate viguerunt.*

6 Et ſignantèr ſtudijs cum proximi vtilitate ex conſuetudine priſcos Monachos vacaſse dubium non eſt ex adducto Caſſiano, & iuxtà Auguſtini obſeruationem *lib. de morib. Eccleſ. Cathol.*, de qua infrà *num. 79., 929., & 930.* Quin pro pueris ſæcularibus inſtruendis intrà antiquorum cænobiorum clauſtra ſcholas inſtitutas fuiſſe à Monachis certiſſimum eſt, vt de Bethlemitico monaſterio teſtatur Ioannes Baptiſta Queſnay *in Caſſian. Illuſtr. lib. 1. cap. 4.* & indifferentèr de monaſterijs Orientis Antonius Dadinus Alteſerra *lib. 5. rei Monaſtic. cap. 10.*, & docent Platus *d. lib. 2. cap. 25. §. hanc igitur*, & Suarez *tom. 4. de Relig. tract. 10. lib. 5. cap. 5.*, qui præter Concilia, Baſilium adducunt in Regul. breuiorib. *ad interrogat. 292. an conueniat, vt inter Monachos ſint Magiſtri puerorum ſæcularium?* reſpondentem *conuenire*, modò tamen cum litteris erudiantur ad pietatem. Quod adeò verum eſt, vt Nebridius à Mundelheim *in antiqu. Monaſt. epiſt. 81.* hunc ſpecialem morem ſic adnotauerit: *Nihil eſſe antiquius in Eccleſia, quam quod Monachi in ſcholis iuuentutem inſtruxerint;* vndè eſt, quod poſtea in monaſterijs Benedictinorum, non ſolum adhuc ipſo S. Benedicto ſuperſtite iuuentutem Romanam, vt refert S. Gregorius *lib. 2. Dialog. cap. 5.* ſed & ſubſequentibus temporibus adoleſcentes alios educari, ac inſtrui conſuetum fuerit, vt clarè oſtendunt à Mundelheim *ibid. epiſt. 82.* Benedictus Hæftenus *in vit. S. Gregor. cap. 3. num. 14., & diſquiſit. Monaſt. lib. 2. tract. 7. diſq. 4., & lib. 9. tract. 4. diſq. 2.*, & Alteſerra *loc. ſupr., & lib. 8. cap. 5.*

7 Non ergò tam otioſum reputandum Monaſticum inſtitutum, vt omninò ſibi ſolis incumbere debeant Monachi, ni propter ſupradicta exercitia Baſilianum, & Benedictinum Ordines Monaſticos, & antiquos Monachos, Monachos negare quis ineptè voluerit. Ratio autem, cur Monaſticæ profeſſioni non ea aduerſentur, illa eſſe poteſt, quam tradit D. Thom. *22. q. 187. art. 2. in corp.*, quia quamuis *Religioſi præcipuè, & propter ſe debeant intendere ad hoc, quod Deo vacent* (quod maximè à Monachorum inſtituto exigitur) *hoc ipſo, quod proximis ſeruiunt propter Deum, dilectioni Diuinæ obſequuntur*, & quia, vt *num. 11. fin., & nu. 216.* dicitur, contemplationi non obſtant, ſi proximorum ſalutis gratia fiant. Ex eo igitur, quod Auguſtinus, qua ſermonibus, qua libris, ſiuè alio modo idem præſtiterit, non benè deducitur, quod Monachus non fuerit.

8 Probatur adhuc tamen ſpecialiter; Primò ex D. Thom., qui *Opuſc. 19. cap. 2.* cui titulus, *an Religioſo liceat docere*, ſic reſoluit quoad Monachos: *Ex quibus accipi poteſt, quod Monachi poſſint ſuſcipere docendi officium;* & exemplificat in Gregorio Nazianzeno, *qui, cum Monachus eſſet, Conſtantinopolim eſt adductus, vt Sacram Scripturam ibi doceret;* Item in Damiano, *qui, cum Monachus eſſet, Scholares docuit non ſolum in Sacra Scriptura, ſed etiam in liberalibus artibus;* in Gregorio, Baſilio, Chryſoſtomo, *& alijs multis, qui religioſi fuerunt, & præcipui Eccleſiæ Doctores;* & inter ipſos adducit Auguſtinum: *de Auguſtino etiam legitur, quod poſtquam monaſterium inſtituit, in quo cæpit viuere ſecundùm Regulam ſub Sanctis Apoſtolis inſtitutā, ſcribebat libros, & docebat indoctos;* Auguſtinum, inquam, vt verum Religioſum, & non vtcumque, ſed Monachum, cum inter Monachos, & ad probandum Monachos poſſe docere ipſum adducat, & vlteriùs loqui videatur de Auguſtino Religioſo in agris Tagaſtenſibus indoctos libris edocente, iuxtà ſupra adducta Poſſidij verba *præſentes, & abſentes ſermonibus, & libris docebat*, quæ de Auguſtino in ipſis agris verificantur; ſeù nundùm Præsbytero, ſed laico, adeòque verò Monacho. Ergò cura proximi, & illi litterarum exercitijs prodeſſe non pugnat cum ratione Monachi; nec benè hinc excluditur Auguſtinus à Monachatu.

9 Secundò: Monachos ab Auguſtino inſtitutos veros Monachos fuiſſe euincitur ex lib. *de Operibus Monachorum* propter ipſos conſcripto. De ipſis *ibi cap. 18. Numquid hoc omnes in Monaſterio poſſunt, vt conuenientibus ad ſe ex alio genere vitæ Fratribus, vel Diuinas lectiones exponere, vel de aliquibus lectionibus ſalubritèr diſputare? Quoniam verò non omnes poſſunt, cur ſub hoc obtentu omnes vacare volunt?* Si ergò ipſi veri Monachi, & ſi diſputationibus *aduenientes* ex alio genere vitę, hoc eſt, exteros iuuabant, quarè non Monachus hac de cauſa Auguſtinus?

DVBIVM II.

An de ratione Monachi ſit exercitiorum Clericalium abdicatio.

10 HÆC eſt alia conditio Monachi iuxta Deſnos, & Macedo, vt inſinuauimus: quin ille ſpecificam differentiam eſſe contendit

dit *d. lib. 3. cap. 15., & 16.* Quod tamen non diſſimiles patitur difficultates; quo enim ad prædicationem contrarium oſtendunt, quæ habet D. Thom. *d. Opuſc. 19. cap. 14.*, & quæ ex Chriſtiano Lupo *in exibit. Sacror. Canon. cap. 3., & 4.* refert in conſult. Canon. pro Regul. *Conſul. 1. reſol. 3., & 4.* Iacobus à S. Antonio Carmelita; & apparet in Simone Stylita laudato à Bellarmino *lib. 2. de Monachis cap. 39.* & à Theodoreto in *Hiſtor. Monaſt.* eo quod populum è columna doceret; & in Sanctis Antonio, Afraate, Iuliano Monachis ad Populum aduerſus Iulianum confirmandum, inſtruendumque è monaſterio egreſſis, alijſque quampluribus, quos Hiſtoriæ Clericalibus hiſce, & ſimilibus miniſterijs memorant occupatos, & quos recenſere longum eſſet, de quibus ſuccosè Nebridius à Mundelheim in *antiquar. Monaſt. epiſt. 74.*, & Alteſerra *de orig. rei Monaſt. lib. 8. cap. 1., & 2.* quibus ſanè non vacaſſent, ſi eorum ſtatui repugnaſſent.

11 Probatur tamen, (& hoc ſufficiat, vt cætera omittantur) à Bonifacio Papa IV. *Cap. ſunt nonnulli 16. q. 1.* quia *neque D. Benedictus Monachorum Pater, & Præceptor almificus huiuſmodi rei* (ideſt elericalium exercitiorum) *fuit aliquo modo interdictor*; prohibuiſſet namq; ſi Monaſticę inſtitutioni aduerſarentur; Quin, cum ad Caſſinum Montem veniſſet, vbi infidelium turba adhuc Idolorum cultui ſeruiebat, non ſolum *ipſe contriuit* (referente D. Gregor. *lib. 3. Dialog. cap. 8.*) *ſubuertit aram, & commorantem circumquaque multitudinem prædicatione continua ad Fidem vocabat*, ſed etiam *crebrò* (*ibidem cap. 19.*) *pro exhortandis animabus fratres ſuos mittere curabat*. Vndè colligit Benedictus Hæftenus *cit. diſq. 4.* minimè Regulæ ſuæ, ideſt D. Benedicti contrariari exercitia Sacerdotalia. Quod affirmandum, & de alijs Monachorum Ordinibus, cum *nec in alys Regulis*, vt tradit D. Thomas *ibid.* hoc *prohibeatur, & neque ex voto, & præcepto Regulæ obligentur ad hoc, quod ab his abſtineant*. & tantum abeſt, quod eis hæc munera contrarientur, quod potius ex aſſumpto Sanctitatis exercitio ſunt ad ea magis idonei Monachi, vt ibi loquitur D. Thomas, & ex laudato Bonifacio probat Theophilus Raynaud. *tom. 11. in critic. ſacr. pag. 187.*, & ex Vrbano II. Chriſtianus Lupus *loc. ſup. cap. 4.* Porrò autem non aduerſari benè explicat Iordanus de Saxonia *lib. 1. vit. Fratr. cap. 10., & 11.* quia actiones huiuſmodi docendi, & prædicandi, dum animarum lucro fiunt, contemplatiuæ, vt ipſe dicit, vitæ non obſtant.

12 Quo verò ad Sacerdotalem Ordinem, non facta commemoratione Dioſcori, & Eulogij ſuorum monaſteriorum, vt ſcribit Sozomen *lib. 6. cap. 28.* Patrum, ac Præsbyterorum; neque Pauliani Monachi per S. Epiphanium, vt idem inter Epiſt. D. Hieronymi ad Ioan. Hieroſolym. Epiſc. *epiſt. 60.* ad Diuina cęnobij Bethleemitici myſteria ordinati, eo quod Hieronymus, & Vincentius pariter Præsbyteri *propter verecundiam, & humilitatem nollent debita nomini ſuo exercere Sacrificia*. Vbi aduertendum obiter, non benè à Deſnos *eod. lib. 3. cap. 16. pag. 198.* ex hac D. Hieronymi, & Vincentij ad ſacrificandum humilitatis ergò renitentia deduci, *quod ſi quis Monachus Præsbyter fieret, non defungebatur munijs Eccleſiaſticis: Imò à Sacrificio celebrando abſtinebat*; quaſi indè inſinuans Monachatui, aut repugnare, aut repugnare iudicatum Præsbyteratum; quod enim cum ſuo ſocio Vincentio hoc præſtiterit Hieronymus, non idem arguit conſuetum in alijs. Sicuti per hoc, quod Præsbyteratum recuſauerit S. Franciſcus, non benè deducitur, alios Fratres à Sacerdotio cauere conſueuiſſe. Et vlteriùs conuincitur ad hominem; quia ſi Paulianus functus fuit Sacerdotio, & adimpleuit, quod exercere recuſabat D. Hieronymus; Quomodò qui Præsbyter initiabatur, abſtinebat à Sacerdotio?

13 Non facta, inquam, promotionis Monachorum ad miniſtranda in monaſterijs Sacramenta mentione; de qua conſuetudine bene ex SS. Patribus, & Caſſiano *Collat.* præcipuè *18. cap. 5.* Bellarminus *de Monachis lib. 2. cap. 6. §. Hic eſt duplex mendacium*, & quos multos inter Nitriæ Monachos teſtatur D. Hieronymus *epiſt. 27.* dicens, occurriſſe Paulæ turbas innumerabiles Monachorum, *ex quibus multos Sacerdotalis, & leuiticus ſublimabat gradus*, licet & hinc euidentèr dignoſcatur, huiuſmodi gradum eorum ſtatui nullatenus pugnare; hoc vnum obſeruo, quod tam ipſe Hieronymus *epiſt. 4. ad Ruſticum Monachum*, & habetur *cauſ. 16. q. 1. c. 26.* ſic illum adhortatus ſit, *ſic viue in monaſterio, vt Clericus eſſe merearis. Multo tempore diſce, quæ poſtmodum doceas. Quod ſi Populus, vel Epiſcopus* (non ergò iudicauit pugnare cum Monachatu) *te in Clericum elegerit, age ea, quæ Clerici ſunt*: quam S. P. Auguſtinus *epiſt. 81. ad Eudoxium*, & item habetur *cap. 30. d. cauſ. 16., & q. 1.* talibus ſit Inſulæ Caprariæ Monachos allocutus: *Vos autem Fratres exhortamur in Domino, vt propoſitum veſtrum cuſtodiatis, & vſque in finem perſeueretis; ac ſi quam operam veſtram Mater Eccleſia deſiderauerit, nec elatione auida ſuſcipiatis, nec blandiente diſſidia reſpuatis: ſed miti corde obtemperetis Deo, nec veſtrum otium neceſſitatibus Eccleſiæ præponatis*; Ex his namque adhortantibus apertiſſimè conſtat, non obſtare clericatum Monachatui; cum veriſimile non ſit, eximios hos Eccleſiæ Doctores ad id, quod in ſui propoſiti, ſeù profeſſionis deſtructionem vergeret, voluiſſe Monachos adhortari.

14 Idem habetur ex *epiſt.* D. Athanaſij ad Dracontium, qua Serapionis, Apollonij, Agathonis, Ariſtonis, Amonij, aliorumq; Monachorum ad Epiſcopatum promotorum exemplo illum ad Epiſcopale munus ſuſcipiendum hortatur, & quaſi cogit, oſtendens (ſic in *ſcholijs ad Can. 4. Concil. Calcedonen.* Mag. Chriſtianus Lupus, *& in epitom. annal. Baron. ad ann. 328.* Gabriel Biſciola) illum, ideſt Epiſcopatum

propoſito Monaſtico non aduerſari. Vnde ſubdit idem Lupus: *Plures ille ad euertendam Arianam rabiem doctos Monachos Epiſcopatui impoſuit, & omni Clero; eiuſque exemplum alij etiam Patriarchæ, & Metropolitæ, & Epiſcopi ſunt feliciſſimè æmulati*. Adeò vt, cum propter hoc monaſteria exhaurirentur, *addidere poſteriores Canones, Monachum ab Epiſcopis non poſſe aſſumi in Clericum ſine licentia Abbatis*; hoc eſt *cap. Monachi vagantes. cap. cum pro vtilitate 16. q. 1. & diſt. 58. c. 1. & 2.* & proſequitur Franciſcus Hallier de Sacris electionibus *in appendic. ad cap. 3. §. 2. n. 7.* & hinc bene dixit Lelius Biſciola *loc. cit. negari non poſſe, fuiſſe Monachiſmum Seminarium in Eccleſia Dei Sanctiſſimorum Epiſcoporum, ex quo Baſilij, Gregorij, Chryſoſtomi, & alij tàm in Oriente, quàm in Occidente viri ſpectatiſſimi prodiere; quorum omnium, qui Antonium Magnum dixerit Patriarcham, non errabit*. Et Mag. Ioſeph Sabbatinus *lib. 3. Vindiciarum Monachat. S. Auguſtini Sect. 1. §. 2.* illis temporibus *nihil vſitatius quam, quod Monachi, vtpotè Dei Seruitio arctioribus vinculis mancipati in Clerum paſſim coaptarentur*. Quod ex *cap. doctos. 16. q. 1.* temporibus Ambroſij vſitatum fuiſſe colligit Leonardus Leſſius. *De iuſt. & iur. lib. 2. cap. 41. dubit. 12. nu. 98.* dicens tunc Monachos ad curam animarum conſueuiſſe promoueri. Et de Monaſterio. S. Martini ſic in eius Vit. *cap. 7.* S. Sulpitius: *quæ enim Ciuitas, aut Eccleſia, quæ non ſe de Martini monaſterio cuperet habere Sacerdotes?* Imò, vt bene Nebrid. à Mundelheim cit. *Epiſt. 74. Græci ad Eccleſiaſticam dignitatem neminem admittunt, niſi prius Monachatu initietur*; & *queſt. quodlib. de Orig. Eremit. S. Aug. cap. 16.* Chriſtianus Lupus: *erat in multis præſertim Orientalibus Eccleſijs Monachatus gradus ad Clericatus aſcenſum præuius, atquè neceſſarius, adcò vt, qui ex infimi propoſiti Laico aſſumeretur in Epiſcopum, primò in Monachum tonderi deberet, atque de iſta tonſura poſt aliquos dies leuari in Clericum, atque ita gradatim in Cathedram Epiſcopalem*, quæ ſtare non poſſent, ſi cum Monachatu pugnarent.

15 Reſpondet Deſnos *cap. 16.* ob Clericorum inopiam ex diſpenſatione, & priuilegio hæc contigiſſe; quod inſinuat Dadinus Alteſſerra *loc. ſup. lib. 7. cap. 2.* Et Macedo *ead. collat. 9. pag. 674.* vbi *col. 2.* addit, hanc diſpenſationem fuiſſe priuatam ob neceſſitatem, & erga perſonas graues annis, & plenas canis, qualis reperitur in *cap. Monachos 16. q. 1.* confirmata per Gelaſium *cap. Priſcis diſt. 55.* ſubditque conſtare: *Certè ne ipſam quidem S. Benedicti venerandam Religionem hanc habuiſſe ab initio centum propè poſt annis facultatem*; quod ſcripſerat, & Deſnos, hoc eſt, nullos ab initio fuiſſe in Ordine Benedictino Sacerdotes.

16 Sed reuerà, præter quam quod hæc reſponſio nec quadrat ſupradictis, nec applicari poteſt promotionibus Monachorum antè Syricium, & Gelaſium, quibus huiuſmodi diſpenſationes attribuuntur, Syricius *d. cap. Monachos* nullum habet verbum, ex quo colligi poſſit proceſſiſſe diſpenſando. *Monachos quoque* ſic Pontifex, *quos tamen morum grauitas, & vitæ, ac fidei inſtitutio ſancta commendat, clericorum officijs aggregari optamus, & volumus*; quibus in verbis nec vmbra diſpenſationis; & magis apparet ex cauſa talis Decreti, quæ iuxta Gloſs. *ibi* fuit quæſitum Summo Pontifici factum. *Vtrum Monachi bonæ vitæ poſſent Clericorum Officijs aggregari?* cui cum reſponderit, quod ſic, non diſpenſaſſe, ſed quod illis congruebat declaraſſe manifeſtum eſt. Idem de Gelaſio Papa *d. cap. Priſcis* ſentiendum; cum etenim, vt *ibid.* Gloſ. quæſitum ab eo fuerit, an ſtante Sacerdotum penuria, de Monachis, vel Laicis poſſent aliqui promoueri, reſponderitque, quod ſic; hoc eſt æque Monachos, & Laicos poſſe Clericali muneri adſcribi, non indè videtur deducenda diſpenſatio; alias dicendum eſſet, & Laicis diſpenſatum fuiſſe, cum tamen ex eo, quod poteſt quis ex Laicis ſolutis militiæ Clericali nomen dare, non eſſet ſuper quo diſpenſaretur. Et multo minus ſubſiſtit, quod ait Macedo, huiuſmodi diſpenſationem reſpexiſſe *perſonas graues annis, & plenas canis*, cum ibi à Syricio triginta anni in promouendis fuerint requiſiti, *ità vt qui intra trigeſimum ætatis annum ſunt digni minoribus per ſingulos creſcendo tempore promoueantur ordinibus*. Sicuti penitus veritati opponitur, quod de Sancti Benedicti Ordine ſubdit, cum apertè in eius Regula *cap. 60.* ad habitum Sacerdotes recipi ipſe S. Benedictus permiſerit; & *cap. 62.* ſic ſtatuerit: *Si quis Abbas ſibi Presbyterum, aut Diaconum ordinare petierit, de ſuis eligat, qui dignus ſit Sacerdotio fungi*.

17 Addo, Monachos de iure communi, hoc eſt, antiquo poſſe ad Eccleſias Parochiales Sæculares promoueri, vt latè Barboſ. in *cap. quod Dei timorem. de ſtat. Monach.* hoc eſt ſine diſpenſatione, iuxtà Sanchez in *præcep. Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 29. n. 35.* ex eodem Gelaſio Papa, qui *cap. in Parochia. 16. q. 1.* iubens *Monachum* (ſunt verba Sanchez) *ad beneficium Parochiale præſentatum admitti ab Epiſcopo, & nullatenus verbo diſpenſationis vtitur, quaſi voluerit diſpenſare; & ideo ius commune videtur explicare*; quod probat, & proſequitur Aſcanius Tamburin *de iur. Abb. tom. 3. diſp. 9. q. 8. n. 4. & 5.* plures, (quod præſtat & Sanchez) pro hac ſententia adducens Doctores. Quod ſi prætenſa diſpenſatio admittenda ſit, nec adhuc euincitur intentum, cum dici poſſit, ideò diſpenſatum, non quia Clericorum munia à Monaſtico excluderentur inſtituto, ſed quia à præcedentibus Pontificibus, & Conc. Nicæno, atque Calcedonenſi, vt videre eſt apud eumdem Tamburin *ibid. tom. 1. diſp. 2. q. 3. n. 4.* illis prohibita; quod magis nobis fauet, cum ex tali prohibitione vſus contrarius probetur.

18 Vt autem veritas locum habeat fateor antiquos Monachos laicos fuiſſe, vt fusè *dub. 14.* Poſtmodum teſtibus Azorio *Inſtit. Moral. tom. 1. libr. 12. cap. 19. q. 11.* Barboſ. *in cap. à Subdiacono diſt. 93. & cap. Monachis 16. q. 1.* eorum aliquos in ſuis monaſterijs ordinatos Preſbyteros; deinde ad alijs Sacramenta miniſtranda

ſtranda

Digitized by Google

ſtranda deputatos; & poſtremò, vt ex Athanaſio, Hieronymo, & Auguſtino obſeruauimus, ad Epiſcopatum promotos. Vnde ad reſoluendam difficultatem dicendum, aliud eſſe Monachatum non ex ſe petere munera Eccleſiaſtica, quod admittitur, & aliud ea poſitiuè excludere, vt volebant Deſnos, & Macedo, quod negatur; & hinc à Clericatu ſufficienter diſtingui, quod Clericatus non per ſe dicit vota Monachalia, & per ſe petit ad Eccleſiaſtica exercitia promoueri: Monachatus verò ea Vota per ſe dicit, & hæc munia non per ſe petit, cum hoc tamen, quod neque poſitiuè excludat.

19 Probatur tum ex dictis de conſuetudine promouendi Monachos, & de aſcenſu ad Clericatum per gradum Monacbatus, tum ex D. Thom. apertiſsimè, qui 2. 2. *q.* 187. *art.* 1. *ad* 1. cum ſibi obieciſſet verba Synod. Conſtantinop. *cap. Hoc nequaquam* 7. *q.* 1. *quod vita Monachorum ſubiectionis habet verbum, & diſcipulatus, non docendi, vel præſidendi, vel paſcendi alios*; verba D. Hieronymi ad Ripar. Præsbyt. aduerſ. Vigilant. *cap. Monachus* 16. *q.* 1. ſcilicet: *Monachus non Doctoris, ſed plangentis habet officium*; verba D. Leonis Papæ ad Theodoric. *ibid. cap. Adycimus* nempè, *præter Domini Sacerdotes nullus audeat prædicare, ſiuè Monachus, ſiuè Laicus* (quæ coincidunt, cum argumentis Deſnos, & Macedo) reſpondet, ex illis verbis baberi, *quod Monachi ex eo, quod ſunt Monachi non nanciſcuntur poteſtatem talia faciendi*; Ad hoc enim, vt docet *in corpor.* non dat ſtatus Religioſus poteſtatem, ſed requiritur, vt recipiat vel ordinem, vel iuriſditionem: *Non autem, quod ex hoc, quod Monachi ſunt habeant aliquid contrarium executioni talium actuum*. Cuius mentis videtur, & Suarez *tom.* 4. *de Relig. tract.* 9. *lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 6. dum Clericos à Monachis per hoc aſſerit diſcriminari, quod illi per ſe petunt ea, quæ pertinent ad Diuina Myſteria, non verò iſti. Tambur. *d. tom.* 1. *diſp.* 25. *nu.* 90.

20 Confirmat hoc totum alia conſimilis eiuſd. D. Thom. *ex Opuſc.* 19. *cap.* 2. doctrina: *Quod etiam ſecundò*, ait, *obyciunt, quod Monachus non docentis, ſed plangentis habet officium, pro eis non facit; ibi enim Hieronymus oſtendit, quod Monacho, ex hoc, quod eſt Monachus competat pænitentiam agere, non docere, ſicut illi, ſibi vſurpabant, de quibus diximus, quod ex hoc ipſo, quod Monachi erant, docere volebant; vel intendit oſtendere, quod Monachus, ex hoc, quod eſt Monachus, non obligatur ad docendum. Sic enim Hieronymus inducit hoc in epiſt. contra Vigilant. Non autem ſequitur, ſi Monachus non habet officium docendi, quod accidere non poſſit; Sicut non ſequitur, ſi Subdiaconus non habet officium legendi Euangelium, quod ad hoc officium aſſumi non poſſit*.

21 Addi etiam poſſet, Monaehatum ordinem quemdam conditionatum ad Clericalia munera dicere; cum enim priſci Monachi, à quibus Monachatus quidditas dimetienda, ſine regula ſpeciali, vel ſaltem ſine regula id prohibente viuerent, & Epiſcopis, quorum tunc erat Monachorum inſtituta approbare, arctiori vinculo ſubderentur, & parere tenerentur, ita Monachatum eos profeſſos fuiſſe credendum eſt, vt ſi Epiſcopi veri eorum Superiores id demandaſſent, Clericatum aſſumere parati eſſent; vt à differentia inter Monachos, & Clericos tempore S. P. Auguſtini per Franciſcum Biuarium (*Comment. ad Ann.* 406. *Chron. Lucy Flauy Dextr. n.* 1. deſcripta colligitur: *Vndè Clericos*, ait ipſe, *qui alias intrà Vrbis mænia pro ſeruitio Altaris habitabant, in vnum colligens, monaſterium fecit Clericorum, qui certè eo ſolum à Monachis diſcrepabant, quod Altari eſſent deſtinati, & intrà Ciuitatem degerent, cum Monachi, & in rure viuerent, & Sacris Ordinibus ordinati non eſſent: Quando tamen opus erat, & de Monachis Clerici fiebant, & quos probarat Auguſtinus in monaſterio Monachorum, hos poſtmodum ad Vrbem adducebat, indè ad Epiſcopatum plerumque ſublimandos*; Ipſi enim, vt ſuo Epiſcopo obedire tenebantur: quod, & de omnibus alijs Monachis dicendum. Ex quo dignoſcitur eorum inſtitutum fuiſſe, præter vota, quæ Monachis eſſentialia ſunt, orare quidem, flere, ſolitarie viuere, ſibi vacare, & Clericatu carere; non tamen abſolutè, ſed conditionatè, hoc eſt, non aliter diſponente Prælato, ſiuè Epiſcopo; & ſic ſtante hoc reſpectù conditionato nequaquam Eccleſiaſtica munia poſitiuè excludi à Monachatu, ſed tantum non per ſe peti. Quo principio, & ſoluuntur omnia, quæ ad excludendas à Monachatu curas omnes, & ſollicitudines Eccleſiaſticas, & Deſnos, & alij omnes adducere poſsunt; & habetur intelligentia differentiæ Monachi à Clerico, quam Deſnos *cap.* 16. ex SS. Dionyſio, Paulino, Ambroſio, & Iuone, & Macedo *d. collat.* 9. *pag.* 662. *col.* 2. in flendo, tacendo, & orando ſtabilire laborant; omnium ſiquidem, ſiuè Patrum, ſiuè Conciliorum ſenſus eſt in huiuſmodi aſsertioribus, quatenus Monachus non per ſe petit exercitijs Eccleſiaſticis occupari, ſicut petit Clericus: non verò, quod illa excludat.

22 Reſpondendum tamtummodo ad id, quod ex D. Hieronymo probare contendit Deſnos. Scribit ergò *d. cap.* 16. D. Hieronymum *Epiſt.* 61. *ad Pammachium* de ſe loquentem teſtari, ita ſibi, & ea conditione à Paulino Antiocheno *Præsbyterium fuiſſe tributum, vt Monachum non auferret*; & ex hoc infert, S. Doctorem ſenſiſse, Monachatum auferri ei, qui curam animarum ſuſcipete, & Paſtorem agere cogeretur, & tam inuicem repugnantia hęc iudicaſse, Monachum profiteri, & Clericum agere, *vt iure timeret Sacerdotis promotione Monachiſmum auulſum, & deſtructum iri*. Verba tamen D. Hieronymi, quę non ea ſunt, quę à Deſnos adducuntur, ſed hæc: *Non rogaui te, vt ordinarer* (dicit ſic cum Paulino ſe locutum); *ſi ſic Præsbyterium tribuis, vt Monachatum nobis non auferas, tu videris iudicio tuo: Sin autem ſub nomine Præsbyteri tollis mihi, propter quod ſæculum dereliqui, ego habeo, quod ſemper habui, nullum diſpendium in ordinatione paſſus es*, potius inſinuare

nuare

Digitized by Google

nuare videntur ſtare cum Clericatu Monachatum,& non deſtrui per illum; aſſerit namque illis verbis D.Hieronymus,ſe inuitum(ita eius mentem explicat Bellarminus *de Monachis lib.2. cap.6.*) *à Paulino Epiſcopo Præsbyterum eſſe creatum,cum non Præsbyter, ſed Monachus tantum eſſe decreuiſſet*; Hoc eſt,ſe præter Monachum, quem tantum intendebat,eſſe quoque Pręsbyterum. Non ergò iudicauit per vnum alterum deſtrui; & ſenſus verborum eſt teſte Plato *de Bon.ſtat. Relig.lib.2.cap.25.* quod, cum ratione Præsbyteratus debuiſſet Clericalibus exercitijs,concionibus ſcilicet, & ſimilibus vacare,& ex affectione ad ſolitariam vitam nollet Hieronymus, ea lege Præsbyteratum acceptauerit, vt ad prædicta Clericalia munera non obligaretur; & ſic,vt notat Marianus *in ſchol. ad d. epiſt.61. num.74.* & Paulini mentem de conferendo Sacerdotio, & Hieronymi de vacando Monaſticis adimpletam fuiſſe, *itaut neuter eorum aliquid amiſſerit*, quod ſtare non poſſet, ſi per Præsbyteratum deſineret Monachatus.

23 Simili affectione ductos credere oportet antiquos Monachos, & illos, de quibus Macedo *loc. ſup. pag.673. col.2.* in fugiendis Epiſcopis, ne ab illis, vt aduertit Alteſerra *ibid. lib.7. cap.2.* ordinarentur; ex puro ſcilicet, firmoque ad Monaſticam vitam affectu: Non verò, quod Præsbyterium Monachatui repugnare iudicarent; ſi hoc enim eſſet, non erat, cur fugerent ab Epiſcopis; quandoquidem poſita repugnantia vnius ſtatus cum altero,& excluſione vnius ab altero, & electo Monachatu,potuiſſent illi licitè ſacros ordines recuſare; Nec contra proprium inſtitutum, aut ad mutandum propoſitum eos cogere potuiſſent Epiſcopi. Quinimò fugiebant, quia poterant ab Epiſcopis adſtringi; vndè magis confirmantur, quæ dicta ſunt de reſpectu conditionato.

24 Cæterum, vt paucis me expediam; hoc vnum à Deſnos peto; an ſtante, quod *ibid.* ipſe ſubdit: *Vnde D. Hieronymus extraordinario modo voluit in Præsbyterum ſic inaugurari, vt Monachiſmus in illo ſeruaretur illæſus*, fuerit ne D. Hieronymus re vera Præsbyter, & Monachus? Si non, quomodò Monachatus in illo ſeruatus illæſus? ſi ſic, quomodò per clericatum deſtruitur Monachatus? Deindè, non eam Hieronymi mentem fuiſſe,qualem Deſnos interprætatur, ſatis euidenter apparet ex eo, quod idem Hieronymus *epiſt. ad Nepotianum* Monachatum, & Clericatum ad inuicem decorari, ſic apertiſſimè docuerit, *quantò magis in Monachis, & Clericis, quorum & Sacerdotium propoſito, & propoſitum ornatur Sacerdotio?* & Ruſticum Monachum ſic adhortatus fuerit, vt dictum eſt *num.13. Sic viue in Monaſterio, vt Clericus eſſe merearis*; quę non dixiſſet, ſi vnum per alterum deſtrui iudicaſſet. Quod ſi aliquibus probetur viſum eſſe, per Clericatum ceſſare Monachatum; quo ad accidentalia tantum: non verò quo ad ſubſtantialia interprætandi ſunt cum Gloſs. *in cap. de Monachis. 16. q.1.*, & ſic ſemper verum eſſe, non ità à Monachatu Clericatum poſitiuè excludi in ſenſu à Deſnos intento, quaſi per hunc eius tollatur eſſentia, & non poſſint ad illum, & Monachi aſſumi.

25 Patet ergò,non benè Monachatu per hoc,quod fuerit Præsbyter, Auguſtinum priuari: Quin contrà Deſnos ſic ad hominem. Si non obſtante hac ſua Monachatus cum Clericatu repugnantia admittit ipſe *cap.9.* quod *ea, ſcilicet* Auguſtini ętate,*erant Monachi ſimul Clerici SS. Hieronymus, Paulinus, Vincentius, Eudoxius Abbas Inſulæ Caprariæ, & plures in Græcia, Paleſtina, Ægypto, & Gallia*, quarè negat Monachum eſſe Auguſtinum per hoc, quod fuerit Præsbyter? & ſi fortaſsè illos dicat ex diſpenſatione initiatos, ſubdo; & quarè idem non admittit de Auguſtino, ipſum quoque diſpenſatum à Valerio, maximè cum reluctans, & lugens, *vt infra. num.131.*, & ob neceſſitatem Eccleſiæ *vt nu.134., & 141.* fuerit in Præsbyterum aſſumptus? Si ipſe concedit, vt paulò antè vidimus, quod Hieronymus extraordinario modo voluerit in Præsbyterum ſic inaugurari, vt Monachiſmus in ipſo ſeruaretur illæſus, hoc eſt ea conditione, vt clericalibus exercitijs non obligaretur, quarè non concedit extraordinario etiam modo initiatum Auguſtinum, vt in eo cum Clericatu Monachatus ſeruaretur illæſus, quem in Præsbyteratũ conſenſiſſe certum eſt ea conditione, vt in Monaſterio viueret cum Fratribus,vt ipſe teſtatur Auguſtinus *ſerm.1. de commun.vit. clericor.* dicens, *quia hic diſponebam eſſe in Monaſterio cum Fratribus meis S.Valerius cognito inſtituto, & voluntate mea dedit mihi hortum, in quo nunc eſt Monaſterium?* Saltem non video rationem,quæ non id ſuadeat.

DVBIVM III.

Quid veniat in præſenti nomine Monachi.

26 ESto tamen verum ſit contrariorum aſſertum; & ſtudia, & curas omnes exteriores, atque clericales ſollicitudines cum vera ratione Monachi in toto rigore ſumpti pugnare, & inſuper illos tantum, vt præter alios inſinuat Bellarminus *de Monachis cap.1.* eſſe propriè Monachos, *qui ſoli vitæ contemplatiuæ dant operam, quales ſunt Caſſinenſes, Ciſtercienſes, Carthuſiani, Camaldulenſes, atque alij id genus*. Quid indè ad rem noſtram de Monachatu S. P. Auguſtini? Quis ex Eremitarum Ordine prætendit vnquam in hoc ſenſu Monachum fuiſſe hunc S. Patriarcham, vt purę, nudæ, & ſoli contemplationi attenderit?

27 Alia eſt acceptio Monachi, ſcilicet pro cuiuſque Ordinis Religioſis per tria vota eſſentialia diuino cultui mancipatis. Barthol. à S. Fauſto in *Theſaur. Relig. lib.5. q.2.*, Lezana *tom.1. qq. Regul. part.2. cap.2. num.1.*, Barboſ.

de

de iur. Eccleſ. vniu. lib. 1. cap. 43. num. 3. ſub quo nomine ſic accepto quamuis videantur compræhendi Clerici quoque Regulares; modò tamen adhuc, & propriè loquendo veniunt ſolum Religioſi, proùt à Clericis Regularibus diſtincti, & intelliguntur illi, qui ſub habitu Monachali vota Religioſa profitentur iuxtà Suarez, qui *tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 1. cap. 8. num. 1., & 2.* diuidit hanc Monachi rationem (eorum nempè, qui ſub habitu Monachali dicta vota emittunt) vt à Clericis præciſam, & quaſi genericam, in Monachos vitã contemplatiuam, & alios Monachos vitã mixtam profitentes.

28 Hi pariter ſunt veri Monachi; nam ſiuè Monachi per D. Dionyſ. *de Eccleſ. Hierarch. cap. 6.* ſint, qui Monadi, hoc eſt, Diuinitati ſoli placere contendunt; & iam id conuenit omnibus Religioſis, per Saracenum in *Menolog. Carmelit. in S. Dionyſ. vindicat. quæſtiuncul. 1. §. quot modis*: ſiuè ab vnitate dicantur; & etiam competit Religioſo in vnitate cum alijs eiuſdem inſtituti viuenti, cum illis vnum cor habenti, vt ex mente S. P. Auguſtini in *pſal. 132.* obſeruauit Bellarminus *de Monach. cap. 1.* Et vt tales in Iure Canonico includuntur ſub nomine Monachi, niſi aliqua ſpecialis ratio diuerſitatis appareat. *Cap. quod Dei timorem. de Stat. Regul.* Abb. *in cap. ex parte. de poſtuland.* Nauarr. *conſ. 10. de ſtat. Monach.* Syluester *verb. Religio. 7. n. 1.* Azor. *tom. 1. inſtit. moral. lib. 12. cap. 19. q. 1. & 10.* Pellizar. *in Manual. tract. 8. cap. 3. ſect. 1. num. 2.*, Barbos. *ibid. lib. 1. cap. 43.*, & *de appellatiu. iur. appell. 154. num. 2.*, Peyrin. *tom. 1. priuil. Minim. ad Conſtit. 12. Iulij II. nu. 2.*, Benedictus Hæftenus *diſquiſit. monaſt. lib. 3. tract. 1. diſquiſit. 1.*, Hiacynth. Donatus *rer. regul. tom. 2. part. 2. tract. 14. q. 7.* Vnde de Monachis, proùt hoc nomen vitæ mixtæ Religioſos omnes complectitur, indiſcriminatim loquuntur quamplures DD., & præcipuè Bellarminus *toto tract. de Monachis*, Tamburin. *de iur. Abb. tom. 1. tot. diſp. 2.*, & Ioannes Buſæus *lib. de ſtatib. homin. de ſtat. Monach. cap. 1., & ſeqq. & cap. 4.* in terminis de Auguſtiniana Religione tamquam vna è Monaſticis.

29 Quando ergò quæritur, fuerit ne Monachus S. Auguſtinus? in hoc ſecundo ſenſu procedit quæſtio, vtrum ſcilicet profeſſus fuerit vitam monaſticam, non anachoreticam, ſed cænobiticam, ſiuè religioſam, dicentem, vt loquuntur Bellarminus *ibid. cap. 2.*, Suarez. *loc. dict. cap. 1. num. 3.* à S. Fauſto *lib. 5. q. 1.*, & communitèr DD. ſtatum hominum ad perfectionem Chriſtianam, per obedientiæ, paupertatis, & continentiæ vota tendentem; & quod ſufficit ad oſtendendum poſt baptiſmum alium ſtatum, quam purè Clericalem, fuiſſe profeſſum, quem iuxtà adnotatum communem loquendi modum monachalem vocamus. Sed antequam ad controuerſiæ punctum accedamus, adhuc eſt vnum dubium reſoluendum.

DVBIVM IV.

An ab Apoſtolis deducenda ſit Monachorum origo.

30 IN Apoſtolis Chriſto inſtitutore incæpiſſe Monachatum (de vero Monachatu perfectionis Euangelicæ loquor, & non de eius vmbra, qualis ante Chriſtum) mihi omninò ſuadent Concilium Meldenſe *c. 9.* ibi: *Sacrum Monaſticum ordinem à Deo inſtitutum, & ab Apoſtolis fundatum, à Sanctiſſimis Patribus excultum.* S. Baſilius, qui in *Conſtit. monaſt. cap. 19.* ſic de Cænobitis: *Hi verò imitatores ſunt Saluatoris noſtri, eiuſque vitæ, quam inter nos duxit; quemadmodum cum ille coacto Apoſtolorum choro communia cuncta, ſeque ipſum communem Apoſtolis præbuit; ità hi quoque Antiſtiti ſuo obtemperantes, genus viuendi Apoſtolorum imitarentur, ac Domini*, & repetit *cap. 23. de obedientia*. S. P. Auguſtinus, qui ſuper illud *pſal. 132. Ecce quam bonum &c.* de Monachis agens, affirmat teſte etiam Gregorio de Valentia *in 2. 2. D. Thomæ diſp. 10. q. 4. punct. 1. §. 1.* àd eos deueniſſe vnitatem illam, & dilectionem fraternitatis Apoſtolorum cum voto. D. Io. Chyſoſtomus, qui de vita Monaſtica contra eius vituperatores *lib. 3.* loquens: *Apoſtoli*, inquit, *huius Philoſophiæ documenta dederunt*, & *lib. 4.* Apoſtolos, quę nunc Monachi faciunt impleuiſſe, & *hom. 69. in Matth.* etiam habitu Apoſtolos à Monachis imitatos commemoràt. Caſſianus *lib. 2. cap. 5., & collat. 18. cap. 5.* D. Bernard. *ſerm. ad Fratres de Monte Dei*. S. Thomas *2. 2. q. 188. art. 7.* docens, quod *à Diſcipulis Chriſti omnis Religio ſumpſit exordium*; & vt Hieronymum *de Vir. Illuſtr. in Philone*, Euſebium *lib. 2. Hiſt. cap. 16.* Iordanum de Saxon. *lib. 1. Vit. Fratr. cap. 2., & 12.* Iſidorum *de offic. cap. 15.* Platum *de Bon. ſtat. Relig. lib. 2. cap. 21. §. nimirum.* Petrum Creſpetium in *ſumm. Eccleſ. Diſcipul. verb. Monachus pag. 624.*, alioſque quamplures omittam, clarè Bellarminus *de Monachis cap. 5.* ſic ſcribens: *Sextò probatur Apoſtolorum exemplo, qui verè primi fuerunt Monachi Chriſtiani.*

31 Probant hoc latè eruditiſſimi Franciſcus Biuarius *de veter. Monach. lib. 2. cap. 3., & 4.* Ioannes Caramuel *tom. 1. Theolog. Regul. lib. 3. diſp. 23. per tot.*, & Nebridius à Mundelheim in *Antiquar. Monaſt. epiſt. 3.*, & adeò verum reputat Biuarius *ibid. cap. 4. nu. 8.*, & expreſſius in Comment. *ad Epiſt. Marci Maxim. num. 37.* vt Monaſticos Ordines non fuiſſe à SS. Baſilio, Auguſtino, & Benedicto tamquam quid de nouo inſtitutos, ſed quos Apoſtoli fundauerant, reſtitutos affirmet, fundamentum ſic arbitrandi fortaſsè præbentibus Patribus, qui Apoſtolos prius Monachos, quam Clericos fuiſſe docent, vt videre eſt apud Aloyſium Torellum *tom. 1. ſæcul. Auguſt. in Præfat. num. 20., & ſeq.*

32 Veritatem hanc negare cum nequeat Deſnos, dicit *lib. 3. cap. 15.* de Monachatu ſecundum

cundum

cundum genericam aliquam rationem, ſcilicet proprietatis abdicationem, cæteris ſtatibus conuenientem: non verò ſecundum formalem, & differentialem eſſe ſupradictos Patres intelligendos, ſuo, vt benè dignoſcitur, innixus principio de laicalitate Clericatus excluſiua, quam in Monachis prętendit, quaſi inſinuans, non poſſe ab Apoſtolis Monachatus originem deduci, cum ipſi clericalem Ordinem profeſſi fuerint. Verum (omiſſo eorum Patrum ſenſu, Damiani *opuſc.* 28. Vincentij Ferrerij *ſerm. de S. Dominic.*, & Athanaſij apud Baronium *ad ann.* 328. qui, vt monuimus, eos prius Monachos, quam Clericos fuiſſe docent) non hæc mihi probatur illatio. Apoſtoli Clerici fuerunt; ergò non Monachatus inſtitutores; vtrumque enim admittit Suarez de *Relig. to.* 3. *lib.* 3. *de orig., & antiqu. ſtat. Relig. cap.* 3. *num.* 5. ipſos nempè, & propriam Sacerdotum Religionem propagaſſe, & alios fideles ex communi ordine, & gradu ad perfectionem, & ſtatum Religioſum, qui ſanè Monachalis erat, excitaſſe, & admittere ſtuduiſſe; & deindè *num.* 10. loquens de Monachatu in ſenſu Deſnos, quatenus dicit laicalitatem, ità concludit: *Nihilominus verò ſatis docent* (ideſt Patres, quos *nu.* 9. adducit) *Monaſticum inſtitutum, quod etiam laicis commune eſt, ab Apoſtolis ipſis duxiſſe originem.*

33 Ne tamen ad hanc redeamus quæſtionem; Monachatum ſaltem in ſenſu pręcedenti dubio explicato ab Apoſtolis incæpiſſe, & tales ipſos fuiſſe ex laudatis Patribus certiſſimum eſt; & non ſolum ſecundum genericam illam, & alijs ſtatibus communem rationem, nempè proprietatis abdicationem: ſed ſecundum formale conſtitutiuum, nempè votorũ profeſſionem, neque Laicis etiam perfectis, neque Clericis per ſe conuenientẽ. Ex voto autem profeſſos fuiſſe hunc ſtatum Apoſtolos docent S. P. Auguſtinus *lib.* 17. *de Ciuit. Dei. cap.* 4. *epiſt.* 89., & *in pſal.* 103. S. Epiphanius *hæreſ.* 18. D. Io. Chryſoſtomus *hom.* 7. *in Matth.* D. Thomas 2. 2. *q.* 88. *art.* 4. *ad* 3. dicens, *Apoſtolos vouiſſe pertinentia ad perfectionis ſtatum, quando Chriſtum relictis omnibus ſecuti ſunt*; & confirmat. *q.* 186. *art.* 6. *ad* 1. dum ait Apoſtolos ſecutos fuiſſe Chriſtum immobiliter adhærentes, & nunquã receſſuros, quod votum importat; nàm vouere, vt hic notat Caietanus, nihil aliud eſt, quã immobilitare animum, ne poſſit regredi; & probat etiam Aluarus Pelagius *de planct. Eccleſ. cap.* 56., & cum illo Miranda in *Manual. Prælat. tom.* 1. *q.* 1. *art.* 6. *concl.* 3. Peyrin. *tom.* 2. *in Conſtit.* 4. *Pij V.* §. 2. *n.* 3. ex eo quod, cum votum ſit conſilium conſiliorum, & forma, & perfectio eorum, ſi hoc Apoſtoli caruiſſent, non fuiſſent in apice perfectionis; & præter hos Platus, *ibid. lib.* 2. *cap.* 20. Valdens. *tom.* 1. *de Sacramentalib. lib.* 9. *cap.* 83., & 84., Bellarminus *de Monachis cap.* 5. Gregor. de Valent. *in* 2. 2. *diſp.* 10. *q.* 4. *punct.* 1. §. 6., & *controuerſ. tit. de ſtat., & vot. Relig. cap.* 2. Suasez *d. tom.* 3. *lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 5., & *lib* 3. *cap.* 2. *num.* 3., & 9. Pellizar *Manual. Regul. tom.* 1. *tract.* 1. *cap.* 2. *nu.* 7. Pontius *de matrim. lib.* 7. *cap.* 2. Caramuel *d. diſp.* 23. *nu.* 260., & 261. Tamburin. *de Iur. Abb. tom.* 1. *diſp.* 2. *q.* 2. *nu.* 1., & *q.* 4. *num.* 1. Donat. *rer. Regul. tom.* 4. *tract.* 1. *q.* 7., & 12., Cotonius *in controuerſ. lib.* 4. *controu.* 1. *cap.* 2. *nu.* 37. Iacobus à S. Anton. *in conſult. canonic. conſ.* 1. *n.* 3. Nebridius à Mundelheim *loc. ſupr. epiſt.* 24. Macedo *tom.* 3. *collat.* 8. *diff.* 1. *cap.* 5. qui omnes cum alijs quampluribus tria præcipua conſilia Euangelica ex voto adimpleuiſſe Apoſtolos defendunt; ac propterea ex tali votorum profeſſione eos Monachos vocat, & cum his quatuor Monachis (hoc eſt Apoſtolis primò vocatis) Galilæam Chriſtum Dominum peragraſſe tradit his ijſdem verbis quamuis Italicè exaratis Thomas Caccinus *hiſt. Eccleſ. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. *nu.* 8.

34 Non ergò ab Apoſtolis ſecundum genericam tantum rationem in proprietatis abdicatione conſiſtentem, originem ducit Monachatus, ſed ſecundum formaliſſimam Religioſi ſtatus tria vota includentis, perquæ primò, & per ſe diſtinguitur Monachus à Laico etiam perfecto, & a Clerico, qui talibus votis ex ſui ratione non adſtringitur. Admittitur tamen, Monachatum quoad aliquas circumſtantias, quæ ſecundum Suarez *d. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 1. ſunt quid accidentale reſpectu talis ſtatus, ab Apoſtolis non pendere, ſaltem in indiuiduo ſumptas, quas pro temporum varietate conſtat eſſe vel mutatas, vel introductas, licet quoad alias, vt potè rituum, cæremoniarum, habituum, habitationumque ſaltem in generé præſens cum antiquo Apoſtolorum Monachatu conueniat, vt idem Suarez *ibid.* & Donatus *d. tom.* 4. *tract.* 1. *q.* 20. proſequuntur.

35 Obijcit nihilominus Deſnos S. Io. Chryſoſtomum *hom.* 25. *in cap.* 11. *Epiſt. ad Hebr.* dicentem, *tempore Pauli, ne veſtigium quidem extitiſſe in Eccleſia:* Et eſt idem, quod olim obiectum fuiſſe à Magdeburgenſibus *centur.* 1. *lib.* 2. teſtatur Bellarminus *d. c.* 5. §. *ad Magdeburgenſes.* Reſpondeo tamen primò cũ Gregor. de Valent. *loc. cit.* horum verborum ſenſum eſſe, tunc, hoc eſt D. Pauli tẽporibus non fuiſſe Monachos talibus diſciplinę legibus (quæ ſpectant, vt dictum eſt, ad circumſtantias, & accidentalia Monachatus) inſtructos, quales à Monachis obſeruabantur tẽpore Chryſoſtomi. In quo ſenſu locutus eſt etiam D. Thomas, quando 2. 2. *q.* 187. *art.* 3. *ad* 2. non fuiſſe tempore Apoſtolorum inſtitutas Religiones inſinuauit: non verò, quod non fuerint tunc Monachi quoad Monachatus ſubſtantiam, cum ipſummet D. Thomam. *q.* 188. omnem Religionem ab Apoſtolis inceptam poſteà docuiſſe viderimus. Reſpondeo ſecundò cum Bellarmino *cit. cap.* 5. §. *reſpondeo*, & cum eodem Gregorio *loc. ſupr.* Chryſoſtomum ibi loqui de Eccleſia Corinthiorum, & exponere illa verba Pauli. 1. *Cor.* 5. *Si quis frater nominatur in vobis &c.* & dicere, quod Paulus non intelligit ſolos Monachos, ſed quoslibet Fideles, quia tunc ne veſtigium quidem erat Monachi

nachi apud Corinthios: at non intellexiſſe Chryſoſtomum, non fuiſſe tunc Monachos in Paleſtina, & Egypto, cum, vt vidimus ſuprà, ipſe Chryſoſtomus Apoſtolos & Monachos, & Monachatus inſtitutores admiſerit.

36 Arguit ſecundò non pendere ab Apoſtolis Monachatum, eo quia antè Paulum Eremitam de Monachis per ſcriptores nulla fiat commemoratio. Sed, præterquam quod contrarium apertiſſimè teſtantur initio huius dubij laudati Patres, ſufficiat dicere, ab argumento negatiuo nihil ſolidè deduci. Videantur attamen Bellarminus de *Monachis cap. 5. per tot*; vbi huic ſimile à Magdeburgenſibus obiectum impugnat, & falſitatis conuicit. Gregorius de Valentia *loc. ſupr.* Azor *tom. 1. lib. 12. cap. 19. q. 4.* Platus *d. lib. 2. cap. 21.* qui Philonem, Tertullianum, Cyprianum, Dionyſium, de Monachis loquentes adducunt; & Suarez *tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 1. cap. 7. n. 5.* Barboſ. *de Iur. Eccleſ. vniu. lib. 1. cap. 41. n. 3. 4. 5. & 6.* Tamburin. *ibid. diſp. 2. q. 3.* qui in Eccleſia Monachos ſemper fuiſſe ſtatuunt, præcipuè Suarez, id per omnia ſæcula demonſtrans *tom. 3. lib. 3. cap. 3. num. 11.* quod ſatis diffusè præſtant & Franciſcus Biuarius *de vet. Monach. lib. 2. cap. 13.* Benedictus Hæftenus *diſquiſit. monaſt. lib. 1. diſquiſit. 1. 2. 3., & 4.*, & tandem Caramuel *dict. tom. 1. diſp. 25., & 26.*, vbi euidentèr idem, hoc eſt, antè Paulum ex Iuſtino Martyre Monachos, & perennitatem Monachatus probat, & Scaligerum, quo ſe Deſnos tuetur, conuincit, & confutat.

DVBIVM V.

An S. P. Auguſtinus fuerit Monachus.

SVB dubio, non quia dubitem, ſed ad aliorum tollenda dubia hanc propono veritatem. *Pluribus* probare poſſem; ne tamen longior ſim, propriora, & efficaciora tantum argumenta in medium adducam; & ad omnē ſuſpicionem amouendam à domeſticis, Auguſtinianis inquam, Auctoribus abſtinebo.

37 Ad monaſticam vitam, & non tantum cælibem, atque collegialem, vt vult Deſnos, etiam ante baptiſmum affectum fuiſſe S. Patrem, dubitare forſan poſſet, qui ſolus confeſſionum libros, & ſignantèr octauum non legerit. Patet ex *cap. 1. d. lib.* non iam de Chriſti mandatis, ſed etiam conſilijs, quibus certè monachalis, & religioſa perfectio innititur, quamuis cum aliqua carnis repugnantia adimplendis ipſum cogitaſſe: *& placebat quidem*, ait, *via ipſe Saluator, & ire per eius anguſtias*, nempe conſiliorum, *adhuc pigebat*. Capite verò. 2. a S. Simpliciano ad eum ſtatum adhortatum: *Deindè, vt me hortaretur ad humilitatem Chriſti, ſapientibus abſconditam, & reuelatam paruulis*; hoc eſt perfectionem Euangelicam in Monachis reſplendentem, quibus tamquam paruulis reuelat Dominus, quæ abſcondita ſunt ſapientibus, & prudentibus. Capite. 7. auctum talis vitæ deſiderium, dum Potitiano de Antonio Monacho, monaſteriorum gregibus, deſertis eremi, monaſterio Mediolani, & Aulicis apud Treuiros ad Chriſti ſequelam per abdicationem omnium, & vitæ Antonij imitationem, hoc eſt ad monachatum conuerſis, loquente, ad eorum ſequenda veſtigia inflammatus dixit Alipio *cap. 8. Quid patimur? quid eſt hoc, quod audiſti? ſurgunt indocti, & Cælum rapiunt, & nos cum doctrinis noſtris ſine corde, ecce vbi volutamur in carne, & ſanguine. An, quia præceſſerunt pudet ſequi, & non pudet nec ſaltem ſequi?* Et in dies ſe magis, ac magis ad tale vitæ genus eorum exemplis excitatum confeſſus eſt *lib. 9. cap. 2.* dicens: *Exempla ſeruorum Dei congeſta in ſinum cogitationis noſtræ vrebant, & abſumebant grauem ſoporem, & accendebant nos valdè, vt omnis ex lingua ſubdola contradictionis flatus inflammare nos acrius poſſet, non extinguere.* Ex quo factum eſt, quod non ſolum animum ad religioſa caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ vota intentum habuerit, vt ex eiuſd. *lib. 9. cap. 1.* verbis: *Iam liber erat animus à curis mordacibus ambiendi, & acquirendi, & volutandi, atque ſcalpendi ſcabiem libidinum*, colligit Petrus Maturus in *annot. ad cap. 14. tit. 24. 3. p.* S. Antonini: verùm etiam talem vitam amplecti abſolutè deliberauerit, vt patet ex *cap. 2.* verbis: *ſed vbi plena voluntas vacandi*, hoc eſt, more Monachorum, qui Deo, ſibique vacant, *& videndi quoniam tu es Dominus, oborta mihi eſt, atque firmata.*

38 Patet etiam hæc firma S. P. Auguſtini voluntas, & monachalis inſtituti ſuſcipiendi deliberatio, tum ex anxietudine, qua macerabatur Verecundus Grammaticus, videns, ſe eius conſortio priuari, vt *ibi cap. 3. Macerabatur anxietudine Verecundus de iſto noſtro bono, quod propter vincula ſua, quibus tenaciſſimè retinebatur, deſeri ſe noſtro conſortio videbat, nondum Chriſtianus ipſe, coniuge fideli, ea ipſa tamen arctiori præ cæteris compede, ab itinere, quod aggreſſi eramus, retardabatur*; tum ex eo, quod Auguſtinus, vt Deo ſeruiret, Rethoricæ profeſſionis cathedram renuntiauerit: *Renuntiaui. (cap. 5.) peractis vindemialibus, vt Scholaſticis ſuis Mediolanenſes venditorem verborum alium prouiderent, quod & tibi ego deſeruire*, loquitur cum Deo, *elegiſſem*. Et Poſſidius in *eius vit. cap. 2. Renuntiauit etiam Scholaſticis, quos Rethoricen docebat, vt ſibi Magiſtrum alium prouiderent, eo quod ſeruire Deo ipſe decreuiſſet*. Simplex enim propoſitum ſuſcipiendi baptiſmi, aut etiam cælibis vitæ ducendæ ſufficiens ratio non erat, aut ſeparandi amicum ab amico, aut cathedram dimittendi; cum vtique potuiſſet adhuc baptizatus, & cælebs magiſterium proſequi, vti fecerat Victorinus, & Verecundi conſortio frui: Sed eam, vt pote ſtatui monaſtico, quem intendebat, importunam dimiſit, & Verecundus ab eius ſe conſortio ſeparandum dolebat, *quia ille* (verba ſunt Petri Maturi *loc. ſup. §. 2.*) *vt potè coniugatus cum Auguſtino, & ſocius ipſius, qui cælibem, & religioſam vitam agere decreuerant*,

Digitized by Google

rant, iam verſari non poterat.

39 Corroboratur inſuper ex his, quæ de ipſo Poſſidius *cap. 2.* ſic ſcribit: *Moxque ex intimis cordis medullis ad Deum conuerſus, ſpem omnẽ, quam habebat in ſæculo dereliquit: iam non vxorem, non filios carnis, non diuitias, non honores ſæculi quærens: ſed ſoli Deo cum ſuis ſeruire ſtatuit in illo, & ex illo puſillo grege eſſe ſtudens, quem Dominus alloquitur Lucæ. 12. dicens: Nolite timere puſillus grex, quoniam complacuit Patri veſtro dare vobis Regnum: vendite, quæ poſſidetis, & date eleemoſinam. Et illud, quod iterum dicit Dominus Matth. 19. idem vir Sanctus facere cupiens: Si vis perfectus eſſe, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus; & habebis theſaurum in Cælis, & veni, & ſequere me &c.* Quibus ſanè in Religioſæ vitæ propoſito firmus deſcribitur Auguſtinus. Neque benè ad ſuum ſenſum de ſolo vitæ communis propoſito hæc verba detorquet *cap. 7.* Deſnos; gratis id enim videtur dicere, cum ex vna parte propoſitum ſoli Deo ſeruiendi, vna cum vxoris, filiorum, diuitiarum, honorum, ſpeique omnis in ſæculo abdicatione, non aliam propriè loquendo, quam monaſticæ vitæ admittat interpræationem; & ex alia illa Euangelij verba, *ſi vis perfectus eſſe, vende &c., & veni, & ſequere me*, à Sanctis Patribus, vt mox dicetur, de Religioſa perfectione contra Hæreticos monaſtici inſtituti impugnatores, intelligantur.

40 Tandem hanc Auguſtini ad ſolitariam, hoc eſt monaſticam vitam propenſionem, imò ardorem concedit ipſe Deſnos *cap. 8. ſub initio*, vt videbimus *num.* 170. licet ab ea dicat poſtea diuinitus, quod *ibid.* impugnabitur, reuocatum.

Hoc poſito hæc infertur illatio. Ergò monaſticam vitam duxit S. P. Auguſtinus, poſtquam eſt baptizatus. Probatur. Talis vitæ inſtitutum illi fuit in votis, vt vidimus. Ergò illud extra dubium profeſſus eſt poſt baptiſmũ. Probatur hæc conſequentia à Petro Maturo *loc. cit.*, & Suarez. *tom.* 4. *de Relig. tract. 9. lib. 2. cap. 8. num.* 3. quia, ſi propoſitum hoc non adimpleuiſſet, & religioſam vitam non obſeruaſſet, tantam culpam multis lamentationibus expiare non prætermiſiſſet in ſuis Confeſſionibus, in quibus de leuioribus ſæpius, & de Cathedra non ſtatim poſt diuinam inſpirationem dimiſſa, altè dolens ingemuit. Cum ergò huiuſmodi non adimpleti propoſiti, nec verbum ſit inuenire in Confeſſionibus, illud obſeruaſſe omninò dicendum.

41 Probatur ſecundò. Euangelicam perfectionem, ſeu Monachatum illis Matthæi *cap. 19. ſi vis perfectus eſſe &c.* iam adductis verbis, deſignari, nobiſque ſuaderi, ſenſus eſt Sanctorum Patrum, vt videre eſt apud Bellarminum *lib. 2. de Monach.* Cornelium à Lapide *in Matth. 19. ad verſ. 21.* ſicque explicant Platus. *d. lib. 2. cap. 20.* Suarez *tom. 3. de Relig.* pluries, & præcipuè *lib. 3. cap. 2. num.* 5., Miranda. *Manual. Prælat. tom. 1. q. 1. art. 6. concl. 2.* Tamburin. *de iur. Abb. tom. 1. diſp. 2. q. 2. nu. 1.*, & ferè omnes hac de re ſcribentes; & confitetur ipſe Macedo, dum *d. tom. 3. collat. pag.* 576. Ordinum Mendicantium inſtitutum per ea verba importari demonſtrat. Audiantur ſolum D. Bernardus in Declamat. ſub init. *Hæc ſunt verba* (quæ ſcilicet ex Matthæo retulimus), *quæ contemptum mundi, & voluntariam hominibus perſuaſere paupertatem. Hæc ſunt, quæ Monachis clauſtra replent, deſerta Anachoretis.* & S. P. Auguſtinus *lib. de vnit. Eccleſ. cap. 16. Quæ ſunt in Ægypto in millibus ſeruorum Dei, qui per eremum ſancta ſocietate viuunt, perfectionem Euangelij ſtudentes tenere, quo dictum, vis perfectus eſſe? Vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus &c.*, & lib. 8. *Confeſſ. cap. 12.* exemplificat in B. Antonio: *Audieram enim de Antonio, quod ex Euangelica lectione, cui fortè ſuperuenerat, admonitus fuerit, tamquam ſibi diceretur, quod legebatur, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni, ſequere me, & tali oraculo confeſtim ad te conuerſum eſſe*; non ad fidem, quam iam profitebatur, ſed ad perfectionem euangelicam, ſeu monaſticam, quam ſtatim amplexus eſt. Hoc autem à S. P. Auguſtino obſeruatum non ſolum ex laudato Poſſidio, ſed ab eodem Auguſtino habemus, qui *epiſt. 89. ad Hilar.* ſic ſcribit: *Ego, qui hæc ſcribo, perfectionem, de qua Dominus locutus eſt, quando ait diuiti adoleſcenti, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni, & ſequere me, vehementèr adamaui, & non meis viribus, ſed gratia eius adiuuante ſic feci* (& poſt pauca) *Quantum autem in hac perfectionis via profecerim, magis quidem noui ego, quam quiſquam alius homo: ſed magis Deus, quam ego.* Si ergò hanc perfectionem Euangelicam, quæ monachalis eſt, aſſerit hic Auguſtinus, vt teſtantur Platus, vt *ſupra cap. 25.*, & Suarez. *d. lib. 3. cap. 2. nu. 4.* ſe fuiſſe amplexatum, qua ratione de eius Monachatu dubitandum?

42 Confirmatur ex altera eiuſdem S. P. Auguſtini aſſertione, qua *lib. Meditat. cap. 39.* ſe à Deo ad Monachatum, ſeù ſtatum religioſum conuerſum, & adhuc poſt religioſam profeſſionem illum offendiſſe ſic fatetur: *Tuliſti me Domine de domo patris mei carnalis, & de tabernaculo peccatorum*, ideſt de mundo, *& inſpiraſti mihi, vt ſequerer te*, non ſolum per baptiſmum, ſed per monaſticam vitam, vt hæc ſequentia verba declarant, *cum generatione quærentium faciem tuam, ambulantium ſemitam rectam, commorantium inter lilia caſtitatis, & tecum diſcumbentium in cænaculo altiſſimæ paupertatis*, quæ verum Monachiſmum ſapiunt, *Et ego tot beneficijs ingratus poſt Religionis ingreſſum*, ideſt poſt monachatum, *multa commiſi illicita*. Nec obſtat, quod modò in aliquibus codicibus legatur, *poſt acceptum baptiſmum*; teſte enim Mag. Angelo Rocca in ſua Bibliothec. *in Auguſtino §. de ſermonibus ad Eremit. pag.* 73. corruptus ſic fuit textus ab Eraſmo, vt Auguſtiniani monachatus fidem euerteret. Et in codice, quo ego vtor Baſileæ anno 1506. impreſſo, *poſt Religionis ingreſſum* habetur; & magis cohæret cum verbis præcedentibus, quibus monacha-

tum, vt iam obſeruatum eſt, ſibi à Deo dicit inſpiratum.

Alia ſuperſunt argumenta, quæ ſequentibus dubijs dilucidabuntur, & Auguſtini Monachatum gradatim comprobabunt.

DVBIVM VI.

An benè probetur ex titulo Serui Dei.

43 VT huius argumenti vim patefaciamus, obſeruandum eſt quo alio nomine nuncupati Monachatus, & Monachi. Et inprimis Monachatum nomine *propoſiti* venire paſſim inuenio. Ità enim 19. *q.*1. *cap.*1. *Clerici, qui Monachorum propoſitum appetunt.* Item *cap. Vt lex.*27. *q.*1. *Qui ſanctum tranſgredientes propoſitum, vxores ſibi copulare præſumpſerint.* Et in Concil. Aquiſgranen. *cap.*125. *Valde indecorum eſt Canonicum veſtem monachicam induere, niſi tamen cum voto propoſitum voluerit aſſumere.* Et in hoc ſenſu accipitur à Hieronymo *epiſt.* 13. *ad Paulinum* peregrinationes illi ſic diſſuadenti: *Conſiderans & propoſitum tuum, & ardorem, quo ſæculo renuntiaſti, propoſitum Monachi non amittas*, & paulo poſt: *Nos autem habemus propoſiti noſtri Principes Paulos, Antonios, Iulianos, Hilariones, Macarios.* Item *epiſt. ad Nepotianum. Quantò magis in Monachis, & Clericis, quorum & Sacerdotium propoſito, & propoſitum ornatur Sacerdotio.* & *epiſt.* 16. *ad Principiam.* Sic etiam accipitur à S.P. Auguſtino *epiſt.* 81. *ad Monachos Inſulæ Caprariæ*, vt vidimus *num.*13. & in *pſal.* 99. vbi de Monacho ſui inſtituti deſertore: *Dum non perſeuerauerit implere, quod vouerit, fit deſertor tam ſancti propoſiti.* A. Sancto Leone Papa *epiſt.* 90. *ad Ruſtic. Epiſc. cap.*12. & habetur. 20. *q.*3. *Propoſitum Monachi proprio arbitrio, aut voluntate ſuſceptum.* Ab Auctore vitæ S. Fulgentij *cap.*2. à Seuero Sulpitio in *Vit. S. Martini cap.*7. à D. Gregorio Magno *lib.* 10. *Regiſt. epiſt.*35. *ad Deſiderium*; à S. Antonino 3. *p. tit.*24. *cap.*14. §. 3. alijſque compluribus; itaut apud antiquos Patres, & Canones *ſignificationem hanc* Monaſtici ſtatus iſti voci *propoſito* pænitus vniuerſalem fuiſſe dixerit, & benè Magiſt. Lupus *ead. quæſt. quodlib. cap.*4.

44 Sed quid egemus teſtibus, cum ipſe Deſnos idem clariſſimè *lib.*2. *cap.*10. ſic doceat. *Quibus vocibus vulgò appellatur defectio à ſtatu monaſtico, quam exorbitationis à propoſito? Et quid mille locis apud Auguſtinum ſignificat vocabulum propoſiti, niſi ſtatum firmum, & religioſum? Legere potes ad id de opere Monachorum cap.* 8., *&* 28., *& epiſt. ad Hilarium Syracuſanum, & epiſt.*109. Non ergò vlteriori opus eſt probatione. Vnum tantum aduerto, hinc ſequi (quod & ipſe Deſnos, ſi conſequentèr vult loqui, admittere tenetur) ſub nomine Fratrum boni propoſiti, de quibus loquitur S.P. Auguſtinus, vt *nu.*125. referemus, Monachos intelligi.

45 Alio item titulo, hoc eſt, *Seruitutis Dei*, inſignitus reperitur Monachatus apud D. Dionyſium *de Eccleſ. Hierarch. cap.*6. *Alij verò Monachos à ſincero Dei famulatu, atque cultu, tum ab indiuidua, & ſingulari vita denominantes*; cui interpretationi ſubſcribit D. Thom. 2. 2. *q.*188. *art.*5., & apud S. P. Auguſtinum *lib. de oper. Monach. cap.*22. *Nunc autem veniunt plerumque ad hanc profeſſionem ſeruitutis Dei ex conditione ſeruili.* Sicut & Monachi (Aſcetarum, Renuntiantium, Supplicum, cæteriſque appellationibus omiſſis) *Seruorum Dei* nomine ſpecialitèr nuncupati ab eod. S. P. *d. lib.* paſſim, & præcipuè *cap.*25. 27. 28., *&* 30. *epiſt.* 46. *Non eſſe iſtam viam dandam Seruis Dei*, ideſt *Monachis*, iuxtà D. Thomæ *ibid. q.* 184. *art.* 8. expoſitionem. *Epiſt.*70. *In ea vita viuere, in qua Serui Dei Monachi viuunt.* & *epiſt.*95. *ad Innocent. Papam epiſt.*199. *ad Ediciam. In pſal.*147. & *de lib. arbitr. cap.*1., *& alibi.* Clariſſimè item à D. Hieronymo in Paulæ Epitaphio, vbi illi, ſanctos Patres inuiſendi gratia, deſertum adeunti ſcribit, *Occurriſſe turbas innumerabiles Dei famulorum, quo ſpectaculo ità delectata ſit, vt ſui ſexus oblita, inter tot millia Monachorum habitare optaret.* Ab Oroſio *lib.*7. *cap.*36. Saluiano *de ver. Indic. lib.* 8. Baronio *tom.*5. *ad ann. Chriſt.* 439. D. Gregorio Magn. *epiſt. ad Epiſc. Ariminen.* D. Antonino *part.*2. *Hiſt. tit.*12. & alijs; Vndè Nebridius à Mundelheim in *Antiquar. Monaſt. epiſt.*77. dicit per excellentiam Monachos vocatos *Dei Seruos*; & Antonius Dadinus Alteſerra *rei monaſt. lib.* 3. *cap.*1. ſic concludit: *Et paſſim apud Gregorium, & alios Serui Dei, & ancillæ Dei accipiuntur pro Monachis, & ſanctis Monialibus.* Et tandem ab ipſo Deſnos, qui *lib.* 3. *cap.* 20. ait: *Varia teſtimonia depromi poſſe ex Auguſtini libris, vbi Monachi vocantur Serui Dei, & Monachiſmus Seruitus Dei.*

46 His præmiſſis tertium pro Auguſtini Monachatu formatur argumentum. Ergò Monachus fuit Auguſtinus; cum & Dei ſeruus fuerit, & cum Dei ſeruis vixerit. Eius ſoli Deo ſeruiendi propoſitum iam vidimus *dub. præced.* actualem Dei ſeruitutem modò oſtendamus. Et in primis, ex gaudio Matris, quæ proindè exultauit *de ſuſcepto*, inquam (verba ſunt Poſſidij *cap.*3.) *eius propoſito ſeruiendi Deo, amplius quam de carnis nepotibus*, quod ſcilicet præter baptiſmum, filium ſuum Dei ſeruum cerneret *Vnum erat* (Confeſs. *lib.*9. *cap.*10.) *propter quod in hac vita* (ſic loquitur cum Auguſtino S. Monica) *aliquantulum immorari cupiebam, vt te Chriſtianum catholicum viderem, priuſquam morerer: cumulatius hoc mihi Deus præſtitit, vt te etiam contempta fælicitate terrena ſeruum eius videam*, hoc eſt Religioſum; ſic enim intelliguntur cumulatius ſupra id, quod deſiderabat, exaudita ſua vota, quæ ad eius baptiſmum tantummodò tendebant. Deinde ex Auguſtino ipſo, qui ſe Dei ſeruum fatetur *lib.*20. *de Ciuit. Dei cap.*4. *Venientes de tranſmarinis me, & fratrem meum*, non natura, ſed propoſito *Alipium nondum quidem Clericos, ſed iam Deo ſeruientes* (vbi notandum diſtinguere ſtatum ſeruientium Deo à ſtatu Clericorum; & illum ſibi tunc temporis appropriare, quod

Digitized by Google

certè præter baptiſmum, aliud particulare, nempè Monaſticum indicat inſtitutum) *Innocentius, vt erat cum tota domo ſua religioſiſſimus, ſuſcepit*. Quod teſtatur & Poſſidius *cap.* 4.. dicens: *Placuit ei percepta baptiſmi gratia cum alijs ciuibus, & amicis ſuis Deo pariter ſeruientibus ad Africam, & propriam domum, agroſque remeare, & ad quos veniens, & in quibus conſtitutus fermè triennio, & à ſe iam alienatis curis ſæcularibus, cum ijs, qui ei adhærebant Deo viuebat, ieiunijs, orationibus, boniſque operibus vacans, in lege Domini meditans die, ac nocte &c.* & ſubindè *cap.* 5. *Factus ergò Præsbyter monaſterium intrà Eccleſiam mox inſtituit, & cum Dei ſeruis viuere cæpit ſecundum modum, & regulam ſub Sanctis Apoſtolis conſtitutam*. Ergò, cum conſtet de eius propoſito ſeruiendi Deo, & de facto Dei ſeruus reperiatur, & inter Dei ſeruos vixiſſe comprobetur, Monachus non obſcurè demonſtratur.

47 Deſnos tamen, & ſi admiſerit apud Auguſtinum pluries Monachos *ſeruorum Dei* nomine nuncupatos, argumentum hoc reprobare contendit *d. lib.* 3. *cap.* 20. ex eo, quod hac *ſeruorum Dei* appellatione Monachi tantum non veniant etiam apud Auguſtinum, qui, vt ipſe dicit, etiam non Monachos tali nomine nuncupauit. Sed tamen fruſtrà. In primis enim negari poteſt à S. P. Auguſtino non Monachis hunc *ſeruorum Dei* titulum, hoc eſt Laicis continentibus adſcribi; nam, alijs omiſſis, in citata à Deſnos *epiſt.* 70. *ad Bonifacium Comitem*, in qua maiorem ipſe vim facit, nullo modo inuenitur duo genera *ſeruorum Dei*, hoc eſt Monachorum, & Laicorum continentium à S. P. diſtincta fuiſſe, & vtrique *ſeruorum Dei* titulum attributum. Ad ſummum vocat ibi ſeruum Dei ipſum Bonifacium, *qua tamquam ſeruus Dei, quem te anteà noueramus, contemnere omninò, & pro nihilo habere debuiſti*: non tamen effectiuè, ſed ſolum affectiuè, ſcilicet quoad deſiderium, vt indicant hæc antecedentia verba: *Recole, quomodò concupieris ſeruitutem Dei*; cuius ſeruitutis Dei deſiderium, cum fuerit illius ſeruitutis, quam profitebantur Monachi, vt ex his alijs verbis conſtat: *Omnes actus publicos, quibus occupatus eras relinquere cupiebas, & te in otium ſanctum conferre, atque in ea vita viuere, in qua Serui Dei Monachi viuunt*, non poteſt dici, hunc *ſeruorum Dei* titulum Laicis continentibus fuiſſe à S. P. Auguſtino applicatum; quandoquidem & quando hunc Bonifacium *ſeruum Dei* affectiuè, ſeù ratione deſiderij appellat, loquitur per ordinem ad ſeruitutem Dei Monaſticam, quam illi in votis fuiſſe dicit.

48 Aſt etiam dato, quod Deſnos intendit, non ſequitur propterea per *ſeruum Dei* hic & nunc, hoc eſt in ſubiecta materia, & in ſupracitatis locis, Monachatum non importari, eo modo, quo non ſequitur D. Franciſcum v. g. dum hoc titulo *Sancti* inſignitus reperitur, non eſſe verè in numero Beatorum in Cælo, per hoc, quod in primitiua Eccleſia omnes Fideles *Sancti* appellarentur, vt *ad Rom.* 1. *Omnibus, qui ſunt Romæ dilectis Dei vocatis Sanctis*; &. 2. *ad Corin.* 13. *Salutant vos omnes Sancti*. Conſtat autem in ſupra à me adductis locis ſermonem eſſe de *ſeruo Dei*, honores, diuitias, omnem Mundi ſpem, terrenam fælicitatem contemnente, & ſęculo valedicente, quo certè præter hominem baptizatum Monaſtica denotatur profeſſio. Nec adeò exultaſſet ſancta eius mater Monica, aut ſe cumulatius exauditam dixiſſet, ſi tantummodò baptizatum filium, aut etiam non curantem coniugium vidiſset; in hoc enim toto non apparet per quid (dempto ſemel Monachatu) fuerit ipſa cumulatius exaudita, aut quomodò potuerit illum ſpecialiter *Dei ſeruum* appellare.

49 Tranſeat ergò, quod & Monachi fuerint hoc titulo inſigniti. Illis impropriè tributum dicemus, cum aliundè conſtet Monachos non fuiſse: at in noſtro caſu nihil obſtat, per quod in propria ſignificatione, ſeù pro veris Monachis, & Monachatu accipi non debeant *Dei ſerui*, & *ſeruitus*. Vel aſſignet Deſnos, quarè non debeant ſic intelligi; habemus enim Monachum ſignificari per *Dei ſeruum*, vt dictum eſt etiam ex ſenſu ipſius Deſnos: prętendit ipſe aliquando, & alios tali nomine vocatos. Vndè ergò dignoſcendum eſt venire, vel non venire in caſibus particularibus Monachum pro *Dei ſeruo?* Non aliundè certè, quam conſiderando conditionem, ſtatum, cæteraſq; circumſtantias perſonarum, quibus talis titulus applicatur; quæ ſi cum ſtatu Monachali pugnent, tunc per *Dei ſeruum* dicendum eſt Monachum non intelligi: ſi verò cum Monaſtico ſtatu cohærent, quarè non accipiendus pro Monacho, qui ſic dicitur *Dei ſeruus?* Exemplum ſit in Aulicis apud Treuiros ad Chriſti ſequelam conuerſis, quos S. P. Auguſtinus *Confeſſ. lib.* 8. *cap.* 6. ſeruire Deo ſtatuiſſe ſcribit; & hinc ad Monaſticam vitam conuerſos explicat Bellarminus *de Monach. cap.* 38. *§. quintum mendacium*; affirmantque Iulius Nigronius in *Regul. commun. Societ. Ieſu. Reg.* 14. *num.* 13., & Ribadeiner. in *Vit. S. Auguſtini*; nec alia certè ratione, niſi circumſtantiarum, quas *ibid.* enumerat S. Auguſtinus; hoc eſt, ex mutatione vitæ, imitatione Antonij Monachi, abdicatione ſæcularis militiæ, & ſpei, deteſtatione periculorum palatij, & ex propoſito, firmaque voluntate ſequendi Chriſtum cum omnium etiam ſponſarum expropriatione, facultatumque venditione; quæ omnia non aliam ſanè vitam præſeferunt præter Monachalem. Cum ergò in S. P. Auguſtino conſideretur *Dei ſeruitus*, non nuda, ſed tot Monachorum ſingularizata circumſtantijs, hoc eſt Antonij Monachi, & horum Aulicorum imitatione, continentia, vita communi, facultatum venditione, honorum, diuitiarum, omniſque ſpei ſæculi, fælicitatiſq; terrenæ, negotiorum, ac Cathedræ contemptu, nec aliud quid minimum Monaſtico inſtituto repugnans aliundè ſit in illo aſſignabile, quando tali pacto,

hoc

Digitized by Google

hoc eſt hiſce conditionibus *ſeruus Dei* dicitur, non niſi veritatem offendendo, dici poteſt, quod non deſeribatur, vt Monachus.

Addo ex eodem S.P. Auguſtino in *pſal.*147. ex habitu, vel capitis tonſura dignoſci quoque, quando qui *ſerui Dei* dicuntur, ſint Monachi: *Vident plerumque*, ait, *vt ſit tranſire ſeruos Dei, cognoſcunt ipſo habitu, vel veſtis, vel capitis, &c.* Vltrà dictas Monaſtici ſtatus conditiones habitu Monachali indutus fuit S. P. Auguſtinus, vt *num.*60., & *dub.* 1. *quodlib.* 6.; & proinde dum *ſeruus Dei* dicitur, Monachus omninò dignoſcitur.

DVBIVM VII.

An S. P. Auguſtinus potuerit in Italia vitam Monaſticam ducere.

50 EXtrà rem non eſt hoc dubium; Quandoquidem Deſnos, vt Auguſtini Monachatum omninò euertat, à partium enumeratione illum impugnat, dum nec in Italia potuiſſe eſſe, nec apud Tagaſten, ſiue ante Præsbyteratum, ſiuè illo ſuſcepto fuiſſe Monachum conatur oſtendere. Eodem ergò & nos ordine procedentes, vt ſingulis eius rationibus ſatisfaciamus, à prima eius propoſitione incipientes, quærimus, an S. P. Auguſtinus potuerit eſſe in Italia Monachus.

Quod nequiuerit eſſe probat Deſnos ex eo, quod breuiſſimo poſt baptiſmum ſpatio in Italia moratus fuerit; vndè infert nec verum eſſe, quod tribus annis, vt Patres Eremitani aſſerunt, cum Monachis in Etruria, & Centum cellis conuerſatus fuerit. Illud autem probat ex computibus annorum ſuſcepti baptiſmi, mortis Matris, & ingreſſus in Patriam; & concludit eod. *cap.*8. *lib.* 3. *Et certè, cum obitus Matris in menſis May quartam circitèr diem inciderit, & menſe Aprili Sabbato ante Paſcha Auguſtinus baptiſmum ſuſceperit, apparet exiguum admodum tempus Auguſtinum in Italia demoratum eſſe, antequam Africam repeteret.* Et confirmat ex comparatione ætatis Adeodati cum ætate Auguſtini, quia de eo conſtat, quod annorum quindecim eſſet, cum baptiſmum ſuſcepit, & cum ſextum decimum ageret, iam in Africa degebat; quo fit, vt anno immediatè ſequenti fuerit Auguſtinus in Africa.

51 Pater verò Macedo, & ſi in Auguſtini itinerario, de quo ipſe *d. tom.* 3. *collat.* 9. *pag.* 727. per totum temporis ſpatium, quod a morte Matris, quæ fuit quarta die Maij, vſque ad terminum eiuſdem anni fluxit, Romæ commoratum admittat Auguſtinum per hæc verba: *ſaltem annus ille exijt, dum tranſmiſit in Africam*; Videns tamen *pag.*724. *col.*2. ſe Auguſtinianum Monachatum eliminare non poſſe, quotieſcumque præfatę Piſanæ diſgreſſiones ſubſiſtant, dicens: *Nam ſi Auguſtinus ſtatim poſt baptiſmum profectus eſt Mediolano Romam, & rectà eo, ac eodem anno, imo & menſe, quam diſceſſit, peruenit, ruent omnes illæ machinæ Piſanarum digreſſionum, & Centum cellis commorationum, aliaque ſimilia diuerſoria, & domicilia ei viam ingredienti attributa*; vt eas è medio tollat, & propterea Auguſtinum rectà Mediolano ad Oſtia Tybetina ducat, totum illud iter duodecim dierum *omninò*, vt ipſe loquitur, *neceſſariorum ad illud iter prolixum conficiendum*: ſpatio perſolutum ab Auguſtino ſcribit *pag.* 725. *col.*2., & 726. *col.* 1. hac ratione, quia die octaua Aprilis baptiſmum Mediolani ſuſcepit; & die 20. iam Oſtijs Tyberinis conſtitit; cum enim S. Monica die 4. Maij deceſſerit, & nono ſuæ ægritudinis die, hoc eſt 25. Aprilis ægrotare cæperit, & antè morbum quinque ibi diebus incolumis fuerit, neceſſe eſt, quod iam illuc die 20. Aprilis peruenerit. A die autem octaua ad vigeſimam Aprilis duodecim tantum euoluuntut dies illarum digreſſionum euidentèr incapaces.

52 Bone Deus! quid ſi curſitaſſet Auguſtinus, & vlterius cum matre delicata quinquageſimum ſextum ætatis annum agente? Sed quam fidem mereatur Macedo, audiat, & deducat Lector. Mediolano Romam, & indè ad Oſtia Tyberina peruenerunt duodecim diebus *ad illud iter omninò neceſſarijs*. Ergò Romæ commorati non ſunt. Ergò non Eccleſias, non Sanctorum Martyrum Coemeteria venerati ſunt, nec Chriſtianitatis operibus ibi vacarunt; quin eodem die, quo Romam ingreſſi, egreſſos fuiſſe cenſendum, ſi ad duodecim tantum dies illud iter arctare velimus. Et quis credat hoc de Auguſtino, & ſocijs recenter Chriſto renatis, vna cum Matte tam pia? Quis prętereà credat Auguſtinum in Paſchate baptizatum, eadem die ſtatim equum, vel rhedam conſcendiſſe, Mediolano, quaſi fugientem ſe elongaſſe? Simplicianum ne ſalutauit? Ambroſio ne gratias egit? Itanè repentinus eius ſtabilitut diſceſſus, vt nec pauci dies ad nouorum Chriſtianorum confirmationem, eruditionemque concedantur? Et quid Macedo ſentit de candidæ veſtis delatione, quam ad octo dies ex Ioſeph Vicecomit. *de antiqu. baptiſmi ritu lib.* 5. *à cap.* 6., *& ſeqq.* geſtare ſolebant nuper baptizati? Concedit ne eam Auguſtino, vel non? Hoc non credo eum dicturum. Etſi geſtauit, quomodò ſtatim diſceſſit? Sed ecce quid de ſe Auguſtinus ipſe primò *Confeſſ. lib.*2. *cap.* 6. *Baptizati ſumus, & fugit à nobis ſollicitudo vitæ præteritæ. Nec ſatiabar illis diebus dulcedine mirabili conſiderare altitudinem conſilij tui, ſuper ſalutem generis humani. Quantum fleui in hymnis, & canticis tuis ſuaue ſonantis Eccleſiæ tuæ vocibus commotus acriter. Voces illæ influebant auribus meis, & eliquebatur veritas tua in cor meum; & ex ea æſtuabat indè affectus pietatis, & currebant lachrymæ &c.* Secundò quid de hoc ſuo itinere *ibid. cap.*8. *Simul eramus, ſimul habitabamus, placito ſancto quærebamus, quiſnam locus nos vtilius haberet, ſeruientes tibi paritèr remeabamus in Africam.* Verum non eſt igitur, quod ſtatim à ſuſcepto baptiſmo iter arripuerit Auguſtinus, cum poſt baptiſmum

ptiſmum Mediolanenſem Eccleſiam frequentauerit; nec quod illud tam celerè expedierit; cum ſimul habitare, & quærere locum, dum ad Patriam remeabant, longiorem in itinere moram vendicet omninò; & ſic ſine vllo prorſus fundamento ad duodecim tantum dierum ſpatium iter illud conſtringitur.

53 Error ergò vtriuſque ex eo procedit, quod ambo ſupponunt eodem, quo baptizatus eſt anno Auguſtinus, & Matrem obijſse, & ipſum valedixiſſe Italiæ; & ſic Mediolano ſtatim à ſuſcepto baptiſmo illum extrahere, & tam exiguo temporis ſpatio ad Oſtia perducere conantur; cum tamen baptiſmum ille ſuſceperit anno Chriſti 388., & 389. deceſſerit Mater. Et probo, quia libros de *moribus Eccleſ. Cathol.* de *morib. Manicheor.* de *quantitate animæ*, de *libero arbitrio* certum eſt, quod compoſuit, Romæ cum degeret, & poſt baptiſmum teſte ipſo Auguſtino *lib. 1. Retract. cap. 7. 8., & 9.* eſt autem prorſus incredibile, quod paucis illis diebus, qui fluxerunt inter baptiſmum die 8. Aprilis, & mortem Matris die 4. Maij eiuſdem tamen anni potuerit adeò longum iter peragere, Romæ verſari, libros componere, & vlterius per quatuordecim dies ad minus in Oſtijs Tyberinis, vt ex *cap. 11. lib 10. Confeſſ.* maternæ ægritudinis cauſa commorari. Non ergò eodem anno, quo ille baptizatus eſt, ſed ſubſequente hæc expirauit; & ſic ceſſat dicta incredibilitas, & benè percipitur potuiſſe omnia ſupradicta complere. Et ità habeo, vt Patrum Eremitarum auctoritates omittam, ex Triſtano Calcho in *annot. ad Hiſtor. Mediolan. lib. 2. pag. 38. litt. B.*, vbi legitur: *Baptizatus enim Auguſtinus anno Chriſti 388., eodem Romæ iter ſuſcepit, indè nauigaturus in Patriam; vbi cum hyemaſset nauigationis oportunitatem expectans ad Oſtia Tyberina deſcendit, & ſubſtitit aliquandiù Matris ægritudine, ac funere detentus; quarè non niſi anno 389. Africam tenuit.* Et Philippo Labbè de *Scriptoribus Eccleſiaſt. tom. 1. verb. Auguſtinus* ſic ſcribente: *Baptizatus eſt Paſchali tempore anno 388., ætatis 34. Poſt Sanctæ Matris obitum ad Oſtia Tyberina die quarta Maij anni 389. reuerſus in Africam.*

54 Confirmatur, quia ex eod. S. P. Auguſtinu *lib. 3. contra epiſtol. Petilian. cap. 25.* habetur, quod Africam repetierit poſt Maximi Tyranni necem, quæ 6. Kal. Septembris, hoc eſt die 27. Auguſti de. 388. euenerat iuxta fidem Herman. Contract. in *Chronic. ann. 388.* Baronij ad eumdem annum ex Socrate in *hiſtor. lib. 5. cap. 14.*, & Ricciolij in *Chronolog. reform. tom. 1. lib. 9. cap. 10. art. 1.* Ergò ſi eodem anno 388., quo baptizatus eſt, mortua fuiſſet eius mater Monica, antè occiſum Tyrannum in Patriam remeaſſet Auguſtinus, cum poſt Matris funus, quod circa 4. Maij contingit, Oſtijs Tyberinis valedixerit. Ergò eodem, quo baptizatus eſt anno, mortuus eſt Maximus: ſubſequente verò Mater eius defuncta eſt; quo pacto verificatur, quod poſt obitum Maximi Africam appulerit. Ita præ cæteris Baronius ſub *ann. Chriſt. 388., & 389.* aſſignans baptiſmum Auguſtini primo, & mortem Matris ſecundo; & repetit in *not. poſterior. Martyrolog. ad 5. Maij*.

55 Negari hæc non poſſe cognoſcit Macedo. Volens tamen recto tramite Mediolano Romam, & ad Oſtia Tyberina Auguſtinum conducere, quatenus hoc pacto poſſet Piſanas digreſſiones &c. præcludere commentus eſt *pag. 660. col. 2. 664. col. 1., & 727. col. 1.* quod poſt Matris funus Romam redierit, & ibi ad ſemeſtre commoratus fuerit, nec niſi ſub fine anni 388. Africam repetierit; quo benè habetur, & quod ibi libros compoſuerit, & quod non niſi poſt Maximi necem Africam tenuerit. Verum gratis hoc mihi confictum videtur; Sicuti enim benè dicitur, quod Mediolano Romam, & deindè ad Oſtia Tyberina peruenerit, vt ſcribunt Antonius Sabellius *lib. 9. Æneid. 7.*, & his præciſis verbis in *ſermon. de translation. S. Monicæ* Martinus V. *Ad beatiſſimam Monicam redeo. Secuta illa per omnes terras filium, Romam vſque, & ſpectatis omnibus, quæ in hac Vrbe viſenda erant, vna cum filio ad Oſtia Tyberina proficiſcitur;* Ità nullum fundamentum eſt aſſerendi, quod ex Oſtijs Tyberinis Romam redierit, cum ſimilis regreſſus, & multò minus duplicis ad Oſtia Tyberina acceſſus, neque in Auguſtino, neque alibi mentio vlla reperiatur, nec ratio, aut auctoritas aſſignetur: quin inueriſſimile omninò eſt Auguſtinum nouiter baptizatum Mediolano Romam, & indè non viſitatis Martyrum Baſilicis ad Oſtia Tyberina, vt in Africam nauigaret, ſtatim proceſſiſſe. Quarè dicendum eſt Romam poſt aliquot à baptiſmo menſes proceſſiſſe, ibi hyemaſſe, Eccleſiæ mores obſeruaſſe, libros compoſuiſſe, antequam ad Oſtia tranſiret; & conſequenter ſubſiſtere, quod de 388. baptizatus fuerit, eodemq; anno Romam peruenerit; & tandem anno 389. mortua Matre in itinere Africam tenuerit.

56 Nec obſtat collatio annorum Adeodati cum ætate Auguſtini, quia licet indè deducatur, non potuiſſe poſt baptiſmum per triennium in Italia commorari; cum tamen dicatur, illum anno ætatis quintodecimo baptiſmum ſuſcepiſſe, & ſextodecimo fuiſse in Africa, potius prædicti anni decurſus hinc benè comprobatur: imò maioris temporis, ſi hęc attendatur veriſimilitudo, quod dum quintus decimus commemoratur, de initio quinti decimi, & cum ſextusdecimus, de fine eiuſdem ſit ſermo. Sicuti neque obſtat fundamentum, quo ad ſuum dictum fulciendum vtitur Deſnos, & approbat Macedo, ſcilicet, quod S.P. Auguſtinus *lib. 9. Confeſſ. cap. 11.* dixerit, quando deceſſit Mater è viuis, ſe trigeſimum tertium ætatis annum agere, adeoque eodem, quo baptizatus eſt anno Oſtijs Tyberinis adfuiſſe, & indè in Patriam properaſſe; quia fortè eſt error hic librariorum, vt indicat Ricciolius *loc. ſupr.*, & ex alijs eiuſdem S. P. Auguſt. locis ſic corrigendus eſt textus *anno 34.*

vt

Digitized by Google

vt vult Ricciolius, vel *anno 35. ætatis meæ*, vt benè aduertunt Suarez. *d. tom 4. de Relig. tract. 9. lib. 2. cap.* 8. dicens: *Præterea idem Auguſtinus 9. Confeſſ. cap. 11. Sanctam Monicam matrem ſuam mortuam eſſe anno 33. ætatis eiuſdem Auguſtini, vbi potius legendum videtur anno 35. vt conſtat ex alio loco Soliloqu.*, & Baronius in *not. poſterior. ad Martyrolog. 5. Maij*; & eum eo Ludouicus de Angelis. *de Vit. & laud. S. Auguſt. lib. 3. cap. 3.* ac Carolus Moreau in §. 3. *appendic. ad p. 1. Vindic.* præter ſupra adductas implicantias, quibus non eodem, quo baptizatus eſt anno, & mortuam Matrem, & Africam tenuiſſe probatur.

57 Et hoc adeò verum eſt, quod quamuis admitteretur de anno 387. Auguſtini baptiſmus; & quod 34. annum ageret, quando mortua eſt Mater, adhuc non eodem, quo baptizatus eſt anno, ſed ſequenti Africam tenuiſſe dicendum eſt propter ſupradicta, vt *ibid.* tenet, & computat Ricciolius, & præter adductos docent Suarez *loc. ſupr.* ſic ſcribens: *Poſt baptiſmum autem ſtatim Romam ſe contulit, vbi ſaltem per annum commoratus eſt, tempus aptum nauigationi expectans; nam ibi multa conſcripſis, quæ ipſe commemorat lib. 1. Retract. cap. 7. 8. & 9.* & Auctor *Vit. Chronolog. D. Auguſtini in tom. 1. eius Oper.* à Louainen. Coloniæ Agrippin. 1616. impreſs. ad *ann. Chriſti* 388. ſic. *Poſt baptiſmum Auguſtinus cum Socijs, & Matre ſanctiſſima diutius Mediolani ſibi ſubſiſtendum non ratus, in Africam ire conſtituit, & Romam petens, ibique commodam nauigandi opportunitatem expectans totum annum tranſegit, ibique contrà Manichæorum iactantiam de falſa continentia præſumentium, ferre non poſſet, duos libros compoſuit de moribus Manichæorum vnum, & de moribus Eccleſiæ Catholicæ alterum; tres item libros &c.* Et iterum ad *ann. Chriſt.* 389. *Auguſtinus, cum Romæ hyemaſſet, & vere iam medio tempus in Africam nauigandi appeteret ad Oſtia Tyberina ob morbum, & mortem Matris ſanctiſſimæ, quæ ibi quarto Maij die anno penè à filij baptiſmo reuoluto, quaſi triumphans de tanta victoria Cælum eſt ingreſſa.* Et ſic verum eſt, quod per annum ad minus in Italia commoratus fuerit poſt baptiſmum; & non adeò exiguo tempore, vt non potuerit adhuc ibi monaſticam ducere vitam.

58 Quidquid ergò ſit, quod aliqui ex Patribus Eremitanis tribus annis in Italia propoſito Monachali vacaſſe ſcripſerint Auguſtinum. Concedatur hoc verificari non poſſe; numquid non potuit, per annum, qui inter eius baptiſmum, & Matris mortem excurrit, vt vidimus, partim Romæ, partim Mediolani eidem propoſito vacare, Piſani montis, & Centum cellarum Eremitas inuiſere, aliquandiù cum illis verſari, & de vita monaſtica quędam addiſcere, & quædam edocere? Ità factum ſcribunt Henricus de Vrimaria *tract. de Orig. Fratr. Eremit.* Iordanus de Saxon. *lib. 1. cap. 7. Vit. Fratr.* Licentius *epiſt. 39. apud Auguſtinum.* Bartholomæus Vrbinat. *in front. Milleloquij.* Petrarcha *lib. 2. Vit. ſolit.* Martinus V. *ſerm. de translat. S. Monicæ.* Baptiſta Mantuanus *lib. 8. de ſacr. dieb.*, alijque apud Marquez de *Orig. Eremit. cap.* 8. §. 6. Herreram. *reſponſ. pacific. 5. num. 226. & ſeqq.*, & Io. Petrum Creſcentium in *Præſid. Roman. lib. 1. pag. 332. & 366.* Et ideò non improbabile iudicatur.

Vt autem appareat falſitas Deſnoſianę conſequentiæ. Tranſeat, quod eodem anno, quo baptizatus eſt ad patrios lares reuerſus ſit. Quid indè? Ad ſummum inferretur non fuiſſe diù in Italia Monachum, nunquam autem non fuiſſe ibi Monachum. A conditionata ad abſolutam non valet illatio.

DVBIVM VIII.

Quandonam de facto incæperit S. P. Auguſtini Monachatus.

59 IMpoſſibilitatem Auguſtiniani Monachatus in Italia ratione modicę permanentię à Deſnos, & ratione celeris itineris a Macedo prætenſam, eum nullam eſſe iam viderimus, quando reuerà cæperit, ſequitur, vt inquiramus. Et cum eius baptiſmo inchoaſſe conſtans eſt Eremitarum, & præter ipſos Gondiſal. de Illeſcas. *lib. 2. hiſt. Pontific. cap.* 8. *in Vit. Anaſtaſ. Pap.*, aliorumque mox adducendorum ſententia; & meritò, quia ſi ſemel propoſitam religioſam vitam profiteri diſtuliſſet, de tali dilatione doluiſſet in Confeſſionibus, vt benè argumentantur Petrus Maturus in *not. ad D. Antonin.* & Suarez, vt dictum eſt *num* 40. licet Suarez *d. cap.* 8. *num* 4. dubitet, an fuerit proptereà ſtatim propriè, & perfectus Religioſus per tria ſolemnia vota, proùt nunc fit; eo quia & ſi de caſtitatis voto non dubitet, quin ab eo, vt infert ex vltimis *lib. 8. Confeſſ.* verbis, adhuc Cathecumeno fuerit emiſſum, de alijs nempè paupertatis, & obedientiæ, vt ipſe aſſerit, ſibi non conſtet ſaltem pro tempore, quo poſt baptiſmum in Italia permanſit.

60 Attamen & tunc incæpiſſe, & verum, ac propriè Monachum ab eo tempore fuiſſe, dicendum. Primum, pręter allatam rationem, probatur ex habitu Monachali, quo ſe illum induiſſe teſtatur S. Ambroſius *ſerm. 92. de eius baptiſm.* dicens: *Nouum Chriſtianum nouis veſtimentis, cucullo nigro induimus, cingulo ex corio ipſi pręcinximus.* Quod & magis oſtendetur, vbi de eius antè Epiſcopatum habitu. Ergò tunc incæpit eius Monachatus; non enim cucullo induitur, qui à profeſſione monaſtica eſt alienus.

61 Nec huius ſermonis fides infringitur per hoc, quod nimis ſcrupoloſè vocetur in dubium à Suarez, Baronio, & Bellarmino (ne dicam à Canonicis Regularibus, qui omnia, quæ Auguſtiniano Monachatui fauent, quæcumq; illa ſint, de facili negant) & ab Ambroſij operibus excludatur; eorum enim rationes, vt inefficaces ſolidè diſſoluuntur à Marquez de *Orig. Eremit. cap. 5. §. 13.* Ægidio à Purificatione

ne

ne in *Prim. Auguſtin. lib.2. cap.5.* Ludouico de Angelis *de vit. & laud. S. Auguſt. lib.4. cap.5.* Carolo Moreau. in *Vindic. pro D. Auguſt. appendic. ad p.1. §.4.* alijſque compluribus. Nec parui faciendum, quod ab antiquo pro legitimo receptus fuerit, proùt recipitur a Clemente VI. Summo Pontifice in *ferm. Nephtali ceruus emiſſus*. S. Antonino. *3. p. hiſt. tit. 24. cap.14. §.2.* Petro Maturo in *not. ad dict. 3. p.* Hieronym. Torrens. in *Confeſſ. Auguſt. lib. 4. cap. 8.* Gregorio de Valentia *Controuerſ. de ſtat., & vit. Relig. cap.2. argum. 2.*, & in *2. 2. diſp.10.q.4. punct.1. §.1. verſ. extant etiam.* Ioan. Rioch., Carolo Tapia, Alphonſo de Oroſco, Auctore appendic. ad Catalog. Sanctor. Petri de Natalib., Didaco Coria, Maldonato, Bartholomæo Cariaſco, Iacobo Gualtero, Gondiſal. Illeſcas, Alphonſo Villegas, apud Marquez *ibid.*, & Thomam Herreram *reſponſ. pacific. 4. ad 4. §. Apologet. punct. 1. §.1. num. 47.* à Paolo Morig. in *hiſtor. Relig. cap. 22.*, & a Petro Morſalino, vna cum Franciſco Maurolico in eorum Martyrolog. his verbis: *Tertiò nonas Maij Mediolani Conuerſio S. Auguſtini Epiſcopi à S. Ambroſio Mediolanenſium Præſule baptizati, & monaſtico, nigroque habitu induti.* Et in hymnis pro S. P. Auguſtini menſtrua commemoratione ad Matutin., & Laud. legebatur. *Auguſtinus baptizatur, exultat Eccleſia. Te Deum hic cantatur. O' mira ſolertia. Veſte nigra hic indutus, præcinctus corrigia.* Et rurſus: *Baptizat hunc Ambroſius, Deum laudamus intonat, Simplicianus Monachus habitum dat, & cingulum.*

62 Poterat igitur ab hac incongrua cenſura Deſnos abſtinere: *Tam ſpurius eſt hic ſermo* (ſic ille *lib.3. cap.7.*) *vt ne micam habeat dictionis, & ſtyli Ambroſiani, quin potius ſordida ibi, & dimiſſa ſunt omnia, cuius etiam maximos errores notauit Baronius*; aut ſaltem reſponſiones, quibus PP. Eremitani Baronij fundamenta diſſoluunt, nouis impugnare debuiſſet argumentis. Et dato, quod eloquentiæ Ambroſianæ non reſponderet; nec propterea ſpurius, cum pro Auctore recognoſcendo non ſufficiat ſtylus, vt fuſe probat Turrian. *lib.2. pro epiſt. Pontific. cap.2.*, & notat Caietanus in *2. Canonic. S. Petri* exemplo Regiſtri S. Gregorij, cuius ſtylus ab alijs eiuſdem operibus eſt valdè diuerſus: Quin patet in ipſo Auguſtino, qui formam loquendi iuxtà Auditorum exigentiam variauit, vt in *lib. de Agone Chriſtiano*, de quo ſic *lib. 2. Retract. cap.3.* ipſe teſtatur: *Liber de Agone Chriſtiano Fratribus in eloquio latino ineruditis humili ſtylo conſcriptus eſt.* In ſermonibus *de tempore*, de quibus *ſerm.74.* ſic. *Idcò rogo humilitèr, vt contentæ ſint conditæ aures verba ruſtica æquanimitèr ſuſtinere, dummodò totus grex Domini ſimplici, vt ita dixerim pedeſtri ſermone pabulum ſpirituale poſſit accipere.* Et in *lib. de Geneſ. contra Manichæos cap.1.* confeſſus eſt, ſe quandoque demittere debuiſſe ſtylum, vt non ſolum doctis, ſed & minus peritis proficeret. Vnde argumentum hoc a diuerſitate locutionis deſumptum reſpuit. Thophil. Raynaud. *tom.11. in Critic. pag.273. in fin.*, & infirmum, ac periculoſum dicit clariſſimus, & ægregiæ eruditionis Vir Ioannes Ciampinus in ſuo *Examine lib. Pontific. ſect. 2. pag.44.*

63 Sed ad quid hęc? Ecce quid ipſe Deſnos ad probandum ſermones *de comm. vit. Cleric.* eſſe à S. P. Auguſtino compoſitos *d. lib. 3. cap. 4.* ſub hac forma adducit. *Inſtare poſſet aliquis: ſed vndè rudis contextus ille, & aſpera multa minus Auguſtini genium, methodum, ac ordinem redolentia? Sed hunc ſcrupulum tollit Eraſmus. Is enim in Præfat. ad Arnobium, ſeù epiſtola ad Adrianum VI. lib.29. epiſt.10. & epiſt. ad Petrum Canonicum Anderlacenſem lib.17. prudentèr æquè, ac ſapienter aduertit, doctos viros varia ſcripſiſſe, prout doctis, vel indoctis loquerentur.* Et adductis alijs eiuſdem Eraſmi ad fauorem dictorum ſermonum ſubdit: *Sic Eraſmus fidem concilians ſermonibus de communi vita Clericorum.* Modò ſic. Ergò inelegantia ſtyli non eſt ex eius ore ſatis, vt pro ſpurijs habeantur ſermones de *communi vit. Clericor.* Nec ergò ex conſimili ſtyli inelegantia Ambroſij ſermo dicendus eſt ſpurius.

64 Hoc ſolum aduerto, non benè reſpui dictum ſermonem nec a Deſnos, nec ab alio quocumque, per hoc, quod indutus veſte nigra dicatur in eò Auguſtinus, cum ex more Eccleſiæ veſtimentis albis nouitèr baptizati ſuperinduerentur; Vtrumque enim actum credo; Neque Ambroſius, & baptiſmum, & cuculli impoſitionem narrat pro eadem die: *quod his diebus* (ſic ipſe) *contigit Fratres humaniſſimi vidiſtis*; quaſi vna die baptizatus: altera verò veſte nigra, & cucullo indutus fuerit; Et non obſcurè inſinuat S. Antoninus *loc. ſupr.* ſic Ambroſium explicans. *Nam poſt conuerſionem ſuam, & baptiſmum dicit Ambroſius in ſermone de Baptiſmo Auguſtini, hunc ſcilicet in Chriſto genui, & poſtquam baptizaui, eum indui cucullam nigram.* Quod facilè ad aliquot poſt baptiſmum dies poteſt referri; ità quod in baptiſmo veſtem candidam de more induerit: Dominica verò in albis nigrum cucullum.

65 At quid ſi dicatur talem candidi veſtimenti conſuetudinem reſpectu eorum, qui purum baptiſmum ſuſcipiebant, inualuiſſe; atque inde in Auguſtino, qui Chriſtianus, & Monachus factus eſt, obſeruari non debuiſſe? Et quid, ſi cum Thoma de Trugill. in *Theſaur. concion. ſerm. de S. Auguſtin. in eiuſdem vit.* ad vtramque, Chriſtianam ſcilicet, & monachalem vitam exprimendam, ſuper albam veſtem, nigra indutum fuiſſe tunica dicamus Auguſtinum? Numquid improbabilitas, aut inueriſimilitudo in his dicendi modis? Dicatur, quod lubet, & conſtabit nihil in dicto ſermone diſſonum contineri; conſequenterque ſubſiſtere, vel in ipſo baptiſmo, vel breui poſt illum ſpatio, cucullam nigram induiſſe, atque ab eo tempore Monachum fuiſſe Auguſtinum.

66 Quoad ſecundum fateor, poſt reditum in Patriam ab illo vendita, pauperibuſque

di-

diſtributa ſua bona, ideſt ſtatim, ac Tagaſten venit. Sic legitur in antiquo Breuiario Bracarenſi, quod in Eccleſia 700. ab hinc annis erat in vſu in *lect.8. Natal. S. Auguſtini*: *Auguſtinus cum Fratribus ſuis Carthaginem adnauigauit; patrimonium pauperibus erogauit; & in nemore Monaſterio ſtructo ſecundum Regulam ab Apoſtolis conſtitutam viuere cæpit*. Quod repetit Artmanus Schedel. in *Chronic. magn. ætat. Mund. ad ann.* 414. ac S. Antoninus *d. §.2.*, & clarè aſſerit idem S.P. Auguſtinus *epiſt. ad Albinam*, hac de cauſa ab Hipponenſibus ſe dilectum affirmans: *Nam ſi in me dilexerunt, quod audierant, paruis agellulis paternis contemptis, ad Dei liberam ſeruitutē fuiſſe conuerſum, quanto flagrantius, &c.* Vbi perpendendum ly *audierant*, quo infertur, antequam Hipponem accederet, hoc eſt, dum adhuc apud Tagaſten eſſet, huiuſmodi prędia ab ipſo diuendita, vt benè *quæſt. quodlib. de orig. Eremitar.* obſeruat Chriſtianus Lupus, & præfata verba, ſicut & hæc alia ex *ſermon. 1. de commun. vit. Cleric. Vt quemadmodum ego paupertatem meam vendidi, & pauperibus erogaui*, ſic conſiderans: *Ecce palam dicit. Auguſtinus, quod ſe in Eccleſia Tagaſtenſi omni paterna hæreditate exuerit, antequam eum Hipponenſes inuaderent, atque imponerent Clericatum*; quod rurſus colligit ex Poſſidio *cap.3.* ibi: *alienatis curis ſæcularibus*; ideſt, *res omnes ſuas* (ſic Lupus) *temporales à ſe alienauit*.

67 Hoc inquam ità reuerà ſe habet; non tamen indè negandum à ſuſcepto baptiſmo verum Monachum, hoc eſt, Religioſum fuiſſe Auguſtinum. Non enim conſtat tunc temporis Religioſos vouiſſe paupertatem eo modo, quo nunc vouent Monachi: ſeu ex vi voti paupertatis remanſiſſe incapaces dominij, cum huiuſmodi incapacitas proueniat in Monachis, non ex natura voti paupertatis, ſed ex iure poſitiuo Eccleſiæ, vt docet Vaſquez ad *1.2. D. Thom. diſp.165. cap.6.*, qui addit tempore Valentiniani, & Martiniani, & Theodoſij Imperatorum fuiſſe veros Religioſos, & Religioſas, penes quos tamen erant rerum dominia, vtpotè liberos ad teſtandum; & probat, ex *l. Generale C. de ſacroſanct. Eccleſ.* ſicut, & Aluiſet. *de priuil. Regul. ſect.4. dub.11. num.16., & 17.* & ſic poſſet dici Monachum fuiſſe Auguſtinum, licet cum dominio de ſua facultate diſponendi.

68. Quidquid tamen ſit de hoc. Non vendidit, concedo, ſua prædia, nec ipſis niſi poſt reditum in Patriam effectiuè ſe expropriauit; vendidiſſe tamen affectiuè, hoc eſt ad ea vendenda, expropriandaque voto ſe adſtrinxiſſe in ipſa cucullæ ſuſceptione tenendum eſt; & eatenus non tunc vendidit de facto, quatenus Mediolani degens commodè præſtare nequibat; Et quamuis, vt Suarez. *d. cap. 8. num. 4.* diſcurrit, in nullo antiquo, vel ſaltem digno Auctore appareat, quod de facto ità vouerit; vouiſſe tamen, (vt vouere potuiſſe *ibid.* ipſe admittit) ſatis indicat tum eius conſtans, & iam probatum de Monachatu ſuſcipiendo propoſitum; tum Petri Maturi, quin & ipſius Suarij *ibid. nu.3.* ſupra *num.* 40. adducta ratio pro huiuſmodi propoſito prompta poſt baptiſmum executione probanda; nec ipſe Suarez admittere potuiſſet *ibid. vel cum baptiſmo, vel non multò poſt Religioſam vitam profeſſum fuiſſe Auguſtinum*, niſi ad paterna prædia dimittenda voto ſaltem eum ſe tunc adſtrinxiſſe iudicaſſet. Et ſuadetur vlteriùs ex ipſo S.P. Auguſtino; cum enim ex vna parte in hac ſuæ Conuerſionis *lib. 8. Confeſſ. cap. 12.* relatione: *Conuertiſti enim ità me ad te, vt nec vxorem quærerem, nec aliquam ſpem ſæculi*, inſinuauerit, iam tunc facultatibus omnibus actu poſitiuo voluntatis ſe expoliaſſe; & ex alia, ſtatim ac Tagaſten peruenit, effectiuè illa dimiſerit, ſatis dignoſcitur, quod firmo propoſito, ſeù voto dimittere ſpoponderit, vt diſcurrit, & benè ſuadet Ægidius à Præſentatione *lib.2. Prim. Auguſtin. cap.7.* quod ad Auguſtini Monachatum ſufficere non dubito, maximè cum actualis abdicationis procraſtinatio, non arbitraria, ſed neceſſaria fuerit.

69 Eodem modo nec de obedientiæ voto dubito. Et Suario, de eo non conſtare aſſerenti, nec de Antonij, Pacomij, Hilarionis, Martini, Benedicti, aliorumque Monachorum votis conſtare, ne reſpondeam, hæc ex Piato *de bon. ſtat. Relig. lib.1. cap.21.* pro ſatisfactione exhibeo. *Quod ſi quis quærat*, de antiquis Monachis loquitur, *eadem ne fuerit ſæculis illis religioſæ vitæ forma, quæ nunc eſt, nihil planè ambigi debet, quin ſimillima fuerit; nam illo etiam tempore, non ſolum paupertatem, & continentiam, & ergà Præpoſitos ſuos obedientiam profitebantur; ſed etiam omnes, aut ferò omnes votis inſuper obligabantur. Illud tantum intereſt, ſi quid intereſt, quod non adhuc tanta inerat Monaſticis hiſce votis auctoritas, atque hæc, quam Theologi noſtri appellant, ſolemnitas: quin etiam initio nec expreſsè quidem, vt ſimilius verò eſt, ac publicè vota emittebantur: ſed ea profeſſio ex generali omnium ſenſu, & conſenſu ita erat religioſo ſtatui annexa, vt etiamſi voce nulla facta eſſet promiſſio, tamen intelligeretur ſimul cum ſtatu ſuſcepta eius profeſſionis obligatio; hoc opinor modo, quo nunc Caſtitatis votum in ſacris Ordinibus accipiendis includitur*. Exhibeo inquam, quia indè conſtat, quid de præfato Auguſtini voto dicendum ſit; aut ſaltem dici poſſit.

70 Objicit Nicolaus de S. Maria in *Chron. de Ordem dos Conegos Regrantes lib.2. c.11.* quod inſinuat & Suarez *d. cap. 8. num. 4.* Poſſidium *cap.3.* ſic ſcribere: *Placuit ei* (ſcilicet Auguſtino) *percepta baptiſmi gratia cum alijs ciuibus, & amicis ſuis Deo pariter ſeruientibus ad Africam, & propriam domum, agroſque remeare*. Ergò, ſi placuit, liber erat ab obedientię iugo. Deindè Macedo *ibid. pag.666., & 667.* eumdem Poſſidium *cap.5.* aſſerere S. Patrem factum iam Præsbyterum cæpiſſe *viuere ſecundum regulam ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutam*. Ergò non erat anteà Monachus. Sed nullius roboris vtraque conſequentia: prima, cum non implicet aliquid fieri à ſubditis ſecundum propriū,

& ſuperiorũ placitũ; & quod de Ambroſij, cui ſubdebatur, conſenſu id egerit, vt in ſimili *lib.2. Pontific. hiſt. cap.8. in vit. Anaſtaſij Papæ* Gondiſaluus Illeſcas: *Mox vt baptiſmum accepit, ſtatuit Auguſtinus vitam religioſam, & ſolitariam ducere, quod executurus, benedictione à S. Ambroſio accepta, receſſit, inter Eremitas quoſdam deinceps victurus*. Secunda, quia ſubdit Poſſidius, *quod iam prior ipſe feceerat, dum de tranſmarinis ad ſua remeaſſet*, ſeù, ſtatim ac Tagaſten perueniit: quin & dum Mediolani eſſet, vt ipſe Auguſtinus *Confeſſ. lib.9. cap.8. ſimul eramus, ſimul habitabamus placito ſancto quærebamus quiſnam locus nos haberet vtilius ſeruientes tibi*.

71 Aliud eiuſdem Macedo occurrit argumentum. Duos *ibid. pag.664., & 665.* affert ex Auguſtini operibus textus, *in quibus* (ſic ipſe Macedo) *videtur expreſſa religioſæ vitæ profeſſio ſtatim poſt baptiſmum, & ante reditum in Africam*. Et ſunt, primus ex 9. *Confeſſ. cap.10.* vbi mater Monica ad Filium iam moritura: *Fili quantum ad me attinet, nulla re iam delector in hac vita. Quid hic faciam adhuc, & cur hic ſim neſcio, iam conſumpta ſpe huius ſæculi. Vnum erat, propter quod in hac vita immorari cupiebam; vt tè Chriſtianum Catholicum viderem, antequam morerer. Cumulatius hoc mihi Deus præſtitit, vt te etiam contempta fælicitate terrena ſeruum eius videam. Quid hic facio?* Alter ex *lib.8. cap.vltim.* vbi ſic habet Auguſtinus poſt lectam ſub ficu Pauli epiſtolam: *Indè ad Matrem ingredimur; indicamus, gaudet; narramus quemadmodum geſtum ſit, exultat, & triumphat, & benedicit tibi, qui potens es vltrà quam petimus, aut intelligimus, facere, quià tantò amplius ſibi à te de me conceſſum videbat, quam petere ſolebat miſerabilibus eius, flebilibuſque gemitibus. Conuertiſti enim ità me ad te, vt nec vxorem quærerem, nec ſpem aliquam ſæculi huius, ſtans in ea regula fidei, in qua me ante tot annos ei reuelaueras. Et conuertiſti luctum eius in gaudium multò vberius, quam voluerat, & multo charius, atque caſtius, quam de nepotibus carnis meæ requirebat*. His Auguſtini verbis ea adnectit, quæ *cap.2.* ſub hac forma ſcribit Poſſidius. *Mox ex intimis cordis medullis ad Deum conuerſus, ſpem omnem, quam habebat in ſæculo dereliquit: iam non vxorem, non filios carnis, non diuitias, non honores, ſed ſoli Deo ſeruire in illo, & ex illo puſillo grege eſſe ſtudens, quem Dominus alloquitur dicens: Nolite timere, &c. Et erat tunc maior annis triginta, ſola ſuperſtite matre Monica ſibi adhærente, & de ſuſcepto eius propoſito ſeruiendi Deo amplius, quam de carnis nepotibus exultante*. Ex quibus textibus, in quam, religioſam vitam profeſſum fuiſſe Auguſtinum, videtur poſſe probari, & de facto probatur. Ipſe verò Macedo, vt hinc nihil probari oſtendat, tale conficit argumentum.

72 Voces illæ S. Monicæ: *Vt te contempta fælicitate terrena ſeruum Dei videam* in eo ſenſu accipiuntur, quo in ſecundo, & tertio loco ab Auguſtino, & Poſſidio ſumuntur. Sed in ſecundo, & tertio loco non poſſunt accipi de profeſſione iam facta, ſed ſolum de facienda poſteà. Ergò de hac, & non de illa primus eſt locus intelligendus. Maior conſtat ex textibus. Minor probatur, quia in ſecundo loco Auguſtinus, cum ea verba dixit, & retulit, erat in ſtatu Cathecumeni nondum baptizati; & hic ſtatus non erat capax actualis profeſſionis; ergò non continebat factam, ſed ſignificabat futuram. Hæc Macedo. Et rotundam hanc vocat probationem, pro qua ſibi plaudit, paratus perdere vitam, ni & Poſſidius eadem retulerit de Auguſtino Cathecumeno, ex eo, quod tunc maior triginta annis à Poſſidio deſcribatur, cum tamen *33.* ætatis anno baptizatus fuerit, & ex eo, quod tunc illi adhæreret eius mater Monica.

73 Vereor tamen, ne hęc probatio ratione ſuę rotunditatis nec tangat in puncto. Poſſem in primis reſpondere non omnia adamuſſim, & diſtinctè narrari ab Auguſtino iuxtà diuerſitatem temporum, quibus illa euenere; non enim tunc, ſed longè poſt, hoc eſt iam factus Epiſcopus Confeſſionum libros edidit; & ſic benè potuiſſe in *cap. vltim. lib.8.* vbi de ſe Cathecumeno loquebatur, & alia, quæ poſt baptiſmum acciderant connectere. Et hoc meo videri euidentèr colligitur ex ipſis ſupradictis verbis *cit. cap. vltim. lib. 8.* quæ de Auguſtino Cathecumeno vult eſſe intelligenda Macedo. Verum quidem eſt, quod poſt lectionem Epiſtolæ Pauli *ad Rom.13.* ingreſſus fuerit ad Matrem, quod geſtum erat enarrauerit, & ea acciderint, quæ ibi ſcribit Auguſtinus: *Indè ad Matrem ingredimur; indicamus, gaudet; narramus quemadmodum geſtum ſit, exultat, & triumphat, & benedicit tibi*; & hæc omnia verificantur pro tempore, quo erat Cathecumenus. Subſequentia tamen verba; *Quia tanto amplius ſibi à te conceſſum de me videbat, quam petere ſolebat; Conuertiſti enim ità me ad te, vt nec vxorem quærerem, nec ſpem aliquam ſæculi huius; & conuertiſti luctum eius in gaudium multò vberius, quam voluerat, & multò charius, atque caſtius, quam de nepotibus carnis meæ requirebat*, non poſſunt verificari pro eodem Cathecumenatus tempore, ſed pro ſubſequente, hoc eſt poſt baptiſmum; ſolum enim propoſitum ſuſcipiendi baptiſmi, vel etiam relinquendi ſæculum, quod ſolum conſiderari poteſt in Auguſtino eo tempore, quo erat Cathecumenus, ſatis eſſe non poterat, ad hoc, vt potuiſſet dici Monica *multò vberius*: imò nec ſimpliciter exaudita. Quid enim, ſi poſtquam ingreſſus erat ad Matrem, & ſuum propoſitum, vt ſuprà illi communicauit, Auguſtinum pænituiſſet, & baptiſmum recuſaſſet? Potuiſſet ne dici Mater eius cumulatius conſolata? Imò nec ad voluntatem. Ergò ſi ibi dicitur gaudium eius multò vberius, quam voluerat, & multo charius, atque caſtius, quam requirebat, ſupponitur ibi & baptizatus Auguſtinus, & pręter baptiſmum eius actualis vita religioſa: quibus poſitis benè intelligitur, quod fuerit verè vberius Mater exaudita.

Confirmatur, quia verba S. Monicæ, *Fili*

quan-

quantum ad me &c., ad quæ referuntur alia Auguſtini *Conuertiſti enim ità me ad te &c.* prolata ſunt à S. Matre, cum eſſet in Oſtijs Tyberinis, & propè mortem. Ergò illud vberius ipſius Matris gaudium, & ſi ibi referatur ab Auguſtino, vbi loquitur de ſe Cathecumeno, non verificatum eſt pro eodem Cathecumenatus tempore, ſed poſt baptiſmum, & conſequenter pro tempore religioſæ vitæ capaci; & ibi per anticipationem enarratum. Vndè negata quoad hanc partem minoris probatione, tota corruit Patris Macedo rotunda argumentatio.

74 Ad abundantiam tamen hoc totum prętereo; & dico tranſeat Auguſtinum ea omnia, quæ *cap. vlt. lib.* 8. affert, ſcripſiſse de ſe Cathecumeno, quod volo admittere argumenti gratia, & circa narrata à Poſſidio. Totum inquam admitto. Nego modo maiorem. Nec video, quarè primus textus, qui vt ex Confeſſionum *lib. 9. cap.* 10. poſterior eſt, debeat intelligi iuxtà anteriorem textum *cap. vltim. lib.* 8. Et ſic dato, quod omnia, quæ narrat Auguſtinus *d. cap. vlt. lib.* 8. de eo Cathecumeno intelligenda ſint, non eſt, cur verba S. Monicæ, vt in *cap.* 10. *lib.* 9. quæ ſine dubio ſupponunt Auguſtinum in altero ſtatu, nempè baptizatum debeant in eodem ſenſu accipi, quo accipiuntur verba in ſtatu Cathecumeni; diuerſus ſiquidem ſtatus diuerſam admittit formalitatem, vt *dub. ſeq.* in ſolutione conſimilis argumenti. Tranſeat ergò, quod verba vltimi *cap. lib.* 8. indicent tantummodò propoſitum vitæ religioſæ, ſeù profeſſionem futuram, quia tunc eſſet Cathecumenus Auguſtinus. Nego ſolum propoſitum, & futuram profeſſionem indicari à Monicæ verbis, quæ ſupponunt Auguſtinum baptizatum. Quin, ſi verba Poſſidij *& de ſuſcepto eius propoſito ſeruiendi Deo* debeant intelligi, vt vult Macedo, de ſolo vitæ religioſæ propoſito, & pro Cathecumini ſtatu, verba Monicæ, quæ ſupponunt baptiſmum, & indicant de facto ſeruum Dei Auguſtinum, *Cum contempta fælicitate terrena ſeruum Dei te videam*, de eius profeſſione actuali, ſeù de religioſa vita in actu exercito intelligenda ſunt. Et certè admiſſo, quod illam habuerit prius in voto, vt admittit Macedo, dicendum eſt cum effectu illam adimpleuiſſe ſtatim, ac baptizatus eſt; aliàs, vel non adimpletam, vel retardatam doluiſſet in Confeſſionibus, vt cum Petro Maturo, & Suarez obſeruauimus; Atque adeò nullius roboris mihi videtur argumentum, quod adeò efficax publicat, extollitque P. Macedo.

75 Huc alia eiuſdem reuocemus argumenta pro impugnando Auguſtini monachatu antequam Tagaſten perueniret. Et primò ſic *pag. 691. col.* 1. Cętus ille hominum, inter quos Auguſtinus, antequam Africam teneret, non erat religioſus, hoc eſt hominum votis adſtrictorum, quandoquidem inter eos Licentius, qui votis adſtrictus non erat; ergò neque Auguſtinus ſaltem tunc religioſus erat votorum vinculis alligatus. Secundò *pag. 663. col.* 1. Auguſtinus *lib. 12. cap. 9. Confeſſionum*, fatetur, ſe leuandi doloris gratia ad balneas lauatum iſſe. Ergò non Monachus, ſed purè laicus aſſerendus, cum huiuſmodi ablutio hominem aſceterium, & religioſum dedecat. Tertiò *pag.* 664. dum eſt Romæ commoratus Auguſtinus per Vrbem euagauit, inſtituta ſacra, & mores Romanæ Eccleſiæ indagaturus, quemadmodum ipſe refert in *lib. de morib. Eccleſ.* ergò laicus, & non Monachus, à quo aliena videtur huiuſmodi euagatio.

76 Sed quis non videat argumentorum leuitatem, & quæ nè dum à Macedo, ſed nec à tyrone quoquam audire cogitaſſem? Eſtò Licentius fuerit in eo itinere Auguſtini ſocius, & non Monachus, numquid propterea non Monachi Auguſtinus, & alij? Neceſſe forſan, vt ipſe Monachus dicatur, quotquot amicos habuit, cuculla induerit? Recolantur, quæ de Verecundo *dub.* 5. dicta ſunt, & euaneſcet argumentum hoc ſumptum à Licentio. Secundum, & tertium minus dicunt; non enim video quarè non Monachus Auguſtinus per hoc, quod iuerit ad balneas, quæ ab eodem permittuntur non ſolum in Regula (licet vt ipſe Macedo tenet pro ſolis Canonicis Regularibus conſcripta) ſed & Monialibus, vt in *epiſt.* 109. Nec dicendum, quod dedeceant hominem aſceterium, cum eas, & ſanctis viris conuenire dicat Antonius Caracciolus *lib. de ſacr. Eccleſ. Neapolit. monument. cap. 27. pag.* 332. & oſtendetur *num.* 926. & patet in S. Ioanne Euangeliſta, quem balneas frequentaſse non eſt dubium; & ſi dedecerent, non ſolum Monachos dedecerent, ſed & Canonicos, & Sanctimoniales, quia tota inhoneſtas, quæ in illis cogitari poteſt, non à monaſtici, ſed à religioſi ſtatus ratione, quæ Monachis, & Canonicis communis eſt, deſumitur. Quarè, ſi hominem aſceterium non decerent, nec eas permiſiſſet Auguſtinus Canonicis in Regula; & dum permiſit, benè potuit & ipſe Monachus illis frui; eo magis cum intendamus Auguſtinum non monachum Anachoretam, ſed Cænobitam. Quo ſoluitur id, quod in tertio argumento dicit de euagatione, niſi ſe ipſe Macedo, qui toties euagatus eſt, & perquam plures Mundi partes, Cænobitam Monachum velit denegare.

DVBIVM IX.

An Tagaſte vitam Monaſticam duxerit.

77 PErfectum Monachum vixiſse Auguſtinum, ſaltem poſtquam Tagaſten peruenit negari non poteſt. Ità ſentit, & probat Suarez *d. tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 2. cap.* 8. à *num.* 11. *& ſeqq.* (quod, quando de eius Monachatu ab ipſo baptiſmo dicta *dub. præced.* non ſubſiſterent, Eremitanis Patribus adhuc ſatis eſſet) & euidentèr colligitur ex Poſſidio, ſic *cap.* 3. ſcribente: *Placuit ei percepta baptiſmi gratia cum alijs ciuibus, & amicis ſuis Deo pariter*

Digitized by Google

ſeruientibus, ad Africam, & propriam domum, agroſque remeare, ad quos veniens, & in quibus conſtitutus fermè triennio, & à ſe iam alienatis curis ſæcularibus, cum ijs, qui eidem adhærebant Deo viuebat, ieiunijs, orationibus, boniſq; operibus vacans, in lege Domini meditans die, ac nocte; quæ adeò Monaſticum inſtitutum probant, vt Macedo ipſe *pag.668. col.2.* ea ponderans, ita ſcripſerit: *certè non potuit Poſſidonius clariorem proponere religioſæ vitæ in cænobijs imaginem, nec nos aptiores ad id inſtitutum exprimendum latiiores, & exaggeratiores excogitare phraſes;* licet poſtea *pag.* 669. per hæc alia ſequentia eiuſdem Poſſidij, *& de ijs, quæ ſibi cogitanti, atque oranti intellecta reuelabat, & præſentes, & abſentes ſermonibus, ac libris docebat*, dicat, explicari inſtitutum Clericale, quod actionem, & contemplationem complectitur. Sed quoad hoc, iam liquet ex dictis *dub.*1. & 2. non pugnare cum Monachatu. Vndè non ſequitur, quod Monachus non fuerit; eo magis cum cænobiticam, & non anachoreticam, & eam mixtam, ſeù non purè contemplatiuam vitam Auguſtinum duxiſſe ſentiamus, vt *dub.*3. inſinuatum eſt, & iterum *dub.*4. & 5. *quodlib.*2.

78 Aduerſatur item & Deſnos dicens *eod. lib.3. cap.9.* hinc ſolum colligi, *Auguſtinum reuerſum in Africam, vitam quidem in communi vixiſſe; ſed ex qua tantum abeſt, vt Monachiſmus eius probetur, vt ne quidem Chriſtianiſmus, aut baptiſmus inde conijci poſſit demonſtratiuè.* Et probat ex eo, quod & antè baptiſmum hanc vitam, vt legitur 6. *Confeſſ. cap.*14. in votis habuerit; adhuc Cathecumenus eam in horto Verecundi, quodammodo inchoauerit; & nuper baptizatus deguſtauerit vna cum Socijs, & Matre vt in *Confeſſ. lib.9. cap.*8. (quod & ſcribit Macedo *ibid. pag.662. col.2.* pro tempore inter baptiſmum, & mortem Matris; & *pag.669. col.2.* pro toto triennio, quo Tagaſte commoratus eſt) & ſubſumit Deſnos: *At in ſingulis illis ſtatibus non Monachum egit: non quidem antè baptiſmum; Ethnicus enim Monachus non eſt: non in Cathecumenatu; nam Cathecumenos ſacra Monachorum adyta non admittunt: non recens baptizatus; cum eius, & ſodalium curam gereret ſancta Monica: apud Monachos autem nullæ fæminæ etiam religioſæ commanere debent. Igitur*, concludit tandem, *Auguſtinus in Pænatibus erat Laicus ciuilem, & communem cum amicis vitam ducens.*

79 Facilè tamen impugnatur; gratis enim omninò dicitur, ex Poſſidij verbis colligi tantum, eam Auguſtini cum ſocijs vitam apud Tagaſten fuiſſe ſolum in communi. Sed quia de hoc ex profeſſo *ſeq. dub.*10., & 12. ſufficiat in præſenti ſic argumentari. S. P. Auguſtinus *lib. de morib. Eccleſ. Cathol. cap.*31. ſic Monachorum vitam deſcripſit: *Contemptis, atque deſertis Mundi huius illecebris in communem vitam caſtiſſimam, ſanctiſſimamque congregati ſimul ætatem agunt viuentes in orationibus, in lectionibus, in diſputationibus.* Sed hæc omnia inuiolabilitèr in illa triennali Auguſtini vita deſcribit Poſſidius; ergò ex Poſſidij verbis benè colligitur, illam in communi Auguſtini vitam fuiſſe Monachalem; vel aſſignetur, quarè Monachalis illa vita communis, de qua loquitur Auguſtinus, & non iſta, de qua Poſſidius. Vndè patet quam falsò ſubdiderit Deſnos: *Ex quo tantum abeſt, vt Monachiſmus eius probetur, vt ne quidem Chriſtianiſmus, aut baptiſmus indè conijci poſſit demonſtratiuè;* licet enim ex vita communi vtcumque non probetur neq; baptiſmus, neque Monachatus; ex vita cōmuni tamen Auguſtini deſcripta à Poſſidio vtrumq; clariſſimè euincitur; quid namq; per ly *percepta baptiſmi gratia niſi* baptiſmus, & quid per ly *cum alijs Deo pariter ſeruientibus alienatis curis ſæcularibus Deo viuebat, orationibus, ieiunijs, boniſque operibus in lege Domini meditans die, ac nocte*, niſi Monachiſmus ab ipſo Auguſtino *d. cap.31. de morib. Eccl. Cath.* deſcriptus?

80 Accedamus modo ad argumentum. Nego in primis primam partem maioris, quod antè baptiſmum hanc (ſubintellige quam poſteà duxit apud Tagaſten) vitam communem deſiderauerit ibi Auguſtinus; ex *lib.* ſiquidem. 6. *Confeſſ. cap.*14. apparet potius, quod tunc vitam quidem communem optauerit, ſed non cælibem. En ipſius verba: *Sed poſtquam cæpit agitari, vtrum hoc mulierculæ ſinerent, quas & alij noſtrum iam habebant, & nos habere volebamus, illud placitum, quod bonum firmabamus, deſiliuit è manibus:* poſt baptiſmum verò, & in Patria vitam communem, & cælibem duxit; & à diuerſis non eſt facienda illatio. Tranſeat tamen, quod & ſimilem vitam concupierit antè baptiſmum, vt reuerà poſteà concupiuit, vndè angebatur Verecundus, quod, quia coniugatus, eius conſortio frui non poſſet, vt *dub.*5. oſtenſum eſt. Ad minorem: quoad ſecundam partem. Et quid ſi Monachus dicatur in Villa Verecundi adhuc Cathecumenus? Nonne Cathecumenum Monachum ſupponere videtur Chryſoſtomus *hom.*25. *in epiſt. ad Hebræos* in illis verbis: *Quamobrem Cathecumenus quidem, etiam ſi ſit Monachus non eſt Frater?* Sic Auguſtinus Monachus appellatur à Chriſtiano Lupo *d. quæſt. quodlib. c.*1. hoc eſt ſolitariè viuens, vt aduertunt Petrus Maturus in *not. ad D. Antoniu. loc. ſupr.* & Nicolaus Cruſenius in *Monaſt. Auguſtin. part.1. cap.*3. Quoad tertiam partem verò, heu quam ſcrupoloſus Deſnos! Non fuit Monachus Auguſtinus, quia illo modico, ac exiguo, vt ipſe loquitur, tempore vixerit cum Matre. Et quis pro eo tunc illas leges requirit in Monialibus, & Monachis, quas temporum decurſu ſanxerunt Pontifices? Nouum fortaſsè, quod antiquitus viuerent & Monachi in proprijs domibus? Sed de hoc infrà *num.*114. Tranſeat tamen & minor. Nego nihilominus conſequentiam; nec video quomodò ex hoc antecedente: Eleemoſina facta ab homine, dum Ethnicus eſt, non eſt meritoria; ergò neque (inferatur) facta poſt baptiſmum. Sic nec meo videri benè deducitur. Vita communis, quam Auguſtinus optauit antè baptiſmum, inchoauit Ca-

the-

Digitized by Google

thecumenus, & continuauit vna cum Matre baptizatus, non fuit Monachalis. Ergò Monachalis non fuit vita communis, quam poſt baptiſmum in agro Tagaſtenſe cum Dei ſeruis meditans die, ac nocte ſine Matris, aut fæminæ vllius ſocietate tranſegit; quando, vt vidimus ex Poſſidio fuit illi ſimilis, quam Auguſtinus obſeruauerat in Monachis!

81 Confirmatur modo noſtrum aſſertum ex eodem Poſſidio *cap.5. Factus ergò Præsbyter monaſterium intrà Eccleſiam mox inſtituit, & cum Dei ſeruis viuere cæpit ſecundum modum, & regulam ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutam, maximè vt nemo quidquam proprium in ea ſocietate haberet, ſed eis eſſent omnia communia, & diſtribueretur vnicuique, prout cuique opus erat; quod iam ipſe prior fecerat, dum de tranſmarinis ad ſua remeaſſet*. Quæ ſanè ſignificant Auguſtinum, antequam Hipponenſe monaſterium conſtrueret, & ibi cum Dei ſeruis viueret, eamdem vitæ rationem tenuiſſe, & cum eſſet Tagaſte.

82 Reſpondet Macedo *pag.666. col.2.* ly *quod prior ipſe fecerat, dum de tranſmarinis ad ſua remeaſſet* referi non debere ad totum ſcripturæ complexum, hoc eſt ad vitam regularem, & in communi: ſed tantummodò ad id, quod proximum eſt, nempè: *Maximè vt nemo quidquam proprium haberet &c.* hoc eſt ad vitam in communi; & ideò non probari Monaſticam vitam apud Tagaſten duxiſſe Auguſtinum. Et probat ſequentibus, quæ certa vocat, argumentis. Primò, quia ſi Auguſtinus fuit prius Regularis, iam tum cæperat; ergò non cæpit tunc, ſcilicet in Hipponenſe monaſterio, ſed continuauit, quod cæperat: at Poſſidius dicit tunc cæpiſſe, cum eſſet Hippone *cæpit viuere*. Igitur cæpit tunc de nouo; quod antea non cæperat. Nec valet, dicit ipſe, reſpondere, quod ſenſus ſit cæpiſſe ibi, ideſt Hippone, ita vt *cæpit* cadat in locum, non in vitam; primò quià ea duo ſunt, & diuerſa; vnum, quod prius ponitur, Regulariter viuere; alterum, renunciare proprio, & de commuui viuere; & ideò ad hoc, quod immediatum eſt, refertur, dicit ipſe, illud *quod prior ipſe fecerat*: præſertim cum hoc ſecundum ſtare poſſit ſine primo; & interueniat inſuper dictio *maximè*, quæ ideò poſita eſt, vt illud *quod prior ipſe fecerat*, trahatur ad ſecundam partem de ſola abdicatione proprietatis. Secundo, quia ſi admittatur ly *cæpit* debere referri ad locos, & non ad res nutabit fides ſcripturarum, in quibus habetur inchoatio aliquorum, vt potè de Chriſti miraculo: *Hoc initium fecit Ieſus in Cana Galileæ*, & de Petri Periurio *Cæpit anathematizare, & iurare*; ſequeretur namque, & alia alibi Chriſtum feciſſe miracula, & prius alibi Petrum periuraſſe, poſito quod initium referri debeat ad locum. Ergò Poſſidij ſenſus eſt, non quod Hippone, ſed quod tunc ſimplicitèr cæperit Auguſtinus religioſam vitam, & conſequentèr illud, *quod prior ipſe fecerat*, trahatur ſolum ad vitam communem.

83 Probat ſecundò illud, *quod &c.* non poſſe comprehendere primam partem, vitæ ſcilicet Religioſæ, hoc argumento, quod rotundum vocat. Quia Auguſtinus etiam Cathecumenus cogitabat de vita communi, & abdicatione proprij. Ergò ad hoc tantum eſt illud *quod &c.* omninò referendum; niſi fortè dicatur Auguſtinum Regularem fuiſſe, cum Chriſtianus nondum eſſet, quod ſequitur poſito quod abdicatio proprij, & vita communis ſeparari nequeat à vita regulari. Et confirmat, quia non alia de cauſa poſuit Poſſidius primo loco quod erat perfectius, & ſecundo quod erat imperfectius, niſi vt ſignificaret, quod imperfectius erat, iam ante ab Auguſtino factũ; quod ſi voluiſſet vtrumque complecti, vel vltimo loco, quod eſt perfectius potuiſſet, vel vtrumque ita copulaſſet, vt vno poſito alterum ſequeretur.

84 Verum & hæc præter apparentiam nihil ſoliditatis habere oſtendamus. Dico ergò vitam Regularem duxiſſe & Tagaſte Auguſtinum; quod ſatis indicat Poſſidius in ly *quod prior ipſe fecerat, dum de tranſmarinis ad ſua remeaſſet*. Et verum non eſt ly *quod* complecti ſolam ſecundam clauſulam, hoc eſt proprij abdicationem, & vitam communem, non verò præcedentem de vita religioſa, ducto à Iuriſconſult. argumento, quod Clauſula in fine poſita ad omnia præcedentia refertur, præcipuè quando principalitèr per ſe poſita, & commodiſſimè ad ea poteſt referri ex latè adductis à Barboſ. *tract. de Clauſul. 70. n.1.* præterquam quod non ſunt propriè duo diſtincta ſignificata, ſed ſecunda clauſula maior explicatio primæ.

85 Aſt his omiſſis, ſic ad hominem. Vita Apoſtolica, de qua Poſſidius in prima clauſula conſiſtit maxime in abdicatione proprij, & vita communi. Ita ipſe Macedo dum *pag.693. col.2.* loquens de vita Apoſtolica, quam in monaſterio in horto Valerij conſtructo duxit Auguſtinus, in communione vitæ conſiſtere probat hoc pacto. Vita in eo Apoſtolica cum ſuis Auguſtini patet ex ſequentibus: *Cæpi boni propoſiti fratres colligere compares meos, nihil habentes*, addit, *vt in commune viueremus*. Concordant hæc pænitus cum verbis Poſſidij *cap.5. Factus Præsbyter monaſterium mox inſtituit, & cum Dei ſeruis viuere cæpit ſecundum regulam ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutam*. Ne ouum quidem ouo magis eſt ſimile. Hæc Macedo. Nec clàrius poterat exprimere vitam ſecundum regulam Apoſtolorum conſiſtere in illa vitæ communione. Sed hoc anteà fecerat Auguſtinus, dum de tranſmarinis ad ſua remeaſſet, vt patet ex Poſſidio. ergò ly *quod prior ipſe fecerat*, quod ponitur ſecundo loco, reſpicit, & explicat vitam Apoſtolicam, de qua in primo.

86 Vrgeo. Prima clauſula, per quam regularem vitam importari dicit Macedo, tres partes continet, vitam cum ſeruis Dei ſecundum modum, & regulam ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutam, & in monaſterio. Sed hæc omnia præ-

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

præſtitit Auguſtinus cum eſſet Tagaſte; Et probo quoad primam partem ex eod. Poſſidio *loc. ſupr. At placuit ei percepta baptiſmi gratia cum alijs ciuibus, & amicis ſuis Deo paritèr ſeruientibus ad Africam, & propriam domum, agroſq; remeare, ad quos veniens, & in quibus conſtitutus fermè triennio, &c.* quoad ſecundam verò, quia modus, & regula ſub ſanctis Apoſtolis conſtituta maximè conſiſtit in vita communi, cum abdicatione proprij ex Poſſidio; quod factum eſſe ab Auguſtino Tagaſte conſtituto eſt omninò certiſſimum, & mox vidimus ex ipſo Macedo. Et quoad tertiam, quia vt habetur *ſerm. 1. de commun. vit. Cleric.* venit Hipponem Auguſtinus lucraturus Deo amicum, vt cum eo *eſſet in monaſterio*; ex quo apertè conſtat habuiſſe Tagaſte monaſterium, ad quod poſset amicum reducere, vt cum Suario infrà *nu.* 98. Si ergò hæc omnia, quæ ſunt in prima parte verborum Poſſidij præſtitit Auguſtinus Tagaſte, ad hæc omnia debet ſe extendere ly *quod prior ipſe fecerat*; nulla eſt enim ratio hoc denegandi conſtito ſemel, quod ea omnia præſtiterit Auguſtinus. Sed in illis continetur, vt vult Macedo, vita religioſa; ergò per ly *quod fecerat* benè declarat Poſſidius, & Tagaſte Religioſum fuiſse Auguſtinum. Et ità intelligit, explicatque hæc Poſſidij verba doctiſſimus Suarez *tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 2. cap. 8. num.* 18. dicens: *Verumtamen conſideranda ſunt verba, quæ ſtatim adiungit Poſſidius, ſcilicet, quod iam ipſe prior fecerat, dum de tranſmarinis ad ſua remeaſſet. Quæ verba ſunt notanda; probant enim optimè, antè Præsbyterium cum Dei ſeruis viuere cæpiſſe ſecundum regulam ab Apoſtolis approbatam, & conſequenter quam regulam poſteà ſuis Clericis dedit, prius ſuis Monachis tradidiſſe.*

87 Nec obſtant, vt obiecta ſoluantur, quæ adducit ex Poſsidio *cæpit viuere ſecundum modum, & regulam &c.* cum alijs de Chriſti miraculis, & Petri negatione. Suſtinemus enim locutum Poſſidium relatiuè ad locum, ſeù cæpiſſe Hippone, vbi antea non id egerat; cum quo tamen ſtat, quod alibi hoc eſt Tagaſte eamdem vitam religioſam duxerit, ſecus ſuperfluum fuiſſet adnectere, *quod prior ipſe fecerat &c.* nec nouum, verbum *incipere* quandoque ad locum, vel tempus, non verò ad res referri, vt, incipiunt Bachanalia, incipiunt ſtudia, & ſimilia; in quibus nemo dixerit, non anteà celebrata Bachanalia, aut ſtudia; & ſenſus eſt incipiunt hoc anno Bachanalia, vel ſtudia. Ita dicendum de ly *cæpit viuerè &c.* Nec tamen dicimus, quod vbicumque reperitur dictio *cæpit*, debeat referri ad locum, & non ad res: ſed cum poſſit ad vtrumq; referri, ſpectandum eſſe, an aliundè habeatur notitia talis initij; & ſi inuenitur, quando poſteà dicitur *cæpit*, tunc accomodandam eſse dictionem ad locum, vel tempus, vt in ſupra poſitis exemplis: ſi vero non inuenitur, tunc *cæpit* ad res ipſas referendum eſse, vt in adductis ſcripturis. Cum ergò oſtenderimus eamdem vitam, & Tagaſte duxiſse Auguſtinum, certè *cæpit*, quod habetur in Poſſidio, ad locum debet referri. Addo ſenſum Poſſidij eſse, quod, Auguſtinus cæperit in ſtatu Præsbyteri *cum Dei ſeruis viuere ſecundum regulam &c.* cum anteà Tagaſte eodem modo cum Dei ſeruis vixiſset, ſed laicus. Vel tandem, cum duplex ſit Regula Apoſtolica; formata ſcilicet, & non formata; hæc inquam, quæ in Actis Apoſtolorum habetur: illa, quam Auguſtinus cohærenter ad eadem Acta compoſuit, dum dicitur, quod *factus Præsbyter cæpit viuere ſecundum regulam &c. Non poteſt intelligi* (ſunt verba Iordani de Saxonia *lib. 2. vit. Fratr. cap. 14.*) *de Regula nondum formata, quaſi ſumeretur regula pro modo viuendi Apoſtolorum, abſque tamen regula formata, quia ſecundum illam regulam non tunc incæpit primò, cum factus fuit Præsbyter, quia prius per triennium apud agros proprios ſecundum illam vixerat: ſed de regula formata, ſecundum quam factus Præsbyter cæpit viuere.* Quo etiam dicendi modo, cum appareat per triennium vixiſse Auguſtinum ſecundùm regulam Apoſtolicam, licet non formatam, adhuc oſtenditur Tagaſte Religioſum fuiſse, ſicuti alij antiqui Monachi, & ſi regulis formatis caruerint, & iuxtà Macedo, qui vitam ſecundum illam regulam Apoſtolicam vitàm regularem, & religioſam eſse admittit, vt vidimus.

88 Ad primam confirmationem patet reſponſio ex dictis, non eſse duo, quæ ibi à Poſſidio referuntur; & quamuis ea ex natura ſua duo eſſe poſſint, non eſſe duo in ſubiecta materia; cum ibi ex probatis de vita Auguſtini Tagaſte appareat ſubſequentem propoſitionē eſſe maiorem explicationem antecedentis, & cum illa connexam, quin in ipſa imbibitam, vt denotat dictio *maximè*, quæ poſita eſt ad magis ſpecificandum modum ibi viuendi cum Dei ſeruis. Et licet eſſent duo, cum non aduerſentur ad inuicem, non eſt cur illud *quod* nequeat ad vtrumque referri; Et eadem facilitate, qua P. Macedo dicit referri ſolum ad ſecundum, quia vnum poteſt ſtare ſine alio; eadem dico ego vtrumq; complecti, quia vnum non excludit aliud; & ibi eſt cum eo connexum, & maior eius explicatio.

89 Ad ſecundum argumentum, tranſeat in primis antecedens, quod Auguſtinus Cathecumenus cogitauerit ſolum de vita communi ſine proprio. Nego conſequentiam. Non ne plures à baptiſmo ad eius in Patriam regreſſus menſes effluxerunt? Non ne hoc tempore hanc ſuam voluntatem de bono in melius perficere potuit, illi vitæ communi reliqua, quę religioſum ſtatum complent ſuperaddendo? Sed diſtinguo antecedens. Etiam Cathecumenus cogitauit de vita communi ſine proprio tantummodò, & ſimpliciter, nego; de eadem vita, ſed religioſa, vt probatum eſt *dub. 5. & 8.* concedo antecedens; & negatur conſequentia; quin hinc ſequitur illud *quod* referendum ad totum Poſſidij dictum. Et miror quomodo hoc argumentum produxerit Macedo *pag. 667.* cum *pag. 665.* ipſe admiſerit Auguſti-

num

num Cathecumenum, vt vidimus *num.* 72. habuiſſe profeſſionem in voto, dum verba Auguſtini, & Poſſidij explicauit de profeſſione non facta, ſed facienda; quo ſine dubio ſequitur vitam communem, de qua cogitauit Auguſtinus Cathecumenus etiam in ſenſu obijcientis fuiſſe vitam religioſam; & proindè ad illam ly *quod* extendi. Quæ addit de fine, cur appoſuerit Poſſidius dictionem *maximè*, ſicut probatione carent, ſic reſponſione non indigent; & dicta ſufficiunt; & ad hoc vt oſtendatur, ad vtrumque illud *quod* referri, ſatis eſt, quod vtrumque egerit Auguſtinus, vt oſtenſum eſt, Tagaſte.

90 Argumentatur iterum *pag.* 670. *col.* 1. Si vitam Monaſticam Tagaſte duxiſſet Auguſtinus, hoc non præterijſſet Poſſidius: imò falsò ſcripſiſſet poſtea primum ab Auguſtino monaſterium erectum Hippone; nec Auguſtinus tale inſtitutum tam citò deſeruiſſet, & alteram Canonicorum Regulariũ Religionem amplexus fuiſſet, quod repetit *pag.* 689. *col.* 2. ergo &c. Reſpondeo primò, non omnia de Auguſtino ſcripſiſſe Poſſidium. Secundò, quando præterijſſet, id fortaſsè præſtaſſet, quia ſufficiens talis vitæ notitia habebatur ex Auguſtino ipſo *ſerm.* 1. *de commun. vit. Cleric.* vt infrà *num.* 97. oſtendemus. Tertiò, de ea ſufficientèr locutum locis ſuprapoſitis, vt ex ipſo Macedo vidimus *num.* 77. Non admitto poſtea, quod Poſſidius dixerit primum monaſterium ab Auguſtino conſtructum fuiſſe Hippone, cum ſæpius quæſitum ly *primum* nunquam in Poſſidio inuenire potuerim. Sicuti nego abſolutè, quod factus Præsbyter ad Religionem Canonicorum tranſierit Auguſtinus; nihil enim hoc à veritate remotius, vt *num.* 169. patebit; & aliàs extrà dubium ſit, quod Clericos Regulares non inſtituerit, niſi poſtquam ad Epiſcopatum aſcendit.

91 Argumentatur tertiò *pag.* 723. *col.* 2. eo quod, ſi Monachus Tagaſte fuiſſet Auguſtinus, & monaſterium ibi conſtruxiſſet, ibi cum Alipio Monacho vixiſſet. Sed hic Monachus ibi non fuit. Ergò neque Auguſtinus. Minorem probat ex his Auguſtini verbis *epiſt.* 64. *ad Aurelium*. *Quod Fratrem Alipium in noſtra coniunctione manſiſſe, vt exemplo ſit Fratribus curas Mundi huius vitare cupientibus, beneuolentiſſimè accepiſti, ago gratias*: quæ dicta vult Macedo, vt liqueat Alipium tum primum religioſam vitam amplexum fuiſſe; cum exemplum tum dediſſet alijs relinquendi ſæculum. Sed pro reſponſione verba tantum Auguſtini profero. *lib.* 22. *Ciuit. Dei cap.* 8. *Venientes de tranſmarinis me, & fratrem meum Alipium nondum quidem Clericos, ſed iam Deo ſeruientes*, quæ Monachatum vt *num.* 46. dictum eſt, important; & de quo gloriari quiſque licitè poteſt: ſecus ſi ſumantur in alio ſenſu, quatenus ſignificant hominem deuotum, pium, &c. iactantiam ſaperet, ſe talem publicare, quod de Auguſtino credendum non eſt. Senſus autem, quem dat Auguſtini verbis, eſt eius menti omninò contrarius. Legatur epiſtola, & apparebit gratias agere Auguſtinum Aurelio pro eo, quod loco Alipij ab ipſo pro fundatione Monachorum in ſua Diæceſi Carthaginem poſtulato, Parthemium ab ipſo Auguſtino miſsum acceptare dignatus ſit, vt Alipius pro alijs ſæculo renuntiantibus inſtruendis Hippone maneret. Sed quomodò hinc non anteà, vel tunc primò Monachus Alipius?

Aliud *cap.* 5. *d. collat.* 9. *pag.* 689. habet argumentum, quo probare nititur, nullum fuiſse apud Tagaſte Monaſterium, & conſequentèr nec Auguſtinum ibi Monachum. Sed de hoc *dub.* 11. Modo, quia conſtanter video tum à Deſnos, tum à Macedo negari, quod ex ſuprapoſita, & cum Dei ſeruis vita communi, quam apud Tagaſten Auguſtinum duxiſſe ſcribit Poſſidius, eius ibi Monachatus inferatur, vt clarius id appareat, ſit.

DVBIVM X.

An à vita communi, quam S. P. Auguſtinus Tagaſte condixit, benè probetur eius Monachatus.

92 HIS omnibus, quę hucuſque adduximus, reſpondet Deſnos nihil aliud probari quam vitam cõmunem, & caſtam: non autem Monachatum, cum per ipſum *cap.* 7. & 9. in primitiua Eccleſia fuerit huiuſmodi vitæ genus, & à Laicis obſeruatum; adeòque Laicis, & Monachis commune, vt *cap.* 14. proſequitur. Quod probare conatur tum ex his Philonis verbis *pag.* 565. *editionis Baſilienſis*: *Huic vitæ* (loquitur de Therapeutis, vel Supplicibus) *inſtituto qui ſe addicunt, id faciunt amore correpti cæleſtium, & præ immortalis, beatæque vitæ cupidine, quaſi iam huic mortali defuncti, facultates ſuas relinquunt: Fæminæ quoque, anni pleræque, & Virgines non coactæ caſtitatis, ſicut apud Græcos quædam ſacrificulæ, ſed ſpontè continentes, præ amore ſapientiæ, cuius ſtudio per totam vitam contempſere voluptates corporis, nimirum diuinæ, non mortalis prolis cupidæ*. Quæ ad ſuum ſenſum detorquens, de Eſſenis Chriſtianis (quaſi velit dicere Laicis ſæcularibus) apud Alexandriam ſub Marco viuentibus interprætatur; tum ex Iuſtino, Tertulliano, alijſque, vt ipſe aſſerit, plures ex antiquis propriorum bonorum renuntiationi continentiam addidiſſe teſtantibus.

93 Antequam reſpondeam obſeruare hic libet, quod de hoc Philonis textu ſcribit Macedo. *collat.* 8. *pag.* 619. *col.* 2. ſcilicet, patere Philonem *de Clericis, qui tunc ſoli antequam Monachi naſcerentur, erant Regulares, loqui*: non verò de Monachis. Patere autem dicit, quia Euſebius difertè ponit, *Qui nunc in Eccleſijs, vel Monaſterijs degunt*; & Hieronymus expreſsè dicit, *Talem initio fuiſſe Eccleſiam, quales nunc Monachi eſſe nituntur*. At quomodo pateat ex hoc de Clericis Regularibus locutum fuiſse Philonem non video, cum & tunc Monachi

fue-

fuerint, vt oſtendimus in *fin. dub.* 4. nec ab Euſebio, aut Hieronymo id ibi nullo modo negetur. Præterquam quod verum non eſt, quod tunc fuerint Clerici Regulares; & ſi namque Clerici fuerunt tempore D. Marci, qui vitam communem ſeruarent; non niſi ab Auguſtino Clerici Regulares eſſe cæperunt.

94 Ad inſtantiam Deſnos modò rediens, dico Philonem ibi loqui de Monachis, vt apertiſſimè tradit Euſebius *lib. 2. Hiſt. Eccl. cap. 16.* vbi ſupradicta Philonis verba regiſtrat ſub hoc titulo, *Quæ Philo de Religioſis in Ægypto commemorat Caput XVI.* & in dicti cap. initio præmonet ſe loqui *de Monachis, Religioſiſque*, quos Philo oculis viderat, & approbauerat. Quodque pręter Euſebiũ affirmant pariter S. Epiphanius *hæres* 29. Platus *de bon. ſtat. Relig. lib. 2. cap. 21.* Baronius *tom. 1. ad ann. 64.* Bellarminus *de Monach. cap. 5. §. quintò probatur.* Petrus Creſpetius in *ſumm. Eccl. Diſcipl. verb. Monachus pag. 622. col. 1. l. D.* Riccardus Hall. *lib. de propriet. Monach. cap. 4.* Gregorius de Valentia 2. 2. *diſp.* 10. *q.* 4 *punct. 1. §. 1. à verſ. ſecundo probatur.* Caramuel. *tom. 1. Theolog. Regul. diſp. 24. à num.* 272. & *in fin. num.* 280., & cum alijs pluribus probat Daniel à Virgine Maria in *Vinea Carmel. p. 3. cap. 3. & 4.* & ſic à Deſnos non benè ad ſuum intentum probandum, hoc eſt vitam illam communem, ac cælibem, & Laicorum fuiſſe, adduci Philonem de Monachis, Religioſiſque apertè loquentem. Quin & gratis dici, quod ſub Marco in communi, & caſtè viuentes fuerint Laici, hoc eſt non Monachi; cum enim per D. Marcum in Alexandrina Eccleſia Monaſtica vita inſtituta, atque per Ægyptum propagata fuerit, teſtibus Caſſiano *lib. 2. cap.* 5. Plato, Bellarmino, Gregorio de Valentia *loc. cit.* Carolo Tapia in *Auth. Ingreſſi. verb. Monaſteria c. 1. num. 26. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Miranda in *Manual. Prælat. tom. 1. q. 3. art.* 4. Barbos. *de iur. Eccl. vniu. lib. 1. cap. 41. num. 3.* & pluribus omiſſis, Thoma Caccino, qui *tom. 1. Eccl. Hiſt. lib. 6. cap. 8. à num. 17.* docet a D. Marco originem duxiſſe Monaſteria, Eremoſq; per totum Ægyptum diffuſos, ex quibus poſtea Hilariones, Pauli, Antonij, cæterique Monachi exierunt; & vlterius Moniales extitiſſe conſtet ex Patribus, qui de Virginibus Deo conſecratis, velandiſque ſcripſerunt, Iuſtino nempè in *Apolog. 2. pro Chriſtian.* Clemente Alexandrino *lib. 2. & 3. Stromat.* Ignatio *epiſt. 8. 10. & 12.* vbi ſic: *Virgines agnoſcant, cui ſe ipſas conſecrarunt.* Tertulliano *lib. de veland. Virgin.* & Cypriano *lib. de habitu Virgin. propè fin., & epiſt. 62.* vbi Virgines poſt votum emiſſum lapſas Chriſti adulteras appellat; de his Monachis, & Monialibus potius, quam de Laicis continentibus, & non Monachis locutos Iuſtinum, Tertullianum, alioſque à Deſnos adductos dicendum, vt *in fin. dub.* 4. adnotatum eſt.

95 Sed eſtò vita communis, & cælebs à primitiuæ Eccleſiæ fidelibus obſeruata fuerit, intelligere non valeo, quomodò prætendat Deſnos hinc, ſeù ex eo, quod Auguſtinus poſt baptiſmum huiuſmodi vitam inſtituerit, non benè ſequi eum Monachum, ſeù Religioſum non fuiſſe antè Præsbyterium. Deberet meo videri id potius vna nobiſcum affirmare, cum per vitam communem antiquitus monaſtica, & regularis intelligeretur, vt ex Suario. *tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 1. cap. 7.* & *lib. 2. cap. 8.* & *tract. 10. lib. 1. cap. 5.* Tamburin. *de Iur. Abb. tom. 1. diſp. 2. q. 3. num. 2.* adeò vt ex eadem vita communi ſenſerint plures apud Suarium *ibid. tom. 3. lib. 3. cap. 3. nu. 3.* primitiuam Eccleſiam vnam quaſi Religionem fuiſſe.

96 Concedo illi vlterius, quos in primitiua Eccleſia cælibes, & in communi viuentes dicit, nec Monachos, nec Religioſos fuiſſe. Quid indè? Ergò non Monachi, qui temporibus Auguſtini a curis ſæcularibus alieni ſoli Deo vacantes, ſub vno Præpoſito, & in eodem loco in communi viuebant; quænam eſt hæc conſequentia? En breuis facti ſeries. Vita illa ſine proprio, & cum caſtitate, quam etiam volo admittere, fuit communis in primitiua Eccleſia. Refrigeſcente charitate, & deuotione elanguit, & non diù perſeuerauit: aliqui tamen feruentiores ab eo inſtituto non deſtiterunt, & in locis ſeparatis continuare cæperunt; hinc ad ſolos Monachos, & Religioſos ille viuendi modus redactus eſt. Audiatur Caſſianus *collat.* 18. *cap. 5. Cænobitarum diſciplina à tempore prædicationis Apoſtolicæ ſumpſit exordium, cum multitudinis credentium eſſet cor vnum, & anima vna, nec quiſquam eorum, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe diceret: Sed cum poſt Apoſtolorum exceſſum tepeſcere cæpiſſet multitudo credentium, ab illa diſtrictione laxati ſunt. Hi autem, quibus adhuc Apoſtolicus inerat feruor, diſcedentes ab illorum conſortio, qui remiſſioris vitæ negligentiam licitam credebant, in locis ſuburbanis, ac ſecretioribus commanere, & ea, quæ ab Apoſtolis meminiſſent inſtituta, priuatim exercere cæperunt; atque ità coaluit iſtorum diſciplina, cuius profeſſionis principes S. Paulum, vel Antonium nouimus extitiſſe.* Ecce quomodo, quod indiſcriminatim conceditur fuiſſe commune Chriſti fidelibus, à ſolis Monachis poſtea obſeruatum fuit. Quo nunc fundamento dicit Deſnos huiuſmodi vitam a S. Patre Auguſtino inſtitutam, Monaſticam non fuiſse, ſeù religioſam, per hoc, quod ſic & viuerent primi Chriſti fideles? Non tenet certè illatio; eo modo, quo falſa eſt hæc conſequentia. Religioſi noſtrorum temporum viuunt ſine proprio in communi more fidelium temporibus Apoſtolorum; ergò non ſunt Monachi, quia ſic viuebant tẽporibus illis homines non Monachi. Exemplũ ſit in pallio, de quo Baronius *ad ann. 57. n. 97.* hęc habet: *Cæterum videtur pallium paulatim à cõmuni fidelium vſu deſciuiſſe, & ad monaſticã vitam profitentes ceſſiſſe.* Ioſeph Vicecomes in *Rit. cærem. antiqu. baptiſm. lib. 2. cap. 22.* ſic: *cæterum poſteà de arctioris diſciplinæ ſeueritate remiſſum eſt, atque ità pænitentium ſtudium refrixit, vt plerique pallium geſtare deſierint, factumque eſt, vt commune Chriſtianorum indumentum ad ſolos Monachos transierit;* & ferè conſimilibus verbis Ioan.

Ba-

Baptiſta Caſalius *de veter. Chriſtian. ritib. p. 2. cap. 5. de baptiſm.* proût & docet F. Leo Carmelita in *Philocal., & Analect. tom. 2. in typ. veſt. monaſt. tit. 3. c. 8. n. 23.* Si quis inquam negaret pallium fuiſſe Monachorum veſtem per hoc, quod eo vſi fuerint in primitiua Eccleſia Chriſtiani non Monachi, non ne malè negaret, cum potius affirmare deberet ex eo, quod ab illis ad ſolos Monachos tranſierit? Nec ergò benè dicit Dèſnos non ſequi Monachum fuiſse Auguſtinũ ex eo quod ſine proprio, & in cõmuni viueret, cũ ſic vixerint primi Chriſti fideles: quin potius ex eo, quod duxerit vitam, quæ temporibus ipſius Auguſtini Monachorum propria erat, cum Monachũ fuiſſe, & ipſe conſiteri deberet.

His omnibus addendum, quod non agimus de vita communi, vtcumque: ſed de vita communi Deo ſeruientium in caſtitate, cum abdicatione proprij in Monaſterio, & alijs Monachi circumſtantijs, quæ iam in Auguſtino conſideratæ ſunt, & iterum in ſequentibus; vnde non eſt cur indè non benè arguatur eius Monachatus.

DVBIVM XI.

An S. P. Auguſtinus ante Epiſcopatum vixerit in Monaſterio.

97 AB huius quæſtionis deciſione pendet potiſſimum Auguſtiniani Monachatus reſolutio; nulla enim ratio negandi Monachum fuiſse, qui præter vitam communem ſine propriò, & in caſtitate in monaſterio cum Monachis vixiſse probatur. Quod ergo in monaſterio vixerit eſt luce meridiana clarius; ipſe enim *ſerm. 1. de commun. vit. Cleric.* ſe in monaſterio cum fratribus vitam cænobiticam duxiſse ſic affirmat. *Ego, quem Deo propitio videtis Epiſcopum veſtrum, iuuenis veni ad iſtam Ciuitatem, vt multi veſtrum nouerunt, & quærebam vbi conſtruerem monaſterium, vt viuerem cum fratribus meis, ſpem quippè ſæculi omnem reliqueram;* ſequitur: *veni ad iſtam Ciuitatem propter videndum amicum, quem putabam, me lucrari poſſe Deo, vt nobiſcum eſſet in monaſterio*; non certè Clericorum, cum monaſterium Clericorum fuerit ab Auguſtino iam Epiſcopo conſtructum, vt mox dicam: ſed Monachorum. Ergò cum illis viuebat in monaſterio, etiam antequam fundaretur Hipponenſe Cænobium.

Occurrit Macedo *d. collat. 9. pag. 689.* dicens: Non hinc deduci habuiſſe Auguſtinum Tagaſte monaſterium; & ſenſum verborum eſſe, quod venerit Hipponem, lucraturus amicum, & ſecum eſſet in monaſterio non alibi conſtructo, ſed quod ibi conſtruere intendebat; Et quaſi hæc ſit propoſitio per ſe nota, ſubdit: *Si verò Auguſtinus Tagaſte iam eſſet Cænobita, inuitaret eò amicum, vel ipſum eò perduceret.* Addit inſuper, incomitatum illuc veniſſe Auguſtinum ſine ſocijs fratribus, quia dixit, *cæpi boni propoſiti fratres colligere*; & tandem vulgari veſte, & non aſcetica indutum apparuiſse.

98 Ex his tribus eius dictis, vltimum, cuius ipſe non adducit rationem, præter dicta *dub. 8.* confutabitur iterum *quolib. 6. dub. 1.* Secundum impugnatur eadem ratione, qua *dub. 9.* oſtendimus non ſequi, quod Monachus non fuerit Tagaſte per hoc, quod ſcripſerit Poſſidius, illum cæpiſſe Hippone viuere cum ſeruis Dei; nec certè ex eo, quod Monachi aliqui nouum erigant in Ciuitate aliqua monaſterium, & ibi ad habitum admittere incipiant, benè deducitur, aut quod alibi monaſterium non habeant, vel quod inſociati illuc venerint. Remanet primum; in quo ſanè violenta eſt, quam verbis Auguſtini adhibet, interpretatio nulla aut auctoritate, aut ratione fulta; cum credibile non ſit, quod venerit Hipponẽ Auguſtinus, vt lucraretur amicum, & vt ſecum eſſet in monaſterio Hipponenſe non exiſtente; & fortè nec tunc de proximo futuro. Germanus ſenſus eſt, veniſſe Hipponẽ Auguſtinum, vt ad monaſterium, quod iam Tagaſte habebat, amicum conduceret. Habeo pro me præter Auctores *dub. 13.* adducendos, Franciſcum Suarium, cui ſtare poſſent Deſnos, & Macedo *eodem tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 2. cap. 8. num. 11.* Auguſtini verba propriè interpretantem: *Habebat ergò*, ait ipſe, *iam monaſterium, ſcilicet in agris Tagaſtenſibus, ex quo diſceſſerat, vt Hipponem pro lucrando amico veniret, in quo cum fratribus religioſam vitam agebat, ad quam amicum adducere cupiebat, & hoc vocat illum lucrari Deo.* quod & clarius iterum explicat, vt infrà.

99 Confirmatur item concluſio ex alijs eiuſdem, & ex *eod. ſerm.* verbis, *& quia hic diſponebam*, ſcilicet Hippone, *eſſe in monaſterio cum fratribus, cognito inſtituto, ac voluntate mea beatæ memoriæ ſenex Valerius dedit mihi hortum, in quo nunc eſt monaſterium; cæpi boni propoſiti fratres colligere compares meos.* Hoc enim eius inſtitutum à B. Valerio cognitum non aliud certè erat, niſi cęnobiticum, quod ex Italia Tagaſten tranſuexerat, & ibi triennio coluerat. & ob id illi datus hortus pro ædificando Monaſterio, vt ſuum inſtitutum viuendi cum Monachis continuaret, proût ad quadriennium antè Epiſcopatum continuauit, cum adhuc Præsbyter eſset.

100 Conſtat ergò in tribus monaſterijs à ſe conſtructis S. P. Auguſtinum vixiſse; primò in Tagaſtenſe antè Præsbyteratum; deindè in Hipponenſe, hoc eſt in Valerij horto conſtructo poſt promotionem ad Præsbyteratum; & eſt illud, de quo Poſſidius *cap. 5. Factus ergò Præsbyter monaſterium intrà Eccleſiam mox inſtituit*, non obſtante, quod dicat *intrà Eccleſiam*, quia, vt dicetur, ſenſus eſt intrà Parochiam, ſeù in prædijs Eccleſiæ, cum loquatur Poſſidius de monaſterio ædificato ab Auguſtino Præsbytero ante Epiſcopatum, quod certè aliud non eſt niſi hoc, de quo eſt ſermo, ſiue in horto Valerij ædificatum. *Ex quibus omnibus* (confirmo omnia verbis Suarez. *loc. dict.*) *ſatis conſtat Auguſtinum adhuc laicum monaſterium vnum conſtruxiſſe, & alterum poſteà iam factum Præsbyterum;*

ſterum : ſed prius in Eremo, ſeù loco ab Oppidis ſeparato : poſterius verò in loco Ciuitati vicino ; nam illud prius colligitur ex illis verbis : veni ad Ciuitatem iſtam propter videndum amicum, quia ſcilicet in loco ſeparato habitabat : poſterius autem indicat, cum ſubdit, hic, ideſt in hac Ciuitate Hipponenſi, ad quam loquitur, diſponebam eſſe in monaſterio cum fratribus, quod poſteà dicit denuò ædificaſſe, cum iam prius eſſet antiquius, & poſt aliqua : *ait autem Poſſidius Auguſtinum factum Præsbyterum monaſterium intrà Eccleſiam mox inſtituiſſe : at verò Auguſtinus ipſe in d. ſerm. non dicit ædificaſſe monaſterium intrà Eccleſiam, ſed in horto ſibi à Valerio donato, in quo monaſterium durabat, etiam poſtquam ipſe erat Epiſcopus*. Poſtremò iam Epiſcopum in monaſterio Clericorum ab ipſo in domo Epiſcopali conſtructo; ſic enim ipſe in *eod. ſerm.* habet: *Perueni ad Epiſcopatum &c. & ideò volui habere in iſta domo Epiſcopali monaſterium Clericorum* ; ex quibus Baronius ad *ann.* 391. ſic : *Vt ex his videas, duo ab eo erecta fuiſſe Hippone monaſteria : alterum, cum adhuc Præsbyter eſſet, in horto : alterum verò, cum factus eſt Epiſcopus, in ipſa Epiſcopali domo, quæ inhærens eſſe ſolet Eccleſiæ*.

101 Ex his autem tribus monaſterijs, quæ diſtinguit S.Antoninus *3. p. tit.24. cap.14. §.2.* & admittit Azorius *tom.1. inſtit. moral. lib.12. cap.22. q. 1.* duo prima certè non erant Clericorum, cum in monaſterio vna cum Clericis nonniſi Epiſcopus viuere cæperit; vt confitentur & ipſi Canonici Regulares Baſilius Serenius, qui *lib. pro defenſ. Canonic. pag.523.* ex eo quod Auguſtinus iam Epiſcopus ſuum Ordinem inſtituerit, pręcedentiam ipſis ſupra Monachos deberi prætendit, & probatum in hac de re controuerſia coram Summis Pontificibus videre eſt in allegationibus Scipionis Lancelloti apud Tamburin. *de iur. Abb. tom.2. diſp.24. q.4. nu.291. & 292.* Nebridius à Mundelheim in *Vit. S. Auguſt. cap.32.* vbi ſic : *Monaſterium Clericorum intrà Eccleſiam, ſeù domum Epiſcopi tunc primum ab ipſo erectum eſt, cum Epiſcopus factus vidit indecens eſſe Monachorum, ſeù Religioſorum illorum in horto quietem quotidianis hoſpitibus perturbari*. Et Deſnos ipſe *d. lib.3. cap.18.* ſic clarè: *Clericos ſe ſe* (Auguſtinus) *inſtituiſſe tradit, cum factus fuit Epiſcopus : non verò in Præsbyterio, vbi eius ſodales viuebant in ſancto otio,* (ecce quod nolens Monachos fatetur) *& non iſta vita turbulentiore, cui Clericos aſſueuiſſe tradit*. Ergò erant Monachorum, vt ingenuè mox laudatus à Mundelheim, & tacitè etiam Deſnos; Et ex ipſo Auguſtino *d. ſerm.1. de commun. vit. Cleric.* benè obſeruat idem Suarez *ibid.* dicens : *Tunc*, ideſt poſt Epiſcopatum *non ſine cauſa explicat feciſſe monaſterium Clericorum, indicans prius*, erectum ſcilicet in horto Valerij, *fuiſſe monaſterium Monachorum, ſeù Laicorum* ; & Antonius Dadinus Alteſerra *rei monaſt. lib.1. cap.12.* dicens. *Idem*, ſcilicèt Auguſtinus, *antè Epiſcopatum, cum Præsbyter factus eſt, monaſterium in Eccleſia, in qua ordinatus erat, ideſt iuxtà Eccleſiam inſtituit, de quo meminit Auguſtinus loco mox laudato, ideſt ſerm.1. de vit. Cleric., & Poſſidius in Vit. Auguſt. cap.5. Factus Præsbyter &c. Illud idem eſt monaſterium, quod à ſe conditum in horto Valerij poſt Præsbyteratum teſtatur ipſe Auguſtinus ibid. Prius illud monaſterium* (ſcilicet in dicto horto) *fuiſſe Monachorum indè colligitur, quod monaſterium ſimpliciter dicit : poſterius verò monaſterium Clericorum diſtinctionis cauſa. Ac ne dubites Auguſtinum prius monaſterium inſtituiſſe, & Monachicam vitam elegiſſe, Auguſtinus ipſe Donatiſtas valdè infenſos habuit, quaſi eſſet auctor Monaſtici inſtituti in Africa*. Sed de his fuſius *dub.16.*, & *quodlib.2. dub.1. & 5.*

Si ergò in duobus monaſterijs Monachorum à ſe conſtructis per plures annos, & antequam eſſet Epiſcopus vixit cum fratribus ſuis Auguſtinus, quomodò talem vitam communem Monachalem fuiſſe, & eum verum Monachum negare quis poterit? Non aliud pro reſponſione adducitur à Deſnos, quam fictio quædam de Conuictoribus in vita collegiali; & huiuſmodi generis, non verò Monachalem fuiſſe Auguſtini vitam apud Tagaſten; Cuius aſſertionis falſitas, licet ſufficienter appareat ex dictis, maxime *dub.5.9. & 10.* vt melius innoteſcat, ſit.

DVBIVM XII.

An S. P. Auguſtini Monaſteria fuerint verè Monachorum Cænobia, vel Conuictorum Laicorum Collegia.

102 IN eo firmus eſt Deſnos, & præcipuè *cap.18. lib. 3.* & quo Auguſtini Monachatum prorſus annihilare ſe credit, quod Monachi non fuerint, nec quos Auguſtinus ſocios habuit, nec quos Mediolani, Romæque viderat: ſed ſolum cuiuſdam vitę communis, & continentis ſodales, licet in vnum congregati, quos ſub vno Præsbytero omnium curam gerente Conuictores in diuerſorijs commorantes appellat. Dura ſanè propoſitio ; non enim apparet, quomodo vnum ex his duobus queat euitare. Vel hęc diuerſoria (peto) Laicorum perfectorum, quæ Romæ, & Mediolani ab Auguſtino obſeruata ſupponimus, erant diuerſoria hominum votis adſtrictorum, vel non? Si votis adſtrictorum, quarè non Monachorum, cum omnia, quæ Monaſticum ſtatum conſtituunt, nempè vita communis, laicalitas perſonarum, continentia, paupertas, in vno, eodemque loco ſub vno Præsbytero, & votorum obligatio in ipſis reperiantur? Si non, in quo quæſo hæc Deſnos à Melancthonis aſſertione differt, qui in *Confeſſ. Auguſtin. art.7.* & in *Apolog. eiuſd. art.* vt videre eſt in Bellarmino *de Monachis cap.6. §. Philippus* tempore S.P. Auguſtini monaſteria fuiſſe ſolum libera Collegia nullis votis adſtricta contendit?

103 Fas eſt mihi credere hoc ſecundum conceſſurum Deſnos, cum apertè ſuam de ſimilibus Collegijs, & Conuictoribus aſſertionem, Eraſmi, quæ à dicta iam Melancthonis

alia

Digitized by Google

alia non eſt, ſententiam eſſe dixerit. Et proptereà non alia impugnandus eſt ratione, niſi illa, qua ad probandum illorum temporum monaſteria non fuiſſe liberorum hominum collegia, ſed votis adſtrictorum cænobia vtuntur tum contra Melancthonẽ Bellarminus *loc. cit.* tum contra Eraſmum Gregorius de Valentia. 2.2. *diſp.*10. *q.*4. *punct.*1. §.5. ſcilicet, quia ſine ſacrilegio nullus huiuſmodi, quos ipſe Conuictores appellat, ab eorum diuerſorijs, ſiue collegijs poterat ſua ſponte recedere, eo quod voto tali ſtatui ſe obligaſſent, vt habet S.P. Auguſtinus in *pſal.*75. cum eis ſic loquens: *Nemo poſitus in Monaſterio frater dicat, recedo de monaſterio; neque enim illi, qui ibi non ſunt, ad Deum non pertinent; reſpondetur enim ei: ſed illi non vouerunt; tu vouiſti*. Et in *pſal.*99. *Dum non perſeuerauerit implere quod vouit, fit deſertor tam ſancti propoſiti, & reus voti non redditi*. Et latè probat Riccardus Cenoman. in *antidot. ad Cenſur. Eraſmi ſuper Regul. S. Auguſtin.* in fin. *tom.*1. *oper. D. Auguſt. Venet. impreſſionis de* 1552. & declarauit Vniuerſitas Pariſienſis die vltima Ianuarij. de 1539. vt patet ex eiuſd. decreto in *fin. d. tom.*1. & apud Ioann. Trull. *de Ordin. Canonic. Regul. lib.*1. *cap.* 9. Ergo &c. Nec poteſt dicere Deſnos, non loqui hic S. Patrem cum huius generis hominibus, ſeù conuictoribus; quia loquitur S. P. cum ijs, qui ibi erant in monaſterijs; & aliàs toto illo *cap.*18. vult Deſnos, non aliud vitæ inſtitutum præter huiuſmodi Conuictorum fuiſſe Romæ, & Mediolani, & inde per S. Patrem in Africam translatũ. Ergo cum his loquitur. Ergò non erant Conuictorum liberorum collegia, ſed votis adſtrictorum cænobia.

104 Vt autem hoc plenius oſtendatur ad ipſius fundamentum accedamus. S.P. Auguſtinus *lib. de morib. Eccl. Cathol. c.* 33. hæc habet. *Nec ideò laudabile Chriſtianorum genus contempſerim, eorum nempè, qui in Ciuitatibus degunt à vulgari vita remotiſſimi. Vidi ego diuerſorium Sanctorum Mediolani non paucorum hominum, quibus vnus Præsbyter præerat, vir optimus, & doctiſſimus. Romæ etiam plura cognoui, in quibus ſinguli grauitate, atque prudentia, & diuina ſcientia præpollentes cæteris ſecum habitantibus præſunt*. Ex quibus ſibi adſtruit Deſnos iam dictum inſtitutum Laicorum hominum, in vno loco, & in communi viuentium, Conuictorum ſcilicet, non autem Monachorum. Sed non rectè tamen; & probatur ſic ex breui ſerie Monachatus.

105 Ab Apoſtolis incæpiſſe monaſticam vitam iam ſtabiliuimus; eamdem in Eccleſia vſque ad Paulum, & Antonium ex adductis *in fin. dub.*4. Caſſiano inſuper *collat.*18. *cap.*5., & Caccino *Hiſt. Eccleſ. lib.*6. *cap.*8. *num.*17. ſuppono. Hanc poſt Paulum, & Antonium per Armeniam, Schytiam, Nitriam, vtriuſq; Thebaidis, ac Ægypti deſerta propagatam nemo in Hiſtorijs, aut Hieronymo *de Hilarionis vita* verſatus dubitare poteſt. Ex Ægypto autem Romam a S. Athanaſio Arianorum perſecutionem fugiente translatam docet idem S. Hieronymus *epiſt.*16. *ad Principiam* his verbis: *Nulla eo tempore nobilium fæminarum nouerat Romæ propoſitum Monachorum &c. Hæc ab Alexandrinis prius Sacerdotibus, Papaque Athanaſio, & poſteà Petro, qui Romam confugerant, vitam B. Antonij, monaſteriumq; in Thebaide Pachomij, & Virginum, & Viduarum didicit diſciplinam*. Et ex D. Hieronymo Platus *de bon. ſtat. Relig. lib.*2. *cap.*22. & Aubertus Myræus in *orig. antiq. Canonic. Regul. cap.*3. Confirmatque Gabriel Biſciola in *epitom. annal. Baronij ad ann.* 340. dicens: *Multum profuit ſuo Romam aduentu Athanaſius, inuecta primum in Vrbem Ægyptiorum Monachorum inſtitutione*. Roma verò ad alias Prouincias, & præcipuè Mediolanum fuiſſe diffuſam aſſerit Dadinus Alteſerra *de re monaſt. lib.*1. *c.*3., hoc eſt per S. Euſebium, vt euincit idem Biſciola *ad ann.* 328. ex S. Ambroſio *epiſt.*82. *ad Eccleſ. Vercellen.* tenetque Petrus Creſcentius in *Præſid. Rom. lib.*1. *enarrat.*5. *num.*56. & præcipuè Suarez, *d. tract.*9. *lib.*2. *cap.*2. *nu.*2. dicens illuc translatum ab Euſebio monaſticum inſtitutũ, non per hoc ſolũ, quod Monachorũ aſperitatem ipſe obſeruauerit, ſed quod propria Monachorum monaſteria inſtituerit.

106 Vnum ex his erexit Mediolani iuxta mentem Chriſtiani Lupi in *d. q. quodlib. de orig. Eremit. cap.*5. ante S. Ambroſij ordinationem. *Sanctus itaque Ambroſius*, ſic ipſe, *iſtud monaſterium non erexit, ſed in ſua Eccleſia inuenit erectum, haud dubiè non ita pridem à S. Euſebio, atque in eo addidicit Martinus Monaſticã diſciplinam, tranſtulitque ſecum in Eccleſiam Gallicanam*. At quia inuenio à S. Martino conſtructum ibi Monaſterium, vt habent Sulpitius in *eius vit. cap.*4. Petrus Venerabilis *lib.*4. *epiſt.*17. *Quod verò fuerit Monachus S. Martinus, monaſterium, quod Mediolani conſtruxit, teſtatur*. Sabellicus *p.*2. *lib.*9. *ænead.*7. teſte Ioan. Gonzalez de Critania in *epitom. vit. monaſt. S. Auguſt. cap.*1. §.3. Platus *d. lib.*2. *cap.* 25. Ioſeph Ripamontius *Hiſtor. Eccleſ. Mediol. tom.*1. *lib.*2. Suarez *ibid. cap.*2. *num.*2. vel idem vtriuſque ope conſtructum; vel ab vno inceptũ, ab altero perfectum; vel vnum ab Euſebio, aliud à Martino ædificata fuiſſe monaſteria dicendum eſt; eo magis, cum ab eodem Martino plura Mediolani conſtructa teſtetur Triſtanus Calchus in *Hiſt. Mediol. lib.*2. *pag.*34. *litt. C.* dicens: *Auxentius, quamuis multis Concilijs damnatus, ſacerdotioque interdictus, Eccleſiam tamen retentans, Martinum Turonenſem Epiſcopum varia Mediolani Cænobia inſtituentem finibus exegit*.

107 Cum autem Auxentius expulſo inde Martino monaſteria deſtruxiſſet, S. Simplicianus à Damaſo Papa ad Ambroſium Epiſcopum, tamquam eius adiutor, & monitor Mediolanum miſſus, Monaſticum inſtitutum iterum Roma illuc aduexit, Monaſteriaque reparare curauit; ex Baronio *in vit. S. Ambroſij.* ibi: *Cum igitur Simplicianus Ambroſij lateri aſſiduè inhæreret, quæ Romæ nouerat ſanctiſſimè inſtituta, eadem in Mediolanenſem Eccleſiam trasferenda curauit. Carebat adhuc Mediolanenſis Eccleſia*

illa ſanctiſſima diſciplina, quam S. Athanaſius Epiſcopus Alexandrinus Romam ſugiens, in Vrbem inuexerat; nam licet B. Martinus Monachiſmum Mediolanum inuexiſſet, recentem hanc vineam ſingularis ferus depaſtus eſt Auxentius Arianus. Quem refert, ſequiturque Torellus in *ſæcul. Auguſtin. ad ann. 387. num. 72. & 83.* Vndè benè dicunt Paulus Morigia in *ſanctuar. Mediolan. cap. 5.* à S. Simpliciano ædificata monaſteria; & Azorius *tom. 1. inſtit. moral. lib. 12. cap. 19. queſt. 4.*, & *cap. 21. q. 2.* ſub eodem Monachatum floruiſſe.

108 Hoc poſito ad rem noſtram deſcendens; Viros illos in diuerſorijs, quos ex ſuprapoſitis S. P. Auguſtini *de morib. Eccleſ. cap. 33.* verbis Conuictores appellat Deſnos, veros Monachos fuiſſe ſic iterum probo; primò ex nomine, quia diuerſoria erant vera Monachorũ monaſteria teſte Caſſiano *collat. 18. cap. 10. licet,* ſic ipſe, *nonnullis ſoleant indifferenter monaſteria pro Cænobijs appellari, tamen hoc intereſt, quod monaſterium nomen eſt diuerſorij, nihil amplius, quam locum, ideſt habitationem ſignificans Monachorum;* ſecundò, & melius ex re, quia illa diuerſoria non alia fuerunt, quam monaſteria ad normã Monachatus S. Antonij per S. Athanaſium diffuſi, per S. Euſebium Martinumque primò Mediolanum tranſuecti, & per S. Simplicianum deindè reparati; ergò fuerunt vera Monachorum monaſteria. Conſequentia patet. Antecedens triplici auctoritate probatur. Et primò Suarez *d. cap. 2. num. 2.* vbi citans eadem S. P. Auguſtini verba: *Vidi diuerſorium Sanctorum Mediolani &c. plura etiam Romæ &c.* ſubdit. *Quod autem illa Romana monaſteria non multò antè cæpiſſent, ſed tempore Athanaſij, & occaſione aduentus eius in Vrbem ex Hieronymo colligitur epiſt. 16. ad Principiam;* & infert: *Eodem ferè tempore, quo in Oriente per Antonium Monachorum vita in ordinem redigi cæpit, in Occidente per Athanaſium inductam eſſe, & ab Vrbe tamquam à capite facilè ad alias Occidentis regiones dimanaſſe,* hoc eſt Mediolanum, vt ex diuerſorio à S. P. Auguſtino ibi obſeruato, & à Suarez in exemplum adducto; & de quo idem Suarez *cap. 9. n. 4.* ſic. *In præſenti enim non ſumuntur Eremitæ ſtrictè, prout diſtinguuntur à Cænobitis, quià vitam omninò ſolitariam agunt, ſed pro quibuſcumque, qui religioſam vitam contemplatiuam in locis ab Oppidis, & conſortio hominum ſeparatis obſeruant, etiamſi in communi monaſterio viuant, ſicut reuera vixit Auguſtinus cum ſuis fratribus, & viuebant Monachi, quos ipſe Mediolani ſub diſciplina vidit.*

109 Secundo ex Ioan. Caramuele *loc. ſup. diſp. 26. nu. 301.* eodem ferè modo loquente: *Certum eſt, omnes fermè illius Orbis* Occidentalis *Prouincias vna cum Inſulis hoc ſæculo plenas fuiſſe agminibus Monachorum, quos primum Romana Eccleſia ab Antonio per Athanaſium ſuſcepit: à Romana autem omnes aliæ Eccleſiæ mutuatæ ſunt, vt docet Hieronymus epiſt. 16. ad Principiam. Præſtitit autem hoc cæteris amplius Romana Eccleſia, quia prima omnium intrà Vrbem, & in ſuburbijs Monachorum cænobia habere voluit, quod & cæteræ nobiliores Eccleſiæ receperunt, vt de Mediolanenſi docet Auguſtinus lib. 8. confeſſ. cap. 6. & de moribus Eccleſ. cap. 33. vbi ait: Vidi diuerſorium Mediolani non paucorum hominum.* Tertiò ex Antonio Dadino Alteſerra *ibid. lib. 1. cap. 3.* & iterum *lib. 3. cap. 8.* ſic: *Excreſcente multitudine Monachorum, Monachi ſuas ædes ſacras habere cæperunt; & cum his habere Præsbyterum; is erat Abbas, vel vnus è fratribus, à quo ſacra myſteria recipiebant. Auguſtinus de morib. Eccl. cap. 33. Vidi ego diuerſorium Sanctorum Mediolani, non paucorum hominum &c.* Ergò inſtitutum habitantium in diuerſorio, quod viderat Auguſtinus Mediolani erat inſtitutum Monachale ab Antonio procedens, per S. Athanaſium Romam delatum, indèque Mediolanum deductum. Quomodo ergò Conuictorum laicorum ſeù liberorum hominum in Collegijs viuitorum? Sed inſtitutum à S. P. Auguſtino in Africam inuectum teſte Baronio *tom. 4. ſub ann. 591. n. 23.* fuit *illud vitæ genus, quod in Italia præſertim Romæ, ac Mediolani viderat;* ergò monaſteria ab eo in Africa conſtructa, & in quibus vixit, fuerunt vera Monachorum Cænobia, & non libera Conuictorum laicorum collegia. Ità ſenſit Eminentiſſimus hic Chroniſta; & verè; neque hallucinatus eſt, aut ſibi parum conſtans fuit (vt nimis liberiore cenſura eum pungit Deſnos) dum vitæ genus, quod Romæ, & Mediolani contuitus fuerat Auguſtinus, Monaſticum fuiſſe ſcripſit; cum ex dictis tale fuiſſe ſatis pateat.

110 Hæc ad rem noſtram mihi ſufficere videntur; ad abundantiam tamen vna vel altera ratione adhuc clarius idem elucidemus. Veros Monachos fuiſſe illos, de quibus agit S. P. Auguſtinus toto *lib. de oper. Monach.* inſania eſſet denegare. Horum aliqua apud Carthaginem, Tagaſten, Hipponem fuiſſe monaſteria, ſeu ipſius Auguſtini ſtudio cæpiſſe, cum ante illius reditum in Patriam inuiſus eſſet in tota Africa Monachatus, euidentiſſimũ eſt, tum ex ipſo Auguſtino, qui in *princip. d. lib.* illius conſcribendi cauſam aſſignans, ſic habet: *Vt de opere Monachorum librum conſcriberem illa me neceſſitas compulit, quia cum apud Carthaginem monaſteria eſſe cæpiſſent, &c.* tum ex Paulino ſic *epiſt. 35.* ſcribente: *Benedictos Sanctitatis tuæ comites, & æmulatores in Domino fratres, ſi dignantur, noſtros tàm in Eccleſijs, quàm in Monaſterijs:* (ecce diſtinguit fratres viuentes in Eccleſijs, hoc eſt, ad Clericatum aſſumptos, à fratribus in Monaſterijs, hoc eſt purè Monachis) *Carthagini Tagaſte, Hippone Regio, & totis Parochijs tuis &c. Domino Catholicè ſeruientes multo affectu, & obſequio ſalutari rogamus.* Et de his monaſterijs locutum eſſe Auguſtinum *epiſt. 76. ad Aurelium Epiſcopum,* dum monaſterium deſerentes ad Clericatum aſſumendos non eſſe determinat, omninò certiſſimum eſt, cum alia inuenire non ſit monaſteria, de quibus verificari hoc poſſet.

111 His poſitis duo indubitabilia eliciuntur. Primò, hęc non fuiſſe monaſteria Clericorum, vt obſeruatum eſt ex Paulino, fratres

Eccle-

Digitized by Google

Eccleſiarum, & monaſteriorum diſtinguente, & ex Auguſtino de Monachis non promouendis ad Clericatum, hoc eſt de Monachis non Clericis loquente. Secundò horum monaſteriorum cultores veros Monachos fuiſse; tum quia pro ipſis liber *de oper. Monach.* in quo de veris Monachis agitur, fuit, vt dictum eſt, ab Auguſtino conſcriptus; non enim alij aſſignari poſsunt, pro quibus fuerit compoſitus; tum quia, vt ſuprà obſeruauimus, erant ad perſeuerandum in monaſterio votis adſtricti; ſi namque fuiſsent homines liberi, non eſset cur à monaſterijs diſcedere non potuiſsent, nec cur ob hanc cauſam debuiſsent à Clericatu prohiberi. Ergo omninò fingitur, quod de Laicorum liberorum, ſeù Conuictorum Collegijs dicitur: Sed quæ apud Carthaginem, Tagaſten, & Hipponem erant, veriſſima Monachorum monaſteria erant. Et dum in Tagaſtenſe, & Hipponenſe tanto tempore cum fratribus vixit Auguſtinus, quomodo non Monachus?

112. Hoc totum credo concedet; Præter hęc tamen Monachorum monaſteria, alia liberorum hominum Collegia ibi fuiſse, & in his, non in illis S.P. Auguſtinum conuixiſse, ſuſpicor fortaſsè reſponſurum. Nihilominus, & hæc nubecula facilè euaneſcit ex his eiuſd. S.P. *d. ſerm. 1. de commun. vit. Cleric.* verbis: *Perueni ad Epiſcopatum; vidi neceſſe habere Epiſcopum exhibere humanitatem aſſiduam quibuſcumque venientibus, ſiuè tranſeuntibus: quod ſi non feciſſem Epiſcopus inhumanus dicerer: Si autem conſuetudo iſta in monaſterio* (in quo quadriennio Præsbyter vixerat) *permiſſa eſſet, indecens eſſet*, quia ſcilicet, vt explicat Deſnos ipſe *d. lib. 3. cap. 18.* ibi quies peregrinantium tumultu turbaretur, & vt Biuarius de *veter. Monach. lib. 2. cap. 4. n. 5.* interpRætatur, ſilentij grauitas, & ieiuniorum frequentia deperirent; *Et ideò volui habere in iſta domo Epiſcopali mecum monaſterium Clericorum*. Ergò dictum monaſterium in S. Valerij horto ſitum erat verum Monachorum monaſterium, & non liberorum hominum Collegium. Si namque Monachi non fuiſſent monaſterij illius cultores, ſed liberi laici, nulla indecentia fuiſſet hoſpites ibi ſuſcipere: quin magis indecens fuiſset hæc hoſpitalitas in Monaſterio Clericorum, qui, vt votis adſtricti, ſicuti admittit Deſnos *cap. 24.* erant veri Religioſi, quam in monaſterio, ſeù Collegio laicorum extrà Vrbem, ſi liberi iuxtà ſenſum Deſnos Sæculares fuiſsent, cum quies, ſilentium, &c. Religioſos magis deceant, quam Sæculares. Non ergò voluit Auguſtinus in eo monaſterio hoc inquietæ hoſpitalitatis genus exerceri, quia in eo degentes, vtpotè Monachi, ſilentio, quieti, orationibus &c. vacare debebant, vt obſeruat Biuarius *loc. ſupr.* & in *comment. ad Lucij Dextr. Chronic. ad ann. Chriſt.* 406. & vidimus *ſupr. num.* 101. & teſtatur expreſsè idem S. Pater Auguſtinus in *pſal.* 99. dicens: *Sic eſt in illa vita communi fratrum, quæ eſt in Monaſterio magni viri Sancti, in hymnis, & orationibus, in laudibus Dei viuunt; Cum lectione illis res eſt: laborant* (ecce loquitur de Monachis, & de Monaſterio Hipponenſe) *manibus ſuis: Elegerunt vitam quietam remoti à ſtrepitu populari, à turbis inquietis &c.* & rigidiori obſeruantiæ obligabantur, quam Clerici, vt benè ponderat Suarez *d. lib. 2. cap.* 8. his præciſis verbis: *ſignificat etiam diuerſa fuiſſe illorum inſtituta; nam de primo*, hoc eſt eo, quod erat in Valerij horto *ait, non decuiſſe admittere in eo conſuetudinem habendi frequenter hoſpites: De ſecundo autem*, hoc eſt Clericorum, *ſupponit, non habuiſſe talem indecentiam; nam ad hunc finem illud conſtruxit. Erat ergò primum rigidioris vitæ ſolitariæ contemplatiuæ* (& quomodo non Monachalis?) *eiuſdem nimirum inſtituti, cum alio prius conſtructo in loco à Ciuitate remoto*, quale erat Tagaſtenſe, ex quo diſceſſerat, dum Hipponem venit. Ergò hæc ſaltem non erant liberorum hominum Collegia. Cum ergò S. P. Auguſtinus vſque ad Epiſcopatum in ipſis, nempe Tagaſtenſe, & Hipponenſe monaſterijs vixerit, non in Collegio cum Conuictoribus, ſed in monaſterio cum veris Monachis fuit, & vixit.

Quid de hoc Hipponenſe monaſterium habitantibus ſenſerit P. Macedo videbimus *dub.* 16. Sequamur interim veſtigia Deſnos, qui, vt aliam euadendi tentet viam, dicit, non potuiſſe eſſe Monachum Auguſtinum in Africa, & antè Præsbyteratum, eo quia in domo propria à Poſſidio vixiſſe deſcribitur. Et ideo.

DVBIVM XIII.

An S. P. Auguſtinus vixerit in ſolitudine.

113 Difficultatem hanc mouet Deſnos ex eo, quod habeatur in eius vita apud Poſſidium *cap.* 3. poſt baptiſmum propriam domum, quæ in Ciuitate Tagaſta ſita erat, Auguſtinum incoluiſſe: *Ad Africam, & propriam domum, agroſque remeare*. Ergò non vixit, infert ipſe, in ſolitudine, vt poſſet Monachum profiteri; & ſubdit, quod Patres Eremitani data opera (ob quod & Baronium increpat) omittunt hæc verba *propriam domum*, & agros tantum commemorant, vt ex iſtorum, non verò illius inhabitatione ſolitariam vitam adſtruere valeant. Confirmat antecedens ex Nebridio, qui *epiſt.* 114. lugens Auguſtinum, quod *concinium ſuorum* (verba ſunt Deſnos *dict. lib. 3. cap. 6.*) *negotijs ab otio litterarum nimium auocaretur, à quibus vt cum expediret, inuitat ad ruri ſecum commorandum* ſic ad illum ſcribens: *Ità ne eſt mi Auguſtine*, ait Nebridius, *fortitudinem, ac tolerantiam negotijs ciuium præſtas? Nedum tibi redditur illa exoptata ceſſatio?* Et poſt aliqua, *Vellem te in rus meum vocare; non ego timerem me ſeductorem tuum dici à Ciuibus tuis, quos nimium amas, & à quibus nimium amaris*. Si ergò ad rus inuitat, iam in rure non erat; ergò in paterna domo, & non in agris degebat. Secundò ex eiuſdem Auguſtini reſponſione

epiſt.

Digitized by Google

*epiſt.*116. vbì dicit, ſe *ruri ex ſententia degere non poſſe, habereque ſecum, qui ad rus illud Nebridij venire non potuiſſent, & quos deſerere nefas putaret*; & quaſi ex hoc deducere velit, quod in rure non commoraretur, concludit. *Igitur in Ciuitate, & domo propria agens Auguſtinus, iſque reuerſus in Africam antè Præsbyteratum Monachū non profitebatur*. Et tandem obiter obſeruans Nebridium, quem Patres Eremitani Monachum faciunt, in domo propria ægrum expiraſſe iuxta Auguſtin. *epiſt. ead.* 116. ſic ludit: *Quaſi verò id ſit eſſe Monachum*.

114 Non video tamen hanc conſequentiam. In domo intrà Vrbem ſita habitauit Auguſtinus, ergò non Monachus, ſeù non Religioſus. Et quot Monachi (& hinc patet etiam reſponſio ad id, quod obijcit ex Nebridio in paterna domo defuncto) antiquitus viuebant in proprijs domibus, vt benè obſeruat Nebridius à Mundelheim in *antiquar. Monaſt. epiſt.*7. *à pag.* 22.? Habemus enim Virgines, quamuis in monaſterijs viuere ſolerent, vt ex Ambroſ. *ad Virgin. lapſ. cap.*7. Hieronymo *epiſt.* 8. *ad Demetrjad. &* 48. *ad Sabinian.* & alijs conſtat, ſæpè etiam in proprijs domibus vixiſſe poſtquam coram Epiſcopo virginitatem profeſſæ fuerant, & ab eo velum acceperant. Ita à Mundelheim *ibid. epiſt.* 146. Emanuel Gondiſaluus in *comment. nou. ad cap.*54. *Concil. Illiberit. pag.*286. Suarez *d. tom.*4. *de Relig. tract.* 9. *lib.*1. *cap.*2. *nu.*7. vbi citat S.P. Auguſtinum *ſerm.*1. *de comm. vit. Cleric.* dicentem, *Virgo, & ſi nunquam fuerit in monaſterio, ſi Virgo ſancta eſt, illi nubere non liceat, quamuis eſſe in monaſterio non compellatur*. Et Concilij Tolet. IV. *c.* 8. verba, & habentur. 27. *q.*1. *c.*7. *De Viduis, & puellis, quæ habitum Religionis in domibus proprijs tam à parentibus, quam à ſe mutauerunt, ſi poſteà contrà inſtituta Patrum, vel præcepta Canonum coniugia putauerint copulanda, tamdiù à communione remaneant ſuſpenſæ, quamdiù, quod illicitè perpetrarunt, emendauerint*; Ex quibus colligit Suarez, illas fuiſſe veras Religioſas, & incapaces matrimonij, quamuis in domibus proprijs profeſſę fuiſſent. Et iterum ex Concil. Carthag. III. *can.*33., & African. *c.*11. & Eliberitan. *cap.*17., & ex *cap. Ex part.*2. *de Conuer. coniug.* & *ex cap. Inſinuante tit. Qui Cler, vel vouen.* & ex hoc Eugenij decreto *d.*27. *q.*1. *cap.*31. *Mulieres ſub obtentu Religionis velatæ, aut in monaſterio regulariter viuant, aut domibus ſuis ſuſceptum habitum caſtè obſeruent*, concludit, Virgines ſacras, quæ parentes habebant ſub eorum cuſtodia in proprijs domibus viuere potuiſſe. Si ergò veræ Religioſæ Virgines in proprijs domibus, quarè non Monachus, ſeù Religioſus Auguſtinus, per hoc, quod in propria domo in Vrbe ſita habitauerit, maximè in Africa, vbi antè ipſum nulla erant monaſteria? Numquid maiores ad eius, quam ad Virginum Monachatum neceſſarię circumſtantiæ, aut illæ omnes in illo, quæ modo in Monachis requirendæ?

115 Reſpondeo vlterius negando in domo intra Vrbem ſita habitaſſe Auguſtinum illo triennio cum ea, dum patrimonium vendidit, vt dictum eſt ſup. *num.* 66. ſe expropriauit, vt in ſolitudine viueret, & de facto in agris vixerit, vt habet Poſſidius: *Placuit illi percepta baptiſmi gratia cum amicis ſuis Deo paritèr ſeruientibus ad Africam, & propriam domum, agroſque remeare, ad quos* agros Tagaſtenſes, *veniens, & in quibus* ſcilicet agris *conſtitutus, fermè triennio commoratus eſt*, tenetque Baronius ad ann. 389. ibi. *Auguſtinus rediens cum ſocijs Alipio, & Euodio in Patriam, quem condixerant vitæ ſtatum, cum adhuc in Italia eſſent, exercere cæperunt; ſecedentes enim rus, ibidem triennio permanſere*. Et iterum loquens de libris, quos antè Præsbyteratum compoſuerat Auguſtinus ait; *Hæc omnia edidit antequam Præsbyter fieret, ipſo triennio commorationis in Eremo*.

116 Quo autem ad Nebridium, dico primò, illam epiſtolam ab eo conſcriptam breui poſtquam reuerſus eſt Tagaſten Auguſtinus, quo tempore fortè adhuc à curis ſęcularibus omninò ſe expedire non potuerit: ſed non indè ſequi, quod ſemper ita fuerit; cum, vt vidimus ex Poſſidio *num.*77., illis ablegatis vixerit in agris fermè triennio orationibus vacans, & contemplationi. Secundò Auguſtinum, licet ob charitatis officia ſuorum conciuium negotijs vacauerit, vndè optata quiete frui non illi daretur, in agris tamen vixiſſe, & eorumdem curam in ipſo ſeceſſu egiſſe; ſic enim adnotant PP. Benedictini in *præfat. ad tom.*2. *oper. S. Auguſt.* nouiſſimæ editionis Pariſienſis in *epiſtolarum ordine chronologico* §.1. *epiſtolar. prim. Claſs. num.*5. dicentes: *Videtur itaque collocanda hæc epiſtola* (Nebridij) *in fine eiuſd. anni* 388. *aut in ſequentis exordio, nam Auguſtinus Tagaſten reuerſus haud quaquam ſuſtinuit, quin conceptum iam indè à ſuo baptiſmate conſilium ſecedendi cum amicis in agros, quos ad Tagaſten poſſidebat, exequeretur, quam primum liceret; & re ipſa illic in ſeceſſu à ſe iam alienatis curis ſæcularibus tranſegit fermè triennium ex Poſſidio cap.*3. *donec Hipponem data quadam occaſione profectus, ibi Præsbyter ordinaretur, quod anno* 391. *ineunte contigit. Attamen dici poteſt ipſum ſuo etiam in ſeceſſu, cum nimirum ille, & à Ciuibus ſuis amaretur; & ex æquo ciues ſuos redamaret, ſuſcepiſſe interdum curam grauiorum negotiorum, quæ ad ipſum perferebantur*. Dico tertio, non vocatum Auguſtinum à Nebridio in rus ſimpliciter, quaſi domi in Ciuitate degeret: ſed in rus ſuum, *vellem te in rus meum vocare*, & ad ſecum ibi commorandum; quod fieri non poſſe reſpondit Auguſtini *epiſt.* 116. propter rationes, quas ibi adducit. Sed nullatenus hinc ſequitur, quod in domo intra Vrbem, & non in ſuis agris viueret Auguſtinus, ſeù in ſolitudine.

117 In agris ergò, ſiuè in monaſterio in ipſis, hoc eſt, in ſolitudine extructo vixit Auguſtinus eo triennio, quod apud Tagaſten fuit; & ità præter Suarez *num.*98. laudatum, ſentiunt D. Antoninus 3. *p. tit.*24. *cap.* 14. §. 2. dicens: *Remeans ad Africam poſt mortem matris venditis proprijs bonis, & pauperibus erogatis, monaſterium*

ibi

Digitized by Google

ibi in nemore primum conſtruxit. Arthmanus in *Chronic. magn. ſeu Theatr. Mund.* ſic: *Auguſtinus mortua matre cum fratribus ſuis Carthaginem adnanigauit, & in nemore monaſterio conſtructo ſecundum regulam ab Apoſtolis conſtitutam viuere cæpit.* S. Thomas *opuſc. 19. cap. 2.* ad Poſſidij citata verba: *Ex quo habemus vitam Auguſtini cum amicis fuiſſe in monaſterio, vel in agris paternis, qui ità remoti erant, vt Eremi ſolitudinem meritò referrent*. Thomas de Trugill. in *theſaur. tom. 2. ſerm. de S. Auguſtino* per hæc verba: *Indè venit Tagaſten, vbi vendidit patrimonium, quod habebat, partem pretij ſibi reſeruauit, ad monaſterium quoddam ædificandum in ſolitudine, vbi monaſticam vitam duxit*. Et Alphonſus Villiegas *tom. 1. Sanctoral. in Vit. S. Auguſtini*, ſcribens: *Inde Tagaſten proprium ſolum repetijt, monaſterium in ſolitudine conſtruxit*.

118 Et non ſolum in ſolitudine vixit quamdiù fuit apud Tagaſten, ſed & Hippone poſtquam factus eſt Præsbyter, dum ibi vixit in Monaſterio intra Valerij hortum conſtructo; Sic enim Sigebertus *epiſt. ad Macedonium*. ibi. *Valerius Hipponenſis ſtatim eum ad ſe accerſiri fecit, & hortum ſecretum, & remotum à Ciuitate Auguſtino donauit*. Item Volateranus *lib. 22. Anthropolog. Valerius Præſul Hipponenſis audita fama Auguſtini ad ſe accerſitum in loco abſtinentiæ commoda extrà Vrbem conſtituit*. Et Gondiſaluus Illeſcas *lib. 2. Hiſt. Pontif. cap. 8.* per hæc verba. *S. P. Auguſtinus certò certius eremum incoluit priuſquam Hippone Epiſcopus inauguraretur, cum ad illum ex eremo fuerit aſſumptus*. Et *lib. 5. cap. 182. in Vit. Innocentij*, iterum: *Irrefragabile eſt Auguſtinum in Erémo vixiſſe priuſquam Epiſcopus fieret Hippone*; aſſumptus ſiquidem fuit ad Epiſcopatum ex monaſterio in horto Valerij conſtructo.

119 Ait vlterius Sigebertus hunc *hortum ſecretum, & remotum à Ciuitate*: contra verò P. Macedo *d. tom. 3. collat. pag. 695.* vult, quod fuerit intra ſepta Eccleſiæ ex eo, quod ſint nonnullæ Eccleſiæ Cathedrales ampliſſimæ, & ſpatioſiſſimæ, quæ latè ſe effundunt, & complectuntur palatia, clauſtra, & viridaria, & hortos, qualia ſuis ipſe oculis vidit tum in Hiſpania, tum in Gallia, tum in Italia, tum in Anglia, quæ ſunt capacia monaſteriorum, & cænobiorum; vndè concludit, quod *ille hortus intra ſepta ad Pomeriũ quodammodò Eccleſiæ pertinebat, ac ille in monaſterium tranſijt vicinum Templo*. Quam tamen illationem non penetro. Dato ſiquidem, quod in pluribus Mundi partibus ab ipſo, & poſt 1200. annos viſa fuerint Epiſcopia adeò capacia, quomodò probat, & huiuſmodi fuiſſe ea quarti ſæculi, & ſignanter Hippouenſe? Hoc probatum voluiſſem, vt poſſem aſſentiri concluſioni, cuius ſe facit Authorem.

120 Occurro nihilominus illi, & pluribus rationibus. Primò, quia S. P. Auguſtinus *ſerm. de comm. vit. Clericor.* loquitur de huiuſmodi horto tamquam diſtante: *Beatæ memoriæ ſenex Valerius dedit mihi hortum illum, in quo nunc eſt Monaſterium*; Si enim intrà Septa Epiſcopij fuiſſet ille hortus, non dixiſſet *illum*, ſed hunc, eo modo, quo loquens de monaſterio Clericorum, vt mox videbitur, dixit, *in iſta domo*. Secundò, quia, dum Auguſtinus inibi degeret, quando cum Epiſcopo Valerio de grauioribus illi agendum erat, hoc aut per litteras, aut per fratres ſuos præſtabat, vt clariſſimum eſt ex *epiſt. 147.* in qua Epiſcopo eum prædicationis gratia ad Vrbem aduocanti, ſic: *Ipſam rogo charitatem tuam, & affectum imploro, vt miſerearis mei, & concedas mihi ad hoc, quod rogaui tempus, quantum rogaui, atque adiuues me orationibus tuis, vt non ſit inane deſiderium meum, nec infructuoſa Eccleſiæ Chriſti, atque vtilitati fratrum meorum abſentia mea*. Si namque hortus, in quo monaſteriũ, fuiſſet in Epiſcopio, ad quid hęc inuitatio ad Vrbem? ad quid ępiſtolę? ad quid interlocutores? Vndè illud damnũ ex eius abſentia? Superflua ea omnia; & hoc vltimum de abſentia implicare puto, poſito, quod monaſterium illud fuiſſet in Epiſcopio. Tertiò, quia ſemel conceſſo, quod hortus, in quo ædificauit monaſterium Auguſtinus Præsbyter, fuerit intra ſepta Epiſcopij, non videtur credibile, quod factus Epiſcopus aliud monaſterium intrà eadem ſepta conſtruere voluerit, vt de facto conſtruxit: *Volui habere in iſta domo Epiſcopali monaſterium Clericorum*; tum propter dubium de duorum monaſteriorum capacitate, tum quia ſuperfluum fuiſſet ſecundum, ſtabilito in ijſdem ſeptis primo, maximè eiuſdem inſtituti, ſeù Clericorum, vt vult Macedo.

121 Veroſimilius ergò, imò & certius, quod extrà Vrbem fuerit ille hortus; & ità teneo cum prædictis, & Abb. Maurolic. in *Occean. Relig. lib. 4. pag. 266.* & Io. Petro Creſcentio in *Præſid. Rom. lib. 1. enarrat. 7. num. 32.* non tamen adeò remotè, vt videtur ſentire Sigebertus: ſed in loco Ciuitati vicino, vt vult Suarez. *d. tract. 9. lib. 2. cap. 8. num. 11.* quod probabilius videtur, cum horti, ordinariè loquendo, non valdè diſtent ab vrbibus. Quidquid tamen ſit de maiore, vel minore diſtantia; quod facit ad rem eſt, quod fuerit extrà Ciuitatem ad formam Mediolanenſis Monaſterij, quod ſufficit, vt dicatur & iſtud in ſolitudine, & in ſolitudine Auguſtinum vixiſſe, quam adeò adamauit, vt etiam Epiſcopus illuc teſte Antonino *3. p. hiſt. tit. 24. cap. 14. §. 2.* quandoque diuerteret. *Interdum etiam declinabat ad fratres in Eremo habitantes, cum quibus iam conuerſatus fuerat*. Et conſequentèr corruit Deſnos argumentum contra eius monachatum, ex eo quod in domo propria, & in Ciuitate vixerit, cum non ſolum antè Pręsbyteratum, ſed etiam poſt illum, & vſque ad Epiſcopatum degerit in ſolitudine, ſeù in cænobio extrà vrbem conſtructo.

Digitized by Google

DVBIVM XIV.

An pugnet S. P. Auguſtini Monachatus cum eo, quod dicatur Laicus.

122 ET hoc argumentum adhibet Deſnos *d. cap. 9. lib. 3.* ad ſpecialiter probandum apud Tagaſten Monachum non vixiſſe Auguſtinum, quia Poſſidius ſub Laici nomine toto illo triennio eum compellat. *Solebat* (ait Poſſidius *cap. 4.*) *laicus, vt nobis dicebat, ab eis tantum Eccleſijs, quæ non habebant Epiſcopum, abſtinere.* Et *cap. 18. Antè proximum diem infirmitatis dictatos à ſe, & editos recenſuit libros, ſiue eos, quos primo tempore ſuæ conuerſionis adhuc laicus, ſiuè quos Præsbyter, ſiuè Epiſcopus dictauerat.* Quibus ſubdit Deſnos: *At quis prudens intelligit per laici nomen ſtatum monaſticum?* Et dicit Patres Eremitanos toto conatu clamare, & contendere, *Auguſtinum antè Præsbyteratum appellatum laicum, non quod non eſſet verè monachus, ſed quia ſub nomine laicorum tunc temporis cenſebantur Monachi, cum nondum vſus in Eccleſia obtinuiſſet, vt Monachi ad ſacros ordines promouerentur, quam ob cauſam dicebantur laici, vt à Clericis dignoſcerentur;* quod tamen falſum eſſe probat per hoc, quod ea ætate eſsent Monachi ſimul, & Clerici SS. Hieronymus, Paulinus, &c. Et quia vidit diſtinctionem laicorum inferioris, & ſublimioris propoſiti, vt etiam negaret per laicos propoſiti ſuperioris Monachos intelligi, numquam hunc fuiſſe ſenſum Auguſtini dicit: Sed per laicos Superioris propoſiti Sæculares nobiliores; & per laicos inferioris propoſiti plebæos venire contendit. In eumdem ſenſum abijt, & Macedo *ibid. pag. 671.* ex adductis Poſſidij verbis hanc eruens propoſitionem. *Atque adeò comprehendit illud tempus, in quo venit Hipponem Regium. Venit ergo laicus non Cænobita.*

123 Ad quid tamen hæc pro Auguſtini Monachatu impugnando? Concedimus toto illo triennio, quo Tagaſte commoratus eſt, laicum, hoc eſt non Clericum fuiſse Auguſtinum. Sed quid indè? Num propterea non Monachus? Palam eſt olim Monachos etiam Abbates laicos fuiſse, & non clericos. *l. generaliter C. de Epiſc. & Cleric.* & *cap. generaliter 16. q. 1.* Abb. in *cap. 2. col. 2. n. 6. verſ. ſed quia de Inſtit.* vbi, quod poteſt quis eſse verus Monachus, & laicus. Specul. in *tit. de diſp. §. nunc de Epiſcoporum verſ. 56.* Bellarmin. *lib. 2. de Monach. cap. 6. §. Hic duplex eſt mendacium.* Tamburin. *de iur. Abb. tom. 1. diſp. 25. q. 1. nu. 76. & 184.* Barboſ. in *cap. A Subdiacono diſt. 93. n. 1. & 5. & de iure Eccl. vniu. lib. 1. cap. 43. n. 10.* Azor. *Inſtit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 19. q. 11.* Antonius Caracciolus in *Synopſ. veter. Religioſ. in not. ad præfat. §. ex Oriente*, & latè Dadinus Alteſerra *lib. 3. cap. 5. & 8. & lib. 7. cap. 2. rei Monaſt.* & à Deſnos ſciri non dubito, cum totus ſit in probando à Monachatu Clericatum excludi. Quomodo ergò non Monachus per hoc quod à Poſſidio laicus dicatur Auguſtinus? Ipſe etiam S. Pater *lib. 2. de anima, & eius orig. cap. 1.* laicum apellat Renatum, qui tamen Monachus erat teſte eod. Auguſtino *Retract. lib. 2. cap. 56.* & Nebridio à Mundelheim in *Antiquar. Monaſt. epiſt. 20.* ac Dadino Alteſerra *d. lib. 3. cap. 8.* & iuxtà Chriſtianum Lupum *d. quæſt. quodlib. cap. 15.* erat monaſterij Ceſarienſis Præfectus. Et quot hodiè Monachi laici? Ergò per hoc, quod Religioſi laici dicantur, Monachi non erunt?

124 Dupliciter accipitur hoc laici nomen, & pro perſona Sæculari oppoſitiuè ad Religioſum, & pro perſona Clericatu non inſignita, à qua Monachatus non excluditur. Et in hoc ſenſu, non autem illo dico locutum Poſſidium, dum laicum dixit Auguſtinum; cum ſcilicet nondum Præsbyterum: non verò Sæcularem indigitare voluiſse; cum quo benè ſtat, quod fuerit Monachus ad inſtar aliorum Monachorum laicorum. Nec aliam credo eſse Patrum Eremitarum mentem, dum dicunt per laicos intelligi etiam Monachos (quod tamen benè ex Hilario *lib. de Synod.* contra Arianos probat à Mundelheim *d. epiſt. 20.* & ex *Gloſſ. in cap. Quidam Monachorum 18. q. 2. verb. laici*, Concilijs, pluribuſque argumentis Torellus in *Sæcul. Auguſtin. tom. 1. ad ann. 389. à nu. 31. ad 44.*) niſi hanc, quod Monachi veniant, & includantur ſub nomine laicorum, vt ex Lindano in *Panopl. lib. 4. cap. 98. n. 119.* ſumpto hoc nomine pro perſonis Clericatu non affectis: quin vſurpari ad diſtinguendos Monachos non Clericos à Monachis Clericis, quod veriſſimum eſt, & conſtat ex dictis; & quod Patribus Eremitanis ſufficit ad ſoluendum argumentum ex hoc Poſſidij loco deſumptum: non verò eorum mentem eſſe, quod per hoc laici nomen pro perſonis Sæcularibus ſumptum, vt ſumit Deſnos, ſignificentur Monachi, quod numquam ſomniarunt.

125 Id autem, quod addit per laicos inferioris propoſiti, de quibus Auguſtinus in *init. lib. de oper. Monach.* intelligi plebęos, & per laicos Superioris propoſiti, nobiles viros, & Optimates, gratis omninò dicitur; & repugnat apertè ipſi Auguſtino loquenti de ſtudio feruentibus, partitarijs, atque fautoribus, nec de multis, ſed de aliquibus: *Vndè, ait etiam inter aliquot laicos inferioris propoſiti, ſed tamen ſtudio feruentes exiſtere cæperunt tumultuoſa certamina alijs hoc, alijs aliud defendentibus*, (quæ plebeculæ nequeunt accommodari; nec ſi in aliquibus ex plebe hæc obſeruaſſet, tam anxius fuiſſet Aurelius Epiſcopus) & hos, ſeù nobiles, optimates, ſtudioſos, atque fautores vocat laicos inferioris propoſiti, non alia mente, niſi quia per laicos Superioris propoſiti intelligebat Monachos. Vndè benè Dadinus Alteſerra *ibid. lib. 7. cap. 2.* ad rem noſtram concludit. *Hilarius Pictauienſis lib. de Synodis per laicos propoſiti Superioris Monachos intelligit optima ratione, quia licet Monachi ſint minores Clericis gradu, & ordine, certè propoſito ſunt maiores, quia eorum vita eſt ſcopus, & exemplum perfectionis Euangelicæ. Indè Monachos fratres boni*

pro-

propoſiti appellat Auguſtinus ſerm. 1. de comm. vit. Cleric. Cæpi boni propoſiti fratres colligere ; & laicos velut propoſito minores, laicos inferioris propoſiti vocat idem de oper. Monach. init. & à Mundelheim *loc. ſupr.* ſic. *S. Hilarius dum ait, ſe vidiſſe vitia non laicorum, ſed Epiſcoporum, ibi Monachos intelligit, laicos nempè propoſiti Superioris propter vota religioſa, quæ laici inferioris propoſiti, ſcilicet Sæculares non habebant*.

126 Pro cõcluſione tamen dicendum aliud eſſe, non probari Auguſtini Monachatum per hoc, quod laicus dicatur; & aliud non poſſe ſtare vnum cum altero, quod ſcilicet Monachus fuerit, & laicus. Tranſeat ergò primum; non ſequitur ſecundum; cum nullus ſit, qui Monachos fuiſſe laicos ignoret; Et hæc eſt vera Patrum Eremitarum intelligentia, cui fauent Baronius ad *ann. 391. pag. 640. litt. B.* ibi: *Cæterum iam antè Præsbyteratum adhuc laicus cum ſuis ſocijs idem vitæ genus* (loquitur de Monachali) *in Africa excoluerat apud Tagaſtem*. Et Suarez *d. tract. 9. lib. 2. cap. 8. n. 17.*

127 Hinc poteſt ſolui altera eiuſdem Deſnos inſtantia. Dicit ipſe *d. cap. 9. in fin.* Monachi illius æui cultu aliquo peculiari notabiles erant, & in Eccleſia locum occupabant à cæteris ſęcularibus diſcretum: at Auguſtinus mox inaugurandus Pręsbyter cum promiſcua plebecula ſedebat, ex qua media tractus inuitus, reluctans ordinatus fuit: Si igitur Monachus fuiſſet, cultuque, ſeù ſchemate vſus fuiſſet Monaſtico inter laicos, & infimam plebem non ſtetiſſet in Eccleſia antè ſuam promotionem ad Sacerdotium. Hæc ille. Et reſpondeo adſtaſſe in Populo, ideſt extrà Chorum, Cancelloſque in corpore, vt ità dicam Eccleſiæ, vbi Populus commorabatur; nam intra cancellos ſoli Clerici; reliqui verò etiam Monachi, qui laici erant extrà ipſos morabantur, vt tradit Lindanus in *Panopl. loc. ſupr.* ibi: *Hinc porrò factum eſt, quod Monachi ipſi extrà Chorum in Eccleſia conſiſtebant à Clericis, & laicis diſcreti, & quaſi limitanei; unde & Monachi priſci, nec Auguſtini ætate inter Clericos computabantur, ſed inter laicos potius accenſebantur*; docetque Alteſerra *ibid. lib. 3. cap. 8.* dicens: *Monachi in Eccleſia ſtabant extrà cancellos; nam intrà cancellos ſtabant Clerici*; quod probat ex D. Dionyſio Areopagita *epiſt. 8. ad Demophilum*, vbi, quod Monachi *diebus feſtis, putà ſabbato, & Dominicis procedebant ad Eccleſiam loci, & una cum plebe communicabant, & ſacra myſteria recipiebant*; Quod repetit *lib. 7. cap. 2.* ex Theodoret. *de Vit. Patr. cap. 12.* Niceph. *lib. 11. cap. 38.* Caſſiano de *inſtit. Cænobit. lib. 5. cap. 26.* & addit ex eod. Dionyſio *de Eccleſ. Hierarch. cap. 7.* Clericos poſt obitum intra: Monachos verò extra cancellos ſepulturæ demãdari; ſicut Clericos delinquentes deponi: laicos verò, & Monachos excõmunicari ſolitos iuxta Concil. Calcedonen. *c. 2.* & Nicęn. II. *c. 5.* Erat igitur extrà cancellos, & vbi plebs morabatur, Auguſtinus: Sed hoc cum Monachis competeret, quomodò indè ipſe non Monachus? Sicut ergò nullo modo officit eius monachatui, quod fuerit laicus; ità nec illi nocet, quod vna cum laicis ſteterit in Eccleſia.

DVBIVM XV.

An S. P. Auguſtinus ante Prærbyteratum Clericalem vitam intenderit.

128 DVbium hoc pręterire nequeo propter ea, quæ tradit Macedo, quorum aliqua, & noua, & omninò arbitraria. Eadem *collat. & cap. 1. pag. 659., & 660.* conſiderans Auguſtinum antè baptiſmũ in rure Verecundi, eo quod eum inueniat vna cum ſocijs viuentem, & de pluribus diſputantem, non verò prolixis Aſcetarum orationibus vacantem, *ſapiebant*, dicit *iſta clericatum. Clericale inter laicas perſonas munus, ac miniſterium referebant*; & *cap. 3. pag. 671.* repetit *Ità veniſſe laicum* ſcilicet Hipponem regium Auguſtinum, *vt iam appareret eum meditari inſtitutum clericale, ac omnibus eius iam propoſitum innotuiſſe per ſigna, exercitia doctrinarum, quæ propria clericalis inſtituti erant*. Et pluribus locis eadem lingua loquitur. Quæ verò in admirationem trahunt animum ſunt ea, quæ *cap. 5. pag. 688.* ad hęc Auguſtini *ſerm. 1. de communi vit. Cleric.* verba: *Elegi in domo Dei mei abiectus eſſe magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Ab eis, qui diligunt ſæculum ſegregaui me: ſed eis, qui præſunt populis, non me coæquaui. Nec in conuiuio Domini mei ſuperiorem locum elegi, ſed inferiorem, & abiectum. Et placuit illi dicere, aſcende ſurſum. Vſque adeò autem timebam Epiſcopatum, vt quoniam cæperat eſſe alicuius iam momenti inter Dei ſeruos fama mea, in quo loco ſciebam non eſſe Epiſcopum, ne illo accederem, cauebam*, longo licet diſcurſu deducit, nempè Auguſtinum clericatum intendiſſe, & minoribus ordinibus initiatum Hipponè veniſſe. Quibus certè nihil ab Auguſtino remotius.

129 Et pro rei euidentia, cum argumento ab eius diſputationibus ſumpto iam ſatisfactũ ſit *dub. 1.* duo tantum produco. Et primò: ſummum ſtudium cauendi Eccleſias, quę carerent Epiſcopis, vt dictum eſt. Ergò clericatum non intendebat. Probo conſequentiam. Status clericalis ex ipſo Macedo eſt ſcala ad Epiſcopatum; ſic enim ipſe *ibid. ſtatum talem elegit Auguſtinus, vt intrà ſæculum manens, tamen ad Eccleſiaſticum accederet, eſſetque ordinis clericalis capacis aſcendendi ad Parochias, & Epiſcopatus* & iterum: *Habilis erat, & aptus ex vi inſtituti ad eundum per gradus ad faſtigium*: quin ratione clericatus fuiſſet *vnus ex ijs, qui iam erant deſtinati ad Præsbyteratum, & Epiſcopatum*, vt habet ipſe Macedo *pag. 698. col. 2.* Sed credibile non eſt, quod Auguſtinus voluerit ſe habilitare, & vnum fieri ex deſtinatis ad gradum, quem timebat, fugiebatque; Ergò incredibile eſt, quod Clericatum intenderit, aut fuerit, antequam inuitus raperetur ad Præsbyteratum, minoribus ordinibus inſignitus.

130 Reſpondet Macedo voluiſſe Auguſtinũ manere *in clericali ſtatu minorem clericum, & ibi*

degere in minoribus conſtitutum, vndè ad Præſules, & maiores poſſet aſſumi, & illis aliquandò coæquari. Sed hoc eſt, quod incredibile dixi: modò repugnans ſubiungo; concordari enim nequeunt hæc duo, timor tantus, & fuga ſupremi faſtigij, & vltrà doctrinam, qua ſatis ad illud habilitabatur, noua, & voluntaria habilitatio per clericatum, vndè ad illud poſſet aſſumi; & gratis dicitur, quod voluerit manere ſolum in ſtatu clericali, poſito quod illum appetierit; non enim cenſetur velle in eo ſtatu inferiori manere, qui data opera ſe habilitat, *vnde poſſie ad Præſules aſſumi*. Pręterquam quod non concordant hæc cum ijs, quę *pag.668.* tradiderat idem Macedo: nempè euocatum à ſolitudine Auguſtinum, vt viueret alijs, *quemadmodum viuebat Paulus, & Apoſtoli ad lucrandos, & ſaluandos alios, docendo, prædicando, exhortando in Eccleſijs*; Si namque euocatus fuit à Deo à ſolitudine, vt prędicaret, quomodò eum contentum modò depingit ſolo ſtatu clericali, cui prędicatio repugnabat, & in Africanis Eccleſijs Epiſcoporum propria erat? Ecce quod fundamento carent hæc eius dicta.

131 Secundò, inuitam in Præsbyterum ordinationem, quæ ex violenta, vt ità dicam, plebis præſentatione, & ipſius Auguſtini profluentibus lachrymis ſatis indicatur: *Manu iniecta tenuerunt eum*, teſtatur Poſſidius *cap.4. vbertim eo flente*; & Auguſtinus ipſe *ſerm.1. de comm. vit. Cleric. Apprehenſus Præsbyter factus ſum*. Et *epiſt.148. Hinc erant lachrymæ illæ, quas me fundere in Ciuitate ordinationis meæ tēpore nonnulli fratres animaduerterunt*. Hæc enim omnia eius animum; à Clericatus munere alienum ſuadent, & conſequentèr non anteà minoribus initiatum.

132 Occurrit Macedo *pag.672.* dicens, mentem Auguſtini fuiſſe *recipiendi ſacros ordines per ordinem, ac paulatim per ſuos gradus modo ordinario Sanctæ Eccleſiæ: non autem de repente aſſumi, & extrà ordinem, & conſuetudinem ad faſtigium rapi, & tolli. Hic ei modus pro ſua modeſtia diſplicebat. Amabat ordinem, volebat ire gradatim, & à minoribus ad maiores progredi, & pedetentim incedere à Subdiaconatu ad Diaconatum, deindè ab hoc ad Præsbyteratum aſcendere. Superbum, & inſolens videbatur ſaltu quodam ad ſuprema tranſilire*; & hac de cauſa dicit Auguſtinum cruciatum fleuiſſe. At quomodò ſtare hæc poſſint eum eo, quod ſuprà ex ipſo Macedo notauimus non intelligo. Si contentus erat Auguſtinus clericali munere, & inter minores manere, quomodò volebat ire gradatim, & à minoribus ad maiores progredi, & pedetentim incedere à ſubdiaconatu ad Diaconatum, & deindè ad Præsbyteratum? Et ſi volebat aſcendere ad Subdiaconatum, Diaconatum, & Pręsbyteratum, quomodò dicitur eum voluiſſe *manere in clericali ſtatu minorem clericum, & ibi degere in minoribus conſtitutum?*

133 Sed vim reſponſionis conſideremus. Auguſtinus erat minoribus initiatus, vt tenet Macedo; ergò non erat cur fleret per hoc, quod non initiaretur gradatim aſcendendo à minoribus ad Sacros Ordines. Vel ſi flebat, quia initiabatur non ſeruato ordine aſcendendi gradatim à minoribus ad maiores; ergò ſequitur, non erat initiatus minoribus, contra id, quod ipſe ſcribit; Dici enim non poteſt eum, & ſi initiatum minoribus, fleuiſſe, quia conſecrabatur Præsbyter non ſeruato ordine, hoc eſt per ſaltum, non ſuſceptis prius Subdiaconatu, & Diaconatu (non enim eſt, quo alio modo poſſit haberi ordinatio per ſaltum) cum iam contrarium ſic *pag.700.col.2.* ab eodem Macedo ſcriptum fuerit. *Quando fuit ordinatus Præsbyter* (loquitur de Auguſtino) *alios gradus tunc ſimul ſumpſiſſe; ità vt vna vice tres gradus acciperet: nec deſunt argumenta in eius temporis Hiſtorijs. Reperio quippè de multis ex Patribus antiquis narrari, etiam, cū omnibus ordinibus carerent, fuiſſe Præsbyteros ordinatos, quod certè fieri non potuit ſine alijs gradibus antecedentibus, quorum tamen prorſus ſit mentio.* Et iterum *pag.702. col.2. Cæterum fuerit ne ſimul* (ſcilicet Auguſtinus) *vna die, ac vice Subdiaconatu, & Diaconatu, & Præsbyterio initiatus, an ſeorſum, & diuerſis diebus, diuinationis potius eſt, quam opinationis. Potuit vtrouis modo, quod per id tempus licuiſſe arbitror, conſecrari*. Non eſt ergò ex vna parte ordinatus per ſaltum Auguſtinus: ex altera verò quamuis Subdiaconatū, Diaconatum, & Præsbyteratum eadem die ſuſcepiſſet, nihil pro eis temporibus illicitum actum fuiſſet, teſte Macedo. Ergò verum non eſt, quod fleuerit ratione illicitæ, aut inordinatæ promotionis. Fleuit ergò, quia à clericali munere auerſabatur eius animus. Verum igitur non eſt, quod Clericatum intenderit; & multò minus, quod iam fuerit antequam Hipponem Regium veniret, minoribus initiatus.

134 Sed contrà hoc alterum eius dictum, quod ſcilicet initiatus acceſſerit Hipponem Auguſtinus, hæc ſpecialitèr militant. Teſtatur Poſſidius *cap.4.* quod, cum *flagitante Eccleſiaſtica neceſſitate, de prouidendo, & ordinando Præsbytero Ciuitatis, Dei plebem alloqueretur* ſanctus Valerius, *& exhortaretur, iam ſcientes Catholici ſancti Auguſtini propoſitum, & doctrinam, manu iniecta, quoniam & idem in populo ſecurus, & ignarus, quid futurum eſſet, adſtabat &c.* Vndè infertur. Ergò minoribus ordinibus initiatus non erat. Et probo duplicitèr, tum quià, ſi tunc Clericus fuiſſet, non in populo promiſcuè ſtetiſſet, ſed intrà cancellos cum alijs Clericis, vt vidimus *num.127.*; tum quia, eum Clericatus ſit via ad Præsbyteratum, timuiſſet Auguſtinus, ne ſuprà ſe caderet electio, ſi Clericus fuiſſet, & à Populo exilijſſet, in quo tamen ſtabat ſecurus, vt narrat Poſſidius, ſeù nec de huiuſmodi promotione cogitabat. Ergò quia Clericus non erat.

135 Subiungit Poſſidius *ibidem: ſolebat autem laicus*, ſic eum vocat pro tempore antè Pręsbyteratum, *ab eis tantum Eccleſijs, quæ non habebant Epiſcopos, ſuam abſtinere præſentiam*. Ergò non minoribus initiatus. Reſpondet P. Macedo

d. pag.

d. pag. 700. duplex eſſe laicorum genus: alios purè ſæculares, & alios, qui & ſi minoribus, non tamen maioribus, ſeù ſacris ordinibus initiati ſunt, quos mixtos laicos vocat, eo quia adhuc poſſunt ſæculo immiſceri, & matrimonium ducere; & contendit his clericis minoribus initiatis quadrare nomen laicorum. Idque triplici ratione probat *pag.* 701. Primò auctoritate Syriaci Papę in *epiſt. ad vniuerſ. Orthodox. cap.* 3. vbi cauet, ne *Laici immediatè fiant Sacerdotes*; quæ prohibitio non cadit, dicit Macedo, in puros laicos, cum nulli eorum veniret in mentem immediatè ex ſtatu laicali ad Pręsbyteratum promoueri, & per ſaltum ordinari. Vndè deducit locutum Syricium de illis, qui erant initiati minoribus, eoſque vetare, omiſſo Subdiaconatu, & Diaconatu, ad Sacerdotium aſcendere; & ſic nomine *laicorum* venire clericos minores. Secundò auctoritate Eulalij, ſiuè vt ipſe Macedo ait, Stephani; & habetur in *cap. Laicis* 16. *q.* 7. dicentis *Laicis quoque quantumuis religioſis nulla de Eccleſiaſticis facultatibus diſponendi legitur vmquam attributa facultas*. Per laicos autem religioſos, ſubdit Macedo, non intelliguntur laici ſæculares, qui religioſi dici nequeunt, ſed perſonæ religatæ Deo per ordinationem minorem; ergò &c. Tertiò quia S.P. Auguſtinus *lib.* 2. *retract. cap.* 2. diſtinguit laicos *inferioris, & ſuperioris propoſiti*, hoc eſt purè ſæculares appellat laicos inferioris propoſiti, & ſuperioris eos, qui inchoauerant Eccleſiaſticam profeſſionem per ſuſceptionem minorum ordinum; enarrans namque Auguſtinus cauſam diſſidij Monachorum; dicit: *Vnde etiam inter aliquot inferioris propoſiti laicos exiſtere cæperunt tumultuoſa certamina*, quaſi inſinuans, non ſolum eos, qui iam erant aliquo modo Eccleſiaſtici, laicos ſcilicet ſuperioris propoſiti, ſed etiam alios merè laicos, & ſæculares, hoc eſt inferioris propoſiti fuiſſe commotos. Ex quibus omnibus vult non excludi à Clericatu Auguſtinum, per hoc, quod laicus deſcribatur à Poſſidio.

136 Mirum ſanè, quod nolit Monachum veniſſe Auguſtinum Hipponem, quia laicus deſcribitur à Poſſidio, vt vidimus *num.* 122. & velit, quod venerit Clericus, & ſi venerit laicus. Sed ad rem. Verum non eſt, minoribus initiatos ordinibus laicos eſſe, aut laicorum nomine venire; adeò vt & ipſi clerici coniugati laici non appellentur ſed *Clerici*, licet cum addito *coniugati*; & ſi præter alia requiſita, in habitu clericali, & tonſurati incedunt, gaudent priuilegio Canonis, & Fori, vt communiter DD. in *cap. vnic. de Cleric. coniug. in* 6. Quin admiſſo, quod laicorum nomine veniant & clerici in minoribus conſtituti, tota ſacrorum Canonum præuertitur intelligentia, in quibus de Laicis ſemper eſt ſermo tamquam de perſonis diſtinctis ab Eccleſiaſticis, etiam ſi ſolis minoribus ordinibus inſignitis. Interpretatio autem, quam adhibet verbis tum Syricij, tum Eulalij, ſeù vt ipſe vult, Stephani in *cap. Laicis* 16. *q.* 7. quam violenta ſit, quiſque cordatus ex debilitate rationis, quam adducit, colligere poteſt. Senſus quidem Syricij clarus eſt, quod immediatam promotionem, hoc eſt per ſaltum prohibere intenderit, ne quis ex laicali ſtatu ad Præsbyteratum immediatè aſcenderet, ſicut idem legitur probibitum in Synod. Romana *Can.* 5. ſub Syluestro: *Vt nullus ex laica perſona ab honore Acolythi ad Epiſcopatum ſubleuaretur, niſi prius fuiſſet Lector diebus* 30. *deindè vna die exorciſta, poſtea caperet onus Acolythi, & faceret in eodem ordine annos* 10. *vt acciperet onus Subdiaconi, & in Subdiaconatu eſſet annos quinque, deindè ad Diaconatus honorem pertingeret fixus*. Vbi apparet per laicam perſonam venire propriè laicos, non verò Clericos. Quod idem dicendum de Syricij verbis, cum idem vtriuſque loci ſit ſenſus. Nec capio, quomodò potuerit venire in mentem Clerico minoribus initiato, aſcendere per ſaltum ad Præsbyteratum, vnde id debuerit à Syricio probiberi, & idem nequiuerit venire in mentem Laico. Eodem ſenſu pro perſonis ſęcularibus accipienda ſunt verba *cap. Laicis* 16. *quæſt.* 7. cum tam Gloſſæ, quam expoſitores de illis textum intelligant; & declaratur per ſubſeq. *cap.* 25. *Si quis Principum, vel aliorum Laicorum diſpoſitionem, ſeù dominationem rerum, ſiuè poſſeſſionum Eccleſiaſticarum ſibi vendicauerit, vt ſacrilegus iudicetur*; per quæ conſtat perſonis ſæcularibus huiuſmodi diſpoſitiones eſſe prohibitas; Et ratio ſuadet, quia non eſſet cur clericis in minoribus conſtitutis, qui ſunt propriè Eccleſiaſtici ea fieret prohibitio; quæ ideò facta eſt ſæcularibus, quia vtpotè non Eccleſiaſtici, nec de rebus Eccleſiæ diſponere debent.

137 Nec verbum *Religioſis* dictum objicientis ſaluat, quià nomen hoc competit etiam locis, nempè Hoſpitalibus per DD. apud Barboſ. *de Iur. Eccleſ. vniu. lib.* 2. *cap.* 11. *nu.* 14. & Confraternitatibus ſæcularibus *ibid. nu.* 66. in quibus minores ordines non eſt conſiderare. Verum quidem eſt, quod in *cap. Ad audientiam noſtram de Reſcript.* legitur. *Quod quidam laici Clerici*. Sed loquitur ibi Honorius III. de Clericis, ſeù Canonicis ſæcularibus ad differentiam Canonicorum Regularium, vt explicat Innocentius Cironius apud Emanuel. Gonzal. *in d. cap. Ad audientiam nu.* 2. Non tamen reperietur nomine *Laici* abſolutè, & ſimplicitèr prolato clericos minores ſignificari. Ad illud de diſtinctione laicorum inferioris, & ſuperioris propoſiti iam reſponſum eſt *num.* 125. vbi vidimus nomine laicorum ſuperioris propoſiti venire per Auguſtinum Monachos. Non ergò ſubſiſtit ſub laicorum vocabulo comprehendi clericos, & per conſequens nec fuiſſe minoribus initiatum Auguſtinum, cum expreſsè laicus deſcribatur.

138 Scire tandem optarem à Macedo, quandonam, à quo Epiſcopo, & vbi initiatus fuerit Auguſtinus? Et ſi Tagaſte iam Clericus erat, & ibi fortaſsè promotus, & illi Eccleſiæ addictus, quomodò fuerit ab Hipponenſe Epiſcopo poſteà Præsbyter conſecratus? Certè

rem tam nouam ſine magno fundamento non publicaſſem. Nullum autem producit, quod probabilitatem ſapiat, vt magis videbimus. Ego ſcio, neque Auguſtinum hunc ſuum clericatum vmquam indigitaſſe, nec de eo quid ſcripſiſſe Poſſidium; nec credo, quod ſi hoc verum eſſet, vtpotè nota dignum, vterq; ſilentio præterijſſent; quod eſt argumentum, quod contra Auguſtini monachatum ipſe Macedo extollit pag. *670.* & *676.* Vndè concludo, antequam à Valerio initiaretur, clericum non fuiſſe Auguſtinum. Quod adeò certum eſt, vt nec à Canonicis Regularibus affirmetur, cum Pennottus *lib. 1. Hiſt. eripart. cap. 11. num. 5.* eorum ſcriptor, & propugnator ſtudioſus, de Auguſtino ſic ſcripſerit: *Cum ipſe non optaret fieri clericus, imò magis clericatui reluctaretur*.

139 Argumenta modò Macedo pro Auguſtiniano clericatu proponamus. *Scientes* habet Poſſidius *cap. 4. Catholici ſancti Auguſtini propoſitum, & doctrinam iniecta manu eum tenuerunt; & vt in talibus conſuetum eſt, Epiſcopo ordinandum intulerunt*. Et hinc Macedo pag. *672.*, & *698.* colligit Auguſtini propoſitum fuiſſe iuuandi proximo per exercitia clericalia; & hoc non aliundè cognitum à Populo niſi ex inchoato ordine clericali, hoc eſt quia minoribus initiatum eum videbant. Et confirmat, eò quia eum Epiſcopo ordinandum intulerunt, *vt in talibus conſuetum eſt*: quæ verba, dicit ipſe, non quadrant niſi in clericos, *quos mos eſt eligere, & conſecrare*; & ſi eſſet Auguſtinus ex prius laicis, temerè arriperetur ad Præsbyteratum. Leuia tamen omnia nemo eſt qui non videat; nec ideò reſponſione opus eſſet. Nihilominus.

140 Dico Auguſtini propoſitum, quod Valerius, & Catholici ſciebant, eius monachatum fuiſſe, qui, vt dictum eſt *nu. 43.* & *44.* nomine *propoſiti* importabatur. Et patet ex ipſo Auguſtino *ſerm. 1. de comm. vit. Cleric.* de ſe dicente: *Iuuenis veni ad hanc Ciuitatem, quærebam*, antequam ſcilicet Præsbyter ordinaretur, *vbi conſtruerem monaſterium, & viuerem cum fratribus meis*. Et hoc fuit eius inſtitutum, quod cognouit S. Valerius; proſequitur namque S. P. Auguſtinus: *Et quia hic diſponebam eſſe in Monaſterio cum fratribus, cognito inſtituto, & voluntate mea beatæ memoriæ ſenex Valerius, dedit mihi hortum illum, in quo nunc eſt Monaſterium*. Res eſt hęc omninò clara. Dum ergò dicit Poſſidius Valerium, cæteroſq; Catholicos hoc eius propoſitum ſciuiſſe, de eius monachali inſtituto locutus eſt; Et hoc fuit, quod vna cum eius inſigni doctrina obſeruantes Catholici mouit eos, vt Epiſcopo ordinandũ *manu iniecta*, & vi pręſentarent; Quod ſi eius propoſitum fuiſſet clericale, non fuiſſet cur vi, & *manu iniecta* eum Epiſcopo ſiſterent.

141 Neque dicat Macedo, quod ſi eſſet Cęnobita profeſſus clauſtrum, eum non eſſe apprehenſuros; Obijcio enim illi ſtatim, vt alia omittam, quod ipſe ſcribit *pag. 612. col. 2.*, & *pag. 673. col. 2. Per ſacros canones, non niſi rarò, & ex neceſſitate illa clericorum officia exercere* Cęnobitis *licuiſſe*; & dico: non ne ſcribit Poſſidius *ibid. flagitante eccleſiaſtica neceſſitate de prouidendo, & ordinando Præsbytero Ciuitatis Dei plebem* allocutum fuiſſe Valerium? Et ſi aderat hic neceſſitas, gratia cuius permittunt Canones Monachum promoueri, quomodo ex Auguſtini ordinatione argumentatur eum Monachum eſſe non potuiſſe, ſed clericum? Obijcio iterum hoc, quod *ibid.* ipſe ſcribit: *Quas machinas admouit Epiſcopus ille ſanctus apud Vicum, vt cauſa publicæ ſalutis Abrahamum vicinum aſcetam Præsbyterum conſecraret?* Et de Iſaac Cænobiarca, qui cum promouendus eſſet, *fugit in Ægyptum, & abſcondit ſe, & niſi diuinitus proditus foret, & indè vi extractus, imponi ſibi manus minimè pateretur. Quod quidem mirandum eſt magnoperè, cum quidam Epiſcopus Gebulonis inieciſſet manus in Abbatem Mutium, eiuſque comitem diſcipulum, eoſque inuitiſſimos Præsbyteros ordinaſſet*. Et dico; ſi inuiti, quin vt *pag. 700. col. 2.* habet ipſe Macedo, extracti è cellis ſunt Monachi ordinati, quarè non potuit apprehendi Auguſtinus, & ſi Monachus, & in Pręsbyterũ conſecrari? Imò, quia Monachus *iniecta manu* fuit Epiſcopo, vt ordinaretur, à Populo delatus.

142 Quod poſteà addit; ea nempè verba, *vt in talibus conſuetum eſt*, quadrare in clericos, quos mos eſt eligere, & conſecrare: non verò in cænobitas, quos certum eſt non fuiſſe ſolitos ordinari, omninò arbitrarium eſt; quia non aliud intellexit Poſſidius, quam indicare Auguſtini coram Aurelio præſentationem iuxtà conſuetudinem omnium initiandorum, qui ſiuè laici, ſiue Monachi, ſiuè clerici ab Epiſcopis ordinantur; Nec nouum eſt, quod qui præſentantur, Epiſcopis præſentantur. Et in Auguſtino obſeruata eſt hæc conſuetudo; electus à Populo pręſentatus fuit Valerio. Æquiuocat ergò Macedo in ly *vt in talibus conſuetũ eſt*; nam conſuetudo, & ſolitum afficiunt hic ordinationem, & non ordinandorum qualitatem; ni velimus dicere, oblatum fuiſſe Valerio Auguſtinum, *vt in talibus conſuetum eſt*, vt nempè ſacros ordines iuxtà Eccleſię conſuetudinẽ, incipiendo à primo, illi conferret; quo adhuc præcluditur via ad hinc deducendum, clericũ fuiſſe Auguſtinum.

143 Probat ſecundò Macedo *pag. 688. col. 2.* & iterum *pag. 699. col. 2.* ex timore, quo cauebat Eccleſias Epiſcopis carentes (de quo nos ſuprà) dicens: *Fruſtrà timeret, niſi eſſet iam initiatus. Iuſta igitur erat timoris, & fugæ cauſa, quod in gradu erat, vndè ad illud pateret aditus, & aſcenſus fieret*. Confirmat hoc argumentum ex modo conſolandi Auguſtinum; Dicebant ſiquidem nonnulli ex his, qui eum flentem obſeruabant, ſiniſtrè eius mentem interpretantes, quod ſcilicet ad ſolum Præsbyteratum, & non Epiſcopatum aſſumeretur, *quia locus Præsbyterij licet ipſe maiore dignus eſſet, appropinquaret tamen Epiſcopatui*. Hoc quippe ſolatium dicit Macedo *ibid. col. 1. ineptum, & vanum eſſet, ſi homini laico nihil cogitanti de ſtatu clericali, & ab eo profeſſione, & habitu animi, & corporis alieno*

adhi-

Digitized by Google

adhiberetur : nullus erat tantæ ambitioni locus , ſi vacuus omninò Eccleſiaſtici ordinis eſſet . Ergò dicendum , quod eſſet non laicus , ſed clericus .

144 Reſpondeo, timuiſſe Auguſtinum accedere ad Eccleſias Epiſcopis viduatas, quia ſciebat ſui nominis famã difuſam: En ipſius verba *d. ſerm.1. de comm. vit. Cleric. Vſque adeò timebam Epiſcopatum , vt quoniam cæperat eſſe alicuius iam momenti inter ſeruos Dei fama mea , in quo loco ſciebam non eſſe Epiſcopum , ne illo accederem , caucbam , & agebam quantum poteram , vt in loco humili ſaluarer* . Hæc eſt ex Auguſtino ipſo ſui timoris cauſa, non verò quia clericus eſſet: quin ſi talis fuiſſet , dixiſſet vtique, ſe cauiſſe Eccleſias Epiſcopis carentes , eo quod , cum clericus eſſet , poterat ab eo gradu ad illum aſcendere ; quæ ratio patens , & citrà iactantiam adduci poterat, & legitima fuiſſet, & occultaſſet ipſe, qui humilis erat, ſui nominis famam ; quam tamen eatenus produxit, quatenus illa clericatus locum non babebat. Cæterum quis neſciat tot Epiſcopos ex laicali ſtatu aſſumptos ? Et quarè idem timere non poterat Auguſtinus, & ſi laicus, & non clericus eſſet , attenta præcipue ſuæ doctrinæ vulgata notitia ?

145 Ad illud autem de conſolatione dum fleret , quod fuiſſet inepta *homini laico nihil de ſtatu clericali cogitanti* quid indè ? Vult ipſe eos prudentes in motiuo conſolationis , & imprudentes in ſiniſtro de Auguſtini mente iudicio ; & ne imprudentes eos admittat , vult, quod fuerit iam minoribus initiatus Auguſtinus ! Verum parum aptè ; cum namque approximatio ad Epiſcopatum oriretur à Pręsbyteratu ; & tunc eo Auguſtinus inſigniretur , æquè Epiſcopatui approximabat per talem gradum , ſiuè antea eſſet Monachus , ſiue non ; & ſic non eſt, cur dicatur, quod fuerit prius Clericus .

146 Alia nonnulla in eodem P. Macedo notaui : ſed quia leuiora omitto . Vnum obſeruo . In toto eo volumine à *pag.* 1. vſque ad 570. incluſiuè nouem tantum Typographi errata vt patet , in eorumdem correctione in fine voluminis, adnotari . Penè verò innumera in vltima Collatione irrepſiſſe, & hac notabili Epigraphe ſignata: *Errata enormia ſic corrige, quæ ſunt in vltimo tractatu de inſtitutione vitæ Chriſti* ; quorum pleraque pars contigit in vltima collatione nona, vbi egit de Auguſtino. Vnde fas mihi fuit concludere : mirum non eſſe , ſi ſcateat erroribus ea collatio, quæ Monachum negat, & Clericum facit , antequam Hipponem Regium veniſſet , Auguſtinum ; cum nihil ſit boc magis à veritate alienum , neque hoc enormius erratum .

DVBIVM XVI.

An S. P. Auguſtinus factus Præsbyter vixerit cum Monachis .

OBiecta contra Auguſtini Monachatum antè Pręsbyteratum hucuſque diſſoluimus . Ad ea, quę contrà eumdem in ſtatu Pręsbyteri adducuntur, accedamus; Et quia contendunt , eum Præsbyterum non vixiſſe cum Monachis , boc ſpecialiter inquirimus in præſenti ; hac enim veritate probata, nulla erit ratio de eius Monachatu adhuc in ſtatu Pręsbyteri ambigendi .

147 Et quod cum Clericis tunc vixerit, inter cæteros recentiores præter Franciſcum Macedo, de quo infrà, inuenio ſentientes Aſcanium Tamburinum . *de Iur. Abb. tom.2. diſp.* 24. *q.*4. *verſ. Floruit ergò* & Franciſcum Bordonum *tom.* 4. *tract. de iurib. Parochial. Canonic. Lateranens. argum.*5. *num.* 73., quorum primus dicit, à S. Valerio Epiſcopo *Auguſtinus Præsbyter ordinatus mox monaſterium inſtituit Clericorum*, Alter verò: *Monaſterium , quod Præsbyter factus inſtituit , ex Canonicis iſtis fundaſſe eo fine , vt inſtruerentur in Chriſtiana doctrina, per quam ex officio ſuo docti poſſent deindè prædicare fidelibus, & eiſdem Sacramenta miniſtrare* ; & quod peius eſt addit ; *Et id adeò verum eſt, vt nemo aliter dubitare rationabiliter poſſit*; & hanc rationem aſſignat ; *Nam ſicut ipſe fuit Præsbyter Curatus , & Epiſcopus Paſtor animarum, ita & alumnos ſuos, quos in monaſterium vocauit, vt Clericos, non vt Monachos erudiret* . Et hoc ex Poſſidio tandem colligere dicit .

148 Contrarium tamen conſtat ex iam probatis *dub.* 11. item & euidenter *num.* 112. & iterum *quodlib.*2. *dub.*5. vbi Clericos non fuiſſe ab Auguſtino niſi poſt Epiſcopatum inſtitutos, & monaſterium Hipponenſe, in quo Auguſtinus Præsbiter , Monacbis conſtaſſe; Et probatur vlterius ex ipſo Auguſtino, qui *ſerm.* 1. *de comm. vit. Cleric.* de Hipponenſe monaſterio loquens , ait ibi viuere voluiſſe *cum fratribus* ; hoc enim nomine nequaquam Clerici, & minus Clerici Regulares veniunt ; tum quia nec de illis tunc cogitabat ; tum quia phraſis hæc *Fratres* apud Auguſtinum pro Monachis ſupponit ; fratres enim ſuos pluries vocat in *lib. de oper. Monach.* Monachos illos , de quibus ibi agit, & quos ipſe inſtituerat, vt ex verbis infrà *num.*194. adducendis conſtabit; Sicut & Adrumentinos Monachos non ſolum hoc *epiſt.*46. & 47. exordio *Domino dilectiſſimo , & Chriſti membris honorando Fratri Valentino , & fratribus , qui tecum ſunt , Auguſtinus in Domino ſalutem* : Sed in corpore *epiſt.* 47. Creſconium , & Fælicem dicti Monaſterij Monachos , ſic fratres appellat : *Quantum ergò potuimus egimus cũ iſtis veſtris, & noſtris fratribus* .

149 Et ne dicatur nomine hoc *Fratrum* venire non Monachos , ſed fraternitatem , ſeu communionem ſimul cohabitantium iuxta *pſalm.*172. *Ecce quam bonum , & quam iucundum*

babi-

Digitized by Google

habitare fratres in vnum: ſub qua fraternitate & Canonici Regulares comprehenduntur, obſeruandum cum Marquez de *origin. Eremitar. cap.5. §.8.* vbi hoc latè probat, nomen hoc *Fratres* dupliciter ſumi; & abſolutè, & reſpectiuè; reſpectiuè inquam, vt quando dicitur fratres mei, Fratres talis Ordinis; & hoc poſſe indicare prætenſam fraternitatem, & poſſe Clericis quoque conuenire: abſolutè verò, quando ſine vllo reſpectu ponitur; & tunc ſignificare ſolos Monachos, ſeù Religioſos, qui verè Fratres ſunt,& ex geſtatione Capucij Monachi dicuntur: non verò Canonicos Regulares. Quod omninò veriſſimum eſt iuxtà modũ loquendi Auguſtini, apud quem, vbi abſolutè hoc nomen *Fratres* inuenitur, nonniſi de Monachis poteſt intelligi; v. g. in *lib. 1. Retract. cap. 26. Quoniam ab ipſo primo tempore conuerſionis meæ poſtquam in Africam veniens interrogabar à Fratribus*, non Clericis Regularibus, qui tunc eſſe non poterant, *quando me vacantem videbant &c.* & in *epiſt.* 148. *ad Valerium*: *& hinc erant lachrymæ illæ, quas me ſundere in Ciuitate ordinationis meæ tempore nonnulli fratres animaduerterunt*; Monachi ſiquidem, cum nec tunc Clerici Regulares eſſent in rèrum natura. *In pſal.132. Meritò illis diſplicet nomen Monachorum, quia illi nolunt habitare in vnum cum fratribus.* Ecce quod Monachos nomine Fratrum appellat. Sed clarius in *pſal.99.* ſic: *Ab illa vita communi Fratrum, quæ eſt in Monaſterio*, vbi certè ſermo eſt de Monachis, & quia ibi loquitur de fratribus laborantibus manibus, qui abſque dubio Monachi erant,& non Canonici Regulares;& quia tres ibi diſtinguit ſtatus, Monachorum, Clericorum,& Sanctimonialium,& vnum ab altero ſecernit,& dum agit de Monachis in monaſterio, *Fratrum* nomine illos appellat. Ergò,cum abſolutè dicit: *& quia hic*, ideſt Hippone, *diſponebam eſſe in monaſterio cum fratribus*, concludendum eſt, quod monaſterium ibi conſtruere intenderit, vt habitaret cum Monachis, ſeù fratribus, quos, vt Franciſci Biuarij *de veter. Monach. lib.2. cap.3. num.5.* verbis vtar, *ex Italia traduxerat Monaſtices profeſſores*; eo magis cum tunc non eſſet clericus, nec clericatum cogitaret, vt probatum eſt *dub. præced.* quo adhuc benè dignoſcitur intendiſſe habitare in monaſterio cum Monachis.

150 Ex his patet quid reſpondendum ſit Macedo *loc. dict. pag.676.* & alibi, vbi ſimilia habet, dicenti nomen *Fratris* competere, & Clericis,ex eo quod Poſſidius *cap.15.* ſcripſerit: *Scio item non ſolum ipſe Poſſidius Præſul, qui vitam hanc conſcripſi: verum etiam alij fratres, & conſerui, qui nobiſcum tunc intrà Hipponenſem Eccleſiam cum eodem Sancto viro viuebant*; quæ de Clericis dicta eſſe dignoſcitur. Reſponderi inquam poteſt: tranſeat ibi & pro Clericis vſurpatam eam vocem, quia ratione adiecti, *qui nobiſcum tunc intrà Eccleſiam cum eodem Sancto viro viuebant*, dignoſcitur illis quamuis impropriè fuiſſe attributam; ex quo tamen non ſequitur, vt dictum eſt, quod quando ponitur hæc vos *Fratres* abſolutè, & ſine adiecto per eam veniant Clerici Regulares. Ni velimus dicere vſum fuiſſe hac voce *Fratres* Poſſidium, dum locutus eſt de his, qui intrà Eccleſiam vna cum Auguſtino habitabant,quia tam ipſe, quam plures alij in Clerum aſſumpti Fratres, hoc eſt Monachi prius fuerant (vt *nu.*160. cum Biuario videbimus) in Hipponenſe monaſterio, nec per promotionem, antiquam Fratrum denominationem amiſerant, eo modo quo eam non amittunt Religioſi, dum in Clericos aſſumuntur; quo adhuc dignoſcitur non Clericos, ſed Monachos ibi indicari.

151 Confirmatur modo, & ni fallor ſatis euidenter noſtra aſſertio; Et primò ex eiuſdẽ Auguſtini *epiſt.64. ad Aurelium Epiſcop. Carthagin.* vbi ſuorum fratrum erga illius beneficia gratitudinem explicans ait: *Omnis itaque fratrum cœtus, qui apud nos cæpit coaleſcere, tanta tibi prærogatiua obſtrictus eſt*, maximè propter *agrum*, monaſterij ædificandi gratia, *fratribus datum diſpoſitione, & liberalitate tua*. Quinam quæsò ſunt hi Fratres? certè, qui ſecum erant poſtquam factus eſt Præsbyter in monaſterio in horto Valerij conſtructo; quandoquidem epiſtola illa fuit conſcripta ab eo iam Præsbytero, & nondum Epiſcopo, vt ex eiuſdem titulo: *Aurelio Epiſcopo Auguſtinus Præsbyter*, & in principio ſui Præsbyteratus, vt ex ſupradictis verbis *Omnis cœtus fratrum, qui apud nos coaleſcere cæpit*, arguit Baronius ad *ann.*391. Ergò loquitur de fratribus ſecum in eo monaſterio degentibus; ſed ſic eſt, quod illi fratres Monachi erant,& non Clerici Regulares. Ergò Præsbyter cum Monachis vixit. Probo minorem dupliciter; primò, quia Canonici, ſeù Clerici Regulares nõ ſunt ab Auguſtino, niſi iam Epiſcopo, aut inſtituti, aut reſtituti. Secundò quia fratres illi ſe obſtrictos dicunt Aurelio propter eius beneficia, inter quæ computabatur donatio agri, in quo ædificatum eſt vnum ex illis monaſterijs Carthaginenſibus, de quibus ipſe Auguſtinus in *lib. de oper. Monach. cum apud Carthaginem monaſteria eſſe cæpiſſent*: viuere autem in ſolitudine, & in agris monaſteria conſtruere proprium erat Monachorum, non Clericorum Regularium, ſeù Canonicorum, qui in ſolo Epiſcopatu ſubinde habitarunt cũ ipſo Auguſtino. Ergò fratres illi Monachi erant, & conſequenter factus Præsbyter habitauit, & vixit cum Monachis.

152 Confirmatur ſecundò contrà Deſnos, qui licet non dicat, tunc vixiſſe cum Clericis Auguſtinum, negat tamen, quod vixerit cum Monachis. De ſe ipſo fatetur Auguſtinus, quod factus Præsbyter cæperit *boni propoſiti fratres colligere*, qui ſecum in dicto monaſterio viuerent: Fratres autem boni propoſiti erant Monachi per Auguſtinum, vt explicat Dadinus Alteſerra *de orig. rei monaſt. lib.7. cap.2. Inde Monachos fratres boni propoſiti appellat Auguſtinus ſerm.1. de com. vit. cleric. cæpi boni propoſiti fratres colligere*; ideò enim eos colligere cæpit, quia Monachis Africà replere cupiebat, proùt

ipſe

ipſe in *cap.28. lib. de oper. Monach.* confeſſus eſt dicens: *ſub generali nomine Monachorum veſtrum propoſitum blaſphematur tam bonum, tam ſanctum, quod in Chriſti nomine cupimus, ſicut per alias terras, ſic & per totam Africam pullulare*; & ipſe Deſnos tenetur concedere, cum *lib. 2. cap.10.* nomine *propoſiti*, Monachatum venire his ipſe verbis, prout *ſup. nu.44.* admiſerit: *Quibus verbis vulgò appellatur defectio à monaſtico inſtituto, quam exorbitationis à propoſito?* ergò & ſecundū hoc Deſnos principium factus Præsbyter vixit cum Monachis Auguſtinus.

153 Probatur ſecundò, quia ideò illi datus eſt à Valerio hortus ad viuendum cum fratribus, vt ſuo vacaret inſtituto: *& quia* (ſic Auguſtinus *d. ſerm.*) *diſponebam hic eſſe in monaſterio cum fratribus, cognito inſtituto, & voluntate mea beatæ memoriæ ſenex Valerius dedit mihi hortum, in quo nunc eſt monaſterium*. Hoc autem inſtitutum non aliud excogitari poteſt, niſi illud, quod ex Italia deſumptum iam apud Tagaſtem integrò triennio exercuerat, quod clericale certè non fuit, quidquid gratis dicat Macedo *pag.* 689. ſed monaſticum ex dictis. Ergò factus Præsbyter Monachos, non Clericos ſibi adſciuit, & vna cum illis vixit. Et ſuadetur vlterius ratione, qua motum ſe dicit Auguſtinus ad formandum in Epiſcopali domo monaſterium Clericorum; quia ſcilicet, vt ex ſub *num.*101., & 112. adductis, ſibi, vt Epiſcopo hoſpites ſuſcipiendi onus incumbebat; quaſi inſinuans, quod ſi ea non fuiſſet neceſſitas, nec tale monaſterium inſtituiſſet. Ergò à fortiori credendum, quod nec illud Præsbyter inſtituerit, nec clericos ad ſecum conuiuendum collegerit. Vndè remanet, quod Monachi fuerint illi Fratres, quos tunc ſibi ſocios adſciuit.

154 Quià autem in Poſſidio ſe fundant contrarium ſentientes, eius verba ponderemus. *Factus ergò Præsbyter monaſterium intra Eccleſiam mox inſtituit, & cum Dei ſeruis viuere cæpit ſecundum modum, & regulam ſub Sanctis Apoſtolis conſtitutam*. Hęc ſunt Poſſidij verba *cap.5.* Antequam tamen ea conſiderem, vellem ſcire à Bordono, diſtinguat ne Auguſtinum Præsbyterum ab Auguſtino Epiſcopo? Si pro eodē accipit Præsbyterum, & Epiſcopum, nullus eſt certè controuerſiæ locus, quandoquidem & Eremitani Patres concedunt Clericos Regulares ab eo iam Epiſcopo fuiſſe, ſi tamen inſtituti, inſtitutos; & ſic ſaluatur, quod antè Epiſcopatum in monaſterio Hipponenſi non vixerit cum illis, ſed cum Monachis. Si verò diſtinguit, vt diſtinguere debet, ſi loqui velit cum Poſſidio, qui diſtinguit, & *cap.* 5. agit de Auguſtino Præsbytero, & *cap.*8. de eius ſcribit in Epiſcopum ordinatione; vndè quæsò ex his Poſſidij verbis deduci poteſt, monaſterium, quod Præsbyter factus inſtituit, ex Canonicis, ſeù pro Canonicis fuiſſe inſtitutum? Cui ſuadere poterit, quod tunc Auguſtinus, ſcilicet antè Epiſcopatum Canonicos Epiſcopo collaterales ad ſecum viuendū in monaſterio in agro Valerij ſito ſibi adſciſcere cogitauerit, ne dicam voluerit? Quo fundamento ſubdit *eo fine ex iſtis Canonicis fundaſſe, vt inſtruerentur in Chriſtiana doctrina, per quam ex officio ſuo docti poſſent ſubindè prædicare fidelibus, & eiſdem Sacramenta miniſtrare*, ſi prædicare non Canonicorum, ſed ſolius Epiſcopi officium erat, adeò vt malè ſonaret poteſtas prædicandi à Valerio eidem Auguſtino facta: *& eidem Præsbytero*, ſubdit Poſſidius, *poteſtatem dedit coram ſe in Eccleſia Euangelium prædicandi, ac frequentiſſimè tractandi contra vſum quidem, & conſuetudinem Africanarum Eccleſiarū, vnde etiam ei nonnulli Epiſcopi detrahebant?* Si Sacramenta miniſtrare reſeruabatur Parochis, & hos inſtituere ſpectabat ad Epiſcopos, quomodò credibile eſt, quod Auguſtinus, qui ab Epiſcopatu toto conatu auertabatur, in ſui, & coacti Præsbyteratus primordijs ad anticipatè pręparandos Pręsbyteros, ſeù Parochos mentis aciem direxerit? Quomodò tandem hæc ex Poſſidio ſe dicit colligere, ſi de monaſterio ab Auguſtino Pręsbytero Hippone conſtructo ille loquens, nec ſomniauit dicere, quod fuerit Clericorum?

155 Dicet ex Poſſidio deduci, qui *intra Eccleſiam* ædificatum ſcribit huiuſmodi monaſterium. Ergo pro Canonicis, & Clericis. Ex his verbis hallucinatos pariter credo quotquot huiuſmodi monaſterium Clericorū fuiſſe cenſuerunt. Omnibus ergò reſpondeo Poſſidij verba ponderando. Certè ly *intra Eccleſiam* non debet accipi grammaticaliter, quia ſenſus eſſet, quod intrà parietes Eccleſiam componentes conſtructum eſſet huiuſmodi Cęnobium, quod eſt omninò falſum; ergò in alio ſenſu debet ſumi, nempè vel pro domo Epiſcopi, & eſt idē, ac iuxtà Eccleſiam, vel pro prædijs Eccleſię, & eſt idem, ac intrà fines, ſiuè dominium, & iura Eccleſiæ. Videamus modò quænam ex his duabus acceptionibus magis quadret menti Poſſidij. Primus ſenſus mihi videtur omninò arbitrarius, nec admittendus; obſtat enim illi S. P. Auguſtinus, qui *d. ſerm. de comm. vit. Cleric.* ſic habet: *Perueni ad Epiſcopatum: vidi neceſſe habere Epiſcopum exhibere humanitatem aſſiduā quibuſque venientibus, ſiuè tranſeuntibus; quod ſi non feciſſem, Epiſcopus inhumanus dicerer: Si autem conſuetudo iſta in monaſterio permiſſa eſſet, indecens eſſet; & ideo volui habere in iſta domo Epiſcopali mecum monaſterium Clericorum*; ex quo infert & benè Suarez *de Relig. tom.4. tract.9. lib.2. cap.7. num.*11. *Ædificauit Auguſtinus intrà Eccleſiam*, ſeu propè Eccleſiam, hoc eſt in domo Epiſcopali *monaſterium niſi iam factus Epiſcopus*. De ſe ipſo autem Præsbytero ſic *ibid.* antecedenter habet Auguſtinus: *Apprehenſus Præsbyter factus ſum; & quia hic diſponebam eſſe in monaſterio cum fratribus ſenex Valerius dedit mihi hortum illum, in quo nunc eſt monaſterium; cæpi boni propoſiti fratres colligere compares meos*. Ergò monaſterium, quod Præsbyter conſtruxit in horto Valerij conſtructum eſt. Sic claris verbis Gabriel Biſciola in *epitom. annal. Baron. ad ann.* 391. Poſſidij, & Auguſtini verba concordans: *Fit Præ-*

sbyter,

ſbyter, & accepto horto à Valerio Epiſcopo ibi ædificat monaſterium, colligens fratres eiuſdem propoſiti. Poſſidius cap.5. & ipſe, ſcilicet Auguſtinus *ſerm.49. de diuerſis* (qui eſt ſupracit. *ſermo 1. de comm. vit. Cleric.*) *Perueni ad Epiſcopatum, &c.* Ergò dum Poſſidius dixit, quod factus Præſbyter monaſterium *intrà Eccleſiam* conſtruxit, de hoc monaſterio in horto Valerij locutus eſt, & non de monaſterio in domo Epiſcopali, quod poſt ſui in Epiſcopum ordinationem conſtructum eſt, vt & cum Suarez, atque Baronio *num.*100. *iam* adnotauimus. Ergò per ly *intrà Eccleſiam* eſt neceſſariò intelligendum ex Auguſtini narratione, in prædijs, ideſt, intra prędia Eccleſiæ. Ergò ex Poſſidij verbis non eſt, cur huiuſmodi monaſterium Clericorum Regularium, ſeù Canonicorum dicatur, cum hi fuerint ab Auguſtino iam Epiſcopo inſtituti, & eorum habitatio in Cathedrali, & non in Valerij horto.

156 Oſtendo hoc iterum. Monaſterium Clericorum poſtquam factus eſt Epiſcopus in ſua domo Epiſcopali Auguſtinum conſtruxiſſe ex ſupraposita ipſius aſſertione certiſſimum eſt. Ergò antè eius Epiſcopatum non erat in ea domo Epiſcopi monaſteriū; ſi namque fuiſſet iam ibi monaſterium, non opus fuiſſet aliud conſtruere. Ad quid enim nouum ibi erigere monaſterium Clericorum pro ſuſcipiendis hoſpitibus, cum commodè ſuſcipi potuiſſent in primo, poſito quod intrà eamdem domum Epiſcopalem iam alterum monaſterium, & eiuſdem inſtituti Clericorum ab eodem Auguſtino Pręsbytero conſtructum eſſet? Ergò monaſterium, quod ab Auguſtino Pręsbytero, hoc eſt nondum Epiſcopo dixit Poſſidius inſtitutū, non fuit intrà domum Epiſcopi, ſed alibi. Ergò per ly *intrà Eccleſiam* non venit domus Epiſcopalis. Corruit ergò fundamentum dicendi, quod hoc monaſterium fuerit Clericorum, ſeù Canonicorum Regulariū, cum eatenus horum dicatur, quatenus per ly *intrò Eccleſiam* Epiſcopi domum venire ſupponitur.

157 Dicent fortaſsè vnicum tantum ab Auguſtino ædificatum ibi fuiſſe monaſterium, & hoc poſt aſſumptum Epiſcopatum, ac intrà Eccleſiam, ſeu domum Epiſcopalem, & conſequentèr Clericorum, non obſtante, quod Poſſidius eum vocet Præsbyterum, quia antiquitus hoc nomine veniebant & Epiſcopi. Sed ſine fundamento dicetur; contrariatur hoc enim Auguſtino, qui duo à ſe aſſerit conſtructa monaſteria, vnum in horto Valèrij, & alterum in Epiſcopali domo; nec Poſſidius potuit ibi loqui de Auguſtino Epiſcopo, quia de eo Epiſcopo ſolum incipit agere à *cap.* 8. Vndè cum *cap.*5. dixit ipſum Præsbyterum ędificaſſe monaſterium, de Auguſtino nondum Epiſcopo loquitur, & de monaſterio non in domo Epiſcopali, ſed in horto Valerij conſtructo. Quapropter concludendum eſt, non Clericorum Regularium tunc temporis non exiſtentium, ſed Monachorum hoc fuiſſe monaſterium. Probauimus hoc etiam ſupra *dub.*11. & ideò ab hoc deſiſtentes argumento, Id, quòd ad probandū, quod cum Monachis non vixerit factus Præſbyter Auguſtinus, contra nos objicit Deſnos, modò conſideremus.

158 Argumentatur itaque *cap.*18. ab inueriſimilitudine dicens: *Enim verò cum Auguſtinus ad Præsbyterotum euectus eſſet, vt Ciuitatis Hipponenſis curam gereret, ideſt Parochum, & Paſtorem ageret, vt quid Monachos in ſui contubernio adſciuiſſet, quieti tantum, otio, & lacbrymis ex officio deditos, idque in Præsbyterio intrà Eccleſiom conſtituto?* & poſt pauca: *Et extrà rem omninò fuiſſet adſciſcere ſibi Præsbytero, & Paſtori Ciuitatis ſubſidiarios Monachos pro ea ætate illitteratos, fiſcellarios, luti, loteriſuè figulos, viminum, & ſcirporum textores, ac tortores, & vt Auguſtinus ipſe depingit lib. de oper. Monacb. cap.22. ex conditione ſeruili venientes, libertos, & ex vita ruſticana, & opificum exercitatione, & plebæo labore, &c. Non hos elegit vir prudens, & ad maiora natus Eccleſiæ negotia, ſed viros perfectos, doctiſſimos, continenteſque.*

159 Sed ad quid quęsò hæc ſtudioſa illorū Monachorum exinanitio? Nunquid omnes ex ruſticana plebęa, opificialique vita? Certè non, cum S. P. Auguſtinus *ibid. cap.*21. de ijſdem Monachis loquens dixerit: *Si ſaltem habebant aliquid in hoc ſæculo, quo facilè ſine opificio ſuſtentarent iſtam vitom;* & rurſus *cap.*22. eos, qui ex prędicta vili conditione venerant redarguens, quod *inſuper honorari ab eis, à quibus contemni, conterique conſueuerant*, denotat, & nobiles inter eos Monachos fuiſſe; *& cap.*25. *Quamobrem etiam illi, qui derelicta, vel diſtributa ſiuè ampla, ſiue qualicumque opulento facultate, inter pauperes Chriſti pia, & ſalubri humilitate numerari voluerunt &c.* & concludit: *Nullo modo enim decet, vt in ea vita, vbi fiunt Senatores laborioſi, ibi fiant Opifices otioſi, & quo veniunt relictis delitijs ſuis, qui fuerant prædiorum domini, ibi ſint ruſtici delicati.* Similitèr homines eruditos fuiſse docet Poſſidius *cap.*11. dicens: *Proficiente verò doctrina diuina ſub ſancto, & cum ſancto Auguſtino in monaſterio Deo ſeruientes, Eccleſiæ Hipponenſi Clerici ordinari cæperunt*, cum reliquis, quę *quodlib.* 2. *dub.* 5. adducentur, vbi de Monachis loqui Poſſidium oſtendetur. Si ergò inter illos, & nobiles, & diuites, & docti, qua mente Deſnos his omiſſis plebæos tantum producit? Sed de illis, qui ruſticani prius fuerant, & opifices, ſi ſcire vult Deſnos quare eos ſibi adſciuerit Auguſtinus, relegat eumdem Auguſtinum *ibi d. cap.* 22. & his verbis ab ipſo Deſnos adductis *ex conditione ſeruili venientes libertos, & ex vita ruſticona, & opificum exercitatione, & plebæo labore*, hæc alia immediatè connexa inueniet: *Tanto vtique fæliciores, quanto fortius educoti, qui ſi non admittantur graue peccatum eſt; multi enim* (eccè cauſam) *ex eo munere verè magni, & imitandi extiterunt; nam proptèrà, & infirma mundi elegit Deus, vt confunderet fortia, & ſtulta mundi, vt confunderet ſapientes. Hæc itaque pia, & ſancta cogitatio facit, vt etiam tales admittantur.*

160 Addo tamen cur ſibi Parocho non tamen in Præsbyterio intrà Eccleſiam, vt Deſnos

dicit,

Digitized by Google

dicit,ſed in monaſterio in horto Valerij, vt probatum eſt, tales Monachos adſciuerit Auguſtinus, non eam eſſe rationem, vt eius nempè Subſidiarij eſſent, ſeù Parochiæ coadiutores, ſed hanc, *propter retinendam* (ſic Iordanus de Saxon. *lib.1. Vit.Fratr.cap.13.) iſtam ſanctam communionem cænobiticæ Congregationis, & vt poſſet ibi ſecundum propoſitum cum fratribus vacare*; ob quam cauſam, & ſecum Monachos aliquos, etiam dum eſſet Epiſcopus, è monaſterio ad ſecum conuiuendum in ſuam Epiſcopalem domum tranſtuliſſe teſtatur Franciſcus Biuarius *de veter. Monach. lib.2. cap.3. num.5.* ad ea verba S.P. Auguſtini *ſerm. 1. de comm. vit. Cleric. Noſtis omnes ſic nos viuere in ea domo, quæ dicitur Epiſcopi &c.* ſic ſcribens: *loquitur verò de his fratribus, quos à monaſterio Monachorum ad domum Epiſcopi ſecum vitam religioſam acturos tranſtulerat*. Nec in his inuenio vel leue pręiudicium prudentię Auguſtini.

161 Reſtant modò argumenta Macedo; & ſunt. Primum *pag. 636. col. 2.* vbi ad verba Poſſidij *cap.5. Factus ergò Præsbyter monaſterium mox inſtituit &c.* dicit ſolitum addi *Clericorum*, vt ſenſus ſit monaſterium Clericorum, & Canonicos exprimat; & quod ità legebatur in antiphona Breuiarij apud Eccleſias Peruſinam, & Eugubinam in Italia, & Cæſarauguſtanam, & Valentinam in Hiſpania; ergò non Monachorum. Reſpondeo. Et quid ſi in Breuiarijs dictarum Eccleſiarum addita fuerit à Canonicis vox illa Clericorum? ſatis eſt, quod in Poſſidio non habeatur; & quod Auguſtinus ipſe, & ſi de hoc Hipponenſe monaſterio locutus ſit, numquam Clericos, ſed fratres nominauerit; & quod ſolum poſtquam creatus eſt Epiſcopus, Clericorum monaſterium inſtituerit. Videri poteſt Aloyſius Torellus in *Sæcul. Auguſt. ad ann. 391. num.50.* vbi pluribus hoc idem argumentum confutat.

162 Secundum, & *ibid.* quia *illud monaſterium* ſcilicet Hipponenſe dicitur *Apoſtolici inſtituti; quod quid eſt aliud, quam dicere eſſe Clericorum Regularium?* Quomodò autem dicatur Apoſtolici inſtituti, ſi quis requirat à Macedo, reſpondet, quia Poſſidius de Auguſtino ſcripſit: *Factus Præsbyter monaſterium mox inſtituit, & cæpit viuere ſecundum regulam ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutam*. Et ſi iterum quęratur, in quo conſiſtat hæc regula Apoſtolica, explicat *pag.693.* in vita communi, vt vidimus ſupra *num.85.* Et ex hoc, ego modo ſubiungo, arguitur illud monaſterium fuiſſe Clericorum? Non ne hoc Apoſtolicum inſtitutum commune & Cęnobitis? Et à quibus, niſi ab Apoſtolis vitam cõmunem didicere Monachi antè Auguſtinum in Ægypto? Numquid & ipſi Clerici Regulares? Tranſeamus ad alia.

163 Argumentatur tertiò *pag.673.* ex eiſdẽ Poſſidij verbis: *Factus Præsbyter, &c.* ſubdens: *Qui, & quorſum Auguſtinus Præsbyter ædificaret monaſterium, in quo ipſe* profiteretur, & viueret *Clericali inſtituto, pro Aſcetis, & Cænobitis? Acturus erat clericalem vitam, ac eligeret homines ab ea alienos? Ædificauit monaſterium futurum ſeminarium Parochorum, & Epiſcoporum, ſicut poſteà diſcemus, ac impleret illud hominibus ad ea munera illis temporibus minus accomodatis, & aliam longè diuerſam rationem vitæ profitentibus?* Confirmat primò, quia inuenit, dicit ipſe, ab eo munere, hoc eſt, clericali abhorruiſſe Monachos, & nonniſi inuitos, ac repugnantes conſecratos; additque per ſacros Canones, niſi rarò, & ex neceſſitate illa Clericorum officia ipſis exercere licuiſſe. Secundò à ratione Clericatus, & doctrinæ publicæ, quam Cænobitis repugnare dicit, addens ex longa Patrum lectione ſe didiciſſe, nimis ijs diſplicuiſſe iſtam doctrinę rationem; adeò vt modum quandoque exceſſerint in vetando, ne quis ſacris ſcripturis ſe daret, ne quæſtiones altiores tractaret; *quaſi hæc eſſent ab inſtituto Cænobiticæ vitæ aliena*; Vnde ſubiungens: *Quid ergò in hoc monaſterium Hipponenſe intruduntur Doctores, & Clerici Cænobitæ, quibus certè vel habitatoribus præuertitur Cænobiticum inſtitutum, &c.* Clericorum monaſterium fuiſſe concludit. Confirmat tertiò *pag.674. col. 2.* ex genere paupertatis Apoſtolicæ, quæ in eo monaſterio obſeruabatur, vendendi ſcilicet omnia, & referendi pretium ad commune, quod in Cęnobitas minimè quadrare dicit, qui omnia deſerebant, & nihil in commune eorum, quæ reliquerant, reſeruabant. Vndè conſtat illam paupertatem Clericorum eſſe propriam. Sic ipſe *ibi*; Et ne obijciatur Poſſidium *cap.11.* de viuentibus in monaſterio Hipponenſe loquentem dixiſſe, eos in paupertate profunda vixiſſe, ſupradictam paupertatem profundam dicit, quatenus eſt perfecta ſine dominio vllo in particulari; maximè cum dominium in communi ex eo, quod non perueniat ad priuatos, nihil facere videatur; Et ſi datur alia paupertas profundior, nempè Cænobitarũ, qui huiuſmodi dominium in communi non habent, non facit, dicit ipſe, ad rem, cum non hæc, ſed illa obſeruaretur in Hipponenſe monaſterio. Quartò *pag. 675.* ex Poſſidio *dict. cap.11.* dicente: *Proficiente verò doctrina ſub ſancto, & cum ſancto Auguſtino in monaſterio Deo ſeruientes Eccleſiæ Hipponenſi ordinari cæperunt*. Ex quibus apparet, dicit ipſe, qui in monaſterio viuebant, eos regularem vitam canonicam agere, non cænobiticam, quando ex inſtituto illo, quod profitebantur, ad Clericatum veniebant. Et ſubdit, ſibi videri illud fuiſſe ſeminarium adoleſcentium religioſè viuentium, qui ſe ad munus clericale comparabant.

164 Ad argumentum ergò. Dico reſponſionem patere ſupra *num. 159.* vbi conſimili Deſnos inſtantiæ ſatisfecimus. Illi parti tantum de monaſterio futuro Parochorum, & Epiſcoporum ſeminario, quo indicatur, non voluiſſe poſteà illud cęnobitis implere, reſpondeo cum diſtinctione. Erat illud monaſterium futurum ſeminarium &c. ex intentione Auguſtini fundatoris, & pro tunc, nego: ex mutatione temporis, & circumſtantiarum, tranſeat. Intentio ſiquidem Auguſtini in eo ędificando

fuit, vt vna cum fratribus ſuis ibi degeret, quorum ſocietatis, & vitę communis priuationem ferre non poterat, & non alia; cum quo tamen ſtat, quod poſteà iam factus Epiſcopus obſeruans aptiores, vtilioreſque fore Eccleſiarum Paſtores in monaſterijs enutritos, cæperit ex ſuis Monachis aliquos in Clerum aſſumere, & de ijs Eccleſias prouidere. Sed per hoc non eſt dicendum, quod hoc intenderit primò Auguſtinus, & nequiuerit ex hoc capite Monachos ſibi adſciſcere.

165 Ad primam confirmationem patet item reſponſio ex dictis *dub.2.* Pro nunc illi ob oculos pono eiuſdem verba *pag.705. Verſatur in cauſa* (loquitur de *epiſt.76. S.P. Auguſtini ad Aurelium*) *duorum Monachorum, qui cum eſſent minus obſeruantes, deſeruerunt Monachos ſuos, & tranſire tentarunt ad Clericos Regulares prætextu conſuetudinis illius æui, in quo licebat tranſitus Monachorum ad ordinem clericalem cauſa diuini officij melius celebrandi.* Si enim hæc conſuetudo vera erat, ad qùid obijcit, nonniſi repugnantes conſecratos Monachos, & nonniſi raro, & ex neceſſitate illa Clericorum officia ipſis exercere licuiſſe?

Ad ſecundam iam vidimus *dub.1. & 2.* contrarium, & quo ſenſu Monachis non conueniant. Nec, quæ affert, probant intentum, quaſi ea eſſent ab inſtituto cænobitico aliena; perſonas enim particulares ea omnia reſpiciunt; ſicuti & prohibitio diſputationum, quæ nunquam probabitur facta omnibus Monachis, ſed aliquibus, vel ad maius virtutis exercitium, vel pro affectatione vitanda; ex quo potius in vſu apud Monachos eas fuiſſe euincitur, cum, quod non fit, prohibere neceſſe non ſit.

166 Ad tertiam de paupertate, quia Macedo ſupponit paupertatem Apoſtolicam Clericorum in eo ſitam fuiſſe, vt abdicato dominio bona propria conferrentur in commune; vt appareat, an Hipponenſis monaſterij alumni fuerint Clerici, vel Monachi, videamus, qualis paupertas ibi obſeruaretur. Et ecce ex Auguſtino ipſo *eod. ſerm. 1. de comm. vit. Cleric. Cæpi boni propoſiti fratres colligere compares meos nihil habentes, ſicut nihil habebam, & imitantes me, vt quomodo ego tenuem paupertatemculam meam vendidi, & pauperibus erogaui* (non dicit in commune detuli) *ſic facerent illi, qui mecum eſſe voluiſſent, vt de communi viueremus: commune autem nobis eſſet magnum, & vberrimum prædium ipſe Deus.* Ecce, inquam, quod non iam bona ſua in commune referebant, ſed dimittebant, eorũ pretio pauperibus erogato; paupertatẽ ergò, quam P. Macedo Monachis aſſignat, obſeruabant dicti monaſterij alumni: non verò quam ipſe Clericorum propriam eſſe dicit, ſeù cum traditione bonorum in communi. Non ergò benè prętendit dicti monaſterij alumnos fuiſſe Clericos.

167 Hoc dictum ſit pro redarguendo ex ſuamet aſſertione Macedo. Cæterum non eſt neceſſe ad paupertatem Apoſtolicam, quod habentes bona, ea referant in commune, cum nec Apoſtoli id egerint, nec ipſi Minores Obſeruantes, qui paupertatem Apoſtolicam maximè obſeruare circumferuntur, bona, quæ poſſidebant, ad Religionem deferant: quin nec ipſi Clerici, ſeù Canonici Regulares id faciant, licet eorum proprium eſſe prætendat ipſe Macedo hunc paupertatis modum. Sed requiritur tantum, quod omnia, quæ quis defert, aut erogantur, vel donantur, ſiuè ſtabilia, ſiuè non, ſub nullius particulari dominio cadant, ſed in communi habeantur. Et dum hæc paupertas Apoſtolica conueniat, & conuenerit ſemper omnibus Religionibus non ſolum Clericorum, ſed etiam Monachorum, non benè ex ea deducitur, quod in Hipponenſe monaſterio eſſent Clerici potius, quam Monachi.

168 Ad quartam tandem nego, quod viuentes in eo monaſterio ad Clericatum ex inſtituto promouerentur; nec intelligere valeo, quomodò ex Poſſidij verbis hoc eruatur. Quod cæperint ordinari in Clericos ſatis indicat, non ab initio fuiſſe tales, & conſequenter non ex inſtituto; & cæperunt, vt *quodlib. ſeq. dub. 5.* dicetur, poſtquam Auguſtinus factus eſt Epiſcopus; & non quod hoc ipſi intenderent: ſed quia Auguſtinus optimum poſteà iudicauit pro Eccleſiarum vtilitate aliquos ex eis ad Ordines promouere; Et hoc euidentiſſimum eſt ex Auguſtino ipſo *d. epiſt.76.* dicente: *Cum ex ijs, qui in monaſterio permanent, non tamen niſi probatiores, atque meliores in Clerum aſſumere ſoleamus.* Quod item comprobat, non ex inſtituto fuiſſe Clericos; nam omnibus conueniſſet hoc munus, ſi ex inſtituto hoc illi profeſſi fuiſſent; Vndè ſemper magis euincitur Monachos fuiſſe ex profeſſione.

Alios adducit *pag.676.* Poſſidij textus, quibus Auguſtinum cum Clericis conuixiſſe probat. Sed cum in ijs loquatur Poſſidius de Auguſtino Epiſcopo, quod non negatur à nobis, non obſtant iam dictis. Alia tamen attingit, quę *d. dub5. ſeq. quodlib.* proponentur, & elucidabuntur.

169 Hinc tamen, & tandem colligimus non benè negatum à Macedo *pag.670.* Monachum fuiſſe Auguſtinum, dum Tagaſte moraretur, eo quia non tam citò ſuum cęnobiticum inſtitutum deſeruiſſet, & diuerſam Religionẽ, Canonicorum ſcilicet Regularium Hippone Regio amplexus fuiſſet, vt ex eod. Macedo inſinuauimus ſupra *dub. 9. num. 90.* & repetit *pag.723. col.2.* addens mutatum ab Auguſtino inſtitutum per hoc, quod Hippone tranſierit ad ſtatum clericalẽ: quin ſi Monachus fuiſſet, nec debuiſſet poſt Epiſcopatum habitum dimittere, & Monachos ſuos relinquere, & totũ ſe Clericis dare, proindè ac ſi nullam Monaſtici Ordinis rationem haberet. Dicimus enim, quod etiam dato, quod nouum inſtitutum, & Religionem Clericorũ Hippone inſtituerit, & amplexus fuerit, non ſequitur, Monachum prius non fuiſſe, cum certum ſit, vt alia omit-

tam

tam exempla, Ordinem Canonicorum Sancti Spiritus Venetiarum à P. Gabriele Spoletano ex Ordine Eremitarum fundatum fuiſſe, vt habent Herrera in *Alphab. Auguſtin. litt. G. ann.* 1425. & Torellus in *ſæcul. Auguſtin. tom.* 1. *ad ann.* 389. *pag.* 266. Et Ordinem Canonicorum Scopetinorum fundatũ à Stephano Bononienſ. eiuſdem Ordinis Eremitarum teſte Dadin. Alteſerr. in *Aſcet. Monaſt. lib.* 1. *cap.* 12. Neque ex hoc ſequitur, quod huiuſmodi Inſtitutores Monachi prius non fuerint. Negamus tamen nouam Religionem ibi Auguſtinum, priore derelicta, profeſſum fuiſſe, cum hucuſque probauerimus cum Monachis, & Præsbyterum in Monachorum monaſterio vixiſſe. Quod ſi ad ſtatum Clericalem, licet inuitus tranſijt, non per hoc mutaſſe Religionem cenſendum eſt; aliàs Monachi, qui laici olim erant, per aſſumptionem ad Clericales Ordines Religiones variaſſe deduceretur, quod tamen eſt falſum. Nec verum eſt, quod factus Epiſcopus Monachos dereliquerit, nec adeò ſe totum Clericis dederit, ac perindè nullam Monaſtici Ordinis rationem habuiſſet; præter enim monaſteria Monachorum, quæ plura reliquit in morte; de quibus *ſeq. quodlib. dub.* 1. iam inſinuauimus ſupra *num.* 160. aliquos ex ſuis Monachis ad Clericalem Ordinem aſſumpſiſſe, & ad monaſterium in Epiſcopatu fundatum tranſtuliſſe, vt cum eis & Epiſcopus viueret; quin ex Cleri reformatione (ex qua Canonici Regulares) ad viuendum in commune, benè dignoſcitur & in Epiſcopatu, quantum fas fuit, vitam monaſticam continuaſſe. De habitus verò mutatione ſermo erit *quodlib.* 6. *dub.* 1. Pro nunc, & ſi mutaſſe concedamus nihil contrà nos, quia tunc, vt ibi dicetur, liberum erat Monachis vel eum mutare, vel retinere; quin vſitatius mutabatur; & ideò per ſubſequentes Sacros Canones hoc vetitum.

DVBIVM XVII.

An à vita Monachali fuerit à Deo auocatus S. P. Auguſtinus.

AVguſtinum in quolibet ſtatu conſideratum, hoc eſt, nec à ſuſcepto baptiſmo, nec in Italia, neque Tagaſte antè Præsbyteratum, aut Hippone poſt ſui ordinationem Monachum fuiſſe probauit Deſnos, vt vidimus vſque modo. Aliqua & obijcit contra eius Monachatum abſolutè, & in quocumq; ſtatu, quæ in ſequentibus ſoluenda.

170 Fatetur in primis *cap.* 8. *D. Auguſtinum initio conuerſionis in ſolitariorum imitationem exarſiſſe*, ideſt Monachorum; ſecus extrà rem hoc diceret: *Sed ita diſponente Deo ab eo ſtatu auerſum fuiſſe, vt numquam amplius de eo amplexando cogitauerit*. Probat hunc ardorem ex illis *lib.* 8. *Confeſſ. cap.* 6. verbis: *Ortus eſt ſermo narrante Potitiano de Antonio Ægyptio Monacho, &c.* vt *ibi*. Quod autem fuerit indè auerſus probat ex *lib.* 10. *d. Confeſſ. cap. vlt.* vbi ſic de ſe Auguſtinus, *Conterritus peccatis meis, & mole peccatorum meorum, & miſeria meæ agitaueram in corde meo, meditatuſq; fueram fugam in ſolitudinem: ſed prohibuiſti me Deus meus, dicens; ideoque Chriſtus pro omnibus mortuus eſt, vt qui viuunt iam non ſibi viuant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt*. Quibus ſubdit Deſnos: *Quid eſt autem ibi non ſibi, ſed Chriſto viuere, niſi Eremitica, & Monaſtica vita renuntiata viuere, & immori animabus Chriſto interlucrandis?* Vndè infert Monachum eum nullo modo fuiſſe.

171 Non miror tamen hoc à Deſnos dictũ, cum iam in Franciſco Bordono ijſdem ferè, ni clarioribus verbis, ſcriptum inuenire potuerit. Ab initio conuerſionis, eius voluntatem Deo ſeruiendi in ſolitudine fuiſſe dicit Bordonus *tract. de iurib. Parochial. Canonic. Lateran. num.* 71. & 72. Pro confirmatione eumdem ex *dict. lib.* 10. *Confeſſ. cap. vlt.* textum adducit, & addit: *Monachus ſibi ſoli viuit, quia in via contemplatiua ſibi tantum vtili ſe occupat. Chriſtus noluit, vt Auguſtinus fieret Monachus, ne ſibi ſolus proficeret, ſed alijs etiam; ideò à Domino vocatus fuit ad Clericatum, & Præsbyteratum, vt alijs quoque prodeſſe poſſet*; & poſt aliqua. *Præsbyter ergò fuit, & Epiſcopus ſub vtroque gradu habens curam animarum, quia, vt ſuprà viſum fuit, Chriſtus illi dixit, vt non ſibi ſoli viueret, ſed etiam alijs, pro quibus Chriſtus mortuus erat, proficeret prædicando Euangelium fidelibus ſuæ curæ commiſſis*.

172 In primis, quo fundamento hanc ſolitudinis voluntatem ad conuerſionis initium referant, ſcire peroptarem; Cum namque verba illa *conterritus peccatis meis, &c.* regiſtrentur in *cap. vlt. lib.* 10. *Confeſſ.* & non *lib.* 9. vbi de ſua egerat conuerſione, ſignum eſt, quod non ſub conuerſionis initio, ſed longè poſt illam excitata fuerit in eo huiuſmodi voluntas. Et ad hominem contrà Bordonum; Si enim ab hac ſolitudine dicit impeditum Auguſtinum, vt alijs proficeret *prædicando Euangelium fidelibus ſuæ curæ commiſſis*, hoc vtique verificari nequit ſub initio conuerſionis, cum tunc nullus fidelis eſſet ſuæ curæ commiſſus, nec animarum curam niſi Præsbyter, & Epiſcopus habuerit.

173 Vellem ſcire ſecundò, quomodò inferant à Deo auerſum fuiſſe à Monachatu, ex eo, quod à ſolitaria vita fuerit impeditus? Numquid præter Monachos Anachoretas, qui ſolitariè viuebant in Eremis, non erant Monachi Cænobitæ in monaſterijs? Quomodò ergò inferunt ab vna vetita alteram impeditam vitã? Dupliciter ergò accipi poteſt hic ſolitudo (de qua re *quodlib. ſeq. dub.* 4.) & pro ſtatu Anachoretico, & pro Cænobitico, vt mox ex Iordano conſtabit; & iuxta vtramque acceptionem reſpondeo; & primo. Si in primo ſenſu intelligatur ab Aduerſarijs, dico eſſe poſſe, quod ſub initio etiam ſuæ conuerſionis illum ſtatum peramauerit, optaritque; & ab eo impeditum concedo, vt prodeſſet alijs: non tamen indè excluditur Monachatus; qui etenim prodeſſe non poterat Monachus Anachoreta ſibi ſoli viuens in eremo, prodeſſe poterat cum alijs viuens

cænobiticè; vt de facto profuit quamdiu vixit in Tagaſtenſi, Hipponenſique monaſterio; In quibus dum diù fuit non iam à Monachali cænobitica, ſed ad ſummum ab anachoretica vita poſſet dici diſtractus. Dixi eſſe poſſe, quia probabilius videtur, illam anachoreticam vitã exoptaſſe, dum eſſet Pręſbyter, & Hipponenſis Populi Parochus; dicit enim *ibi* S.P. Auguſtinus: *meditatus fueram fugam in ſolitudinem*; quo innuitur, non fuiſſe tunc liberum; qui namq; liber eſt ad ſecedendum, non eſt cur fugiat, & fugere non dicitur, ſi diſcedat; & propterea non eam ſolitudinis voluntatem eo conuerſionis tempore, quo liber erat; ſed ſaltẽ poſtquam Pręſbyteratui adligatus eſt Hippone, illi aduenìſſe; & tunc fuiſſe à Deo ab huiuſmodi ſolitudine auerſũ, vt Populo ſuo prodeſſe perſeueraret, & in cænobitica vita perſiſteret.

174 Si verò in ſecunda acceptione ſumatur ſolitudo, vt accipit Macedo *pag. 668.* à qua dicit fuiſſe auocatum, reſpondet B. Iordanus de Saxonia in illis verbis, *conterritus peccatis meis &c.* confiteri Auguſtinum, quod ſibi iam Epiſcopo acciderat; amore ſcilicet ſolitudinis, cænobiticæ, inquam, vitæ Monachalis, & pænitentię agendę gratia meditatum fuiſſe fugã, cum eſſet Epiſcopus. Et iuuatur hic ſenſus ex ipſo Auguſtino, qui *lib. de oper. Monach. cap. 29.* cum Monachis loquens dixit: *Mallem per ſingulos dies certis horis, quantum in benè moderatis monaſterijs conſtitutum eſt aliquid manibus operari, & cæteras horas habere ad legendum, & orandum, aut aliquid de diuinis agendum liberas.* Et iterum: *Mallemus hæc agere, quæ vt agatis, hortamur, quam ea, quæ nos agere cogimur.* Et expreſſiùs *epiſt. 261. ad Cæleſtin. Papam: Me ſanè in iſto periculo tantus timor, & tremor excruciat, vt cogitem ab officio gerendi Epiſcopatum abſcedere.* Sed ecce Iordani verba *lib. 1. Vit. Fratr. cap. 7. Quod tamen in deſiderio ſemper habuerit ſolitudinem etiam Epiſcopus exiſtens ipſemet teſtatur lib. 10. Confeſſ. in fine, ac ſi dicat conterritus peccatis &c. meditatus fueram fugam in ſolitudinem &c. Et ſi hic per ſolitudinem intelligitur ſtatus anachoreticus, manifeſtum eſt ex ipſis, eum illum ſtatum in deſiderio quidem habuiſſe, ſed actualitèr non fuiſſe, vt poſſet prodeſſe alijs, vt ibi patet. Si verò per ſolitudinem intelligatur eremus cænobiticus, in quali ſolitudine ipſe dudum ſteterat, hanc ipſe etiam Epiſcopus deſiderauit ſæpè repetere etiam ad ibi permanendum, ſed prohibitus eſt conſcientia inſtigante, propter populi curam, cui habuit ſubintendere.* Similem reſponſionem adhibet ex mente Henrici de Herdebi Ludouicus de Angelis *de Vit., & laud. S. Auguſtin. lib. 4. cap. 6.* Sed ex huiuſmodi prohibitione nihil contrà nos, cum nullo modo indè ſequatur, quod Monachus non fuerit antè Epiſcopatum.

175 Verum gratis in prædicto ſenſu ſumitur ab Aduerſarijs, ſeù pro eremitico cænobitico ſtatu ſolitudo; propriè namque ſolitudo importat vitam ſolitariam, qualis eſt anachoretica, & non ſocialem, qualis eſt cænobitica; & ſic, ſiuè dicatur ſolitudinem adamaſſe, & ab ea impeditum fuiſſe ſub conuerſionis exordio, vel in Præsbyteratu, aut dum eſſet Pontifex, quid ad nos? Verum eſt impeditum fuiſſe, vt alijs prodeſſet ab anachoretica vita, nec aliud probatur ex illis verbis *conterritus, &c.* non tamen impeditus à cænobitica, quam profeſſum fuiſſe conſtat ex dictis. Ità præ cæteris explicant Ægidius à Præſentatione *lib. 2. Prim. Auguſt. cap. 7.* & Cruſenius in *Monaſt. Auguſtin. part. 1. cap. 9.*

176 Contra Bordonum autem ſic ſpecialiter. Quia ſi prohibitus fuit à ſolitudine Auguſtinus, quia illi dixerit Chriſtus, *vt non ſibi ſoli viueret, ſed etiam alijs, pro quibus Chriſtus mortuus erat, proficeret prædicando Euangelium fidelibus ſuæ curæ commiſſis*, hoc eſt Parochialibus, ſeù Epiſcopalibus, vt ſupra ipſe Bordonus explicauerat, muneribus illis inſeruiendo; cum dici nequeat, quod hoc à Chriſto dictum fuerit Auguſtino in ſuę conuerſionis initio, ſecus nec Præsbyteratum ſuſcipere adeò reluctaſſet, nec à Ciuitatibus Epiſcopo viduatis tanto ſe ſtudio abſtinuiſſet, quandoquidem incredibile eſt, quod expreſsæ, & ſibi cognitæ Dei voluntati repugnare voluerit; ſequitur manifeſtè, quod id fuerit illi à Chriſto iniunctum, dum iam eſſet Epiſcopus; quod, vt iam diximus, eius Monachatui non officit. Cæterum ex dicta Auguſtini circumſpectione in abſtinendo ſe à ſupradictis Ciuitatibus, conſtantem eius animum perſiſtendi in Monachatu benè colligit Bellarminus *de Monach. cap. 6.* dicens: *Certè B. Auguſtinus ſerm. 1. de com. vit. Cleric. affirmat ſe Monachum, & non Epiſcopum eſſe voluiſſe; & ideò nunquam iuiſſe ad loca, quæ Epiſcopo carebant, ne fortè ibi Epiſcopus eſſe cogeretur.* Et de hoc ſatis.

DVBIVM XVIII.

An ſe Monachum vnquam dixerit S. P. Auguſtinus.

177 QVatuor ſuperſunt, quę Deſnos *cap. 19.* pro oppugnando abſolutè Auguſtini Monachatu in quocumque ſtatu conſiderati, inuicta appellat argumenta. Sed neſcio, an talia ſint. Huiuſmodi eſt primum. Auguſtinus in *lib. Retract.* ſcripta ſua ſecundũ diuerſas vitę ſuę conditiones recenſens, nullam prorſus Monachiſmi fecit mentionem, ſed partitur, ac diſtribuit in ea, quę exarauit nondum baptizatus, ſeù Cathecumenus; in ea, quæ baptizatus adhuc in Italia, & in Africa conſtitutus; in ea, quæ apud Hipponem Præsbyter; & in ea, quæ ſcripſit Epiſcopus. Eodem modo Poſſidius de Auguſtino ſcribit in eius Vit. *cap. 28. Antè proximam ferè diem obitus ſui, à ſe dictatos, & editos recenſuit libros, ſiuè eos, quos primo tempore conuerſionis ſuæ adhuc laicus, ſiuè quos Præsbyter, ſiuè quos Epiſcopus dictauerat.* Vbi hic (ſubdit Deſnos) Monachiſmus? Secundum. Auguſtinus ſępiſſimè ſe vocat Epiſcopum, Pręſbyterum, Diaconum, Clericum, ſed nuſquam Monachum. Igitur &c. Et probat. Scribens

Epiſ-

Epiſcopis vocat eos Coepiſcopos, aut Conſacerdotes; Præsbyteris Conpræsbyteros, Diaconis Condiaconos, Clericis Conclericos, Monachis non ſe vocat Conmonachum. Tertium. Nullus coæuorum Patrum in ſcriptis ſuis vocat Auguſtinum Monachum. Quartum. Loquens Auguſtinus Monachis, aut de Monachis dicit de eorum Monachiſmo *Veſtrum propoſitum*: numquam autem *noſtrum*, oſtendens eo loquendi modo, vitæ ſuæ propoſitum aliud eſſe à Monaſtico. In *epiſt.* verò *ad Aurelium 76.* ſe ſignanter ponit in numero Clericorum (quo argumento vtitur & Macedo *pag.705.*) & ſecernit ſe à Monachis. Hæc Deſnos.

178 En tota inuictorum argumentorum vis, quæ & ſi, vt è pluribus in vnum collectis maior eſſe deberet, vnica tamen, & trita reſponſione diſſoluitur; Ab argumento, ſcilicet, negatiuo, qualia ſunt omnia ſuprapoſita, nihil probari. Nihilominus reſpondetur, quo ad tempus Monachatus, à baptiſmo, vt viſum eſt *dub.8.* vſque ad Epiſcopatum contigiſſe, & perſeueraſſe; & quamuis hoc clarè in ſuæ vitæ diuerſarum conditionum diſtributione non explicuerit Auguſtinus, quod tamen includatur in ea partitionis parte, quæ in Italia, & in Africa, ſiuè, vt loquitur Poſſidius, ab eo laico, & Præsbytero geſta concernit, ex alijs eiuſdem Auguſtini ſcriptis hucuſque ponderatis, & quę adhuc ponderabuntur, optimè, & clariſſimè deſumi, vt quiſquam ingenuæ, & ab effectibus liberæ mentis iudicare poteſt. Et, vt Deſnos fundamento occurram, Monachum ſe, & ſæpius appellaſſe Auguſtinum ſic oſtendo.

179 Statum Monaſticum per perfectionem Euangelicam, de qua *Matth.19. Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni, & ſequere me*, importari vidimus *nu.41.* Hanc perfectionem amplexum ſe fuiſse dixit Auguſtinus *epiſt.89. ad Hilarium*; vt *dict. num.41.* obſeruatum eſt. Ergò iam ſatis ſe Monachum dixit. Item Confeſs. *lib.9. cap.8.* ſeruũ Dei ſe vocat. *Quærebamus quiſnam locus nos haberet vtilius ſeruientes tibi*. Et *lib.2. de Ciuit. Dei cap.28. Venientes de tranſmarinis me, & fratrem meum Alipium, nondum quidem Clericos, ſed iam Deo ſeruientes*. Ergo Monachum laicum. Cum enim dici nequeat, quod *ſeruum Dei* ſe vocauerit, tamquam hominem fugientem vitia, vacantem virtutibus, & orationi, quia hoc de ſe prædicare, iactantiam ſonaret, quæ procul ab Auguſtini animo fuit; *ſeruum Dei* ſe dixit, ideſt hominem profitentem ſtatum Monachalem iuxtà adnotata *dub.6. per tot.* & maximè *num.46.* quem profiteri glorioſa Religioſorum confeſſio eſt, & non ſuperba iactatio. In *lib.* etiam *de oper. Monach. cap.29.* ſic habet: *Non alligamus onera grauia, & veſtris humeris imponimus, quæ nos digito non attingimus; quandoquidem, ſi officij noſtri ſalua ratione poſſemus, videt ille, qui probat corda noſtra, mallemus hæc agere, quæ vt agatis hortamur, quam ea, quæ nos agere cogimur*. Per quæ patet, reſpondere Auguſtinum tacitæ obiectioni, quæ illi à Monachis, quos ad manuum laborem hortabatur, fieri poterat, nempè alligare eis onera, quæ digito ipſe attingere nolebat, cum ipſe manibus non laboraret. Ergò non negat, ſed tacitè Monachum ſe comprobat; quia ſi eiuſdem inſtituti, & profeſſionis non fuiſſet, non potuiſſet hoc illi obijci; & ideò ſe excuſat à manuum labore, non quia illi non competeret, vt Monacho: quin vt talem ſe illum deſiderare fatetur: *mallem aliquid manibus operari*: ſed ratione officij, & muneris Epiſcopalis, quo ab eo labore ſubtrahebatur.

180 Eamdem confeſſionem ex alijs Auguſtini verbis deſumit Iordanus de Saxon. *d. lib. 1. Vit. Fratr. cap.13.* ſcribens: *Item in ſermone de eo, quod ſcriptum eſt, Beatus vir, qui poſt aurum non abyt, &c. ipſe appellat ſe Fratrem Auguſtinum* (ſic in codice perantiquo, quem Iordanus habebat reperiri, licet codices noui non habeant nomen hoc *Frater*, teſtatur Ægidius à Præſentatione *d. lib.2. Prim. Auguſt. cap.4.*) *item in lib. ſuo, quem Speculum, ſeù Manuale appellat, ipſe antiquos Patres Monachos ſpecialiter vocat ſuos Patres, ſic dicens: Concede Domine mihi fragiliſſimo beatorum Monachorum Patrum meorum imitari veſtigia*; quaſi velit dicere Iordanus, Monachum ſe hoc dicendi modo appellare Auguſtinum; ſicut Hieronymum, eo quod conſimili phraſi vſus fuerit, dum dixit: *Noſter Princeps Elias, noſter Eliſæus*, inter Monachos ſe connumeraſſe arguit Platus de *bon. ſtat. Relig. lib.2. cap.19.*

181 Idem colligit Riccardus Cænomanus ex illis verbis S. P. Auguſtini *ſerm.2. de com. vit. Cleric. Non decet hanc profeſſionem, &c.* in ſuo antidot. contra cenſuram Eraſmi ad Regulam Auguſtini, ſic ſcribens: *Offeratur mihi, ait Auguſtinus, v. g. birrum pretioſum: fortè decet Epiſcopum, quamuis non deceat Auguſtinum, ideſt hominem pauperem de pauperibus natum: dicturus erat hoc loco* (cõmentatur Eraſmus) *quamuis non deceat Monachum: ſed quià Auguſtinus non erat Monachus, illud non dixit. Verum ſatis exprimit, non decere Monachum pauperem de pauperibus natum. Et iterum: fateor enim vobis de pretioſa veſte erubeſco, quia non decet hanc profeſſionem, hanc admonitionem, hæc membra, hos canos. Hæc Auguſtinus, vbi oſtendit illud, quod dixerat, non decet Auguſtinum, multa includere, & inter alia monaſticam vitam, quando dicit, hanc profeſſionem: Sed Eraſmus omnia facilè excludit à nomine Monachi, quaſi animam à corpore tollens*. Hæc Cænomanus. Et eſt fortaſsè ratio, qua S. Antoninus in *Hiſtor. part.3. tit.24. cap.14. §.2.* de eodem S. P. Auguſtino protulit: *Qui etiam Epiſcopus factus Monachum ſe profiteri non erubuit*.

182 Et vt clariora producamus, ecce S. P. Auguſtini verba in *Pſal.132. Quid ergò dicunt illi, qui nobis inſultant de nomine Monachorum?* Certè ex his apparet, ſe inter Monachos includere, cum ſibi quoque vna cum alijs Monachis de hoc nòmine Monachi dicat inſultatũ. Ità inter alios intelligit Dadinus Alteſerra *lib.1. cap.12. de orig. rei monaſt.* Modo ad Deſnos: An hæc fortè non ſufficiunt ad ſe Monachum declarandum? Numquid debuit eſſe totus in

ſuo

Digitized by Google

ſuo Monachatu deſcribendo Auguſtinus? Ad quid ergò obijcere, quod ſe hic, & ibi Monachum non vocauerit, vel talem eum non alij vocauerint? Satis eſt ad ſuum Monachale inſtitutum promulgandum, quod alijs locis indicauerit, ſe cum fratribus ſuis in monaſterio vixiſſe, cum cæteris, quę vt ſupra à *dub.*5. *& ſeq.* eius Monachatum oſtendunt.

183 Quod tandem loquens cum Monachis *veſtrum*, & non *noſtrum propoſitum* dixerit Auguſtinus, quid indè quæsò? Etiam S. Bernardus *epiſt. ad Monach. maior. monaſt. tom.* 2. ſic eos alloquitur: *Vobis veſtra profeſſio, & antiquorum Monachorum exempla victum ex proprijs præſcribunt laboribus, & non ex Sanctuario Dei*. Et quis indè dicet: Ergò non Monachus, ergò à Monachis ſe ſegregat Bernardus? Neque ergò inferatur ex modo loquendi Auguſtini. Præterquam quod (vt ea quæſtio, an Monachi per aſcenſum ad Epiſcopatum deſinant eſſe Monachi, omittatur) debebat ità loqui Auguſtinus, licet Monachus, quià loquebatur cum Monachis, purè Monachis; ipſe autem non erat purè Monachus, ſed Monachus Epiſcopus; vndè non poterat dicere *noſtrum propoſitum*, ſiquidem propoſitum Monachale, ſimul & Epiſcopale commune non eſt cum propoſito purè Monachali, & propterea dixit *veſtrum*, quia loquebatur de propoſito pure Monachali. Quo tamen modo loquendi non intellexit, ſe Monachum negare, ſed ad ſummum, ſe tunc non eſſe eiuſdem propoſiti purè Monachalis; conſtat enim ex dictis ad ea verba, *Non decet hanc profeſſionem*, ſe adhuc & Epiſcopum non erubuiſſe Monachum profiteri, cum de alia profeſſione non poſſet eſsę ſermo, quam de Monaſtica.

184 Similiter & quando *epiſt.*76. inter Clericos ſe connumerauit, etiam dato, quod intellexerit per hoc ſe diſcernere à Monachis, indicare tantum voluit, ſe non ſimplicem Monachum, ſed Clericum etiam eſſe, ideſt addictum Eccleſiæ miniſterio, vt explicant Riccard. Cænoman. *ibid.* & Hieronymus Torens. *lib.*4. *Confeſſ. Auguſt. cap.*4. §. 14. non verò indicare ſe Monachum non eſſe, quod eſt omninò diuerſum; & patet ex eo, quod ibi agit de Monachis ſui inſtituti deſertoribus ad Clericatum non promouendis; & quod ex Monachis ipſe quoque aliquos ad Clericatum, nempè perfectiores, aſſumere ſoleret; vndè, cum loquatur ibi de Monachis ad Clericatum aſſumptibilibus, non poteſt dici, quod, dum loquitur de Clericis, de illis loquatur ad excluſionē Monachatus; & conſequentèr, quod nequè, dum ſe in numero Clericorum ponit, aliud intelligat, quam diſcernere ſe Monachum Clericum à Monacho non Clerico, non verò à non Monacho.

185 Dubitari hic tandem poſſet, an Petilianus obiecerit Auguſtino Monachatum, nec ne; ſi namq; non obiecit, videtur inferri, quod Monachus non fuerit; & eſt argumentum Deſnos *cap.* 20. dicentis: *Sed Deus immortalis! Quid non improperaſſet Auguſtino Petilianus, ſi ipſemet Auguſtinus Monachum profeſſus fuiſſet? Quod quia tacet, argumentum eſt validiſſimum, talem non fuiſſe*. Sed falſum eſt, quod id illi non improperauerit Petilianus, vt *num.* 192., & 193. dicetur.

186 Concludamus igitur cum adductis ſub *num.*1. D. Damiano, & Petro Maturo, indubitabilem eſse Auguſtini Monachatum; de quo adhuc & nonnulla *quodlib. ſeq. dub.*1. nec aliter poſse eum ſentire, qui libero ab affectibus animo velit rem examinare, ſicut examinarunt tot claſſici, & extrà Eremitanam familiā DD., qui D. P. Auguſtini Monachatū propugnant. Ad triginta duos enumerat Marquez *de orig. Eremit. cap.*5. §.4. quos ibi videre eſt: ſed multò plures omittit. Nos pro coronide pręter iam in hoc *quodlib.* laudatos, duos addimus Aubertum Myræum, qui *lib. de orig. & progreſſ. Ordinis Canonic. Regul. cap.*2. *fol.* 8. ſic habet: *Auguſtinus deindè, ideſt in Africa, eam ſibi vitam delegit, quæ Monachica vocabatur, quod inſtitutum iam, vt facilè credi poteſt, à Simpliciano Monacho, qui eum de Chriſtiana religione plurimum erudijt, Mediolani hauſerat*. Et Franciſcum Biuarium, qui non ſolum *de Veter. Monach. lib.* 2. *cap.* 4. id expreſsè affirmat, ſed in *Comment. ad Luc. Dextr. Chron. ad ann. Chriſt.* 406. ſic ſcribit: *Adhuc nonnulli ſuſtinere non poſſunt, quod Leporius dicatur Monachus ex familia S. Auguſtini; quoniam Monachatum ab Auguſtino inſtitutum audire nolunt, ſed Canonicos dumtaxat Regulares. Quod quidem pro contentione, non pro veritate dici dubium nulli ſit; nihil enim ex ſcriptis Doctoris ſanctiſſimi æquè perſpicuum eſt, quam ipſum Monachum fuiſſe, & inſtitutorem Monachorum*.

Hęc ſunt, quæ ex Deſnos, Macedoque contra Auguſtinianum Monachatum duximus conſideranda, vt quam debilibus, leuibuſque rationibus ab eis denegetur, appareat; ſicuti iam ex dictis ſatis conſtare puto. Ad vlteriora ergò.

QVODLI-

QVODLIBETVM SECVNDVM
DE
EREMITANI ORDINIS ORIGINE.

HÆC eſt Boni proprietas ab omnibus appeti: rarò tamen ſinè inuidia; & vtinam non à perſonis Deo Sacris. Vix prærogatiua aliqua vna decoratur Religio, quam non æmuletur & altera. Auguſtiniani hinc Ordinis mirum non eſt, ſi qui præminentiam ferre non valentes, eius antiquitatem mitis modis oppugnant: rati fortaſsè proprio inſtituto gloriam adimi, ſi illud ab altero anteriore præcedi dicatur. Quidam huius Eremitanæ Religionis exordia ignorati, vel eſſe dubia ſcribunt; vel, vt veriùs loquar, fingunt. Alij S.Guilelmum, ſed nullo prorsùs fundamento Inſtitutorem proprio marte conſtituunt; & à magna ſub Alexandro IV. vnione initium ſortiri, quod abſurdius eſt, venditant nonnulli; De eius tamen legitima antiquitate, & inſtitutione conſtabit ex dicendis in ſequentibus dubijs, quæ meæ Religioni rem gratam facturus dilucidanda ſuſcepi.

DVBIVM I.

An S. P. Auguſtinus Monachorum Ordinem inſtituerit.

187 ANtè Auguſtini reditum in Africam, ibi Monaſticum inſtitutum penitus ignotum ſuppono cum Baronio mox laudando; tum ex eo, quod nullus ante Auguſtinum Monachos in Africa fuiſſe ſcripſerit, cum aliàs de Monachatu multò ante ipſum Auguſtinum in pluribus Mundi partibus florente, loquantur Hiſtoriæ; tum ex Petiliano Auguſtinum, quod huiuſmodi inſtituti auctor fuerit, increpante; quod dementiſſimè feciſſet, ſi ante Auguſtinum ibi Monachatus viguiſſet; tum èx ipſomet S. P. *lib.8. Confeſſ. cap.6.* affirmante, ſe monaſteriorum, dum de illis loquentem Potitianum audiuit, nullá notitiam habuiſſe: *Indè ſermo eius deuolutus eſt ad monaſteriorum greges, & mores ſuaueolentiæ tuæ, & vbera deſerta eremi, quorum nos nihil ſciebamus:* quo indicatur necdum in Africam, vndè paucos antè annos diſceſſerat, penetraſſe Monachatum; ac etiam ex adducta *lib.2. Retract. cap.21.* ratione ſcribendi librum de opere Monachorum: *Quod, cum apud Carthaginem monaſteria eſſe cœpiſſent &c.* in qua inuoluitur apud Cãrthaginẽ, quę Africæ caput erat, vſq; ad id temporis monaſteria non fuiſſe.

188 E contrà verò poſt Auguſtini reditum in Patriam, Monachatum ibi in lucem prodijſſe, & breui adeò proſperè adoleuiſſe, vt varias in partes ſe diffuderit, quamplures teſtantur annales; Vndè hanc illi laudem tribuunt Nebridius à Mundelheim Canonicus Regularis, & Baronius, quod primus in eam Regionem Monachatum inuexerit. Ille in *Antiqu. Monaſt. epiſt.16. propè fin.* Sic: *Si liceret in aurem tibi aliquid dicere, S. Auguſtinus Africanæ Prouinciæ Monachiſmi præfectus primus Monachos ibi in Vrbes introduxit.* Et rurſum *epiſt. 56. Auguſtino Monachiſmus in Africa quid quid eſt, debet:* Baronius verò ad ann. 391. ſic: *quod igitur S. Auguſtinus primus fuit, qui monaſticæ vita inſtituta inuexit in Africam*; & repetit ad ann.504. vt *quodlib.6. dub.1.*: quo dicendi modo Patrem Monachorum eum appellat; nam explicans modum, quo illa Monaſticæ vitæ inſtituta illuc tranſuexerit, ſubdit: *Eademque primus ſeruare cœpit, aliiſq; ſeruanda tradidit.* In quibus omnibus Monachorum Inſtitutoris tota quidditas continetur.

189 Hæc ergo probemus & nos, vt inde Monaſtici Ordinis auctor affirmetur Auguſtinus. Aſt circà primum, non eſt, cur aliud addamus; ſatis enim liquet ex dictis *præced. Quodlib.* quod Monaſticę vitę inſtituta ipſe ſeruauerit. Conſideremus ſecundum: an eadem alijs obſeruanda præſcripſerit. Et facilè, quod

id

id fecerit, ex ipſo euincitur Auguſtino, qui id non ſemel confeſſus eſt, videlicet in *epiſt.89. ad Hilarium*, ſic: *Ego, qui hæc ſcribo, perfectionem, de qua Dominus locutus, quando ait diuiti adoleſcenti: vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo, & veni, & ſequere me* (quam Monachalem, ſiue Religioſam eſſe iam obſeruauimus *num. 41.*) *vehementer adamaui, & non meis viribus ſed gratia ipſius adiuuante ſic feci*, eo nempè triennio, quo vixit in Tagaſtenſi monaſterio: *Et ad hoc propoſitum, quantis poſſum viribus alios exhortor, & in nomine Domini habeo conſortes, quibus hoc per meum miniſterium perſuaſum eſt*. Et iterum *ſerm. 1. de comm. vit. cleric.* dicens: *Veni ad iſtam Ciuitatem*, cum adhuc eſſet Monachus laicus, *propter videndum amicum, quem putabam lucrari poſſe Deo, vt nobiſcum eſſet in monaſterio*. Et poſt aliqua: *Et quia hic diſponebam eſſe in monaſterio cum fratribus, cognito inſtituto, & voluntate mea beatæ memoriæ Senex Valerius dedit mihi hortum, in quo nunc eſt monaſterium. Cæpi boni propoſiti fratres colligere*, ideſt Monachos, vt explicatum eſt, *compares meos, nihil habentes, ſicut ego nihil habebam, & imitantes me*. Et quid ſonant hęc: alios ad propoſitum Monachale adhortari, & iam ſocios habere monaſteria ædificare, fratres intrà illa colligere, ſuum inſtitutum ſeruare, & imitari, niſi Auguſtinum Religioſi inſtituti, ſiuè Ordinis Auctorem eſſe?

190 Nequit hoc certè negari, niſi quis velit negare Monachorum Patres fuiſſe Antonium, Baſilium, atque Benedictum, cum eadē ſit ratio de illis, atque Auguſtino, pręſertim, ſi ſicut illi fecerunt, Auguſtini ſtudio huiuſmodi inſtitutum propagatum conſideretur. Omitto numerum. 122. Fratrum, quos in primo, ſeù Tagaſtenſe monaſterio ſecum habuiſſe ſcribit Sigebertus *epiſt. ad Macedon.* vel.120. vt notant Thomas Trugill. *tom. 2. ſerm. de S. Auguſt.* & Alphonſus Villegas *tom. 1. Sanctoral. in vit. S. Auguſt.* Extrà dubium eſt, quod non ſolum in ſecundo, ſcilicet Hipponenſi, adeò excreuerat numerus Monachorum, vt ſub Congregationis nomine illos ipſe comprehenderit Auguſtinus *epiſt.64. ad Aurelium*, dicens: *Omnis itaque Fratrum cœtus, qui apud nos cæpit coaleſcere*: ſed eius itidem opera, tum apud Carthaginem diffuſus eſt Monachatus; & ea propter in *fin. dict. epiſt.* gratias egit eidem Aurelio pro agro fratribus ſuis conceſſo: *Agrum fratribus datum prouiſione, & liberalitate tua didicimus* pro vno ex illis monaſterijs ædificando, quæ eodem teſte Auguſtino, in ea Prouincia multiplicata ſunt: *Quod, cum apud Carthaginem monaſteria eſſe cæpiſſent*; quæque eiuſdem Auguſtini fratribus plena docet Suarez *tom.4. de Relig. tract.9. lib. 2. cap.8. num. 20.* & nos *dub. ſeq.* oſtendemus: Tum ad cæteras Africæ partes, quarum monaſteria ex Poſſidio *cap.31. Vit. S. P. Aug.* ſic ſcribente, *Clerum ſufficientiſſimum, & monaſteria virorum, & fæminarum continentiū cum ſuis Præpoſitis Eccleſiæ dimiſit*, Auguſtini propaginem fuiſſe, ſic argumentatur Baronius *ad dict. ann.* 391. *Ex hac quidem Auguſtini plantatione* (loquitur de Monachali per ipſum in Africa inſtituta) *accepti palmites, longè, latèque diffuſi, tum in Africa, tum etiam in alijs pleriſque Eccleſijs*. Et infrà: *Vt planè videas ex vno Auguſtini monaſterio vniuerſam Catholicam Eccleſiam Africanam Sanctis Sacerdotibus, & monaſterijs, ex alijs deriuantibus breui tempore fuiſſe repletam*. Quæ ſanè Baronij argumentatio veriſſima, & proprijſſima mihi videtur, vt potè huic Auguſtini ex *lib. de oper. Monach. cap.28.* deſiderio omninò conformis: *Sub generali nomine Monachorum veſtrum propoſitum blaſphematur tam bonum, tam Sanctum, quod in Chriſti nomine cupimus, ſicut per alias terras, ſic per totam Africam pullulare*.

191 Nec audiendus Macedo *tom. 3. Collat. inter D. Thom. & Scot. Collat.9. pag.678. & 679.* quod ſcilicet Poſſidius pro monaſterijs virorū intellexerit monaſteria Clericorum ex alijs eiuſdem Poſſidij verbis *Clerum ſufficientiſſimum*, quæ non verificarentur, *nec ſatis prouidiſſet ſuo Epiſcopatui Auguſtinus*, niſi ęa monaſteria virorum fuiſſent Clericorum, vt deficientibus aliquibus alij ſuccederent ad obſequium Eccleſię miniſtri. Non inquam audiendus; tum quia ſatis prouidit Auguſtinus quantum Eccleſiæ ſuæ opus erat ſolo monaſterio in Domo Epiſcopali conſtructo, quod Clericis plenum erat; & fundamento caret, quod ad huiuſmodi, & pro ea, atque vna Eccleſia requirerentur tot alia Clericorum monaſteria, cum tot aliæ Cathedrales à temporibus Apoſtolorum ad hanc diem per ſucceſſionem aliorum poſt alios abſq; ijs monaſterijs perſeuerare cernantur; tum quia Poſſidius apertè diſtinguit inter Clerum, & monaſteria virorum; quo innuit abſque dubio, hęc eſſe diuerſę Profeſſionis à Clericatu, ſeù Monachorum; & ſuperfluè repetijſſet monaſteria virorum, ſi & hęc Clericorum fuiſſent, cum ad id ſatis fuiſſet dicere *Clerum Sufficientiſſimum*. Et ità præter Baronium *loc. ſupr.* Martinus Perez Archiepiſc. Valentin. *lib. de Diuin. Nom. tit. de contin. art.2.* dicens *D. Auguſtinus cænobia quoque inſtituit Monachorum, & Clericorum*; & Suarez *ibid.* vbi etiam obſeruat nomine virorum, & fæminarum perſonas laicas, & non Clericos valdè propriè ſignificari. Vlterius, ſi admittit ipſe Macedo, & negare non poteſt *pag.704.* eâ in Africæ parte, in qua erat Auguſtinus, Monachorum monaſteria fuiſſe, & à Clericis diſtincta, quarè dicendum non eſt de ijs locutum Poſſidium, dum præter Clerum ſufficientiſſimum monaſteria virorum dixit ab Auguſtino relicta? Reſpondet fuiſſe quidem ibi Monachorum monaſteria, ſed non ab Auguſtino fundata. At non digna homine in Auguſtino verſato reſponſio, vt potè contrà euidentiam facti, cum & ibi ſolum, & ſub Auguſtino, & per Auguſtinum incæpiſſe Monachatum, & illius propagationi ipſum intentum iam viderimus; adeò vt dato etiam, quod ipſe Monachus non fuiſſet, illi Monachatus, quem ibi Macedo admittit, attribuendus ſit. Si ergò S. P. Auguſtinus in Patriam ibi diù inuiſum,

tranſtulit in ſe ipſo Monachatum, monaſteria conſtruxit, vixit in ipſis, ſocios aggregauit, ac multum extendit, Monachorum Ordinem inſtituiſse, omninò concludendum.

192 Confirmatur ex eo, quod de Petiliano refert S. Auguſtinus *lib. 3. contr. epiſt. Petilian. cap. 40. Perrexit ore maledico in vituperationem Monaſteriorum, & Monachorum arguens etiam me, quod hoc genus vitæ à me fuerit inſtitutum; quod genus vitæ quale fuerit neſcit, vel potius toto Orbe notiſſimum neſcire ſe fingit*. Quibus verbis cum non neget Auguſtinus, ſe Monachatum inſtituiſſe, vti ad excludendam, & retundendam Petiliani contumeliã, negare debuiſſet, quando reuerà non illum inſtituiſſet: ſed ſolummodò mirari ſe dicat, quod Petilianus aliàs homo non gregarius, ſed eruditus fingeret, ſe neſcire, quale illud vitæ genus fuerit, cum iam in toto Orbe notiſſimum eſſet, tacitè confirmare Auguſtinum, ſe reuerà eſſe illius inſtitutorem, concludunt Genebrardus *lib. 3. Chronolog. ann. Chriſti* 426. Bellarminus *de Monach. c. 5. §. quod etiam* in hæc verba: *Vbi à ſe inſtitutum Monaſticum Ordinem fatetur*. Gregorius de Valentia *controuerſ. de ſtat. & vot. Relig. cap. 2. argum. 2.* & in 2. 2. *diſp.* 10. *q. 4. punct. 1. §. 1. verſ. extat etiam*. Baronius ad *d. ann.* 391. Suarez *loc. ſup. nu.* 13. Nicolaus Lancicius *opuſc. ſpiritual. tom. 1. opuſc. 1. cap. 19.* Dadinus Alteſerra *lib. 1. orig. rei Monaſt. cap.* 12. Franciſcus Biuarius in *comment. ad Chronic. Flauij dextr. ann. 406. verſ. adhuc nonnulli*. Ni velimus dicere cum eodem Biuario comment. *in epiſt. Marci Maxim. num.* 37. intendiſſe ea reſponſione Auguſtinum declarare, ſe non eſſe primum Monachatus Auctorem per hoc, quod illum in Africam introduxerit, vt illi objiciebatur *à Petiliano Donatiſta* (ſic Biuarius) *ob id inter cætera increpatus eſt, quod Monachorum primus eſſet inſtitutor; quod tamen Auguſtinus conſtanter negauit, eam reddens rationem, quod eiuſmodi genus vitæ toto Orbe iam eſſet notiſſimum*. Quod eſt adhuc expreſſius confiteri, ſe reuerà illum ibi inſtituiſſe.

Non placet hoc Deſnos, & Macedo, & dicunt ille in *Canonic. Regul. & ſæcul. lib. 3. cap.* 20. hic verò *loc. ſup. pag.* 680. pro Monachis venire ibi Clericos, licet ratione quarumdam inſtitutionum Regularium, quas ſtatui Clericorum adiunxerat Auguſtinus, perperam eos Monachos appellauerit Petilianus. Et probat Macedo ex odio Donatiſtarum, & in primis Circumcellionum in Clerum, itaùt teſte Poſſidio multoties armati vias obſederint, vt Auguſtinum vna cum illis è medio tollerent, nec alia de cauſa niſi ex inuidia, ac rabie in nouum, ſeù Regulare Clericorum inſtitutum, quo eorum diſſoluta vita arguebatur; & ſic propter hos, & non propter Monachos redargutum eſſe à Petiliano Auguſtinum.

193 Sed quis non videat, quam longè abeat à vero huiuſmodi expoſitio? Et vndè deducitur illud vitæ genus Clericis Regularibus adſcriptum fuiſſe a Petiliano, ſi Clericos nec per ſomnium nominat? Aut Petilianus non iam de grege coquus, aut ſellularius, ſed nobiliſſimæ Conſtantienſis Ciuitatis Epiſcopus, homo litteratus confudiſſe credendus eſt, cum Clericatu Monachatum, & hunc pro illo vſurpaſſe? At dato, quod ipſe reuerà vnum cum altero confuderit: idemne de Auguſtino ſentiendum? Nec ipſe forſan diſcrimen inter vtrumque cognouit? Clarè dicit Auguſtinus, ſe redargutum propter monaſteria, & Monachos, qui reuerà in ea Vrbe, & Regione erant. Vana ergò interpretatio de Clericis. Patet tamen primò, quia hæc Donatiſtarum, & ſequacium iurgia explicans Saluianus *de Prouident. lib.* 8. dixit. *Ità igitur in Monachis, ideſt in ſeruis Dei Afrorum probatur odium. Et ſi quando aliquis Dei ſeruus de ſacris Eremis, venerandiſq; ſecretis ad Vrbem illam officio Diuini operis acceſſit, ſimul vt in Populo apparuit, contumelias, ſacrilegia, & maledictiones accepit*. Quæ non Clericos, ſed Monachos reſpexiſse patet, & Auguſtini Monachos, vt tenent Marquez *de Orig. Eremit. cap. 8. §. 7.* Chriſtianus Lupus. *quæſt. quodlib. de Orig. Erem. cap.* 14. Ludouicus de Angelis *de vit. & laud. D. Auguſ. lib. 4. cap. 2.* Carolus Moreau *in Vindic. Auguſt. part. 1. q. 9.* Io. Petrus Creſcentius *in Præſid. Rom. lib. 1. narrat. 7. num* 40. Secundò, quia dixit Auguſtinus *in vituperationem monaſteriorum* in plurali, ideſt Monachorum, quorum plura erant, vt vidimus, cum Clericorum vnum tantum eſſet, & in Cathedrali. Tertiò, quia Petiliani increpatio cadebat ſuper genus vitæ, vt habet Auguſtinus, *toto Orbe notiſſimum*, & conſequentèr non Clericorum Regularium, ſoli Africæ notum, & fortè nec tunc extrà Vrbis Hipponenſis mænia extenſum, ſed Monachorũ in Ægypto, Meſopotamia, Græcia, Italia, cæteriſque partibus verè, & in proprio ſenſu iam cognitũ. Quartò, quià indè imponebat Auguſtino Petilianus, quod per tale inſtitutũ aſſereret Chriſtum eſſe Baptiſtam, *indè aſſerens* (ſic Auguſtinus *d. cap. 40. contra epiſt. Petilian.*) *me dixiſſe Chriſtum eſſe Baptiſtam*. Eſſet autem ſtulta illatio, ſi ad Clericorum Regularium inſtitutum refereretur, cum illi nullum ordinem habeant ad vitam Eremiticam, & ad Baptiſtam eremi cultorem. Ex quibus omnibus conſtat, ob Monachorum, qui Baptiſtam Ducem ſequebantur obiurgatum Auguſtinum. Et quod de Donatiſtarum odio adducit Macedo nullius eſt momenti, cum non ſolum Clericos illi inſecuti fuerint, ſed & laicos eodem teſtè Poſſidio *Cap.* 12. qui tamen inſtitutionibus illis Regularibus minimè obſtringebantur: *illi* (ſic ipſe) *omninò ſuo more nec laicis, nec Clericis pepercerunt, ſicut publica teſtantur geſta*; ni pro laicis Monachos, & probabilius ad rem præſentem odij Donatiſtarum intelligere velimus; quo Macedi coniectura magis euaneſceret.

194 Probatur iterum efficaciter principalis aſſertio ex eod. S. P. Auguſtino, qui Africanos Monachos filios ſuos vocat; *epiſtol.* ſiquidem 76. ad Aurelium Carthaginenſem Epiſcopum, ſe in ipſis in Chriſto enutriendis tamquam Patrem inſudare fatetur: *Quibus in Chriſto enutriendis*

dis ſeruimus; & quamuis *cap.21. lib. de oper. Monach.* eamdem laudem eidem Aurelio communicet per hæc verba: *Dat enim mihi Dominus per te magnam fiduciam, eos ipſos Monachos alloqui filios, & fratres noſtros, quos noui, quanta nobiſcum dilectione parturias, donec in eis Apoſtolica diſciplina formetur*: non ſequitur eorum inſtitutorem fuiſſe Aurelium, quia non dicitur ipſe parturire: ſed vna cum Auguſtino parturire; hoc eſt, vt obſeruat Christianus Lupus *quæſt. quodlib. de orig. Eremit. cap.18.* in eis parturiendis Auguſtinum adiuuare: *Ecce eis parturiendis* (ait Lupus) *atque formandis laborat, non Auguſtinus Aurelio, ſed Auguſtino Aurelius, quia nempè Auguſtinus eos inſtituerat: Aurelius autem dumtaxat promouebat*. Quapropter Auguſtinus ſolus eorum propriè Pater. Quod clariùs explicat *d. lib. de oper. Monach. cap.1.* dicens: *Vtrum filijs, & fratribus noſtris Monachis*. *Et cap.29.* cum iiſdem Monachis loquens: *Si fratres, ſi filij noſtri eſtis*. Item *cap.30. ſicut ergò cæteri fratres, & filij noſtri*. Et *cap. vlt. d.* librum concludens dicit Aurelio: *Hæc itaque omnia, in quibus loquacior fortè fui, quam vellent, occupationes tuæ, & meæ, ſi approbas, fac innoteſcere fratribus, & filijs noſtris, propter quos mihi es hoc opus dignatus imponere*: imponere ſcilicet ad ſedandas controuerſias inter Monachos ortas; quo item eorum Inſtitutor indicatur Auguſtinus; nam ideò ad eum dictorum Monachorum differentias remiſit Aurelius, quia Inſtitutoris auctoritate eas componere facilius poterat.

195 Cognoſcit tandem hanc veritatem ipſe Deſnos; & vtpotè manifeſtam negare eam non valens, ex his iiſdem Auguſtini locis eodem *cap.20.* concludit: *Denique nil repugnat dicere, & fateri, Auguſtinum inſtituiſſe alibi, quàm in Præsbyterio, vel Epiſcopio Monachos, quales ij, quos vocat ſuos fratres, & filios*. Quæ confeſſio parui facienda non eſt, cum ab eo procedat, qui Auguſtinianum Monachatum intendit ex profeſſo impugnare; cum, ſi Monachorum inſtitutor ſemel admittitur, non ſit, cur attentis maximè ſupradictis, Monachus ipſe negetur.

Probari item poſſet ex Regula à S.P. Monachis præſcripta; & eſt argumentum ad hoc probandum efficaciſſimum, quo vſus eſt & Suarez *d. tract.9. lib.2. cap.8. num.13. in fin.* At quia de Regula agetur *quodlib.10.*; ideò ab hoc argumento ſuperſedo, ſicut & à pluribus alijs pro huius concluſionis confirmatione ſanè opportunis; & de aliquibus tantum in ſequentibus, & præcipuè *dub.10.*

196 Conſideremus modò, quid ſpecialitèr obijciat P. Macedo. Monachos ab Auguſtino inſtitutos negat, & ſuadere nititur ex eo, quod quotquot monaſteria inſtituit Auguſtinus, fuerint Clericorum Regularium. Sic ipſe *d. collat. & diff.* pluribus in locis. Ergò non Monachorum. Antecedens probat *pag. 679.* primò duabus coniecturis: altera, quia Auguſtinus erat amantiſſimus Apoſtolicæ profeſſionis: altera, quia Auguſtino non erant copiæ, nec facultates ad plura monaſteria extruenda. Deindè argumento, quod ipſe robuſtum dicit, quia nempè monaſterium Hipponenſe Clericorum erat, cum ex illo decem aſſumptos Epiſcopos ſcripſerit *cap.11.* Poſſidius; & eiuſdem inſtituti fuerunt, quæ ex illo aſſumpti Epiſcopi in ſuis Eccleſijs erexerunt. Probat ſecundò *pag.690.* & alibi ſæpius ex paupertate Apoſtolica, quæ in dictis monaſterijs obſeruabatur, renunciandi proprio, & conferendi bona in commune, quæ propria erat, vt ipſe dicit, Clericorum: non verò Monachorum. Probat item tertiò *pag.722.* quatuor argumentis, quæ appellat rotunda, quorum primum eſt (cæteris relictis, vel quia iam ſolutis, vel alibi ſoluendis.) Non fuit Monachus Auguſtinus. Ergò neque Monachatum inſtituit. Antecedens probat, quia Petilianus id illi improperaſſet, quod tamen cum non fecerit, ſed ſolum improperauerit, quod inſtituerit, arguit, quod ipſe Monachus non fuit. Poteſt his aliud eius argumentum addi ex *pag.676.*, quia in ea Africæ parte nulli Aſcetæ erant, cum Poſſidius *d. cap.12.* enarrans perſecutionem Donatiſtarum in Catholicos. *Epiſcopos, Clericos, & Plebes nominauerit*, nullo facto verbo Aſcetarum, & Monachorum, vtpotè *in ſolitudine extrà Africam* commorantium; quod repetit *pag.677.* ex eod. Poſſidio, qui pariter *cap.28.* Barbarorum in Africam irruptionem, & omnium indè ordinum, graduum, & profeſſionum calamitates exactè referens tenuit *de Cænobitis altum ſilentium*, quia *nempè nulli nuſquam inueniebantur*.

197 Sed in his omnibus nullum inuenio robur. Negatur enim antecedens, & ſatis patet contrarium ex hucuſque dictis. Prima coniectura non probat, quia profeſſio Apoſtolica, quam adamauit Auguſtinus fuit vita communis, & Monaſtica, vt dictum eſt *dub.9. & 10. præced. quodlib.* non verò Clericalis, vt *ibid. dub.15.* oſtendimus. Minus ſecunda; quia (omiſſo, quod Aurelius Epiſcopus Carthaginenſis conceſſerit fratribus ſuis agrum, ſicut Valerius hortũ, quod & alij facere potuerunt) petam ab ipſo, quomodò Patriarcha Franciſcus tot ędificauerit monaſteria ipſe pauperrimus? Oblitus ne eſt, quod S. Thereſia (vt in eius offic. *lect.2. ſecundi Noctur.*) *duo ſuper triginta monaſteria inops Virgo potuit ædificare omnibus humanis deſtituta auxilijs?* Argumentum ſumptum à promotis in Epiſcopos, nullius paritèr momenti eſt; cum namque fuerint aſſumpti à Conuentu Hipponenſi, illud in horto Valerij, & Monachorum fuiſſe, iam probauimus *ſupr. num.155. & ſeqq.* & iterum hic *dub.5.* Nec ex promotione ad Epiſcopalem dignitatem ſequitur, quod non fuerit Monachorum, cum enim hi in Clericos ordinari cæperint, aſſumpto ad Epiſcopatum Auguſtino, potuerunt & ipſi in Epiſcopos conſecrari, & ſuum Monachale inſtitutum alio diffundere.

198 Ad ſecundum patet reſponſio ex dictis *dub. 16. num. 166. & ſeq.* paupertatem ſcilicet Apoſtolicam non exigere delationem bonorũ ad commune, ſed vſum in communi bonorum de-

delatorum; atque adeò non arguere vitam clericalem, cum tale inſtitutum commune fuerit & Monachis; & conſiderari poteſt in Religionibus, de quibus hac fortè de cauſa dixit S. Thomas 2. 2. 9. 188. *art.7. in corp.* quod ab Apoſtolis, qui pretia prędiorum ſeruabant, duxerint originem: *Sed etiam diſcipuli poſt reſurrectionem, à quibus omnis Religio ſumpſit originem pretia prædiorum ſeruabant, & diſtribuebant illa, prout cuique opus erat.* Quarè gratis dicitur ratione talis paupertatis ſolos Clericos, & non Monachos fuiſſe ab Auguſtino inſtitutos.

199 Tertium, quia rotundùm, tantiſper reuoluo. Non fuit Monachus Auguſtinus, dicit P. Macedo, quia hoc ei non improperauit Petilianus, quod non reticuiſſet, ſi talis reuerà fuiſſet. Ergò ſaltem (retorqueo ſic) Monachatum inſtituit, cum hoc ipſi ille obiecerit. Aſt dato, quod hoc ei non obiecerit Petilianus, quid indè? Non propterea Monachus Auguſtinus antequam eſſet Epiſcopus? Petiliani hęc inſultatio contigit aſſumpto iam ad Epiſcopatum Auguſtino; & quid mirum, ſi eum ibi Monachum non nominauit Petilianus, cum tunc in Monachali habitu non incederet Auguſtinus, vt *dub.1. quodlib.6. num.*510. & 511. dicimus. Sed nego, quod non illi obiecerit eum Monachum fuiſſe, vt vidimus *num.* 192. Sed ecce id clarius ex ipſo S. P. Auguſtino in *Pſal.* 132. *Quid ergò dicunt illi, qui nobis inſultant de nomine Monachorum?* Quæ verba cum reſpiciant Petiliani exprobrationem, qui Monachale inſtitutum exprobrabat, ſibi quoq; Monachatum exprobratum ſatis manifeſtat; atq; adeò non probat P. Macedo, non fuiſſe ex hoc capite inſtitutum ab Auguſtino Monachatum.

200 Vltimum tamen, cum ſit purè negatiuum, attendendum non eſt. Si tamen Monachos ſilet Poſſidius, eos enumerat Auguſtinus. None, liber de opere Monachorũ ab Auguſtino conſcriptus, Monachos ibi cõmorantes indigitat? Nonne ſatis eorũ meminit Victor Africanus teſte Alexandro Anchirota, qui *tract.6. de Vot. Pauper.* ſic habet: *Hoſtili Vandalorum inualeſcente perfidia cunctis monaſterijs profanatis multi ex Monachis, ſeù Eremitis S. Auguſtini pro Fidei confeſſione Martyrij palmam adepti ſunt, vt ſcribit Victor Africanus.* Sed ad quid hæc? En, quæ P. Macedo concedit *cap.6. pag.*704. *Nec inficior Cænobiticum inſtitutum Auguſtini tempore in Africa fuiſſe: id enim apud eum conſtare video ex epiſt.*76. *ad Aurelium, quæ non ſolùm de monaſterijs aliorum Regnorum, partiumue Africæ, ſed etiam de illa, in qua degebat Auguſtinus, loquitur*; quomodò ergò ex Poſſidij ſilentio extra Africam Monachos retrudit, & hac de cauſa eos ab Auguſtino negat inſtitutos, dum ſibi conſtat eos ibi fuiſſe?

Alia ſuperſunt argumenta, quibus ex Regula probat ſolos Clericos Regulares fuiſſe ab Auguſtino inſtitutos: ſed his ſatisfaciemus, cum de Regula agetur. Miror tamen, hominem; qui in Pontificum Bullis verſatum ſe dicit, & credo, hanc veritatem potuerit impugnare, cum Ordinis Eremitarum Fundatorem, & Patrem, vt infrà *dub.*10. conſtabit, pleno ore Summi Pontifices publicauerint Auguſtinum. Recordetur ſe *collat.9. diff.1. cap.4. à pag.*651. *& ſeq.* & ſignanter *pag.*653. *col.*2. probaſſe ab Auguſtino inſtitutos Canonicos Regulares, quia à Chriſti Vicarijs eſt eorum Fundator appellatus; & ni ſibi contrarius eſſe velit, hoc idem de Eremitarum Ordine affirmare debebit.

DVBIVM II.

An nouum Monachatum inſtituerit S. P. Auguſtinus.

201 ORitur hoc dubiũ ex adductis S. P. verbis de Petiliano loquẽtis, *Arguens me, quod hoc genus vitæ fuerit à me inſtitutum; quod genus vitæ, quale fuerit, neſcit, vel potiùs toto Orbe notiſſimum neſcire ſe fingit.* Ex quibus Franciſcus Biuarius colligit, nil noui inſtituiſſe Auguſtinum, & propriè loquendo, Monachatus ab Apoſtolis inſtituti reſtitutorem eſſe: quod idem ſentit de Baſilio, ac Benedicto. In commentarijs enim ad *epiſt. Marci Maxim. num.* 37. ſic habet: *Opere pretium eſt aduertere diuos illos Monachorum inſtitutores, & altores Baſilium, & Auguſtinum, & Benedictum, cum Regulas ſuis diſcipulis dictarent, nequaquàm quaſi nouum aliquod inuentum Ordines Monachorum nouos inſtituere contendiſſe, ſed illum ipſum, quem ab Apoſtolis acceperant, vbi lapſus fuerat, reformare, & vbi nondùm floruerat, reſtituere. Id in Auguſtino lucidiſſimè conſtat, nam à Petiliano Donatiſta ob id inter cætera increpatus eſt, quod Monachorum primus eſſet Inſtitutor; quod tamen Auguſtinus conſtanter negauit, eam reddens rationem, quod eiuſmodi genus vitæ toto Orbe iam eſſet notiſſimum.*

202. Conſonat Iordanus de Saxonia *lib. 3. Vit. Fratr. cap.3.* ſic ſcribens: *Videns B. Auguſtinus iam ſuo tempore Apoſtolicæ communionis obſeruantiam penè extrà fines Eccleſiæ exulauiſſe, & proceſſu temporis poſſe longiùs ambulare ipſe eam reuocare, renouare, ſeù reſtaurare, vel conſeruare ſatagens, Regulam ſumma diſcretione præcipuam, in actibus Apoſtolorum fundatam, in qua communionem Apoſtolicam luculentèr deſcripſit, quam ſuis ſectatoribus obſeruandam præcepit.*

203 Clarius Chriſtianus Lupus *d. quæſt. quodlibet. cap.5.* dicens: *Ideòque admodùm credibile eſt, quod Auguſtinus non nouum quempiam inſtituerit Monachiſmum, ſed eum ipſum, quem à Potitiano audierat, atque in Italia viderat, introduxerit in Africam, quem, certum eſt fuiſſe Eremiticum, atque laicalem* (& quaſi non contentus, ſic *cap.* 16. repetit) *Auguſtinus propriam Monachiſmi ſpeciem reuerà non inſtituit, ſed potiùs eam ipſam, quam in Galliæ, Germaniæ, Ægypti, Meſopotamiæ, aliarumque Gentium eremis, atque agris florere à Potitiano audierat, atque ipſe in Italia viderat, quamque illius amore totus ſuccenſus vitæ Angelicæ coæquauerat in lib. de moribus Eccleſ. Cathol. in Africam introduxit, atque per omnes illius Prouincias annitente in primis S. Aurelio propagauerit.*

Hæc Lupus. Cui conſentire videntur plures ex P P. Eremitanis, qui ab Aoтonio, Monachiſq; Ægypti primùm, deindè Italiæ, Auguſtinianum ioſtitutum deſumptum ſcripſerunt.

204 Cæterùm, ſicuti verum eſt, non eſse, neque à S. P. Auguſtino, neque à SS. Baſilio, atque Benedicto nouum genus Monachatus, quoad ſubſtantiam, proùt tria eſsentialia vota includit, inſtitutum: quo ſenſu locutum credo laudatum Biuarium: ità attentis particularibus fine, & medijs, quæ Monachatui accidentalia ſunt, mihi videtur omninò dicendum, nouum Monachorum Ordinem inſtituiſse S.P. Auguſtinum, quia licet oon oegem ab Antonio, & Monachis poſt Antonium per Italiam diffuſis eius inſtitutum, habitumq; primo deſumptum; cum tamen huiuſmodi Monachi ante Auguſtioum, ſpecialem viuendi modum non haberent, quem ipſe poſteà ſuis Monachis in Regula præſcripſit, hoc ſufficit ad hoc, vt Auguſtinus Mooachorum Ioſtitutor habeatur per Io. Gonzalez de Critan. in *epitom. vit. monaſt. S. P. Aug.* §.8. *cap.*1. & §.5. *cap.*3. & Macedo *d. collat.*9. *diff.*1. *cap.*2. *pag.*642. vbi Fundatores Ordinum dicendos probat, qui Regulis particularibus ſpecificant rationem cõmunem ſtatus, ſeu inſtituti Religioſi; vnde & ſufficiet, vt Eremitarum Ordo noua Monachatus ſpecies dicatur; cum ſufficienter ex Regula, medijſque diuerſificentur, ac ſpecificentur Ordines, vt docent idem Suarez *ibid. lib.*1. *cap.*1. Miranda in *Manual. Prælat. tom.*1. *q.*1. *art.*5. *concl.*2. & *q.*2. *per tot.* Bartbolomeus a S. Fauſto in *theſaur. Relig. lib.*5. *q.*17. Donat. *Prax. Regul. tom.*1. *tract.*1. *q.*17. *nu.*10. Pellizar. in *Manual. Regul. tom.*1. *tract.*1. *cap.*3. *num.*6. & communiter DD., ſecùs non eſset, cur vnus Ordo Monachorum ab alijs Ordinibus diſtingueretur. Et in hoc ſenſu locutos puto Iordanum, & Lupum, cum vtique poſſint hæc ſtare cum eo, quod inſtitutum ſuum ab Ægypti Monachis deſumpſerit Auguſtinus, ac proindè de hoc ſatis.

DVBIVM III.

An Ordo à S. P. inſtitutus ſit, & quando dictus Ordo Eremitarum;

205 RESoluitur & hoc dubium affirmatiuè. Ex dictis ſiquidem conſtat, in eremis, ſiue ſolitudinibus fundatum fuiſſe ab Auguſtino Monachorum Ordinem; ſcilicet in Tagaſteoſi rure, in Hipponenſi horto, in Carthaginenſi agro monaſteria ædificata: quod & de ſubſequentibus monaſterijs dicendum eſt. Suadent ſermones ad Fratres in eremo, qui quamuis non Auguſtini admittantur, fidem tamen faciunt, vt mox dicam ex Suarez, in eremis Auguſtini Fratres habitaſſe. Clarè docet S. Antoninus 3. *p. Hiſtor. tit.*24. *cap.*14. §.2. vbi de Auguſtino Epiſcopo ſcripſit; *Interdum autem declinabat ad Fratres in Eremo habitantes, cum quibus prius conuerſatus fuerat, eos exhortans ad omnem perfectionem.* Et confirmat Baronius ad *ann.* 504. referens: *Diuerſique Ordinis ab eo* (ſcilicet Auguſtino) *inſtitutas fuiſſe claſſes: aliorum nempè, qui in Ciuitatibus degentes, Clerici cum eſſent, vna ſimul degentes Cænobitica Monachorum inſtituta ſeruarent, quibus cum idem factus Epiſcopus habitauit: aliorum verò qui procul à Ciuitatibus degentes, eius eſſent vitæ, atque veſtitus, cuius hic vides Fulgentium eſſe cultorem.* Ergò benè dicitur, Ordinem Eremitarum inſtituiſſe Auguſtinum, cum ab Eremo dicatur Eremita. Syluest. *verb. Eremita.* Lezana *tom.*1. *qq. regul. part.*2. *cap.*9. *num.*1. Donatus *d. tom.*4. *tract.*14. *q.*1. & communitèr.

206 Sic eum appellat idem Antoninus *d. cap.*14. intuitu Pauli primi Eremitæ, quem ſecuti ſunt alij Monachi eremorum cultores, ſic ſcribeos; *Patet ex Chronico, ſeù Regiſtro Pontificum, vbi dicitur, quod Incarnationis Domini anno* 251. *ſumpſit initium Ordo Eremitarum Fratrum S. Auguſtini à Paulo primo Eremita.* Sic Suarez ibi *cap.*2. *num.*3. eadem ſolitudinis ratiooe: *Auguſtini Monachi Eremitæ dicuntur, ad quos ſunt ſermones eius ad Fratres in Eremo, de quorum Authore, licèt aliqui recentiores dubitauerint, tamen plerique doctiores eos Auguſtinianos verè eſſe recognoſcũt*; & poſt pauca: *tamen quod aliquos inſcripſerit* (ideſt ex eis ſermonibus Auguſtinus) *ex titulo veriſimilimum eſt ob tantam antiquitatem.* Sic Sabellicus *Ænead.*7. *lib.*9. eadē nomiois ductus æthymologia: *Abijt indè nec vnam cladem Eremitarũ nomen; cæterùm ſæpius, varièque inſtauratum in plures abijt familias. Nunc præcipua nominis celebritas eſt penès eos, qui ab eremo nomen ſortiti ſunt: Hi nigra tunica amiciuntur.* Quæ denominatio, cum oriatur ex eius radicali ſignificato, Eremitarum Ordinem afficit non tantùm in ſuo progreſſu (quod dictum ſit contrà aliquos nomen hoc Eremitarum ſub Alexandro IV. inchoaſſe prætendentes (qualis ounc eſt; ſed & in ſui origine, quando incæpit; ità vt non modò nunc ſit, ſed & tunc fuerit verus Ordo Eremitarum: quin tunc magis, quam ounc, cum tunc illi ex proprietate conueniret: nunc verò per deriuationem ab eo inſtituto. Vode de Auguſtiniana Religione ſic *lib.*2. *cap.*22. concludit Platus; *Nomenque Eremitarum, quod, ab initio ex ſolitudine habuit, nunc etiam in medijs Vrbibus ſeruat.* Sed & hoc clariùs apparebit *dub.* 10. vbi Ordinem Eremitarum, qui nunc eſt, eumdem eſſe, quem S. P. Auguſtinus inſtituit, demonſtrabimus.

207 Oſtendendum eſt hic ſolúmodò, quàm longè errent, qui hunc, vt dixi, Eremitarum titulũ Innocentio IV., qui ſedit ab anno 1243. vſque ad 1254. antiquiorem non eſſe ſcribunt; eò quia dictus Pontifex, vt ait Iordanus de Saxonia *ibid. lib.*1. *cap.*14. mandauerit in Ordinis vnione, *vt omnes ſub vna Regula, ſcilicet S. Auguſtini, vno modo profitendi, vno habitu, vno titulo, vno officio, & eiſdem Conſtitutionibus vti deberent*; & rursùs; quia, vt idem *cap.*17. habet: *Titulus, quem Romana Eccleſia huic Ordini determinauit, appropriauit, authorizauit, & confirmauit*

Digitized by Google

ait, eſt hic, Ordo Fratrum Eremitarum S. Auguſtini: quo Eremitarum titulum, tunc ſcilicet, vel ſub Alexandro IV. (qui vnionem, quam morte præuentus complere non potuerat Innocentius, perfecit de anno 1256.) incępiſſe ſibi ſuadent. Sed mirum ſanè, quod ſcriptorum dicta non benè perpendantur, & quæ ſuo dumtaxat intento fauere videntur, inde quidam diſcerpant, Achillæaſque inde argumentationes afformare ſibi blandiantur. Ecce quid in eadem primò citati *cap. 14.* pagina habet Iordanus: *Poſtmodùm Innocentius Papa IV. conſiderans Ordines Prædicatorum, & Minorum notabilitèr creſcere, & fructus ſalubres in Eccleſia Dei proferre: Fratres verò Eremitarum S. Auguſtini ſibi ſolis per bonam vitam prodeſſe &c.* & vnionem aliorum Eremitarum iſtis Fratribus Eremitarum S. Auguſtini factam enarrare proſequitur. Ergò ſecundùm Iordanum non incæpit tunc denominatio Fratrum Eremitarum, cum per eum ante vnionem eſſent huiuſmodi Fratres Eremitarũ S. Auguſtini. Eccè quid ex *cap. 17.* citatis verbis immediatè ſubiungit: *Hunc titulum B. Auguſtinus per ſemetipſum ſis impoſuit, appellando videlicet eos Fratres ſuos in Eremo, vt in ſerm. ad Præsbyteros Hipponenſes habetur, qui incipit: in omnibus operibus veſtris &c. & hoc ad diſtinctionem aliorum Fratrum ſuorum in Epiſcopio.*

208 Vnde reſpondetur cum Herrera *reſp. pacif. 5. num. 444.* huius tituli impoſitionem præſtitam quidem fuiſſe ab Eccleſia, nempè Summis Pontificibus in vnione generali, ſed non tunc primò: ſeù ordinaſſe quidem Eccleſiam, quod omnes Fratres Ordini Auguſtiniano coniti, omnibus proprijs, & particularibus titulis dimiſſis, eo vnico titulo nuncuparentur, quo Fratres Auguſtiniani iam nuncupabantur, *Fratres* ſcilicet *Eremitarum S. Auguſtini*. Quod nullo modo indicat tunc incępiſſe. Et meritò, cum non ſolum idem Innocentius IV. multò antè quam cogitaret de vnione (quam nonniſi paulò antè mortem mente concepit, & ea de anno 1254. præuentus complere non potuit) hoc eodem titulo appellauerit Fratres Auguſtinianos, nempè tum de anno 1244. in Bull., quæ incipit; *Quoniam, vt ait Apoſtolus. Sub 6.* Kal. Maij, vt videre eſt apud Laurent. Empol. in *Bullar. Ordinis pag. 165. §. 2.* per hæc verba: *Cum igitur dilecti filij, Generalis, & Fratres Eremitarum S. Auguſtini Ordinis;* tum de anno 1243. in altera ſub 10. *Kal. Maij* ad Priores Ordinis in Hiſpania, cuius originale in archiuio Vlyſſiponenſis monaſterij aſſeruari dicit Nicolaus Pleneuaulx *lib. 7. Prim. Auguſtin. cap. 12. §. 2. ſect. 2.* ſic illam inſcribens: *Innocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, dilectis filijs Prioribus Fratrum Eremitarum in Hiſpania Ordinis Sancti Auguſtini ſalutem:* ſed etiam ante dicti Innocentij tempora inueniatur Auguſtinianus Ordo Eremitarum titulo inſignitus, vt patet ex *cap. ad noſtram de Regul. & tranſeunt;* vbi Alexander III. cuius obitus Innocentium IV. per triginta, & octo annos præceſſit, loquens de Fratribus de Monte Foll. eos vocat Eremitas, quos Auguſtinianos fuiſſe docent Ioan. Andr. in *Nouell. ad d. cap.* & Angel. Manriq. *tom. 4. annal. Ciſtercienſ. ad ann. Chriſti* 1221. *cap. 9. num. 4.* Patet etiam ex Gregorio X. qui in Concil. Lugdunen. & refertur *cap. vnic. de Religioſis domib. in 6.* dixit: *Cæterùm Eremitarum S. Auguſtini, & Carmelitarum Ordines, quorum inſtitutio dictum Concilium* (nempè Lateranenſe ſub Innocentio III. de 1215. ideſt, multò ante vnionem) *præceſſit;* Et, vt cætera omittam, huius antiquæ Eremitarum denominationis, fidem faciunt duę celebres picturæ in Epiſcopali Palatio Venetorum Patriarcharum, quarum prima, teſte Leandro Alberto Dominicano in *Deſcript. Italiæ* ædita Bononię *anno* 1550. *pag.* 467. hac ſubſcriptione notatur: *Dominicus Dauid Ordinis Eremitarum* 946. altera verò: *Bonifacius Phalerius Venetus* 1131. *Ordinis Eremitarum.*

209 Origo itaque huius tituli quoad rem, quę Monachos in Eremis habitantes ſignificat, cum ipſo Ordine Auguſtiniano coæua eſt: at quoad vſum ex Eccleſiæ approbatione à temporibus S. Leonis I. Summi Pontificis, qui creatus eſt anno 440., deſumitur. Hic enim S. P. Auguſtini Fratres hoc *Eremitarum S. Auguſtini* titulo inſigniuit, teſte Gondiſaluo Illeſcas, qui Eremitanus non eſt, *lib. 2. Hiſt. Pontific. cap. 14.* per hæc verba: *Fuit hic Pontifex Sanctus Ordini S. Auguſtini deuotione, & affectu addictiſſimus voluitque Fratres illius Eremitas appellari.* Difficultas tamen eſt; an tunc primò incæperit hic titulus. Affirmat Laurentius Empol. in *Summ. Apoſt. Conſtit. ad calcem Bullarij num. 5.* dicens; *Atque huius dono Pontificis Ordo S. Auguſtini titulum*, Fratrum ſcilicet Eremitarum S. Auguſtini, *ſortitus eſt primùm.* Ambroſius verò Coriol. in *Chronic. Auguſt. pag. 5.* & Card. Seripandus in *comment. rer. Ordin. ad ann.* 443. antiquiorem inſinuant, ſic de hoc Leone loquentes; *Primò confirmauit titulum noſtri Ordinis volens, vt ab omnibus Ordo Fratrum Eremitarum S. Auguſtini appellaretur.* Confirmatio enim ſupponit, quod iam fuerit in vſu. Quod credo veriſſimum; & dum dicitur, Auguſtinianum Ordinem talem titulum tunc primò fuiſſe ſortitum ſenſus eſt, quod tunc primò dicti tituli aliàs cum Ordine congeniti Eccleſiaſticam approbationem ſortitus fuerit.

210 Demùm circà hunc titulum hæc ſcribit Iordanus, quæ præterire nullo modo valeo. *Et eſt aduertendum* (ait ille *cap. 17.*) *quod in hoc titulo,* ly Ordinis *non debet immediatè poni, nec referri ad hoc, quod ſequitur* S. Auguſtini; *ſed poni, & referri debet ad Eremitarum. Nam hoc, quod dicitur Ordinis S. Auguſtini, nulli alteri conuenit. Ex quo patet, quod incongruè, & abuſiuè quidam ſcribunt ſic. Ego N. Fratrum Eremitarum Ordinis S. Auguſtini: immò ſcribi debet ſic: Frater N. Ordinis Eremitarum S. Auguſtini. Patet etiam ex præmiſſis, quantum aberrent illi Fratres, qui de illa particula tituli, quæ eſt* Eremitarum *verecundantur ſic ſcribentes ſimplicitèr, Ordinis S. Auguſtini, & ſubducentes, Eremitarum. Et vidi Pariſijs nonnullos Fratres, qui informauerint libellum, quod in pro-*

nun-

nuntiationibus ſuis per ſcholas ſupprimere deberent illud nomen, Eremitarum; & tales vereeundantur de generoſa radice ſuæ propaginis, quæ vtique non eſt nomen alicuius dedecoris: immò eſt nomen magni præmij, & honoris. O vtinam hæc omnes ſaperent, & intelligerent!

DVBIVM IV.

An Ordo Eremitarum à S. P. inſtitutus fuerit Anachoreticus, vel Cænobiticus.

211 VAria apud varios, & ſatis diſcrepantia de Anachoretarom, Eremitarū, Cænobitarumque differeotia legi. Quod mihi rectius probatur, eſt, *Eremitam* nomen genericum eſſe Eremitis, qui Anachoretæ, & Eremitis, qui Cænobitæ dicuntur, commune. Sic ex S. P. Auguſtino *de morib. Eccleſ. Cathol.* Donatus in *Prax. Regul. tom. 4. tract. 14. q. 1. num. 12.* & docet Suarez de *Relig. tract. 9. lib. 2. cap. 2. num. 3.* Neque confundendus eſt Eremita cum Anachoreta, vt faciuot nonnulli promiſcuè vnum pro alio accipientes, quaſi idem ſit omninò: magis enim latè patet, & vniuerſalior eſt ratio Eremitæ, quàm Anachoretæ: *Quidam enim ſunt Eremitæ* (ità obſeruauit Iordanus de Sax. *d. lib. 1. cap. 7.*) *qui in eremo ſolitarij viuunt; & hi ſunt Anachoretæ: alij etiam ſunt Eremitæ, qui in Congregatione Fratrum viuentes in eremo commorantur à turbis ſæcularium remoti: & hi ſunt Cænobitæ*. Et non ſine fundamento; cum enim Eremita dicatur, vt vidimus, ab Eremo, tam de viuentibus ſolitariè, quam de viuentibus in communi, dummodò in Cænobijs ab Vrbibus remotis, verificatur, vt notat Donatus *ibid.* & *num.* 14. Inſuper cum Monachus ex eo, quod per D. Hieronymum *epiſt. 13. ad Paulin.* vbi: *ſi cupis eſſe, quod diceris, Monachus, ideſt ſolus, quid facis in Vrbibus?* idem ſit ac ſolus, importet ſegregationem à turbis, ideſt, habitationem in ſolitudinibus, Monachus idem videtur eſſe, ac Eremita, & dici ad conuertentiam: Monachos autem alios Anachoretas, alios Cænobitas, nemo eſt, qui ignoret ex eiuſd. D. Hieronymi *epiſt. 22. ad Euſtoch.* Caſſiano *Collat. 18. cap. 14.* Miranda *d. tom. 1. q. 3. art. 4.* Roderic. *tom. 3. canonic. quæſt. q. 49. art. 4.* Caramuel. *tom. 1. Theolog. Regul. à num. 307. & ſeq.* Barboſ. *lib. 1. de iur. Eccleſ. vniu. cap. 41. à num. 13.* Emanuel. Gonzalez in not. *ad cap. Monachi. de ſtat. Monach. verb. nec ſinguli*; & omnibus hac de re ſcribentibus. Et propterea benè poteſt ſtatui, *Eremitam* eſſe genus, quod diuiditur in Anachoretas, & Cænobitas: eo magis, cum ratio illa *ſolius*, ſeù *ſolitarij*, quæ importatur per voces iſtas *Monachus*, & *Eremita* quadret & Cænobitæ, quià & ſi in communitate viuat, cum ſit illi *vnum cor; & vna anima cum alijs, rectè dicitur* (ſic docet S. P. Auguſtinus *in Pſal. 132.*) *Monachus, ideſt Solus*.

212 Dictum ſit hoc, ne videatur implicare, quod ſubdimus, Ordinem ſcilicet ab Auguſtino inſtitutum, fuiſſe Cænobiticum, & non Anachoreticum, cum eum iam dixerimus Eremiticum. Vtrumque enim ſimul ſtare, habeo ex dictis, & ex Soario *ibid.* ſic in terminis: *Tamen ne ſit ambiguitas in nomine, oportet aduertere, interdum dici Eremitas eos, qui in Cænobijs degunt, quando talia monaſteria ſolum in deſertis locis, ac eremis conſtruebant, & ex ſua viuendi ratione talem ſeparationem à populis hominum poſtulabant. Hoc modo Auguſtiniani Monachi Eremitæ dicuntur*; quod repetit *lib. 2. cap. 9. num. 4.* & iterum *num. 10.* atque ex Emanuel Gonzalez *num. 2. in cap. ad noſtram de Regul.* qui ſic ſcribit: *Religioſi etiam habitantes in cænobijs conſtructis in locis deſertis, qui ſuo viuendi modo profitentur ſeparationem ab hominum communione, appellari cœperunt Eremitæ cap. cum monaſterium 13. de elect. cap. penult. de verb. ſignific. in 6. Tales fuerunt olim Religioſi SS. Baſilij, & Auguſtini*. Et probat ex Ricciull. *lib. 3. lucubrat. tit. de Eremit. cap. 1.*

213 Poſitò ergò quod ratio Eremitæ non repugnet Cænobitis: huiuſmodi fuiſſe Ordinem Eremitarum ab Auguſtino inſtitutum hac vnica, ſed ſufficientiſſima probatur ratione; quia tam vita ſolitaria S. P. Auguſtini tota fuit in monaſterio, vel ſaltem io commuoitate, etiam quando aote baptiſmum eſt cum amicis in Verecundi rure commoratus: quàm inſtitutum ab eo in Africæ eremis plantatum in communitate vioentium ſine dubio fuit. Ergò Eremitarum Ordo eſt ex ſua inſtitutione Cænobiticus. Patent omnia ex dictis; adeòque vlteriore oon opus eſt probatione.

214 Obijci poteſt ex Sigeberto, & Volaterrano locis ſupra *nu. 118.* citatis haberi; Ciuium vt inquietudinem fugeret, in montem ſe contuliſſe; & in cellula ex lapidibus conſtructa S. P. Auguſtioum habitaſſe. Ergò & Anachoretam fuiſſe. Sed reſpondeo, prędictum ſeceſsū in mootem noo ſatis probari; cum enim dicatur hoc actum, cum eſſet in horto Valerij, nullatenùs ſubſiſtere poteſt; quandoquidem credibile non eſt, quod ipſe tunc Vrbis Hippone Parochus ad montis ſolitudioem confugerit, vt benè obſeruat Pleneuaulz *lib. 3. cap. 9.* At dato, quod euenerit io altero, nempè Tagaſtenſi monaſterio, necdùm ſequi Anachoretam fuiſſe, cum & ibidem cum Fratribus ſuis in commune vixiſſe conſtet ex eiſdem Auctoribus. Concedendum eſt tameo cum B. Iordano *loc. vt ſup. licet Auguſtinus vnquàm fuerit Anachoreta ex ſtatu*, à quo à Deo auocatum, & impeditum diximus à *nu. 173. & ſeq. actum Anachoretarum eum ſæpiùs habuiſſe*: hoc eſt, vt iam anteà ſe explicauerat, *interdum ad tempus ſolitudini ſe dediſſe ad intimiùs vacandum Deo, ſed ſtatim ad fratres ſuos, ſine quibus nullatenùs viuere voluit, rediſſe*.

215 Obijcitur ſecundò: Auguſtini inſtitutum eſt ab Antonio, qui fuit Anachoreta, deſumptum. Ergò &c. Reſpondeo, diſtinguendo antecedens: ab Antonio Eremita in ſtatu Anachoretico, nego; ab eo Eremita in ſtatu Cænobitico, concedo aotecedens. Et negatur conſequentia; licet enim multis annis vitam Anachoreticam duxerit S. Antonius, Cænobiticum

tan-

tandem ſtatum amplexus eſt, monaſteria plura ædificans, vna cum Monachis viuens, vt tradunt Iordanus de Saxon. *d. lib.1. cap.9.* Platus *d. lib.2. cap.22. in princip.* Azor. *tom.1. Inſtit. moral. lib.12. cap.19. q.5.* Baron. ad *ann.328.* vbi eum vocant Cænobitarum inſtitutorem. Suarez *tom.4. de Relig. tract.9. lib.2. cap.1. num.3.* Caramuel. *d. tom.1. num.300.* Barboſ. *ibid. nu.7.* Benedictus Hæftenus *diſquiſit. monaſtic. lib.3. tract.2. diſquiſit.4.* Et quod Antonium in hoc ſtatu imitatus fuerit Auguſtinus, patet ex eo, quod inſtitutum Antonij ipſe ſuſcepit, & in Africam tranſtulit, quale ab Antonio proueniens, Romæ, & Mediolani (vbi monaſterium extrà Vrbis mænia plenum bonis fratribus viderat) quod Cænobiticum fuiſſe dubium non eſt.

DVBIVM V.

An Ordo Eremitarum à S. P. Auguſtino inſtitutus fuerit vitæ contemplatiuæ, vel mixtæ.

216 NON loquor de Ordine Auguſtiniano in præſenti ſtatu, ſed in ſui exordio, an fuerit vitæ mixtæ, nec ne? Et affirmatiuam partē ſuſtineo, tam ratione Inſtitutoris, quàm ratione inſtituti. Et quoad primum vidimus ex Poſſidio *cap.3.* quod S.P. Auguſtinus in agris Tagaſtenſibus *conſtitutus fermè triennio, & à ſe iam alienatis curis ſæcularibus, cum ijs, qui eidem adhærebant, Deo viuebat, ieiunijs, orationibus, bonisque operibus vacans, in lege Domini meditans die, ac nocte. Et de ijs, quæ ſibi Deus cogitanti, atque oranti intellecta reuelabat, & præſentes, & abſentes ſermonibus, ac libris docebat.* Quod ſanè idem eſt, ac dicere, vitæ mixtæ ex actione, & contemplatione vacabat. Docere namque inter opera vitæ actiuæ ponitur à D.Thoma 2.2. *q.188. in Corpore*, ſed taliter, vt contemplationem includat. *Opus vitæ actiuæ* (ait ipſe) *duplex eſt: Vnum quidem, quod ex plenitudine contemplationis deriuatur, ſicut doctrina, & prædicatio.* Et 3. *p. q.40. art.1. ad 2.* iterùm ſic: *ſed vita actiua, ſecundùm quam aliquis prædicando, & docendo contemplata alijs tradit, eſt perfectior, quàm vita, quæ ſolùm contemplatur, quia talis præſupponit abundantiam contemplationis.*

217 Nec dicendum loqui D.Thomam de doctrina per prædicationem, quam inuenire non eſt in Auguſtino ante Præsbyteratum. Quia loquitur S.Doctor de doctrina, & prædicatione, tamquàm de duobus modis communicandi contemplata, vt notat Suarez *d. tract.9. lib.1. cap.5. num.16.* qui etiam (explicans rationem doctrinę, quàm inter antiquorum Patrum actiuæ vitæ munera *collat.14. cap.4.* ſic deſcribit Caſſianus: *Quidam eligentes ægrotantium curam, alij interceſſionem, quæ pro miſeris, atque oppreſſis impenditur, exequentes, aut doctrinæ inſtantes, aut eleemoſinas pauperibus largientes &c.*) docet *ibid. num.14.* non prædicationem tantùm, ſed omnem alium doctrinæ modum intelligi. *Sub quo verbo* Doctrinæ inſtantes *comprehendi debent omnia miniſteria, quibus animæ proximorum iuuantur, ſiue ſit concio, ſiue confeſſio, ſiue priuatum colloquium, & ſimilia*; & iterum *num.16. Addo etiam ſub verbo illo* inſtantes doctrinæ *non ſolùm doctrinam illam comprehendi debere, quæ per conciones datur, & ad inflammandos affectus præcipuè ordinatur: ſed etiam illam doctrinam, quæ ad eruditionem, & illuſtrationem proximorum ordinatur.* Quo nihil clarius, & ad rem pro verborum Poſſidij intelligentia; & ex quo Auguſtini mixtam vitam infero, eo modo, quo talem ex Caſſiani verbis deduxit *ibi* ſub hac forma Suarez: *Et hoc poſterius genus vitæ actiuæ* (ſcilicet per doctrinam) *non ſolùm excludit contemplatiuam: verùm potiùs illam requirit, vt germanam ſororem, vel potiùs eam quodammodò intrinſecè includit. Ergò ex illo etiam tertium membrum vitæ mixtæ rectè colligitur.* Quod verò eamdem continuauerit factus Pręsbyter, ſuperuacaneum eſſet probare; cum ex vna parte viuere in monaſterio contemplatiuę, & prędicationis exercitium actiuę vitę munera ſatis ſuadeant.

218 Idem facilè de Inſtituto demonſtro, quia Religioſa vita, quam inſtituit Auguſtinus, fuit ad normam religioſæ vitæ Apoſtolorum, vt expreſsè ex ore eiuſdem Auguſtini refert Suarez *de Relig. tom.3. lib.3. cap.2. nu.4.* dicens: *Auguſtinus epiſt.89. ad Hilarium q.4. ait, ſe Apoſtolorum exemplo hanc vitam* (loquitur ibi Suarez de vita religioſa) *ſequutum fuiſſe, & alios ad hoc propoſitum, quantum poterat, fuiſſe adhortatum*; quod repetit & *num.9.* ſtatus autem religioſus, ad quem Chriſtus vocauit Apoſtolos, eſt ſtatus religionis mixtæ, ex eod. Suarez *ibi nu.10. qui ſunt aut vitæ contemplatiuæ, aut actiuæ, aut mixtæ. Chriſtus ſpecialiter vocauit Apoſtolos ad hoc tertiū genus vitæ in particulari.* Ergò Monaſticum, ſiue Religioſum Auguſtini inſtitutum eſt mixtæ profeſſionis.

219 Et probatur ab effectu; habemus enim ex *cap.18. lib. de oper. Monach.* Monachos illos, quos Auguſtini propaginem ſuprà *num.190. & 194.* oſtendimus, muneribus iſtis vacaſſe: *Numquid hoc omnes* (ſic ibi) *in monaſterio poſſunt, vt conuenientibus ad ſe ex alio genere vitæ fratribus, vel diuinas lectiones exponere, vel de aliquibus lectionibus ſalubriter diſputare? Quoniam ergò non omnes poſſunt, cur ſub hoc obtentu omnes vacare volunt?* Ego & ipſorum vita mixta erat.

Et in ſpecie Monachos Hiponenſis monaſterij, de quibus ſic *cap.11.* loquitur Poſſidius: *Proficiente verò doctrina diuina ſub Sancto, & cum Sancto Auguſtino in monaſterio Deo ſeruientes Eccleſiæ Hipponenſi ordinari cæperunt. Ac deindè innoteſcente, & clareſcente de die in diem Eccleſiæ Catholicæ prædicationis veritate, ſanctorumque ſeruorum Dei propoſito continentia, & paupertate profunda, ex monaſterio, quod per illum venerabilem virū, & eſſe, & creſcere cœperat, magno deſiderio poſcere, atque accipere Epiſcopos, & clericos, pax Eccleſiæ, atque vnitas, & cœpit primò, & poſteà conſecuta eſt. Nam fermè decem, quos ipſe noui, ſanctos, ac venerabiles viros continentes, & doctiſſimos Beatus Au-*

guſtinus

Digitized by Google

guſtinus diuerſis Eccleſijs, nonnullis quoque eminentioribus, rogatus dedit. Similiterque & ipſi ex illorum Sanctorum propoſito venientes Domini Eccleſijs propagatis, & monaſteria instituerunt, & ſtudio creſcente ædificationis verbi Dei cæteris Eccleſijs promotos fratres ad ſuſcipiendum Sacerdotium præſtiterunt. Vndè per multos, & in multis ſalubris fidei, ſpei, & charitatis Eccleſiæ innoteſcente doctrina non ſolum per omnes Africanas partes: verùm etiam in tranſmarinis, & per libros editos, atque in Græcum ſermonem translatos, ab illo vno homine, & per illum multis fauente Deo multa innoteſcere meruerunt. Ergò ſi Monachatum profitentes doctrina, & prædicatione clareſcebant, ad inſtar Auguſtini ex contemplatione, & actione mixtam vitam exercebant.

220 Video à Deſnos hęc de Clericorum monaſterio à Poſſidio dicta prætendi, ſicut & prętendit Macedo: inanitèr tamen. Fateor quidē hæc à Poſſidio, vt obſeruat Deſnos, poſt ordinationem Auguſtini in Epiſcopum referri: loqui tamen de monaſterio Monachorū in horto Valerij conſtructo ſic pluribus oſtendo. Primò, quia monaſterium hoc, ex quo tot Epiſcopi ſunt aſſumpti, eſt primum monaſterium ab Auguſtino Hippone conſtructum, teſte Macedo *collat. 9. diff. 2. cap. 3. §. 2. pag. 679. col. 2.* quin in horto Valerij, vt tandem concedit idem Macedo *pag. 695. col. 2.* Sed monaſterium Hippone conſtructum, & in horto Valerij erat monaſterium Monachorū, vt probauimus *quodlib. præcedente num.* 101. *& dub.* 16. *per tot.* ergò &c. Et confirmo primò auctoritate S. Antonini, qui *3. p. tit. 24. cap. 14. §. 2.* ſcripſit: *Secundò Præsbyter factus à B. Valerio Epiſcopo, cum doceret populū, & curam haberet, in horto, quem ſibi contulit B. Valerius, aliud monaſterium in Ciuitate conſtruxit, in quo cum religioſis viuebat, & Regulam eis ſcripſit, & in ſacra pagina eruditos ab eo, ad prædicandum Populis eos ordinauit* (ecce ex quo monaſterio dicat eos aſſumptos) *Epiſcopus autem factus tertium monaſterium in epiſcopio conſtruxit, ſcilicet Canonicorum Regularium*. Deindè Suarij, qui *d. tract. 9. lib. 2. cap. 9. num. 29.* ait: *Conſtat etiam ex alijs locis eiuſdem Auguſtini, multos ex fratribus ſuis Eremitis diuinarum Scripturarum lectioni, & ſtudijs vacaſſe; & in vita Auguſtini refert Poſſidius, ex illo monaſterio* (Quam clarè explicat Suarez hoc monaſterium, de quo Poſſidius loquitur, de monaſterio Eremitarum) *multos fuiſſe ad Epiſcopatum aſſumptos vita, & doctrina illuſtres*. Quod & ſentit Nicolaus Lancicius *opuſc. ſpirit. tom. 1. opuſc. 1. cap. 19.*

221 Secundò loquitur hic certè Poſſidius de monaſterio ab Auguſtino conſtructo; ſed non inuenitur, quod Poſſidius ſcribat aliud monaſterium ab Auguſtino fuiſſe conſtructū, præter monaſterium, quod factus Præsbyter inſtituit. Ergò, dum loquitur Poſſidius de monaſterio, de hoc ab Auguſtino iam Præsbytero conſtructo loquitur. Sed hoc Monachorum, & non Clericorum fuiſſe iam vidimus *d. num.* 101. *& dub.* 16. ergò &c. Confirmo. Clericorum habitatio dicitur impropriè monaſterium ex Ioann. Molan. *lib. 1. de Canonic. cap. 12.* & Baſilio Serenio *lib. indulgent., & priuileg. Canonic. Regul. pag.* 450. per quod propriè denotatur habitatio Monachorum. Caſſian. *collat. 18. cap.* 10. Iacob. à Graffijs in *practic. quinque caſuum lib. 3. cap. 3. num. 7.* Barboſ. *de iur. Eccl. vniu. lib. 2. cap. 12. nu. 2.* Donatus in *prax. regul. tom. 1. part. 2. tract. 1. q. 1. num. 1.* maximè temporibus Auguſtini, vt notat Suarez *loc. ſup. cap. 8. nu. 13.* Et hac fortè de cauſa Poſſidius nunquàm monaſterij, ſed domus nomine Clericorum habitationem appellauit, quamuis de Clericis cum Epiſcopo degentibus, vt *cap. 25.* locutus ſit, quia ſcilicet non poterat propriè dici monaſterium. Quod ſi *cap. 15.* dicit, Firmum quemdam *intra monaſterium* veniſſe ad Auguſtinum; nec per hoc loquitur de monaſterio Clericorum, quia, cum Firmi aduentus fuerit poſt triduum ab Auguſtini concione, potuit hoc accidiſſe in monaſterio Fratrum in horto Valerij exiſtentium, *ad quos*, vt Antoninus dicit, *interdum diuertebat* Auguſtinus; & quod ità fuerit, ſuadetur ex eo, quia Poſſidius prædicti Firmi conuerſionem referens, quod ſubindè Monachatum profeſſus fuerit, per hęc verba deſcribit; *Ex eo*, ideſt, tunc cum ad Auguſtinum intrà monaſterium venit *ille homo propoſito Seruorum Dei adhærens, negotiatoris dimiſit actionem &c.* vbi nomine *propoſiti Seruorum Dei* intelligit Poſſidius Monachatum, & non Clericatum; enarrare enim ſubſequitur, quod dictus Firmus *ad Præsbyterij coactus officium acceſſit*, quo innuitur non fuiſſe profeſſum propoſitum Clericale, quia ſi hoc eſſet, recuſare non potuiſſet Pręsbyteratum, ad quem ex Clericali inſtituto dixiſſet relationem; & conſequentèr non eſſet, ſuper quo cogeretur; ſed profeſſum fuiſſe propoſitum Monachale, ſuper quo, cum eſſet laicale, cadere poterat coactio; & ſic, ſi ſtatim ac venit intrà monaſterium, receptus eſt in numerum *Seruorum Dei*, haud obſcurè indicatur monaſterium illud, in quo Auguſtinus erat, & de quo loquitur Poſſidius, non Clericorum, ſed Monachorum fuiſſe; vndè verificatur, nunquàm Poſſidium monaſterij nomine Clericorum habitationem appellaſſe; tamquàm illi improprio.

222 Nec dicatur huiuſmodi Clericorum habitationem eſſe monaſterij nomine ab Auguſtino nuncupatam; quià eatenùs ſic eam appellauit Auguſtinus, quatenùs vna ſimul habitantes conueniebant cum Monachis, ſiuè vitam communem obſeruabant, & ad inſtar Monachorum viuebant Clerici ſui Conuictores; vel quatenùs eſſent illuc, vt vult Franciſcus Biuarius *de veter. Monach.* ſicuti dictum eſt *num.* 160. ex monaſterio tranſlati Monachi, & ad Clericatum aſſumpti; cum hoc tamen, quod nunquàm inuenietur fuiſſe ab eo dictum ſimplicitèr *monaſterium*, ſed ſemper cum addito *Clericorum* quaſi indicare voluerit nomen monaſterij illi impropriè competere; vndè ſequitur, hanc vocem *monaſterium*, vbi non reperitur cum addito Clericorum ſed abſolutè poſita

pro

pro vero Monachorum monaſterio ſupponere; ac proindè vbicumq; monaſterij meminit, hoc eſt etiam in *d. cap.*11. de quo eſt controuerſia, de Monachorum monaſterio loquutum eſſe Poſſidium.

223 Tertiò. *In monaſterio Deo ſeruientes* (ſunt verba Poſſidij) *Eccleſiæ Hipponenſi Clerici ordinari cæperunt*. Ideſt aſſumpto ad Epiſcopatum Auguſtino, qui Deo ſeruiebant in monaſterio in Clericos ordinari cæperunt; ergò monaſteriũ hoc erat perſonarum non initiatarum, vt ingenuè Deſnos *in Canonic. Sacul., & Regul. lib. 3. cap.*18. ſic: *Poſſidius tradit hos ſodales Auguſtini Presbyteri poſteà ordinari cæpiſſe: quo ſanè conuincitur tales anteà non fuiſſe*; ergò non Clericorum, vt infert ſapientiſſimus M. Henricus de Noris in ſua perceiebri *Hiſt. Pelag. lib.*1. *cap.*23. *in prin. pag.*147. Probatur conſequentia, quia ſi fuiſſet Clericorum, iam fuiſſent ibi Clerici, & non tunc incæpiſſent, ad differentiam monaſterij in Ædibus Epiſcopalibus conſtructi, in quo omnes Clerici erant. Ergò qui in eo monaſterio Deo ſeruiebant, Monachi erant, qui cum ex inſtituto laici eſſent, ab Auguſtino iam Epiſcopo, vt Eccleſiæ vtilitati conſuleret, initiari cæperunt; & hic eſt germaniſſimus Poſſidij ſenſus.

224 Nec me mouent rationes, quibus P. Macedo affirmauit, monaſterium hoc, de quo Poſſidius, fuiſſe Clericorum: hoc eſt, ſecundum monaſterium ab Auguſtino iam Epiſcopo in domo Epiſcopali conſtructum; dum poſt dicta Poſſidij verba *Proficiente* &c. ſubdit *pag.* 694. *col.*2. Iſtud monaſterium fundatum ab eo iam Epiſcopo, patet ex geſtis; & illa verba *cæperunt ordinari Clerici* Eccleſiæ Hipponenſis, cohærent cum ſequentibus, *ex monaſterio, quod per illum & eſſe, & creſcere cæperat*: quę manifeſtè exprimunt nouum, & aliud fuiſſe monaſterium à primo, quod multò anteà cæperat, eratque, in quod non quadrat, *& eſſe cæperat*, cum iam fuiſſet: de quo ſi loqueretur Poſſidius, dicere debuiſſet, *quod creſcere cæperat* ſolummodò. Confirmatur ex eo, quod dicat *ſub Auguſtino, & cum Auguſtino*, ſupponendo in eodem iſto monaſterio Auguſtinum habitaſſe, quem conſtat non habitaſſe in alio primo, quod reliquerat, quia non erat aptum ad hoſpitium venientium ad Auguſtinum. Hæc ille. Non me mouent hæc inquàm; quia non probant locutum ibi Poſſidium de ſecundo monaſterio intra Ædes Epiſcopales; & alias patet ſermonem eſſe de monaſterio in horto Valerij conſtructo; cum enim eſſet ab origine laicarum perſonarũ, illis ſolummodò quadrat, quod poſteà ad Epiſcopatum euecto Auguſtino cæperint initiari: non verò perſonis ſecundi monaſterij, quod vtpotè Clericorum, indicat ibi degentes à ſui origine Clericatu inſignitos fuiſſe. Nec probant, quod intendit Macedo, & verba *cæpiſſe eſſe, & creſcere ſub Auguſtino, & cum Auguſtino*, & quod illud, vt non aptum ad hoſpitium, reliquerit; licet enim Auguſtinus factus Epiſcopus non habitauerit ex more in eo primo monaſterio; cum tamen illud ipſe fundauerit, ad quatuor annos ibi vna cum fratribus vixerit ante Epiſcopatum, ſufficit hoc ad verificandum de illo monaſterio, quod *cæperit eſſe, & creſcere ſub Auguſtino, & cum Auguſtino*.

225 At neſcio, quomodò aſſeruerit hic P. Macedo hæc de ſecundo, hoc eſt, Clericorum monaſterio ſcripta à Poſſidio, dum *cap.*3. *§.*2. *pag.*679. *col.*2. iam manifeſtè de primo monaſterio eadem Poſſidij verba fuerit interpretatus. En eius verba: *Apud Poſſidium narratur ex illo primo* (non poterat clarioribus verbis id dicere) *quod ædificauit, monaſterio plures Epiſcopos* (*decem nouit ipſe Poſſidius*) *multis Eccleſijs Africanis præpoſitos fuiſſe, & quidem eminentioribus*. Si ergò de primo monaſterio dixit *pag.* 679. hæc Poſſidij verba eſſe intelligenda, quomodò hic *pag.*694. non de primo, ſed ſecundo dicta prętendit? Hoc ego non percipio.

226 Quartò: *Clareſcente* (proſequitur Poſſidius) *paupertate profunda ex monaſterio &c.* ergò ſermo eſt de monaſterio Monachorum, quia paupertas profunda non adaptatur Canonicis Regularibus, qui & ſi viuebant in communi, viuebant de bonis Eccleſiæ, ſeu redditibus: adaptatur autem fratribus, qui in monaſterio, & in communi; hoc eſt, omnia, quæ ad eos perueniebant, in commune relata, iuxtà cuiuſque indigentiam ad normam Apoſtolorum diſtribuebant, vt dictum eſt *num.* 166. *& ſeq.* & *nu.* 198. & de laboribus manuum ſuarum, & de eleemoſinis, vt indicat S. P. Auguſtinus, viuebant. *Cæpi* (ait ipſe *ſerm.*1. *de comm. vit. Cleric.*) *boni propoſiti Fratres colligere compares meos nihil habentes, ſicut nihil habebam, & imitantes me, vt quomodò ego tenuem paupertatemculam meam vendidi, & pauperibus erogaui, ſic facerent & illi, qui mecum eſſe voluiſſent, vt de communi viueremus: commune autem nobis eſſet magnum, & vberrimum prædium* (eccè eleemoſinæ) *ipſe Deus*.

Quintò. Ex vocibus *In monaſterio Deo ſeruientes; Seruorum Dei propoſito*; quibus iam vidimus à *num.* 45. Monachatum, & Monachos ſignificari; & præcipuè ex illis *promotos fratres*, ideſt ad Sacerdotium, vbi clarè loquitur de fratribus laicis, qui ad Sacerdotium promouebantur. Ergò non de monaſterio Clericorum, ſed Fratrum loquutus eſt ibi Poſſidius.

227 Tandem, quia hæc Poſſidij verba, *In monaſterio Deo ſeruientes Clerici ordinari cæperunt*, non poſſunt de alio monaſterio, niſi de eo, ex quo ipſe Auguſtinus *epiſt.*76. *ad Aurelium* fatetur ſe ſolitum aliquos in Clericos aſſumere, *cum ex ijs, qui in monaſterio permanent, non tamen niſi probatiores, atque meliores in Clerum aſſumere ſoleamus*, cum verba Poſſidij debeant intelligi concorditer ad ea, quæ de ſe ſcripſit Auguſtinus; & hic potiſſimum, vbi vtriuſq; enarratio conuenit, & factum eſt idem. Sed monaſteriũ, ex quo ſolebat aliquos, perfectiores inquam, in Clerum aſſumere, non erat monaſterium Clericorum, ſed Monachorum, vt tenet Gloſs. *in c. legi epiſtolam* 16. *q.*1. & apertè patet, quia cum *in d. epiſt.*76. loquatur de Monachis ſui

monaſterij deſertoribus ad Clericatum non promouendis, & de promouendis tantum melioribus, certè loquitur de monaſterio perſonarum, quæ Clericatu inſignitæ non erant; & conſequentèr de monaſterio Monachorum, & non Clericorum; quod monaſterium aliud non erat, niſi quod in horto Valerij vigebat. Ergò, dum Poſſidius loquitur de monaſterio, ex quo Clerici ordinari cæperunt, de hoc Monachorum in horto Valerij ſito loquitur. Ergò, ſi in tali monaſterio degentes doctrina, & prædicatione clareſcebant, mixtæ vitæ eorum inſtitutum erat.

228 Vrgetur nihilominus. Ergò ſaltem Auguſtinianum Inſtitutum non fuit mixtæ vitæ ab initio, cum Poſſidius dictorum Monachorum prædicationem non niſi poſt eorum in Clericos aſsumptionem referat. Et confirmatur; quia Iordanus *lib. 1. vit. Fratr. cap. 14.* & S. Antoninus *3. p. hiſt. tit. 24. cap. 14. §. 3.* aiunt: *Poſtmodùm Innocentius Papa IV. conſiderans Ordinem Prædicatorum, & Minorum notabilitèr creſcere, & fructus ſalubres in Eccleſia Dei proferre: Fratres verò Eremitas S. Auguſtini ſibi ſolis per bonam vitam prodeſſe, cæpit velle agere, quatenùs & ipſi, ſicut Prædicatores, & Minores fructum ſalutarem, in Eccleſia Dei producere poſſent.* Ergò, ſibi ſolis vacabant, vitam vtique contemplatiuam excolebant; Ergò huiuſmodi, & non mixtæ profeſſionis ante dictum Pontificem erat Auguſtinianum inſtitutum. Ergò & tale ab exordio.

229 Reſpondetur, negando ſequelam; licet enim prædicare non cæperint niſi Clericatui adſcripti, tamen & ante Clericatum doctrinarum pabulo proximum cum vtilitate nutriebant; tum ex eod. Poſſidio, *Proficiente verò doctrina* (ideſt præſuppoſitiuè ad Clericatum) *ordinari cæperunt*; tum ex *d. cap. 18. lib. de oper. Monach.* proùt *ſupr. num. 219.* Sed etiam dato, quod ſolum ab aſſumpto Clericatu ſtudijs, proùt ad actiuam vitam ſpectantibus vacauerint, adhuc ab exordio dicetur mixtę vitę Auguſtinianorum profeſſio, quia hoc eis impoſitū fuit ab eodem legislatore, & fundatore Auguſtino.

230 Ad confirmationem dico, & antè Innocentium IV. prędicationis munus exercuiſſe PP. Eremitanos; de qua re libet audire Ioannem Caramuelem *d. tom. 1. Theol. Regul. num. 345. Eremitæ olim erant, qui hodiè Auguſtiniani dicuntur. Aliqui eos putant, non ab ipſo Auguſtino, immònec ante annum 1256. fuiſſe: contrarium autem videtur definire meus Bernardus in ſerm. S. Andreæ colum. 324.* Fluuius quidem eſt *ait* Prædicatorum Ordo &c. *Cumque conſtet Doctorem mellifluum longe antè D. Dominicum ad ſydera tranſlatum fuiße, ſupereſt, vt hæc verba de alio Prædicatorum Ordine intelligantur. Sed de quo? vix poteris textum expendere, ſi neges illi ſæculo Prædicatores, & Apoſtolos Auguſtinianos. An ipſi Regulares Canonici? non puto; multò enim iuniores ſunt ipſi.* Et dato, quod etiam aliquo temporis ductu tale munus non exercuerint, non ſequitur, quod ſub Religionis initio, & ante Vandalicam perſecutionē illud non adimpleuerint; tale enim munus eos tunc obijſſe tradunt, & ijſdem verbis Iordanus *ibid. cap. 16.* & Antoninus *d. loc. §. 6.* & approbat Suarez *d. tract. 9. lib. 2. cap. 9. num. 29. Vt autem* (ſunt verba Iordani) *Fratres huius Sacræ Religionis ſic congregati, ſic vniti in Eccleſia Dei ad inſtar Fratrum Prædicatorum, & Minorum Ordinum fructum poſſent facere, ſicut & ipſi olim ante ſuam diſperſionem tempore B. Auguſtini in Africa, prædicando videlicet populo, & confeſſiones audiendo, ſicut patet in quodam ſermone B. Auguſtini, qui incipit: Vt benè noſtis, Fratres &c. ordinauit præfatus Summus Pontifex &c.* Quod clarius *cap. 11.* poſt enarratam Auguſtini vitam ex contemplatione, & prædicatione mixtam ſic explicarat: *Ad eiuſdem quoque ſpiritualis exercitij finem idem P. Auguſtinus Fratres ſecundi monaſterij ſui, quod in horto inſtituerat, ordinauit, vt videlicet in monaſterio orationi, lectioni, & ſanctæ meditationi vacarent; & quæ Deus eis intelligenda monſtraret, ea ipſi alijs eructando prædicarent. Sanè hunc modum primariæ inſtitutionis Ordinis attendens Sacroſancta Mater Eccleſia, Fratres Eremicolas S. Auguſtini ad Ciuitates direxit, vt infrà apparebit.*

231 Addo, & hoc munus exercuiſſe primos PP. Eremitanos non ſolùm facultate illis facta ab Auguſtino; ſed etiam ex conceſſione Sedis Apoſtolicæ, Zoſimi nempè Pontificis, qui eodē adhuc ſuperſtite inſtitutore Auguſtino *ſubſcripſit* (ſic loquitur Illeſcas *lib. 2. hiſt. Pontific. cap. 10. in vit. Zoſim.*) *approbando regulæ S. Auguſtini, & Eremitis licentiam fecit verbi Dei liberè per totum Mundum ſeminandi.* Et ex Henrico de Vrimaria, Coriolano, Romano, Seripando referunt Laurentius Empol. *in Summ. Apoſt. Conſtit. ad calcem Bullar.* & Nicolaus Pleneuaulx *lib. 5. Prim. Aug. cap. 4.*

Conſtito ergò, quod Auguſtini inſtitutum fuerit ex actione, & contemplatione mixtum, apparet fruſtrà inſudaſſe Deſnos, dum ad Auguſtini Monachatum euertendum tanta congeſſit pro Monachatus ratione in pura Dei contemplatione ſtabilienda; vt & pluribus locis attigit Macedo, præſertim *colat. 9. diff. 2. cap. 2.* quandoquidem ex dictis vitæ purę contemplatiuæ Monachus nec fuit, nec fuiſſe dicitur Auguſtinus.

DVBIVM VI.

An Ordo Eremitarum fuerit ante Canonicos Regulares inſtitutus.

232 Videbitur fortaſsè ſuperfluum, cum dici poſſit de ſubiecto non ſupponente hoc dubium. Quærere enim, an Ordo Eremitarum fuerit à S. P. Auguſtino ante Canonicos Regulares inſtitutus, ſupponere videtur, quod & Canonicorum Ordinem inſtituerit. Et tamen communior ſententia tenet Canonicos Regulares eſſe ab Apoſtolis inſtitutos, & à S. P. Auguſtino ſolum reſtauratos; fundamentum

præ-

Digitized by Google

præbentibus Benedicto XII., & Eugenio IV. Summis Pontificibus, quorum ille protulit: *Ad Religionem Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini à Chriſti glorioſis Diſcipulis in primitiua Eccleſia ſacris inſtitutionibus ſtabilitatem gerentes, præcipuè charitatis affectum &c.* Alter verò ſic: *Huius Sancti Ordinis, & ſancti propoſiti poſt Sanctos Apoſtolos, primùm in Alexandrina Eccleſia Marcus Petri diſcipulus fuit inſtitutor, & conditor; & glorioſus Doctor Auguſtinus Epiſcopus diuinis regulis, & doctrina decorauit* apud Tamburin. *tom.2. de iur. Abb. diſp.24. quæſit.4. num.2.* Tenentque S. Petrus Bleſſens. *ſerm.30.* qui eſt *de S. Auguſtin.* S. Antoninus *in Chronic. p.2. tit.15. §.7.* dicens: *Ordo Canonicus non tàm ab Auguſtino inſtitutus, quàm renouatus, ab Apoſtolis in monte Sion exordium ſumpſit.* Verbis ijſdem Raphael. Volater. *lib.21. comment. verb. Auguſtinus.* Vincentius Belluacens. *in ſpec. doctrin. lib.19. cap.16.* Platus *de bono ſtat. Relig. lib.2. cap.23.* vbi citat Pij V. Bullam, in qua de Canonicorum Regularium Ordine quædam decernit, hac addita cauſa, quod is Ordo ab Apoſtolis inſtitutus fuerit. Ioannes Roſettus Doctor Pariſiens. *lib. de Relig. Eccleſ. tract. 34. cap.3.* Nauclerus *in Chronograph. vol.2. generat.51.* Ioannes de Nigrauall. *in Epilog. Chronic. lib.13. cap.8.* Faſcicul. tempor. *in 6. ætat. in vit. Alexand. II. fol.73. col.2.* Roderic. de Chuna *in p.p. Decret. Gratian. diſtinct. 54. c. Generalis num.8.* Emanuel Roderic. *tom.1. quæſt. Canonic. q.3. art.1.* Ludouicus Miranda *d. tom.1. q.4. art.13.* Gondiſaluus Illeſcas *lib.2. hiſt. Pontific. cap.8.* Maurolic. in *Occean. Relig. lib.1. pag.4.* Iſidor. Moſconius de *Maieſt. Eccleſ. lib.1. part.4. pag.510.* eorum propugnator Bordonus *de relig. & profeſſ. regul. cap.1. num.21. 29. 180. & 181*, & *cap.2. num.25.* & *tract. de præcedentia Canonic. Lateranenſ. cap.3. num.38.* & *cap.4. à num.10. ad 24.* vbi ſub *num.13.* dicit eos reformatos ab Vrbano I. Martyre, qui obijt anno 233. multò ante Auguſtinum; & nouiſſimè ac fuſiſſimè Macedo *tom.3. collat. collat.8. diff.2. cap.2. pag.608. & ſeq. & cap.6. à pag.633. & ſeq.* ſed quid plura? Ipſi Canonici Regulares (non tamen omnes) ſuam in Apoſtolos refundunt originem. Nauarrus *in c. ſtatuimus 19. q.3. n.6. & 7.* Gabriel Pennottus *in ſua hiſt. tripart. Cler. Regul. lib.2. cap.4.* vbi tres pro hac ſententia Auctorum claſſes adducit. Ioan. Baptiſta Melegarus *lib. de Canonic. Regul.* & alij; adeò vt Auguſtinum Parentem, & Fundatorem eodem teſte Macedo *ibid. collat.9. diff.1. cap.1. pag.440. col.1.* appellare recuſent.

233 Verùm ſuperfluum non eſt; quandoquidem non hęc mihi probatur ſententia; licet enim S. P. Auguſtinus Canonicorum Regularium (præſcidendo tamen ab his, qui de facto ſunt propter diuerſas de eorum origine, & ab Auguſtino legitima ſucceſſione opiniones) Reſtaurator dici poſſit, quatenùs ſupponuntur ab Apoſtolis inſtituti in ratione Clericorum; in quo ſenſu credo locutos fuiſſe Summos Pontifices, dum ab Apoſtolis eos deriuare dixerunt; in ratione tamen Clericorum, ſeù Canonicorum Regularium non video, cur non poſſit dici, quod fuerint ab Auguſtino inſtituti; cum eorum inſtitutum, nempè ſub tali forma viuendi, & ſecundùm has, vel illas leges, ab eo reuerà emanauerit. Immò ipſum reſtituiſſe Ordinem Clericorum, qui fuerat ab Apoſtolis fundatus, cum importet formalitèr hunc modum viuendi ſub hac Regula, quæ data eſt ab Auguſtino, idem mihi videtur eſſe, ac inſtituiſſe. Et probatur à pari de meo Eremitarum Ordine, qui eſt reuerà à S. P. inſtitutus, quatenùs Eremitis hanc viuendi formam pręſcripſit, licet non fuerit ſimplicitèr inſtitutor Eremitarum, cum alij eſſent & antè ipſum Eremitæ. Ità ex modo regulariter viuendi dato Canonicis, eorum inſtitutor dici poteſt, & ſi non fuerit ſimpliciter inſtitutor Clericorum. Conſonat Macedo *d. tom.3. collat.9. diff.1. cap.2. pag.642.* docens in puncto Canonicorum Regularium, eorum Patrem, & Fundatorem Auguſtinum, licet ab Apoſtolis fuerint inſtituti, per hoc, quod illum Ordinem Regula propria ſpecificauerit, quamuis illum non inſtituerit ſimpliciter in ratione Religionis.

234 Fundamentum inſuper hoc dicendi præbet Sixtus IV. dum in Bull. incipient. *Qui Apoſtolis* ſub 5. *Idus Maij* 1484. ad prohibendas ſub excommunicationis pæna inter Canonicos Regulares, & Eremitanos Patres de S. P. Auguſtini habitu altercationes, hac in Bullar. Empol. *fol.322. §.3. in fin.* & apud Baſilium Serenium *lib. de priuilegijs Canonic. pag.370.* ratione motus eſt: *Vt Ordo à B. Auguſtino datus* (de vtroq; loquitur, ſcilicet Eremitarum, & Canonicorum) *qui idem eſt in omnibus, licet inſtituta particularia aliqualiter differant, non diuiſus, non factioſus, non contaminatus, ſed vnicus, pacificus, integer, & immaculatus, prout eſt, & eſſe debet, etiam ab omnibus cenſeatur.* Qua ratione, cum aſſerat vtrumque Ordinem eſſe vnum ratione inſtitutoris, & inſtituti vitæ communis, licet differat ratione peculiarium obſeruationum, adeòque non eſſe diuidendum, neceſſariò ſentire ſupponitur, vtrumque ab eodem Auguſtino fundatum. Et clarius in altera incipient. *Redemptoris noſtri.* Dat. Romæ ann. 1483. *Kal. Octobr.* per quam concedit Canonicis Regularibus Eccleſiam S. Mariæ de Pace Romanam, hunc Ordinem ab Auguſtino ſic fundatum affirmat, iuxtà fidem P. Macedo *pag.673.* *Conſideramus inter alios Religioſos inſtitutionem Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini fore primariam, & ab ipſo ſanctiſſimo Eccleſiæ Doctore fundatam.* Vnde an Canonicos Regulares inſtitutos ab eo, vel reſtitutos dicendum ſit, quæſtionem de voce reputans, cum Baronio *tom.6. Annal. ad ann. 504.* Roberto Arboreo in Opuſculo *de tuend. cælibat. tom.2. tit. de Monaſtic. Ordin. primordijs.* Marquez *de orig. Eremit. cap.5. §.3.* ab eodem Parente Auguſtino fuiſſe inſtitutos concludo.

235 Quo ergò ad propoſiti dubij reſolutionem, ſiue inſtituti, ſiue reſtituti ſint a S. P. Auguſtino, poſt inſtitutos Eremitanos Fratres, eorum inſtitutionem, vel reſtitutionem contigiſſe

certum eſt ex dictis; nam Monachorum monaſteria ante Epiſcopatum, hoc eſt apud Tagaſteo primò, & ſtatum ac illuc peruenerat, deindè in horto Hipponenſi conſtruxiſſe, & in eis cum Fratribus ſuis conuixiſſe: Clericorum verò monaſterium, nonniſi poſt aſſumptum Epiſcopatum, inſtituiſſe Auguſtinum *ex ſerm. 1. de comm. vit. Cleric.* & ex ſenſu ipſorum Canonicorum Regularium, iam vidimus *num.* 100. & 101. & 155. quo fit, vt eorum Ordo ex ea parte, qua ad Auguſtinum referuntur, Eremitarum Ordine ſit poſterior, vt concludunt Suarez *dict. tom. 4. tract. 9. lib. 2. cap. 8. num. 11.* Dadinus Alteſerra *dict. lib. 1. cap. 12.* Maurolic. *loc. ſup. pag. 24.* omneſque, qui Monachum, antequam eſſet Epiſcopus, ſentiunt Auguſtinum; atque ipſe Nebridius à Mundelheim Canonicus Regularis, vt vidimus *dict. num.* 101. hoc eſt ſeptem poſt annos ab ortu Fratrum Eremitarum progenitus iuxtà obſeruationem non modo Marquez *d. lib. cap. 5. §. 3.* & *cap. 6. in princip.* ſed & Barbos. de *iur. vniu. Eccl. lib. 1. cap. 41. num. 95.* ac Roderic. de Chuna in *dict. p. p. Decret. Gratian. diſt. 54. cap. 12. Generalis num. 8.*

DVBIVM VII.

An Ordo Eremitarum à S. P. Auguſtino inſtitutus aliquando defecerit.

236 DVbitandi occaſionem præbet Vandalica perſecutio, per quam adeò diſperſus eſt Ordo Eremitarum, vt à ſuo ſplendore valde defecerit. Verumtamen non adeò Barbarorum gladijs mutilatus eſt Ordo, vt omninò extinctus fuerit. Colligitur ex his Alexandri IV. in *dat. Viterbij 4. Idus Aprilis* 1258. apud Empol. *fol. 30.* verbis: *Sic Ordo Fratrum Eremitarum S. Auguſtini à ſuis primordijs (gratia cooperante diuina) de virtute in virtutem ſucceſſiuè profecit, quod velut lignum fructiferum in Eccleſiæ agro plantatum flores proferens copioſiùs honeſtatis, & producens vberiùs fructum vitæ, præcelſa regularis obſeruantiæ ſanctimonia, & præclaris virtutum operibus ſpecialiter extitit inſignitum &c.* Si ergò à ſuis primordijs ſucceſſiuè profecit, ideſt, à quo fuit a S. P. inſtitutus, neceſſariò dicendum, non omninò vnquam defeciſſe Eremitarum Ordinem. Nec ad rem inſtatur, ibi locutum Alexandrum IV. de Ordine poſt vnionem; & ſenſum eſſe, à primordijs vnionis; quia (prætérquamquod aliqui vnionem generalem ponunt de anno 1258.) cum facta fuerit de anno 1256. tam breui ſpatio non potuiſſent ibi enarrata adimpleri; & conſequentèr de primordijs, ideſt à temporibus Auguſtini locutus eſt; vt denotant ea verba *ſucceſſiuè profecit, extitit inſignitum*, quæ præterita, & antiqua tempora reſpiciunt.

237 Teſtem aduoco D. Antoninum *ibid. §. 3.* vbi de Monachis ab Auguſtino in Africa inſtitutis; & qui indè hoſtium impugnatione profligati ad Thuſciæ partes ſe receperant, ità loquitur: *Sic illùc venientes nonnulli eorum in cellis ſolitariè; alij in Cænobijs eremiticis ſe ſe receperunt ſeruientes Domino, ſicut cuique Dominus inſpirauerat; & ſic illa ſancta ſocietas per B. Auguſtinum inſtituta, & per eum ſemper (vt dictum eſt) obſeruata, non omninò diſperſa fuit, & abolita: ſed in aliquibus bonis Patribus conſeruata, donec nouiſſimis temporibus illam diſperſionem Deus dignatus eſt adunare.* Et poſt aliqua: *ſed hoc vnum certum eſt, quod illa ſancta propagatio S. Auguſtini non omninò extincta fuit, ſed in aliquibus bonis fratribus in quadam ſimplicitate viuentibus perdurauit vſque ad annum Domini 1215. quando celebratum fuit Concilium Lateranenſe ſub Innocentio Papa III.*

238 Item præter eos, qui huius Eremitarum Ordinis inſtitutorem fatentur Auguſtinum, de quibus infrà *dub. 10.* ſentiunt Antonius Sabellic. *Æneid. 7. lib. 9.* ſic dicens. *Adijt indè ex* Vandalica perſecutione *nec vnam cladem Eremitarum nomen; cæterum ſæpiùs, varièque inſtauratum* (ergò nunquàm extinctum) *in plures abijt familias.* Et poſt pauca: *Mirum eſt, quantum Eremitarum res toties afflicta ad poſtremum creuit;* quod dicere non potuiſſet, ſi fuiſſet penitùs extincta. Eodem planè modo Hieronymus Platus *lib. 2. de bono ſtat. Relig. cap. 22.* loquens de Ordinis augmento per vnionem generalem, *quare*, ait, *hoc tanto incremento accepto familia illa* (ſcilicet Auguſtiniana) *magnoperè adaucta, & deindè etiam magis multiplicata viget, vt videmus in Eccleſia.* Gondiſaluus Illeſcas *in hiſtor. Pontific. lib. 2. cap. 33.* ſic idem affirmat: *Ordo tertius, qui eodem filo ad perfectionis apicem aſſumptus eſt Eremitarum Sancti Auguſtini; eius tamen origo diù ante præceſſit; eſt enim extrà dubium Auguſtinum ante Epiſcopatum Hipponenſem, Eremum incoluiſſe; indeque ad illam dignitatem vocatum, & coactum relictis fratribus ſuis Eremitis habitu, & viuendi methodo, quæ illi ſemper in Eremo viuentes vſque ad Guilelmi tempora ſanctiſſimè retinuerunt, & ſanctiſſimè obſeruarunt, ideſt ſine interruptione.* Dominicus Grauina in *Voce Turturis, ſeù de florente Relig. ſtatu p. 2. cap. 14.* ſimili ſenſu: *Sancta verò iſta propago* (de Auguſtiniana Religione loquitur) *vſque ad Concilium Lateranenſe ſub Innocentio III. producta* (non ergò aliquando extincta) *cum in Concilio de Ordinibus ſingulis tractaretur, Ordo Eremitarum tunc annotatus eſt.*

239 In eadem ſententia ſunt Antonius Yepes *tom. 3. Chronic. S. Benedict. centur. 4. ad ann. Domini* 817. *cap. 3.* & *tom. 7. centur. 7. ann.* 1120. *cap. 4.* vbi ſic: *Licet profiteretur Ioannes Cirita Ordinem Eremitarum S. Auguſtini, clarum in Orbe ab eo tempore, quo Sanctus Doctor eum fundauit in Africa, vſque ad noſtra tempora, in quibus eum videmus adeò dilatatum per Europam &c.* Eſculan. *lib. 5. hiſt. Valentiæ cap. 8.* Pineda *lib. 22. Monarch. cap. 23. §. 4.* Suarez *tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 2. cap. 9. num. 2.* & omnes illi, qui B. Guilelmum Eremitam Auguſtinianum, & Eremitani Ordinis reſtauratorem appellant; quo Ordinis continuatio extrà dubium innuitur, inter quos Arthmanus Schedel in ſua Chronolog. *Sext.*

ætas.

Digitized by Google

*ætat. Mundi fol.*203.*pag.*2. Auctor. appendic. ad Petrum de Natalibus *in Cathalogo Sanct. in vit. S.Guilelm.cap.*2. Iacobus Nauclerus *vol.*2.*generat.*41. *fol.*213. Mareus Ioann. Traconheta *lib.*5. *hiſt.Mundi.* Ioann. Baſilius Sanctorus *tom.* 1.*Flor.Sanctor. fol.*152. *pag.*2. Carolus de Tapia in *tract. de Relig.* ſuper *Authentic. cum Eccleſijs.* Bernardus Britus *in Chronic. Ciſtercienſ. cap.*31. Gregorius de Laud. in *defenſ. verit. B.Ioachim. cap.* 51. Valer. Ximenes *in ſtimul. deuotion. ad antiqu. Ordin. de Carmel. part.*1.*cap.*1.*fol.*11. Alphonſ. Villegas 3.*p.Sanctoral: extrauag. in vit.S. Guilel.* Eman. Rodericus *qq. canonic., & regul. tom.*1.*q.*2.*art.*4. Hieronym. Roderic. *reſolut.* 123. *num.* 34. Ioann. Baptiſta Confettius *in Summar. mater. priuileg. cap.*6: Hierony. à Sorbo *in compend. priuil. mendicant. in addit. ad principium pag.*10.

240 Et ſuaderi poteſt tum ex ſerie Chronologica Ordinis apud Coriolanum, Seripandum, Romanum, Pamphilũ, Nicolaum Pleneuaulx in *Prim. Auguſtin. lib.*5. *cap.*4. Herreram in *reſponſ. pacific.*5. *ad quint. apologetic.* Mag. Sabbatinum in *Vindicijs lib.*2. *part.*2. *per tot.* Torellum, alioſque rerum Ordinis Scriptores; tum ex antiquis monaſterijs in pluribus Mundi partibus, vetuſtiſſimiſque ſcripturis de eis fidem facientibus; hæc enim omnia Ordinis perennitatem inducunt, vt obſeruat Suarez *loc. dict.* tum denique, quia, cum ante Innocentium III. fuerit Ordo Eremitarum ex laudato Antonino, & iterùm infrà oſtendetur *num.*243. nec reperire ſit, quando incæperit, neceſſariò infertur, quod nunquàm defecerit, vt benè ex hoc capite deducit *ibi* Suarez dicens: *Ex his videtur ſatis colligi hunc Ordinem nullo tempore omninò defeciſſe poſt Auguſtinum, quia nullum aliud initium illius Ordinis inuenitur ante Innocentium.* Sed & adhuc clariùs in ſequentibus dubijs.

DVBIVM VIII.

An Ordo Eremitarum, qui modo eſt, à tempore vnionis generalis incæperit.

241 SEntiunt aliqui, primò inchoatum eſſe hunc Ordinem ab Innocentio IV. qui plurium Congregationum facta vnione dedit illis habitum, titulum, officium &c. vt habetur ex S.Antonino 3.*p.hiſt. tit.*24.*cap.*14.§.3. *Erant autem tunc temporis* (ſic ibi) *in vniuerſis Mundi regionibus, & præcipuè in partibus Thuſciæ diuerſi alij Eremitæ ſub diuerſis titulis diuerſimodè viuentes, quos omnes idem Innocentius Eremitis S. Auguſtini coniunxit, traducens eos ad vnum ouile ſub vno Paſtore, Generali ſcilicet, mandans, vt omnes ſub vna Regula S. Auguſtini, vno nomine profitendi, vno habitu, vno titulo, vno officio, & eiſdem conſtitutionibus vti deberent*; & completum ab Alexandro IV., qui eodem teſte Antonino *ibid.* de 1256. vnionem perfecit: *Mandans quoque, ac per cenſuras Eccleſiaſticas compellendos eos decernens, quatenùs ſub vnius Prioris Generalis obedientia ſecundùm Regulam S. Auguſtini omnes vnanimitèr debeant militare; & vt in hac ſancta coniunctione nulla deformitas appareret, idem Romanus Pontifex determinauit eis habitum, officium, & titulum.* Conceſſio autem tituli, habitus, Regulæ, & officij, quid aliud indicat, niſi nouam Ordinis inſtitutionem?

242 Confirmatur; quia huius Ordinis inſtitutio tribuitur à B.Iordano ipſi Eccleſię; ſic enim habet *lib.*1. *vit. fratr. cap.* 19. cui capit. Inſcribit hunc titulum, *Qualiter Sacroſancta Mater Eccleſia ſpecialiter fuerit inſtitutrix huius Ordinis.* Et ſubſequitur: *Congregemus in vnum ea, quæ à S. Romana Eccleſia circà iſtum Ordinem geſta ſunt, & inueniemus eam eſſe veram, & immediatam huius Ordinis inſtitutricem. Et hæc reuerà eſt ſingularis prærogatiua Ordinis huius, quæ de nullo alio Ordine reperitur.* Ergò ſignum eſt, quod tunc incæperit hic Ordo.

243 Veritas tamen eſt, quod, licet Innocentius IV. & Alexander IV. reductis in vnum Corpus Congregationibus, mandauerint, *vt omnes ſub vna Regula, vno modo profitendi, vno habitu, vno titulo, vno officio,* & eiſdem *conſtitutionibus vti deberent*; non propterea tunc incæperit hic Ordo Eremitarum. Et multipliciter adſtruo. Primò ex eodem Antonino, qui dixit *loc. cit. Innocentius conſiderans Ordinem Prædicatorum, & Minorum notabiliter creſcere, & fructus ſalutares in Eccleſia Dei præferre: Fratres verò Eremitas S. Auguſtini ſibi ſolis per bonam vitam prodeſſe, cæpit velle agere, quatenùs, & ipſi, ſicut Prædicatores, & Minores fructum ſalutarem in Eccleſia Dei producere poſſent. Erant autem tunc temporis in vniuerſis Mundi regionibus, & præcipuè in partibus Thuſciæ diuerſi alij Eremitæ.* Et ſequitur vt ſupra, *num.*241. Si ergò Innocentius vidit *Fratres Eremitas S. Auguſtini ſibi ſolis prodeſſe*, ergò erat iam Ordo Eremitarum S. Auguſtini; & ſi vt ad inſtar Prædicatorum, & Minorum poſſent prodeſſe & alijs, alios Eremitas ſub diuerſis titulis diuerſimodè viuentes Eremitis S. Auguſtini coniunxit. Ergò iam ante dictam vnionem erat ille Ordo Eremitarum S. Auguſtini diſtinctus ab alijs Eremitis. Ergò non tunc, ideſt in vnione incæpit Ordo Eremitarum.

244 Secundò. Tum ex confirmatione Conuentus S. Antonij de Ardigneta facta in fauorem Ordinis Eremitarum ab Innocentio III. cuius rei priuilegium ſe vidiſſe teſtantur idem S. Antoninus *ibid.* & B. Iordanus *lib.* 1. *cap.* 14. & refert Rhenat. Chopin. *in Monaſtic. lib.*2. *num.* 32. *fol.* 205. Tum ex Generalibus Ordinis Eremitarum, quos ante vnionem ſub Innocentio inchoatam, ex Henrico de Vrimaria (qui licet domeſticus, cum ſit vir grauis, magnæ auctoritatis, & honeſtæ conditionis, admitti debet, per Gabr. *inter commun. lib.*1.*de teſtibus. concl.*10. *num.*10. Maſcard. *concl.*26.*num.*5. *verſ. & illud,* *& concl.*533. *num.*28. Mantic. *deciſ.*112. *num.*3. *&* 4. maximè in facto hoc antiquo per Gab. *d. concl.*10. *num.*63. Campeg. *de teſt. reg.*11. *lim.*9. Alexand. Trentacinq. *variar. reſol. lib.*2. *de teſt. reſol.*1. *num.*18.) ponit Laurentius de Empol. in *Cathalog. Capitulorum General. ad calcem Bullarij*;

nem-

Digitized by Google

nempè Ioanne de Spelunca ſub anno 1160. Ioan. de Cella ſub 1200. Adiuto de Phano ſub 1210. Pbilipp. de Parma ſub 1230. & conſtat ex Innocentij IV. Bulla incipient. *Quoniam, vt ait Apoſtolus*. Dat. Laterani 6. *Kal. Maij ann.* 1244. apud eumd. Empol. in *Bullar. Ord. pag.* 165. in qua antecedenter ad vnionem, meminit Generalis Eremitarum per hæc verba: *Cum igitur dilecti Filij, Generalis, & Fratres Eremitarum S. Auguſtini Ordinis*; & altera eiuſdem Innocentij incipient. *Incumbit nobis*. Dat. *Kal. Ianuarij* 1244. apud eumdem Empol. *ibid. pag.* 164. qua Eremitis in Thuſcia Ordinem, & Regulam S. Auguſtini aſſumere ſub hac forma præcepit: *Vniuerſitati veſtræ, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs in vnum vos regulare propoſitum conformantes, Regulam B. Auguſtini, & Ordinem*, qui certè præſupponebatur, *aſſumatis, ac ſecundùm eum profiteamini de cætero vos victuros: ſaluis obſeruantijs, ſeù conſtitutionibus faciendis à vobis, dummodò eiuſdem Ordinis non obuient inſtitutis*. Tum ex dictis ſuprà, cum de titulo Eremitarũ *num.* 206. & *dub. præcedente*, vbi Ordinis continuationem oſtendimus, & ex dicendis infrà, cum de eiuſdem approbatione agetur. Ex quibus omnibus bene conuincitur, quod Ordo Eremitarum non incæperit cum vnione ex Congregationibus facta, ſed ad eam præextiterit.

245 Tertiò, & efficaciter. Ex tribus Pontificum Conſtitutionibus; prima Alexand. IV. incipient. *Litteras noſtras*. Dat. Anagniæ *Idibus Octobris* 1256. apud Empol. *ibid. pag.* 22. §. 4. vbi legitur: *Cum autem dilectus filius noſter R. Sancti Angeli Diaconus Cardinalis vniuerſas domos, & Congregationes Eremitarum prædictorum, quarum quædam S. Auguſtini, quædam S. Guilelmi, nonnullæ autem Fratris Ioannis Boni, aliquæ de Fabali, aliæ verò de Brictinis cenſebantur, in vnam Ordinis Eremitarum S. Auguſtini profeſſionem, & regularem obſeruantiam perpetuò de mandato noſtro duxerit vniendas; & Nos dicti Cardinalis proceſſum conuenientem cum Noſtræ voluntatis propoſito approbantes, præmiſſa omnia duxerimus confirmanda*. Secunda eiuſd. Alex. incipien. *Inter alias ſollicitudines*, ad Cardinalem Riccardum directa. Dat. Laterani 4. *Kal. Aprilis* 1257. apud eumd. Empol. *pag.* 24, §. 3. in qua ſic: *Demùm à Nobis mandatum Apoſtolicum emanauit, vt de ſingulis Domibus Eremitarum, quarum quædam S. Guilelmi, quædam S. Auguſtini Ordinum, nonnullæ autem Fratris Ioannis Boni; aliquæ verò de Fabali, aliæ verò de Brictinis cenſebantur &c.* Tertia Clementis IV. incipient. *Ea quæ iudicio*. Dat Viterbi 4. *Kal. Septembris* 1266. apud Marquez *cap.* 13. §. 14. & Tamburin. de *iur. Abb. tom.* 2. *diſp.* 24. *q.* 5. *num.* 35. in qua eadem ſuperiorum Conſtitutionum verba regiſtrantur. Ex quibus ad rem noſtram ſic conficio argumentum. Omnes illę Congregationes, quæ fuerunt vnitæ, erant Congregationes Eremitarum, vt patet ex ſuprà adductis Bullarum verbis, Inter illas erat Congregatio, ſeu Ordo S. Auguſtini, vt item ex ijſdem verbis conſtat; quin illi primus locus datur. Ergò ante vnionem erat Ordo Eremitarũ S. Auguſtini, vt hinc probat & Gregorius de Laude in *Defenſ. verit. B. Ioachim. cap.* 51. *pag.* 197. Ergò Ordo Eremitarum S. Auguſtini non incæpit cum vnione.

246 Senſus ergò D. Antonini eſt, quod prędicti Pontifices mandauerint, vt omnes Eremitæ, qui priùs in diuerſis Congregationibus diuerſimodè viuentes diuerſis titulis nominabantur, eodem titulo appellarentur, & modo viuerent, quo appellabantur, & viuebant Fratres, qui dicebantur Eremitæ S. Auguſtini, non per nouam tituli, aut Ordinis inductionem, ſed per vtriuſq; iam prę̨exiſtentis ad alias Congregationes extenſionem, vel, vt melius dicam, per aliarum Congregationum ad eumdem Eremitarum S. Auguſtini titulum, & Ordinem incorporationem.

247 Ad confirmationem ex Iordano deſumptam reſpondeo, non eam eſſe Iordani mentem in adductis verbis, vt aſſerat Eccleſiam Ordinis Eremitani inſtitutricem ad excluſionem Auguſtini, quem toto *lib.* 1. verum inſtitutorem probat; ſed inſtitutricem vocat Eccleſiam ad Ordinis Eremitani encomium; quatenùs ea præſtitit quodammodò in vnione generali, quę Auguſtinus in inſtitutione; nec tamen abſolutè talem eam appellat, ſed ſub terminis limitatiuis, & ſolummodò ſimilitudinem indicantibus; ſic enim ad præcitata verba ſubiungit. Iordanus: *Videamus igitur primò, quæ B. Auguſtinus olim circà Fratres ſuos in Eremo Patres noſtros egerit. Ipſe primum eos vndique per eremos diuiſos in vnum congregauit, & cum eis vixit, vt patet ſuprà cap.* 7. *Item modum viuendi, & regulam eis tradidit, vt infrà lib.* 2. *cap.* 14. *Item habitum eis contulit; vt ſupra cap.* 15. *Item titulum eis impoſuit, vt ſupra cap.* 17. *Item officium eis tribuit, vt infra lib.* 2. *cap.* 15. *Item ad officia prædicationis, & confeſſionis eos deputauit, vt ſuprà cap.* 16. *& hæc quidem omnia continent inſtitutionem Ordinis* (ecce an excludat ab Ordinis inſtitutione Auguſtinum) *& quis vnquàm Inſtitutor aliorum Ordinum plura bis in ſui inſtitutione Ordinis peregit?* Et infrà. *Igitur S. Mater Eccleſia præmiſſa omnia per B. Auguſtinum circà Ordinem geſta quaſi* (en verba limitatiua, & ſimilitudinaria) *de nouo authoritatè Apoſtolica per ſemetipſam immediatè iterato egit, inſtituit, & authorizauit; Ipſa enim &c.* enumerans eadem facta ab Eccleſia, quę prius ab Auguſtino facta præpoſuit.

Inſtatur modo ab Aduerſarijs, hæc omnia probare, fuiſſe quidem ante dictam vnionem Ordinem Eremitarum; non autem probare, quod Ordo Eremitarum, qui nunc eſt, non incæperit ab ea vnione; Ordo enim, qui nunc eſt, ex plurium Congregationum vnione conflatus eſt; quia quando plura in vnum vniuntur, quoddam tertium ab vtriſque reſultat. Ergò Ordo, qui modò eſt, ab vnione incæpit.

248 Dico nihilominùs, hunc Ordinem non incæpiſſe in vnione: ſed eumdem eſſe, qui, vt probatum eſt, fuit ante vnionem, quia facta eſt illa vnio, vt omnes Congregationes in vnam

Ere-

Digitized by Google

Eremitarum S.Auguſtini profeſſionem conuenirent, vt ex infrà *num.253. & ſeq.* adducendis conſtabit. Ergò Ordo Eremitarum S.Auguſtini,qui, vt iam dictum eſt à *num.243.* erat ante vnionem, non fuit deſtructus; non enim eſt credibile, Summos Pontifices voluiſſe deſtruere Ordinem Eremitarum S.Auguſtini, vt Ordinem Eremitarum S.Auguſtini conſtruerent. Si ergò non fuit tunc per vnionem deſtructus Ordo Eremitarum S. Auguſtini, qui erat ante vnionem, ſequitur euidenter, quod adhuc perſeueret; ſed non eſt aſſignabile, qualis ille ſit, qui adhuc perſeuerat, niſi ille, qui nunc eſt,& dicitur Ordo Eremitarum. Ergò Ordo Eremitarum,qui nunc eſt, non incępit tempore vnionis; ſed idem eſt, qui erat ante vnionem.

249 Ad argumentum in inſtantia factum reſpondeo, negando antecedens, ſi pro ly *conflatus* intelligatur inſtitutus; eſt enim tantummodò ex tali vnione auctus. Negatur item conſequentia. Et ad probationem diſtinguo antecedens: quando plura vniuntur,ità vt omnia deſinant, nec vnum vniatur alteri, tunc fieri aliquid ab illis diuerſum,concedo: quando verò plura vniuntur, ità vt non omnia deſinant,& vnum vniatur alteri, tunc aliquid tertium,& diuerſum reſultare,nego. Duplex ergò poteſt conſiderari vnio. Prima, vnius ad alterum. Secunda,duorum ſimul in vnum. Quando accidit primò modo,ità vnum vnitur alteri, vt amiſſa propria, naturam eius, cui vnitur, aſſumat: quando verò ſecundo modo, ità vniuntur aliqua duo,vt ambo deſinant eſſe, & ex ipſis fiat vnum tertium, vtrumq; virtute complectens.

250 Exemplum eſt in duplici vnione phyſica, ſeù ſubſtantiali, quarum altera fit ex duobus, vt vnum cum ſui ceſſatione alteri addatur,& conuertatur in ſubſtantiam eius;vt in nutritione,in qua cibus ità ſubſtantialitèr vnitur viuenti, vt in eius ſubſtantiam conuertatur, ipſo cibo ſubſtantialiter pereunte: altera verò ità fit ex pluribus, vt ex ipſis ſubſtantialiter corruptis, vnum tertium ſubſtantiale compoſitum conſtituatur, vt in mixtione, in qua ex elementis corruptis, & ſola virtute manentibus, mixta ſubſtantialia progignuntur.

251 Item in vnionibus Eccleſiarum, quæ duobus modis potiſſimum (omiſſis alijs, de quibus Gloſs. ad *verb. vnire in C. Et temporis 16. q.1.* & ad *verb. vniendo* in *cap. Nouit. Tit.: Ne Sede vacante*. Hoſtiens. *ibi num.4. & in ſum. dict. Tit. §. quando fiat vnio*; vbi quinque ſpecies ponit vnionis; Azor. *tom.2. inſtit. moral. lib.6. cap. 28. q.2. Fagnan. in d. cap. Nouit. à nu.2. vſque ad 12.*) fiunt; quorum vnus eſt,& dicitur acceſſoria vnio,quando vna Eccleſia ſubijcitur alteri; quæ vnio operatur, vt Eccleſia, quæ alteri incorporatur, remaneat ſuppreſſa, & extinguatur ipſius titulus per DD. *in cap. cum acceſſerint de conſtit.* Gloſs. ad *verb. Eccleſias* in *Clem. per litteras de præbend.* Felin. in *cap. in noſtra de reſcript. coroll.33.* Rot. in vna *Compoſtellana Prioratus* 17. *Maij* 1591. Rebuff. in *prax. benef. tit. de forma nouæ prouiſ. verb. tum annexis*. Tamburin. *de iur. Abb. tom.3. diſp.15. q.5. nu.4.* Barboſ. *lib.3. de poteſt. Epiſc. allegat. 66. num.34.* cum multis. Et de *iur. Eccleſ. vniuer. lib. 3. cap. 16. num.7.* Fagnan. in *dict. cap. num.3.* Alter verò, cum ex duabus Eccleſijs vna fit, hoc eſt, in vnam veluti Eccleſiam coaleſcunt, ex *c. Decimas §. ſicut enim.16. q.1.* & operatur, quod iura, conſuetudines, & priuilegia conceſſa vni, competant alteri. Azor. *loc. dict.* Gonzal. *ad Reg. 8. Cancell. gloſs.5. & 7. nu.28. & 55.* Nicol. Garz. *de benef. p.11. cap.2. nu.10.* Tamburin. *ibid. nu. 2.* Barboſ. *loco ſupr. num.6.* Fagnan. *d. loc. nu.2. 3. & 9. in fin.*

252 Vnio modò Ordinis Eremitani ex pluribus Congregationibus ab Innocentio IV. & Alexand. IV. facta, non eſt comparanda *ſubſtantiali mixtioni, quæ fit* (verba ſunt Suarij *dict. cap.9. nu.16.*) *ex conuerſione plurium in vnum tertium à ſingulis miſcibilibus diſtinctum, ſed mixtioni, vel vnioni, quæ fit ex pluribus, quorum vnum in ſe cætera ſubſtantialitèr conuertit*. Et vnioni Eccleſiæ nòn ſecundi generis, ſed primi: ideſt, **non quod ex omnibus Congregationibus vnus nouus Ordo fuerit genitus, ſed quod omnes** Congregationes Ordini Eremitarum acceſſerint, & cum illo incorporatæ fuerint. *Non ità fuerunt* (proſequitur Suarez) *ex multis familijs vna effecta, vt omnes reliquerint inſtitutum ſuum, & vnum nouum acceperint, quaſi nouam omninò formam: ſed retento Auguſtini inſtituto in ea familia, quæ ſub illo militabat, reliquæ omnes illi ſe ſubdiderunt, & relicta ſua origine ad Auguſtini familiam tranſierunt. Ideòque eadem Religio Auguſtiniana in tota illa Congregatione permanſit, & aucta eſt, non ſubſtantialitèr mutata*.

253 Et probatur hoc primò, vt domeſticos Scriptores omittã ex S. Antonino, qui loquens de vnione inchoata ſub Innocentio, cuius Bullam ſe vidiſſe teſtatur, ſic habet loco ſuprad. *Erant tunc temporis in diuerſis Mundi regionibus, & præcipuè in partibus Thuſciæ, alij Eremitæ ſub diuerſis titulis diuerſimodè viuentes, quos omnes idem Innocentius Eremitis S. Auguſtini coniunxit, reducens eos ad vnum ouile ſub vno Paſtore*; & de vnione completa ſub Alexand. IV. ſic; *Ipſe Fratres Eremitas diuerſorum Ordinum, quorum quidam S. Guilelmi, alij Fratris Ioannis Boni, alij de Brictinis cenſebantur: hos omnes in vnum redegit, & Ordini S. Auguſtini cum perſonis, & locis effectualitèr incorporauit, ac vniuit, diſpenſans cum eis ſuper diuerſarum profeſſionum, & obſeruantiarum ligamina, quibus anteà in prædictis, vel alijs Ordinibus adſtricti quodammodò tenebantur*. Quo loquendi modo vtuntur Platus *d. lib.2. cap.22. de bon. ſtat. Relig.* Barnab. de Montaluo *lib. 1. Chronic. Ciſtercien. cap.54.* Iacobus Gualterus *in ſua Chronograph. ſæcul.13. ann. 1255. pag.681.* Illeſcas *lib. 5. hiſt. Pontif. cap.37. in vit. Alexand. IV.* cuius, aliorum omiſſis, verba ſolum profero: *Confirmauit de nouo Alexander Ordinem Eremitarum S. Auguſtini, eidemque reuniuit Congregationes Fratrum Eremitarum B. Ioannis Boni, de Brictinis &c.*

254 Secundò ex verbis ſuprà poſitis *nu.245.* Ale-

Alexand. IV. & his alijs in incipien. *Licet Eccleſiæ.* 5. *Idus April.* 1256. apud Empol. *pag.* 19. *§.* 5. *vniuerſas domos, & Congregationes veſtras, in vnam Ordinis Eremitarũ S. Auguſtini profeſſionem, & regularem obſeruantiam perpetuò coniunit &c.* quæ & habentur in Bull. Clement. IV. ſuprà *d. num.* 245. memorata; & in Bulla etiam Vrbani IV. incipient, *Deſiderijs veſtris*. Dat. Viterbij. 5. *Idus Decemb. ann.* 1262. apud Empol. *fol.* 370. §. 1. Sed iam Eremitarum S. Auguſtini profeſſio, & Ordo erat, vt vidimus *num.* 243. *&* 244. antecedentèr ad dictam vnionem; ergò ſi omnes aliæ Congregationes vnitę ſunt *in vnam Eremitarum S. Auguſtini profeſſionem, & in Ordinem*; omnes ſunt illi vnitæ, & incorporatæ. Et corroboratur ex eo, quod non dixerunt hi Pontifices, omnes eas Congregationes in vnam nouam Religionem tranſijſſe, ſed *in vnam Eremitarum S. Auguſtini profeſſionem* fuiſſę vnitas; quo indicatur, ad Eremitas S. Auguſtini reliquas omnes fuiſſe aggregatas, vt benè *loco dict.* Suarez obſeruat.

255 Tertiò. Ex Vrbano IV. qui in nuper citata Bull. aſſerit ab Alexandro IV. diſpenſatum fuiſſe ſuper diuerſarum profeſſionum debito; quo aliqui tenebantur. *Vobiſcum ſuper diuerſarum profeſſionum, aut obſeruationum debito, quibus aliqui ex vobis ſe in prædictis, vel alijs Ordinibus obligauerant anteà, diſpenſauit; ſtatuens, vt in eodem Ordine S. Auguſtini debeatis perpetuò virtutum Domino deſeruire*. Ergò, cum aliquibus, non cum omnibus Fratribus ſic vnitis diſpenſauit. Ergò aliqui ſub ſua priſtina profeſſione, & obligatione remanſerunt: hi ſcilicet, qui non ſunt diſpenſati; Sed alij hi eſſe non potuerunt, niſi Fratres, qui antè dictam vnionem dicebantur Eremitæ Ordinis S. Auguſtini. Et probo; quia, qui diſpenſati fuerunt à priorum profeſſionum debito, ideò diſpenſati ſunt, vt in vnam Eremitarum Ordinis S. Auguſtini profeſſionem counirentur: ſed ſic eſt, quod iam erat Ordo Eremitarum S. Auguſtini, vt dictum eſt à *dict. num.* 243. *& ſeq.* Ergò iſtius Ordinis profeſſores non debebant aſſumere Ordinem Eremitarum S. Auguſtini; Ergò non erat, in quo diſpenſarentur; Ergò ipſi ſunt, cum quibus non eſt diſpenſatum; Ergò diſpenſatum eſt ſolùm cum Fratribus aliarum Congregationum, quæ ſunt Ordini Eremitarum S. Auguſtini vnitę, vt clarè explicatum vidimus à S. Antonino *num.* 253. *Hos, inquam omnes in vnum rédegit, & Ordini S. Auguſtini cum perſonis, & locis effectualiter incorporauit, & vniuit, diſpenſans cum eis* (qui ſcilicet incorporabantur) *ſuper diuerſarum profeſſionum, & obſeruantiarum ligamine*. Quo patet Eremitarum Ordinem, cum quo non eſt diſpenſatum, non mutaſſe profeſſionem: Sed in ſuo eſſe remanſiſſe; & alias Congregationes, cum quibus diſpenſatum eſt, perijſſe. Ergò vnio facta in vnam Ordinis Eremitarum S. Auguſtini profeſſionem fuit per veram acceſſionem, & aggregationem dictarum Congregationum ad Ordinem Eremitarum S. Auguſtini; & non per vnionem, qua ex omnibus Congregationibus vnus nouus, & tertius Ordo reſultauerit; ſi enim ità eſſet, cum omnibus fuiſſet diſpenſandum, quia omnes in vnum nouum Ordinem tranſijſſent. Ergò per vnionem non eſt factus nouus Ordo, ſed perdurauit ille idem, qui anteà erat; & conſequentèr Ordo Eremitarum, qui nunc eſt, quique eſt ille, qui poſt vnionem vſque ad hæc tempora perdurauit, ab vnione exordium non ſumit.

256 Confirmatur exemplo ſimilis vnionis plurium Congregationum, ſiue Reformationũ Ordinis S. Franciſci aggregatarũ, & vnitarum Congregationi dictę de Obſeruantia, vt habent Ioan. Baptiſta Confettius *in ſummar. mater. priuileg. Mendic. cap.* 5. Emanuel. Roderic. *tom.* 1. *qq. canonic. & regul. q.* 2. *art.* 3. Barboſ. *de iur. Eccleſ. vniu. lib.* 1. *cap.* 41. *n.* 177. ex qua vnione nemo dixit, aut priorem Obſeruantium Ordinem deſijſſe, aut nouum Ordinem reſultaſſe, quia vnio facta eſt per aggregationem harum ad illam. Sic & in caſu noſtro de vnione pluriũ Congregationum cum Ordine Eremitarum S. Auguſtini.

257 Probatur tandem, & ſatis euidenter noſtra Concluſio. Concilium Lugdunenſe celebratum de anno 1271. & habetur *in cap. vnic. §. ſanè de Relig. domibus in* 6. ſic habet: *Cæterùm Eremitarum S. Auguſtini, & Carmelitarum Ordines, quorum inſtitutio præfatum generale Concilium* (nempè Lateranenſe) *præceſſit &c.* Ergò Ordo Eremitarum S. Auguſtini erat inſtitutus ante Concilium Lateranenſe. Sed Concilium Lugdunenſe loquitur de Ordine Eremitarum S. Auguſtini poſt vnionem; nam loquitur de eo Eremitarum Ordine, qui tunc, tempore ſcilicet Concilij Lugdunenſis, erat; & Ordo Eremitarum, qui tunc erat, erat Ordo iam auctus per vnionem factam ab Alexandro IV. de anno 1256. Ergò Ordo Eremitarum S. Auguſtini, qui erat poſt vnionem, iam inſtitutus erat ante Concilium Lateranenſe. Ergò per vnionem non eſt factus nouus Ordo; ſi enim factus fuiſſet nouus Ordo, non poſſet de eo nouo Ordine dici, quod fuerit inſtitutus ante Conciliũ Lateranenſe, quod per annos 41. præceſſit vnionem. Rurſus: Ordo Eremitarum, qui modò eſt, ille idem eſt, de quo locutum eſt Concilium Lugdunenſe; nequè de hoc poteſt eſſe dubium. Ergò Ordo Eremitarum, qui modò eſt, ille eſt, qui præceſſit vnionem, & ante illam erat inſtitutus. Ergò Ordo Eremitarum, qui modò eſt, non incæpit ab vnione, nec per illam efformatus eſt. Qui diſcurſus adeò clarè concluſionem probat, vt mirer, quomodò poſſit quis aliter ſentire.

DVBIVM IX.

An ſaltem Ordo Eremitarum fuerit per vnionem mutatus.

VIdetur, quod ſit mutatus, cum nequeat negari Ordinem Eremitarum, qui modo eſt, diuerſum à priori ſtatu habere inſtitutum.

Eſt

Eſt enim Ordo Clericorum, in Vrbibus degentium, vacantium concionibus, Mendicantium, ſub Generali, & cum hoc habitu ab Eccleſia illis (vt S. Antoninus loquitur) determinato; quæ omnia illis vel à principio, vel antè vnionem non conueniebant. Ergò mutatus eſt Ordo, nec eſt ille idem, qui anteà erat.

258 Non ità tamen eſt; quo enim ad primã partem, munera Clericalia non ſunt quid nouũ in Ordine Eremitarum; quandoquidem & ea in dicto Ordine à tempore S. Auguſtini obſeruata vidimus *num.* 159. *&* 168. & toto *dub.* 5. huius quodlibet.. Quoad aliam de Generalibus, patet item ex dictis *num.* 244. ante vnionem fuiſſe in Ordine Auguſtiniano Generales; & per vnionem tantummodò extenſam fuiſſe eius auctoritatem, eo modo, quo adauctus eſt Ordo; & dato caſu, quod anteà non fuiſſent, nec per hanc nouam obedientiam vni Prælato communi, variatus fuiſſet Ordo, cum obedientiæ votum ſiue hunc, ſiue illum Pręlatum reſpiciat, ſit ſemper eiuſdem ſpeciei. Donat. *rer. regul.* 4. *p. tract.* 17. *q.* 8. & *q.* 15. *num.* 2. Paſſerin. *de ſtatib. tom.* 1. *q.* 186. *art.* 8. *dub.* 7. *num.* 29. Quoad habitum verò, dico eius ſubſtantiam, quæ tunicam cum capucio, & cingulo dicit, ſemper fuiſſe in Ordine Auguſtiniano, licet accidentalem quandoq; paſſus ſit mutationem. Neque verum eſt, determinatum fuiſse ab Alexandro IV. in vnione, quaſi priùs talis non fuerit habitus Auguſtinianorum: ſed dicitur determinaſſe, quatenùs omnes aliæ Congregationes iuſsæ ſunt vti habitu, quo Eremitæ S.P. Auguſtini vtebantur. Sed de hoc ſuo loco, vbi S.Antonini auctoritatem explicabimus.

259 Quo tandem ad habitationem in Vrbibus, & in ſpecie de mutatione in Mendicantem (de qua re *dub.* 13. erit ſermo) vel alia quęcumque poſſunt adduci; reſpondeo mutationem tantummodò accidentalem importare; non verò ſubſtantialem. Bordon. *tract. de profeſſ. Regul. cap.* 1. *num.* 271. Pro quo obſeruandum, quod Suarez in ſimili de PP. Prædicatorum tranſitu ad ſtatum Mendicantium *dict. tract.* 9. *lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 10. tradit; cui ſubſcribit Pellizar. *tom.* 1. *tract.* 1. *cap.* 1. *nu.* 36. *in rebus moralibus, vt continuò durare cenſeantur, non eſſe quærendam vnitatem, & immutabilitatem, quanta in naturalibus rebus inuenitur.* Quod exemplificat in Eccleſia, *quæ vna, & eadem cenſetur fuiſſe à principio Mundi vſque ad nunc; quamuis in modo vnionis, & gubernationis magnam diuerſis temporibus admiſerit varietatem.* Et idem, quod mirè præſenti puncto inſeruit, docet de Religionibus. *Ergò ſimiliter eſſe poterit vna, & eadem Religio, quamuis illas mutationes ſucceſſu temporis accipiat.* Et ratio eius eſt, quia *in his rebus ad vnitatem potiſſimè conſideratur continua ſucceſſio perſonarum aliquo vinculo ſubſtantiali pro ratione talis ſtatus inter ſe vnitarum in ordine ad hunc finem, vt in Eccleſia eſt vnio veræ fidei in ordine ad eamdem beatitudinem acquirendam; & in vnaquaque Religione eſt vnio per talia vota, tali modo, ſeù ſecundùm talem Regulam, vel conſtitutiones emiſſa in ordine ad talem finem.* Ex quo ad rem præſentem poteſt benè inferri, per tranſitum ad ſtatum Mendicantium, intrà Vrbes habitationem, aut alia huiuſmodi, non fuiſſe mutatum eſſentialitèr, ſed eſſe ſubſtantialiter eumdem hunc Ordinem Eremitarum, ac qui erat ante vnionem, cum aliàs in Auguſtiniana Religione continuata perſonarum, & ſub eadem Regula profeſſionũ ſucceſſio à Suarez requiſita reperiatur, vt patet ex duobus præcedentibus dubijs: ſed ad ſummum variatum eſſe aliquo modo accidentalitèr, quod identitati non officit. Suarez *ibi lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 16. *&* 27. & in ſimili Antonius à Spiritu Sancto *Direct. Regul. tract.* 2. *diſp.* 6. *num.* 241.

260 Obijcitur. D. Antoninus *loc. dict. cap.* 14. hæc habet: *Etiam aliqui Eremitæ viuentes religioſè in locis ſolitarijs potuerunt eſſe, qui viuerent ſecundùm Regulam Auguſtini, & fortè illi, ad quos ſermones editi dicuntur ad Eremitas: ſed non erant illi propriè loquendo illius ordinis, & modi vitæ, cuius nunc ſunt, qui dicuntur Eremitani, & habitant in Ciuitatibus, Villis, & Caſtris. Similitèr & ſi fuerunt aliqui ante Ordines Mendicantium, qui viuerent in Eremis ſecundùm Regulam Auguſtini, non tamen erant talis Ordinis, nec habebant vnum caput, nec illas ordinationes, quas habent Eremitani nunc.* Ergò Eremitarum Ordo, qui modò eſt, diuerſus eſt ab Ordine, qui priùs erat; cum illi, qui priùs erant, non eſſent huius Ordinis. Ergò in vnione mutatus eſt.

Reſpondetur, mentem S. Antonini eam fuiſſe, vt oſtenderet Ordinem Auguſtinianum non eſſe in ratione Ordinis Mendicantis alijs Ordinibus Mendicantium anteriorem, ne fortaſsè videretur eum ſuo Prædicatorum Ordini præfetre. Et patet ex eo, quia reſpondet ibi fundamentis cuiuſdam ex Eremitanis aſſerentis, quod hic Eremitarum Ordo *ſit antiquior Ordinibus Mendicantium, ſcilicet Prædicatorum, & Minorum;* cui, inquam, vt reſpondeat, non negat cõtinuationem Ordinis quoad ſubſtantiam, cum ſæpiùs (quod eſt aduertendum) vt viſum eſt *num.* 237. dixerit, quod illa S. Propago S. Auguſtini non omninò extincta fuit, & quod cæteræ Congregationes, vt videre eſt *num.* 253. huic Eremitarum Ordini fuerint vnitæ; ex quo capite à *num.* 249. *& ſeq.* probatum eſt non fuiſſe talem Ordinem ſubſtantialitèr mutatum; ſed negat tantummodò identitatem modi viuendi; non enim dicit: non erant *eiuſdem Ordinis*, vel *huius Ordinis qui nunc eſt*; quo modo loquendi denegata dici potuiſſet identitas Ordinis; ſed dixit: *non erant illius ordinis, & modi vitæ, cuius nunc ſunt*, accipiendo ordinem non proùt Religionem importat, ſed proùt denotat formalitatem quamdam, ſeù modum viuendi; eo modo quo Suetonius ad explicandam conſuetudinem, & modum vitæ, hoc nomine ordinis vtitur; in *Tib. cap.* 72. *Nihil ex ordine quotidiano prætermitteret*, & *cap.* 17. *cum vitæ ordinem tenuit*; & ideò Antoninus copulat ordinem cum modo, dicens: *non erant illius ordinis, & modi vitæ*; vt oſtenderet ſe tantũ-

modò negare identitatem modi viuendi; quod explicat ſubdens, quod Fratres Eeremitani, qui modò ſunt *habitant in Ciuitatibus, & Villis, & Caſtris*; quod non præſtabat illa antiqua Auguſtini propago. Et clarius apparet ex alijs ipſius poſterioribus verbis: *non tamen erant talis ordinis*; in quibus conſiderandum eſt, quod non ſolùm non dicit ſimplicitèr abſolutè, & ſine addito, *Non erant Ordinis, qui nunc eſt*, quo ſuum intentum forſan probare potuiſſent Aduerſarij; ſed vlteriùs addit *talis Ordinis*, quo qualitas, & non ſubſtantia denegata cognoſcitur; ac ſi diceret, non erant talis ordinis qualis nunc eſt; ſeù illi Eremitę erant Ordinis Auguſtiniani, ſed ſub modo differenti ac nunc ſunt; nam anteà viuebant in Eremis, nec erant Mendicantes, & ideò concludit: *Vnde poteſt dici, quod, qui dicuntur Eremitani nunc, non fuerint ante Mendicantes*. Quo adhuc magis apparet ipſum voluiſſe tantummodò negare hunc Eremitarum Ordinem eſſe, vt Ordinem Mendicantem, alijs antiquiorem: non autem negare eſſe eumdem Ordinem in ratione Fratrum Eremitarum, quod neque negare potuit; cum ex dictis mutatio habitationis ad Vrbes, & ſtatus non mendicantis ad mendicantē non mutet ſubſtantialitèr Ordines.

261 Probatur modò concluſio, non eſſe ſcilicet per vnionem ſubſtantialiter mutatum Eremitarum Ordinem, argumento in fine dubij præcedentis ex Concilio Lugdunenſi formato. Ordo Eremitarum, qui erat poſt vnionem, iam erat inſtitutus ante Concilium Lateranenſe, vt ibi vidimus. Ergò Ordo Eremitarum non eſt per vnionem ſubſtantialitèr mutatus; quia ſi fuiſſet ſubſtantialiter mutatus, factus fuiſſet nouus Ordo; nec potuiſſet dici, quod fuerit ante dictum Concilium inſtitutus: cum in vnione ſolum incæpiſſet, quę dicto Concilio valdè poſterior fuit.

DVBIVM X.

An Ordo Eremitarum, qui nunc eſt, ſit ille idem, quem S. P. inſtituit.

262 EST hoc mihi adeò certum, quam certū eſt hunc Ordinem eſſe Ordinem Eremitarum; nec video, quomodò ſtantibus, quæ iam in hiſce tribus dubijs præmiſimus, poſſit probabilitèr denegari. Pro hac aſſertione ſtant Thomas de Trugillo in Theſaur. concion. in Feſt. S. Aug. *Indè venit Auguſtinus Tagaſten, vbi vendidit patrimonium, quod habebat: & partem quidem pauperibus dedit: partem verò ſibi reſeruauit ad monaſterium quoddam ædificandum in ſolitudine, vbi Monaſticam vitam duxit cum ijs amicis, qui eum imitabantur; ibique incæpit Ordo Ermitarum: Ordo, inquàm Eremitarum, qui nunc floret in Eccleſia*. Alphons. Villegas 1. p. *ſanctoral. in vit. S. Aug.* ſic de eodem monaſterio Tagaſtenſi loquens: *Et hic quidem primaria Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, Monachorumque Auguſtinenſium ſunt iacta fundamenta*. Stephanus Garibay, dum *lib. 7. compend. hiſtorial. cap. 57. ad ann. 398.* ſcribit: *Eodem tempore Sacer Doctor Aurelius Auguſtinus ann. ſcilicet 398. Ordinem Religioſorum Eremitarū inſtituit, qui nunc vbique terrarum (ad inuidiam verò) in Hiſpania florent*. Suarez apertiſſimè toto dict. *cap. 9.* Paulus Morigia in *hiſt. Relig. cap. 22.* Aluarus Pelagius *de planct. Eccleſ. art. 56. §. ad iſtud, quod dicit oppoſitor*. Emanuel. Roderic; Antonius Yepes; Hieronym. Roder. Ioan. Bapt. Confettius, Hieronymus à Sorbo locis *num. 239.* adductis, & quotquot Eremitarum Ordinem à S. P. Auguſtino aſſerunt inſtitutū; non enim poſſunt eum noſtri Ordinis inſtitutorem appellare, ſi hic Ordo non eſſet ille idem, quem ipſe inſtituit.

263 Probatur tamen adhuc eodem argumento in fine duorum præcedentium dubiorum in Lugdunenſis Concilij auctoritate fundato. Ordo Eremitarum, qui modò eſt, ille idem eſt, de quo locutum eſt Concilium Lugdunenſe; & Ordo Eremitarum, de quo dictum Concilium locutum eſt, ille idem eſt, qui erat ante vnionem factam ab Alexandro IV. & ante Concilium Lateranenſe ex *ibi* dictis. Ergò Ordo Eremitarum, qui modò eſt, idem ille eſt (intellige ſemper ſubſtantialitèr) qui erat ante vnionem, & ante dictum Concilium Lateranenſe. Sed Ordo Eremitarum S. Auguſtini, qui erat ante vnionem, & ante dictum Concilium, eſt Ordo à S. P. Auguſtino inſtitutus, vt conſtat ex iam *dub. 7.* Ordinis ab eo inſtituti probata continuatione. Ergò Ordo Eremitarū, qui modò eſt, ille idem eſt, qui à S. P. Auguſtino fuit inſtitutus.

264 Probatur ſecundò teſtimonijs omni exceptione maioribus, quibus, ſi fides non habeatur, non video, quibus alijs habenda ſit, Vicarijs nempè Chriſti Summis Pontificibus, & Romanæ Eccleſiæ Oraculis. Ioannes Papa XXII. in Bulla, quæ incipit: *Veneranda Sanctorum Patrum.* ſub 13. *Kal. Februar, ann.* 1326. ad Priorem Generalem, & Fratres Ordinis Eremitarum S. Auguſtini directa apud Laurent. Empol. in *Bullar. Ord. pag. 197. §. 4. & 5.* enarrans conceſſionem, quam Ordini Eremitarum faciebat monaſterij iuxtà Eccleſiam S. Petri in Cęlo Aureo Papien. in qua corpus S. Auguſtini colitur, illud concedere dixit, *vt ibi tamquam membra ſuo Capiti, filij Patri, Magiſtro diſcipuli, Duci milites cohærentes Deo, & ipſi Sancto, auctoritate fulti Apoſtolica præcordialius iubiletis, vbi Præceptoris veſtri, Patris, Ducis, & Capitis Auguſtini noueritis reliquias eſſe ſepultas*. Ad cuius rei maiorem elucidationem adnectere libet, quod notat Iordanus de Saxon. *lib. 1. vit. Fratr. cap. 18.* & ſub hac forma refert Cellotius *lib. 2. d. Hierarch. Guilelmus Cremonenſis vir ſapientia, & ſanctitate præſtans eiuſdem Ordinis* (S. Auguſtini) *Generalis, cum ſuſceptos pro Eccleſia labores à Ioanne XXII. ſacra oblata purpura compenſari videret, vnum aliquod potius Ordini ſuo, quàm ſibi priuatum decus, & ornamentum conferri, ſupplex poſtulauit, videlicet, vt ſi ſupremæ Sedi placeret, collecto eruditorum virorum cætu exquirere, & definire, verè ne, an falsò*

Au-

Digitized by Google

Auguſtino Patre, & Inſtitutore gloriarentur. Collegit Pontifex, & excuſſis Bibliothecis omnibus communi decretum eſt Suffragio, quod pro auctoritate ſua Pontifex definiret, ità rem ſe habere; & venerandas magni Parentis reliquias Ticinenſi eorum monaſterio conceſſit, quatenus ibi tamquam membra ſuo Capiti, filij Patri, Magiſtro diſcipuli &c. etenim addit Pontifex: lamentabile videbatur proprios filios paterno ſepulchro priuari. Illud adeòque ſe illis tradere, ceu viuis hæredibus, & Legislatoris filijs. Quæ non eſt mera beneficij, & gratiæ collatio: ſed Iudicis cognita cauſa interlocutio.

265 Martinus Papa V. *Conſtit.6.* quę eſt de translatione corporis S. Matris Monicæ, apud d. Empol. *pag.* 258. quæ incipit *Pia Charitas.* Dat. 5. *Kal. Maij* 1426. ait. §. 2. *Corpus B. Monicæ S. Auguſtini Matris ex certis pijs reſpectibus, & cauſis; & præſertim, quià corpus dicti Sancti ipſius Ordinis Fundatoris in quadam Eccleſia Papienſi dicti Ordinis venerabiliter (prout decet) reconditum extitit &c.* Et in ſermone, quem pro dicta translatione ad Fratres Auguſtinianos habuit, incipient, *Gaudeo mihi quoque, Fratres religioſiſſimi &c.* impreſſo Romę, anno 1587. vna cum S. P. Auguſtini vita, per Auguſtinum Fiuizanum Saerarij Apoſtolici Præfectum, quem dicti Pontificis legitimum partum recognoſcit Baronius in *annot. ad Martyrolog. 9. Aprilis verb. Translatio S. Monicæ* ſic habet §. *quis verò &c. Non itaque iure, ac meritò gaudeam, qui ſim tantæ gratiæ adminiſtrator, vt beatiſſimæ huius Monicæ reliquias contingam, reddamque beatum corpus eiſdem, quos tanquàm nepotes Filius generauit Matri?* Et rurſus §. *Hæc igitur noſtra &c. Quæ nihil opus eſt vobis referam, modò intelligatis, quid ille veſtræ profeſſionis Parens, atque Inſtitutor præceptis ſuis voluerit &c.* Et clarius §. *Redite igitur &c.: Iam enim nulla dubitatio eſt, quin vobis in primis Pater ſit non eo modo, quod illius nomen ſingulari bonore ſectamini: verùm* (quod velim perpendi) *iudicio noſtro, hoc potiſſimum cauſa eſt, quod ad vos vna cum Filio Mater acceſſit; tanquam indignè ferret, non ijs corpore præſentem eſſe, qui ſe digna religione honorarent, proſpexit credo, velut errantes paruulos, vt in ſinum ipſa quoque nepotes acciperet. Nondùm enim cuiquàm, niſi vobis hæc ſancta dicata eſt; nec alteri, quàm ordini veſtro ceſſit: multi tamen Auguſtini nomen ſubire, iam de ipſa Religionis dignitate certantes, quaſi ſolis hic honor debeatur, quem velut primi affectant. Sed alius hic locus eſt. Ipſa quidem Mater ſolos elegit, quos tanquam Filio Cognatos aſſumeret, , ſponte in Ordinem veſtrum ſuccedens.*

Sixtus IV. in Bull. Indulgent. pro monaſterio S. Auguſtini Romę in diebus SS. Auguſtini, Monicæ, & Nicolai. Dat. apud S. Petrum 7. *Idus Decembr. ann.* 1471. quæ incipit: *Dum attentè.* Et aſſeruatur in dicto monaſterio, teſtibus Coriolano in Defenſor. *argum. 9. pro 2. veritate;* Romano *in p. p. ſui Defenſorij, cap. 9.* Pleneuaulx *lib. 5. cap. 2.* Et in altera ſimili, quã adducit Marquez *de Orig. Eremit. cap. 9. §. 2.* Dat. apud S. Petrum 12. *Kal. April.* 1479. Pontific. *ann. 9.* ſic loquitur: *Dum attentè ex Paſtoralis officij debito conſideramus, & in pectoris noſtri Pontificij arcano reuoluimus, quod inter vniuerſos intemeratæ Eccleſiæ Doctores præcipuus Beatiſſimus Aurelius Auguſtinus &c. inter cætera Ordinis Eremitarum Fratrum eiuſdem plantator, & primus inſtitutor extitit &c.*

Alexander VI. in altera ſub 14. *Kal. April.* 1496. incipient *Ad Sacrum Ordinem* apud eumdem Marquez *loc. dict.* habet: *Ad Sacrum Ordinem Fratrum Eremitarum S. Auguſtini, quem glorioſus ipſe Doctor egregius, veluti radians ſydus in firmamento Eccleſiæ, ad glorioſam Omnipotentis Dei laudem, & Sacroſanctam illuſtrandam Eccleſiam, ſciſmatum extirpandas hæreſes, ac Infidelium confutandos errores, Chriſtianæ quoque Religionis propagationem, & Chriſtifidelium ſaluandas animas in agro Dominico plantauit.*

Iulius II. in Dat. 2. *Iul.* 1512. & Leo X. in Dat. 10. *Maij* 1613. ad Ægidium Viterbienſem Ordinis Generalem, apud Empol. *pag.* 213. & 228. his eiſdem verbis *D. Auguſtino Ordinis tibi commiſſi inſtitutori.* Gregorius XIII. in Bull. Indulgentiarum pro monaſterijs Indiarum ſub 25. *Iul.*. 1576. aſſeruata iuxtà fidem Nicolai Pleneuaulx *loc. ſupr.* in Archiuio monaſterij Vlyſſiponen. ſic *Ac Sancti Auguſtini dicti Ordinis Fundatoris, & S. Monicæ* & iterùm *Conſtit.* 83. apud Laert. Cherubin. *tom. 2. Bullar. ſub 25. Iunij* 1583. ad Generalem, & Fratres Ordinis Eremitar. *Ad Ordinem veſtrum ab ipſo Aurelio Auguſtino inſtitutum.*

266 Ex quibus ſic. Omnes iſti Pontifices loquuntur de Ordine Eremitarum poſt vnionē generalem, quæ contigit de 1256. Ergò loquuntur de Ordine Eremitarum, qui modo eſt. Si ergò huius Ordinis Caput, Pater, Dux, Inſtitutor, Fundator, Plantator ab eis dicitur S. Auguſtinus: quomodo præſens Ordo Eremitarum non ille idem, quem ipſe inſtituit? Certè, ſi non idem, ſed diuerſus eſſet: eius inſtitutor dici non poſſet. Hæc adeò mihi noſtrum probare videntur intentum, vt quid amplius deſiderari poſſit ignorem; ni Summorum Pontificum fidem infringere velimus: quorum aſſertioni planè ſtandum eſſe, & credendum, docent Menoch. *conſil. 100. n. 16. cum ſeq.* Maſcard. *de probat. concl. 1143. à n. 1. & concl. 1227. n. 1. cum ſeq.* Gabr. *inter commun. tom. 3. tit. de probat. concl. 3. num. 43. cum ſeq.* Barboſ. cum multis *in cap. cum à nobis. de teſt. & atteſtat. n. 4.* & fusè *in cap. vnic. de probat. in Clemen. à num. 6.* vbi in antiquis enuntiatiuam Papæ etiam in facto alieno plenè probare. Rot. *deciſ. 142. num. 6.* apud Farinac. *in 1. collat. nouiſſ. alias p. 4. diuerſ.*

267 Non poſſum hic non mirari, quod in re tàm clara cæcutiant Aquilæ. Non loquor de Ioanne Rouſſerio, & ſi *lib. de ſtat. & orig. Ordin. Seraphici in quæſt. 5. proœmiali*, dicat: *Ordo Eremitarum S. Auguſtini incæpit anno Domini. 1157. à S. Guilelmo Aquitaniæ Duce viro ſanctiſſimo, qui ſpretis ſæculi pompis in vaſtam Eremum ſeceſſit, & ibidem ſub D. Patris Auguſtini Regula perfectus Chriſti ſeruus eſſe cæpit*; ſibi enim ſtatim contra-

dicit ſubdens: *Cum enim videret ſuum Ordinem in omnibus labefactatum, dirutum, atque vaſtatum, vt nulla quaſi Religionis facies in eo videretur, hac calamitate permotus animum ad inſtaurandum adiecit; itá vt breui conualeſcens ex multitudine Religioſorum, & monaſteriorum meliorem faciem Ordo D. Auguſtini in Gallijs præſetulerit*. Dixi, contradicit; nam peto, qualis erat iſte Ordo, quem labefactatum videbat? Ordo ne, qui erat, vel Ordo, qui non erat? Non Ordo, qui non erat; quia non verificarentur *inſtauratio, conualeſcentia, melior facies*; nec potuiſſet dici labefactatus ſed deſtructus, & extinctus. Ergò Ordo, qui erat. Quomodò ergò tunc incæpit? Rursùs peto, qualis erat iſte ſuus Ordo? Vel qui tunc per ipſum incæpit, vel qui anteà erat? Non qui tunc per ipſum incæpit, quia non eſt credibilis labefactatio, & dirutio alicuius Ordinis in ipſo ſui exordio. Ergò ſuus Ordo, qui erat, Quomodò ergò per ipſum incæpit? Ex ſua ergò contradictione conuincitur erroris; niſi eum benignè interpretari velimus, & dicere, quod per ly *incæpit*, intellexerit per ipſum reflor eſcere cæpiſſe Ordinem Eremitarum,

268 De Franciſco Bordono loquor, qui in *Theatr. præcedentiæ. q.128 num.399.* hæc ſcribit de Ordine Eremitarum: *Et ſi concederemus hunc Ordinem immediatè inſtitutum fuiſſe à S. Auguſtino, quod multi negant probabiliùs, cum Dux Aquitaniæ ponatur primus ex Eremitis ſub Regula S. Auguſtini.* Parcendum tamen homini, qui licet in alijs eruditus, hoc tamen punctum reſoluit, vt illud eſſe vellet; Nemo; qui vel è longinquo hiſtorias ſalutaſſet, dixiſſet, Guilelmum eſſe primum ex Eremitis ſub Regula S. Auguſtini. Sed ad rem. Quomodò probabiliùs negatur, hunc Ordinem Eremitarum eſſe à S. Auguſtino immediatè inſtitutum? Quodnam, inquam talis maioris probabilitatis fundamentum? Quia dicit *S. Guilelmus ponitur primus ex Eremitis ſub Regula S. Auguſtini.* At quomodò hoc poteſt probabilitatem maiorem pro Auguſtiniano inſtituto denegando fundare, ſi ipſe idem Bordonus *ibid. num.427.* dicit. *Addo, quod Congregatio ex Guilelmo Duce Aquitaniæ inſtituta ab eo, anno 1156. non fuit ſub Regula S. Auguſtini, ſed S. Benedicti; ex Bull. Alex. apud Tamburin. tom.2. diſp.24. q.4. num. 37. Regulam autem S. Auguſtini non habuerunt, niſi de anno 1245. ab Innocentio IV. Bulla relata ab eodem Tamburin. Vnde ſubſequenter in Concilio Lugdunenſi ſub Gregorio X. vocati fuerunt Fratres Eremitani S. Auguſtini, eo quod illius Sancti Regulam receperunt &c.* Si inquàm Congregatio à S. Guilelmo inſtituta ab eo anno 1156. non fuit ſub Regula S. Auguſtini, quomodò S. Guilelmus primus Eremita ſub dicta Regula? Forſan (quod non credo) quia Guilelmitæ ex S. Auguſtini Regula ſuſcepta de anno, vt ipſe dicit, 1245. appellati ſunt ſubſequentèr in Concilio Lugdunenſi Fratres Eremitani S. Auguſtini, Eremita ſub Regula S. Auguſtini dicendus erit & S. Guilelmus, qui antequam ſua Congregatio S. Auguſtini Regulam ſuſcepiſſet, obierat? Si ergo iuxtà hanc eius aſſertionem non fuit S. Guilelmus Eremita ſub Auguſtini Regula, quomodò deſumitur hinc fundamentum probabilius negandi, Eremitarum Ordinem fuiſſe à S. Auguſtino inſtitutũ, quaſi velit innuere, inſtitutum fuiſſe à S. Guilelmo? Vlterius; ſi à S. Guilelmo fuiſſet reuerà inſtitutus, quomodò vocaretur Ordo Eremitarum S. Auguſtini? Quia reſpondet, *Illius Sancti Regulam receperunt*. Quod repetit in *tract. de præcedent. Cannonic. Lateran. cap.4. num. 15.* Sed hoc nihil abſurdius; cum tot Ordines ſub Regula S. Auguſtini militent, qui nullo modo hoc Eremitarum S. Auguſtini titulo nuncupantur. Rursùs, vbi ſubdit, quod ſubſequenter in Concilio Lugdunenſi vocati fuerunt Fratres Eremitani S. Auguſtini, vel ſermo eſt de prædicta S. Guilelmi Congregatione, vel de ipſa Religione Auguſtiniana? Si primùm; & quomodo, dum ea Congregatio deſierat ante Concilium Lugdunẽſe, vtpotè in vnione generali de 1256. incorporata Ordini, vt *num.241. & 245.*? Si de Religione ipſa; & quomodo, ſi antè Concilium Lateranenſe, quod fuit de 1215. iam erat Ordo Eremitarum teſte eodem Concilio Lugdunenſe, vt vidimus *num.257.*?

269 Dico ergò Bordono. Primò: S. Guilelmum quidem ſub Regula S. Auguſtini ſuam inſtituiſſe Congregationem; de qua re *quodlib: ſeq. dub. 8. per tot.* Secundò: cum non fuiſſe primum Eremitam ſub S. Auguſtini Regula, cum (omiſſis huc vſque dictis de Auguſtinianis Fratribus) in Eremitorio Sislę S. Auguſtini Fratres de anno 562. habitaſſe referat Iulianus Archipræsbyt. S. Iuſtinę Toletan; apud Ioſeph. de Siguenza Hieronyminianum *p. 1. Chronic. ſui Ordinis lib.5. cap.15.* aliosque Eremitas Auguſtinianos cum B. Ioanne Cirita ex Auguſtiniana Religione ad Ciſtercienſem de anno 1120. tranſijſſe commemorent Bernard. Brito Ciſtercienſis in *epiſt. ad Alexum de Meneſes Archiepiſc. Bracharens. 1. Iulij* 1616. & Antonius Yepes *tom. 7. hiſt. Benedictin. ann. 1120. cap. 4. fol.182.* præter eos, quos in antiquo Burgenſi monaſterio fuiſſe de anno 1017. vel ſaltem de 1050. habetur ex *lib. de miraculis SS. Crucifixi Burgen. cap.1.2. & 3.* Stephan. Garibay *lib.12. hiſt. Hiſp. cap.21.*, & quos in monaſterio Ordinis Venetijs de 1089. exuſto, teſte Baptiſta Ignatio *lib.1. de exempl. Illuſtr. Vir. cap.1. de prodigijs*, alijſque monaſterijs ante S. Guilelmi tempora floruiſſe, præ cæteris ſcriptoribus in ſuis Sæculis Auguſtinian. oſtendit, & probat Torellus; & à perſecutione Vandalica continua ſucceſſione perſeueraſſe docuimus cum S. Antonino, *num.237.*

270 Tertiò: S. Guilelmi Congregationem fuiſſe diſtinctã à Congregatione, ſeu Ordine eorũ Eremitarũ, qui ſemper dicti ſunt S. Auguſtini; vt patet ex adductis *num.245.* Bullarum verbis, quarum *quædam S. Auguſtini, quædam S. Guilelmi Ordinum*. Quartò: Guilelmitas appellatos Eremitas S. Auguſtini, non propter eius ſuſceptam Regulam ſolùm, ſed propter incorporationem factam dictæ Congregationis ad

Or-

Ordinem Eremitarum, vt *num.*253. oſtenſum, qui quamuis eſſent S. Auguſtini, Guilelmitæ tamen dicebantur à S. Guilelmo dictę Congregationis inſtitutore, ſeù Ordinis, dictę Congregationis beneficio, reſtauratore.

271 Tandem, S. P. Auguſtinum Eremitarũ Ordinem inſtituiſſe iuxtà tradita *dub.* 1. *&* 3. *huius quodlib.* & Ordinem ab eo inſtitutum, numquàm ex dictis *dub.* 7. defeciſſe, & per vnionem generalem remanſiſſe ſubſtantialiter eumdem, ſicut *dub.* 9. probatum eſt; & conſequenter eum Suarij verbis *d. tract.* 9. *lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 23. concludo. *Ergò poſt reformationem Alexandri manſit nihilominùs eadem Religio, quæ anteà erat; nam retinuit eamdem inſtitutionem, quæ præceſſerat ante Concilium generale; ſed anteà illa Religio erat deſcendens hæreditario iure ex inſtitutione Auguſtini, vt oſtenſum eſt, quia nulla alia inſtitutio illi poteſt attribui; ergò eadem poſteà manſit.* Hoc eſt, Ordinem Eremitarum, qui modò eſt, eſſe ab Auguſtino inſtitutum.

DVBIVM XI.

An Ordo Eremitarum ſit ab Eccleſia approbatus.

272 PRO Religionum inſtitutionibus ſumpta tamen Religione, non quoad eſſentiam in tribus eſſentialibus votis ſitam; quo pacto de iure diuino eſt, & à Chriſto inſtituta: ſed quoad accomodationem ad certum viuendi modum ſub hac, vel illa forma, quo pacto dicit inuentionem humanam; eſtque iuris Eccleſiaſtici, neceſſariam eſſe Eccleſiæ approbationem ſuppono cum Suarez *tom.* 3. *de Relig. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 14. 15. 16. *& cap.* 16. *num.* 14. *& toto cap.* 17. Sanchez. *lib.* 5. *in præcept. Decal. cap.* 5. *num.* 15. Bartholom. à S. Fauſto in *Theſaur. Relig. lib.* 5. *q.* 14. *&* 15. Donat. *tom.* 4. *tract.* 14. *q.* 17. Quia verò huiuſmodi approbatio attendi poteſt vel reſpectu Sũmi Pontificis, vel etiam Epiſcoporum, ad quos pariter ante Concilium Lateranenſe munus hoc attinebat per Vaſquez *in p.* 2. *diſp.* 165. *cap.* 4. *num.* 38. *&* 39. Azor. *tom.* 1. *Inſtit. moral. lib.* 11. *cap.* 23. *q.* 5. *&* 6. *& tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 7. *verſ. quæres quare.* Mirand. *manual. Prælat. tom.* 1. *q.* 3. *art.* 6. *Peyrin. tom.* 1. *in Conſtit. Pyrrhi num.* 2. *Bordon. reſol.* 87. *num.* 145. præter adductos Suarez *d. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 2. 3. *&* 4. Sanch. *ibid.* Bartholom. à S. Fauſt. *d. q.* 14. licet modò ad Summum Pontificem tantummodò ſpectet. *Cap. Ne nimia. de Relig. domib. & cap. unic. eod. tit. in* 6. *cap. vnic. de Vot. item in* 6. Et ibi notat Gloſs. *in verſ. per Sedem Apoſtolic.* D. Thom. 2. 2. *q.* 188. *art.* 1. *ad* 4. Bellarmin. *de Monach. cap.* 4. Suarez. *d. cap.* 15. *num.* 1. *in fin. & nu.* 18. *cap.* 16. *num.* 1. 8. *& ſeq.* Azor. *d. cap.* 7. *q.* 1. Eman. Roderic. *tom.* 3. *qq. Canonic. & Regul. q.* 48. *art.* 3. Sanchez. Mirand. *dd. locis.* Donat. *ibid. q.* 15. *num.* 3. Barboſ. *de iur. vniu. lib.* 1. *cap.* 41. *nu.* 203. & de *poteſt. Epiſc. allegat.* 50. *nu.* 47. Fagnan. *in cap. recalentes. de ſtat. Monach. num.* 34. ab vtriſq; approbatum dico Ordinem Eremitarum.

273 Et primò Epiſcoporum auctoritate; nempè Valerij Hipponenſis, & Aurelij Carthaginenſis Epiſcoporum, quorum ille cognito Auguſtini inſtituto, nempè Monaſtico, quod Mediolano, & Roma illuc tranſuexerat, & quod per triennium in monaſterio Tagaſtenſi obſeruarat, & eius cognita voluntate in eo perſiſtendi adhuc poſt Præsbyteratum, hortum illi dedit ad monaſterium ædificandum, vt ibi cum Fratribus ſuis iuxtà propoſitum ſuum viueret, vt conſtat ex dictis *num.* 99. *&* 153., & quòad eos inuiſendos, quandoque, teſte Sigeberto *epiſt. ad Macedon.* declinabat; & alter, vt idem inſtitutum in ſuam Diæceſim induceret, alterum agrum Auguſtini Fratribus pro ędificando propè Carthaginem monaſterio conceſſit, in quibus donationibus quis dicti inſtituti inuiſceratam approbationem non videat, cum ex prorsùs conſimili donatione approbationem Ordinis Carthuſianorum probet Surius in vit. S. Brunonis, *cap.* 20. dicens: *Approbatus autem dicitur ex litteris eiuſdem Vrbani II. quibus liberè deſertum Carthuſianum remiſit, & illis, ac Succeſſoribus perpetuò tradidit poſſidendum. Hæ fuere primæ Romani Pontificis litteræ de Carthuſiano inſtituto, quæ magno ſunt documento ab ipſis Carthuſianæ Religionis initijs eam à Sede Apoſtolica approbatam eſſe?* Cenſetur enim Summus Pontifex Religionem aliquam de nouo inſtitutam approbare indulgendo, quod permaneat in tali, vel tali loco, vel Eccleſia. Bordon. *tom.* 5. *de profeſſ. Regul. cap.* 2. *num.* 159. Quod idem dicendum de Epiſcopis pro eo tempore, quo Religiones approbare poterant. Vnde Alphonſ. Villegas *tom.* 1. *ſanctoral. in vit. Sancti Auguſtini*, ſic ſcribit: *Approbauit S. Valerius eum ſtatum* (ſcilicet Auguſtini inſtitutum) *quia erat eo tempore in Eccleſia moris, vt Epiſcopi approbarent vel reſcinderent, quæ in Eccleſia Dei vtilia, vel inutilia deprehenderent. Eamdem confirmationem in ipſis ſui originis crepundijs habuerunt SS. Baſilij, & Benedicti Ordines*; & Thomas de Trugillo *t.* 2. *ſui Theſaur. concion. ſerm. de S. Auguſtino* in eumdem ſenſum ſic loquitur: *Approbauit B. Valerius Epiſcopus eam Religionem, & inſtitutum, ſicut olim fieri ſolebat, vt ſinguli Epiſcopi in ſua Diæceſi approbarent inſtituta ipſorum Religioſorum; ſic enim primùm Ordo D. Baſilij, & Benedicti approbatus fuit.* Quam Ordinis Auguſtiniani approbationem ſic factam tenent Leſſius *de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 1. *num.* 13. Valenzuel. *conſ.* 1. *n.* 74. Suarez *d. tom.* 3. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 4. ad ea verba Trithemij *ex lib. de laud. Carmel. cap.* 5. *Dic mihi Detractor &c.* & *tom.* 4. *tract.* 9. *lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 30. Azor *tom.* 1. *lib.* 11. *cap.* 23. *q.* 6. Miranda, & Bartholom. à S. Fauſt. *loc. dictis* Thomas à Ieſu *de var. regul. Carmel. part.* 2. *dub.* 3. dum S. P. Auguſtini Regulam, quàm prò Fratribus primò conſcriptam ſuo loco oſtendemus, ab Epiſcopis ſentiunt confirmatam; eadem enim eſt ratio de Auguſtini Regula, ac eius Ordine, ſiue inſtituto per Suarez *d. tract.* 9. *lib* 2. *cap.* 9. *num.* 32. *&* 33.

274 Accedit ipſius S. P. Auguſtini actoritas,

qua

qua poſt aſſumptum Epiſcopatum, ſuum Ordinem approbaſſe putat Suarez *tom. 3. d. cap. 17. num.* 10. *& tom.* 4. *d. cap.* 9. *num.* 30. Et mihi certum eſt omninò, cum illum *per totam Africam*, vt *lib. de oper. Monach. cap.* 28. ſcripſit, deſideraueeit *pullulare*; adeò vt, dum obijt, plura reliquerit monaſteeia, vt dictum eſt *dub.* 1. *huius* 2. *quodl.* Quod, quamuis non fuiſſet antecedenter eius Ordo approbatus à S. Valerio, ſatis eſt, vt ab Eccleſia iuxtà eorum tempoeum conſuetudinem approbatus habeatue.

Audio reſponſum. Hoc ſcilicet tantummodò oſtendi hanc Ordinis Eremitarum approbationem fuiſſe particularem, & pro ſingulaeibus locis, vt ab Epiſcopis partieularibus prouenientem, & non vniuerſalem pro tota Eccleſia.

275 Dico propterea ſecundò, fuiſſe hunc Ordinem & à prima Sede approbatum, ab Innocentio inquam I. Summo Pontifice, vt tradit præter Aubertum Myræum *Orig. Monaſt. lib.* 3. *cap.* 13. Gondiſaluus Illeſcas *lib.* 2. *hiſt. Pontific. cap.* 9. ſic de Innocentio ſcribens: *Anno ſui Pontificatus. 2. Regulam, & modum viuendi Eremitis Fratribus ab Auguſtino præfixum approbauit, & confirmauit. Fuit Innocentius Auguſtini amiciſſimus; indulta, & priuilegia Ordini ipſius elargitus eſt, etiam facultate data, vt Eremitoria ædificarent.* Et inſupee à Zoſimo Papa, vt idem Illeſcas *ibid. cap.* 10. *Regulæ ab Auguſtino Eremitis datæ approbando ſubſcripſit, auctoritate etiam elargita, vt verbum Dei per totum Orbem liberè prædicarent.* Quem ſequitur Valenzuel. *dict. conſ.* 1. *num.* 77.

276 Nec me mouet hæc B. Iordani de Saxonia in *cap.* 19. *lib.* 1. *Vit. Fratr.* adnotatio: *Sed in vno ſolo Beatus Auguſtinus minus fecit, quod videlicet confirmationem ſui Ordinis à Sede Apoſtolica non impetrauit, contentus auctoritate ordinaria in Diœceſi ſua*; quia hanc Innocentij I. approbationem affirmari inuenio primò ab Henrico de Vrimaria ſeeiptore antiquiore, deindè à Coriolano, Pamphil. *in Chronic.* Romano *lib.* 1. *hiſt. S. P. Aug. cap.* 18. *fol.* 41., *&* 42. *& in.* 1. *Centur. ad ann.* 401. *& in Defenſorio Ord.* Cardinal. Seripando *in comment. ad ann.* 404. & ab Antonio à Purificatione *tom.* 1. *Chronic. Portugalen. lib.* 1. *tit.* 3. §. 2. vbi Franciſcum de Padill. *in hiſt. Hiſpan. centur.* 15. *c.* 11. pro ſe adducit; & aliàs Iordanus hoc fortaſsè dixerit, eo quia confirmationis litteras ipſe non viderit, quo non fit, quod non extiterint, vt teſtatur Henricus.

277 At quamuis hoc non admitteretur; cum Eremitarum Ordo approbatus fuerit primò ab Epiſcopis Africanis, deindè pee Orbem valdè diffuſus, ideſt intrà Diœceſes aliorum Epiſcoporum, ſine quorum facultate nullibi ſubſiſtere potuiſſet, iuxtà *c. quidam Monachorum c. de Monachis & c. Cellulas* 18. *q.* 2. fuerit introductus, & ab eis vſque ad Romanam Sedem acceptatus, hoc ſufficit, vt dicatue *perueniſſe* (ſunt verba Suarij *d. num.* 30.) *ad abſolutam, & vniuerſalem approbationem totius Eccleſiæ ſaltem tacitam, quæ æquiualet expreſſæ.* In quem ſenſum locutus eſt etiam Ioan. Gerſon. Cancellarius Paeiſienſis *contrà Impugnat. Ord. Carthuſ. §. final. De Religionibus autem antiquis non legimus aliquã approbationem expreſſam Sedis Apoſtolicæ: ſed earum vita ſancta Eccleſia ſciente, & eis vt veris ſanctis, & approbatis communicante, & multa, & varia priuilegia concedente, erat earum plena confirmatio. Eſt autem Carthuſienſis Ordo cæteris omnibus antiquior, exceptis Benedicti, & Auguſtini Ordinibus.*

278 Neque ex hoc ſequitur, quod Eremitarum Ordo fuerit approbatus approbatione tantummodò permiſſiua, non verò approbatione dictum Ordinem canonizante, qualis eſt confirmatio à Pontifice ſolemnitèe facta; *Quia interdùm tacita approbatio poteſt eſſe tanta, vt expreſſæ æquiualeat, & æqualem cum illa habeat auctoritatem, ſicut de Canonizatione Sanctorum dici ſolet, & conſtat de antiquis Sanctis ſola vniuerſali traditione totius Eccleſiæ canonizatis; par eſt enim ratio de authentica approbatione Religionis.* Ità Suarez *dict. cap.* 9. *num.* 32. vbi exemplificat in Religionibus SS. Baſilij, & Benedicti; & facta duplicis approbationis diuiſione: *Alia verò* (ſubdit) *eſt approbatio, quæ licet conſuetudine introducatur, & ideò tacita vocetur, ad eum tamen gradum peruenit, vt recepta, & firma opinione totius Eccleſiæ, & iudicio Summorum Pontificum factis ipſis priuilegijs ſufficientèr declarato, ſit ſufficiens, vt per eam proponatur aliquis ſtatus, tamquàm vera perfectionis via; & hanc approbationem dicimus æquiualere expreſſæ. Hoc igitur ſecundo modo dicimus Ordinem D. Auguſtini fuiſſe ab Eccleſia approbatum longè ante Concilium Lateranenſe &c.*

279 Nec aliud dici poteſt, quia ſtante antiquiſſimo tempore, præſumendus eſt à Sede Apoſtolica approbatus, vt ex Decio, & Bald. firmauit Scipio Lancellotus pro Canonicis Regular. *in cauſ. præcedentiæ* apud Tamburin. *de iur. Abb. tom.* 1. *diſp.* 22. *q.* 1. *num.* 147. ſequiturque Bordonus *tract. de profeſſ. Regul. cap.* 1. *num.* 161. & cum ab immemorabili ſe geſſerit ſemper pro approbato, hac legitima præſcriptione poſſeſſionem approbatæ Religionis ſortitus eſt, & pro ritè confirmato haberi debuit ex text. in *l. de quibus ff. de legibus, & Senatus conſ. l. diuturna, eod. tit. & cap. final. de conſuetudin.* Hæc enim inueterata conſuetudo gerendi ſe in Eccleſia pro approbata, quæ potens eſt inducere approbationem, quę priuilegio Papæ poteſt concedi. Nauar. *lib.* 3. *conſ. de Regul. conſil.* 15. *nu.* 3. Oldrad. *conſ.* 171. *quia omnes in princ. conſ.* 146. *in fin. & conſ.* 254. *num.* 8. Auguſtinianæ Religioni ius tituli, & priuilegij impartitur, ex text. in *l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æſtiu.* & *cap. ſuper quibuſdam. §. præterea de Verb. ſignificat.* Gonzal. ad *reg.* 8. *cancell. gloſſ.* 33. *nu.* 4. Cauall. *commun. contrà commun. tom.* 4. *q.* 897. *num.* 233. *&* 478. Borrel. *in Summ. omnium deciſ. tit.* 14. *nu.* 49. Ità quod allegando hanc approbationem ſibi competere priuilegio Papæ, & ſi ad hoc probandum litteras Apoſtolicas non habeat, dum probat conſuetudinem immemorialem, verè probat in iure titulum, & priuilegium à ſe allegatum. Nauarr. *dict. conſ.* 15.

num.

Digitized by Google

*num.*4. Maſcard. *vol.*2. *concl.*1377. *à num.* 16. *verb. Titulus*; *& vol.* 1. *concl.* 425. *num.*4. *verb. conſuetudo*; *& concl.*199.*n.*11. *& concl.*251.*n.*14.

280 Quod autem ſe geſſerit ſemper vt approbata, oſtendunt profeſſiones in Ordine Auguſtiniano ſolitæ emitti; habetur enim *in cap. Ad noſtram. de Regul. & tranſeunt.* Eremitas de Montefollio, quos Auguſtinianos ex Ioann. Andrea, & Manriqu. fuiſſe diximus *num.*208. conſueuiſſe Religionis habitum alijs impartiri, & ad profeſſionem admittere. Et ſuadetur ex interrupta Ordinis Eremitani continuatione, vt pariter dictum eſt à *nu.*236. *& ſeq.*, quæ ſucceſſiuas Religioſorum profeſſiones importat. Quas profeſſiones fuiſſe ſolemnes non crederem à quoquam negari; tum quia, cum in *d. cap. Ad noſtram* declaratum fuerit, quod vnus ex illis Auguſtinianis Religioſis, ſi in ſuſcipiendo Profeſſionis habitu, vt ibi explicant Alagona, Viuian Barboſ. Fagnan. aliquæ ad Profeſſionem requiſitæ conditiones defuiſſent, eſſet à Religionis vinculis abſolutus, ſequitur alios, in quibus huiuſmodi defectum conſiderare non erat, Religionis vinculo alligatos, & eorum profeſſiones ſolemnes fuiſſe; tũ quia matrimonium contractũ, & conſumatũ cuiuſdam fæminę poſt emiſsá Profeſſionẽ in manibus cuiuſdã, è Fratribus Auguſtinianis, diſſolutum fuit, & pro irrito declaratum ex *cap. Inſinuante tit. Qui Cleric. vel vou.* quod ſanè diſſolutum non fuiſſet, ni cum voto profeſſio fuiſſet ſolemnis. Vndè, ſi talis mulieris profeſſio ſolemnis fuit, à fortiori tales dicendum eſt & fuiſſe profeſſiones illorum Fratrum, qui alios ad ſui Ordinis habitum per profeſſionem ſolemnẽ admittebant. Ex quo rurſùs ſequitur Ordinem Eremitarum ſemper ſe geſſiſſe in Eccleſia, vt approbatum; non enim ſolemnes eſſe poſsunt, niſi in approbata Religione profeſſiones, per text. in *cap. vnic. de vot. in* 6. & ex comm. DD. ſententia *ibi*; ac D.Thom. 2.2. *q.*88. *art.*5. Nauarr. *conſil. lib.* 1. *conſ.* 9. *num.*7. Syluestr. *verb. Relig.* 3. *q.*14. Vaſquez *in* 1.2. *diſp.*165. *cap.*8. *num.* 82. Sanchez *d. lib.*5. *cap.*1. *num.*11. Azor. *d. lib.* 12. *cap.* 5. *q.*4. *& cap.*6. *q.*1. *in fin.* Suarez *t.* 3. *de Relig. lib.*2. *cap.*12. *num.*3. *& lib.*6. *cap.*2. *nu.*32. *& cap.*11. Roderic. *t.*1. *q.*1. *art.*2. Mirand. *tom.* 1. *q.*20. *art.*1. A'S. Fauſto *in Theſaur. lib.*5. *q.*6. *&* 7. *&* 10. *num.*2. *& q.*11. *num.*3. Vndè, cum ſe geſſerit hoc pacto vt approbata Auguſtiniana Religio, & hoc ab immemorabili, benè ſtat pro ea, vt dictum eſt, verę approbationis titulus. Vt autem meliùs, & oſtendatur hæc approbatio, & ſpecificetur, ſit.

DVBIVM XII.

An Ordo Eremitarum approbatus fuerit ante Concilium Lateranenſe.

281 APprobationem Ordinis Eremitarum Lateranenſe Concilium præceſſiſſe, iam eſt inſinuatum; ſiue enim loquamur de approbatione Epiſcoporum, nempè Valerij, & Aurelij, ſiue Summorum Pontificum Innocentij, & Zoſimi, vtramque ante dictum Concilium contigiſſe per ſe conſtat; ſed adhuc non tantùm conſuetudine, ſed etiam modo ſpeciali ante dicta tempora per Eccleſiam vniuerſalem approbatam fuiſſe oſtendamus.

Et primò ex facultate facta de anno 1174. vt habet Herrera in *reſpons. pacific.*5. *nu.*514. *& nu.*611. Ordini Eremitarum ab Alexandro III. (qui teſte Onuphr. *de Pontific. & Cardin. pag.* 116. *&* 120. & Laert. Cherubin. *tom.*1. *Bullar. fol.*23. electus eſt *Nonis Septembr.*1159.) admittendi ad habitum Religionis Nouitios, & eorum bona poſſidendi, ſicut apparet ex priuilegio conſimili facto à Gregorio IX. Conuentui Beneuentano noſtrę Auguſtinianę Religionis, quod reperitur in *Regiſtr. d. Gregory IX. nu.* 9. & refertur à Marquez *cap.*14. §.8. ſub hac forma: *Cum in Eccleſia veſtra ſit Ordo canonicus* (non pro Ordine Canonicorum, vt contrà Pennottum fusè probat Herrera à *num.*311. vſque ad 324. vbi adducit Bullas ex Bullar. Empol., & alias Eremitarum Ordini ſub eodem titulo *Ordinis Canonici*, directas: Sed pro Ordine militante ſub Auguſtini Regula, quæ Canonica, ad differentiam Regulę D. Benedicti, quę Monaſtica vocabatur, vt docet Herrera *ibi nu.*323. vel, vt meliùs loquamur, proùt ſignificat idem, ac canonicè, quo pacto competit, & Ordini Prædicatorum, & ſic eum vocauit Ordinem canonicum Honorius III. in Bull. dat. *Kalen. Ianuarij* 1216. §. 1. apud Laertium Cherubin. *tom.*1. *Bullar. pag.*45.) *ſecundùm Deum, & B. Auguſtini Regulam nouiter inſtitutus ad exemplar fælic. record. Alexandri Papæ prædeceſſoris noſtri, vobis concedimus, vt qui de Ciuitate Beneuento. ſiue ſint indigenæ, ſiue aduenæ, ſe & ſua in vita in morte Eccleſiæ veſtræ duxerint conferenda, ac auctoritate Noſtra recipiendi, retinendique habeatis liberam facultatem. Dat. Laterani.* 13. *Kal. Decemb. Pontificatus Noſtri. anno.*6. ideſt 1232. Si ergò, vt Gregorius dicit, ſimile priuilegium, eſt Ordini Eremitarum ab Alexandro III. conceſſum, ab illo fuit ſine dubio approbatus; cum Religio aliqua approbari dicatur, tum quando per Summos Pontifices illi tribuitur facultas admittendi ad habitum, ſeù ad talem ſtatum, quos Deus vocauerit. Suarez de *Relig. tom.* 3. *lib.*2. *cap.*15. tum quando illi conceditur facultas poſſidendi bona. Bordon. *tom.*5. *tract. de profeſſ. Regul. cap.*1. *n.*159. Ergò ante Concilium Lateranenſe erat ab Eccleſia ſpecialiter approbatus Ordo Eremitarum.

282 Secundò ex ſupradictę mulieris ſolemni profeſſione facta, per *d. cap. Inſinuante* in manu Fratris Auguſtiniani, quę ſolemnis eſſe non potuiſſet, niſi in Religione approbata, iuxtà dicta dubio antecedente. Siquidem *d. cap. Inſinuante* ab Innocentio III. emanauit ante Concilium Lateranenſe, cum emanauerit *Kal. Decembr.* anno eius Pontific. ſecundo, teſte Laurent. Empol. *in Bullar. Ord. Auguſt. fol.*163. *col.*1. ideſt anno 1199. Concilium verò Lateranenſe celebratum fuit de anno 1215. & aliàs, ſi emanaſſet

naſſet

qua poſt aſſumptum Epiſcopatum, ſuum Ordinem approbaſſe putat Suarez *tom. 3. d. cap. 17. num.10. & tom.4. d. cap.9. num.30.* Et mihi certum eſt omninò, cum illum *per totam Africam,* vt *lib. de oper. Monach. cap.*28. ſcripſit, deſiderauerit *pullulare*; adeò vt, dum obijt, plura reliquerit monaſteria, vt dictum eſt *dub.1. huius 2. quodl.* Quod, quamuis non fuiſſet antecedenter eius Ordo approbatus à S. Valerio, ſatis eſt, vt ab Eccleſia iuxtà eorum temporum conſuetudinem approbatus habeatur.

Audio reſponſum. Hoc ſcilicet tantummodò oſtendi hanc Ordinis Eremitarum approbationem fuiſſe particularem, & pro ſingularibus locis, vt ab Epiſcopis particularibus prouenientem, & non vniuerſalem pro tota Eccleſia.

275 Dico propterea ſecundò, fuiſſe hunc Ordinem & à prima Sede approbatum, ab Innocentio inquàm I. Summo Pontifice, vt tradit præter Aubertum Myræum *Orig. Monaſt. lib.3. cap.13.* Gondiſaluus Illeſcas *lib.2. hiſt. Pontific. cap.9.* ſic de Innocentio ſcribens: *Anno ſui Pontificatus. 2. Regulam, & modum viuendi Eremitis Fratribus ab Auguſtino præfixum approbauit, & confirmauit. Fuit Innocentius Auguſtini amiciſſimus; indulta, & priuilegia Ordini ipſius clargitus eſt, etiam facultate data, vt Eremitoria ædificarent.* Et inſuper à Zoſimo Papa, vt idem Illeſcas *ibid. cap.10. Regulæ ab Auguſtino Eremitis datæ approbando ſubſcripſit, auctoritate etiam elargita, vt verbum Dei per totum Orbem liberè prædicarent.* Quem ſequitur Valenzuel. *dict. conſ.1. num. 77.*

276 Nec me mouet hæc B. Iordani de Saxonia in *cap.19. lib.1. Vit. Fratr.* adnotatio: *Sed in vno ſolo Beatus Auguſtinus minus fecit, quod videlicet confirmationem ſui Ordinis à Sede Apoſtolica non impetrauit, contentus auctoritate ordinaria in Diæceſi ſua*; quia hanc Innocentij I. approbationem affirmari inuenio primò ab Henrico de Vrimaria ſcriptore antiquiore, deindè à Coriolano, Pamphil. *in Chronic.* Romano *lib.1. hiſt. S. P. Aug. cap.18. fol.41., & 42. & in. 1. Centur. ad ann.401. & in Defenſorio Ord.* Cardinal. Seripando *in comment. ad ann.404.* & ab Antonio à Purificatione *tom.1. Chronic. Portugalen. lib.1. tit.3. §. 2.* vbi Franciſcum de Padill. *in hiſt. Hiſpan. centur.15. c.11.* pro ſe adducit; & aliàs Iordanus hoc fortaſsè dixerit, eo quia confirmationis litteras ipſe non viderit, quo non fit, quod non extiterint, vt teſtatur Henricus.

277 At quamuis hoc non admitteretur; cum Eremitarum Ordo approbatus fuerit primò ab Epiſcopis Africanis, deindè per Orbem valdè diffuſus, ideſt intrà Diæceſes aliorum Epiſcoporum, ſine quorum facultate nullibi ſubſiſtere potuiſſet, iuxtà *c. quidam Monachorum c. de Monachis & c. Cellulas 18. q.2.* fuerit introductus, & ab eis vſque ad Romanam Sedem acceptatus, hoc ſufficit, vt dicatur *perueniſſe* (ſunt verba Suarij *d. num. 30.*) *ad abſolutam, & vniuerſalem approbationem totius Eccleſiæ ſaltem tacitam, quæ æquiualet expreſſæ.* In quem ſenſum locutus eſt etiam Ioan. Gerſon. Cancellarius Pariſienſis *contrà Impugnat. Ord. Carthus. §. final. De Religionibus autem antiquis non legimus aliquã approbationem expreſſam Sedis Apoſtolicæ: ſed earum vita ſancta Eccleſia ſciente, & eis vt veris ſanctis, & approbatis communicante, & multa, & varia priuilegia concedente, erat earum plena confirmatio. Eſt autem Carthuſienſis Ordo cæteris omnibus antiquior, exceptis Benedicti, & Auguſtini Ordinibus.*

278 Neque ex hoc ſequitur, quod Eremitarum Ordo fuerit approbatus approbatione tantummodò permiſſiua, non verò approbatione dictum Ordinem canonizante, qualis eſt confirmatio à Pontifice ſolemnitèr facta; *Quia interdùm tacita approbatio poteſt eſſe tanta, vt expreſſæ æquiualeat, & æqualem cum illa habeat auctoritatem, ſicut de Canonizatione Sanctorum dici ſolet, & conſtat de antiquis Sanctis ſola vniuerſali traditione totius Eccleſiæ canonizatis; par eſt enim ratio de authentica approbatione Religionis.* Ità Suarez *dict. cap. 9. num.32.* vbi exemplificat in Religionibus SS. Baſilij, & Benedicti; & facta duplicis approbationis diuiſione: *Alia verò* (ſubdit) *eſt approbatio, quæ licet conſuetudine introducatur, & ideò tacita vocetur, ad cum tamen gradum peruenit, vt recepta, & firma opinione totius Eccleſiæ, & iudicio Summorum Pontificum factis ipſis priuilegijs ſufficientèr declarato, ſit ſufficiens, vt per eam proponatur aliquis ſtatus, tamquàm vera perfectionis via; & hanc approbationem dicimus æquiualere expreſſæ. Hoc igitur ſecundo modo dicimus Ordinem D. Auguſtini fuiſſe ab Eccleſia approbatum longè ante Concilium Lateranenſe &c.*

279 Nec aliud dicì poteſt, quia ſtante antiquiſſimo tempore, præſumendus eſt à Sede Apoſtolica approbatus, vt ex Decio, & Bald. firmauit Scipio Lancellotus pro Canonicis Regular. *in cauſ. præcedentiæ* apud Tamburin. *de iur. Abb. tom.1. diſp.22. q.1. num.147.* ſequiturque Bordonus *tract. de profeſſ. Regul. cap.1. num. 161.* & cum ab immemorabili ſe geſſerit ſemper pro approbato, hac legitima præſcriptione poſſeſſionem approbatæ Religionis ſortitus eſt, & pro ritè confirmato haberi debuit ex text. in *l. de quibus ff. de legibus, & Senatus conſ. l. diuturna, cod. tit. & cap. final. de conſuetudin.* Hęc enim inueterata conſuetudo gerendi ſe in Eccleſia pro approbata, quæ potens eſt inducere approbationem, quę priuilegio Papæ poteſt concedi. Nauar. *lib.3. conſ. de Regul. conſil.15. nu.3.* Oldrad. *conſ.171. quia omnes in princ. conſ. 146. in fin. & conſ.254. num.* 8. Auguſtinianæ Religioni ius tituli, & priuilegij impartitur, ex text. in *l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æſtiu.* & *cap. ſuper quibuſdam. §. præterea de Verb. ſignificat.* Gonzal. ad *reg.8. cancell. gloſſ. 33. nu. 4.* Cauall. *commun. contrà commmun. tom.4. q.897. num.233. & 478.* Borrel. *in Summ. omnium deciſ. tit.14. nu.49.* Ità quod allegando hanc approbationem ſibi competere priuilegio Papæ, & ſi ad hoc probandum litteras Apoſtolicas non habeat, dum probat conſuetudinem immemorialem, verè probat in iure titulum, & priuilegium à ſe allegatum. Nauarr. *dict. conſ. 15. num.*

*num.*4. Maſcard. *vol.*2. *concl.*1377. *à num.* 16. *verb. Titulus*; & *vol.* 1. *concl.* 425. *num.*4. *verb. conſuetudo*; & *concl.*199. *n.*11. & *concl.*251. *n.*14.

280 Quod autem ſe geſſerit ſemper vt approbata, oſtendunt profeſſiones in Ordine Auguſtiniano ſolitæ emitti; habetur enim *in cap. Ad noſtram. de Regul. & tranſeunt.* Eremitas de Montefollio, quos Auguſtinianos ex Ioann. Andrea, & Manriqu. fuiſſe diximus *num.* 208. conſueuiſſe Religionis habitum alijs impartiri, & ad profeſſionem admittere. Et ſuadetur ex interrupta Ordinis Eremitani continuatione, vt pariter dictum eſt *à nu.*236. & *ſeq.*, quæ ſucceſſiuas Religioſorum profeſſiones importat. Quas profeſſiones fuiſſe ſolemnes non crederem à quoquam negari; tum quia, cum in *d. cap. Ad noſtram* declaratum fuerit, quod vnus ex illis Auguſtinianis Religioſis, ſi in ſuſcipiendo Profeſſionis habitu, vt ibi explicant Alagona, Viuian Barboſ. Fagnan. aliquæ ad Profeſſionem requiſitæ conditiones defuiſſent, eſſet à Religionis vinculis abſolutus, ſequitur alios, in quibus huiuſmodi defectum conſiderare non erat, Religionis vinculo alligatos, & eorum profeſſiones ſolemnes fuiſſe; tũ quia matrimonium contractũ, & conſumatũ cuiuſdam fæminę poſt emiſsã Profeſſionẽ in manibus cuiuſdã, è Fratribus Auguſtinianis, diſſolutum fuit, & pro irrito declaratum ex *cap. Inſinuante tit. Qui Cleric. vel vou.* quod ſanè diſſolutum non fuiſſet, ni cum voto profeſſio fuiſſet ſolemnis. Vndè, ſi talis mulieris profeſſio ſolemnis fuit, à fortiori tales dicendum eſt & fuiſſe profeſſiones illorum Fratrum, qui alios ad ſui Ordinis habitum per profeſſionem ſolemnẽ admittebant. Ex quo rursùs ſequitur Ordinem Eremitarum ſemper ſe geſſiſſe in Eccleſia, vt approbatum; non enim ſolemnes eſſe poſſunt, niſi in approbata Religione profeſſiones, per text. in *cap. vnic. de vot. in* 6. & ex comm. DD. ſententia *ibi*; ac D.Thom. 2.2. *q.*88. *art.*5. Nauarr. *conſil. lib.* 1. *conſ.* 9. *num.*7. Syluestr. *verb. Relig.* 3. *q.*14. Vaſquez *in* 1. 2. *diſp.*165. *cap.* 8. *num.* 82. Sanchez *d. lib.*5. *cap.*1. *num.*11. Azor. *d. lib.* 12. *cap.* 5. *q.*4. & *cap.*6. *q.*1. *in fin.* Suarez *t.* 3. *de Relig. lib.*2. *cap.*12. *num.*3. & *lib.*6. *cap.* 2. *nu.*32. & *cap.*11. Roderic. *t.*1. *q.*1. *art.*2. Mirand. *tom.* 1. *q.*20. *art.*1. A'S. Fauſto *in Theſaur. lib.*5. *q.*6. & 7. & 10. *num.*2. & *q.*11. *num.*3. Vndè, cum ſe geſſerit hoc pacto vt approbata Auguſtiniana Religio, & hoc ab immemorabili, benè ſtat pro ea, vt dictum eſt, verę approbationis titulus. Vt autem meliùs, & oſtendatur hæc approbatio, & ſpecificetur, ſit.

DVBIVM XII.

An Ordo Eremitarum approbatus fuerit ante Concilium Lateranenſe.

281 Approbationem Ordinis Eremitarum Lateranenſe Concilium præceſſiſſe, iam eſt inſinuatum; ſiue enim loquamur de approbatione Epiſcoporum, nempè Valerij, & Aurelij, ſiue Summorum Pontificum Innocentij, & Zoſimi, vtramque ante dictum Concilium contigiſſe per ſe conſtat; ſed adhuc non tantùm conſuetudine, ſed etiam modo ſpeciali ante dicta tempora per Eccleſiam vniuerſalem approbatam fuiſſe oſtendamus.

Et primò ex facultate facta de anno 1174. vt habet Herrera in *reſpons. pacific.*5. *nu.*514. & *nu.*611. Ordini Eremitarum ab Alexandro III. (qui teſte Onuphr. *de Pontific. & Cardin. pag.* 116. & 120. & Laert. Cherubin. *tom.*1. *Bullar. fol.*23. electus eſt *Nonis Septembr.*1159.) admittendi ad habitum Religionis Nouitios, & eorum bona poſſidendi, ſicut apparet ex priuilegio conſimili facto à Gregorio IX. Conuentui Beneuentano noſtrę Auguſtinianę Religionis, quod reperitur in *Regiſtr. d. Gregorij IX. nu.* 9. & refertur à Marquez *cap.*14. §.8. ſub hac forma: *Cum in Eccleſia veſtra ſit Ordo canonicus* (non pro Ordine Canonicorum, vt contrà Pennottum fusè probat Herrera *à num.*311. vſque ad 324. vbi adducit Bullas ex Bullar. Empol., & alias Eremitarum Ordini ſub eodem titulo *Ordinis Canonici*, directas: Sed pro Ordine militante ſub Auguſtini Regula, quæ Canonica, ad differentiam Regulę D. Benedicti, quę Monaſtica vocabatur, vt docet Herrera *ibi nu.*323. vel, vt meliùs loquamur, proùt ſignificat idem, ac canonicè, quo pacto competit, & Ordini Prædicatorum, & ſic eum vocauit Ordinem canonicum Honorius III. in Bull. dat. *Kalen. Ianuarij* 1216. §. 1. apud Laertium Cherubin. *tom.*1. *Bullar. pag.*45.) *ſecundùm Deum, & B. Auguſtini Regulam nouiter inſtitutus ad exemplar fælic. record. Alexandri Papæ prædeceſſoris noſtri, vobis concedimus, vt qui de Ciuitate Beneuento. ſiue ſint indigenæ, ſiue aduenæ, ſe & ſua in vitæ in morte Eccleſiæ veſtræ duxerint conferenda, ac auctoritate Noſtra recipiendi, retinendique habeatis liberam facultatem. Dat. Laterani.* 13. *Kal. Decemb. Pontificatus Noſtri. anno.* 6. ideſt 1232. Si ergò, vt Gregorius dicit, ſimile priuilegium, eſt Ordini Eremitarum ab Alexandro III. conceſſum, ab illo fuit ſine dubio approbatus; cum Religio aliqua approbari dicatur, tum quando per Summos Pontifices illi tribuitur facultas admittendi ad habitum, ſeù ad talem ſtatum, quos Deus vocauerit. Suarez de *Relig. tom.* 3. *lib.*2. *cap.*15. tum quando illi conceditur facultas poſſidendi bona. Bordon. *tom.*5. *tract. de profeſſ. Regul. cap.*1. *n.*159. Ergò antè Concilium Lateranenſe erat ab Eccleſia ſpecialiter approbatus Ordo Eremitarum.

282 Secundò ex ſupradictę mulieris ſolemni profeſſione facta, per *d. cap. Inſinuante* in manu Fratris Auguſtiniani, quę ſolemnis eſſe non potuiſſet, niſi in Religione approbata, iuxtà dicta dubio antecedente. Siquidem *d. cap. Inſinuante* ab Innocentio III. emanauit ante Concilium Lateranenſe, cum emanauerit *Kal. Decembr.* anno eius Pontific. ſecundo, teſte Laurent. Empol. *in Bullar. Ord. Auguſt. fol.*163. *col.*1. ideſt anno 1199. Concilium verò Lateranenſe celebratum fuit de anno 1215. & aliàs, ſi emanaſſet

naſſet tempore d. Concilij, ipſi Concilio attribueretur, ſicuti eidem tribuuntur omnia, quæ dicti Concilij tempore ſunt ab Innocentio definita. Si ergò ſermo eſt *in d. cap. Inſinuante* de voto ſolemni ante Lateranenſe Concilium ab illa fœmina emiſſo; iam ante dictum Concilium approbata erat Auguſtiniana Religio.

283 Subterfugium vt quærant Aduerſarij, dicunt, non fuiſſe illud votum ſolemne, neque profeſſionem, vt pote factam cum annexa conditione remanendi in domo cum poſſeſſione proprij, quod ſolemni Religioſorum profeſſioni repugnat. Sed non rectè quidem, quia ex diſſolutione matrimonij præcepta à Pontifice conſtat, ab eo iudicatam ſolemnem profeſſionem; & ex hoc colligunt communitèr DD. votum ſolemne impedire, & dirimere matrimonium poſteà contractum, vt videre eſt in *collect.* Barboſ. *ad d. cap. num.* 1. Nec ratio adducta conuincit, quia conditio de remanendo in propria domo non inualidat profeſſionem, vt ex hoc eodem *cap. fin. qui Cler. vel vou.* Azor. *lib.* 12. *inſtit. moral. cap.* 5. *q.* 2. Sanchez cum multis *d. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 102. Lezana *tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 2. *num.* 26. Bordon. *reſol.* 57. *num.* 70. ſicut nec altera de retinendis facultatibus, quę pariter, cum fuerit ad vſum, & dependenter a Superiorum licentia, non contrariatur ſtatui religioſo, vt docent Gloſs. *ibi verb. in domo propria*. Alagon. *in compend. iur. Canon. num.* 1821. Nauarr. *comment.* 2. *de Regul. num.* 14. Azor. *d. t.* 3. *lib.* 12. *cap.* 5. *q.* 2. *in fin. & cap.* 9. *q.* 4. Eman. Roderic. *tom.* 3. *q.* 17. *art.* 6. latiſſimè Sanchez *d. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 97. *&* 99. & Barboſ. *in collect.* ad *d. cap. Inſinuante num.* 3. & de *Iur. Eccleſ. vniu. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 152. Tamburin. *de iur. Abb. tom.* 3. *diſp.* 6. *q.* 16. *num.* 13. *&* 14. ſaltem ſpectato iure antiquo, cum de iure poſt Concil. Tridentinum neget Fagnanus *ad d. cap. Inſinuante num.* 21. *& in cap. Monachi. De ſtat. Monach. à num.* 44. *vſque ad* 67.

284 Aliud eorum ſubterfugium eſt, quod nomine Fratris S. Auguſtini veniant in *d. cap.* non Monachus Auguſtinianus, ſed Canonicus Regularis, quo corruit fundamentum prętenſæ approbationis. Quam ſententiam innouauit Emanuel Gonzalez in *d. cap. Inſinuante not. ad verb. vnius è Fratribus*. Et hac ratione, quia caſus ille contigit ante Concilium Lateranenſe, ſeù ante annum 1215. vt dictum eſt *num.* 282. & in Vrbe Salmantica, in qua vſque de 1154. erant Canonici Regulares, & Canoniſſæ; cum è contrà non niſi multò poſt, ſeù de 1373. illic Fratres Eremitani monaſterium erexerint. Et quod Salmanticæ acciderit, & non Vlyſſipone, licet cauſa Vlyſſiponenſi Epiſcopo fuerit commiſſa tamqam Salmanticæ tunc commoranti, probat primò quia in *d. cap. Inſinuante* ſæpè dicitur Regem Legionenſem, ad quem eo tempore Vrbs Salmantica ſpectabat, adhibitum fuiſſe, vt ex eius reſcripto mulier illa matrimonium contraheret; ſi enim caſus contigiſſet in Luſitaniæ Regno, ad quid Rex Legionenſis pro nuptijs ipſius mulieris à Regno ſuo extraneæ adiri debebat? Secundò, quia mulier illa latuit tunc in Eccleſia S. Mariæ de Vega, quæ eſt Salmanticæ propè flumen Canonicorum Regularium; tum in domo Iudæi, cuius generis homines tunc in ea Vrbe plures erant. Pace tamen omnium ſubſiſtere nequit hæc euaſio.

285 Primò, quià licet & Canonici Regulares dicti ſint quandoque Fratres S. Auguſtini, non ſunt vnquàm dicti tales abſolutè; ſed ſemper cum aliqua additione reſtrictiua, & diſtinctiua, qua ex Canonicis Regularibus eſſe dignoſcerentur; & quando in iure inuenitur abſolutè *Fratres S. Auguſtini*, vel *Ordo S. Auguſtini*, de Fratribus Eremitanis, & non de Canonicis Regularibus eſt ibi ſermo; vt fusè probant Marquez *d. cap.* 5. *§.* 8. *& cap.* 7. *§.* 3. & Herrera *reſponſ. pacific.* 5. *à num.* 357.

286 Secundò, quia textus loquitur expreſsè de Fratre, pro quo Gloſs. Bernardus de Botono, Henricus Boich., Alex. de Neuo *ibi*, *Monachum* legunt: quę nomina Fratris, aut Monachi non conueniunt Canonicis Regularibus; *Canonicis Regularibus* (ità loquitur Ioannes Trullus Canonicus Regularis *lib.* 1. *Ordin. Canonic. cap.* 29. *pag.* 117.) *Monachi, aut Fratris nomina propriè non conueniunt*. Verba autem debent accipi ſecundùm eorum proprium ſignificatum *l. non aliter ff. de legat.* 3. Rota *deciſ.* 352. *num.* 1. apud Farinac. *p.* 1. *Recent.* & propterea vbi de Fratre S. Auguſtini loquitur *cap. Inſinuante* de Fratre Auguſtiniano, & non de Canonico Regulari debet intelligi.

287 Deindè: verba debent conſiderari iuxtà communem acceptionem, & modum loquendi *l. librorum §. quod autem Caſſius ff. de Legat. l. Labeo ff. de Suppellect. legat.* Surdus *conſ.* 313. *num.* 87. *& conſ.* 454. *num.* 18. Gonzal. *ad reg.* 8. *cancell. gloſ.* 11. *num.* 68. *gloſ.* 13. *num.* 62. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 3. *tit.* 8. *nu.* 1. Et quis neſciat nomina *Frater*, & *Monachus* maximè à tempore Innocentij III. (ante quem iam multiplicari cæperant Religiones Monaſticæ, & Mendicantes; & hac de cauſa in Concilio Lateranenſi ſub d. Pontifice celebrato prohibita fuit nouarum Religionum inſtitutio, & inuentio) ex communi acceptione plebis, & populi per antonomaſiam, vt obſeruat eruditiſſimus Herrera *loc. dict. num.* 355. Religioſos Monachos, & non Canonicos, vel Clericos Regulares ſignificaſſe: quin dictis appellationibus *Fratris*, & *Monachi* illos Religioſos ab iſtis diſcriminari conſueuiſſe? Qua ergò de cauſa non debet iuxtà communem etiam tunc temporis acceptionem nominis *Frater* accipi & ille, de quo *cap. Inſinuante*, cum agatur de Fratre, non qui per multa ante Innocentium ſæcula fuerit, ſed qui erat tempore dicti Innocentij?

288 Quis vlteriùs credet, quod idem Innocentius III. qui *cap. ex parte, de poſtuland.* diſtinguit Canonicos Regulares à Monachis, & hos non nomine Fratrum S. Auguſtini, ſed ſuo Canonicorum Regularium titulo vocat, & ſub

Mo-

Monachorum nomine nec tunc venire, ſic inſinuat: *ad ſuam proponunt inſolentiam excuſandam; quod capitulum illud, per quod prædicta prohiberi videntur, de Monachis, non de Canonicis Regularibus* (quo euidenter liquet ab eo tempore diſcerni ſolitos per nomen *Monachi* à Canonicis Regularibus alios Religioſos) *loquitur manifeſtè &c.* voluerit ſub nomine *Fratris* loqui de Canonicis Regularibus, ipſe maximè Innocentius III. qui in inferioribus fuerat ex ijſdem Canonicis Regularibus, vt notat Laertius Cherubin. in *Bullar. tom. 1. fol. 33.* quibus nomen *Fratris* ſi tribuatur, iniuriam irrogari creditur? Erat ergò Ordinis Eremitarum ille Frater.

289 Ad fundamenta modo Gonzalez dico Vlyſſipone rem eueniſſe; tum quia in ſupplici libello ea de cauſa à muliere illa, cui nomen Vincentia Innocentio III. exhibito, vt videre eſt apud Antonium à Purificatione *in Chronic. Prou. Portugal. lib. 4. tit. 4. §. 1. fol.* 150. & Aloyſ. Torell. *in ſæcul. Auguſtin. ad ann.* 1199. *num.* 3. Vlyſſiponenſem ſe dixit ex Eccleſia S. Marinæ; tum quia commiſſio pro ea inducenda ad Religionis habitum reaſſumendum, facta fuit Epiſcopo Vlyſſiponenſi, quo præſumitur Vlyſſipone in loco ſuæ iuriſdictionis caſum contigiſſe; Nec præſumptionem elidit, quod tunc ipſe Salmanticæ cum alijs Epiſcopis degeret; nam poterat æquè bene etiam Salmanticæ degens eam ad habitum reaſſumendum cogere, & ſi ipſa Vlyſſipone moraretur, matrimoniumque contraxiſſet. Et quo ad Regem Legionenſem non mirum, quod adhibitus fuerit pro huiuſmodi nouo coniugio, cum ipſa in eod. ſupplici libello fateatur, ſe ex eius progenie non longè deſcendere, & in eius confinijs multas poſſeſſiones babere: ſed non propterea ipſa ex Vrbe Salmantica, & non Vlyſſipone; vel ſi Salmanticæ orta, non ideò ibi, & non Vlyſſipone nupta primò, & deinde Vidua. Sicut non euincit, quod ſe occultauerit in domo Iudæi, & in Eccleſia S. Mariæ de Veiga, cum plures in toto Portugall. Regno fuerint Iudæi, & etiam Eccleſiæ ſub appellatione S. Mariæ de Veiga, abſque eo quod recurramus ad illam Salmanticæ: quin cum ſe occultare intenderit, veroſimilius eſt, quod ab Vrbe diſceſſerit, & in alia conſimili Eccleſia delituerit.

290 At eſtò Salmanticę contigerit; eſtò quod ſupplex ille libellus non ſubſiſtat; eſtò etiam, quod ibi Auguſtiniana Religio ſolum de 1373. monaſteriū babuerit. Patres Eremitanos inter cæteras Religiones in Regno Portugall. antiquiſſimos eſſe negari non poteſt, vt ad illa verba Flauij Dextri ſub anno 419. *Canali in Luſitania Monachi nigri ab annis* 393. docent Roder. Caro *in not. ad Flau. Dextr.* Alphonſ. Maldonat. *in Chron. vniuerſ. edit. Matriti* 1624. *p.* 1. *fol.* 114. Roderic. à Chuna *in hiſtor. Eccleſiaſt. Bragen. cap.* 55. *num.* 7. Georgius Cardoſus *in not. ad Flau. Dextr.* apud Anton. à Purificat. *p.* 1 *Hiſtor. Auguſt. lib. v. §.* 4. Et ſigillatim monaſterij ſub titulo S. Chriſtopbori inter Oppida Duerum, & Minium ſecus fluuium VVogan. ab incolis dictum de ann. 867. habetur memoria apud Hieronym. Roman. *lib. 6. hiſt. Eccleſ. cap.* 44. & M. Sabbatinum in *Vindicijs lib. 2. part. 2. cap. 6. §.* 4. Sicut & monaſterij Burgenſis non ſolùm ſub anno 1169. apud Petrum Ribadeneyram. *tom. 2. flor. Sanctor. in vit. S. Iuliani pag.* 96. & Stepbanum Garibay *lib. 12. cap. 21. ſuæ hiſtoriæ*, vbi d. S. Iuliano agit: ſed etiam antè annum. 1050. in *lib. Miracul. SS. Crucifixi Burgen. part. 1. cap.* 1. Alterius monaſterij S. Engratiæ de Caruaxales pariter ante 1050. in *lib. inſcript. Primatus*. in Arcbiuio Eccleſiæ Braccarenſis *lib.* 1. Alterius, S. Chriſtophori in Diæceſi Viſenſi ſub anno 1120. apud Antonium Yepes *tom. 7. hiſt. Benedictin. centur. 7. ann.* 1120. *cap.* 4. & Marquez *cap. 15. §.* 9. Alterius, S. Iuliani de Peſcaria ſub ann. 1153. apud Bernardum Brito in *lib. M.S. de inuentione, & miraculis Dominæ noſtræ de Nazareth.* cit. ab Herrera. Et ſpecialitèr Vlyſſiponenſis non ſolum de 1192. & 1196., vt ex hac *Ioannes Prior Eremitarum* ſubſcriptione in Inſtrumēto Donationis cuiuſdam Sanctuarioli B. Saturnini de monte de Sintra factæ de 1192. à Sanctio I. Rege Portugall. ad fauorem monaſterij S. Vincentij, & ibidem aſſeruato, vt teſtantur Ludouicus de Angelis *lib. 4. de vit., & laud. S. Auguſt. cap.* 20. Marquez *cap.* 18. §. 5. & Herrera *reſponſ. pacific.* 5. *num.* 332., & 612. & hac altera *Odorius Prior Eremitarum* in alia carta Donationis ab eodem Rege factę de ann. 1196. monaſterio de Leiza Ordinis Ciſtercienſis, vt refert Marquez. *ibid.* §. 7. ſed etiam ſub ann. 1109. vtpotè ex monaſterio S. Gineſij (quod erat Fratrum Eremitarum) deſcendentis, vt benè arguunt Nicolaus Plencuaulx *lib. 5. Primas Auguſtin. cap. 4. in Chronolog. ad ann.* 1109. *&* 1244. & Marquez. *cap.* 18. *&* 19. Et in omni caſu, non ſolùm huius Vlyſſiponenſis monaſterij, ſed & aliorum, tum in Regno Portugall. tum per totam Hiſpaniam antiquitatem ante dicti Innocentij tempora oſtendunt, & probant Herrera *reſponſ. pacific.* 5. *num.* 342. *&* 401. & in *Alphabet. verb. Monaſteria* & Aloys. Torellus in *ſæculis Auguſtinian.* Quomodò ergò non in manu Fratris Ordinis Eremitarum emiſſum illud votum per hoc, quod non habuerit ibi Religio monaſterium?

291 Certè licet ex *cap. Inſinuante* colligeretur illam mulierem vel fuiſſe ex Vrbe Salmantica, vel ibi delituiſſe in Eccleſia S. Mariæ de Veiga, vel poſtmodum nuptam; nullo modo ex contextu deducitur votum fuiſſe in ea Vrbe emiſſum; eſſe ergò poteſt, quod alibi acciderit; & non potuit forſan ipſa aliò, vbi Fratres Eremitani viuerent, ſe transferre? Et dato quod Salmanticæ emiſſum fuerit, nonne potuerunt illuc aliundè, vel ex ſe accedere, vel ab eadem muliere ipſi accerſiri? In manu ergo Fratris Ordinis Eremitarum emiſſum eſt votum; cum enim tunc in illa Regione Eremitana Religio floreret, nulla eſt neceſſitas impropriandi hoc verbum *Frater*, & prò eo accipiendi Canonicum Regularem; nec vllum ſequitur abſurdum ſi intelligatur Frater Ere-

mitanus; Impropriatio ſiquidem verborum admittitur, quando illis repugnat natura rei per Roland. *cons. 68. num. 43. lib. 1.* vel ad vitandũ abſurdum per eumd. Roland. *conſ. 103. num. 35. lib. 2.* quin ſic accipitur in ea ſignificatione, quæ eſt aptior, iuxta *l. quoties idem homo ff. de regul. iur.* Roman. *cons. 350. in caſu nu. 21. verſ. nunc ergò.* Ità intelligunt, & accipiunt præter ſuprà adductos à *nu. 286. & ſeqq.* Azorius *dict. cap. 23. q. 5.* Suarez *dict. cap. 9. num. 2.* Roderic. de Chuna in *hiſtor. Eccleſ. Vlyſſipon. p. 2. cap. 23.* & in *comment. ad 1. p. Decret. Gratian. in c. Generalis diſt. 54. num. 7.* vbi Auguſtinianæ Religionis antiquitatem in eo Regno probat ex hoc eod. *cap. Inſinuante.* Antonius Dadinus Alteſerra de *orig. rei monaſt. lib. 1. cap. 11.* & Claudius Spenceus ſic *lib. 4. de continentia cap. 11. in fine*, dicens: *Reſtat Auguſtinianum Fratrem habuiſſe poteſtatem incorporandi Monachiſmo.* Ex quibus tandem iam ſatis conſtat Innocentium III. dum ſolemnem d. Vincentię profeſſionem in manu Fratris Eremitani emiſſam declarauit, Auguſtinianam Religionem approbatam declaraſſe.

292 Sed adhuc dato, & non conceſſo, quod Frater ille fuerit Canonicus Regularis: probatur tertiò noſtra aſſertio ex Concilio Lugdunenſi; ſi enim per dictum Concilium reijciuntur, nec vltrà progredi permittuntur aliquæ Religiones etiam approbatæ à Sede Apoſtolica poſt Concilium Lateranenſe, vt habetur in *cap. vnic. de Religioſ. domib. in 6. §. Confirmatos autem*, à fortiori reiectus fuiſſet Ordo Eremitarum, ſi ante dictum Concilium Lateranenſe, approbatus non fuiſset. Ergò ideò Gregor. X. dixit Ordinem Eremitarum in ſuo ſtatu relinquendum ratione ſuæ inſtitutionis ante Concilium Lateranenſe, quia Religiones ante dictum Concilium inſtitutas, cenſuit ab Eccleſia approbatas; vt in ſimili de ſuo Carmelitarum Ordine argumentantur Thomas à Ieſu in *expoſit. Regular. part. 2. de var. Regul. Carmel. dub. 3. verſ. Edito hoc &c.* Ioann. de Sylueira *opuſc. 3. reſol. 2. q. 5. num. 58. & ſeq.* & infrà cum alijs dicemus.

292 Probatur quartò, quia in Concilio Lateranenſi; & habetur *cap. Ne nimia. de Religioſ. domib.* fuit decretum, *Ne quis de cætero nouam Religionem inueniat, ſed quicumque ad Religionem conuerti voluerit, Religioſam domũ de nouo fundare, Regulam, & inſtitutionem accipiat de approbatis.* Sed poterant, qui Religioſum ſtatũ eligebant, ingredi Religionem Eremitarum; vt patet non ſolùm ex ſupra adducto *num. 281.* Alexandri III. priuilegio; & *ex cap. ad noſtram. de Regul. & tranſeunt.* de quo ſuprà *num. 280.* & ex muliere iam dicta Vlyſſiponen. iuxtà *cap. Inſinuante*, quæ omnia Concilium Lateranenſe præceſſerunt: ſed etiam ex eo, quod poſteà de 1228. Fratres de Brictinis, cum eorum Ordo non eſſet approbatus, iuſſi ſunt à Gregorio IX. Regulã, & Ordinem S. Auguſtini aſſumere, vt vult Laurentius de Empol. in *Bullar. Ord. Aug. pag. 123. in Summario ad Conſtit. 2. Gregor. IX.* Et alij Eremitæ Thuſciæ de anno 1244. ſunt pariter ab Innocentio IV. ad idem adſtricti; vt ex clariſſimis ſuæ Conſtitutionis incipient. *Incumbit nobis.* Dat. Laterani. 17. *Kal. Ianuarij* apud d. Empol. *ibi pag. 164.* verbis conſtât: *Vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs in vnum vos regulare propoſitum conformantes, Regulam B. Auguſtini, & Ordinem aſſumatis, & ſecundùm cum profiteamini de cætero vos victuros, ſaluis obſeruantijs, ſeù conſtitutionibus faciendis à vobis, dummodò eiuſdem Ordinis non obuient inſtitutis.* Quod, ſtante Concilio Lateranenſi, actum non eſſet, ſi Auguſtiniana Religio iam approbata non ſupponeretur; non eſt autem aſſignare, quando poſt Concilium Lateranenſe fuerit huiuſmodi Religio approbata; ergò ſignum eſt, quod Pontifices ſuppoſuerint iam illam ante idem Concilium approbatam; & pro iam approbata declarauerit Concilium per illa verba, *vnam de approbatis aſſumat.*

294 Confirmatur hoc ex eo, quod Sanctis Franciſco, & Dominico petentibus ab Innocentio III. ſuorum Ordinum confirmationem, ab eo reſponſum fuerit, quod Ordinem vel S. Auguſtini, vel S. Benedicti ingrederentur. De primo enim ſic habet Alphonſus Villegas in vit. S. Franciſci: *His omnibus benè rimatis, Sancto Franciſco viſum eſt bonum conſulere ſuper confirmatione ſui Ordinis Summum Pontificem, vt ſolidiori niteretur fundamento. Pontifex ſedebat Innocentius III. certè in initio (allegante Pontifice, & Sacra Congregatione, non inducendas Religiones, neque Ordines recentes in Eccleſiam) ſummam paſſus fuit difficultatem. Addebat Pontifex, quod ſi quis religioſum ſtatum deſideraret, quo meliùs Deo ſeruiret, poſſe talem S. Auguſtini, aut Benedicti Ordines ingredi &c.* De ſecundo ſic habetur in *Chronic. Ordin. S. Dominici cap. 10. S. Dominicus inſiſtendo modo agendi aliorum ſuorum Prædeceſſorum, ſcilicet Auguſtini, & Benedicti, qui Religiones, & Ordines condiderant &c. propter illam cauſam reſponſum dedit Papa Innocentius iſtis duobus Sanctis: vt, ſi Deo ſeruire vellent, iſtas Religiones iam ab Eccleſia approbatas ingrederentur.* Ergò Religiones Auguſtiniana, & Benedictina, iam approbatæ erant, & vt tales habebantur à Papa.

295 Et reuerà, cum ex vna parte ante dict. Concilium Lateranenſe eſſent inſtituti Fratres Eremitani S. Auguſtini ex *d. cap. vnic. de Relig. domib. in 6.* & ex altera viuerent ſub Regula iam ab Eccleſia approbata, vt ex *c. Perniciosſam 18. q. 2.* colligit Suarez *d. tom. 4. tract. 9. lib. 2. cap. 9. num. 32. & 33.* & ex *cap. final. de Relig. domib.* deducit Scipio Lancellottus in *allegat. præcedentiæ Canonic. Regular.* apud Tamburin. *de iur. Abb. tom. 1. diſp. 25. q. 1. num. 143.* vbi dicit omnes Regulas ante Concilium Lateranenſe fuiſſe ipſo iure approbatas; non eſt, cur non ſupponatur ante dictum Concilium approbatus Ordo Auguſtianus; & ſic benè præ cæteris tenent Dominicus de Sancto Geminiano *in d. cap. vnic. de Relig. dom. in 6. §. ſanè num. 7.* Baptiſta Mantuan. *in Apolog. pro Carmel.* Rhenat. Choppin. *lib. 2. Monaſtic. tit. 1. num. 29.* Suarez

d. cap. 9. num. 32. & 33. in fine. Bordon. reſolut. 86. num. 35. & 52. Sylueir. ibid. num. 54.

296 Obijcitur. In Concilio Lugdunenſi conſt. 23. & eſt dict. cap. vnic. de Relig. dom. in 6. habetur: *ſanè ad Prædicatorum, & Minorum Ordines (quos euidens ex eis vtilitas Eccleſiæ vniuerſali proueniens perhibet approbatos) præſentem non patimur conſtitutionem extendi. Cæterùm Eremitarum S. Auguſtini, & Carmelitarum Ordines, quorum inſtitutio præfatum generale Concilium præceſſit, in ſolido ſtatu volumus permanere.* Ergò dum Concilium loquitur de inſtitutione Ordinis Eremitarum, nec eius approbationis mentionem facit, vt facit de alijs Ordinibus loquens, ſignum eſt, quod ante dictum Concilium Lateranenſe approbatus non fuerit Ordo Eremitarum.

Reſpondeo, negando conſequentiam. Sicuti enim ex eo, quod Gregorius X. in Concilio Lugdunenſi loquens de Ordine Eremitarum, eius approbationis non meminerit, ſicut meminit approbationis Ordinum Prędicatorum, & Minorum, non ſequitur, quod tunc temporis ſaltem non eſſet verè approbatus ab Alexandro IV. Ordo Auguſtinianus; ità non ſequitur, quod approbatus non fuerit ante Lateranenſe Concilium, ex hoc, quod eius inſtitutionem, non facta approbationis mentione, dictum Concilium prędeceſſiſſe dixerit. Senſus ergò illius textus eſt, quod cum vellet Gregorius X. plures è medio tollere Religiones etiam ex approbatis, vt notat Gloſs. *ibi ad verb. Admittat.* Et *verb. in ſolido;* à Decreto, quo *ibi §. Confirmatos autem,* aliquę Religiones approbatæ abrogantur, præſeruantur *§. ſanè,* Mendicantes, Prædicatorũ, & Minorum, quia euidens ex eis vtilitas Eccleſię vniuerſali proueniens perhibebat approbatas. Eremitarum verò, non quia non eſſet, vt dixi, ſaltem tunc ab Alexandro IV. approbata; ſed ſpecialitèr, quia eius inſtitutio præceſſerat Lateranenſe Concilium; cum enim à dicto Concilio nouæ tantum Religiones prohibitæ fuiſſent, Gloſs. *ibi ad verb. præceſſit,* hoc illi ſufficiebat ad Auguſtinianam Religionem conſeruandam, quod nempè dictum Concilium præceſſerit; & ideò loquitur ſolùm de inſtitutione, non facta approbationis mentione: ſed non propterea negat; quin potius illam ſupponit, cum in ly eſſe inſtitutam antè dictum Concilium, includatur Religionis approbatio per Thom. à Ieſu *loc. dict. verſ. edito hoc.* Lezan. *tom. 1. part. 1. cap. 7. num. 3.* Herreram latè *reſponſ. pacific. 5. ad §. 5. apologet. num. 258.* Lancellot. *loc. ſupr.* & Cardinales Ioann. Bapt. Cicadam, & Ioann. Michael. Saracen. in relationibus factis Sanctiſſimo in cauſa præcedentiæ Canonicor. Regular. apud Tamburin. *loco dict. num. 291. & 292.*

DVBIVM XIII.

An Ordo Eremitarum ſit vnus ex Mendicantibus, & quomodò.

297 HAC de re inuenio pręter Arthmanum Schedel in ſuo Chronico, *in 6. ætat. Mundi fol. 203.* & Iacob. Naueler. in *Chronic. generat. 41. fol. 213. ſub ann. 1215.* Hieronymum Romanum *centur. 8. ad ann. 1144.* ſentire, Anaſtaſium IV. & Adrianum IV. Summos Pontifices facultatem feciſſe S. Guilelmo ex Eremis ad Vrbes euocandi Fratres Auguſtinianos, & oſtiatim quæſtuandi; & hinc innixum auctoritati Polidori Virgilij *de inuent. rer. lib. 7. c. 3.* deducere, quod inter Mendicantes primas teneant Eremitani; quin & ego ab eorum origine Fratres Eremitanos eleemoſinis vixiſſe dixi *num. 226.* Verùm etiam data huius aſſerti veritate; cum actualis quæſtuatio non ſufficiat ad Ordinis Mendicantis formalitatem, vt obſeruant Suarez *d. tract. 9. lib. 1. cap. 8. num. 6. in fin.* Azor. *inſtit. moral. tom. 3. lib. 12. cap. 23. q. 1. in fin.* Lezan. *tom. 1. p. 2. cap. 1. num. 1.* niſi illi *ad congruam ſuſtentationem redditus, aut poſſeſſiones habere profeſſio, ſiuè Regula qualibet interdicant,* vt habetur in *cap. vnic. de Relig. dom. in 6. §. Confirmatos autem.* Et notat Gloſs. 2. *in cap. vnic. de exceſs. Prælat. item in 6.* & in *cap. quorumdam de elect. eod. lib.* Fagnanus in *cap. In præſentia de probat. nu. 87.* & paſſim DD.; non videtur poſſe dici Ordinem Eremitarum fuiſſe tunc ex ea quæſtuandi facultate conſtitutum in ratione Ordinis Mendicantis.

298 Nihilominùs, eum eſſe vnum ex Mendicantibus in iure certiſſimum eſt ex *dict. cap. vnic. de Relig. Dom. §. ſanè* & Pij Conſtitutione *Romanus Pontifex ann. 1567.* apud Laert. Cherubin. Gloſs. ad *verb. quoslibet. in Clementin. cap. vt profeſſores de regul. & transeunt.* Iſid. Moſcon. de *Maieſt. Militant. Eccleſ. lib. 1. p. 4. cap. 1. de regular. verſ. Mendicantes.* Barboſ. de *appellat. verb. iur. ſignific. appell. 147. num. 1.* & de *off. & poteſt. Epiſcop. p. 3. allegat. 77. num. 15.* & de *iur. Eccleſ. vniu. lib. 1. cap. 41. num. 208.* cum multis *ibi.* Quia verò aliquis Ordo poteſt eſſe de numero Mendicantium, vel ex Regula, vel ex Conſtitutionibus per Azor. *dict. cap. 23. q. 1.* Mirand. *tom. 1. manual. q. 11. art. 6.* Emanuel Roderic. *tom. 2. q. 125. art. 1.* Donat. *rer. regul. tom. 1. tract. 5. q. 43. num. 6.* videndum eſt, an Ordo Eremitarum ſit huiuſmodi ex Regula, vel ex Conſtitutionibus. Et certè à Regula S. P. Auguſtini permitti poſſeſſionem bonorum immobilium in communi docent Azor. Roderic. *vbi ſup.* Ioan. Carmuel *tom. 1. Theolog. Regul. in Regul. S. Auguſ. num. 1909.* vel ſaltem non prohiberi, & tacitè concedi tenet Iordanus de Saxon. *lib. 3. vit. Fratr. cap. 5. 6. & 7.* Vnde remanet videndum, an ſit ſaltem talis ex Conſtitutionibus.

299 Et talem eſſe videtur dicendum, cum per Conſtitutiones prohiberi Fratribus Eremi-

tanis poſſeſſionem bonorùm in cõmuni dicant Azor. *loc. ſupr.* Anton. à Spiritu Sancto in *Director. regul. tract.3. diſp.4. ſect.1. num.* 17. & clarè docet Iordanus *ibid. cap.*8. vbi ex *cap.*44. *Conſtit. Ordinis* hæc adducit: *Præſenti conſtitutione ſtatuimus, & præcipimus inuiolabiliter obſeruari, vt nulli Fratres noſtræ Religionis extrà circuitum loci, quem inhabitant, poſſeſſiones aliquas, vel per ſe, vel per aliquam aliam perſonam poſſideant: Sed fidelium eleemoſinarum largitione contenti, quaſi alieni ab occupationibus ſaeculi &c. Deo ſtudeant humiliter deſeruire.* Cum ergò Fratribus S.Auguſtini prohibeantur poſſeſſiones, & contenti eſſe debeant largitionibus eleemoſinarum, nihil amplius deſiderari poteſt ad talem Ordinem conſtituendum ex Conſtitutionibus Mendicantem.

300 Difficultas tamen eſt, an requiratur, quod Conſtitutiones huiuſmodi ſint à Summo Pontifice approbatæ ad effectum conſtituendi Ordinem Mendicantem, vt requiri tenet Sanchez *in Decalog. lib.6. cap.7. n.*114. nam poſito, quod hoc requiratur, non verificatur de Conſtitutionibus Auguſtinianorum, cum de eis Iordanus de Saxon. ibid. *lib.2. cap.*14. ſic ſcribat: *Quæ Conſtitutiones Ratiſponenſes poſtmodùm exhibitæ, & præſentatæ fuerunt D. Clementi Papæ V. per Ven. P. Magiſtr. Alexandrum de S. Elpidio Generalem, & ab ipſo Summo Pontifice fuerunt collaudatæ, non tamen confirmatæ; Quod prò bono Ordinis omiſſum eſt;* Quod idem dicendum de Conſtitutionibus de 1543. & 1547. reformatis, quæ paritèr ſunt tantummodò benedictæ, vt apparet ex Cardinalis Marcelli Ceruini ſub *ann.* 1551. ad eaſdem Conſtitutiones præfatione. Quarè, cum non ſint approbatæ huiuſmodi Conſtitutiones, non habetur ſufficiens fundamentum dicendi, quod Ordo Eremitarum ſit Mendicans ex Conſtitutionibus.

301 Dicendum tamen eſt, vel non eſſe neceſſariam huiuſmodi Pontificiam approbationem, non dico, Ordinis, ſed Conſtitutionum, vt docet Azor. *loc. dict. q.6.* dicens, Mendicantem Ordinem, quoad attinet ad ſubſtantiam, eſſe ex Regula, inſtituto, aut Conſtitutionibus ſuis: Pontificiam verò approbationem Ordinis Mendicantis ſubſtantiam non facere, ſed declarare eum eſſe Mendicantem, & Mendicantium priuilegio dignum, & dare illi formulã, ſine qua generatim talis non haberetur ab omnibus. Quod & indicat de Peyrin. *tom.2. in Conſtit.3. Py V. ſub. §.2. num.*1. Neque obſtat, quod hac approbatione præciſa poſſent mutari ab iiſdem Fratribus Conſtitutiones, & ſic ex ſe ipſis recipere bona immobilia; nam hoc concedit apertè M. Antonius Cucchus *inſtit. maio. lib.3. tit. de Regul. num.*4. & ex ipſo Lud. Miranda *d. art.6.* nec tamen per hoc ceſſarent eſſe Mendicantes; quia ad hoc ſufficit, quod ex ſuo inſtituto, ſeù Conſtitutionibus tales priùs fuerint, vt docent Suarez *d. cap.8. num.4. 9. &* 12. Lapus *allegat.4. nu.2. & ſeq.* Fagnanus in *dict. cap. in Præſentia nu.* 116. Vel Pontificiam illam collaudationem fuiſſe veram, & formalem approbationem verbalem, licet non ſcriptam, per quam ſufficientèr modus viuendi ſine bonis in communi eſt ab Eccleſia iudicatus, & Fratribus Eremitanis præſcriptus vt bonus, & Sanctus; in quo approbatio conſiſtit per Suarez *tom.3. de Relig. lib.2. cap.15. num.*11. ſed ceſſat omnis difficultas, cum & ſi Eremitarum Conſtitutiones à Sede Apoſtolica approbatæ non ſint; ſtatutum tamen hoc de Paupertate in communi eſt ab eadem approbatum vt *quodlib.5. dub.9. Conſtat*.

302 Quo poſito: poſſet quis dicere cum Paſſerino, Ordinem Eremitarum eſſe Mendicantem ex Regula, quia in Religionibus, quæ Regulam alienam pluribus communem profitentur, Regula propria integratur ex communi Regula, & proprijs Conſtitutionibus. Sic ille *tom.3. de ſtatibus. q.189. art.8. num.*151. & in *cap. vnic. de Relig. domib. in 6. ad §. confirmatos num.9.* vbi improbans diſtinctionem traditam de Mendicantibus ex Regula, & Mendicantibus ex Conſtitutionibus dicit, in dicto textu Mendicantes definiri, qui ex profeſſione, ſiuè ex Regula qualibet prohibentur habere bona in communi; & ſic ſufficere quamlibet Regulam, imò propriam ſcilicet integratam ex communi Regula, & Conſtitutionibus proprijs, quod Religioſi ex profeſſione bona in communi non habeant. Vndè cum à Conſtitutionibus Eremitarum ſint illis prohibita bona omnia præter eleemoſinas, Mendicantes ex Regula dici poſſent, ſicuti tales eos appellat idem Paſſerinus *ibid. num.*10. vbi dicit penes Ancharan. ad idem *cap. not.4. num.*1. Dom. *num.*1. Franc. *nu.*1. æquiparari, habere paupertatem ex Regula, vel ex Conſtitutionibus, immò in idem coincidere.

303 Mihi tamen non probatur; quia Regula S.P. Auguſtini, & ſi communis pluribus Religionibus, reſpectu Eremitarum non eſt aliena, vndè poſſit fieri eorum propria per Conſtitutiones particulares, ſed eſt eorum propria ab origine, quamuis ad eius obſeruantiam aliqua ſtatuta facta fuerint, quæ Conſtitutiones dicuntur, in Capitulis Generalibus; & alias certum, eſt Regulam à Conſtitutionibus diſtingui. Azor. *tom.1. lib.13. cap.11. q.2.* Suarez *tom.4. tract.8. lib.1. cap.1. num.*5. Lezana *tom.1. p.1. cap.8. nu.*2. Anton. à Spiritu Sancto *tract.3. diſp.6. ſect.2. num.*181. & 469. Pellizar. *tract.5. cap.2. num.*2. Bordon. *de profeſſ. Regul. cap.2. num.*27. & 28. Donat. *tom.3. tract.1. q.3.* & colligitur ex eod. *cap. vnic. de Relig. dom. in 6.* vbi loco verbi *Profeſſio* legebatur antiquitùs *Conſtitutio*, teſte Sanchez *dict. lib.6. cap.7. num.*114. tamquàm quid diſtinctum à Regula. Maximè verò in Religione Auguſtiniana, in qua mutari poſſunt Conſtitutiones, ſecundùm Iordanum *loco ſup.*, quo caſu poſſet mutari Regula, dato ſemel quod eorum Regula eſſet aggregatum quid ex Regula S.P. Auguſtini, & Conſtitutionibus. Vnde concluditur, Eremitarum Ordinem eſſe Mendicantem, non ex conſuetudine tantùm in Eccleſia approbata, vt volunt

Lap.

Lap. *allegat*. 46. & Angel. *conſ*. 12. ſed propriè ex Conſtitutionibus. Ità Azor. *lib*. 12. *cap*. 23. *q*. 1. Anton. à Spiritu Sancto *d. tract*. 3. *diſp*. 4. *num*. 17.

DVBIVM XIV.

An Ordo Eremitarum præcedere debeat alios Mendicantes.

304 HIS, quæ diximus de Ordine Eremitarum, obſtare videtur, quod hic Ordo alios Mendicantes non præcedit; quo ſequitur, non eſſe antiquiorem, vel ſaltem non eſſe ante ipſos approbatum; Si enim talis eſſet, eos præcederet, cum ius præcedendi deſumatur ab anteriori inſtitutione, & Sedis Apoſtolicæ approbatione per Gloſs. *ad verb. Prædicatorum in cap. quorumdam. de elect. in* 6. Panormit. Hoſtienſ. Ioann. Andr. *in cap. nimis praua. de exceſſ. Prælat*. Fælin. in *rubr. de Maiorit. & obed. num*. 6. Barboſ. de *off. & poteſt. Epiſc. p*. 2. *allegat*. 78. *nu*. 36. Rotam in Romana *præcedentiæ*. 24. *Maij* 1600. *coram Lancellot*. Bordon. *in Theatr. præcedent. & Maiorit. n*. 245. 366. *& tract. de præcedentia Canonic. Lateran. cap*. 1. *nu*. 24. Lancellot. in *cauſa præcedent. dd. Canonic*. apud Tamburin. *d. diſp*. 25. *q*. 1. *num*. 142. Fagnan. in *dict. cap. nimis praua. nu*. 1. & 2. vbi ratione prioris approbationis Prædicatores præcedere docet.

305 Propterea dico cum Caſſaneo *part*. 4. *Cathalog. glor. mund. conſider*. 71. de iure præcedere debere Ordinem Eremitarum, qui vt probatum eſt, ante Concilium Lateranenſe inſtitutus erat, & approbatus. Et ità de anno 1549. in Diæceſi Cremonen. per Doctiſſimos viros Antonium Stangam Prothonotarium Apoſtolicum, & Veneti Senatus Conſiliarium, Ioannem Antonium Ducis Mediolanen. pariter Conſiliarium, Andream Blaſignanum in Vrbe Patauina Decretorum Cathedræ Moderatorem, & Lancellotum Decium ibidem iuris Cęſarei interpretem ab Illuſtriſſimo Iacobo de Schicis Sedis Apoſtolicæ legato, pro decidenda hac præcedentiæ inter Ordines Mendicantes controuerſia aſſeſſores; & adiutores aſſumptos, diligenti ſtudio, & accurato cauſæ examine præcedente, iuriſque regulis diligentèr expenſis, præcedentiam Fratribus Eremitanis de communi conſenſu lata ſententia adiudicatam eſſe, & ſententiam Valentiæ in Ordinis monaſterio aſſeruari atteſtatur Nicolaus Pleneuaulx *lib*. 9. *Prim. Auguſtinian. cap*. 1.

306 Vnde miror, tam acriter hanc præcedendi prærogatiuam Ordini Eremitarum à Franciſco Bordono contendi in *dict. Theatr. præcedent. num*. 399. & 427. defectu approbationis; ſic enim *dict. num*. 399. probat ei non deberi, quia Prædicatorum de anno 1216. & Minorum, de 1224. ſunt Ordines approbati: Eremitarum verò nihil certi habeatur. In quo non ſibi conſtans videtur; Si etenim benè meminit, ipſe idem *reſol*. 86. *num*. 35. ſic ſcripſit: *Eremitarum S. Auguſtini Ordo erat approbatus ante Concilium Lateranenſe celebratum de anno* 1215. *ſub Innocentio III. vt expreſsè dicitur in Conſtitutione Concilij Generalis Lugdunenſis ſub Gregorio X. relat. in cap. vnic. de Relig. dom. in* 6. & rurſùs *in tract. de præcedent. Canonic. Lateran. ſub num*. 29. *Eremitani dicti Ordinis S. Auguſtini approbatur* (ideſt Ordo) *in Concilio Lateranenſi, & Lugdunenſi*. Si, inquàm, benè meminit, dicat modò, an conſequenter loquendo, dato, quod per ipſum Ordo Eremitarum ſit ante Conciliũ Lateranenſe, vel ſaltem in ipſo approbatus, hac ſuper alios Ordines poſſit ab eo ex approbationis defectu, præcedentia priuari?

307 Reſpondebit fortaſsè, quando dixit approbatum fuiſſe Eremitarum Ordinem antè Concilium Lateranenſe, ſe locutum fuiſſe de approbatione facta ab Epiſcopis; debere nihilominùs præcedere Ordines Prædicatorum, & Minorum, quia approbati fuerunt à Summis Pontificibus, cum alia ſit claritas Solis, alia Stellarum. Sed non ſatisfacit, quia ſequeretur Sacerdotes à Papa initiatos præcedere debere alios ab Epiſcopis conſecratos; & Sanctos ſolemnitèr modò à Summis Pontificibus canonizatos pręferendos eſſe Sanctis, qui olim ex Epiſcoporum, populique acclamatione Sanctorum cultum habuerunt; quod tamen gratis diceretur; Et ſic neque hinc probatur ab alijs Ordinibus præcedi debere Ordinem Eremitarum.

308 Quod ſi de facto præcedant Prædicatores, quod non vbique ſeruari tradunt Paulus Bergomen. *in apolog. Relig. Eremit. part*. 2. *§. non obſtat tertiò*, & Coriolan. in *Defenſor. Ordinis verit*. 2. *reſponſ. ad* 2. *argum*. & in locis ſolùm, vbi habent pro ſe vſum, & ſunt quaſi in poſſeſſione huiuſmodi præcedentiæ; aliàs non, ex S. Cong. Reg. decretis 18. *Iunij* 1618. 23. *Septembr*. 1624. & 6. *Septembr*. 1625. apud Nicolium in *obſeruat. Canon. lib*. 1. *tit*. 31. *num*. 17. Pignatell. *conſultat. canonic. tom*. 1. *conſult*. 137. *num*. 2. 3. *& ſeq*. præcipuè 14. *& tom*. 4. *conſult*. 195. *à num*. 25. *& ſeq*. dicendum eſt, hoc non ideò ſequi, quia illis de iure debeatur: ſed ex priuilegio, quia ſic placuit, Summis Pontificibus in eorum Ordinem benè affectis, vt probat Marquez *cap*. 19. §. 2. & tenent de Peyrin. *tom*. 2. *in conſtit*. 3. *Pij IV*. §. 2. *num*. 2. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. part*. 3. *allegat*. 77. *num*. 17. Pignatell. *loc. dict. num*. 2. *in princip*. M. Sabbatinus in *Vindicijs lib*. 3. *sect*. 3. & Herrera in *Alphabet. Auguſt. litt. V. verb. monaſteria pag*. 511. *§. adeò etiam*; ex quo non ſequitur Auguſtinianum inſtitutum non fuiſſe approbatum ante Prædicatorum approbationem, aut ante Concilium Lateranenſe; ſicuti ex eo, quod Prædicatores præcedant Minores, non infertur horum Ordinem approbatum fuiſſe poſt approbationem Ordinis illorum; quamuis enim Bullam confirmationis Ordinis Minorum de anno 1224. expedierit Honorius III. Ordo tamen Minorum approbatus fuit ab Innocentio III. vt idem Honorius in his dictæ Bullæ verbis: *Ordinis*

veſtri

veſtri Regulam à bon. memor. Innocentio Papa prædeceſſore noſtro approbatam auctoritate Apoſtolica confirmamus; & conſequentèr ante approbationem Ordinis Prædicatorum. Similitèr Ordo S. Spiritus Venetiarum Mendicantes præcedit, & tamen à Ven. Patre Gabriele Spoletano Ordinis Eremitarum fundatus eſt, eodem teſte Coriolano, *ibi* vbi & in alijs exemplificat. Sicut & Congregatio Canonicorum S. Georgij in Galga licet de 1403. fundata præcedit Canonicos Lateranentes, qui ſunt antiquiores teſte Tambur. de *Iur. Abb. tom. 2. diſp. 25. q. 1.* Itaque non præcedere, non infert infallibiliter approbationis poſterioritatem; neque præcedere, eius indicat neceſſariò anterioritatem; iura enim diſponentia Ordinum præcedentiam, horum, vel illorum approbationem præceſſiſſe non probant, quando de contrario conſtat in facto.

QVODLI-

QVODLIBETVM TERTIVM
DE
PRIVILEGIJS AVGVSTINIANÆ RELIGIONIS.

309 EXtra dubium omninò, quod pluries, & à multis Summis Pontificibus varijs priuilegijs fuerit decorata Sacra Eremitarum Religio, ſeu pluribus ſpecialibus beneficijs, gratijs, atque fauoribus affecta; quæ omnia priuilegiorum nomine veniunt. Bordon. *reſol.52.num.6.* Eſt enim priuilegium lex priuata aliquod ſpeciale beneficium concedens, vt colligitur ex Iſidoro *lib.5. Ethymol. relat. in cap. Priuilegia 3. diſt.3.* & clariùs exponitur in *cap. Abbate.25. de verbor. ſignificat.* vbi habetur, *quod non eſſet priuata, niſi aliquid ſpecialiter indulgeret*; & omnis gratia Principis priuilegium appellatur. Ioann. Andr. in *cap. olim. tit. eod. de verb. ſignific.* Bald. in *prælud. feud. num.18.* Gramm. *deciſ.59. num.29.* Neque neceſſe eſt, quod, quæ per priuilegia conceduntur, ſint contra ius commune, vt ſentiunt multi: ſed ſatis eſt, quod ſint præter illud, vt Suarez *lib.8. de leg. cap.1. nu.5.* Palaus *tract.3. diſp.4. punct.1.* Peyrin. *tom.1. in conſtit. Pyrihi. num.7.* vel etiam iuxtà illud, vt ex *cap.1. de reſer. iuncta Gloſs. verb. vt liberè. cap. vt debitus honor.59. de appell.* Bordon. *ibid. num.8.* adeòque gratiæ omnes, & fauores Auguſtinianorum rectè eorum priuilegia dici poſſunt, ſumpto in lata ſignificatione priuilegij nomine. Donat. *rer. regul. tom.1. tract.2. q.1. num.7.*

Quis verò ex Summis Pontificibus primus Auguſtinianæ Religioni priuilegia conceſſerit, vel quænam illa ſint, temporum, & antiquitatis iniuria certò ſciri non permittit, licet propter dicta. *dub.3. & 11. præcedent. quodlib.* & *num.231.* Leonem I. Zoſimum, atque Innocentium I. priuilegia nonnulla eidem conceſſiſſe credere debeamus. Quia autem quæ fuerunt illi ſubſequenter indulta, plurima ſunt, vt videre eſt apud Laurentium Empolit. in Ordinis Bullario, & copioſiùs in ſæculis Auguſtinianis Aloyſij Torelli, de ſingulis agere nimis longum eſſet, ideò de priuilegijs Auguſtinianæ Religionis in communi loqui in præſenti propono, nonnulla de particularibus, prout opportunitas permiſerit ſparſim infrà dicturus.

DV-

DVBIVM I.

Quibus priuilegijs fruatur Auguſtiniana Religio.

310 IAM dixi ſermonem eſſe hic de priuilegijs in communi, adeòque reſpondeo, eam frui non ſolum omnibus priuilegijs, indulgentijs, gratijs, indultis, & fauoribus tam ſpiritualibus, quam temporalibus Ordinum Prædicatorum, & Minorum ex conceſſione Sixti IV. in *Mar. magn. Eremitar.* §. 55. apud Empol. in *Bullar. Ord. pag.* 347. ſed etiam omnium Religionum Mendicantium, vt fatentur Miranda in *manual. Prælat. tom. 2. q. 46. art. 3.* Ioann. Maria Nouarius in *lucern. Regul. verb. Eremita num.* 6. Barboſ. *de Iur. Eccl. vniu. lib.* 1. *cap.* 41. *num.* 90. ex indulto Iulij II. in Conſtit. *Et ſi ad benemerendum*. Dat. 17. *Iunij* 1508. in *eod. Bullar. Ordin. pag.* 208. §. 3. & Leonis X. primò in incipien. *In rerum Chriſtianarum* 10. *Iunij* 1513. apud eumd. Empol. *pag.* 250. §. 2. deindè in communicatione omnium priuilegiorum, & gratiarũ ab ipſo indiſtinctè facta inter omnes Ordines Mendicantes per Conſtit. *Dudum per nos*, 10. *Decembr.* 1519. apud Confettium *in collect. litter. Apoſtol. & priuil. Mendicant. inter Leonis X. Conſtit.* 18. & Laert. Cherubin. *tom.* 1. *Bullar. in Leon. eiuſd. Conſtit.* 32. & ità concludunt Confettius ipſe *in ſumm. mater. priuil. cap.* 5. *de communic. priuil.* Mirand. *ibid. tom.* 1. *q.* 21. *art.* 1. Lezana *tom.* 1. *qq. regul. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 52. Paſqualig. *centur.* 4. *q.* 339. *num.* 5. Bordon. *reſol.* 52. *num.* 66. Eminentiſs. Laurea *in Epitom. canon. verb. Priuilegia*.

311 Quin priuilegijs eorum Ordinum omnium, quibus ſunt communia priuilegia Ordinis Eremitarum, ex motu proprio Alexandri VI. quo Fratribus Auguſtinenſibus communicantur omnia priuilegia, indulta, immunitates, conceſſiones, exemptiones, indulgentiæ, & libertates in genere quacumque Apoſtolica auctoritate illis conceſſa omnium, & ſingularum Religionum, cuiuſcumque obſeruantiæ, & domorum, locorum, & perſonarum in illis degentium, quibus conceſſum eſt, vt priuilegijs Auguſtinenſium vti poſſint. Conſtit. *Sacræ Religionis* 8. Martij 1497. apud Roderic. *tom.* 1. *Bullar. in Alexand. VI. Bull.* 12. *& tom.* 1. *qq. regul. q.* 55. *art.* 1. Quod item dicendum etiam ſi huiuſmodi Alexandri VI. priuilegium conceſſum fuerit Congregationi Lombardiæ, vt refert Tamburin. *de Iur. Abb. tom.* 1. *diſp.* 17. *q.* 1. *num.* 31. cum dubium non ſit, non ſolum priuilegia Ordinis, & Congregationis prædictæ eſſe promiſcua ex Innocentij VIII. Conſtit. *Vacantibus ſub Religionis obſeruantia*. 17. *Kal. Decembr.* 1487. apud Confettium *ibid. Conſtit.* 2. *præfat. Innocentij*, & Empol. *conſtit.* 3. *pag.* 192. ſed omnium Congregationum eſſe eidem Ordini communia, vt aduertit Miranda *dict. tom.* 2. *q.* 46. *art.* 3. & conſtat ex Iulij II. incipien. *Dum fructus vberet* dat. *Kal. Iulij* 1507. apud eumd. Empol. *pag.* 204. §. 2. Hinc enim ſequitur, quod prædictum Alexandri VI. priuilegium ſit modò priuilegium Religionis Eremitarũ; atque adeò hęc fruatur omnibus priuilegijs &c. vt dictum eſt omnium Ordinũ, qui priuilegia eiuſdem Ordinis Eremitarum participant. Aluiſet. *de priuil. Regul. ſect.* 1. *cap.* 3. §. 4. *nu.* 18. *& ſect.* 4. *dub.* 1. *num.* 4. & rursùs, cum ad Monachos ſint extenſa Mendicantium priuilegia per Confett. *d. cap.* 5. *de communic. priuil.* Tamburin *d. tom.* 1. *diſp.* 17. *q.* 1. & eorum priuilegijs fruitur Religio Auguſtiniana, vt tradit Donat. *rer. Regul. tom.* 1. *tract.* 7. *q.* 10. & in terminis Aluiſet. *dict. dub.* 1. *num.* 4.

312 Nec horum tantummodò, ſed abſolutè priuilegijs &c. *omnium aliorum quorumcumque Ordinum, etiam Mendicantium, etiam de Obſeruantia nuncupatorum, ac Ordinis Prædicatorum, Carmelitarum, B. Mariæ Seruorum, ac Minimorum, & aliorum quorumcumq; Ordinum*, ex expreſſa conceſſione Clemen. VII. in Conſtit. *Romanus Pontifex die vlt. Octob.* 1530. apud Empol. *pag.* 66. & ità Aluiſet. *d. ſect.* 1. *cap.* 3. §. 4. *nu.* 20. Mallet. *de Eccleſ. Hierarch. tom.* 2. *lib.* 8. *tit.* 11. *num.* 9. Portel. *in dub. regul. verb. communic. priuil.* & præter Mirand. *dict. quæſt.* 46. *art.* 3. Roderic. *ead. q.* 55. Tamburin. *ibid. num.* 30. DD. communiter.

DVBIVM II.

An fruatur priuilegijs viuæ vocis oraculo conceſſis.

313 ITA ſanè; quia communicatio priuilegiorum non ſolùm amplectitur priuilegia ſcripta, ſed viuæ vocis oraculo conceſſa. Portel. *d. verb. communicatio nu.* 1. Donat. *eod. tract.* 7. *q.* 13. ex cõmunicatione priuilegiorum per dictionem *quomodolibet* conceſſorum, proùt illa vſus eſt Clemens VII. tum ad fauorem Minorum, vt refert Roderic. *d. art.* 1. tum ad fauorem Eremitarum *loc. ſupr.* Quæ dictio *quomodolibet*, cum per Gloſs. in *Clement.* 2. *de ſent. excommunic. in* 6. ſit quoddam vniuerſale, talis naturæ eſt, vt faciat venire ea, quæ aliàs non venirent. *Alex. conſ.* 155. *vol.* 2. Gratian. *conſ.* 163. *num.* 19. *cum ſeq. vol.* 2. & ſignificet quemcumque modum, qui excogitari poſſit. Rot. *deciſ.* 338. *num.* 3. *part.* 2. *in poſth. Farinac.* certè & viuæ vocis oraculo conceſſa comprehendit; Quod vtique ratione communicationis omnibus Mendicantibus competit. Sed in ſpecie Auguſtinianæ Religioni, cum id illi fuerit expreſsè conceſſum à Iulio II. Conſtit. *Religionem veſtram* ſub *die* 30. *Iunij* 1508. apud Empol. *pag.* 211. his verbis: *Decernimus itaque primò communicationem priuilegiorum aliorum Mendicantium Ordinum ad ea etiam extendi, quæ viuæ vocis oraculo ab illis impetrata, aut eis in genere donata ſint; volentes, vt quidquid alicui eorumdem, & hoc modo, aut quouis alio conceſſum eſt hactenùs, aut impoſterum concedetur, ſiue Conuentualibus, ſiue Obſeruantibus nuncupatis, id omne*

motu

motu proprio, & certa ſcientia vobis eſſe conceſſum &c. & iterum à Clemen. VII. *loc. ſupr. quomodolibet etiam viuæ vocis oraculo in genere conceſſis, & impoſterum forſan concedendis &c.* & ità Roderic. *loc. ſup. d. art.* 1. Mirand. *eod. art.* 3. §. *ſupradictus Iulius II.* Peyrin. *tom.* 1. *conſtit.* 1. *Iuly II. num.* 16. Aluiſet. *ſect.* 1. *cap.* 4. *num.* 20.

314 Nec obſtat his reuocatio viuæ vocis oraculorum facta tum à Gregorio XV. tum ab Vrbano VIII., quia ſub ea continentur viuæ vocis oracula, quæ ſuum effectum non ſunt ſortita, vt ex Sacr. Congregationis ſuper ſtat. Regul. declaratione ſub. 2. *April*, 1625. tenent Caſtell. *de elect. canon. cap.* 5. *nu.* 37. *verſ. pro parte*. Peyrin. *tom.* 2. *in Conſtit.* 3. *Gregor. XV. num.* 1. Ioann. Maria Nouar. in *Lucern. Regul. verb. priuilegia num.* 5. Lezana *tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 3. *num.* 21. Donat. *tom.* 1. *tract.* 16. *q.* 4. *nu.* 3. Non eſt autem credibile, quod tot priuilegia Mendicantibus viuæ vocis oraculo conceſsa ſuum effectum iam antè prædictas reuocationes ſortita non fuerint, & ideò, nec quod ea ſub reuocatione veniant.

315 Quia autem inter hæc ſunt aliqua, quę tractum ſucceſſiuum habent, & de his dubium eſt, an quoad effectum futurum reuocata ſint, affirmante Nouario *ibid. num.* 6. negantibus verò Lezana, Donato *loc. ſupr.* & Nicolio in *Floſcul. verb. priuilegium num.* 12. ad tollendam ambiguitatem, placet ſententia abſolutè dicentium ſub ea reuocatione prædicta priuilegia non comprehendi; Iulius ſiquidem II. in *præcit. Conſtit. Religionem veſtram* conceſſit Auguſtinianæ Religioni *motu proprio, & ex certa ſcientia* priuilegia alijs Ordinibus etiam viuæ vocis Oraculo conceſſa, & concedenda. Idem egit Clemens VII. in *ſupr. num.* 312. cit. conſtit. *Romanus Pontifex* cum clauſula: *quorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſererentur pro expreſſis, & inſertis haberi volumus.* Pius V. in Conſtit. *Et ſi Mendicantium Ordines*, apud Cherubin. *tom.* 2. *conſtit.* 41. §. 31, confirmauit eadem priuilegia etiam viuæ vocis oraculo cum incluſione eiuſdem clauſulæ, *quorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum*, quæ habet vim ſpecialis, & indiuiduæ expreſſionis cum omnibus ſuis qualitatibus. Felin. in *cap. nonnulli de reſcript. num.* 6. Riccius *collect.* 949. Pariſ. *lib.* 8. *de reſign. q.* 7. *nu.* 183. Menoch. *conſ.* 103. *num.* 47. Tuſch. *tom.* 1. *litt. C. concl.* 339. *nu.* 6. Monet. de *commut. vltim. volunt. cap.* 7. *num.* 201. Paſſerin. in *cap.* 51. *Apoſtolicæ de præbend. in* 6. *num.* 11. & operatur perindè, ac ſi omnia fuiſſent de verbo ad verbum expreſſa. Rot. *dec.* 407. *num.* 7. & *dec.* 607. *nu.* 2. *part.* 1. *in poſth.*; ac proindè confirmatio ſtatutorum cum dicta clauſula eſt *ex certa ſcientia* per Theſaur. Panormit. in *verb. clauſula pag.* 15. & Rot. in vna *Toletana Admiſſionis* 17. *Iunij* 1609. *coram Pamphil.* apud Farinac. *part.* 3. *rec.* Item Gregorius XIII. in Conſtit. *Ex benignà Sedis Apoſtolicæ* ſub die 21. *Martij* 1575, apud Confettium inter huius Pontificis *Conſtit.* 7. idem præſtitit primò ad fauorem Minorum, & Monialium S. Franciſci cum clauſula *ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis*; deindè in alia incipient. *Regimini* ſub 10. *Octobris* eiuſd. ann. 1575. ad fauorem Minimorum cum eadem clauſula *quorum tenores*, & hac altera *de poteſtatis plenitudine* addita, vt videre eſt apud Peyrinum inter Conſtitutiones Gregorij XIII. *Conſtit.* 1. §. 3. quæ paritèr æquiualet clauſulæ *ex certa ſcientia*. Gabr. *comm. lib.* 6. *Clauſul.* 1. *concl.* 1. *nu.* 6. Menoch. *conſ.* 1. *num.* 427. & tantam vim habet, ac clauſulæ, *motu proprio, & ex certa ſcientia*. Mandoſ. *ad reg.* 16. *Cancell. q.* 7. *num.* 5. Menoch. *d. conſ.* 1. *nu.* 386. Cocchier. ad *dict. reg.* 16. *Cancell. num.* 23. & *ad reg.* 20. *num.* 26. Et poſtremò Clemens VIII. in Conſtit. *Ratio Paſtoralis officij* die 20. *Decembris* 1597, apud Confett. inter huius Pontificis *Conſtit.* 5. in gratiam Minorum etiam oraculo viuæ vocis conceſſa priuilegia *ex certa ſcientia* confirmauit, atque explicitè innouauit.

316. Confirmatio autem *ex certa ſcientia* talis eſt virtutis, & efficaciæ, vt priuilegia reuocata reſtituat, & habeat vim nouæ conceſſionis *cap. Si Apoſtolicæ* & ibi Gloſs. in *verb. Confirmamus. de præbend. in* 6. Barboſ. in *cap. cum dilecta de confirmat. vtil. vel inutil. à num.* 18. & *ſeq.* Rot. in *Barenſi, ſeù nullius Archiepiſcopatus.* 23. *Ianuarij* 1615. *coram Cardinali Sacrat.* in impreſs. per Farin. *part.* 1. *recent. deciſ.* 666. *num.* 7. tunc enim non dicitur ſimplex confirmatio, vel innouatio; ſed ampliatio, & noua conceſſio. Ruin. *conſ.* 31. *num.* 5. *lib.* 1. Dec. *conſ.* 341. *nu.* 7. Rot. *deciſ.* 192. *num.* 2. apud Farinac. *d. part.* 1. *recent.* Donat. *ibid. tract.* 9. *clauſul.* 3. *num.* 6. & *tract.* 11. *q.* 7. *nu.* 3. Tamburin. *de iur. Abb. tom.* 1. *diſp.* 18. *q.* 1. *num.* 7. vbi aſſerit, hoc hodie per eamdem Rotam indubitato admitti: adeòque verum, quod per confirmationem *ex certa ſcientia* actus nullus confirmetur, eique validitas tribuatur, vti notat Gloſs. in *cap. Quia diuerſitatem. de conceſſ. præbend.* & *cap. veniens de tranſact.* Barboſ. in *tit. de confirmat. vtil. vel inutil. num.* 8. & *in d. cap. cum dilecta num.* 18. quod de communi docere Natam *conſ.* 636. *num.* 17. *verb. non obſtat.* & Tuſch. *verb. Confirmatio ex certa ſcientia*, aduertit, ſequiturque Donatus *d. tract.* 11. *q.* 4. *num.* 3. Vnde, & ſi in confirmationibus priuilegiorum addatur clauſula *quatenùs ſint in vſu*; nihilominus, ſi ſimul apponatur clauſula *ex certa ſcientia*, quæ ſunt in vſu, licet aliundè inualida, per eam validari tenent Roderic. *qq. regul. tom.* 1. *q.* 8. *art.* 3. Suarez *de legibus lib.* 8. *cap.* 18. *num.* 16. Ioann. Crux. *de ſtat. Regul. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 2. *concl.* 6. Peyrin. *tom.* 2. *in Conſtit.* 1. *Gregor. XIII. num.* 1. quos refert, amplectiturque Tambur. *d. tom.* 1. *diſp.* 18. *q.* 6. *clauſula* 1. Portel. *p.* 1. *dub. regul. verb. Priuileg. conceſſio. num.* 63. Donat. *eod. tract.* 11. *q.* 13. *num.* 5. Baſſæus *verb. Priuilegium* 4. *num.* 5.

317 Cum ergò priuilegia oraculo viuæ vocis conceſſa, fuerint ab his Summis Pontificibus per confirmationem, & innouationem cum clauſulis *quorum tenores, & motu* etiam *proprio, & ex certa ſcientia*, ſupradictis particu-

L lari-

laribus Conſtitutionibus confirmata, magnum eſt fundamentum dicendi, ea non habere amplius rationem viuæ vocis oraculorum, nec vt talia habenda eſſe: ſed valere, vt Conſtitutiones propriè dictas; Et priuilegia viuæ vocis oraculis primò conceſſa iam eſſe (loquendo ſaltem de priuilegijs vſque ad dictam Vrbani VIII. reuocationem viuæ vocis oraculò conceſſis) priuilegia per Conſtitutiones conceſſa, & propterea ſub viuæ vocis oraculorum reuocatione nequaquam comprehenſa. Ità Peyrin. *tom.3. in additam ad Conſtit.*18. alias 28. *Vrbani VIII. num.* 1. Leander. de Murcia *quæſt.* 20. *ad cap. 6. Regul. S. Franciſci num.* 3. Hyeronimus Garcias in *politic. Regul. tom.1. tract.8. difficult. 1. dub.6. num.6.* Lezana *tom.2. verb. Oracul. viu. voc. num.7.* Antonius à Spiritu Sancto in *Directot. tract.2. diſp.1. ſect.1. num.36.* Auſon. in *Summ. Dian. verb. priuilegium num.*5. Paulus ab omnib. Sanctis in *clau. aurea part.4. cap.13. nu.* 236. Samuelius *de ſepultur. prælud.3. appendic. num.1. & ſeq.* Thomas Hurtadus *tom. 2. tract. 12. cap.1. §.21. num.*1168. *& ſeq.* Pellizar. Poſſentius, Baſſæus, Straccius, Martinus à S. Ioſeph, & Ioannes de Soria relati à Diana in *coordinat. part.7. tract.1. reſol.*250. Auguſtinus Reding. *Theol. Schol. tom.12. art.3. contr.2. n.6.* & quidem rationabiliter, cum reuocatio priuilegiorum ſit per ſe odioſa, & ideò reſtringenda ad vera, & pura viuæ vocis oracula, & non ad ea, quæ ſunt per Conſtitutiones confirmata.

318 Neque admittitur, quod Bordonus *reſol.31. num.5. Diana d. reſol.*250. Donat. *ibid. tract.16. q.3. num.4.* contrarium ſentientes dicunt, confirmationibus prædictis non variari naturam priuilegiorum viuæ vocis oraculo conceſſorum, ſiue viuæ vocis oraculorum, ex eò quod confirmationes non variant naturam confirmati; cum namque per ipſos, ſi priuilegium viuæ vocis oraculo conceſſum, fuiſſet ſubſequenter confirmatum non facta mentione viuæ vocis oraculorum, non cenſeretur amplius viuæ vocis oraculum, nec ſub dicta reuocatione comprehenſum; idem dicendum eſt de priuilegio viuæ vocis oraculo prius conceſſo, deinde per bullam *ex certa ſcientia*, & cùm clauſula *quorum tenores* confirmato; cenſetur enim tunc ipſum priuilegium expreſſum, & expreſsè confirmatum, & conſequenter non amplius ſimplex viuæ vocis oraculum; adeòq; neque ſub reuocatione comprehenſum, vt præter ſuprà poſitos DD. benè concludit d. Martinus à S. Ioſeph in *Mon. Confeſſ. tom.1. lib.1. de Matrimon. tract.43. n.4.* & ad id, quod ſubdunt de confirmatione, dico non variari per confirmationem naturam viuæ vocis oraculi, quando confirmatio eſt oretenùs tantum iuxta viuæ vocis oraculi rationem: non verò quando confirmatio eſt diuerſæ rationis. Reding. *ibid. nu.7.*, & per Conſtitutiones, & Bullas, & clauſul. *quorum tenores*. Quo obſeruato, eorum principium facilè corruit.

DVBIVM III.

An fruatur priuilegijs Societatis Ieſu.

319 Amplectitur ſine dubio communicatio hæc priuilegiorum, qua Eremitarũ Religionem gaudere diximus, priuilegia non tam conceſſa, verùm, & concedenda, vt benè Miranda *tom.1. q.21. art.1. §. ex hac conceſſione* & *tom.2. q.46. art.5. concl.1.* Portell. *verb. communicatio priuil. num.1.* Lezana *tom. 1. p.1. cap. 3. num.*17. Tamburin. *tom.1. diſp.17. q.2. num.* 8. Bordon. *reſol. 52. num.92.* A Spiritu Sancto *tract.1. diſp.1. ſect.3. num.35.* Donat. *ibid. tract. 7. q.5. num.2. & 3.* Ioan. Crux *loc. ſupr. lib.2. cap.4.* Mallet. *De Eccleſ. Hierarch. tom.2. lib. 8. tit.11. num.9.* Baſſæus *verb. priuilegium. 5. n.14. & in ſupplement. num.* 10. & probant clarè ex Leone X. d. Conſtitutione. *Dudum.* & quo ad Eremitanos vidimus clarè ſuprà ex dictis *num.* 313. Iulij II. & Clementis VII. Conſtitutionibus præter alias pro alijs Ordinibus Conſtitutiones, quibus datum eſt illis frui priuilegijs conceſſis, & concedendis, quibus certè per communicationem gaudent Mendicantes, & Eremitani, vt in puncto Baſſæus *d. num.*10.

320 Quarè concludendum, frui Eremitarũ Ordinem priuilegijs etiam conceſſis Societati Ieſu: non obſtante, quod dicta communicatio priuilegiorum concedendorum prodierit antè approbationem dictæ Societatis Ieſu, quia cum poſt eius approbationem communicata ſint per diuerſos Summos Pontifices eius priuilegia nonnullis Ordinibus, Ciſtercienſibus ſcilicet, & Crucigiferis, quorum priuilegijs gaudent Ordines Mendicantium, communicata ſunt & ipſis Mendicantibus, vt benè probant Roderic. *d. q.55. art.17.* Miranda *ead. quæſt.46. art.5. concl.2.* Crux *d. cap.4. nu.3.* Donat. *tract. 7. quæſt.7.*

321 Sicuti neque officit, quod nonnulla priuilegia Societatis prædictæ, conceſſa ſiquidem à Gregorio XIII. qualificata ſint hac clauſula, *quod alijs Ordinibus non communicentur*: non tantùm, quia ſubſequenter Gregorius XIV. in duabus conſtitutionibus ad fauorem Ciſtercienſium, & Crucigiferorum ſupradictis abſolutè, & ſine aliqua limitatione eis communicauit omnia priuilegia aliorum Ordinum etiam Societatis Ieſu: quare, cum à conceſſione generali non ſit recedendum, ſequitur, Mendicantes, qui gaudent priuilegijs aliorum Ordinum, poſſe frui priuilegijs Societatis Ieſu; quibus poſſe frui eſt abſolutè, & ſine vlla limitatione dictis Ciſtercienſibus, & Crucigiferis à Gregorio XIV. conceſſum. Roderic. *ibid. §. & circa hunc*. Crux *d. num. 3. in fin.* Naldus *verb. priuilegium num.*25. A Spiritu Sancto *ibid. num.* 49. Donat. *ibi q.*8. Diana in *coordinat. d. tract. 1. reſol.259. num.1.* Baſſæus *verb. priuileg.5. nu.* 14. Auguſtinus Reding. *Theol. Schol. tom. 12. art.3. contr.1. num.* 15. Non per hoc tantum, inquam, ſed etiam quia adeſt noua conceſſio

pri-

priuilegiorum Societatis Ieſu ad fauorẽ Theatinorum; & ideò quamuis ratione generalis communicationis non intelligantur communicata alijs Ordinibus priuilegia, quæ per Gregorium XIII. communicari prohibentur, communicantur tamen, quia Theatinis, quorum priuilegijs gaudent Mendicantes, eiſdem priuilegijs Societatis Ieſu eſt à Gregorio XIV. ſub 5. *Aprilis* 1591. gaudere de nouo conceſſum.

322 Et ratio eſt, quia, dum priuilegiũ conceditur ſub prohibitione communicationis, excluditur ſolùm communicatio; & ideò per viam communicationis non poteſt participari ab alijs: non autem excluditur conceſſio, præſertim ſi fiat alteri tamquàm principali; nam conceſſio de nouo dat: communicatio autem non dat de nouo, ſed ſupponit datum alicui; & trahit ſolum ad participationem alterius; quarè hac prohibita, non remanet prohibita conceſſio eiuſdem; & conſequenter non obſtat dicta prohibitio, quin conceſſionarij participent dicta priuilegia, cum non participent ex vi communicationis, ſed ex vi nouæ conceſſionis. Sic in terminis Paſqualig. *qq. moral. & canon. centur.* 4. *q.* 356. Ex qua doctrina infertur, Mendicantes quoque eiſdem gaudere, non vi communicationis priuilegiorum Societatis Ieſu prohibitæ: ſed vi conceſſionis nouæ factę tum Theatinis, quorum conceſſione non prohibentur frui Mendicantes, licet contrarium aſſerat *ibid. num.* 16. Paſqualigus. tum Ciſtercienſibus; tum Crucigiferis, vt obſeruat Donat. *dict. q.* 8. *num.* 9. & 10. quorum certè priuilegia participant Mendicantes, vt diximus; Et ſignanter Auguſtiniana Religio, cui competunt omnium Ordinum priuilegia conceſſa, & concedenda, vt *num.* 313. dictum eſt. Præterquamquod idem Gregorius XIV. Congregationi S. Bernardi in Hiſpania conceſſit communicationem priuilegiorum omnium Ordinum cum clauſula. *Non obſtantibus quibuſcumque in contrarium facientibus, etiam communicationis prohibitionis*, vt referunt Marcellin. à S. Benedicto in *compend. priuileg. Fulliens. v. ord.* §. 5. & Aluiſet. *d. ſect.* 1. *cap.* 3. §. 4. *num.* 24. quo tota præſens difficultas euacuatur.

323 Idem dicendum de alia clauſula in prædictis Societatis Ieſu priuilegijs, *quod non poſſint eis vti dictæ Societatis Religioſi ſine Patris Generalis licentia &c.* quod ſcilicet non afficiat alios Regularium Ordinum Religioſos: ſed ſine prædicta licentia poſſint illis vti reſpectiuè qui ea participant, & quia ſine huiuſmodi reſtrictione, quæ potiùs vtpotè odioſa coarctari debet, communicata ſunt prædictis Ordinibus priuilegia Societatis Ieſu, & quia facta eſt huiuſmodi reſtrictio ob bonum regimen, & peculiarem rationem, ſeù ſtatutum præfatæ Societatis, quæ non conſiderantur in alijs Religionibus eorũ priuilegia participantibus; & quia reſtrictio illa non eſt priuilegium, nec ad gratiam ſpectat; & quandò communicatur priuilegium, communicatur ipſa gratia in ſubſtantia, non verò modus vtendi; vt ad rem ponderant, & concludunt Roderic. *loc. dict.* §. *ſecundum dubium eſt*. Miranda *ead. concl.* 2. *in fin.* Crux. *ibid.* §. *tertiò ſequitur* Portell. *verb. priuil. communicatio nu.* 23. Peyrin. *tom.* 1. *in Conſtit. Pyrrhi. num.* 12. Diana *dict. reſol* 249. *num* 2. Donat. *eod. tract.* 7. *q.* 9. Baſſæus *eod. verb. priuil.* 5. *num* 10. Paſqualig. *ibid. q.* 333. A Spiritu Sancto vt *ſupr. nu.* 50. Palaus *tom.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 4. *punct.* 2. §. 9. *num.* 4. Reding. *d. num.* 15.

DVBIVM IV.

Quid præſtet priuilegiorum communicatio, de quibus intelligenda, & quomodò fiat.

325 HOC pręſtat dicta priuilegiorũm communicatio, quod aliorum Ordinum priuilegia ità propria fiunt Religionis Eremitanæ, ac ſi ipſi primò, & principalitèr, atque directè, ſpecialiter, & ſpecificè conceſſa fuiſſent, per Oldrad. *conſ.* 300. *nu.* 8. Bertrand. *conſ.* 149. *num.* 2. *lib.* 1. *in antiqu.* Pariſ. *conſ.* 22. *nu.* 5. *lib.* 4. DD. communiter in *l.* 1. *ff. de leg.* vbi Ioannes Crot. *num.* 13. Iacob. de Nig. *num.* 5. Roman. *conſ.* 383. *num.* 1. & alij cum Rot. *deciſ.* 8. *num.* 5. *part.* 2. *diuerſ.* & in vna *Bononien. exemptionis, coram Veroſpio.* 25. *Maij* 1618. quos adducunt, ſequunturque Tamburin. *d. tom.* 1. *diſp.* 17. *q.* 1. *num.* 17. & *q.* 3. *num.* 2. & Paſqualig. *centur.* 4. *q.* 339. *num.* 17. & benè probant ex præcitata Bull. Leonis X. incipien. *Dudum*. Paſqualig. *ibid. num.* 5. Bordon. *reſol.* 52. *num.* 91. Donat. *tract.* 7. *q.* 3. *num.* 2. & patet pro Auguſtiniana Religione ex Sixti IV. & Clem. VII. Conſtitutionibus apud Empol. *pag.* 347. & *pag.* 66. Quo fit, & vt amiſſo, aut diminuto, vel reuocato priuilegio in ea Religione, cui fuit primò conceſſum, non amittatur, nec minuatur, aut reuocetur in altera communicante, vt obſeruant Portel. *d. verb. priuil. communic. num.* 22. Peyrin. in *dict. Conſtit. Phyrrhi num.* 52. Ioann. Crux *ibid. cap.* 4. *concl.* 3. Lezan. *tom.* 2. *verb. priuil. regul. num.* 24. A Spiritu Sancto *ead. ſect.* 3. *num.* 34. & quod Religio communicans poſſit eo vti contra Religionem, cui fuerat primò conceſſum ex Cordub. in *annot. ad priuileg. Mendic. verb. Communicat. priuil.* §. *Tandem.* Miranda *tom.* 2. *q.* 46. *art. fin.* Roderic. *tom.* 1. *q.* 8. *art.* 4. & *q.* 55. *art.* 21. Sanchez *conſil. Moral. lib.* 6. *cap.* 9. *dub.* 9. *num.* 2. Portell. *ibid. num.* 24. Tamburin. *loc. ſupr. q.* 4. Lezan. *eod. tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 2. *num.* 57. Bordon. *ead. reſol. num.* 317., & 376. A Spiritu Sancto *ibid. nu.* 59. Donat. *d. tract.* 7. *q.* 19. Licet id intelligendum dicant, vbi agatur de vitando damno rei poſſeſſæ contra Religionem agentem de captando lucro rei non poſſeſſæ. Naldus *in ſumm. verb. Priuilegium num.* 13, Bordonus, & Donat. *loc. ſupr.* & Auguſtinus Reding. *dict. tom.* 12. *Theol. Schol. q.* 5. *art.* 3. *contr.* 1. *nu.* 14.

325 Et ità propria fiunt Religionis, cui communicantur, quod Eremitana Religio alia-

aliarum Religionum priuilegia ſibi approbapriare valet, mutando Pontificum,& Religionum nomina, & in Bullis, ſiuè priuilegijs Auguſtinianorum nomen vbique ſubrogando, vt docent ex conceſſione Iulij II. Conſtit. eius 1. §.14. Confettius dict. cap. 5. ſum. mater. priuil. Peyrin. in dict. Conſtit. Pyrrhi.num. 51. Bordon. reſol.52.num.98. Lezan. in Bull. auream poſt Mare magn. Prædicat. & Minor. ad §.9.num. 15. & in Mar. magn. Minimorum ad §.34. nu.120. Reding. dict.art.1.num.4. & deducitur clarè ex his Clementis VII. verbis apud Empol. in Bullar. Ordin. pag.66. Tibi, dictoque tuo Ordini, illiuſque perſonis, locis, & bonis, in iudicio, & extrà illud vbicumque per te, vel alias dicti Ordinis tui perſonas, ſeu illarum nomine fuerint exhibita, vel oſtenſa, ſuffragentur, ac ſi in eis dictus tuus Ordo, illiuſque Prælati, perſonæ, & loca nominatim fuiſſent, & eſſent expreſſa, Licet Diana d. tract. 1. reſol.257. in fin. moneat in facti contingentia exhibendum priuilegium principale, de quo agitur conceſſum indiuidualiter certæ alicui Religioni, & ſubinde priuilegium communicationis.

326 Non eſt tamen neceſse, quod exhibeantur litteræ originales priuilegiorum; ſed ſufficit, quod producantur monumenta Ordinum, ſiuè libri rerum Religionum, in quibus ſint ipſa priuilegia impreſsa, quia comparantur ſcripturæ authenticæ, vt latè probat Bordon. ead. reſol.52. n.54. tenentque Portell. verb. priuilegium, num. 3. A Spiritu Sancto ibid. ſect. 1. num. 4. Donat. loc. ſup. tract. 2. q. 14. à num. 4. & ante eos Naldus verb. priuilegium. nu.2. vel ad ſummum, quod exhibeantur tranſumpta manu Prælati alicuius, vel Generalis, aut publici Notarij ſubſcripta per Donat. eod. tract.2. q.13. & Lezan. in d. Bull. auream nu.15. & in Mari magn. Eremit. num.158. vbi ait valere etiam pro caſu, quod Bullę originales non reperiantur in Regiſtris Supplicationum, Bullarum, ſeù Breuium ex Rot. deciſ. in vna Iannen. Abbatiæ coram Ghiſlerio 14. May 1635. num. 73. & eamdem efficaciam habent etiam in iudicio, ac ſi plumbeo ſigillo obſignata eſſent, vt rectè deducunt Caſſarub. in compend. priuil. Mendic. verb. priuilegia fratrum num.18. & 19. Roderic. tom. 1. q.7. art. 5. Mirand. tom. 2. q.42. art. 6. concl. 2. Ioann. Crux ibid. lib. 2. cap. 1. dub. 2. concl. 3. Lezan. tom. 2. verb. priuil. Regul. num.7. ex clariſſimis, & ſingularibus diſpoſitionibus ad fauorem Eremitanæ Religionis Iulij II. in Conſtit. Nihil eſt, quod ſæpius ſub 24. Septemb. 1508. & Leonis X. in altera: Licet ſponte noſtra ſub 6. Maij 1514. vt videre eſt apud Empol. pag. 210. §. 4. & pag. 246. §. 6.

327 Obſeruandum eſt autem communicationem hanc intelligendam eſſe de priuilegijs quo ad fauorabilia; nam pænalitates, & quæ odioſa ſunt, non participantur, etiam ſi priuilegia communicentur. Confett. dict. cap. 5. Hieronym. Garcia in politic. Regul. tom. 1. tract.8. difficult. 1. dub.4. num 4. Diana ibi reſol. 257. num. 2. non enim intendunt Summi Pontifices communicare niſi gratias. Mirand. dict. q.46. art. 6. Lezan. tom.1. part.2. cap. 1. nu. 52. Auguſtinus Reding. dict. contr.1. n. 12. & quæ pænas continent, ſunt potiùs ſtatuta, quàm priuilegia. Tamburin. ead. diſp. 17. q.6. num. 1. Donat. tom. 1. part. 1. tract.7. q.12. num. 4. Paſſerin. de elect. canonic. cap. 5. num. 7. ſecus verò loquendo de pænis ſtatutis in priuilegijs contra Sæculares vexantes, impedientes v. g. Religioſos, quia hæ, cum ſint in fauorem Religionum inflictæ, ſub priuilegiorum communicatione comprehenduntur. Roderic. ead. q.55. art.17. in fin. Lezan. dict. num. 52. Bordon. ibid. num.95. A Spiritu Sancto, vt ſupra num. 55. Reding. d. nu. 12. ſicuti & ſi loquamur de odioſis, ſiue oneroſis huic, vel illi Religioſo, dummodò ſint in conſeruationem Religionis; nam huiuſmodi priuilegia non ſunt pænalia, vel odioſa, ſed fauorabilia Religioni, cum per illa Regularis diſciplina conſeruetur. A Spiritu Sancto ibid. Bordon. ead. reſol. num. 93. Paſſerin. de ſtatib. tom. 3. q. 189. art. 8. num.89.

328 Modus tandem, quo fit prædicta priuilegiorum communicatio, eſt hic; quod ea, quę competunt Religioni, ſiuè Congregationi, conueniant Religioni, & Congregationi, cui communicantur; & quæ ſunt Generalis, Prouincialium, Priorum, & Fratrum vnius Religionis, item conueniant Generali, Prouincialibus, Prioribus, & Fratribus alterius Religionis. Ita expreſsè Sixtus IV. in noſtro Mari magno §. 55. vt videre eſt apud Empol. pag.347. Lezan. tom. 3. qq. regul. & Roderic. inter Bull. Sixti IV. 32. & patet ex declaratione Iulij II. in incipien. Aliàs ad ſupplicationem ſub 1. Iunij 1509. apud Confett. in collect. litt. Apoſt. inter Iulij II. Conſtit. 8. & in ſupradicto cap. 5. pag. 295. Roderic. tom. 1. q. 55. art. 20. Miranda dict. q. 46. art.1. §. ſupradictus Iulius. Crux eod. lib. 2. cap. 4. concl. 2. Bordon. ibid. num. 66. & 318. Lezan. tom.1. part. 2. cap. 1. num. 55. Candid. Brognol. in Specul. Cleric. tract. 4. de priuil. Regul. cap. 6. reſol. 14. A Spiritu Sancto ibid. ſect. 3. num. 40. Donat. eod. tract.7. q. 2. & q. 14. nu. 14. Mallet. dict. tom.2. tit. 11. num. 7. Gabriel a Sancto Vincentio de remedijs ignorant. diſp. 11. dub. 4. num. 39. Reding. d. contr. 1. num. 2. Quod habet locum non ſolum quoad perſonas dictis nominibus expreſſas, ſed etiam quoad eas, quæ ſub earum vocum ſignificatione comprehenduntur. Caſſarub. loc. ſupr. verb. communicatio priuil. num. 1, 13. & 14. Bonacin. de leg. diſp. 1. q. 3. punct. 1. §. 2. num. 1. Tamburin. dict. tom. 1. diſp. 16. q. 3. num. 2. Portell. verb. priuil. communicat. num. 21. & verb. Vicarius num. 3. Lezan. d. cap. 1. num. 53. & 55. & tom. 2. verb. priuilegia regul. nu. 5. & verb. Vicarius. num. 3. Fagnanus in cap. quod nonnullis. de priuil. à n. 20. & 28. & Brognol. ibid. cap. 1. reſol. 10.

DV-

DVBIVM V.

An poſſit nunc vti dictis priuilegijs Eremitana Religio.

329 POteſt vtique, cum (exceptis, ſi quæ ſunt ſpecialiter reuocata) cenſeantur adbuc in ſuo vigore, vtpote confirmata, & de nouo conceſſa per varios Summos Pontifices ſub clauſulis *motus proprij, & certæ ſcientiæ*, vt *num.* 314. dictum eſt pro diuerſis Religionibus; nam confirmatis dicto modo priuilegijs vnius Religionis, confirmata ſunt pariter & ea Religionum communicantium. Peyrin. *tom.* 2. *priuil. ad Conſtit.* 1. *Gregor. XIII.* §. 3. *n.* 2. Murga *diſq. Can. mor. tom.* 2. *diſq.* 4. *dub.* 8. *n.* 62. Maximè, ſi communicatio, prout eſt ea Ordinis Eremitarum, amplectatur priuilegia conceſſa, & concedenda, vt reſoluunt Roderic. *d. tom.* 1. *q.* 8. *art.* 2. Mirand. *tom.* 2. *q.* 42. *art.* 5. *concl.* 2. Portell. *verb. priuil. confirmatio. nu.* 34. Baſsæus *verb. priuil.* 4. *num.* 3. Donat *tract.* 11. *q.* 9. *num.* 4. A Spiritu Sancto *ibid. ſect.* 4. *num.* 68. Murga *ibid. n.* 63.

330 Et quia in dictis confirmationibus quãdoque apponitur clauſula *quatenus ſint in vſu*, obſeruandum primò cum Lezan. *tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 15. *num.* 17. dupliciter poſſe intelligi priuilegium aliquod Religionum eſſe in vſu: primò actualiter, quando ſcilicet actu eo vtitur Religio: Secundò habitudinali; & hoc adhuc dupliciter: primo, quando, & ſi eo non vtatur actu Religio, hoc prouenit ex eo, quod vel priuilegij ſcientiam, vel vtendi occaſionem non habuerit, aut ad vtẽdum impedita fuerit; tunc enim quaſi habitudinaliter dicitur eſſe in vſu; Secundò, quando & ſi ſuppoſita ſcientia, & occaſione ad vtendum, vſa non fuerit, non eſt tamen contra illud tempore legitimo præſcriptum, quod ad minus quadraginta annorum eſſe debet; cum enim priuilegia Religionum ſint quædam ipſarum bona. Lezan. *ibid. & tom.* 2. *verb. priuilegia, num.* 15. & contrà hæc vtpotè Eccleſiaſtica præſcribi non poſſit niſi ſpatio quadraginta annorum ex *cap. ad aures cap. illud cap. de quarta. de præſcriptionibus*; ità neque contrà priuilegium currit præſcriptio, niſi ad minus quadraginta annorum ſpatio. *cap. accedentes. de priuilegijs*. Et ſic, cum priuilegia illa, quorum non vſus non eſt quadragenarius, cenſeri nequeant præſcripta, dicuntur eſſe in vſu ſaltem habitudinaliter. Ità Lezan. *d. cap.* 15. probabiliter ex Corduba in *compend. priuil. verb. abſolutio. quoad Sæculares.* 1. §. *quoad. & §. Decimono*. Roderic. *d. q.* 8. *art.* 3. 4. & 5 Portell. *in dub. Regul. verb. priuilegij ceſſatio per non vſum. num.* 57. & 58. Peyrin. *tom.* 1. *in Conſtit.* 15. *Iulij II.* §. 3. Quo dato, non video quare dicendum non ſit, Regularium priuilegia eſſe ſemper in vſu habitudinali, quo aduſque per centum annos eorum non vſus perdurauerit; Cum pariter eorum bona non cenſeantur præſcripta niſi ſpatio centum annorum ex priuilegio Eugenij IV. in Bull. *Apoſtolicæ* conceſſo Benedectinis monaſterij S. Pauli extrà muros Vrbis apud Roderic. in *Bullar. in eod. Eugenio n.* 17. Murga *ibid. n.* 30. quod priuilegium alijs Religionibus cũ Benedictinis cõmunicãtibus commune eſse per eumdem Roderic. *tom.* 3. *qq. Regul. q.* 35. *art.* 2. Ioan. de Cruce *lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 2. *concl.* 2. Tamburin. *eod. tom.* 1. *diſp.* 16. *q.* 14. Portell. *ſup.* quos refert Lezana *d. tom.* 2. *verb. priuilegia. nu.* 15. *in fin.* vnde ſecundum hanc doctrinam quando in priuilegiorũ communicatione additur *dummodò ſint in vſu*, poterit eis vti Religio, cui communicantur, etiamſi Religio, cui primò conceſsa fuerunt, eis non vtatur, & iſte non vſus non ſit centenarius, cum ex non præſcriptione cenſeantur in vſu ſaltem habitudinali.

331 Obſeruandum ſecundò, non eſse opus, quod in omnibus Ordinibus, aut Ordinũ monaſterijs ſint in vſu: ſed ſatis eſse, ſi in aliquo; nec irrationabiliter, quia per vſum vnius monaſterij alicuius Ordinis cæteris præſeruatur ius illis vtendi. Seraphin. *deciſ.* 951. *num.* 1. & 2. Rot. in *Conchen. decimarum. coram Orano*, quæ eſt deciſio. 240. *n.* 6. *part.* 4. *diuerſ.* & in *ead. cauſ.* 12. *Maij* 1623. *coram Burat*. poſt Tamburin. *ibid. tom.* 3. *deciſ.* 96. *n.* 9. & *deciſ.* 640. *n.* 4. *p.* 2. & *deciſ.* 213. *num* 4. *p.* 4. & *deciſ.* 63. *num.* 10. *p.* 5. *recent.* Roderic. *qq. Canonic. & Regul. tom.* 1. *q.* 8. *art.* 4. Portell. *verb. priuileg. ceſſatio num.* 55. Tamburin. *d. q.* 14. *num.* 15. Donat. *tract.* 12. *q.* 7. *n.* 22. eo pacto, quo iuſpatronatus per exercitium alicuius ex Condominis alijs præſeruari docent Panormit. *conſ.* 54. *lib.* 1. Roch. de Curt. de *Iur. patron. in verb. competens. n.* 42. Rot. *d. deciſ.* 951. & *in ead. Conchen. coram Burat*. adeoq; & per vſum vnius Religionis præſeruatur ius quoad alias. Roderic. *d. q.* 8. *art.* 4. Portell. *verb. priuil. confirm. n.* 55. vnde ſubdit Murga *loc. ſup. n.* 32. cum credibile non ſit neminem ex tot millibus, quibus illa conceſsa, non eis vſum fuiſse, ab vtentibus præſeruata ea omnibus alijs; ni velimus dicere, quod cum per Ioannem Crux *d. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 5. §. *Tandem iſta concluſio*, Paulus V. ſub 1. Decemb. 1609., & vt habet Baſſæus *d. priuileg.* 4. *num.* 2. alij plures confirmauerint, & innouauerint prò vtroque foro omnes gratias, & priuilegia Minoribus etiam per communicationem alijs Ordinibus conceſsa, non excipiendo priuilegia, quæ non ſunt in vſu: Sed ea tantùm, quæ aduerſantur decretis Concilij Tridentini, à prædicta clauſula *quatenus ſunt in vſu* eorum vſum non impediri; nam exeluſis ab ea confirmatione priuilegijs, quæ decretis Concilij aduerſantur, incluſa in ea intelliguntur alia priuilegia, licet non in vſu: præter alias rationes, quibus ad rem vtuntur Bordonus *d. Reſol.* 52. *num.* 120. & fuſius Murga *àd. num.* 32. *ad* 64.

332 Quin & eiſdem vti poterit, etiamſi contrarium vſum habuerit; quamuis enim per contrarium vſum euaneſcant *cap. cum acceſſiſſent. de Conſtit. cap. Accedentibus. cap. Porrò & cap.*

Rece-

Recepimus. de priuileg. cum latiùs adductis per Bonacinam *de leg. diſp.* 1. *q.* 3. *punct.* 8. *§.* 6. Regulares tamen ſuis vti poſſunt priuilegijs, etiamſi contra illa habuerint contrarium vſum. *Nald. verb. priuilegium. num.* 3. ex priuilegio Eugenij IV. tum Congregationi S. Iuſtinæ Benedictinorum *Bulla* 9. vt habent Nouar. *in Lucern. Regul. verb. priuilegia. num.* 3. Portell. in *addition.* ad idem verbum *priuil. num.* 4. Diana in *coordinat. part.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 256. Tamburin. *dict. tom.* 1. *diſput.* 16. *q.* 14. *num.* 22. A Spiritu Sancto *vt ſupr. ſect.* 6. *n.* 114. Aluiſet. *ſect.* 1. *cap.* 8. *§.* 2. *art.* 5. *n.* 8. tum Congregationi Cæleſtinorum *Bull.* 11. vt refert Crux *dict. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 3. *concl.* 2. & pluribus exornat Murga *loc. ſup. à nu.* 32. *& ſeq.*

333 Limitandæ tamen ſunt dictæ concluſiones quoad priuilegia, quæ decretis Concilij Trident. contraria ſunt, cum per eumdem Ioannem Crux *d. cap.* 3. *dub.* 5. *in fin.* etiamſi in priuilegiorum confirmationibus non excipiantur priuilegia contraria Concilio Trident. ex ſtylo curię Romanæ ſemper huiuſmodi priuilegia intelliguntur excepta. Limitari inquàm debent quoad ea priuilegia, quæ decretis eiuſdem Concilij expreſsè reuocantur, proùt in nonnullis locis particularibus dicti Concilij contingit: non autem quæ ſolùm dictis decretis contraria ſunt, vt late, & diſertè probant. Roderic. *d. q.* 8. *art.* 6. Hierony. Roderic. in *compend. reſol.* 116. *num.* 14. Mirand. *ead. q.* 42. *art.* 3. *§. ſed. alij*. licet ibi diſputatiuè loquatur. Suarez. *lib.* 8. *de leg. cap.* 18. *num.* 17. *in fin.* Portell. *verb. priuil. confirmat. num.* 31. Tamburin. *ibi diſp.* 17. *q.* 6. *clauſul.* 1. *num.* 2. *&* 3. Alderet. quem refert, & ſequitur eruditè idem probans Moronus *reſponſ.* 76. *à num.* 84. Ioan. Crux *dict. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 6. *num.* 9. A Spiritu Sancto *ibid. ſect.* 5. *num.* 72. Diana, *vt ſup. reſol.* 255. *num.* 3. & vt probabile tenet Lezan. *tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 1. *num.* 58. *& cap.* 15. *nu.* 18. *& tom.* 2. *verb. clauſula. num.* 26. & cum alijs Paulus ab omnibus Sanct. in *Clauſtr. part.* 8. *num.* 453. & ſupra laudatus Murga. *dict. dub.* 8. *num.* 40. Quamuis enim in *dict. Concil. cap.* 22. *de Regul. ſeſſ.* 25. dicatur. *Hæc omnia, & ſingula in ſuperioribus decretis contenta præcipit SanctaSynodus obſeruari in omnibus Cœnobijs, Monaſterijs, Collegijs &c. Non obſtantibus eorum priuilegijs*; ſermo eſt ibi de decretis iſtius Seſſionis. 25. & non de alijs aliarum Seſſionum; vnde priuilegia decretis iſtius Seſſionis contraria tantùm reuocantur per illa verba *non obſtantibus priuilegijs*. Tamburin. *ibid. num.* 3. Lezana. Crux. locis ſupracit. Baſſæus *verb. priuilegium.* 4. *num.* 7., Paulus *ab omnib. Sanct. ibid. num.* 454. Reding. *dict. contr.* 1. *num.* 11. per quæ non cenſentur reuocata præter ea, quibus ibidem expreſsè derogatur.

334 Et hęc quoad forum ſaltem externum, cum multi teneant quoad forum internum eiſdem vti poſſe Regulares, inter quos Henriquez *lib.* 7. *cap.* 24. *in gloſſ. litt.* K. Vega in *ſumm. tom.* 1. *cap.* 62. *caſ.* 4. Roderic. *d. q.* 8. *art.* 9. Sanchez in *ſumm. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 16. Beia *p.* 4. *caſ.* 38. Compend. Societatis Ieſu *verb. Concilium Trident.* §. 3. Donat. *tract.* 11. *q.* 17. Quibus tamen adhærere nequeo, cum Ioan. Crux *ibid. concl.* 2. Portell. *verb. priuilegij ceſſatio num.* 64. & Baſſæo *eod. loc. num.* 8. tum quia Gregorius XIII. reuocauit omnia priuilegia non tantùm ſcripta, & litteras, ſed etiam reliqua indulta etiam ſi ſine litteris expedita, vt patet ex illis verbis: *Quin etiam abrogamus omnia irritantia, & alia decreta, & quæcumque alia noſtris ſtatutis ordinationi, & reductioni contraria*: quo dignoſcitur reuocatum, & priuilegium Pij V. ſeù viuæ vocis oraculum, quo priuilegia Minorum, etiam ſi contrà Concilium Trident. pro conſcientiæ foro confirmauerat; quod eſt contrariæ ſententiæ fundamentum; tum quia idem Gregorius in *dict. Bulla* meminit confeſſionum audiendarum, pænitentiarum iniungendarum à Religioſis, quæ pertinent ad forum conſcientiæ; & ſic reuocauit priuilegium pro foro conſcientiæ conceſſum; licet, vt cum Portello loquar, contrariam ſententiam ſequentes non damnem.

DVBIVM VI.

De duobus notabilibus Auguſtinianæ Religionis priuilegijs.

335 ET ſi de priuilegijs Ordinis noſtri in communi tantùm agere propoſuerim; duo tamen ſunt, quæ vtpotè notabilia omittere non decet, eò magis cum aliam de eis agendi occaſionem mihi fortè defuturam præuideam. Vnum eſt, Officium Præfecti Sacrarij Apoſtolici, quod ab immemorabili ab Eremitanæ Religionis profeſſore exercebatur, & modò ex indulto Alexandri VI. Ordini Eremitarum ita affixum eſt; vt nonniſi profeſſori eiuſdem Ordinis committi valeat, & aſſignari, vt patet ex eius Conſtitutione 5. *in Bullar. Roman. tom.* 1. & apud Empol. *in Bullar. Ordin. pag.* 37. incipien. *Ad Sacram Ordinis* dat. Romæ *Idibus Octobr.* 1497. de qua Barboſ. *de iur. Eccleſ. vniu. lib.* 1. *cap.* 41. *num.* 91. & Emin. Laurea in *epitom. canon. verb. S. Auguſtinus*, & *verb. Fratres S. Auguſtini.*

336 Alterum eſt diſpoſitio Iulij II. annullatiua impetrationum quarumcunque perſonarum apud S. Sedem contra priuilegia, Regulam, Conſtitutiones, & conſuetudines ſine P. Generalis conſenſu, quæ pariter notabile priuilegium eſt. Ità in Conſtit. *Religionem veſtram*. *Dat.* ſub 1. *Iunij ann.* 1508. apud Empol. *pag.* 211. vbi noto etiam ad Prouincialem extendi ibi: *Niſi in huiuſmodi faciendis impetrationibus Generalis, & Prouincialis, Priorum dicti Ordinis pro tempore exiſtentium ex præmiſſis acceſſerit conſenſus*; per quæ, an dictio & veniat diſiunctiuè, & ſit ſenſus, niſi Generalis, vel Prouincialis interueniat

con-

conſenſus: an verò copulatiuè, quod vtriuſq; requiratur; vel tandem ſenſus ſit, quod non ſufficiat conſenſus Prouincialis, niſi conſentiente etiam Generali, non ſatis liquet; verùm tamen eſt, quod in altera ſubſequente Conſtit. *Nihil eſt, quod ſæpius* ſub 24. *Septembr. eiuſd. ann.* 1508. apud eumd. Empol. *pag.* 210. in qua idem priuilegium confirmatur, vſus eſt idem Iulius his terminis *niſi Ordine conſentiente*, quibus Generalis conſenſus importari videtur; & eo magis, cum expreſſioribus verbis confirmatum iterum fuerit à Leone X. ad fauorem P. Generalis nulla facta Prouincialium mentione in Conſtit. *In rerum Chriſtianarum* ſub 10. *Iunij* 1513. apud dict. Empol. *pag.* 231. quaſi ad ipſum ſpectet, non verò ad Prouincialem, præbere conſenſum.

Atque hæc quo ad priuilegia Religionis Auguſtinianæ in communi dicta ſufficiant, nonnulla de particularibus opportuniore loco elucidaturus.

QVODLI-

Digitized by Google

QVODLIBETVM QVARTVM
DE
REFORMATIONE ORDINIS EREMITARVM.

337 POST Vandalicam perſecutionem quod adierit *nec vnam cladem Eremitarum nomen; cæterùm ſæpiùs, varièque in plures abierit familias*, iam ex Antonio Sabellic. *Ænead.7.lib.* 9. diximus num. 238. Idem modò repetimus ex Stephano de Garibay *lib. 7. Compend.Hiſtorial.cap.57.ad ann.*398.qui poſtquàm locutus eſt de inſtitutionibus tùm Eremitarum, tùm Canonicorum Regularium Ordinum, de vtriſque protulit; *Qui quidem Ordines antiquiſſimi ætatum decurſu incrementa, decrementa, reſtitutioneſque habuerunt*. Hoc eſt temporum iniuria, & innata rebus mutabilitate, cum aliquando primitiuæ Religionis rigor ſe ſe remiſerit, & à primaria ſuæ ſanctitatis obſeruantia deflexerit, plures prò varietate temporum excitati ſunt viri, qui Religionis amore flagrantes, priſtinæque pænitentiæ deſiderio inflammati Ordinem Eremitarum reſtituere, hoc eſt reformare conati ſunt. De hac igitur Ordinis Eremitarum reſtitutione, ſeu reformatione, cum de inſtitutione iam ſatis egerimus, aliquid dicturi, non tantùm quæ factum contingunt, ſed ad Religioſorum vtilitatem nonnulla ad Reformationem ſpectantia, ſtrictiore tamen calamo, dilucidabimus.

DVBIVM I.

Per quid differat laxata Religio ab Obſeruante.

338 ET ſi obſeruans Religio non ſit omninò idem, ac Religio reformata, cum de Religione, quæ nondùm paſſa ſit laxationem, & in qua Regula viget, poſſit, ac debeat dici, quod ſit obſeruans, etiam ſi non ſit reformata; nihilominùs, quia ſub hac denominatione Religionis Obſeruantis veniunt tàm Religiones, quæ nondùm paſſæ ſunt relaxationem, quàm Religiones reformatæ; de vtriſque procedit dubium, & quæritur, per quid à laxata differat Religio Obſeruans, quatenùs dicit etiam reformatas in ratione Obſeruantis, præſcindendo ab eo, per quod differat reformata à laxata in ratione reformatæ, de quo *dub. ſeq.*

339 Ea ergò dicenda eſt Religio laxata, in qua Regula, & Conſtitutiones paſſim impunè violantur, idque ſcientibus ipſis Regularibus Prælatis: è contrà verò in viridi obſeruantia, quando tranſgreſſiones communiter puniuntur à proprijs Superioribus; & debita punitione retrahuntur à nouis tranſgreſſionibus; cum ea ſit natura legis etiam iuxta Theologos, & Iuris peritos, vt dicatur eſſe in viridi obſeruantia, non ſolùm quando ea inuiolabilitèr obſeruatur: ſed etiam quando paſſim violatur, puniuntur tamen ij, qui eam violant; Sicque lex tunc demùm cenſetur derogata, aut abrogata per non vſum, vel per vſum contrarium, quando ea liberè violatur, & eius violatio non punitur. Ità Iul. Caponus. *diſcept. forenſ. tom. 2. diſcept.* 83. *num.* 19. Pellizar. *tom.* 1. *manual. Regul. tract.* 1. *cap.* 5. *num.* 3. ex D. Bonauentura qui *lib. de ſex alis Seraph. cap.* 3. in hoc dixit differre Religiones obſeruantes, ac reformatas à laxatis, quod in illis puniuntur tranſgreſſiones Regularum: in his verò negliguntur.

340 Huic accedit, quod ex Ioanne Excu-

ria

ria in *epiſt. ad Carolum de Burgundia* refert Lezana *conſult. 42. num. 72.* nempè differentiam inter obſeruantes, & non obſeruantes non conſiſtere in hoc, *quod eſt vti diſpenſatione, & non vti: Sed non obſeruantes dici* debere, *qui paſſim, & indifferenter tranſgrediuntur ſtatuta, & cæremonias ſuæ Religionis: Obſeruantes autem illos, qui regulariter, & ordinariè illas obſeruant: quamuis interdùm prò loco, & tempore, ſeu cauſa, vel cauſa vrgente diſpenſationibus vtantur; aut fortè, vt contingere poteſt, ex fragilitate ſine diſpenſatione tranſgrediuntur, dummodò ſe intendant emendare, & non paſſim frangere, & pœnis ſe ſubmittere.* Vtrumque enim contingit, & in obſeruantibus Religionibus, tranſgreſſio, & diſpenſatio; ſed per hoc differunt à laxatis; quia cum tranſgreſſiones puniantur, non tranſeunt in conſuetudinem: & cum diſpenſationes ſint, vel in caſibus particularibus, vel cum ſingularibus perſonis, & iuſta cauſa, non datur in illis continuatio, per quam obſeruantia derogetur: in laxatis autem, & quæ erant tranſgreſſiones, non punitæ, factæ ſunt permiſſiones, & tandem conſuetudines; & quæ diſpenſationes, cum ſe extenderint ad omnes, & fuerint continuatæ, factæ ſunt leges, & ſic temporis decurſu relaxatæ Religiones.

341 Hinc patet benè proceſſiſſe dubium de Religione Obſeruante, quatenùs comprehendit & reformatas; quia poteſt eſſe, quod Religio aliqua ſit reformata reſpectu alterius, & tamen non ſit ipſa obſeruans, ſed relaxata. Miranda *tom. 1. q. 12. art. 2. concl. 1. in fin.* ſcilicet, ſi in ipſa reformata Religione (quæcumq; ſint eius ſtatuta, & quæcumque ſit eius differentia à laxata in ratione reformatę) vel inobſeruantię non puniuntur, vel in conſuetudines tranſeunt abuſus, certè non eſt Religio obſeruans, licet titulo reformationis gaudeat, quatenùs eſt ab initio inſtituta pro reſtauranda obſeruantia Regulę iam laxatę. Et ideò verum eſt abſolutè Religionem obſeruantem ex ſupradicto duplici capite differre à laxata, & non obſeruante.

DVBIVM II.

Quid ſit Reformatio.

342 VIdimus per quid differat Religio reformata à laxata in ratione Religionis obſeruantis. Modò videndum, per quod differat in ratione Religionis reformatæ; & dicimus per hoc, quod dicat reparationem obſeruantiæ Regulæ; non enim poteſt dici quid reformari, ſi deformatum non fuerit; & ideò definitur: Reſtitutio Religionis per inobſeruantiam regularis diſciplinæ iam collabentis, aut collapſæ ad priſtinam obſeruantiam. Rot. in *Tullenſ. Reformationis. coram Veroſpio. 2. Maij 1633. in fin. apud* Lezan. *conſult. 44.* vbi citatur *c. ab exordio diſt. 35.* & Sanchez in *præcept. Decalog. lib. 6. cap. 2. num. 17. & 24.* vnde reformati dicuntur, qui iuxtà Regulæ, quam profeſſi ſunt, præſcriptum, vitam inſtituunt, ad differentiam aliorum, qui non iuxtà Regulæ præſcriptum, ſed ſecundùm vſum viuunt, ex Sorb. *in addition. ad compend. priuil. mendic.* Caſſarub. *verb. Reformatio.* Lezana *tom. 2. verb. Reformati Regulares. num. 4.*

343 Difficultas eſt, an Reformatio dicat ſolummodò puram, & ſimplicem reſtitutionem obſeruantię Regulæ per eaſdem antiquas Conſtitutiones Ordinis relaxati; vel admittat nouas leges, & Conſtitutiones etiam arctiores; cum enim reſtitutio ſit ad idem, non videtur facienda reformatio per diuerſa. Tamen noua ſtatuta ordinari poſſe pro reformatione admittit Paſſerin. de *ſtatibus tom. 1. q. 186. art. 8. nu. 185.* Et videtur neceſſariò peti ſaltem circà illa, quę in Decretis pro reformatione Regularium ſunt à Summis Pontificibus ſancita, quæ ſeruari debent in omni reformatione. Lezan. *conſult. 26. num. 13.* & *in Mar. magn. Carmelit. num. 33.* adeòque in quorumcunque Ordinum Conſtitutionibus inſerenda, proùt ex Conſtit. Clement. VIII. de reformatione. *num. 40.* Cardin. Laurea in *Epitom. Canon. verb. Regular. Reformatio.*

344 De rigidioribus verò, ſiue arctioribus loquendo, quando arctiora ſtatuta habita ratione temporis, & loci ad reformationem neceſſaria iudicantur, ea poſſe condi ex *cap. vnic. de ſtat. regul. in 6.* docet Syluеſt. *verb. Relig. 6. q. 6.* & cum eo Vaſquez *in 1. 2. diſput. 154. cap. 4.* quem ſequuntur Sanchez *loc. dict. num. 36.* & Pellizar. *dict. tract. 1. cap. 5. q. 5.* tenentque Miranda *t. 1. q. 26. art. 10. concl. 2. §. ſed ſecunda* Suarez de *Relig. tom. 3. lib. 10. cap. 8. num. 13.* Et ratio eſt, quia cum in reformatione intendatur Regulæ obſeruantia; & rarò, ſatiſque difficulter prioribus ſtatutis (quæ pariter vel relaxata ſunt, vel non adeò experientia comprobante ad eiuſdem Regulæ manutentionem commoda, & vtilia) nullo modo mutatis poſſit haberi; Inſuper, cum humana prouidentia non ſtatim à principio prǫuiderit omnia commoda, vel incommoda ad aliquem finem, ſed paulatim per experientiam innotuerint, vtique pro reformatione introducenda aliquid ex prioribus ſtatutis immutari, vel minui poterit, vt *ibid.* Vaſquez, & Sanchez, & aliquis nouus rigor, tamquàm medium aptum, vt *dict. loc.* loquitur Suarez, ſuperaddi.

345 Suadetur etiam, quia ſi Prælatus Religionis poteſt præcipere auſteritates, & arctitudines, nondùm quas iudicat neceſſarias, ſed vtiles ad perfectam eorum, quę ſunt in Regula, obſeruantiam. Suarez *dict. lib. 10. cap. 8. num. 8.* & *tom. 4. tract. 8. lib. 1. cap. 8. num. 8.* Sanchez *ibi. num. 42.* Paſſerinus cum multis, quos adducit ad *cap. vnic. de ſtat. regul. in 6. num. 27. & 28.* & de *ſtatibus d. art. 8. nu. 144.* quia hoc pacto implicitè ſaltem includuntur in Regula per eoſdem DD. *ibi.* & Suarez *lib. 10. cap. 8. num. 13.* quibus ex vi voti obedientiæ parere tenetur ſubditus, iuxtà D. Thom. *in 2. diſt. 44. q. 2. art. 3.* & *quodlib. 10. art. 10.* Mirand. *dict. q. 26. art.*

9. concl. 1. Suarez ibi *num.* 2. Sanchez *num.* 9. Peyrin. *de offic. ſubdit. q.* 1. *cap.* 8. *verſ. dico ſecundò.* & *verſ. dico quartò*. Tamburin. *de iur. Abbatiſſar. diſp.* 18. *q.* 4. *num.* 4. Palaum *tract.* 16. *diſp.* 4. *punct.* 4. *num.* 4. Lezan. *tom.* 1. *p.* 1. *cap.* 4. *num.* 10. *&* 13. *& cap.* 8. *num.* 4. *&* 5. Paſſerin. *dict. art.* 8. *nu.* 115. & 144. Et in ſpecie ſi poſſunt Capitula generalia, pro impedienda relaxatione Regulę leges condere de nouo arctiorem obſeruantiam continentes, vt dicit Anton. à Spiritu Sancto *in Director. Regul. tract.* 4. *diſp.* 8. *num.* 54. à fortiori poterunt à Religione pro reformatione inducenda, noua, & arctiora fieri ſtatuta, vt præter iam adductos *num.* 344. clarè docent Eman. Roderic. *tom.* 1. *q.* 44. *art.* 1. Barthol. à S. Fauſto *in Theſaur. Relig. lib.* 6. *q.* 113. Barboſ. *de iur. Eccleſ. vniu. cap.* 42. *num.* 155.

346 Quod adeò verum iudicauit Michael Angelus Chinellus, vt in Scrutinio, & Clypeo pro Congreg. Obſeruantiæ Lombardiæ *cap.* 9. *fol.* 43. *verſ. hæc vt pleniùs*, dixerit: *Quis nc vmquàm ſomniauerit eaſdem penitùs eſſe oportere Conuentualium, & Obſeruantium Conſtitutiones? &c.* & addiderit: *Obſeruantiæ, & Conuentualitatis diſcrimen præcipuum in ſola Conſtitutionum diſtinctione, & varietate poſitam eſſe*.

Et patet experientia, qua docemur reformatas Religiones plerumque particulares; & in multis diuerſas ab eis, quibus non obſeruantes, ſiue laxati vtuntur, habere Conſtitutiones; adeò vt in ipſa etiam linea reformationis Reformati Minorum Obſeruantium (qui pariter per Mirand. *d. tom.* 1. *q.* 12. *art.* 2. *concl.* 3. & Roderic. *tom.* 1. *q.* 2. *art.* 3. ſunt Reformati Ordinis S. Franciſci) particularibus diuerſis, & ſtrictioribus regantur ſtatutis, vt referunt iidem Mirand. *ibi. q.* 4. *art.* 4. Roderic. *tom.* 3. *q.* 47. *art.* 4. & Ioann. Rouſſerius in *lib. de orig. Ord. S. Franciſc. in q.* 5. *proemial. fol.* 55. Quæ diuerſitas ſtatutorum, cum nequeat prouenire à maiore eorumdem laxitudine, aliàs non eſſent pro Reformatis, debet neceſſariò ſpecificari a maiore rigore, & arctiore diſciplina; & ſic laxatorum Ordinum reformationem ſtrictioribus Conſtitutionibus non ſolùm poſſe, ſed debere induci iudico; non tamen adeò arctis, & adeo diſſimilibus, vt ſubſtantiam Ordinis mutent, vt Vaſquez, Sanchez, & Pellizarius dictis locis obſeruant, ſed tali arctitudine, & differentia, quatenùs ad Regulæ obſeruantiam manutenendam eſſe moralitèr neceſſe, vel valdè expedire iudicatur.

DVBIVM III.

Quinam laxatos Ordines reformare valeant.

347 Regularium locorum reformationes non per alios, quàm per eoſdem, & eiuſdem Religionis Regulares faciendas eſſe, habetur in *cap. Inter quatuor. de relig. domib.* & Fagnan. *ibi.* Em. Laurea in *epitom. Canon. verb. Regular. Reformatio*. Item Religionum per earum Capitula generalia, quibus ineſt facultas condendi ſtatuta pro Regulæ conſeruatione, ex conceſſione Innocentij VIII. Martini V. Eugenij IV. & Leonis X. apud Roderic. *tom.* 1. *q.* 41. *art.* 2. Peyrin. *in Formul. litt. C. cap.* 3. *num.* 1. A Spiritu Sancto *dict. diſp.* 8. *num.* 35. quibuſque à Concilio Tridentino *cap.* 1. *ſeſſ.* 25. *de Regular.* data eſt quoad Regulæ obſeruantiam omnimoda poteſtas. Rota. *Tullens Reformationis.* 30. *Martij* 1629. *coràm Dunozet*, apud Tamburin. *tom.* 4. *de iur. Abbatiſs. in fin.* & quæ hoc fine potiſſimùm celebranda ſunt, vt in eis Ordinis reformationi prouideatur. Pellizar. *dict. tract.* 1. *cap.* 5. *q.* 4. Lezan. *tom.* 1. *p.* 2. *cap.* 12. *num.* 13. A Spiritu Sancto *ead. diſp.* 8. *nu.* 35. ex Roderic. *tom.* 3. *q.* 47. *art.* 1. *&* 2. vbi deplorat horum Capitulorum corruptelam, in quibus omne tempus in electionibus, & prouiſionibus Prælatorum, officiorum diſtributionibus impenditur: & nihil, vel ferè nihil de morũ correctione, & reformatione agitur.

348 Et non ſolùm per Capitula generalia, ſed per ipſos Superiores Generales, eos tamen, apud quos eſt facultas condendi ſtatuta, etiam ſine Capitulo generali, promoueri poſſe dictam reformationem, & procurari docent. Abb. *in cap. ſuper eo de Regul. num.* 6. Sanchez *dict. lib.* 6. *cap.* 2. *nu.* 36. Peyrin. *tom.* 1. *de ſubdit. q.* 1. *cap.* 8. Tamburin. *tom.* 3. *diſp.* 4. *q.* 6. *nu.* 7. Ipſis enim incumbit prouidere totis viribus ſibi ſubditis ouibus, vt rectè per viam ſalutis incedant; adeòque debent errantes reuocare, diſperſos colligere, deuios reducere, & dirigere; ſanguinem namque eorum de ipſorum manibus exquiret Dominus; & conſequenter Regulam reformare, & reſtaurare, ad id neceſſaria ſtatuta conficiendo.

349 Quam facultatem extendunt aliqui ad quoſcumque Prælatos, quamuis careant iure condendi ſtatuta, ſeù leges perpetuas, cum poſſint durante eorum officio adſtringere medijs præceptis ſibi ſubiectos ad ea, quæ prudentèr iudicant neceſſaria ad priorem Regulę obſeruantiam, & reformationem, quia tales Superiores, vt habet Sylueſt. *verb. Relig.* 6. *q.* 6. eamdem habent poteſtatem imponendi præcepta non perpetua, ſed pro officij tempore obligantia, quam Capitula, & Prælati, quibus competit auctoritas condendi ſtatuta perpetua. Sic Sanchez *ibid. num.* 37. tum quia cuicumque Prælato incumbit prouidere, vt in loco ſibi ſubiecto ſeruetur Regula, & ea collapſa reſtauretur, & ſic poteſt quilibet Prælatus intrà ſuæ iuriſdictionis terminos reformationem ſi non ſtatutis perpetuis, ſaltem pręceptis temporalibus procurare. Syluest. *dict. q.* 6. Roſel. *verb. lex. num.* 5. Tamburin. *dict. loc. num.* 8. Pellizar. *dict. cap.* 5. *num.* 5. Paſſerin. *dict. art.* 8. *num.* 188.

350 Quo tamen ad Prælatos locales limitat idem Paſſerinus *ſubſequent. nu.* 189. dicens, quod licet abuſus tollere valeant, & curare ne magis Regula laxetur: non tamen poſſe per eos abrogari conſuetudines legitimè præſcriptas

ſcriptas, ſeù pro toto Ordine de voluntate Capituli generalis admiſſas, cum inferior Superiorum leges nequeat abrogare. Fauet Concilium Tridentinum *ſeſs.* 25. *cap.*1. vbi Superioribus Generalibus, & Prouincialibus, vt in eorum viſitationibus, & Capitulis ſiue generalibus, ue prouincialibus reformationem procurent, ſi iniungitur. Ex quo facultatem hanc eſſe priuatiuè penès ipſos colligit Lezana *Conſult.*26.*nu.*13. Item Leonis X. Conſtitutio apud Caſſarub. in *compend. priuileg. verb. reformatio num.*13. & Roderic. *tom.*2. *q.*73. *art.*2. à qua cum ſtatutum ſit, ne in Ordine Minorum ſine Miniſtri Generalis, aut Prouincialium Reformatorum expreſſo conſenſu nouæ fiant reformationes, facultas eas faciendi eſt Prælatis inferioribus interdicta; hoc enim beneficio frui in priuilegijs Mendicantium communicantes dicit Lezana *tom.*2. *verb.Reformatio Regul.nu.*6. Quod verius eſt, ſi dict. locales Prçlati nequeunt ſe ſolis toti Conuentui præceptum imponere, vt de Prioribus meæ Congregationis ſuo loco dicetur.

351 Concludamus ergò: inter omnes, qui poſſunt Ordines reformare, pręcipuum locum tenere Religionum Capitula generalia, quæ maiorem habent etiam ſuprà Generales auctoritatem, vt notant Suarez *tom.*4. *de Relig. tract.* 8. *lib.*2. *cap.*8. *nu.*18. Lezana *tom.*1. *p.*2. *cap.*12. *num.*6. & 7. & à Spiritu Sancto *dict. diſp.*8. *num.* 36. & 41. imò quoad Regulæ obſeruantiam omnimodam, vt dictum eſt, facultatem; & ad hunc finem ſunt potiſsimè celebranda.

DVBIVM IV.

De promouendæ Reformationes obligatione.

352 DVplex eſt dubij intelligentia: de actiua ſcilicet, & paſſiua obligatione: ex parte Superiorum vna, & ex parte Subditorum altera. Et Prælatos omnes Ordinum Mendicantium teneri debitè reformare monaſteria ſibi ſubdita, habetur ex Bull. Sixti IV. apud Caſſarub. *loc. dict. num.* 2. Lezana *tom.*2. *verb.Reformat.num.*3. & ex Concilio Tridentino *loc. ſupr.* vbi quod *omnis cura, & diligentia à Superioribus adhibeatur, tam in Capitulis generalibus, & prouincialibus, quam in eorum viſitationibus* vt relaxatio tollatur, & Regula obſeruetur. Quibus verbis Religionum Prælatis onus imponitur earum mores reformandi, regularemque obſeruantiam reſtaurandi. Roderic. *dict. tom.*2. *q.*73. *art.*3. Pellizar. *tract.*3. *cap.*6. *num.*10. vnde ſecundùm Nauarrum, vt *ibid.* inquit Rodericus, videtur culpa non obſeruandi prædicta in Prçlatorum ignauiam, & negligentiam retorqueri.

353 Et confirmatur; quia Prælati tenentur ex officio procurare progreſſum Religionis, eiuſque conſeruationem; ad quod maximè conducit reſtauratio Regulæ, & obſeruantia maximè vitæ communis, iuxtà Concilium Tridentinum; adeòque Prçlatos in hoc negligentes grauitèr peccare dicunt Roderic. *dict. art.* 3. Naldus *in ſumm. verb. Religioſus num.* 3. Sanchez *lib.*7. *in præcept. Decalog. cap.* 19. *num.* 27. Hieronym. Roderic. *reſol.*114. *num.*11. Lezan. *dict. num.*3. Bordon. *de profeſſ. relig. cap.*2. *num.*110. vbi Tutoribus, & Curatoribus comparans Superiores, ad inſtar Tutorum eos teneri docet de dolo, & culpa lata, & negligentia, quæ in ipſis peccatum mortale eſt ex Gloſs. *ad verb. negligentia* & *verb. reatu. in cap. ea, quæ de offic. Archidiacon.* Et præſertim ſi circà hanc morum reformationem procurandam in Capitulis generalibus negligentes fuerint, quia hoc ſpecialiter exigitur à celebratione Capitulorum per adductos *num.* 347. & Hieronym. Roderic. *reſol,*20. *num.*9. & *reſol.*122. *num.*51. ducta ab Epiſcopis ſimilitudine, qui de triennio in triennium pro morum reformatione Prouinciales Synodos celebrare tenentur.

354 Ex parte autem Subditorum conſideranda eſt excommunicatio latæ ſententiæ à Pio II. contrà eos, qui reformationi ſe opponunt, aut illam impediunt, ſulminata, & à Paulo II. confirmata; vt in Mar. magno Carmelitarum *num.*25. & 26. apud Lezan. *tom.* 3. *qq. regul. & tom.*2. *verb. Reformat. num.* 4. & 5. Quæ non ſolùm Religioſos eiuſdem Ordinis afficit: ſed quaſcumque alias perſonas tùm Eccleſiaſticas, tùm Sæculares, quæ dictis, vel factis ſe tali reformationi opponere præſumpſerint, per eumdem Lezan. in *dict. Mar. magn. num.*233. Quamuis enim Bulla directa ſit Generalibus, & Prouincialibus Ordinis Carmelitarum; cum tamen conceſſiones in ipſa contentæ ſint valdè vtiles reformatis Regularibus quin ſint fauores, & priuilegia pro bono communi Religionis; & eis Regularibus fauere, qui in Mendicantiū priuilegijs communicant, tenet Lezana *d. verb. Reformat. num.* 6. & nos inſinuauimus ſupra *num.*327.

355 Et quod teneantur ſubditi reformationem à Superioribus inductam acceptare, & iuxtà eam vitam inſtituere, ſuadent Syluèſter *dict. q.*6. Corduba in Regul. *S.Franciſci cap.*10. *punct.*6. Suarez *tom.*3. *de Relig. lib.*10. *cap.*8. *num.* 19. *in fin.* Sanchez *dict. lib.*6. *cap.* 2. *num.* 36. A Sancto Fauſto *in Theſaur. Relig. lib.*6. *quæſt.*113. Lezan. *t.*1. *p.*2. *cap.* 12. *num.* 10. Pellizar. *dict. tract.*1. *cap.*5. *nu.*25. *verſ. ſi verò relaxatio.* Paſſerin. *d. art.*8. *num.*18. ex eo quod huiuſmodi reformatio, ſeù reſtitutio obſeruantiæ Regulę concernat ipſam Regulam, & non ſit ſuprà illam; & in his, quæ Regulam concernunt, parere teneantur ſubditi, vt dictum eſt *num.*345. cum ea, quæ concernunt Regulam, implicitè voueantur à vouente Regulam. Suarez *dict. lib.*10. *cap.*8. *nu.* 8. *in fin.* Lezana *tom.*1. *part.*1. *cap.*7. *num.*19. Item, quia ſponte profitens Regulam ſe ità illi, & vitæ religioſæ ſubijcit, vt paratus eſſe debeat, quantum eſt ex ſe, ad eius conſeruationem, hoc eſt, reformationem qua regularis ſtatus conſeruatur. Innocent. in *cap. ſuper eo de Regular.* ibi: Panormit. *num.* 5.

Sanchez *loc. dict. num.*35. Tamburin. *dict. diſp.* 4.*q.*6. *num.*2. Donat *rer. regul. tom.*2. *p.*1. *tract.* 12.*q.*7.*nu.*2. tenetur enim quilibet procurare conſeruationem, & augmentum ſuæ Religionis; aliàs non eſſet dicendus Filius, ſed inimicus matris ſuæ. Peyrin. *tom.*1. *de Relig. Subdit.* *q.*1. *cap.* 8. §.3. adeòque peccare mortalitèr huiuſmodi reformationibus reſiſtentes, ſeu reformatè viuere recuſantes. Lezana *dict. p. p. cap.*6. *num.* 60. & *cap.*7. *num.* 19. Sed quia poteſt dici hæc eos ſolos Religioſos afficere, poſt quorum profeſſionem relaxata eſt Religio. Ideò.

DVBIVM V.

An, qui profeſſus eſt in Religione laxata, teneatur in caſu reformationis illam acceptare.

356 Loquor de laxata: non verò de legitimè mitigata, hoc eſt, Pontificia auctoritate (licet poſſit eſſe, quod & in tali caſu teneatur Religioſus reformationem acceptare, quando nempè priſtinus Religionis rigor eſſet ad finem Religionis etiam in eo ſtatu mitigationis ſpectatę obſeruandum, neceſſarius. Suarez *dict. lib.*10. *cap.*8. *nu.*17.) & dico, Profeſſum in Religione laxata teneri reformatè viuere, & poſſe ad id compelli. Dadin. Alteſerra *origin. Monaſtic. lib.*1. *cap.* 15. ſi de nouo reformatio præcipiatur à Religione, & multò magis à Summo Pontifice. Potius enim ſubterfugium videtur eorum, qui obſeruantiam aduerſantur, quam fundata ratio dicere, quod huiuſmodi profeſſi nequeant obligari ad ea obſeruanda, quæ tunc non obſeruabantur; vel ad Regulam obſeruandam præter conſuetudinē, quæ tempore profeſsionis emiſſæ vigebat in Religione. Nam quoad ea, quæ ſunt de ſubſtantia vitæ regularis, nulla datur præſcriptio temporis *cap. cum ad monaſterium in fin. de ſtat. Monach.* Alteſerra *ibid.* & hoc etiam præciſo, difficile eſt in relaxatione Regulæ inuenire veram rationem legitimæ conſuetudinis, qualis eſt ad legis abrogationem neceſſaria; nempè conſenſum Principis ſaltem tacitum ad legitimam conſuetudinem requiſitum ex *l. de quibus l. ſed & ea ff. de legibus* Panormit. *cap. vlt. de conſuetud. num.*13. Palaus *tract.*3. *diſp.*3. *punct.*2. §.4. *num.*3. Tantum enim abeſt, quod inueniatur in dicta relaxatione conſenſus Pontificis, quod potius conſtat de eius manifeſta improbatione, cum ſæpiſſimè Summi Pontifices nouis decretis ei aduerſentur, reformationemque præcipiant. Roderic. *tom.*1. *q.*10. *art.*9. Lezana *d. part. p. cap.*7. *num.*19. *& in Mari magn. Carmelit. ad* §.26. *num.*230.

357 Sed quidquid ſit de hoc. Admiſsa conſuetudine, non eſt eius ſuffragio liber Religioſus ab onere acceptandi reformationem, quando à Superioribus, & magis à Summo Pontifice præcipitur. In primis enim, cum talis conſuetudo habeat vim relaxandi obſeruantiam Regulæ, quandiù durat: non tamen habet vim, vt auferat Religioni poteſtatem reformandi Regulam, & auferendi huiuſmodi conſuetudinem; idcircò qui profitetur talem Regulam etiam tempore relaxationis, ſe ſubijcit his, qui habent poteſtatē reformandi illam, & conſequenter virtute ſe ſubijcit etiam reformationi, ſi fiat. Suarez *d. lib.*10. *cap.*8. *num.*19. *& tom.*4. *tract.* 8. *lib.*1. *cap.*8. *num.*8. Pellizar. *dict. cap.*5. *num.*25. Tamburin. de *iur. Abbatiſſ. diſp.*18. *q.* 4. *num.*1. Angel. Piſtach. *tom.*2. *de votis tract.*7. *cap.*1. *num.*34. vbi multos adducit. Nec vllus eſt, qui ſcire non debeat Prælatos poſſe pręcipere quidquid conducit ad Regulę perfectam obſeruantiam; & ideò emittens profeſſionem ſimpliciter, & virtute ſe obligat ad reformationem in omni caſu, quo Superiores illam voluerint reſtituere. Paſſerin. *d. art.* 8. *num.*190. Et ſic tenetur reformatè viuere, dum reformatio inſtituitur, etiamſi tempore profeſſionis eſſet relaxata Regula.

358 Deindè Regulares vouent in profeſſione Regulæ obſeruantiam, & non conſuetudinem. Suarez *dict. lib.*10. *cap.*8. *nu.*19. Peyrin. *loc. ſup. cap.* 8. §.3. Fagnan. *in cap. Recolentes. de ſtat. Monach. num.*6. Paſſerin. *d. art.*8. *num.*190. Et probatur ex Concilio Tridentino *loco dict.* vbi, dum reformatio regularis obſeruantiæ præcipitur, iniungitur, quod *omnes Regulares tàm viri, quàm fœminæ, ad Regulæ quam profeſſi ſunt, præſcriptum, vitam inſtituant.* Per quod apertè dignoſcitur, promiſſionem, quæ fit in profeſſione obſeruandi Regulam, cadere ſuprà Regulam, vt eſt à Legiſlatore inſtituta: non verò vt conſuetudine relaxata; alias, ſi profeſſionis obligatio afficeret obſeruantiam Regulę eo modo, quo inuenta eſt tempore profeſſionis, hoc eſt vt relaxatę (quæ interpretatio eſſet valdè nugatoria) nihil præciperet Concilium in ordine ad reformationem, dum dicit *ad Regulæ, quam profeſſi ſunt, præſcriptum, vitam componant*; eſſet enim idem ac dicere, remaneant in ſuo ſtatu relaxationis. Ergò in profeſſionis emiſſione non attenditur relaxatio, ſed obſeruantia Regulæ, promittitur.

359 Inſuper, aliud eſt vouere obſeruantiam Regulæ in Religione laxata, quod admittitur: & aliud, vouere obſeruantiā Regulæ relaxatæ: quod à nemine pręſtatur; nec credo, poſſe hoc modo voueri: quia de ratione religioſæ profeſſionis eſt, quod emittatur in Religione approbata ſub Regula, inquàm, approbata; quin prout approbata, vt docet Suarez *tom.*3. *de Relig. lib.*6. *cap.*2. *num.*32. ideſt, iuxtà viuendi modum ab Eccleſia approbatum; quod de Regulæ relaxatione nequit verificari, cum Pontifices approbantes Regulam præcipiant etiam, vel explicitè, vel ſaltem implicitè eius obſeruantiam. Lezana *d. p. p. cap.*7. *num.* 4. vnde ad hoc, vt fiant vota in Religione, vt approbata, neceſſe eſt, vt fiant ſecundùm Regulam talis Religionis; ità vt traditio ſit ordinata ad obſeruantiam Regulæ. Suarez. *ibid.* Ex quo ſequitur, non poſſe conciliari vouere obſer-

ſeruantiam Regulæ in Religione approbatam, cum eo, quod eſt vouere obſeruare regulam relaxatam, quia relaxatio Regulæ numquàm eſt ab Eccleſia approbata; & ſic, qui emittit profeſſionem, vt ſit vere Religioſus, debet vouere ſaltem implicitè, & vouet obſeruare Regulam approbatam, hoc eſt non relaxatam, & eius obſeruantiam, & non relaxationem, ſeu conſuetudinem intendit.

360 Addit Paſſerinus *ibid. num.* 186. non poſſe in Religione aliqua profitentes limitare ſuam intentionem ad illam relaxationem, ſeu conſuetudinem; quoniam, cum illa conſuetudo eo modo, quo eſt ex Religionis permiſſione introducta, ſic poſſit ex eius libito, & lege contraria abrogari, numquàm amittit Religio, ſed ſemper retinet ius, & facultatem eam annullandi; aliàs eſſet omninò irrationabile, quod poſſet ſe relaxare, & non poſſet ſe ad priſtinum ſtatum reſtituere: quin nec alia intentione admittit aliquem ad profeſſionem, niſi hac, derogandi ſcilicet, quando opus fuerit, dictas conſuetudines, & ſe quoties ſibi benè viſum fuerit, ad priſtinam perfectionem reſtituendi; quandoquidem non admittit quempiam ad profeſſionem cum præiudicio, & limitatione ſuæ poteſtatis. Vnde fit, quod qui profitentur Religionem, promittunt obedientiam in omnibus, in quibus Religio habet poteſtatem præcipiendi; & ideò promittunt etiam obedire Religioni conſuetudines à ſe permiſſas abrogare volenti. *Et num.* 191. ſubdit, & egregiè; quod cum contractus non ſint validi, ſi fiant ex diuerſis conditionibus, & pactis, vno intendente vnum, & alio intendente oppoſitum, niſi vnius intentio alteri ſubordinetur: certè Religio, & Prælatus illius nomine contrahens cum profitente, intendit, quod ipſe promittat obſeruantiam Regulæ, talem qualem habet Religio, & debet quilibet Religioſus habere; & illicitè ageret, ſi aliud admitteret, quia viuentium in Religione debet eſſe vnum cor, vna voluntas, vnus finis, vna intentio; & non eſſet ordo, ſed confuſio, ſi ex Religioſis vnus teneretur ad partem Regulæ, & alius ad totam, vel ad aliam partem. Vnde Prælatus non admittit ad profeſſionem ex parte ſua, niſi ex præſuppoſito, quod profitens promittat obſeruantiam Regulæ ſimpliciter, & quatenùs Regula, & Superiores habent efficaciam obligandi. Nec poteſt Prælatus accipere profeſſionem initam cum pacto, quod Religio non reformetur.

361 Non eſt ergò ex dictis verùm, quod in profeſſione habeatur reſpectus ad Regulam relaxatam; & quamuis qui profitetur Regulam relaxatam, illam ſciat, & profiteatur etiam vt relaxatam; cum tamen, dum profitetur, ſubijciat ſe Religioni potenti eam relaxationẽ tollere, tenetur, dum à Religione abrogatur, illi ſe conformare, & reformatè viuere. Et hæc eſt ſententia vera, vt ibi Paſſerin. *num.* 181. & ſecurior, quam bono iure tenet, & probat Fagnanus *in dict. cap. recolentes* pro ea multos adducens; & *in cap. cum cauſam. de elect. oct. au. notabil.* & maximè ſi dicta reformatio iubeatur à Summo Pontifice, qui ſi poteſt arctiorem vitam inducere, quàm Regula proponat, quo modo loquuntur Innocent. & Hoſtiens. *in cap. ſuper eo. de Regular.* & ſentiunt Abb. *in cap. ad noſtram. de appellat. num.* 4. *&* 5. vbi Felin. & Decius; quando tamen iudicatur neceſſaria ad finem Religionis conſeruandum, vt patet in Bonifacio VIII. qui vniuerſis Monialibus clauſuram perpetuam indixit; vt in *cap. Periculoſo de ſtat. regul. in 6.* quamuis anteà ex profeſſione non tenerentur; hoc enim pacto concernit ipſam Regulam. Nauarr. *comment.* 4. *de Regul. nu.* 4. Syluest. *verb. Religio.* 7. *q.* 16. Angel. *verb. Religioſus.* §. 30. Azor. *tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 11. *q.* 19. Suarez *tract.* 8. *de Relig. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 7. *&* 8. Paſſerin. in *dict. cap. Periculoſo.* Tamburin. *dict. diſp.* 18. *q.* 4. *nu.* 4. à fortiori poteſt reformationem Religionum imperare. Lezana. *d. cap.* 7. *nu.* 19. Roderic. *tom.* 3. *q.* 52. *art.* 16. & Fagnanus in *dict. cap. recolentes. num.* 7. *&* 8. qui contrariam ſententiam omninò falſam reſoluit *in cap. Ne innitaris. de Conſtit. nu.* 326.

362 Quod ſi quis in profeſſione habeat actũ poſitiuum obligandi ſe ſolùm ad Regulam, vt laxatam, & nullo alio modo, etiamſi à Religione reformaretur, dicendum eſt hunc talem non eſſe profeſsũ; quia talis conditio tamquàm contraria ſubſtantiæ actus profeſſionis, eam reddit inualidam. Aluiſet. *de priuileg. Regul. ſect.* 4. *dub.* 35. *num.* 13. Et quia ea obligatio facta obſeruandi Regulam vt relaxatam, & non vt ſaltem reformabilem, cum non ſit ad obſeruandam Regulam approbatam, non ſufficit ad conſtituendum Religioſum, vt viſum eſt *num.* 359. & inſuper deſijt conſenſus Religionis, quæ non fecit, quod licitè facere non potuit; quæ ſcilicet non eum intellexit admittere ad profeſſionem cum intentione repugnante cum debita ſubiectione, & ad veram profeſſionem neceſſaria, qualis eſt nolendi obedire, & acceptare reformationem Regulæ in caſu, quo præcipiatur. Paſſerin. *dict. num.* 191. vt in ſimili de vouente vota ſolemnia, qui aliàs non debet vouere niſi ſimplicia, docet Caramuel. *Theolog. fundam. tom.* 1. *num.* 427. ex defectu conſenſus in acceptante *& num.* 553. §. *Tertia ſententia* de vouente caſtitatem in ſua mente coniugalem, quando debet vouere virgineam, & abſolutã, & Prælatus acceptans, hanc intelligit acceptare; licet teneatur ob iniuriam, quam intulit Religioni profitendo cum ea limitata intentione, remanere in ea Religione, eiuſq; illæſa ſtatuta ſeruare; quia eligens profiteri in ea Religione tenebatur verè profiteri, modo ſcilicet ſupradicto. Vt in ſimili Sanchez. *d. cap.* 2. *num.* 38. Nec ſaltem pro foro externo credendum puto ei, qui tali limitatione ſe profeſſionem emiſiſſe dixerit; ſecùs perturbarentur Religiones.

DV-

DVBIVM VI.

An Ordinum Reformationes ſint laxatis præiudiciales.

363 TAles eſſe putant, vel ſaltem deprædicant aliqui dicentes, hinc apud Populos Conuentualium (vt ità loquar) vilipendia oriri, & eos veluti ethnicos, & publicanos reputari. Non ità tamen eſt, quia reformatio nullo modo aliorum vilipendium intendit; nec eſt, cur hinc moueatur plebs ad non reformatos Religioſos minus exiſtimandos, cum tàm inter Conuentuales, quàm Reformatos & boni, & mali reperiantur; & quandoque in laxata Religione viuens, ſi cum humilitate ſua vota obſeruet, perfectior erit eo, qui & ſi arctiori vitæ vacet, id tamen ex amore proprio, vel ſuperbia facit; præterquàmquod, cum in interiori virtutum exercitio potiſſimùm conſiſtat ſanctitas, nō ſunt ab exterioritate neque pro Sanctis reformati, neque pro malis habendi laxati. Lezana. *conſult.* 44. *à nu.* 70. *& ſeq.* vbi ſub *num.* 74. hoc B. Raymundi Capuani adducit argumentum: *Tota die videmus, quod in diuerſis locis, & Conuentibus ſunt aliqui Fratres excellentes, quidam in ſcientia, quidam in ſanctitate vitæ; & tamen non propter hoc alij reputantur ignorantes, & mali.* Et ſic, quamuis Conuentus, & Fratres ſtrictioris obſeruantiæ, ſeu reformati, boni, vel ſancti iudicentur; non propterea alij, qui in Religione laxata, ſed iuxtà conſuetudinem legitimè præſcriptam viuunt, mali, aut non ſancti reputandi ſunt. Vnde cum etiam laxati non obſtante aliorum reformatione poſſint eſſe ſancti, non eſt dicendum, quod ex reformatione deſumatur occaſio eorum vilipendij. At dato, quod plebs ignaua hanc malam inferret conſequentiam, numquid propterea ablegandæ reformationes ab Ordinibus Regularibus? Non certè. Sufficit, quod hoc non intendatur à Reformatione; ex qua viciſſim hoc aliud bonum reſultat, quod laxati habeant, quos in obſeruanda Regula imitentur.

364 Non eſt item præiudicialis Reformatio Patribus Conuentualibus, quaſi ipſi non ſint eiuſdem Religionis, & Fundatoris filij, ſicut Reformati; hoc enim falſum eſt, cum per mitigationem Regulæ, vel ex conſuetudine, vel ex Pontificio priuilegio non deſinant eſſe tales; & ego infrà *quodlib.* 5. *dub.* 16. dicam clariùs de meis Patribus Eremitanis Calceatis. Vnde contrarium aſſerentes excommunicari ſolent à Summis Pontificibus. Lezana *tom.* 2. *verb. Reformati Regul. num.* 2. Et propterea non eſt curandum, quod aliqui ſic fortaſsè opinentur, quia hoc ex ignorantia procedit; nec ad hos conceptus euitandos, expedit Religioni priuari reformatione, quæ ſanè prò ſui, & Regulę conſeruatione vtilior eſt & aliàs huiuſmodi præiudicia ſunt potiùs ſuppoſita, & imaginaria, quàm vera, & realia.

365 Monentur tamen Reformati omnes, vt ſuis non reformatis Patribus obſequium præſtent, & de illis non niſi religioſè loquantur. Prò quo facit, quod Leo X. præceperit ſub pæna excommunicationis latæ ſententiæ, & Papę reſeruatæ, ne aliquis ex Fratribus Minoribus appellet alium Priuilegiatum, Collectaneum, Bulliſtam, Amadeitam, Clarenum, de Euangelio, ſeu de capucio, ſeu Bigotum, aut alio nomine irriſorio, iniurioſo, aut improperioſo, vel quod prò improperioſo à patientibus habeatur; vt referunt Caſſarub. *in compend. priuileg. mendic. verb. Obſernantes num.* 7. Roderic. *tom.* 2. *q.* 73. *art.* 2. Quod à Summo Pontifice prò eis reformatis, qui non reformatos eiuſdem Ordinis iniurioſis, & nouis appellant nominibus actum dicit Lezana. *in Mar. Magn. Seruitarum num.* 189.

366 E contrà autem tenentur & Patres Conuentuales ſuos Reformatos charitate complecti, & non illorum aut moribus, aut habitui illudere, aut propter reformationem eos à Religionis filiatione ſiue verbis, ſiue ſcriptis excludere: quin potiùs prò eis orare, vt in bono propoſito perſeuerantes apud eos regularis obſeruantia conſeruetur. Prò quo facit hoc Sacræ Congregationis Decretum, cuius Originale eſt in noſtro Archiuio Romano.

Sacra Congregatio S.R.E. Cardinalium negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium propoſita. Ad compeſcendā nimiam eorum licentiam, qui contrà declarationem aliàs ab hac ſacra Congregatione latam ſub die 1. *Septembris. M DC XLV, auſi fuerint deinceps aſſerere, Fatres Diſcalceatos S. Auguſtini, non eſſe veros eiuſdem S. Patris filios, nec eos, eorumque Congregationes gaudere omnibus priuilegijs, quibus Calceati, illorumque Religio gaudet; Eminentiſſimo Carpineo referente, ſupradictam declarationem etiam quoad Fratres Congregationis Hiſpanicæ renouans, & confirmans, pœnam excommunicationis maioris S. Sedi Apoſtolicæ reſeruatæ cōtrauentoribus impoſuit; & ad tollendas huiuſmodi contentiones, & iurgia, quæ inter Fratres ſupradicti Ordinis, & Congregationum Diſcalceatorum non abſque Religioſi ſtatus dedecore, ac ſæcularium ſcandalo prodeunt; neue Frater cum Fratre contendat, eoſdem ſeriò monet, ac hortatur in Domino, vt proprij inſtituti memores, ac fraternæ charitatis, per quam ſub eodem inſtituto vocati ſunt in ſocietatem Chriſti in vno Spiritu, contentiones huiuſmodi, quæ religioſam vnitatem maximè labefactant, deponant omninò. Quin immò enitantur potiùs, vt ambulantes in domo Dei cum conſenſu per mutuam in ſe ipſos charitatem, quod eſt vinculum perfectionis, veriùs quàm per habitum, & calceamenta, tanti Patris filios ſe ſe exhibeant. Dat Romæ XI. Auguſti MDC LI. M. Card. Ginetus. M. Albericius Secr. loco ✠ Sigilli;* quod Decretum eſt à Clemente X. Confirmatum.

DV-

DVBIVM VII.

An in Eremitarum Ordine fuerint Reformationes.

367 DIxi, fuerint, quia de præſenti ſtatu agemus *dub.* 10. Et fuiſſe dicendum, cum ideò, vt dictum eſt *num.* 337. in varias Congregationes diuiſus fuerit Ordo Eremitarum ex Antonio Sabellic. *Ænead.* 7. *lib.* 9.: *cæterùm ſæpiùs, variéque inſtauratum in plures abijt familias*. Primario enim Religionis rigore temporum decurſu non parùm deſtituto, non defuerunt, qui regularis obſeruantiæ zelo correpti illum variè reparare ſtuduerunt; ex quo tot ortæ Congregationes, quę in generali vnione poſteà in vnum complexæ, ad eumdem fontem, vndè fluxerant, Eremitarum nempè Ordinem reuerſæ ſunt.

Vndecim Congregationes ex Silueſter. Marul. *in Ocean. Relig. lib.* 4. *pag.* 284. enumerat Tamburinus de *iur. Abb. tom.* 2. *diſp.* 24. *q.* 4. *num.* 53. Eremitarum Vallis Hiſurti, Eremitarum de pænitentia Ieſu Chriſti, Eremitarum S. Auguſtini Turris Palmarum Firmanæ Diæces. Eremitarum S. Ioannis Boni, Bictrinorum Fanenſis Diæces. Eremitarum S. Mariæ de Lupo Calarens. Diæces. Eremitarum SS. Trinitatis centum cellis in Thuſcia, Eremitarum S. Mariæ de Mureto Piſanæ Diæces. Eremitarum S. Iacobi de Minilio Lucens. Diæces. Eremitarum S. Benedicti de Monte Fabali, Eremitarum S. Guilelmi. Ex quibus conſtat, laxatam obſeruantiam pluries fuiſſe reſtitutã.

Circà quas Congregationes non vacat modò explorare, an plures, vel pauciores, & omnes fuerint Ordinis S. Auguſtini, nec ne. Ex ſuprà laudato Sabell. apparet omnes fuiſſe Ordinis Auguſtiniani præter alios *num.* 373. idem ſentientes. Sed opus eſt hoc ſcriptorum Ordinis. Propterea ad ea, quæ ipſi, & præcipue Torellus in ſuis ſæculis Auguſtinianis elucidarunt, me refero. Non poſſum attamen ſic eas præterire ſilentio, quin de duabus principalioribus Congregationibus, ſcilicet S. Guilelmi, & B. Ioannis Boni, aliquid ſpecialiter inueſtigem, cum ab aliquibus videam adhuc reuocari in dubium, an reuerà fuerint Reformationes Ordinis Eremitani, de primo ſentientibus tàm ipſum, quàm eius Congregationem ſub Auguſtiniano vexillo non militaſſe; & de ſecundo, quod quamuis ſub Auguſtini Regula poſteà vixerit, Congregationem ſuam fundauerit independenter ab ea. Sit ideò

DVBIVM VIII.

An S. Guilelmus Eremitarum Ordinem reformauerit.

368 FVndamentum opinionis contrariæ, dicentium ſub S. Benedicti Regula fuiſſe Guilelmitarum Ordinem ab origine inſtitutum, de nouo ſuſcitauit Aſcanius Tamburinus vir doctiſſimus, & ſanè excolendus *tom.* 2. *de iur. Abb. diſp.* 24. *q.* 4. *num.* 37. & *q.* 5. *num.* 35. Sed miror, quod, cum iam ab eruditiſſimo Herrera *in reſponſ. pacific.* 5. *ad.* 5. *quintum Apologetici* fuerit ad abundantiam Penotti coniecturis, & rationibus, quibus Tamburinus innititur, reſponſum, ipſe eaſdem reproduxerit, nihil de nouo addendo, quo magis vrgeri poſſet difficultas. Vim enim facit Tamburinus in quadam *Innocentij IV. Bulla Guilelmitarum Ordini de* 1248. *directa*, & eſt huiuſmodi, vt refert Angelus Manriq. in *annal. Ciſterciens. tom.* 1. *ad ann.* 1136. *cap.* 2. *num.* 3. *Innocentius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filijs Priori Generali, cæteriſque Prioribus, & Fratribus Eremitis Ordinis S. Guilelmi, tam præſentibus, quàm futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam &c.* & poſt aliqua *In primis quidem ſtatuẽtes, vt Ordo Monaſticus, qui ſecundùm Deum, & B. Benedicti regulam, atque inſtitutionem Fratrum Ordinis S. Guilelmi in domibus ipſis inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur &c. Dat. Lugduni* 3. *nonas Septembris* 1248. Ex qua infert, illum Ordinem ſub S. Benedicti Regula ab initio militaſſe.

369 Sed iam reſponderat Herrera *d. reſp.* 5. *ſub num.* 163. (præter ſuſpicionem Marquez de falſitate Bullæ propter rationes, & non leues ibi adductas) ex ea tantum deduci, quod tunc temporis viuerent ſub Regula S. Benedicti: non verò, quod eam habuerint à principio; quod eſt quod controuertitur, cum potuerint ab vna ad aliam tranſire; ſicuti de facto nonnullos Monachos à Regula Benedictina ad Auguſtinianam Innocentij IV. mandato tranſijſſe oſtendit Herrera *ibid. num.* 218. & patet in ipſo Guilelmitarum Ordine (ſuppoſito, vt vult Tamburinus quod ſub illa militaret) qui ad iſtam tranſijt in vnione generali de 1256. ſub Alexandro. IV. prout & multis monaſterijs Eremitarum, quæ ad Benedictinos, & viciſſim ab iſtis ad Auguſtinianos migraſſe probat non ſemel Torellus in *Sæcul. Auguſtinian.* de quibus tamen nequit dici, aut quod ſemper ſub eadem, aut nunquam ſub alia Regula fuerint.

370 Aliam affert idem Tamburinus ibi *q.* 4. *num.* 38. præfati Innocentij IV. Bullam. *Incumbit nobis*. Dat. *Kalend. Ianuarij* 1244. in qua Eremitis Thuſciæ præcipiens, vt Regulam S. Auguſtini aſſumant, excepit Guilelmitas, vt ex hac dictæ Bullæ inſcriptione: *Dilectis filijs vniuerſis Eremitis, exceptis Fratribus S. Guilelmi per Thuſciam conſtitutis*; quo indicatur, Guilelmitas non ſub ea vixiſſe Regula. Sed neque quid tale deducitur. Duo enim iubentur ibi ab Innocentio aſſumere Eremitæ Thuſciæ; Regulam S. Auguſtini, & Ordinem, vt ex his Innocentij verbis: *Nos nolentes vos ſine Paſtore, ſicut oues errantes poſt gregum veſtigia euagari, Vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs in vnum vos regulare propoſitum conformantes, Regulam B. Auguſtini, & Ordinem aſſumatis; ac ſecundùm eam profiteamini de cætero vos victuros: ſaluis Obſeruantijs, ſeu Conſtitutionibus faciendis*

dis

dis à vobis, dummodò eiuſdem Ordinis non obuient inſtitutis, apud Empol. *pag.* 164. Regulam; inquam, & Ordinem, ideſt præter Regulam etiam Ordinem, dum Pontifex vltrà Regulam, quam ab ipſis obſeruari mandat, permittit, vt obſeruantias, & Conſtitutiones particulares ſibi condant, dummodò aduerſentur inſtitutis Ordinis; quo nomine certè non venit Regula, ſed Religio, vt in ſimili legitur in Inſtrumento concordiæ Patrum Congregationis Lombardiæ cum Patribus Eremitanis. §. 1. ibi *Nihilominus viuere volunt, & intendunt ſecundum Conſtitutiones, & definitiones antiquas dictæ Congregationis, quatenus Conſtitutionibus Ordinis non ſint contrariæ, ex lib. priuilegiorum Ordinis pag.* 54. & Empol. in *Bullar. pag.* 219. Itaque non ſulum ſub P. Auguſtini Regula militare cæperunt, ſed etiam Ordini fuerunt effectiuè incorporati Eremitæ Thuſciæ; & hoc, ne *ſicut oues ſine Paſtore*, cum non multi eſſent, & ſine capite *erra-rent*. exceptus eſt autem Guilelmitarum Ordo, quia, vt potè ſpectabilis, & ſatis in orbe diffuſus, quin in plures Congregationes, vt notant Herrera *ibid. n.* 169. *in fin.* & Torell. ad *ann.* 1256. *num.* 39. *&* 43. diſtinctus, à ſimili metu erat immunis. Sed non hinc ſequitur Guilelmitas S. Auguſtini Regulam non obſeruaſſe; eo modo quo, ſi Summus Pontifex vniret Regulæ, & Ordini Minorum omnes obſeruantes exceptis Capucinis, malè diceretur, eos ſub S. Franciſci Regula no propterea militaſſe.

371 Affert iterum *d. q.* 4. *num.* 37. aliam Alexandri IV. Conſtitutionem Dat. Anagn. 11. *Kal. Septembris*. Pontific. *ann.* 2. ſeu. 1256. in qua cum Guilelmitis loquens Pontifex dixit: *Præſentium vobis tenore concedimus, vt ſub Regula S. Benedicti ſecundùm inſtitutiones S. Guilelmi remanere in habitu ſolito valeatis &c.* quaſi inde inferatur, inſtitutos ſub Regula S. Benedicti, & ideò conceſſum illis ſub ea permanere; & conſequenter non fuiſſe ſub Regula S. Auguſtini. Verùm neque ex hoc id ſequitur, quia dato, & non conceſſo, vt vult Tamburinus, quod verbum illud, *remanere*, appellet alia verba *ſub Regula S. Benedicti*; & inſuper, quod totus Ordo Guilelmitarum fuerit aliquando ſub dicta Regula, non adhuc ſequitur, Ordinem Guilelmitarum fuiſſe ſub S. Benedicti Regula ab initio inſtitutũ; cum neque Sampſon Hayo, qui ex numero Guilelmitarum fuit, id prætenderit; ſed potiùs dixerit per octoginta annos ab inſtitutione ſub S. Guilelmi ſtatutis vſque ad Gregorij IX. tempora, à quo S. Benedicti Regulam primò acceperunt, vt *infrà num.* 798. ſine certa Regula vixiſſe Guilelmitas. Ad hoc autem vt verificetur ly *remanere* ſufficit, quod tunc ſub ea viuerent, etiamſi non ſemper, & ab initio vixerint.

372 Hæc dicta ſint, vt appareat Tamburini argumenta non probare. Cæterum non admittendum totum Ordinem Guilelmitarum ante vnionem generalem S. Benedicti Regulam obſeruaſſe; nec ea Alexandri verba totum illũ Ordinem reſpexiſſe; ſed ſolum aliquos, qui cum Benedictinã Regulam iam aſſumpſiſſent, vnioni propterea vel non conſenſerunt, vel ab ea reſilierunt; Et dico totum illum Ordinem ſaltem vſque ad Gregorium IX. & aliquas eius Congregationes (cum plures fuerint, vt diximus) etiam vſque ad vnionem generalem de 1256. ſub S. Auguſtini Regula vixiſſe, licet aliquæ aliç ad illam S. Benedicti tranſierint. Dixi ſaltem vſque ad Gregorium IX. quia, qui ex Guilelmitis Benedictinam Regulam amplexi ſunt, ab eo Pontifice eam primò obtinuerunt, vt habet Sampſon. Hayo *lib. de verit. vit. & Ord. S. Guilelmi* vt infrà *d. num.* 798. & concordat cum Innocentio IV. qui in Conſtit. *Exigentibus veſtræ deuotionis*. Dat. Lugdun. *ſext. Idus Aprilis* Pontific. *ann.* 5. ſeù 1248. apud Herrer. *ibid. num.* 171. Congregationi Guilelmitarum Eremi S. Guilelmi Vrbis Veteris conceſſionem Regulç S. Benedicti illis à Gregorio IX. factam confirmat; ex qua idem colligit & Io. Petrus Creſcentius *in Præſid. Roman. lib.* 1. *enarrat.* 8. *num.* 15.

373 Probo modo aſſertionem ſic primò, quia Guilelmitæ fuerunt ad vnionem generalem citati, vt in adductis à Tamburino *dict. q.* 4. *num.* 37. Alexandri IV. *& q.* 5. *num.* 35. Clementis Bullis. Non videtur autem credibile, quod ſi ſemper fuiſſent alterius profeſſionis, & numquàm Auguſtinianæ, aut omnes dicti Ordinis Congregationes S. Benedicti Regulam tunc obſeruaſſent, Ordinem tàm præclarum, & per Orbem diffuſum, qualis erat Ordo Guilelmitarum, ad S. Benedicti Regulam dimittendam, & nouam S. Auguſtini ſuſcipiendam, neque Cardinalis Riccardus Papæ delegatus inducere voluerit, neque quod Papa hanc tam notabilem tot monaſteriorum mutationem confirmauerit. Et ſic eatenùs ad prædictam vnionem fuerunt & ipſi citati; quatenùs, cum intenderet Summus Pontifex ex pluribus Ordinibus, vt aſſerunt S. Antoninus *dict. cap.* 14. §. 5. Arthmanus Schedel *in* 6. *ætat. mundi fol.* 203. *pag.* 2. Iacob. Naucler. *generat.* 41. *fol.* 213. ſub anno. 1215. Miranda *tom.* 1. *q.* 4. *art.* 6. Barboſ. de *iur. Eccleſ. vniu. cap.* 41. *num.* 64. *&* 88. Anton. Sabellic. *Ænead.* 7. *lib.* 9. Lezan. in *Mar. magn. Eremit. ad* §. 7. *nu.* 17. Sabbatinus in *Vindicijs lib.* 2. *cap.* 16. §. 3. ſub S. Auguſtino vel ſaltem ex maiori parte militantibus, vnum tantùm Eremitarum Ordinem inſtituere, omnes Ordines Eremitarum ad dictam Regulam ſpectantes conuocari voluit, & inter hos, vtpotè talem, & Guilelmitarum Ordinem. Ergò & ipſe ſub Auguſtini Regula, ſaltem ante Gregorium IX. vixit, & aliquæ Congregationes antecedentet ad vnionem etiam viuebant. Probo hanc vltimam partem; quia ſi nulla Guilelmitarum Congregatio tunc temporis Auguſtini Regulam obſeruaſſet, nulla fuiſſet ratio citandi Ordinem tàm amplum, & iam ſub Benedicti Regula totaliter conſtitutum. Ideò autem citati ſunt ad vnionem, quia, cum aliquç eiuſdem Ordinis Congregationes adhuc ſub Auguſtino militarent, harum intuitu potuerunt, &

aliæ

aliæ, quæ ad Benedictinam tranſierant, aduocari, ad tollendam eiuſdem Ordinis Guilelmitarum diuiſionem: maximè cum non à multo tempore ad illam migrauerint, & antecedenter eiuſdem profeſſionis fuerint.

374 Nec dicendum, quod ſub nulla Regula fuerint; & eatenùs citati fuerint, quatenùs Eremiticam, licet Cænobiticam vitam agebant. Quia ſi hoc eſſet verum, non fuiſſet adeò floridus hic Ordo Guilelmitarum tempore vnionis, quo in plures Congregationes diuiſus per Thuſciam, Vrbis Veteris Diœceſim, Hiſpanias, Gallias, & Alemaniam diffundebatur; & oſtendo. Vnio generalis facta eſt de 1256. ideſt 41. annis poſt Concilium Lateranenſe, quod de 1215. celebratum eſt. Si annorum 41. ſpatio vnionem generalem immediatè antecedentium, neminem ad profeſſionem admiſiſſent Guilelmitæ, non iam floridus tunc, ſeu tempore vnionis, ſed penè extinctus fuiſſet Ordo. Ergò, cum adeò tunc floreret, ſignum eſt, quod toto eo tempore ad profeſſionem admiſerint. Ergò toto illo 41. annorum ſpatio ſub approbata Regula vixit ille Ordo, cum per decretum d. Concilij, & habetur in *cap. Ne nimia. de Relig. domib.* nullus poterat niſi in approbata Religione profeſſionem emittere. Rurſus cum Regulam Benedictinam profiteri non cæperint Guilelmitæ niſi ſub Gregorio IX. & non omnes, ſed primò Congregatio Eremi S. Guilelmi de Vrbe Veter., & de 1238. vt ex d. Conſtit. Innocentij IV. *Exigentibus veſtra, &c.* aſſerit Herrera *ibid. num.* 169. *&* 178. certè tam breui tempore ſeu decem & octo annorum ſpatio, qui à 1238. ad vnionem generalem de 1256. euolarunt, non potuit tanta Ordinis dilatatio contingere. Opportet ergò, quod & reliquo tempore, ſeù 23. annis, qui à Concilio Lateranenſe de 1215. vſque ad ſuſceptionem Regulę Benedictinæ de 1238. tranſierunt, ad profeſſionem admiſerint. Ergò, quod eo tempore, ſeù ſaltem vſque ad Gregorium IX. ſub S. Auguſtini Regula fuerint.

Secundò: quia ſi ſub S. Auguſtini Regula numquàm militaſſent, in cauſa coràm Clemente IV. ab ipſis Guilelmitis agitata pro diſſoluenda vnione cum Eremitarum Ordine, & à Superiorum Ordinis Eremitarum obedientia, certè ad oſtendendum, ſe non debere in vnione includi, adduxiſſent Auguſtini Regulam illis eſſe omninò nouam, aut, omnes iam illam D. Benedicti profiteri; hoc enim allegando, propriã cauſam melioris conditionis feciſſent; Quæ cum non fuerint à parte litigante allegata: ſed adductum ſolummodò pro ratione, quod vnioni non conſenſerant; & talem vnionem illis non probari; vt videre eſt apud Marquez *cap.* 13. §. 14. *pag.* 194. *col.* 2. & Tamburin. *d. q.* 5. *num.* 35. ac ex huiuſmodi conſenſus defectu ſub illa non fuiſſe legitimè incluſos, apparet eos tacitè confeſſos fuiſſe, iam ſub Auguſtini Regula non ſolùm omnes primò, ſed & eorum aliquos etiam antecedenter ad vnionẽ militaſſe (ſecùs hoc ſaltem ad defenſionem inſinuaſſent, quod licet ſub Auguſtini Regula olim fuerint, tunc tamen omnes ſub alia viuerent) & ideò non habere quid ex hoc capite opponerent; eo magis cum Alexander IV. non aliam rationem adduxerit pro illis Benedictina Regula relinquenda, præter eorum quietẽ; ſi enim ſub Auguſtini Regula numquam vixiſſent, opus non fuiſſet pro ratione eorum quietem adducere; cum ſtante quod illam non vouiſſent, pro vnione rationabiliter diſſoluenda ſatis hoc fuiſſet.

375 Tertiò: quia in concordia facta inter PP. Eremitanos, & Guilelmitas maior pars Conuentuum Guilelmitarum remanſit ſub iure Eremitarum, adeò vt ipſe Tamburinus *d. q.* 4. *num.* 37. *vltrà med.* dixerit: *Et quidem monaſteria* (ideſt Guilelmitarum) *quæ vnioni conſenſerant, talia, & tot fuerunt, vt initium Auguſtinenſium à Guilelmitis fuiſſe communitèr putetur.* Quod factum non fuiſſet, ſi non iam & ipſa Guilelmitarum monaſteria fuiſſent Ordinis S. Auguſtini; hoc enim dempto titulo, non fuiſſet rationabile, quod maior pars monaſteriorũ ceſſiſſet in ius PP. S. Auguſtini; nec Patres Guilelmitæ huic ceſſioni conſenſiſſent, cum illis potius debuiſſent remanere. Ideò autem eos conſenſiſſe puto, quia iam militarant ſub Auguſtini Regula; & hac de cauſa apud Ordinem Eremitarum maiorem eorum numerum remanere debere fuiſſe in concordia concluſum.

376 Quartò ex habitu, nempè tunica, corrigia, & baculo à Guilelmitis geſtari ſolitis; & de quibus iam laudata Conſtitutio Innocentij IV. pro Guilelmitis Vrbis Veter. *habitu, corrigia, & baculo, quæ deſertis exceptis*: vbi ſupponuntur ante tranſitum ad Ciſtercienſium ſtatuta ea geſtaſſe, & conſequenter illis relicta, tamquam inſignia Guilelmitarum omnium propria: quo probatur, prius eos ſub altera D. Auguſtini Regula militaſſe; quandoquidem habitus ille proprius ſemper fuit Fratrum Eremitarum S. Auguſtini.

377 Quinto: ex denominatione *Ordinis S. Auguſtini*, quo titulo communitèr appellatos fuiſſe Fratres Guilelmitas admittit & ipſe Tamburinus *d. q.* 4. *& num.* 37. talis enim denominatio indicat, cuius profeſſionis fuerint, nempè Auguſtinianæ; eo modo quo, quando ſub S. Benedicti Regula viuere cæpit Congregatio Eremi S. Guilelmi Vrbeuetan. Diæces. Ordinis S. Benedicti eam appellauit Gregorius IX. dicens. *Priori, & Fratribus S. Guilelmi Ordinis S. Benedicti Vrbeuetan. Diæces.* Nec Tamburini interpretatio poteſt admitti, quod nempè Guilelmitæ dicti fuerint Ordinis S. Auguſtini, quatenus plura eorum monaſteria tranſierunt ad Ordinem S. Auguſtini per vnionem generalẽ; quia ſermo eſt de Guilelmitis, qui antè vnionẽ dicebantur S. Auguſtini; cum enim ipſorum aliqui vnioni conſenſerint, & aliqui non; & illi per vnionem ceſſauerint eſſe, & dici Guilelmitæ, & iſti vel ſub S. Benedicti Regula permanſerint, aut ad illam tranſierint, neque iſti, neque illi vocari potuerunt Ordinis S. Auguſti-

ni; primi, quia deſierunt: ſecundi, quia iam ſub alia Regula. Quando ergò dicitur Guilelmitas appellatos Ordinis S. Auguſtini, ſenſus eſt de Guilelmitis, qui erant antè vnionem; Ergò non ſic appellati per acceſſionem monaſteriorum Guilelmitarum ad Ordinem Eremitarum, quæ ſubindè accidit, & ſolum tempore vnionis generalis: ſed quià reuerà erant, vel ſaltem fuerant ſub Regula S. Auguſtini.

378 Ex quibus tandem infero ſub eadem D. Auguſtini Regula hunc Ordinem ab origine inſtitutum; cum enim ex vna parte, vt iuxtà Concilium Lateranenſe vidimus, ſaltem antecedenter ad 1238. ſub dicta Regula neceſſario fuerint; & ex altera non poſſit aſſignari, quando cęperint illam profiteri, ſequitur, quod in ſui exordio eam amplexi fuerint Guilelmitæ; proùt in ſimili Suarez *tom.4. de Relig. tract. 9. lib.2. cap.9. nu.2.* vt videre eſt ſupr. *nu.*240. Confirmatur ex eo, quod S. Guilelmus reuerà fuit Eremita Auguſtinianus; vnde dubitari nequit, quin & ſuam ſub d. S. P. Auguſtini Regula Congregationem inſtituerit. Nec ex eo, quod eius conuerſio D. Bernardi monitis contigerit, deducitur, vt innuit Tamburinus, quod S. Benedicti Regula illi fuerit à D. Bernardo propoſita, quia hoc gratis dicitur; & fortè neq; de monachatu cógitauit S. Guilelmus, quando cum eo locutus eſt D. Bernardus; & ex effectibus, ſeù ab affectu, & amore vitæ ſolitariæ, & acceſſu ad Eremitas, & eorum inſtitutione potiùs induci debet propenſio ad Auguſtinianam Religionem, quæ verè Eremitana eſt; & magis tunc erat.

379 Quod autem S. Guilelmus reuerà fuerit Auguſtinianus Eremita, nullus apud ſincerè rem iudicantes, & de fundamentis ſufficienter inſtructos, credo quod ſit ambigendi locus; cum inter cæteros Summus Pontifex Gregorius XIII. dum in *Dat. Romæ 25. Iulij.* 1576. dixit *Omnibus, & ſingulis vtriuſque Sexus Chriſti fidelibus qui futuris temporibus domus, & Eccleſias prædictas* (ſcilicet Prouinciæ Indiæ Orientalis) *Fratrum Eremitarum S. Auguſtini dicti Ordinis fundatoris, & S. Monicæ matris eius, ac S. Nicolai, & S. Guilelmi dicti Ordinis profeſſorum diebus pro tempore viſitauerint &c.* Quod ſufficit, vt quilibet, dum in hac mente fuiſse Summum Pontificem videt, poſſit credere Eremitam Auguſtinianũ fuiſſe S. Guilemum.

380 Cæterùm qui maiorem hac de re, ſiuè Auguſtiniani S. Guilelmi Monachatus, ſiue eius Congregationis ſub Auguſtini Regula notitiam exoptat, perlegat noſtrum Herreram *in dict. reſponſ. pacific.*5. per tot. vbi diſertè rem examinat, Suarij, cęterorumque argumenta diſoluit; *& à nu.*90. vſque *ad* 136. quadraginta duos adducit Scriptores, & Claſſicos, quibus addendus Barboſ. *Iur. Eccl. vniu. lib.1. cap.41. num.64.* cum alijs infrà citandis, aſſerentes S. Guilelmum Eremitam fuiſſe, Diuique Auguſtini Ordinem reformaſſe, & reparaſſe, vel ſaltem nouam Congregationem ſub Auguſtini Regula inſtituiſſe; addens *num.*147. ex Marquez obſeruatione, nullum, aut ferè nullum eſſe Auctorem, qui ad ea vſque tempora negauerit S. Guilelmum vixiſſe inter Eremitas Auguſtinianos; & è contrà plures aſſeruiſſe hos ab illo reformatos, quod non videretur benè ſubſiſtere, quando aut ipſe Auguſtini Regulam profeſſus non fuiſſet, aut ſub diuerſa Regula ſuum Ordinem inſtituiſſet; cum vt benè probat Marquez *cap.13. §.13* diei non debeat Eremitam ab Ordine Auguſtiniano extraneum, & eius Regulæ non inſtructum voluiſſe ponere falcem in meſsem alienã, & Ordinem ſub aliorum Superiorum poteſtate exiſtentem reformare. Ideò concludendum, cum per S. Guilelmum Eremitarum Ordo fuerit notabiliter reſtauratus, non tàm monaſteriorum multiplicatione, quam obſeruantiarum, & morum reformatione, ipſum Ordinis reformatorem fuiſse, vt pręter Arthmanum Schedel, Iacobum Naucler., Emanuelem Roderic., Rouſſerium, Hieronymum à Sorbo apud Herreram *loc. dict.* & Ioan. Petr. Creſcentium in *PreſidioRoman. lib. 1. pag.*371. tenent etiam Chryſoſtomus Henriquez in *Menolog. Ciſterciens. 20. Auguſt. pag.*275. Ioannes Baptiſta Confettius *dict. ſumm. mater. priuil. Mendic. cap.6.* Hieronymus Rodericus *reſol.*125. *nu.* 34. Pellizar. *Manual. regul. tom.1. tract.2. cap.4. q.6.*. & hac de cauſa Eremitanos Patres longo tempore Guilelmitas appellatos cum ſupradictis DD. notant Auguſtiniani Scriptores.

381 Supereſt argumentum Auberti Miræi *de originib. monaſtic. lib.2. cap.*15. & Gregorij de Laude *in Def. Verit. B. Ioachim. Abb. cap.51. pag.* 193.194. *&* 196. deſumptum ex litteris Vrbani VI. quibus prohibetur Guilelmitis, ex eo quod viuerent ſub Regula S. Benedicti, tranſitus ad Eremitanos S. Auguſtini; ex officio more Benedictinorum, quod ipſi perſoluunt; & ex ſtatua D. Benedicti, quam tamquam Regulæ, quam ipſi profitentur, Auctoris, in Eccleſia ſui Ordinis colunt; & ex eo, quod PP. Guilelmitæ Belgij de 1628. Patres Ciſtercienſes exorauerint, vt Officium S. Guilelmi admitterent, *quod Ordinem ſub eorum Regula ſeù S. Benedicti inſtituiſſet*. Verum non eſt, cur ijs immoremur; ex negato ſiquidem tranſitu non ſequitur, eos non fuiſſe ſub S. Auguſtini Regula; cum & nobis prohibeatur tranſitus ad PP. Calceatos, vt *num.*478. & *num.* 1190. nec tamen propterea non eiuſdem Ordinis. Et vno verbo omnia ſoluuntur: verificari ſiquidem ſupradicta pro tempore, quo iam ad Benedictinam Regulam tranſierunt: Sed non inde inferri, non militaſſe prius ſub altera D. Auguſtini, & præfatæ Guilelmitarum aſſertioni, dico fortè de 1626. ita cogitaſſe, eo quod ſub anno 1256. ad illud vſque tempus hoc eſt per 400. annos ſub ea Regula vixerint: non ita tamen eſſe ex Sampſone Hayo eorum Scriptore, vt ſuprà vidimus, qui ex perantiqua ſui Ordinis ſcriptura ea deſumpſit teſte Angelo Manriqu. in *Annal. Ciſterciens.* ad ann. 1136. *cap.2. num.2.* & quia S. Guilelmus, vt cum Henriquez inſinuauimus,

Or-

Ordinis Eremitani Reformator à PP. Ciſtercienſibus habetur.

DVBIVM IX.

An B. Ioannes Bonus eundem Ordinem reformauerit.

382 PRò hoc clariora habemus teſtimonia: Conſtantinus Laudenſis, qui ex canonizationis inſtrumentis vitam eius conſcripſit, octogenario maiorem è viuis exceſſiſſe teſtatur B. Ioannem Bonum, cum per annos quadraginta inter Eremitas Auguſtinianæ Religionis priùs vixerit; & concordat cum Cardinalis Riccardi aſſertione, prout in Innocentij IV. Bulla *Admonet Nos Dat. Kal. May:* 1252. apud Empol. *fol.* 176. per quam habetur, B. Ioannem Bonum poſt acceptam S. P. Auguſtini Regulam per plures annos illi Congregationi præfuiſſe. Sic enim. §. 6. *Cum autem ydem Religioſi aliquam de approbatis Regulis non haberent, quidam ex eis accedentes ad Sedem Apoſtolicam obtinuerunt ab ea B. Auguſtini Regulam ſibi dari; & ſic ex tunc cæperunt in regularibus obſeruantijs inſtrui, & regulariter ſe habere.* Et §. 8. *cumque d. F. Ioannes Bonus, qui per plures annos fratribus prædictis præfuerat, & fratres ipſi videns tamquam inſtitutori Ordinis ipſorum reuerenter intenderant &c.* Et Auguſtinianum fuiſſe tenent inter alios quamplures Baptiſta Egnatius *in exempl. illuſtr. viror.* Raphael Volateran. *in ſua Antropolog.* Polidor. Virgil. *lib. de inuent. rer.* Morigia *lib. Hiſtor. Relig. cap.* 22. Arnold. Boſtius *in ſpec. hiſt. Sectator. Eliæ. & Eliſai lib.* 2. *cap.* 10. & plures alij apud Marquez *cap.* 13. §. 17. Et hoc adeò verum eſt, vt inde ea de Auguſtiniano S. Franciſci Monachatu controuerſia originem duxerit.

383 Quarè non video, quomodò non liberè admiſerit hanc veritatem, ſed potiùs occultare ſtuduerit idem Tamburinus *dict. q.* 4. *num.* 38. Quamuis enim ex ſuprà adductis Cardinalis Riccardi verbis admitteretur, colligi non ſtatim ab exordio Auguſtini Regulam eos recepiſſe (quod tamen inde deduci negat Herrera *reſponſ. pacific.* 2. *à num.* 50. *& ſeqq.* & *reſponſ.* 3. *num.* 100. dicens ea per recapitulationem, ſeù anticipationem à Cardinale Riccardo fuiſſe enarrata, vt colligi poteſt ex Doneſmundo infrà) non tamen tanto tempore in eo ſtatu perduraſſe deducitur, quantum ſupponit Tamburinus, dum proceſſum temporis, & Capituli Congregationem illis tribuit. Quo enim ad Capitulum omninò gratìs, & ſine fundamento dicitur, cum adhuc ſine Regula eſſent, nec quid de eo conſtet, fuiſſe ab illis celebratū; & quoad proceſſum temporis corruit; cum enim ex alijs ſuprapoſitis eiuſd. Cardinalis Riccardi verbis appareat, poſt aſſumptam S. Auguſtini Regulam per plures annos illi Congregationi præfuiſſe B. Ioannem Bonum, paucis annis ad ſummum ſine Regula fuiſſe concludendum eſſet.

384 Quidquid autem ſit de hoc; ſicuti ex illis verbis *Cum autem ijdem Religioſi aliquam de approbatis Regulam non haberent*, argumentatus eſt, eam ab initio Congregationem ſub Auguſtini Regula non fuiſſe inſtitutam; ſic & ab alijs ſubſequentibus §. 7. *Qui cum iam vocarentur Fratres Eremitæ Ioannis Boni Ordinis S. Auguſtini, Nouitij, qui recipiebantur ab eis profitebantur hoc modo: Ego N. facio profeſſionem, & promitto obedientiam Deo, & B. Mariæ, & tibi Priori Fratrum Eremitarum S. Mariæ, de Ceſena, tuiſque Succeſſoribus vſque ad mortem ſecundùm Regulam B. Auguſtini, & Conſtitutiones Fratrum iſtius loci;* & alijs in §. 8. *Cumque dictus F. Ioannes Bonus* (loquitur Cardinalis de Ioanne Bono poſt ſuſceptam Regulam) *qui per plures annos Fratribus prædictis præfuerat &c.* poterat liberè confiteri ſub Auguſtini Regula illam Congregationem etiam ante vnionem militaſſe.

385 Alia item ibi dicit Tamburinus, quæ approbari non poſſunt. Quod in eo Capitulo, omiſſo Ianbonitarum nomine, aſſumpſerint ſimpliciter denominationem Eremitarum S. Auguſtini; quod verum non eſt, nec in tota Cardinalis Riccardi enarratione hoc nomen reperitur; vel enim appellati ſunt Fratres Eremitæ Ioannis Boni Ordinis S. Auguſtini, vel Fratres Eremitę S. Mariæ de Ceſena, vel Fratres Eremitæ Ioannis Boni, vel Fratres Eremitę, vel Ordo Eremitarum: numquàm autem ſimpliciter Fratres Eremitę Ordinis S. Auguſtini; quod eſt longè diuerſum; & proprius titulus erat Patrum Eremitarum Ordinis S. Auguſtini, qui à Congregatione Ianbonitarum diſtinguebantur. Secundò, quod Innocentius IV. illam Bullam *Incumbit nobis*, directam *Dilectis filijs vniuerſis Eremitis, exceptis fratribus S. Guilelmi per Thuſciam inſtitutis* de qua *num.* 370. ad Fratres Ianbonitas direxerit; quod pariter longè abeſt à vero; cum illi Thuſciæ Eremitæ vniti fuerint per dictam Bullam Ordini Eremitarum S. Auguſtini de anno 1244. & Ianbonitæ nonniſi in vnione generali de 1256. Tertiò, Congregationes Ianbonitarum, de Brictinis, & de Fabali fuiſſe vnicam Congregationem, & ex diuerſitate locorum diuerſimodè appellatas; Quod item non ſubſiſtit, cum & ipſe *num.* 53. Congregationes, quæ in vnione in vnum Ordinem Eremitarum conuenerant, enumerans, has veluti diſtinctas Congregationes ponat; & ſi fuiſſent vna ſola Congregatio, & ſolum diſtincti Conuentus, Alexander IV. non dixiſſet in Bulla vnionis *Quædam S. Guilelmi, quædam S. Auguſtini Ordinum: nonnulla autem Fratris Ioannis Boni: aliqua verò de Fabali: alia verò* (qua dictione diuerſitas importatur) *de Brictinis cenſebantur.* Ad quid enim eas diſtinctè enumerare, ſi poſito, quod eſſent vna Congregatio, ſatis fuiſſet nominare illam Fratris Ioannis Boni, ſub qua veniſſent & illę de Fabali, & de Brictinis? ſed nimium credidit Pennoto Tamburinus; cuius tamen dictum debebat illi eſſe ſuſpectum, vt potè ab Eremitani Ordinis Impugnatore prolatum.

386 Vnde ad rationem in fine *dubij.* 7. poſitam rediens dico, quod, licet non ſtatim à principio

cipio ſuæ Congregationis,& vitæ ſolitariȩ Auguſtini Regulam profeſſus fuerit B. Ioannes Bonus (cuius dubij reſolutio ad rem prȩſentem non facit) cum Auguſtinianam Regulam, habitum,& Ordinem ſuſceperit,& in eo profeſsus fuerit, nec non regularibus obſeruantijs, nouã licet Congregationem inſtituendo decorauerit, Eremitarum hinc Ordo ſummoperè reſtauratus eſt, vt obſeruauit Antonius Sabellicus *Ænead. 9. lib. 5. pag. 549.* dicens: *Per id tempus Eremitanus Ordo inſtauratus eſt, cum temporum iniuria ad interitum penitùs perductus eſſet. Inſtaurationis auctor Ioannes Bonus Mantuæ natus eiuſdem vir profeſſionis.* Cum quo concordat Hyppolitus Doneſmundus Franciſcanus in *p. 1. hiſtor. Mantuanæ lib. 4. pag. 267.* per hæc verba: *Anno ſequenti iuit Romam in habitu ſimplicis Eremitæ S. Auguſtini, cuius Regulam amplexus fuerat, impetrauitque ab Innocentio III. poſſe in ſimul congregare omnes Eremitas eiuſdem Regulæ, qui diſperſi viuebant extrà Ciuitates, vt clauſtraliter aggregati cum determinatis legibus meliùs ſeruirent Eccleſiæ, Id quod per quadraginta alios annos, quos vixit, ſic effecit, vt poſtea ſit à multis appellatus Fundator Eremitarum S. Auguſtini in Congregatione viuentium.* Quod ſufficit, vt dicatur Ordinis Reformator, ſicuti dicitur à Philippo Bergomen. ad *ann.* 1199. Quem credo ſenſum approbantes, Ordinis Eremitarum Reformatorem dixerunt & Emanuel Roderic. *tom. 1. q. 2. art. 4.* eius compendiator *d. reſol.* 125. Ioannes Baptiſta Confettius *loc. ſup. tit. de Mendicant. Ord. cap. 6.* Hieronymus à Sorbo in *enarrat. Ordin. Mendic. verb. Ordo Eremitar.* & Ioannes Rouſſerius in *lib. de ſtat. & orig. Ord. S. Franciſci q. 5. probam.*

387 Verum quidem eſt huiuſmodi reformationes tum per S. Guilelmum, tum per B. Ioannem Bonum inſtitutas non fuiſse tales, vt Ordinem ipſum Eremitarum S. Auguſtini reformauerint; hoc eſt, fecerint, vt fratres Ordinis Eremitarum ſtrictiorem obſeruantiam ab ipſis Reformatoribus reſtitutam amplecterentur; licet multi ex S. Auguſtini Eremitis id egerint: ſed quatenùs poſt emiſsam profeſſionem in Ordine Eremitarum diſtinctis Congregationibus (vt & in præſentibus Ordinum reformationibus obſeruatur) diſtinctis ſtatutis, & conſtitutionibus, & ſub diſtincta obedientia iuxtà priſtinam Regulæ obſeruantiam inſtituerunt. Marquez *dict. cap. 13. §. 10. & 18.* Herrera *dict. reſponſ. 5. num. 151. & 310.* Pleneuaulx *lib. 5. Prim. Auguſtinian. cap. 4. in Chronol. ad ann. 1164.* & patet, quia horũ Congregationes tamquàm diſtinctæ fuerunt poſteà in vnione generali eidem Ordini Eremitarum S. Auguſtini incorporatæ.

DVBIVM X.

An de facto in Ordine Eremitarum ſint Obſeruantes, & Reformati.

388 POſito, quod nomine Conuentualium venerint, & veniant Fratres, vt ita dicam, Regulȩ mitigatæ profeſsores, & Obſeruantium nuncupatione, qui reformatione ſuſcepta primum regulare inſtitutũ excolunt, vt obſeruant Miranda *tom. 1. q. 12. art. 1. concl. 2. art. 2. concl. 1. 2. & 3.* Roderic. *tom. 1. q. 4. art. 2. & 4.* Confettius in *Summ. mater. priuil. Mendic. cap. 2.* & fauet Calixtus III. apud Lezanam *in Mar. magn. Carmelit. nu. 242.* hoc duplex Religioſorum genus exiſtere in Ordine Eremitarum, communis ſenſus eſt eorum, qui hunc eumdem Ordinem in Conuentuales, & Obſeruantes diuidi ſcribunt. Roderic. *tom. 1. q. 2. art. 4.* Compendiator *reſol. 123. nu. 34.* Mirand. *d. q. 12. art. 1. concl. 2.* Ioan. Bapt. Confett. *loco dict.* & *cap. 6.* Hieronymus à Sorbo in *addit. ante Compend. Caſarub. fol. 10. verſ. extatque.* Ioann. Rouſser. *d. q. 5. proæmial. fol. 49.* Tamburin. de *iur. Abb. tom. 2. diſp. 24. q. 4. à nu. 41.* Lezan. *conſult 44. num. 33.* Et ità reuerà eſt, & propterea tot in Ordine Auguſtiniano Congregationes.

389 Relaxato poſt vnionem generalẽ, ſicut & alijs, Eremitarũ Ordine, à tempore Ioannis II. Regis incȩpiſſe in hoc eodem Ordine obſeruantiam reſtitui per quemdam Regis Conſiliarium de Alarcon, qui Religionis habitu *ſuſcepto regularem* diſciplinam reparare ſtuduit; & tunc Clauſtrales ab Obſeruantibus fuiſſe diuiſos ſcribunt Roderic. *d. q. 4. art. 3.* & Compendiator *loc. ſup.* Quod verum eſſe poteſt, ſi loquantur de reformatione Ordinis in Regnis Hiſpaniarum; nam in Ordine ſimpliciter, non tunc cæpit reformatio; cum Congregatio Illicetana, quȩ nunc eſt vna ex Obſeruãtibus ſit antiquior. Hanc ſubſequtȩ ſunt aliæ multȩ Congregationes; nempè S. Ioannis de Carbonaria, Peruſiana, de Lombardia, Montis Hortonæ, Baptiſtinorũ, Apuliæ, ſiue de Dulceto, Calabriæ, ſiuè Zampanorum, Dalmatiæ S. Mariæ de Scala, S. Spiritus Venetiar., quæ omnes Obſeruantes dicuntur, & cum in Eccleſia diù floruerint, & floreant Eremitarum Ordinis nomen, & gloriam mirificè extollunt.

Adſunt & Congregationes Diſcalceatorum, quæ & ſi poſteriores tempore, non inferiores tamen tam ratione obſeruantiæ, quam Conuentuum multiplicitate. Et de his in ſequentibus.

QVODLI-

QVODLIBETVM QVINTVM
DE
EXCALCEATIS ORDINIS EREMITARVM S. AVGVSTINI.

COnſequens eſt, vt vbi actum de Reformatione, de Excalceatis, qui inter Congregationes, ſeù Ordinis Reformationes non infimum locum occupant, aliqua ſubdantur. Aliqua dixi, quia Hiſtoricum non ago; & quia ea, quæ Carolus Moreau, vt in Præfatione monuimus, in controuerſiam adduxit, ſatis erunt ad rem præſentem.

DVBIVM I.

Quandonam, & à quibus reſtituti in Ordine Eremitarum Patres Diſcalceati.

390 NON eſt hic ſermo de Congregationibus Excalceatorum, quæ iam fuerunt in Ordine Eremitarum; quia ad hanc exiſtentem *Italiæ* nuncupatam mea dirigitur intentio. Et de reſtitutione loquor, quia à S. P. Auguſtino inſtitutos ſuppono Patres Excalceatos; & ex dicendis *quodlib. 9.* conſtabit. Reſtitutio ergò Diſcalceatorum Ven. Thomæ à Ieſu Ferdinandi Aluarez de Andrada (vna ex Illuſtrioribus Regni Portugalliæ familijs) filio, & Eremitani Cæli ſyderi ſplendidiſſimo debetur; Qui zelo obſeruantiæ motus, videns, quod multi è Patribus Eremitanis Luſitania relicta Italiam peterent, vt inter Congregationes Obſeruantes Regulam perfectius adimplerent, Reformationem Ordinis inibi reſtituere meditatus eſt, & opere compleuit; nam approbante Ven. P. Ludouico de Montoya eius tunc Prouinciæ Vicario Generali, & fauente Cardinali Infante Henrico à latere Legato, & poſtea eiuſdem Regni Sereniſſimo Rege, conſtructo ad hoc pij cuiuſdam viri eleemoſinis monaſterio, multiſque ex Calceatis Patribus (quorum vnus fuit celebris ille Vniuerſitatis Salmanticæ Cathedraticus Ludouicus Legionenſis) habitu reformato indutis, ſub vita ſtrictiore, auſterioreque ſuſcepta obſeruantia, Reformationis opus vidit fæliciter inceptum. Sic ex Alexio de Meneſes Auguſtinianę Religionis præſtantiſſimo alumno, Indiarum Orientalium Prorege, & Archiepiſcopo Goano, poſteà verò Archiepiſcopo, & Primate Pragenſe in Vit. Thomæ à Ieſu *num. 5. & 6.* Andreas à S. Nicolao *tom. 1. Chronic. Excalceat. Hiſpaniæ cap. 8.* & in *lib. Prouentus Meſſis Dominicæ in ectyp. proœm. pag. 2. & 3.* Mauritius à Matre Dei *lib. 1. Sacr. Erem. Auguſtin. cap. 2. §. 1.* Ioãnes à S. Auguſtino in ſua notitia M. S. *Originis Fatr. Excalceat. tit. 1.*

391 At quia nundum aduenerat tempus à Patre præfinitum, & Thomas à Ieſu ad patientiæ paleſtram præcipuè vocabatur (aduerſantibus nonnullis Ordinis Patribus) in ſui exordio compreſſam lachrymatus eſt Reformationem, & ea de cauſa, vt *ibid. num. 7.* Alexius de Meneſes, multa perpeſſus eſt incommoda, atque tribulationes. Eius tamen exauditis in Cælo precibus, quod tunc Vlyſſipone ſtabiliri non potuit, in Regno Caſtellæ paucos poſt annos eſt exitu fæliciore completum. Anno ſiquidem à Virginis partu. 1588. Sixto V. Summo Pontifice, dum Reuerendiſs. P. Gregorius Petrochinus de Montelparo totius Ordinis S. Auguſtini Generalis verè dignus Hiſpanicas Prouincias viſitaret, vt inſtantijs à Catholico, & pijſſimo Rege Philippo II. Religionis noſtræ Reformationis cupidiſſimo ſibi illum inuiſenti factis ſatisfaceret, congregato Toleti Capitulo prouinciali, decreta fuit Reformatio. Andreas à S. Nicolao *d. ectyp. proœmial.* & in Chronic. *eod. tit. 1. cap. 9.* Mauritius à Matre Dei *ibid. cap. 2. §. 2.* Quod, vt optatum finem aſsequi poſset, à P. Reuerendiſs. Generali fuit P. Petro de Roxas eius Prouinciæ Prouinciali, noua loca, ſiuè monaſteria pro Reformatione fundandi ſub *die 29. April. 1589.* conceſsa facultas, vt ex hac in eiuſdem Generalis Regiſtro memoria: *Facultatem facimus*

M. P. Petro de Roxas, vt in Prouincia noſtra Caſtellæ, vbi ipſe eſt Prouincialis, durante tempore ſui Prouincialatus in diſtricto dumtaxat ſuæ iuriſdictionis queat domos, & loca Recollectorum noſtri Ordinis accipere, ac inibi noua loca pro eis fundare, & inſtituere ſub poteſtate eiuſdem Prouinciæ &c. vt referr Thomas de Herrera *in Alphabet. Auguſt. litt. H. pag.* 356. Et ſubſequenter, cum P. Ludouicus Legionenſis (qui, vt *d. ectyp. proæm.* habet Andreas à S. Nicolao, de 1568. hoc cum Ven. Thoma à Ieſu amplexus fuerat inſtitutũ) formam, qua à Recollectis viuendum eſſet, & Conſtitutiones, ſicut idem P. Generalis illi demandauerat, meditatus fuiſſet, & compilaſſet, die 20. *Septembr.* 1589. in Conuentu Dominæ noſtræ de Pino per Prouincialem, & Definitores Calceatos recognitæ, & approbatæ, & manibus proprijs ſubſcriptæ fuerunt; de quibus vt conſtet, verba eadem, quę apud D. Andream à S. Nicolao *eod. tom. 1. Chronic. cap.* 10. in Hiſpanico idiomate leguntur, latinitati data adnectimus: *Auctoritate nobis ad hoc conceſſa à Reuerendiſs. P. Gregorio Elparenſi Priore Generali iuxtà Decretum in Capitulo Prouinciali celebrato Toleti anno elapſo* 1588. *hæc quæ ſunt inferius ordinamus. Forma viuendi pro Patribus Auguſtinianis Excalceatis decreta per Prouincialem, & Definitores Prouinciæ Caſtellæ &c.* & ſubſequuntur Ordinationes per capita diſtinctæ (ex quibus aliquas alibi producemus) quæ P. Petri de Roxas Prouincialis, Ludouici Legionenſis, Gabrielis de Gualdaraz, Lucæ de Medina, & Antonij de Arze Definitorum ſubſcriptionibus clauduntur. Et ſic perfectum eſt à Patribus noſtris Calceatis tam laudabile inſtitutum (quod plures ex ipſis, & conſpicui Patres amplexi ſunt, & amplificarunt) nempe à Ven. Thoma à Ieſu primò Vlyſſipone, deindè à Ludouico Legionenſe in Regno Caſtellæ; Vndè, quod Thomas Herrera de vno, & Nicolaus Cruſenius de altero ſcribunt, iubet ſubnectere: *Egregius* (ſic primus de Thoma à Ieſu *in Alphab. ſub litt. T. pag.* 446.) *extitit zelator Obſeruantiæ Regularis, & vitæ Religioſæ; nouamque, vt ferunt, ſtrictioris vitæ Recollectorum Congregationem animo concepit, quàm in Luſitania edere non potuit; alij poſteà in Prouincia Caſtellæ fæliciter protulere.* Et ſecundus *in Monaſtic. Auguſtin. pag.* 208. de Ludouico Legionenſe: *Vir latinis, Græcis, Hebraicisque litteris inſtructiſſimus, Cathedraticus Salmanticæ Vniuerſitatis; Vicarij Generalis officio, & Prouincialis munere donatus, Prouinciam laudabiliter rexit, arctioriſque vitæ initium fuit* (ideſt Diſcalceatorum Recollectorũ) *ac tandem obijt emeritus anno* 1591.

392 Vndè apparet, quam longè à vero aberrauerit idem Cruſenius, *dum p. 3. cap. 43. ſub ann.* 1589. dixit: *Tunc laudabile, & rigoroſum vitæ genus ſub Regula S. Auguſtini commentus eſt quidam Pater Andreas Diaz Hiſpanus in Caſtellæ Regno, eodem habitu nigro, ac forma non abſimili Heremitarum, illudque Diſcalceatorum S. Auguſtini nuncupari fecit, imitari geſtiens Ven. PP. Capucinos Ordinis S. Franciſci, à quibus hi Religioſi Diſcalceati S. Auguſtini ſolo externi habitus colore, ac cingulo differunt, in victus auſteritate, ac mortificatione ferè pares. Fautores inuenit in Hiſpaniæ Regnis magnum Theologum P. M. Ludouicum Legionenſem, alioſque Hiſpanos rigidiore vita magis aptos;* confundit enim Congregationem Italiæ, de qua *dub. ſeq.* cum Hiſpana; cuius non P. Andreas Diaz, ſed ſupradicti Patres Definitorij, & Capituli Prouincialis Toletani inſtitutores fuerunt; ni data opera hoc neſcire fingat; nec meminit de Ludouico Legionenſe ſe ſcripſiſſe, vt adnotauimus: *Arctioriſque vitæ initium fuit*; quod ſtare non poſſet, ſi initium attribuendum eſſet Andreæ Diez, & Ludouicus tantummodo inſtituti fautor.

393. Sic autem inſtituta Reformatio erecta fuit primò in Prouinciam S. Auguſtini, & à ſuperioritate PP. Calceatorum, ac gubernio exempta per Clementem VIII. vt in Conſtit. *Apoſtolici muneris ſub* 11. Februarij 1602. prout in *Bullar. Roman. tom. 3. in Conſtit. 36. Gregorij XV.* Deinde per eundem Gregorium in Conſtit. ead. 36. *Ad Sacram B. Petri.* ſub. 31. *Auguſti* 1622. in Congregationem ſub Vicarij Generalis ex eiſdem Recollectis aſſumendi regimine, & in quatuor Prouincias diuiſa. Barboſ. *collect. deciſ. Apoſtol. collect. 326. num. 5. & de Iur. Eccleſ. vniu. lib. 1. cap. 41. num. 93.* Nouar. *lucern. Regul. verb. Eremitæ. num.* 10. ſcilicet S. Auguſtini Regni Caſtellæ nouæ, & veteris; B. Mariæ de Pilar in Regnis Aragoniæ, & Cathaloniæ; B. Thomæ de Villanoua in Regnis Valentiæ, & Bethicæ; & S. Nicolai de Tolentino in Indijs Philippinis; Clara virtutibus, & eorum, qui pro Chriſto necati ſunt, ſanguine nobilis.

Radices non ſolum in Hiſpaniarum, & Indiarum Regnis iecit hæc Recollectio, ſed indè in Italiæ ſolo tranſplantati palmites excreuerunt in arbores. Aliæ namque ſunt ſubindè erectæ Congregationes, quarum vna Italiæ, & Germaniæ, altera Galliarum nuncupatæ, & poſtremò quarta in Portugalliæ Regno, quibus omnibus Eremitani Ordinis Reformatio valdè diffuſa eſt, & amplificata.

DVBIVM II.

Quandonam, & à quibus inſtituta Congregatio Diſcalceatorum Italiæ.

394 DE hac mea Congregatione ſic ſcribentem inuenio Nicolaum Cruſenium in *d. Monaſtic. Auguſtin. p. 3. cap.* 45. ad ann. 1599. *Cum hi fluctus Ordinis altius ſe ſe erigerent ſtatim ſub eorumdem initium aliquot Patres Itali cum P. Andrea à S. Iob, & Auguſtino Maria extremum quoddam Reformationis genus inuenerunt, veſtemque ferè Capucinorum, at atram aſſumpſerunt; ab Hiſpanorum more, de quibus ſuprà, non abſimiliter viuebant; non tamen in omnibus cum illis conueniebant. Locum primum ſibi delegerunt Romæ apud S. Paulum della Regola inter corij Coriariorumque ſatores; nomen ſibi Diſcalceatorum S. Auguſtini aſſumpſerunt: Sed ab imperio, & iuriſdictione Reuerendiſs. Generalis receſſerunt.* In pluribus tamen

erraut

erráuit, vt mox ex dicendis.

395 Aſumpto ad Purpuratorum Collegiũ Gregorio de Montelparo; congregato de 1592. *die 16. Maij* in Conuentu S. Auguſtini de Vrbe Capitulo generali, quod in Catalogo Capitulorum generalium centeſimum enumeratur, in quo in Generalem electus fuit P. Andreas Fiuizzanus, de mandato Clementis VIII. qui in inferioribus totius Ordinis protectionẽ nactus fuerat, de eiuſdem Ordinis Reformatione actũ eſt, & communi Patrum decreto eius inſtitutio ordinata. Teſtis eſt Cardinalis Saulius, qui dicto Capitulo præſedit, dicens in ſententia quadam ad fauorem Excalceatorum, prout infrà *num. 492. Declaramus igitur hos Fratres Diſcalceatos veros, & germanos eſſe S. Auguſtini filios; eorum enim Congregatio ab ipſis Fratribus Auguſtinianis Conuentualibus Romæ capitulariter congregatis anno 1592. quo in Magiſtrum Generalem electus fuit R. Andreas Finizzanus, inſtituta eſt, &c.* Et verè, nam ſtatim ad effectum huiuſmodi ordinatio demandata eſt per Ven. P. Andream Diez Talabricenſem, vnum ex Patribus Hiſpanicæ Recollectionis, quem magnum Dei Seruum appellant Petrus Martyr Felinus *in lib. admir. Romæ pag. 145.* & Io. Petrus Creſcentius *in Præſid. Roman. part. 2. enarrat. 1. num. 3.* Cum enim die 28. *Iunij.* 1592. in Sanctorum Apoſtolorũ Petri, & Pauli peruigilio Neapolim appuliſſet, à Patribus Calceatis pro Reformatione inchoanda Eccleſia S. Mariæ de Oliua vna cum monaſterio extrà Portam Spiritus Sancti ſita, de P. Cæſaris Prouincialis conſenſu ſtatim publico Inſtrumento fuit illi aſſignata, & conceſſa; Vbi die non 6. *Iulij*, vt ſcribit Mauritius à Matre Dei *loc. ſupr.* ſed 26. *Auguſti* ad Reformationis habitum, & vitam P. Andream à S. Iob admiſit, quem poſteà ſecuti ſunt multi ex Patribus Calceatis, inter quos P. Ambroſius Staibanus Baccalaureus, & Io. Baptiſta Chriſtallinus, qui die 18. *Septembris eiuſdem Anni* per manus eiuſdem P. Andreæ Diez habitum ſumpſerunt; nouam tamen non emiſerunt profeſſionem, cum iam eſſent profeſſi inter Patres Calceatos, quod tunc temporis ſufficiebat, attento tranſitu à Calceatis ad Reformatos, & à Reformatione, quandiù perſeuerare non poterant, ad eoſdem Calceatos regreſſu, & quia ſub eiuſdem P. Generalis obedientia viuebant.

396 Itaque erráuit Cruſenius, primò circà tempus, ſi de inſtitutione propriè locutus eſt, quia non de 1599. incæpit in partibus Italiæ hæc reformatio, ſed de 1592. Secundò circa veram originem Congregationis dicens, *aliquot Patres Italos inueneruns*, quaſi fuerit eorum inuentum, cum tamen demandata fuerit à Capitulo generali Ordinis. Tertiò circa primum Reformationis Inſtitutorẽ, qui fuit P. Andreas Diez, & non Andreas à S. Iob, & Auguſtinus Maria, cum primus à P. Andrea Diez, & ſecundus à P. Ambroſio Staibano Reformationis habitum ſumpſerint. Quod ſi quis dixerit, à P. Arſenio ab Aſcenſione in *Vit. Ven. P. Ioannis à S. Guilelmo lib. 1. cap. 10.* & ipſi Andreæ à S. Iob vna tamen cum Ven. P. Andrea Diez opus hoc Reformationis attribui, parum ſuffragatur, quia ſenſus eius eſt, non quod Andreas à S. Iob fuerit primus huius Regularis obſeruantiæ reſtaurator, cum ipſe V. Andream Diez ſuum in Reformatione ſuperiorem recognouerit, & ab illo ad huius Congregationis habitum fuerit admiſſus; ſed quod fuerit primus, qui ab eo admiſſus illum in tam laudabili opere coadiuuauerit. Sic Herrera *in Alphabet. pag. 29. ad ann. 1611.*

397 Erráuit quartò circa locum, & cum eo erráuit Carolus Moreau, dum in *Vindiciar. p. 2. cap. 4.* poſtquam de Gallicana egerat, de hac mea Congregatione ſubiunxit: *Si pauculis retro diebus annoſiorem in Italia earumdem Fratrum inſtitutionem* (pauculos dies quatuor annos, qui ab Italiæ Congregatione ad Gallicanã miſſionem interceſſerant, appellat; conuincitur tamen contradictionis, cum annoſior eſſe non poſſet, ſi pauculos tantum dies præceſſiſſet) *curioſius euoluam à Carmelitis Diſcalceatis Romæ in vico Coriario nouæ ſuæ vitæ rudimenta auſpicata eſt.* Erráuit, inquam, vterque circa locum, quia ſi de prima Reformationis domo ſit ſermo, ea non Romæ, ſed Neapoli, & Eccleſia S. Mariæ de Oliua; & ſi de Romana, fuit Eccleſia SS. Petri, & Marcellini à fel. recor. Cardinale Camerinen., vt ex Inſtrumento ſub *die 10. Maij* 1594. benignè conceſſa, & nequaquam illa S. Pauli de Regula. Nec ex eo, quod poſtea ad S. Pauli de Regula in Coriariorum vico ſitam Eccleſiam ſe tranſtulerint, eorum fætores illis obfuerunt, quin ibi ſuauem obſeruantiæ odorem efflarent; nec eſt cur indè Reformationi dedecus aliquod inauguret Cruſenius, quando & Apoſtolorum Princeps in ſui Pontificatus exordio apud Simonem Coriarium, vt in *Apoſtol. act. cap. 9. & 10.* legitur, inhabitauit. Sed quid obijci poſſit videamus.

398 Hoc opponitur, quod Congregatio hæc fuerit inſtituta à Clemente VIII. cum ipſe in Conſtit. *Decet Romanum Pontificem* ſub die 5. *Nouembr.* 1599. in Bullar. Cherub. *tom. 3. Conſtit. 63.* dixerit: *Nos itaque cupientes propagationi Congregationis Fratrum Reformatorum Scalciatorum Ordinis S. Auguſtini nuper in alma Vrbe per Nos admiſſæ, ac inſtitutæ opportunè proſpicere &c.* Ergo non fuit inſtituta per Patres Ordinis Eremitarum. Sed patet reſponſio ex dictis *num.* 247. vbi vidimus Ordinem Eremitarum à S. P. Auguſtino inſtitutum, & ſi ab Eccleſia inſtitutum dixerint Iordanus, & Antoninus, quæ omnia huc poſſunt adaptari. Addo, dici à Pontifice non à ſe inſtitutam ſimpliciter, ſed Romæ inſtitutam, & admiſſam, cum ipſe reuera in Vrbem eam introduxerit; quo non negatur à Patribus Ordinis Eremitarum inſtitutam fuiſſe. Deindè; verò hoc dictum eſt à Summo Pontifice, quia de ipſius mandato in Capitulo generali in Conuentu S. Auguſtini celebrato decreta fuit hæc Reformatio, & ab ipſo approbata de 1594. vt *dub. ſequen.* & ſic potuit, ſe inſtitutorem appellare, iuxtà morem Summorum

Pon-

Google

Pontificum, qui aliquem Ordinem approbantes, ſe eorum nuncupant inſtitutores, vt idem Clemens in Conſtit. *Ad Militantis Eccleſiæ regimen* ſub 20. *Auguſt*. 1599. apud Laert. Cherub. *tom*.3. pro Reformatis, & Diſcalceatis SS. Trinitatis Redemptionis Captiuorum, in qua §. 1. eum Ordinem ab Innocentio III. dicit inſtitutum; & §. 2. ipſorum Reformatorum Congregationem à ſe inſtitutam dicit, *erigimus*, *& inſtituimus*, quibus verbis vſus eſt in approbatione Congregationis Diſcalceatorum Hiſpaniæ, de qua prout in incipien. *Apoſtolici muneris num*. 393. laudata, ſicut & Vrbanus VIII. pro altera Refotmatorum SS. Trinitatis Redemptionis Captiuorum Congregatione in Gallia in Conſtit. *Aliàs à Nobis*. ſub die 28. *Februar*. 1631. apud Tamburin. *tom*.2. *diſp*.24. *q*.4. *nu*.76. nec per hoc dicitur, quod à Patribus eiuſdem Ordinis inſtitutæ non ſint huiuſmodi Congregationes. Sed à Summis Pontificibus inſtitutæ dicuntur, quia ab ipſis approbatæ, ſine qua approbatione aliorum inſtitutiones nullius fuiſſent valoris. Ità in caſu noſtro.

399 Veritas ergò eſt, quod hæc Congregatio à Patribus ipſis Calceatis ortum habet, & quatenus in Capitulo generali de 1592. fuit ab ipſis decreta, & quatenus executioni mandata eſt per Ven. P. Andream Diez, qui fuit vnus ex numero Recollectionis Hiſpanæ, & prius vnus è Patribus Calceatis, vt habet Andreas à S. Nicolao in *d. Ectyp. proœm. ad Prouent. Meſſ. Dom. pag*.14. quę Hiſpana Recollectio pariter per Patres Calceatos in Capitulo prouinciali Toletano de 1588. fuerat inſtituta; & quatenus primi, qui ſunt eam in Italia amplexati, fuerunt ipſimet PP. Calceati.

400 Primus huius Congregationis Vicarius Generalis fuit à Reuerendiſs. P. Generali (per eumdem ad alteram Congregationem Siculam, ſiuè Centurbij regendam P. Andrea Diez Vicario Generali, vtpotè ad Reformationem præ cæteris idoneo, prius deputato) P. Ambroſius Staibanus deſtinatus, vt ex his P. Generalis litteris ſub die 13. *Nouembr*. 1592. expeditis *Cum Ordinis noſtri ſplendorem ſummoperè cordi habeamus, illumque magis, ac magis amplificare cupiamus*. Et paulò poſt. *Cum itaque nouam Ordinis noſtri Congregationem inſtitueris* (intellige lato modo, cum ipſe non fuerit inſtitutor) *ſub titulo Fratrum Diſcalceatorum Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, illamque à Nobis petieris approbari, & à Congregatione Eremitarum Reformatorum Siciliæ diuidi; ac ſeparari. Nos huic tuo deſiderio ſatisfacere cupientes, harum vi, noſtrique Officij poteſtate prædictam Diſcalceatorum Ordinis noſtri Regni Neapolitani Congregationem approbamus, & te eiuſdem Congregationis Vicarium Generalem conſtituimus, quem ſub noſtra tantũ poteſtate degere volumus &c*. Et ita ſentiunt P. Epiphanius à S. Hieronymo *in Chronic. M.S. part*. 1. *cap*.7. Ioannes à S. Auguſtino in *breui Notit: M.S. Origin. Congregationis tit*.3. Mauritius à Matre Dei in *Sacr. Erem. d. lib*.1. *cap*.3. §.1. Nec obſtat, quod in Regiſtro P. Fiuizzani huius Vicarij Generalis electio reperiatur ſub 16. *Nouemb*. 1593. his verbis: *F. Ambroſius Staibanus Tarentinus Vicarius Generalis inſtituitur nouæ Congregationis Diſcalceatorum Eremitarum S. Auguſtini Regni Neapolis cum facultate recipiendi noua loca, & ſeparatur à Congregatione Siciliæ*; poteſt namque eſſe, vel quod non ſtatim regiſtrata fuerit, vel quod tunc, vt certũ puto, ipſe in officio confirmatus fuerit. Cui Staibano ex P. Generalis electione ſucceſſit P. Auguſtinus Maria à SS. Trinitate Sauonenſis, qui olim in Congregatione Lombardiæ Procuratoris generalis munere functus fuerat, vir eximiæ virtutis, egregius Concionator, & regularis obſeruantiæ amantiſſimus, qui pluribus annis præfuit, & valdè profuit. Et hi fuerunt duo Vicarij Generales à P. Generali deputati.

401 De anno 1598. de ordine fel. record. Cardinalis Alexandrini S. Congregationis Epiſcop. & Regul. Præfecti à SS. D. Clemente VIII. ad id ſpecialiter delegati, præcedente etiam dictæ Congregationis Decreto ſub fin. 1597. expedito, celebratum eſt in S. Pauli de Regula Conuentu primum Capitulum generale in præſentia eiuſd. S. Congregationis Secretarij D. Bernardini Morra: In quo idem P. Auguſtinus à SS. Trinitate in Vicarium Generalem à ſolis Patribus Reformatis Excalceatis eſt confirmatus, qui electionis modus independenter à P. Generali hucuſque ſeruatus eſt, & ſeruatur in hac noſtra Congregatione.

402 Creuit in dies Congregatio; & ipſi de 1611. altera Congregatio Ordinis Reformata, quæ de 1608. per litteras Pauli V. *Collapſa Regularis* apud Cherubin. *tom*.4. *in* Regno Sicilię ſub titulo *S. Mariæ de Succurſu* ſub P. Generalis obedientia inſtituta fuerat, eadem inſtante Congregatione, & eius nomine ſuis petentibus Procuratoribus à Cardinale Saulio totius Ordinis Protectore eiuſd. Pauli V. viuę vocis Oraculo vnita fuit, & incorporata; & tandem à Cregorio XV. huiuſmodi vnio de 1621. *pridiè idus Februarij* per litteras ſuas, *Paſtoralis officij, &c*. confirmata apud Cherubin. *tom*.3. *Conſtit*. 3. Multiplicatis poſteà Conuentibus in quatuor Prouincias Romanã, Neapolitanam, Ianuenſem, & Siculam diuiſa fuit Congregatio ab Vrbano VIII. per litteras *Ad vberes* ſub 29. *Auguſt*. 1626. apud eumd. Cherub. *Conſtit*.58. De qua diuiſione Barbos. *in collect. Decis. Apoſt. collect*. 326. *num*. 6. & *de Iur. Eccleſ. vniu. lib*. 1. *cap*.41. *num*.94. Nouar. *Lucern. Regul. verb. Eremita num*. 10. Et ab Alexandro VII. in Breu. *Militantis Eccleſiæ*. die. 16. *Iunij* 1659. in alias quatuor Prouincias, Germanicam, Regni Neapolitani, Pedemontanam, & Meſſanenſem ſubdiuiſa; apud eumd. Cherub. *Bullar. tom*.5. *impreſſion. Lugdunen. Conſtit*.70. & à Clemente V. per litteras, *Ex iniuncto Nobis* die. 20 *Iulij* 1674. altera Mediolanenſe adaucta, vt in litteris Apoſtolicis noſtræ Congregationis per Ioan. Bartholomæum à S. Claudia collectis *litt*.22. Sed in Capitulo generali de 1689. vnita Prouincia Regni cum Neapolitana, in octo modo Prouincias diſtincta, Congregatio Italię,

&

& Germaniæ dicitur, cum ibi floreat, & preter Viennenſe, in quod inſtante Ferdinando II. Imperatore ab Vrbano VIII. per litteras, *Impoſiti Nobis*. ſub die 13. *Martij* 1630., vt in dictis litteris *litt.* 11. immiſſi ſunt Patres Excalceati, multa monaſteria poſſideat.

DVBIVM III.

Quandonam ab Eccleſia approbata hæc Italiæ Congregatio.

403 DE huius Congregationis approbatione, ſeu confirmatione credo locutos eos, qui de 1599. eam ſcribunt à Clemente VIII. inſtitutam; Licet enim ſupra adducta ex Conſtit. *Decet Romanum Pontificem* verba, *Nuper in alma Vrbe per Nos admiſſæ, & inſtitutæ*, inſtitutionem importare videantur; non eſt tamen ſenſus; quod de anno 1599. inſtituta fuerit, vt patet ex dictis, & ex dictione *nuper*, per quam iam ſupponi videtur: ſed quod tunc fuerit approbata ſpeciali modo, cum per eamdem Conſtit. *Decet Romanum Pontificem* vſque ad illam diem emiſſæ profeſſiones confirmentur, & ad habiium, profeſſionemque admittendi libera facultas concedatur, per quæ Religionum approbationem fieri docet Suarez *de Relig. tom. 3. tract. 7. lib. 2. cap. 15. num.* 11. Et ità in terminis vigore dictæ Conſtitutionis *Decet &c.* Bordon. *profeſſ. regul. cap. 1. num.* 159. Conſonat Herrera *in Alphabet. litt. A. pag.* 29. ibi. 1599. *Clemente VIII. Summo Pontifice approbante*; & clarè Barboſ. *de iur. Eccleſ. vniu. lib. 1. cap. 41. num. 92. & in collect. decis. Apoſtol. coll. 326. num.* 2.

404 Mihi tamen videtur antecedentèr hæc à Sede Apoſtolica approbata Congregatio; ſub die enim. 22. *Decembr.* 1594. altera Conſtit. pariter incip. *Decet Romanum Pontificem*, proùt in dictis littrris Apoſtol. *litt.* 1. confirmauit conceſſionem nobis à Cardinale Saulio de ipſius Summi Pontificis mandato factam Conuentus, & Eccleſiæ B. Mariæ de Sanitate Terræ Summę per hæc verba: *Decernentes dictos Fratres Reformatos in ipſis Eccleſia, & Conuentu perpetuò remanere*. Inſuper de 1595. fecit idem Clemens facultatem Epiſcopo Ebredunenſi introducendi Reformationem hanc in Prioratum Villaris Benedicti vt infrà *num.* 410.: Quæ omnia Congregationis approbationem inuiſceratam habent; cum ipſum indulgere Religioni alicui permanere in aliqua Eccleſia ad diuina officia celebranda, ſit eam approbare per Bordon. *d. num.* 159. & multò magis addita dictione *perpetuò*. Vndè ſub hoc anno 1594. hanc Congregationem à Sede Apoſtolica formiter approbatam concludo; & ſecundam de 1599. fuiſſe prioris approbationis confirmationem; Quod declaratur etiam per eadē verba *nuper per Nos admiſſæ, & inſtitutæ*; nō enim alio modo dicitur inſtitui à Summo Pontifice Religio, quam eius viuendi formam approbando; & ſic cum hæc Pontificia inſtitutio, quæ idem eſt, ac approbatio, ſupponatur ad annum 1599. ad dictum annum 1594. debet omninò referri.

DVBIVM IV.

De munere P. Petri à Matre Dei Carmelitæ Excalceati in hac Congregatione.

405 A Noſtris incipiamus Nicolao Cruſenio, & Carolo Moreau, quorum ille in *d. Monaſtic. p. 3. cap. 45. ad ann.* 1599. ſic habet *Nec inter ſuos* (de Excalceatis loquitur). *Caput, cui obtemperarent elegerunt (ſed quod mirabere Lector) Generali Carmelitarum Diſcalceatorum aliquot annis paruerunt; donec erumpente monſtruoſitate, & ab eius obedientia dimiſſi, Vicarium Generalem ſuæ Congregationi impetrarunt*. Paucæ verba, ſed erroribus plena. Monſtruoſitatem in primis apellat, quod Excalceati paruerint P. Petro à Matre Dei in ſuperintendentem illis à Vicario Chriſti Clem. VIII. deputato. Secundò eum Generalem facit, cum tamen vltimo tantum ſuæ Superintendentiæ, hoc eſt octauo anno, & paucos ante mortem menſes in Generalem fuerit electus. At craſſius errauit dicens, non habuiſſe tunc Congregationem Caput, cui obtemperaret, & ſolum poſt P. Superintendentis obitum obitnuiſſe Vicarium Generalem. Et vbi ſepelit Ambroſium Staibanum, & Auguſtinū Mariam Sauonenſem à P. Generali ante Superintendentis deputationē Vicarios Generales electos? Et quomodo nōniſi poſt 1608. hoc eſt à Superintendente defuncto Vicarij Generales impetrati, ſi Clemens VIII. in litteris ſuperintendentiæ *De Religioſorum quorumlibet* die 10. *Iul.* 1599. in dictis *litteris Apoſt. litt.* 2. & apud Iſidorum à S. Ioſeph *in lib. 1. Hiſtor. Carmel. Diſcal. cap.* 46. præcipit Vicario Generali, vt in Superintendentē eum recipiat: *Mandantes propterea in virtute S. Obedientiæ dilectis filijs Vicario Generali, & Fratribus dicti Ordinis Reformatorum, vt Te in noſtro nomine Superintendentem agnoſcant*; Et vlterius in d. Conſtit. *Decet Romanum Pontificem* ſub die. 5. *Nouembr.* 1599. etiam poſt Superintendentis deputationem Vicario Generali ad habitum, profeſſionemq; admittere conſenſit, vt *dub. præced.* diximus? Si adhuc ipſo Superintendente ſuperſtite, & in ſecundo Capitulo generali de 1603. Præſide in Vicarium Generalem electus P. Ioannes Paulus à S. Nicolao, ſicut & in tertio de 1606; eodem pariter Superintendente Præſide in idem Vicarij Generalis Officium confirmatus eſt P. Iulianus à S. Maria, qui anno pręcedente 1605. ob Ioannis Pauli renuntiationem electus fuerat in Vicarium? Conſtant hæc omnia ex Capitulorum actis, & Chronicis M. S. ex quibus deprompta luci conſignauit in fine Bullarij, ſiue litterarum Apoſtolicarum pro noſtra Congregatione P. Ioannes Bartholomæus à S. Claudia; Vndè neſcio quo fundamento potuerit Cruſenius ea ſcribere, & tam patentèr hallucinari.

406 Conſimilis eſt Caroli Moreau error,

dum, vt diximus *nu.* 397. prima noſtræ Reformationis rudimenta à Patribus Carmelitis Excalceatis nos auſpicatos eſſe ſcripſit. Septem enim annos ſub hac eadem ſtrictiore obſeruantia antè Superintendentis deputationem vixerant noſtri Patres Reformati, & ab ipſo ſunt paucula quædam, & potius cæremonialia ſuperaddita, vt obſeruat P. Epiphanius in *Chronic. M. S. part.* 1. *cap.* 9. *&* 24. Sed de his Chroniſtæ.

407 Vt tamen appareat, hanc ſuperintendentiam nihil monſtruoſitatis præſetuliſſe, en finis Summi Pontificis in ea decernenda. *Patiebatur* (ſunt verba d. P. Iſidori à S. Ioſeph Carmelitæ excalceati *loc. ſupr.*) *etiam nouellus Grex ab eorum copia, qui nouarum rerum curioſitate potius, quam perfectioris vitæ deſiderio ex Conuentualibus conuenerant, & inueterata vitæ licentia exui ſe ſe non patiebantur; Vndè ruinæ proxima videbatur Reformatio, cum nondum benè ſtabilitam tot machinæ impeterent. Quod cum Clemens VIII. inaudiſſet, &c. P. Petrum Reformationi S. Auguſtini præfecit titulo Superintendentis; voluitque, vt auctoritate Apoſtolica eoſdem regeret, ac gubernaret, ſtatuta, ac Conſtitutiones examinaret, & reformaret, &c. & eos, qui à Conuentualibus, aut alijs Ordinibus tranſierunt ad Reformationem inidoneos cenſeret, ad priores Ordines remitteret, prout &c.* Cordi erat Summo Pontifici Reformationis Auguſtinianæ augmentum; ideò P. Petro à Matre Dei, qui & reformatus erat, oportuniori directioni ſuperintendere comiſit.

408. Non eſt tamen per hoc dicendus Auguſtinianorum Reformator, vt à quibuſdam euulgari percepi, cum in ſui muneris exordio Congregationem, & cum ſuo Vicario Generali ſeptem iam antè annos inſtitutam inuenerit; quin, vt dixi à Clem. VIII. de 1594. approbatam; nec Conſtitutiones, quibus vtimur, efformauerit, vt non benè ſentire videtur Iſidorus à S. Ioſeph *ibid.*, & præter duo de quibus mox, cæremonialia tantummodò induxerit. Neque hunc illi titulum conferre poteſt Superintendentia, cum & ipſa S. Thereſia in ſuorum Excalceatorum Reformatione directorem, fautoremque præcipuum habuerit S. Petrum de Alcantara contrà Carmelitanæ Religionis aduerſarios conatus; S. Raymundus de Pennafort Ordinis Prędicatorum ſuas partes habuerit in fundatione Ordinis S. Mariæ de Mercede, &c.; Ex vi Conſtit. eiuſd. Clem. VIII. *Ad militantis Eccleſiæ.* apub Cherub. *tom.* 3. *Conſtit.* 62. aliquis Pater ſiue ex Carmelitis, ſiue ex Minoribus Reformatis arbitrio Nuntij electus cum ijſdē facultatibus, quas in noſtra Congregatione habuit P. Petrus à Matre Dei, expellendi ſcilicet non idoneos, & ſtatuta condendi, præfuerit Reformationi Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captiuorum; ſicut & Reformationi eiuſdem Ordinis in Regnis Galliarum alter ex exteris Reformatis cum ijſdem facultatibus fuerit ab Vrbano VIII. deputatus per ſuas litteras *Aliàs Nobis*, ſub die 28. Februarij 1631. apud Tamburin. *de iur. Abb. tom.* 2. *diſp.* 24. *q.* 4. *num.* 76. quorum tamen nullus talium Ordinum Reformator à quoquam, niſi fortè ſimpliciore vocabitur; & ſic neque P. Petrus à Matre Dei.

409 Nihilominus & ſi Congregationis Reformator non fuerit, titulus ſuperintendentię nos illi tenet deuictos, tum quia ſuis virtutibus ad religioſam perfectionem eos Patres excitauit, & vna ſimul in ea adipiſcenda concertarunt; tum quia, licet ſolum triginta quinque Nouitij octo annorum ſpatio, quibus nobis præfuit, vt ad noſtræ Reformationis habitum admitterentur, permiſerit, & nouorum monaſteriorum fundationibus non conſenſerit: quin aliqua ex iam erectis, ipſo iubente bona vt credo mente, dimiſſa fuerint, auctoritate Apoſtolica, qua pollebat, vt profeſſiones non amplius in P. Generalis, ſed P. Vicarij Generalis nomine, quarto non ambiendi voto adiecto, emitterentur, conceſſit; & de facto iterum tunc omnes illam, & cum tali voto emiſerunt nulla facta P. Generalis mentione, vt ex authenticis atteſtationibus in Archiuio Romano aſſeruatis apparet; Et ideò nomen eius in benedictione.

DVBIVM V.

De alijs Excalceatorum S. Auguſtini Congregationibus.

410 FLorebat hæc Romæ, & ante Superintendentis deputationem Reformatio, & inter alios eiuſdem habitum in Conuentu S. Pauli de Regula Patres Matthæus Lotharingius poſteà à S. Franciſca, & Franciſcus Amet dictus à S. Hieronymo per P. Auguſtinum Mariam dicti monaſterij Priorem ſuſceperunt, & expleto Nouitiatus anno ibidem profeſſionem emiſerunt, vt refert Mauritius à Matre Dei in *S. Erem. lib.* 1. *cap.* 3. §. 2. Horum diligentia die 7. *Maij* 1596. præuia Clementis VIII. facultate per eius litteras, *Exponi Nobis*, ſub *die* 23. *Decemb.* 1595. inter Illuſtriſs. Guilelmum Dauenæon. Archiepiſcopum, & Principem Ebredunenſem ex vna parte, & Patres Generalem Fruizzanum, & Ioann. Baptiſtam à Plumbino Procuratorem Generalem ex altera initum eſt pactum, & ſtipulatum Inſtrumentum per acta Octauij Cellij C. A. Notarij pro introducenda Reformatione in Conuentu Villaris Benedicti Gratianopolitan. Diæces., cuius Prior commendatarius erat præfatus Archiepiſcopus; vt videre eſt apud eundem Mauritium. *ibid.* Et die 16. *Maij* 1596. expeditæ fuerunt litteræ obedientiales, quibus prędicti Patres Matthęus, qui à P. Generali in Priorem dicti monaſterij electus fuerat, & Franciſcus vna cum F. Euodio Zurapago, vt quæ dicto erant concordata Inſtrumento perficerent, in Gallias dimiſſi ſunt, vt *ibid.* d. Mauritius *pag.* 171. Quibus fæliciſſimè peractis per alias litteras de 1600. ſub die 23. *Nouembr.* incipien. *Ordinis veſtri propagationi* apud eundem Mauritium. *pag.* 173. fuit illis

ab

ab eodem Clemente noua in Regno Franciæ monaſteria acceptandi facultas elargita. Vndè cunctis, & præcipuè Chriſtianiſſimis Regibus beneuiſa, & ſanctitatis odore pergrata ſuccreſcente Religioſorum, & monaſteriorum numero fuit ab Vrbano VIII. in tres Prouincias Pariſienſem, Delphinatus, & Prouinciæ per litteras, *Nuper ſupplicationibus*, ſub die 28. *Martij* 1635. apud eumd. Mauritium *ibid. pag.* 216. diuiſa.

411 Alia item Congregatio Diſcalceatorum non multis ab hinc annis incæpit in Regno Portugalliæ Sereniſſima Aloyſia Maria Regina promouente, cuius inſtitutionis notitia cum à Clementis X. Conſtitutione *Sollicitudo Paſtoralis*. 8. *Februar*. 1675. ſufficienter habeatur, eam videre eſt in dictis litteris Apoſtolicis noſtræ Congregationis *litt*. 23. Poſita eſt autem ibi inter noſtras, quia de mandato Sedis Apoſtolicæ noſtræ Congregationis Conſtitutiones obſeruare tenetur, & noſtris propterea priuilegijs fruitur. Hanc ſolam de huiuſmodi Congregatione conſiderationem addo, quod tandem ad Vrbem Vlyſsiponen. vbi V. P. Thomas à Ieſu incæperat, & vndè exierat, poſt excurſas Hiſpaniam, Italiam, & Gallias, redierit Auguſtiniani Ordinis Reformatio. Diuinæ bonitati propterea laus.

DVBIVM VI.

De harum Congregationum inter ſe diſtinctione, & comparatione.

412 IN his conueniunt omnes dictæ Congregationes. Primo in origine, cum vna fluxerit ab alia, quatenus V. P. Andreas Diez Recollectionis Hiſpanicæ profeſſor, hanc noſtram, quæ Italiæ dicitur inchoauit, à qua poſteà altera Galliarum profluxit; & ſic ad inuicem quodam conſanguinitatis vinculo fæderantur. Ea verò Portugalliæ, quamuis non per Religioſos alicuius ex his tribus incęperit, cum tamen ijſdem regatur legibus, quibus Congregatio Italiæ, ad eamdem poteſt referri, Secundò in eo, quod vna quæque ſuum habet Vicarium Generalem ad inuicē independentem, vt Barboſ. *de iur. Eccl. vniu. lib.* 1. *cap.* 41. *num.* 94. quod enim ipſe dicit de Vicarijs Hiſpaniarum, & Italiæ, idem verificatur de alijs duobus. Tertiò in ratione Reformationis Ordinis Eremitarum, & vna cum habitu reformato ex panno groſſiore, licet cum aliqua accidentali differentia quoad formam, auſteriorem vitam ducunt, & ſub ſtrictiore forma Regulam omnes obſeruant. Quartò, quod omnes omnibus, & ſingulis Patrum Calceatorum priuilegijs fruuntur.

413 Differunt verò ratione Conſtitutionum cum vnaquæque excepta Portugallen. proprias habeat à Conſtitutionibus Ordinis potiſſimum exceptas, in aliquibus tamen vel diminutas, vel mutatas, vel quoad modum, ac etiam aſperitatem differentes. Maior autem diuerſitas eſt inter Congregationes Italiæ, & Portugalliæ ex vna parte, & aliàs duas ex altera, ratione voti non ambiendi, quod præter tria conſueta ab illis emittitur, & non ab iſtis. Differunt item ratione maioris, vel minoris exemptionis à P. Generali, & alijs nonnullis, nempè.

414 Congregatio Hiſpanica fuit inſtituta per decretum Capituli prouincialis Toletani. Italica per decretum Capituli generalis totius Ordinis. Gallicana ex ſolius P. Generalis Fiuizzani conſenſu. Prima fuit ſub gubernio Prouincialis PP. Calceatorum dictæ Prouincię ab anno 1588. vſque ad annum 1601., quo tempore à Nuncio Apoſtolico ex Clementis VIII. conceſſione fuit exempta, vt ex confirmatione per litteras *Apoſtolici muneris*. Sub die 11. *Februar*. 1602. apud Cherubin. *tom.* 3. *in Conſtit.* 36. *Gregorij XV. Ad ſacram B. Petri*. Secunda, ſeù Italica eodem anno 1592. quo fuit inſtituta, vel ad ſummum anno ſequente 1593. fuit à P. Generali ab omnium Patrum Calceatorum gubernio exempta, & ſibi immediatè ſubiecta prout *ſup. n.* 400. Idem dico de Gallicana, cum ipſius primi inſtitutores fuerint Congregationis Italiæ membra.

415 Hiſpanica à Prouincialis Calceatorum regimine abſoluta erecta eſt in Prouinciam S. Auguſtini dictam, ſub proprio quidem Prælato, ſed dumtaxat Prouinciali, vt ex ead. Conſt. Clem. VIII. *Apoſtolici muneris*; nec erecta eſt in Congregationem, aut illi præfectus Vicarius Generalis niſi de 1622. per Gregorium XV. d. Conſtit. 36. *Ad Sacram B. Petri*; vndè tredecim annorum ſpatio fuit ſub Prouincialis Calceatorum gubernio; viginti & vno ſub proprio Prouinciali Reformato, & triginta tribus annis ſine Vicario Generali. Italica verò eodem inſtitutionis anno, vel ſequente erecta eſt in Congregationem cum proprio Vicario Generali, vt dictum eſt *dub.* 2. 3. *&* 4. de Gallicana quando incæperit ſub titulo Congregationis ſatis mihi non conſtat, quia P. Matthæus in monaſterio Villaris benedicti introductus eſt, & illud titulo Prioris gubernauit, vt ex dicto Inſtrumento cum Epiſcopo Ebredunen. apud Mauritium in *S. Erem. pag.* 170.; & ex litterar. Apoſt. *Ordinis veſtri*, Clementis VIII. titulo: *Dilectis filijs Priori, & Conuentui Prioratus Villaris benedicti Ordinis Fratrum Reformatorum Diſcalceatorum S. Auguſtini*, prout *ibid. pag.* 173. Nec ab anno 1596. vſque ad 1605. (in quo facultate illis ab eodem Clemente de 1600. facta, vt dictum eſt *dub. præced.* noua fundandi monaſteria Maſſilienſe erexerunt) alium teſte Mauritio *ibid. pag.* 174. conuentū habuerunt. Vndè, cum vſque ad dictum tempus vnicum tantum habuerint monaſterium, & ſub titulo, & gubernio Prioris fuerit, non mihi conſtare dixi, an antè prædictum annum 1605. ibi erecta in Congregationem Reformatio. Nec ab hoc dubio me liberat, quod in litteris P. Generalis apud eumdem Mauritium *ibid. pag.* 212. hæc habeantur: *Vberes fructus, quos dilecti Filij Con-*

gregationis noſtræ Diſcalceatorum Galliæ, quamuis minuta germina in Vinea Domini producunt, & paterna meditatione penſantes, inducimur, vt illa fauorabiliter eis concedamus, quæ F. Franciſcus Amet Procurator totius Congregationis à Nobis expoſtulauit, & vt aliqua in Congregatione diſponamus, quæ ad incrementum illius conſpicimus, atque intuemur ſalubriter expedire; quia cum fuerint illæ litteræ ſub 26. *Auguſti* 1610. expeditæ locutus eſt P. Generalis de Reformatione, pro tunc temporis forſan, non verò quæ antè annũ 1605. eſſet in Congregationem erecta. Saltem non video iuxta ea, quæ in eodem Mauritio lego, eam Congregationis nomine ab vllo Summo Pontifiee appellatam præter quam ab Vrbano VIII. de 1628. in litteris, *Ex iniuncti Nobis*, Sub die 21. *Iulij*, apud Mauritium *ibid. pag.* 214.

416 Quod ſi dicatur ſic fuiſſe nuncupatam per verba æquipollentia ab eodem Clemente VIII. in ſupradict. Conſtit. *Ordinis veſtri* nempè. *Vt de Generalis Prioris, aut Vicarij veſtri Ordinis conſenſu*; reſponderem ibi locutum Summum Pontificem de Vicario Ordinis Eremitarum, Fuluio Aſculano, qui tunc temporis loco Generalis defuncti Ordinem regebat, vt apud Empol. *in Catalag. Capitulor. in fin. Bullar. ad ann.* 1598. & 1602. & non de Vicario Congregationis. Et ſi repetatur, appellatam Congregationem ab eodem Clemente in altera ad fauorem noſtræ Congregationis Italiæ incipien. *Paſtoralis officij*. ſub 25. *Septembr.* 1604. in dictis litteris Apoſtol. *litt.* 4. in qua habitus noſtro ſimilis cuicumque prohibetur, niſi Congregationis membrum actualiter exiſtat, aut à Congregatione Galliæ, aut Hiſpanię pro negotijs gerendis huc aduenerit; dico ſic appellatam generico, non verò ſpecifico Congregationis titulo; quatenus nempe Congregatio accipitur pro multorum vnione; non autem pro Ordine formaliter in Congregationem cum ſuo Capite, nempe Vicario generali erecto, prout accipitur hic Congregatio; & patet, quia & *ibidem* tribuitur hic titulus Hiſpanicę, quam tamen in Congregationem cum Vicario Generali non niſi de 1622. erectam fuiſſe vidimus *num. præced.* In omni autem caſu, cum fuerit ibi appellata Congregatio à Clemente de 1604. adhuc & hoc titulo eſt antecedenter ad illam, ſeu de 1599. Congregatio Italiæ à S. Sede inſignita.

417 His accedit, quod Congregatio Italiæ vi decreti S. Congregationis de mandato Sanctiſſimi primum de 1598. celebrauit generale Capitulum, in quo Superiores tum Generales, tum locales ab ipſis Patribus excalceatis electi ſunt. Hiſpana non niſi de 1621. vt dicitur in d. litteris Apoſt. Gregorij XV. *Ad Sacram B. Petri*, cum eius antecedentia Capitula fuerint ſolum Prouincialia, vt ex cit. Conſt. Clementis VIII. *Apoſtolici muneris*. Et de Gallicana certum eſt, quod ab anno 1596. vſque ad 1610. nullum celebrauit Capitulum: quin petita à P. Generali illud congregandi licentia, fuit illis denegata, & ab ipſo P. Generali Superiores omnes electi, vt ex eiuſdem P. Generalis litteris, *Ad vberes*, apud Mauritium *ibid. pag.* 213. Capitulum verò generale celebrare, & ſuperiores ſibi eligere ſolum cæperunt poſt concordiam cum P. Generali factam, & per litteras Vrbani VIII. *Ex iniuncti Nobis*, ſub die 21. *Iulij* 1628. confirmatam apud eumdem *pag.* 214.

418 Differunt inſuper, quia in Hiſpaniarũ Congregatione nomine P. Generalis profeſſiones emittuntur; quod ſeruatum eſt & in altera Galliarum vſque ad 1635. quo ab Vrbano VIII. conceſſum eſt in incipient. *Nuper ſupplicationibus*. die 28. *Maij*. apud eumdem Mauritium *pag.* 216. vt nomine Vicarij Generalis illas emitterent. In hac autem Italiæ ab anno 1599. ad hanc vſque diem nuſquam in profeſſionibus facta eſt mentio P. Generalis, ſed ſolummodo P. Vicarij Generalis auctoritate ſuperintendentis Apoſtolici vt *ſupr. num.* 409. In illis electiones Vicariorum, ſicut & Capitulorum acta à P. Generali confirmantur; in hac nullo modo; Illæ habent ad eumdem appellationem: Iſti omninò interdicta. Congregatio Italiæ confirmata eſt à Sede Apoſtolica de 1594. ad ſummũ de 1599. vt dictum eſt *dub.* 3. Hiſpana, licet ſub nomine Prouinciæ de 1602. à Clem. VIII. in *d. Apoſtolici muneris*. Gallicana ab Vrbano VIII. de 1628. in cit. *Ex iniuncti Nobis*. Nec dicendum fuiſſe confirmatam à Clemente VIII. de 1600. ſub 21. *Nouembr.* per d. *Ordinis veſtri &c.* Conſtitutionem, per quam Priori Conuentus Villaris benedicti tribuitur facultas in Regno Franciæ ad Reformationis propagationem, monaſteria fundandi: *Ordinis veſtri propagationi quantum cum Domino poſſumus proſpicere cupientes*; tantum enim abeſt, quod per eam confirmetur Congregatio Galliarum; quin potius per illam confirmatur Congregatio Italię; Pater enim Matthęus dicti Conuentus Prior non alium Ordinem illuc tranſuexerat præter illum, quem ipſe in Conuentu S. Pauli de Regula Congregationis Italię profeſſus fuerat; teſte eodem Mauritio *ibid. pag.* 106. Vndè cum Summus Pontifex dixit, ſe cupere illius Ordinis propagationem, certè locutus eſt de Reformatione, quam ipſe P. Matthæus profeſſus fuerat; & ſic potius Reformatio, quam in Italia ipſe Matthęus hauſerat, per eam Conſtitutionem confirmari videtur, quam, quod noua Congregatio per eam approbetur; quamuis non negem poſteà illam Conuentus Villaris prædicti in Congregationem excreuiſſe, & ratione tum regiminis, tum diuerſorũ vtriuſq; ſtatutorum, quæ temporis decurſu ſancita ſunt, atque exemptionis Congregationis Italię à P. Generalis auctoritate, vt notat Mauritius *ibid.* ab hac diſtinctam, & à Summo Pontifice approbatam. Et dato quod concedatur eius approbationem eueniſſe de prædicto anno 1600. adhuc verificatur prius fuiſſe à S. Sede Congregationem Italiæ approbatam.

419 Hinc apparet omnibus his Congregationibus anteriorem eſſe confirmationem Ita-

liæ;

liæ; quod adhuc euidentius patet, ſi confirmationes Congregationum pro cuiuslibet Conſtitutionum confirmationibus promiſcuè accipiantur. Nam Hiſpana, vel non eas habet à S. Sede confirmatas, vel ſolum à Gregorio XV. in *dict. Ad Sacram B. Petri.* de 1622. confirmatæ ſunt, Conſtitutiones Congregationis Galliarum, per litteras, *Diuinæ Maieſtatis.* apud Mauritium *ibi pag.* 220. ſub 19. *Auguſti* 1641. approbauit Vrbanus VIII. At illæ Congregationis Italię confirmatę ſunt à Paulo V. primò die 28. *Septembr.* 1610. & deindè 5. *May.* 1620. Quarè licet inferre, quod ſi præcedentiæ controuerſia inter eaſdem Congregationes oriretur, ea, quæ Italiæ dicitur præferri deberet, & præcedere; tum quia magis priuilegiatus, & exemptus præfertur minus priuilegiato. Gloſs. *v. priuilegium cap. Accuſatus. §. ſane de hæred. in* 6. cum alijs allegat. per Chaſſanæum in *Catal. glor. mund. p.* 4. *conſider.* 32. *verſ. modò magis priuilegiatus.* Tamburin. *de iur. Abb. tom.* 1. *diſp.* 25. *q.* 3. *num.* 5. Bordon. *in Theatr. præceden. q.* 34. tum quia, licet quoad inſtitutionem poſterior Hiſpana (de Gallicana non loquor, quia de ea non eſt difficultas) quoad approbationem tamen eſt illa, vt diximus, anterior; & ex approbationis anterioritate ratio pręcedentiæ deſumitur, vt *dub.* 14. *quodlib.* 2. *num.* 304. vidimus; ob quam cauſam & Ordo Prędicatorum Ordini Minorum præfertur, licet hic ſit illo inſtitutione antiquior, vt notat Chaſſan. *ibid. conſid.* 69. *in fin.* & à multis ſupra alios Mendicantes noſtro Eremitarum Ordini denegatur præcedentia, quia quamuis inſtitutione antiquior, approbatione tamen poſterior ab ipſis (quamuis falsò) ſupponitur.

420 Quod dictum volo abſque præiuditio dignitatis earumdem, & ſolum iuxta hucuſq; mihi nota, paratus aliter ſcribere, ſi contrariũ ex Pontificijs Conſtitutionibus, quæ me latent, fortaſsè conſtiterit; eas enim ſanctitate, & doctrina conſpicuas, & illuſtres, vt debeo veneror, & colo; & ſicut ſub eadem S. P. Auguſtini filiatione, & Regula omnibus Congregationibus vnum eſt cor, & ferè vna arctioris vitæ profeſſio; ſic vnam ex omnibus auſpicor Reformationem; nec deſpero; hoc enim & diuerſis alijs Obſeruantium, Clarenorum, Amadeorum, & ſimilium Congregationibus contigit, quæ per Roderic. *tom.* 1. *qq. regul. & canon. q.* 2. *art.* 3. Ioann. Baptiſtam Confett. *in ſumm. mater. priuil. Ord. Mendic. cap.* 5. Barboſ. *de iur. Eccleſ. vniu. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 177. in vnum Ordinem copulatæ Obſeruantiam mirificè amplificant. Omnia cum tempore.

DVBIVM VII.

An Patres Excalceati ſint reuerà Reformati Ordinis S. Auguſtini.

421 Abſque dubio tales ſunt, cum Reformatorum titulo eos inſignierint in ſuprà laudatis Conſtitutionibus Summi Pontifices, nempè Clem. VIII. in, *Apoſtolici muneris*; in vtraque, *Decet Romanum Pontificem.* &, *De Religioſorum quorumlibet.* &, *Paſtoralis officij ratio.* &, *Exponi Nobis.* &, *Ordinis veſtri propagationi.* Paulus V. in, *Cum ſicut accepimus.* 16. Iunij 1605. in litteris Apoſtolicis noſtræ Congregationis *litt.* 5. in, *Splendor paternæ gloriæ.* 4. Auguſti 1610. apud Mauritium *in dict. Sacr. Erem. pag.* 180. in, *Exponi Nobis.* 4. Februarij. 1613. in Archiuio noſtro Romano; & in *Paſtoralis officij.* die 20. Martij 1615. pro Congregatione Hiſpanię. Vrbanus VIII. in dict. *Ex iniuncti Nobis.* & *Diuinæ Maieſtatis* in dict. *Sacr. Erem. pag.* 214. & 220. &, *Impoſiti Nobis.* vt in noſtris litteris Apoſtol. *litt.* 11. Sacra item Congregatio ſæpiſſimè hoc eodem titulo; paſſim Cardinalis Saulius Protector; à quorum decretis producendis abſtineo, opportunioribus locis aliqua daturus; & ipſe Reuerendiſs. P. Generalis in ſuis litteris apud Mauritium *loc. ſupr. pag.* 171. & in cuius Regiſtr. *ann.* 1593. *Iulij.* Sic: *Frater Thomas Gallus Prior in Conuentu S. Pauli de Regula Congregationis Diſcalceatorum inſtitutor, Reformationis ſtrenuus zelator*; & frequenter Herrera in *Alphabet. Auguſt.* & Torellus *in Centurys*; & ommiſsis pluribus, nouiſſimè Barboſ. *in collect. Apoſt. deciſ. collect.* 326. *num.* 1. Fagnanus *in cap. Ad Apoſtolicam. de Regul. num.* 51. Eminentiſſimi de Luca in *Religioſ. pract. cap.* 38. *num.* 9. & Laurea *in epitom. Canon. verb. Reformatio.*

422 Et iure merito; quandoquidem ex Decretis Capituli Prouincialis Toletani pro Reformatione regularis obſeruantiæ inſtituta eſt Hiſpanica Congregatio, vt dictum eſt *num.* 391. Capituli generalis, & mandante Clemente VIII. fundata Italica, vt *num.* 395. & ex ipſa deſumpti Patres eodem annuente Clemente pro reformatione in Gallijs promouenda, vt *num.* 410. & apud Mauritium *ibid. pag.* 101. 102. & 170. Et accedit ratio; quia ſi Reformatio opponitur laxationi, dabitur certè in Ordine aliquo laxato reformatio quoties ibi in aliqua Congregatione ſaltem ſtrictius Regula obſeruatur, ad dicta *dub.* 2. *quodlib.* 4. Ab Excalceatis autem ſtrictiorem Regulæ obſeruantiam profiteri teſtantur ſupralaudati Summi Pontifices, vel ipſam ſtrictiorem obſeruantiam exprimentes, vel, vt ad Religioſos ſtrictioris obſeruantiæ, ad eos ſua verba dirigentes, Clemens VIII. in *dd. Apoſtolici muneris.* &, *Paſtoralis officij.* Gregorius XV. in *d. Ad Sacram B. Petri.* Vrbanus VIII. in *cit. Diuinæ Maieſtatis*; & in, *Impoſiti Nobis*; quorum aſſertio, vtpotè de re ab ipſis geſta plenam fidem facit per text. *in Clem.* 1. *de probat.* Tiraquell. *de retract. leg.* §. 1. *gloſs.* 14. *num.* 49. Maſcard. *de probat. concl.* 139. Barboſ. *de iur. Eccleſ. vniu. lib.* 1. *cap.* 2. *nu.* 196. cum multis. Conſtat ergo, quod ſint verè Reformati.

423 Hinc eſt, quod S. Congregatio ſuper negot. Epiſcop. & Regul. huic ſupplici libello, *Illuſtriſsimi, & Reuerendiſs. DD. Fratres Reformati Diſcalceati S. Auguſtini DD. VV. Illuſtriſs. & Reueren-*

uerendiſſ. humiles Oratores, ſcire cupientes, an Fratres S. Auguſtini poſſint ad eorum Reformationem tranſire petita, licet non obtenta ab eorum Priore locali licentia. Hoc per Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. DD. VV. declarari humiliter petunt. Sic reſponderit, prout notat & Nicolius in *Floſcul. verb. tranſitus. S. Congregatio Cardinalium negotijs, & conſultationibus Regularium præpoſita cenſuit, Fratres Ordinis S. Auguſtini petita, licet non obtenta, licentia à Prioribus localibus poſſe tranſire ad Reformatos eiuſdem Ordinis. Romæ die 30. April. 1613. Antonius Card. Saulius. Loc. ✠ ſigill.*

A. Hortenſius Secret.

424 Nec dubito à Patribus Calceatis hanc veritatem admitti, cum in ſcripturis, ſeù allegationibus in cauſa Vlyſſiponen. diſmembrationis nouorum in ea Regione Excalceatorum, pro Reuerendiſs. P. Generali ab egregijs Aduocatis Proſpero Bottino, & Iacobo Bernardino confectis, & in S. Congregatione diſtributis. die 31. *Martij* 1667. inter alia id publicè confeſſi ſint. *Nec prætereundum* (ſic ibi) *quod hæc prætenſa incorporatio locorum Congregationi Italiæ, ſeminarium eſſet diſcordiarum in Portugallia, & introductio Reformationis in illo Regno, qua Deo dante Prouincia S. Auguſtini non eget; & ideò retroactis temporibus ſimili prætenſioni, quam Excalceati habuerunt recipiendi loca in Portugallia, Religio reſtitit validiſſimis rationibus, quæ huc vſque ſemper præualuerunt.*

Vndè apparet, quam vana ſit hæc Caroli Moreau in *Vindic. part. 2. cap. 2.* propoſitio: *Non eſt, quod Excalceati ſibi Reformationis appellationem vendicent, hunc ſibi titulum vſurpent;* & an dici poſſit vſurpatio tituli, quo à Summis Pontificibus, & iuxtà rei veritatem inſcribuntur Patres Excalceati. Sed ad eius obiecta procedamus.

DVBIVM VIII.

An Patrum Excalceatorum vitæ aſperitas Reformationi repugnet.

425 EAdem parte. 2. *Vinditiar. cap. 2.* vitæ aſperitatem à ratione Reformationis diſtinguit; quod *cap. 14.* proſequitur; & iſtam ab illa non deduci probat, ex eo quod S. P. Auguſtini Regula ſuaui quodam temperamento, & ad hominum conditionem compoſito accõmodata, ità lenis, & mitis in ſe ſit, vt *opus nunquam fuerit* (ſicut loquitur S. Antoninus. *3. p. hiſt. cap. 14.*) *per aliquam moderationem rigorem ipſius Regulæ temperari;* Vndè infert, Excalceatorum aſperam vitam potius Regulæ exaſperationem dicendam, quam eius obſeruantiæ reformationem, nec ipſos Excalceatos poſſe indè Reformatos appellari, niſi ipſius S. P. Auguſtini Reformatores dici velint.

Non hunc tamen efformaſſet diſcurſum, ſi Vrbani VIII. dicta obſeruaſſet, aut illis ſtare voluiſſet; In dict. enim, *Diuinæ Maieſtatis* Conſtitutione dicit, ſe intendere, *vt prior Regularis vitæ inſtitutio relaxata in priſtinum refloreſcat ſtatum;* & in altera, *Ex iniuncti Nobis.* vt *Vitæ aſperitas, & obſeruantia puritatis Regulæ* (nihil clarius contrà Moreau aſſertionem) *S. Auguſtini, & peculiarium Congregationis prædictæ Conſtitutionum abſque vllo impedimento obſeruetur, volumus, quod deſuper nullatenus à Superioribus dicti Ordinis diſpenſari poſſit, ſed ſemper firma, & fixa remaneat ſtricta Regularis obſeruantia.*

426 Dico ergò verum eſſe, quod S. P. Auguſtini Regula in ſe ſuauis, & mitis ſit; & ideò Eremitis, Canonicis, & Monialibus ſatis accommoda; non tamen ità facilis eſt, vt ſaltem implicitè aſperitates non complectatur, vt ex verbis; *Carnem veſtram domate ieiunijs, & abſtinentia eſcæ, & potus quantum valetudo permittit,* quæ, ſi perpendantur, faciunt ſenſum, ac quantum ferre poteſt valetudo. Et quia ordinatio hæc eſt indeterminata, opere pretium fuit præter Regulam aliquas Conſtitutiones particulares condere, quibus ieiuniorum quantitas, ciborum qualitas, calceamentorum ſpecies, cæteræque corporis afflictiones pro euitàdis tum ſcrupulis, tum confuſione determinarentur; & ſic huiuſmodi aſperitates ſic determinatæ, cum ſint ordinatæ ad Regulam, & pro obſeruantia præcepti, *Carnem veſtram domate &c.* nullo modo poteſt dici, quod contrarientur Regulæ; & conſequentèr nec quod PP. Excalceati ſuis aſperitatibus eam exaſperauerint, aut S. P. Auguſtinum reformauerint. Manifeſta eſt inſtantia in Conſtitutionibus PP. Calceatorum, de quibus Iordanus de Saxonia *lib. 2. Vit. Fratr. cap. 14.* ſic: *Nec opus fuit per aliquam vnquam moderationem rigorem iſtius Regulæ temperari, vel piè interpretari: quinimò Conſtitutiones Ordinis rigorem vltra Regulam addiderunt;* & dico: Si hoc ſuperaddito rigore ipſi Regulam non exaſperarunt, neque S. Auguſtinum reformarunt; quarè conſimili Conſtitutionum rigore Regulæ exaſperatores, & Auguſtini reformatores Patres Excalceati?

427 At, vt iterum conuincatur Carolus Moreau, obſeruo quod, licet mitis in ſe ſit D. Auguſtini Regula, rigidum tamen fuit primũ Auguſtinenſium inſtitutum ratione additarũ Conſtitutionum, vt vidimus ex Iordane. Et confirmo dupphciter. Primò, quia S. Donatus, teſte Marco Maximo in *Chronic. ann. Chriſti 575. Regulam Eremitarum S. Auguſtini locupletiorem, mitioremque primus in Hiſpaniam inuexit;* hoc eſt Conſtitutiones, & ſtatuta particularia, quæ Eremitani S. Auguſtini obſeruabant, cum eſſent in ſe aſpera, & rigoroſa, ipſe S. Donatus, dum Monachatum in Hiſpaniam inuexit, mitigauit, & numero auxit; cum dici nequeat mitigaſſe Regulam, quæ per ſe, & ſimplicitèr ſumpta mitigationem non admittit; nec eam ampliaſſe, cum augmenti incapaces ſint Regulæ; & ideò ſequitur, quod de Regula, prout per Conſtitutiones explicata, locutus fuerit Maximus; adeòque & Conſtitutiones priſtinas Ordinis Eremitarum arctiora, & aſperiora, quam à Regula clarè, & explicitè præponerentur, obſeruanda præſcripſiſſe. Secundo, quia plu-

rics

ries alteratę ſunt, vt infrà *dub*.12. dicemus, PP. Calceatorum Conſtitutiones, & ab ipſis plura his temporibus non congrua, & habitantium in Eremis propria (quæ ſanè rigorem, & aſperitatem continuiſſe cenſenda ſunt) expuncta fuere, vt ad rem declarat Hieronymus Cardinalis Seripandus in *epiſt. ad Patres Ordinis* antè Conſtitutiones Romę de 1551. apud Antoniũ Bladum impreſſas, de quibus *d. dub. num*. 447. Ergò, ſic concludo modo, primæ Ordinis Conſtitutiones arctiores erant, & ſtrictiores modernis PP. Calceatorum Conſtitutionibus. Quomodò ergò vult Carolus Moreau PP. Excalceatorum aſperitatem repugnare Reformationi, ſi hoc pacto eſt priſtinus Ordini rigor reſtitutus, in quo reformatio conſiſtit vt *ſupra num*.342. & maximè, cum ipſe, vt infrà *num*.445. ad reformationis rationem reſtitutionem obſeruantiæ ad præſcriptum Conſtitutionum requirat? Inanis ſanè hæc pro arietanda Reformatione obiectio.

428 Sermonem fortaſsè varians dicet, nec adhuc has Excalceatorum Congregationes appellandas eſſe Ordinis Reformationes, quia non eum totum rigorem priorum Eremitarũ, & aſperitatem reaſſumpſerunt, aut obſeruant, vt in ſimili ipſemet argumentatur *cap*. 4. de hac mea Congregatione dicens: *A B. Fulgentio, reiecta victus parciſſimi potuſque frigidæ auſteriſſima obſeruantia, ſola ſandalia aſſumpſit*; & *cap*. 9. pluries repetit. Mirum tamen, quod ab auſteritate D. Fulgentij ſumat hoc argumentum, cum ipſe, vt Patribus Excalceatis in puncto nudipedij Fulgentij exemplum nullatenus fauere oſtendat, dicat ſibi magis arridere ſententiam Suarij, quod ſcilicet D. Fulgentius non fuerit Ordinis Eremitarum S. Auguſtini; Si enim per ipſum exterus ab Ordine S. Fulgentius, ad quid modò contra Patres Diſcalceatos eius vitæ aſperitas? Dictum ſit hoc ſolum argumenti retorquendi gratia. Auguſtinianum profitemur omninò D. Fulgentium; vlterius primos Ordinis Eremitas ſimilem vitæ aſperitatem coluiſſe; & dicimus, cohærenter propterea ad hanc eorum viuendi formam à Patribus Excalceatis huius noſtrę Congregationis conſimilem obſeruari abſtinentiam; quandoquidem ſingulis ſecundis ferijs non veſcuntur carnibus, ſed lacticinijs; quarta, & ſexta ferijs totius anni, ſicut & toto Aduentu, quem ab omnium Sanctorum Feſto excluſiuè vſque ad Natiuitatem percurrunt, ſolummodò cibos quadrageſimales admittentes, ieiunant; feria ſexta in Paraſceue pane tantum, & aqua veſcuntur, & alijs conſimilibus vitæ rigoribus ad inſtar antiquorum Ordinis noſtri Eremitarum vacant. Quod ſi non omnes omninò eorum aſperitates in his Excalceatorum Congregationibus inueniuntur, dico non id requiri ad reformationẽ, quia cum Regula nec abſtinentiæ modum, nec ieiuniorum numerũ determinet, ſed iuxtà vires ea omnia permittat, non eſt neceſſe, quod omnis abſtinentiæ rigor, quem tamen non omnes, ſed fortiores, robuſtioreſque ex priſcis Eremitis iuxtà eorum vires colebant, à nobis & hiſce temporibus obſeruetur. Vno verbo: Sufficit, quod prima Ordinis aſperitas, quantum fieri poteſt ſit ab Excalceatis reaſſumpta, & reparata, à qua cum longè defecerint modernæ PP. Calceatorum Conſtitutiones, reſpectu ſaltem eorum reformatos eſſe Patres Excalceatos non eſt, qui poſſit rationabilitèr ambigere.

Monendum tamen ipſum Moreau, vt Ordinis Conſtitutiones perlegat; cum enim ab ijs permittatur Prouincijs, & Congregationibus, ſi quæ voluerint, arctiora, & rigidiora ſibi ſtatuere, vt infrà *num*. 451. ex ſe ipſo percipiet non hæc repugnare reformationi, nec per huiuſmodi, aut Regulam exaſperari, aut S. P. Auguſtinum reformari.

DVBIVM IX.

An paupertas etiam in communi officiat Reformationi.

429 INſurgit iterum *cap*. 15. contra Reformationem, eam ſcilicet non conuenire Excalceatis ob non ſeruatam Regulæ puritatem; & pluribus probare conatur, de quibus gradatim. Primò ex paupertate: *Primo capite Regulæ* (ait ipſe) *ſic habetur*: Qui aliquid habebant in ſæculo, quando ingreſſi fuerint monaſterium, libenter velint illud eſſe commune; *quod & interpretes, & vſus omnium ſub dicta Regula militantium docent de bonis immobilibus, & fundis in commune poſſidendis intelligendum*, vt intelligit Azor. *tom*. 1. *inſtit. moral. lib*.12. *cap*.23. *q*.1. Leſſius *de Iuſt. lib*.2. *cap*.41. *dubit*. 2. *nu*.22. Quarè, cum PP. Excalceati particularibus eorum ſtatutis immobilia poſſidere prohibeantur, dici nequit, quod Regulæ puritatem obſeruent, nec Reformatorum titulo potiantur. Augeo difficultatem ex Ioann. Caramuel. qui *tom*. 1. *Theolog. Regul*. ad Regul. S. Auguſtini *num*. 1909. ad ſupradicta verba dicit: *Hic videtur expreſsè illius fuiſſe S. Patrem ſententiæ, vt Teſtamenti conditionem Nouitijs inhibuerit, ſed voluerit illorum omnia bona monaſterio ſuccreſcere*. Hoc non præſtant Patres Excalceati. Ergò &c.

430 Poſſem ex eod. Caramuele huius ſecundæ difficultatis ſolutionem deducere, qui ſtatim ſubiungit: *Id hodiè in varijs locis varias limitationes patitur*. Addo ego: nullatenus obſeruatur poſt Concil. Tridentinum *ſeſſ*.25. *cap*. 16. quod non permittit alicuius bona recipi in eius ad Religionem ingreſſu, vt importare videntur ea S. P. Auguſtini verba, *quando ingreſſi fuerint monaſterium*, quando eius mens fuiſſet qualem Caramuel exponit, & ſic ex hac Concilij obſeruantia nihil contra Reformationem non obſeruantia illius præcepti Regulæ. Dato tamen, quod ly *quando ingreſſi fuerint monaſterium* referatur ad profeſſionem, bona Caramuelis venia, dico nullomodo eam S. Auguſtini mentem fuiſſe, vt bona Nouitiorum mona-

ſterijs

Digitized by Google

ſterijs ſuccreſcerent, eum contrarium ipſe obſeruauerit, & in ſui inſtituti primordijs: *Cæpi* (inquit ipſe *ſerm.* 1. *de comm. vit. Cleric.*) *boni propoſiti fratres colligere compares meos nihil habentes, ſicut nihil habebam, & imitantes me, ut quomodo ego tenuem paupertatem meam vendidi, & pauperibus erogaui, ſic facerent, & illi, qui mecum eſſe voluiſſent, ut de communi viueremus: commune autem nobis erat magnum, & uberrimum prædium ipſe Deus.* & multò poſt etiam, vt ex *ſermon.* 2. *de vit. Cler.* vbi *Veſtrum plurimi ſciunt Præsbyterum Leporium, quamuis ſæculi natalibus clarum, & apud ſuos honeſtiſſimo loco natum, tamen iam Deo ſeruientem, cunctis, quæ habebat relictis, inopem ſuſcepi, non quod nihil habuit, ſed quia iam fecerat quod lectio iſta perſuadet.* Ex quibus, & ex dictis *dub.* 5. *quodlib.* 1. apertiſſimè conſtat Auguſtini mentem potius fuiſſe, vt qui eum ſequi vellent, relictis ſæculi bonis eamdem paupertatem obſeruarent, vt notat Laurentius Landmeter in *comment. Regul. cap.* 1. *num.* 15. Vndè & Iordanus de Saxonia *lib.* 3. *Vit. Fratr. cap.* 11. ſub hoc titulo: *De relinquendo omnia in Religionis ingreſſu*, ex S. P. Auguſtini mente dicit, omnia eum relinquere debere, qui ad Ordinem Eremitarum, in quo Apoſtolica, & Euangelica paupertas obſeruatur, accedit. Non eſt alius ergò Regulæ ſenſus, quam quod facta ſuppoſitione, quod aliquid velint ex prius poſſeſſis bonis ſecum adferre, illud nolint proprio nomine poſſidere, ſed velint eſſe omnibus commune. Et ità intelligunt omnes Religiones ſub Auguſtini Regula militantes, nec vlla, quæ prædictæ Caramuelis adhæreat explicationi. Et ità obſeruant Patres excalceati.

431 Nunc ad primam, hoc eſt Moreau difficultatem rediens, peterem libenter ab eo, an Religioſi Hipponenſis monaſterij, qui profundam teſte Poſſidio. *cap.* 11. *Vit. Sancti Auguſtini*, vt dictum eſt *num.* 219. obſeruabant paupertatem, hoc eſt nec in communi bona ſtabilia poſſidebant, vt explicat Marquez *de orig. Eremit. cap.* 6. §. 2. & *cap.* 23. §. 5. & vidimus iam ex Auguſtini verbis; & ſubſequentes Auguſtiniani, qui per eumdem Marquez per 900. annos in eadem paupertate vixerunt, an inquam S. P. Auguſtini Regulam obſeruauerint? Peterem, an quando in Capitulo generali pro vnione facienda celebrato *vnanimiter conſenſerunt petentes, ut per gratiam vnionis, & conformitatis huiuſmodi eis iuxta conceptum votum paupertatis ſpontanea perpetua poſſeſſionum terreſtrium abdicatio remaneret, & quod non* cogerentur *ad recipiendas poſſeſſiones aliquas, vel habendas*, ſed eſſent perpetuò liberi, & exempti; quod illis primò à Card. Ricardo Apoſtolico Delegato fuerat conceſſum, & deindè ab Alexandro IV. ſub 5. *Idus Aprilis.* 1256. in incip. *Licet Eccleſia.* apud Empol. in *Bullar. Auguſt. pag.* 18. confirmatum? Et quando in antiquis Ordinis Conſtitutionibus *cap.* 44. ſic diſpoſitum fuit: *Cum eos, qui ad Dei cultum de ſæculi perplexitate liberi conuolarunt, quod fæliciter de humana ſollicitudine ſæculo reliquerunt, in Religione non deceat occupare, præſenti conſtitutione ſtatuimus, & præcipimus inuiolabiliter obſeruari, ut nulli Fratres noſtræ Religionis extra circuitum loci, quem inhabitant, poſſeſſiones aliquas per ſe, vel per aliquam aliam perſonam poſſideant, ſed fidelium eleemoſinarum largitione contenti, quaſi alieni ab occupatione ſæculi, Miſſis, & Orationibus, prædicationibus, ac Sacræ Scripturæ lectionibus, Deo, qui nonniſi in pace colitur, ſtudeant humiliter deſeruire*; de quo ſtatuto ſic Iordanus *d. lib.* 3. *cap.* 8. *Ecce quomodo Sancti Patres noſtri ſanxerunt, non tantum non decere, ſed nec debere Fratres poſſeſſiones aliquas poſſidere.* Peterem inquam, an S. P. Auguſtini Regulam Maiores illi obſeruauerint? Etſi obſeruarunt, quomodo contrà Reformationis formam, quod PP. Excalceati immobilium poſſeſſionem non admittant?

432 Reſpondeo modo, & dico: aliud eſſe, permitti à Regula, & aliud præcipi poſſeſſionem immobilium. Secundum abſolutè nego: primum vt veriſſimum admitto; & ideò eam habentibus, & non habentibus in communi poſſeſſiones communem eſſe. Ità apertiſsimè Iordanus de Saxonia *eod. lib.* 3. *cap.* 5. ſub hoc titulo: *Quod Regula S. Auguſtini tàm habentibus, quàm non habentibus prædia communis eſt.* Vbi habet: *Non igitur repugnat Regulæ B. Auguſtini habere prædia, & poſſeſſiones; nec tamen eſſentiale eſt Regulæ habere ea: Sed communis eſt tàm habentibus, quàm non habentibus.* Et inſuper ex his duobus magis Regulæ eidem confirmari non habentes, quam habentes ex eod. Iordano *ibid. cap.* 6. vbi ſub hoc titulo: *Quod magis conforme eſt Regulæ Auguſtini non habere prædia, & poſſeſſiones, quam habere*, dicit *Æſtimo, quod magis conformis, & magis conſona eſt ipſa Regula non habentibus prædia, quam habentibus.* Et ideò ex immobilium dimiſsione potius probari apud Excalceatos Reformationem vigere.

433 Concludo nihilominus ſic. Eſt communis Regula per Iordanum habentibus, & non habentibus prædia, ſeù bona immobilia. Patres Excalceati hæc in communi bona poſsident, & non poſsident. Non poſsident in Ciuitatibus, in quibus piorum eleemoſinæ ſufficiunt ad vitæ ſuſtentationem: Poſsident, *vel vbi conuenienter de eleemoſinis fidelium vitam tranſigere nequeunt*, vt licere admittit Iordanus. *d. lib.* 3. *cap.* 8. *in fin.* Et hoc ex diſpenſatione Capituli generalis iuxtà Conſtitutiones. *p.* 1. *cap.* 7. *n.* 1. & 3. & notat Pellizzar. *tom.* 1. *Manual. tract.* 4. *cap.* 2. *n.* 2. Ergò puritatem Regulæ obſeruant Patres Excalceati. Non eſt ergo cur ex hoc capite eos Moreau vocet non Reformatos.

DVBIVM X.

An puritas Regulæ, & Reformatio exigant Cantum cum nota.

434 PVritas Regulæ dicit idem Moreau *cod. cap.* 15. circa Officium Diuinum ſic præcipit: *Pſalmis, & Hymnis, cum oratis Deum, hoc verſetur in corde, quod profertur in ore; & nolite* can-

Digitized by Google

cantare niſi, quod legitis eſſe cantandum. Sed ſecundum S.P. Auguſtinum in *Pſal. 39. Hymnus eſt canticum laudis*; & in *Pſal. 72. Hymni ſuat laudes Dei cum cantico; Si ſit laus, & non ſit Dei, non eſt hymnus: Si ſit laus, & Dei laus, & non cantatur, non eſt hymnus. Oportet ergò, ut ſit hymnus, habeat hac tria, & laudem, & Dei, & canticum*. Ergò ad Regulæ puritatem ſpectant hymni cum cantico, ſeù cantus. Et confirmat, quià cum de ſe fateatur Auguſtinus in Confeſſ. *Quantum fleui in hymnis, & canticis tuis ſuauè ſonantis Eccleſiæ tuæ vocibus commotus acriter*] *Voces illæ influebant auribus meis, & eliquebatur veritas tua in cor meum, & ex ea æſtuabat affectus pietatis, & currebant lachrymæ, & mihi benè erat cum illis*; non eſt credibile, quod pſalmorum, & hymnorum cantum voluerit in Regula ſua ab Ordine Eremitano proſcribere, edoctus ab experientia illo animum ad Deum vehementer excitari. In Conſtitutionibus autem Excalceatorum Italiæ. *p.1. cap.1. n.1.* ſic decernitur: *Diuinum Officium tàm diurnum, quàm nocturnum ſumma cum veneratione, diſtinctè, attentè, atque deuotè ſine nota tamen à Fratribus in Eccleſia, vel Choro iuxtà ritum Romanum celebretur*. Quibus conſonant, & Conſtitutiones Congregationis Galliarum. Ergò, infert ipſe, defecerunt in bis Congregationibus hymni, & cantus Eccleſiaſticus per *Regulæ puritatem Ordini præſcriptus, per ſtatuta Excalceatorum* abrogatur. Ergò puritas Regulæ ab eis non obſeruatur.

Admitto ergò ab Eccleſiaſtico cantu commotum interitus S.P. Auguſtinum; cantum ab eodem in Regula præceptum, & hymnos eſſe laudes Dei cum cantico. Sed non video quo fundamento potuerit indè ſibi ſuadere à Patribus Excalceatis Regulam non obſeruari. Non forſan in ſuis Eccleſijs die, noctuque diuinas laudes perſoluunt? Abſque dubio. Sed ſine notà reſpondebit. Benè. At modo dicat, in qua Regulæ parte præcipiatur, vt cum nota cantetur? Vbi nam dicit Auguſtinus, hymnum eſſe canticum laudis cum nota? Et quomodo probat cantum Gregorianum, & tunc temporis vſitatum, vt à S. Legislatore potuerit in Regula præſcribi? aut quibus apud eos antiquos Eremitas in deſertis viuentes pro cantu cum nota addiſcendo ſcholas apertas inſinuabit?

435 Duplex eſt cantus Eccleſiaſticus (non loquor de Organico) ſimplex, & cum notulis, vt colligitur ex *Extrauag. Docta Sanctorum. De vit. & honeſt. Cleric.* Iſte temporis decurſu exortus, & varijs modis auctus, & poſtea perfectus modò ſeruatur in Eccleſia, & laudabiliter. Ille fuit vſitatiſsimus per plura ſæcula. *Cum iam* (ita Nicephorus *lib. 9. hiſt. cap. 6.*) *per tria à Chriſto nato ſæcula ſimplex cantus ſiuè potius recitatio nullo modulationis fuco permixta Chriſti populos nutriuiſſet*. Et proſequitur enarrare cauſam, & originem poſterioris cantus cum notulis. Accinit S. Iſidorus *de Eccleſ. Officijs. lib. 5. cap. 5.* dicens: *Primitiua Eccleſia ita pſallebat, vt modico flexu vocis faceret pſallentem reſonare, ità vt pronuntianti vicinior eſſet, quam canenti*.

436 Videamus modo, quem ex bis duobus canendi modis magis approbauerit S.P. Auguſtinus. Et ſimplicem ab eo laudatum teſtatur Polydorus Virgilius *de inuent. rer. lib. 6. cap. 2.* ſic ſcribens: *Quarè dubio procul ex Religionis vſu fores in hoc modum adhibere vel omninò eos inſtituere, vt canentes more potius legentium, quam inſtrepentium hymnos recitarent; quod D. Athanaſium Alexandrinum Epiſcopum olim in Diæceſi ſua feciſſe Auguſtinus in prænotato libro atteſtatur, atque magnopere laudat*. Clarius Benedictus Hæftenus *Diſquiſit. Monaſt. lib. 7. tract. 4. Diſq. 3.* ſic: *Duplicem viguiſſe olim in Eccleſia Dei pſallendi formam auctor eſt Auguſtinus, qui immoderatius, vt ait, cauens fallaciam carnalis delectationis, quæ ex audito cantu conſurgere poteſt, nimia errabat ſeueritate*. Vt melos omne cantilenarum ſuauiũ, quibus Dauidicum pſalterium frequentatur ab auribus ſuis ammoueri vellet, atque ipſius Eccleſiæ *lib. 10. Confeſſ. cap. 33. En primum pſalmodiæ modum, qui liquida voce, & ſuaui modulatione, ac melodia perficiebatur. Alterum verò ità exprimit*: Tutius mihi videtur, quod de Alexandrino Epiſcopo Athanaſio ſæpè mihi dictum commemini, qui tam modico flexu vocis faciebat ſonare lectorem pſalmi, vt pronuntianti vicinior eſſet, quam canenti. *Vbi vides probari Sanctiſſimo Antiſtiti ſimplicem illum, atque æquabili vocis tenore prolatum cantum*. Et ſubdit: *Vtrumque porrò pſalmodiæ genus hodieque à Religioſis Ordinibus frequentatur; prius enim illud Harmonicum, & muſicis notis modulatum melos in vſu eſt Monaſticis pleriſque Ordinibus. Poſterius illud nonnulli poſteriores Ordines receperunt, in quibus ſunt Patres Capucini, Carmelitæ Diſcalceati, & Clerici Regulares Theatini, & Minimi, quibus S. Franciſcus de Paula præſcribit, vt abſque notulis perſoluant Diuinum Officium*.

437 Inſtat Moreau. Verum eſt, quod modus iſte canendi fuerit à S.P. Auguſtino approbatus; tamen alterum nempè modulatum prętulit, dum ſtatim *eod. Confeſſ. lib. 10. cap. 33.* ſubiunxit: *Verumtamen, cum reminiſcor lachrymas meas, quas fudi ad cantus Eccleſiæ in primordijs recuperatæ fidei meæ, & nunc ipſe commoueor non cantu, ſed rebus, quæ cantantur cum liquida voce, & conuenientiſſima modulatione: magnam inſtituti huius vtilitatem rurſus agnoſco, magiſque adducor cantandi conſuetudinem approbare in Eccleſia, vt per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum pietatis aſſurgat*. Verum, cum non ſint fideliter adducta Auguſtini verba, aliquid in ipſis à Moreau contra ſe faciens detectum ſanè indicat detruncatus textus. Hæc ſunt verba S.P. Auguſtini, iuxtà aliàs adnotatam impreſſionem Baſileæ: *Magnam inſtituti huius vtilitatem rurſus agnoſco. Ita fluctuo* (verba hæc omiſit Moreau) *inter periculum voluptatis, & experimentum ſalubritatis, magiſque adducor, non quidem* (omiſit & iſta) *irretractabili ſententia proferens, cantandi conſuetudinem approbare in Eccleſia, vt per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum pietatis aſſurgat*. Et ſtatim ſubdit: *Tamen, cum mihi accidit, vt me amplius cantus, quam res,*

quæ canitur, moueat, pænaliter me peccare confiteor; & tunc mallem non audiſſe cantantem; ex quibus à Moreau detruncatis verbis habetur, fluctuaſſe Auguſtinum inter periculum voluptatis, & experimentum ſalubritatis; & dum ad modulatum cantum approbandum induci ſe dicit, non id abſolutè facere, *non quidem irretractabili ſententia proferens*; & ſenſum eſſe, quod ſi approbandus eſſet cantus ille modulatus, illum approbaret ratione pietatis, ad quam ex eius auditione poſſet quis excitari; Se tamen in priori ſententia ſiſtere, *vt omne melos cantilenarum ſuauium ab auribus ſuis* amoueatur; & ideò repetit; *Tamen, cum mihi accidit &c. pænaliter me peccare confiteor, & tunc mallem non audiſſe cantantem*; nec veriſimile eſt, quod voluerit abſolutè approbare cantum, quem poſtea nollet audiuiſſe.

438 Sed tollitur hæc dubietas ex eo, quod hoc eodem canendi modo, & ipſe vna cum alijs Africæ Eccleſijs vſus ſit; adeo vt fuerit propterea à Donatiſtis reprehenſus, vt idem dicit *epiſt.* 119. ad Ianuarium: *Ità vt Donatiſtæ nos reprehendant, quod ſobriè pſallimus in Eccleſia diuina cantica Prophetarum*; Ex quibus reprehenſionibus modum canendi in Eccleſia tunc temporis apud Catholicos, ſic in *Vie S. Auguſt. lib.* 1. *cap.* 3. §. 4. colligit Ioannes Riuius: *Quomodo verò in templis Catholici, quomodo Donatiſtæ ſoliti ea tempeſtate pſallere, quæ vtriuſque cantus differentia, videri poteſt epiſt.* 119. *cap.* 18. Et Benedictus Hæftenus *loc. ſupr. Catholicas in Africa Eccleſias planum hunc, & æquabilem ſeruaſſe canendi ritum ſignificat Auguſtinus: Ad ſuauem inquit, & modulatam melodiam pleræque in Africa Eccleſiæ membra pigriora ſunt, ità vt Donatiſtæ nos reprehendant, quod ſobriè pſallimus in Eccleſia diuina cantica Prophetarum. epiſt.* 119.

439 Confirmant omnia ſupradicta Antonius Caracciolus in *Synopſ. veter. Relig. part.* 1. *cap.* 1. *in annot. num.* 13. *verſ. verum enim verò*; & Franciſcus Magius *in Diſquiſit. de Sacr. cærimon. Diſquiſ.* 25. & eiſdem ferè verbis: *Simplex cantio* (ſic Magius) *æquabili vocis tenore prolata fuit adeò primis Chriſtianis, & Religioſis in morem &c.*, & poſt aliqua: *Apoſtolos verò, à quibus hic canendi modus ſumpſit initium, primi illi Ægypti Patres ſecuti ſunt, quos teſte Caſſiano Inſtit. lib. 2. cap. 5. dum de pſallendi modo, pſalmorumque numero ambigerent, ab Angelo edoctos fama eſt, vt duodecim pſalmos parili pronuntiatione, & ſimplici vocis tenore, vt ipſe cecinerat, canerent. Qui mos non Cænobijs ſolum, ſed in Cathedralibus etiam Ægypti Baſilicis diù viguit. Nam S. Auguſtinus ſimplicem canendi modum habere cupiens Confeſſ. lib. 10. cap. 33. de Alexandrina Eccleſia hæc ſcripſit: Melos omne cantilenarum ſuauium, quibus Dauidicum pſalterium frequentatur ab auribus meis amoueri velim, atque ipſius Eccleſiæ; tutiuſque mihi videtur, quod de Alexandrino Epiſcopo Athanaſio ſæpè mihi dictum memini, qui tam modico flexu vocis faciebat ſonare lectorem pſalmi, vt pronuntianti vicinior eſſet, quam canenti*; Et *epiſt.* 119. *eumdem canendi ritum ſobrium, dicens Africanas, & Catholicas Eccleſias obſeruaſſe ſignificat, cum ſic ait: Ad ſuauem &c. Ità vt Donatiſtæ nos reprehendant &c.* Et tandem de Auguſtini mente circa canendi modum ſic in *Liturg. Gallican. Diſquiſit. de curſ. gallican.* §. 1. *n.* 15. concludit D. Ioannes Mabillon. *Poſtmodum cum maiores in vita Chriſtiana progreſſus feciſſet Sanctiſſimus Doctor illam modulationis ſuauitatem, quæ tantopere ipſum aliquando affecerat, ſimplici pſalmorum prolationi cum grauitate factæ poſtponebat*; hoc eſt iſtam approbabat, & obſeruabat.

440 Cantus ergò tot ſæculis in Eccleſia, in Cænobijs Religioſorum, ac in Cathedralibus Clericorum vſitatus, ſine nota fuit, & vt alienus à periculo voluptatis, quæ ex cantilenarũ modulationibus ſumitur, à S. P. Auguſtino approbatus, & ab eodem in ſua Hipponenſi Eccleſia obſeruatus. Quomodò ergò cantus cum notis à S. Legiſlatore in Regula præſcriptus? aut quomodo ad puritatem Regulę Gregorianus cantus neceſſarius? In dictis Regulæ verbis, *nolite cantare niſi &c.* non modus canendi ſiue cum nota, ſiue ſine nota præfigitur, ſed quod non cantentur, quæ non ſunt canenda, mandatur, vti faciebant tunc temporis plures, qui teſte Iordano de Saxon: *ibid. lib.* 2. *cap.* 15. *de capite ſuo cantabant, quod volebant*. Et ideò ſiue antiquus cantus ſimplex, ſiue cum modulatione, & Gregorianus retineatur, vtroque modo Regula ſeruatur. Dico tamen, quod quamuis Patres Calceati ſuo cantu nullo pacto Regulæ aduerſentur, cantus Excalceatorum videtur Regulę magis conſonus, vtpotè eorum temporum cantui, & S. Legiſlatoris genio, eiuſque praxi magis conformis. Nec mihi ſuadere valeo cantum ſuis Eremitis ab eo, quo ipſe vſus eſt, diuerſum in Regula intendiſſe Auguſtinum; adeoque nec huiuſmodi cantum vna quidem nota à Reformatione diſſonare, ſed illi mirificè correſpondere.

DVBIVM XI.

De alijs, quæ puritati Regulæ obeſſe videntur.

441 ALIA quædam ex Regula obſeruauit *ibid.* Moreau, quæ à Patribus Excalceatis non obſeruari dicit. *Indumenta* (ſic Regula) *verò, & calceamenta, quandò indigentibus fuerint neceſſaria, dare non differant ſub quorum cuſtodia ſunt, quæ poſcuntur*. Patres Excalceati vtuntur Sandalijs, & non calceamentis. Ergò non obſeruant puritatem Regulæ. Hoc argumentum ſuo loco examini ſubijciam, vbi, quod per calceamenta, calcei veniant non probari oſtendam. Pro nunc ſumendo calceamenta pro calceis, dico dari iuxtà Regulam *indigentibus*. Imò in hoc puritatem Regulæ ab Excalceatis obſeruari, quia non dantur indifferenter ad communem vſum, quod neque Regula iubet: ſed ad indigentiam, vt Regula diſponit.

442 Subdit. *Huc etiam facit, quod Regula eadem velit indumenta pro temporum congruentia proferri: quod ad Patres Excalceatos nullo modo*

perti-

pertinet, qui vna eademque veſte vtuntur, nec æſtiuam hyberna, nec albam alternant nigra. Sed an hoc intendatur à Regula iudicet Lector. Hæc ſunt Regulæ eiuſdem verba: *Si fieri poteſt ad vos non pertineat, quod vobis indumentum pro temporum congruentia proferatur, vtrum hoc recipiat vnuſquiſque, quod depoſuerat, an aliud, quod alter habuerat, dum tamen &c.* in quibus non video, quomodo præcipiatur mutatio habituum pro temporum congruentia. Non ergò contra Regulam agerent, ſi vnica tantum tunica contenti eſſent, & pro temporum congruentia eam non mutarent Patres Excalceati. Sed ad quid id objicit ipſe, qui *cap. 8.* referens ex S. Fulgentij vita, quod *vna tantum viliſſima tunica ſiue per æſtatem, ſiue per hyemem patienter indutus fuit*, addit: *Non ſicut Diſcalceati, qui hyemale frigus duplicata tunica arcere ſolent expreſſo ſtatuto?* Hoc cum altero eius dicto implicat. Non nego tamen à Regula permitti indumenta iuxta temporum congruentiam, hoc eſt ſemel æſtate depoſita, hyemali tempore iterum reaſſumere, vt ex illis verbis liquet: *Vtrum hoc recipiat vnuſquiſque, quod depoſuerat, an aliud, quod alter habuerat*; Quod & Patres Excalceati faciunt, quibus tempore hyemis ex communi veſtiario altera vltra conſuetam, illam tamen volentibus, ſubminiſtratur tunica. Quod verò albam non alternent cum nigra, verum eſt: imò cum alba apparere illis prohibitum; Sed vbi in Regula huiuſmodi alternatio præſcripta? Quando etiam veſtium mutationem pro temporum congruentia præcepiſſet Auguſtinus, nullo modo verificaretur de alternatione albæ cum nigra, aut è contrà, cum, vt *quodlib. 6. dub. 7.* dicitur, tunica alba non fuerit à S. Patre inſtituta, nec ſit Ordini Eremitarum eſſentialis. Pro nunc dicere oportet, ipſum ſui Ordinis conſtitutiones, dum id objicit, non aduertiſſe, in quibus *p. 2. cap. 5.* dicitur. *Quod ſi aliqua Prouincia, aut Congregatio cappa nigra vti tantum voluerit, nullus in ea albis veſtibus vti poſſit, quatenus vniformitas ibidem obſeruetur*.

443 Arguit iterum: *Puritas Regulæ de omnimoda ſubiectione, ac obedientia Prælatis debita ſic præcipit*: Pręposito tamquam Patri obediatur, multò magis Pręsbytero, qui omnium veſtrum curam gerit. *Videtis quid à ſubditis ergà Præpoſitum, & Præsbyterum obedientiæ, reuerentiæ, obſeruantiæ exigat Auguſtinus: Sed boni Fratres puritatis videlicet ſuæ Regulæ amatores diſpenſationes multimodas ab ipſo Congregationis exordio, atque independentiam à Supremo Capite extorquere conati ſunt, vt nullo, vel tenui filo Reuerendiſs. P. Generali obſtringantur*; & adducit Decretum ſuarum Conſtitutionum *p. 3. cap. 4.* quo tàm Prouinciæ, quàm Congregationes omnes P. Generali ſubiectionem, & obedientiam præſtare iubentur. Verum in his Regulæ aduerſari nos dixit ſine fundamento. Et vndè deſumit Excalceatos ſuis non obedire Prælatis? Dices non ſubeſſe *vel* ſaltem *tenui filo* P. Generali. Verum eſt, & verius, ſi de Congregatione Italiæ loquatur, de qua infrà *dub. 20.* Sed in qua Regulæ parte Patri Generali obedientia præcipitur, ſi quandò ipſa formata eſt, nec per ſomnium de Generalibus cogitabatur, cum tunc vnumquodque monaſterium proprium haberet Prælatum ab alio independentem, & ſoli Episcopo, vt benè aduertit Iordanus *loc. ſup. lib. 2. cap. 2.* ſubiectum? Quod ſi exemptis ab Ordinariorum iuriſdictione Regularibus ſucceſſiſſe Generales dicatur, vt *ibid.* adnotat Iordanus; nec adhuc ad Regulæ præſcriptum hoc eſſe oſtenditur, cum in Regula nullo modo diſponatur, quod vnus Præsbyter omnium monaſteriorum curam habeat. Et eſtò ſupponatur in Regula Superior aliquis pluribus communis, nempè Episcopus, cui ſucceſſit Superior aliquis, vel Prouincialis, vel Generalis iuxtà ſenſum eiuſd. Iordani *ibid.* eam benè obſeruant Patres Excalceati eorum P. Vicario Generali in omnibus obtemperantes; nec pro eiuſdem Regulæ obſeruantia probabitur vnquam requiri, quod Reuerendiſs. P. Generali pareant. Manifeſta eſt inſtantia in Congregationibus S. Guilelmi, & B. Io: Boni, in quibus tamquam veris Ordinis Reformatoribus puritas Regulę extrà dubium obſeruabatur; & tamen Superiorem Generalem particularem habebant à Superioribus Ordinis Eremitarum diſtinctum ſub diuerſa obedientia, & independentem, vt teſtantur Marquez, *De orig. Eremit. cap. 4. §. 1. 2. & 3. & cap. 13. §. 19. & 20.* Herrera *reſponſ. pacific. 5. num. 146. & n. 480. & ſeq.*, & Nicolaus Plencuaulx *lib. 5. Primas Auguſtin. cap. 4. ad ann.* 1164. qui de Congregatione B. Io: Boni ſic: *Et exindè dicta Congregatio in Italia floruit diſtincta ſub diſtincto titulo, diſtinctaque obedientia ab antiquo Eremitarũ Ordine.* & *cap. 11. Præmittendum tertio loco, Ordinem S. Auguſtini, qui ſub titulo S. Auguſtini Eremitarum ſemper permanſit diſtinctus à Congregationibus, quæ ab eo tamquam riuuli è fonte emanarunt, licet antè vnionem per Alexandrum perfectam vbique terrarum ſub vno titulo, & habitu militarent, non tamen ſub vno Generali Capite vbique gentium militauiſſe, ſed in ſingulis fermè Regnis, & Prouincijs diuerſa habuiſſe ſuprema capita*. Nec obſtat, quod Ordinis Conſtitutiones ad vnionem generalem poſteriores talem obedientiam ergà P. Generalem demandent, quià non per hoc alligatę ſunt Summorum Pontificum manus, quin potuerint Excalceatos eximere, prout pro bono reformationis actum eſt, & infrà *dub. 20.* dicitur.

444 Aliud ex alijs Regulę verbis deſumit argumentum; nempè Regulę puritatem exigere, vt Auguſtiniani Eremitę ſicut paſcuntur *ex vno cellario, ſic veſtiantur ex vno veſtiario, eodem ſcilicet modo, atque omnibus communi*; Quod non pręſtari dicit à Patribus Excalceatis, quorum habitus à PP. Calceatorum habitu differt. Verum eſt hoc; Excalceatorum nempè habitum differre aliquo modo ab habitu Patrum Calceatorum: Sed vbi in Regula pręcipitur, quod Reformati eodem, quo ipſi debeant vti habitu, quando & in hoc diuerſitas appareat ab antiquo? Pro Regulę obſeruantia ſufficit; quod eodem veſtium genere, & forma om-

omnes Reformati vtantur. Sed de habitu ſuo loco.

DVBIVM XII.

An pugnet cum Reformatione diuerſitas Conſtitutionum.

445 REgulam ſequuntur Conſtitutiones; Et ex his quaſi ſibi de Victoria gratulans, iterum contra Reformationem argumentandi materiam deſumit. *Nec his Reformationis nomen competere* (ſic d. p. 2. cap. 1. proſequitur Moreau) *& quas ſibi viuendi formulas conſtituerunt ab antiquis Ordinis Auguſtiniani ſanctiſſimis Conſtitutionibus longè deflectere, ac deficere* (quod pluries repetit tota p. 2. *& præcipuè cap. 4.*) *Conſtitutionibus Ordinis in totum alienatis*. Et *cap. 12. Nihil habentes penè Regulæ, habitus, Conſtitutionis Eremitanæ*. Item *cap. 13. Vbi Conſtitutio Ordinis, quæ in cunctis abijcitur?* Et *cap. 20. Antiquas Ordinis Eremitarum Conſtitutiones euertunt*. In eo fixus, quod *Reformatus*, vt dixerat *cap. 2. Ille reuera eſt cenſendus, qui primam Regulæ Conſtitutionum, habituſque formam deflectentem reparatam poſtmodum, ac priſtinæ formæ redditam obſeruat*. Sed neque per hoc aliquid probat. In primis enim in ſuis noſtriſque Conſtitutionibus parum verſatum ſe oſtendit, in totum Ordinis Conſtitutiones à nobis alienatas dicens; cum ex illis ſint noſtræ deſumptę, expunctis tantummodo, quę laxationem induxerunt, & ijs additis, quę ad Regulę, votorumque ſtrictiorem obſeruantiam reparandam opportuna ſunt habita, & quę à Summis Pontificibus pro Regularium reformatione ſunt ſanctiſſimè præſcripta, & quæ inter Ordinum Conſtitutiones inſeri mandauit Clemens VIII. prout Lezana *tom. 1. p. 1. cap. 8. n. 26. qq. Regul.* In reliquis qui eas ad inuicem comparauerit, vt plurimum conuenientes inueniet; Et ideò ineſcuſabilis eſt error dicere, nihil Eremitanæ Conſtitutionis nos habere.

446 Id etiam perpendo, quod Reformationem in antiquarum, & primarum Ordinis Conſtitutionum reparatione cōſiſtere ipſe prętendit, quod egregiè dixit. Ergo (modo infero) non eſt neceſſe; quod vt Patres Excalceati ſint Reformati, modernis Patrum Calceatorum Conſtitutionibus regantur. Ad quid ergò à ſuis præſentibus Conſtitutionibus noſtrarum diuerſitatem nobis obijcit? Aduertere opus eſt hic, arctas & auſteras fuiſſe priores noſtri Ordinis Conſtitutiones vt hic *dub. 8.* adnotauimus, & hac de cauſa pluries fuiſſe mutatas. Iordanus de Saxonia *lib. 2. Vit. Fratr. cap. 14.* ſic habet; *Conſtitutiones ab olim per antiquos Patres editæ, poſteà tempore b. mem. Fratris Clementis Prioris Generalis fuerunt emendatæ;* (& poſt aliqua) *Conuerſantes y duo præclariſſimi Patres* (ideſt idem Clemens, & Auguſtinus de Terano) *ſimul Conſtitutiones Ordinis diligenti ſtudio reuiderunt, eaſque ſicut feruentiſſimi Zelatores huius Religionis ordinantes ediderunt, diſtinguentes eas per capitula, & rubricas, & addentes nihilominus aliqua, & nonnulla detrahentes, prout ſacræ Religioni, & bono ſtatui Ordinis congruere videbatur*. Et addit, per tria Capitula generalia approbatas fuiſſe, hoc eſt in Vrbeueter. de 1284. primò editas, & publicatas; de 1287. in Capitulo Florentin. acceptatas, & approbatas; & de 1290. in Ratiſponen. cui interfuit V. Doctor Ægidius Romanus, *aliquibus additionibus, & variationibus factis*, ratificatas, & confirmatas. Quod & aſſerit Hieronymus Roman. *Centur. 9. ad ann.* 1290. qui item nouis additionibus, & moderationibus in Capitulo generali Papienſi de 1348. iterum mutatas fuiſſe tradit. Et confirmat Seripandus in *Comment. rerum Ordinis ad ann.* 1348. dicens; *In hoc Capitulo* (ideſt Papienſ.) *acceptæ ſunt additiones, & moderationes prædicti Generalis* (ideſt Thomæ de Argentina) *ſuper Conſtitutiones Ratiſponenſes ab ipſo editæ*. Vlterius de 1543. in Capitulo generali Romano *In hoc Conuentu* (ait Ioſeph Pamphilus *in Chron. ad d. ann.* 1543.) *actum fuit de reuiſendis, & examinandis antiquis Conſtitutionibus, quæ non videbantur his noſtris temporibus in omnibus conuenire &c.* Quæ poſteà correctæ, ac reformatæ in lucem editæ ſunt Romæ de 1551. apud Antonium Bladum; & tandē de 1575. denuò alteratæ, & auctæ fuerunt, & à Cardinale Sabellio SS. D. Gregorio XIII. oblatæ; ipſius benedictionem ſunt conſecutę.

447 Quæ autem ſint ea, quæ toties expuncta, & à Conſtitutionibus antiquis detruncata ſunt, ab ijſdem Patribus Calceatis audiamus. Ioannes Gonzalez de Critania latinitati donatus à P. Gregorio Aur. D'ayneff. *in epitom vitæ monaſt. S. P. Auguſt. cap. 10. §. 2. pag. 35.* hæc habet; *Ad hæc, vt Reuerendiſs. P. Hieronymus Neapolitanus in prolog. Conſtitutionum Illuſtriſſimi Seripandi notanit, grauiſſimi, & erudititiſſimi Patres Thomas de Argentina, Gregorius ab Arminio, Ægidius Viterbienſis, Marianus Genezzanus, vna cum Ægidio Romano, Ambroſio Coriolano, & Anſelmo de Monte Falco Summorum Pontificum auctoritate Ratiſponenſes Conſtitutiones temperarunt, quibus multa addidere, & detraxere multa, tum ob temporum, & climatum varietatem; tum etiam quia illa prima ſtatuta habitātibus adhuc in Eremo Fratribus ſancita fuerunt, quorum moderatio euocatis ab Alexandro IV. ad Vrbes, facta eſt*. Clarius Hieronymus Seripandus in *epiſt. ad Patres Ordinis ante Conſtitutiones de* 1551. Sic eos admonet: *Cumque multa in noſtris legibus* (loquitur de Ratiſponenſibus) *continerentur bona illa quidem, & iuſta mandata, ſed quæ cum Eremo potius, & auſteriore illa Eremitarum Sancta ruſticitate, & diſciplina congruerent, quam cum Ciuitatibus, & locis, quæ nunc incolimus, illa quidem omnia tamquam iam diù antiquata, & his temporibus parum accommodata; quæque in vſum reuocari nunquam poſſent, abroganda, & ex Legum Codice expungenda exiſtimarunt*. De alteratis verò ſub Thadæo Peruſino ſic in *Monaſtic. Auguſtin. p. 3. cap. 40. ad ann.* 1575. Cruſenius. *Confirmatus in Generalem P. Thadæus Peruſinus in medium produxit Religionem S. Auguſtini paſſim eſſe ſine Conſtitutionibus, ſiue legibus, diuerſa apud diuerſos obſeruari; exemplaria etiam antiqua-*

rum

Digitized by Google

rum Conſtitutionum ferè nulla ſupereſſe, eaque, quæ fortè ſupererant, eſſe confuſa, & huic ætati minus accomoda. Quarè hoc impetrauit, vt onus corrigendarum Conſtitutionum in illius humeros conijceretur. Quin idem Thadęus in *epiſt.* ad Conſtitutiones præuia, multa dicit in illis ſe reperiſſe *parum huic tempeſtati congrua*. Et Cardinalis Iacobus Sabellius Ordinis Protector in *epiſt. ad Religioſos Ordinis* ſub. 19. *Kal. Septembr.* 1580. in initio earumdem Cōſtitutionum de poſtremò emendatis earumdem Codicibus, ſic, *illi tamen ad rationem, & ſtatum eorum temporum apti forſitan: his autem noſtris neutiquam ſimilitèr accomodati reperiuntur*.

448 Ex quibus duo patent. Primò, pluries Ordinis Eremitarum Conſtitutiones mutatas, ac alteratas. Secundò per eorum, quæ cum Eremo potius, & illa auſteriore Eremitarum diſciplina congruebant ſubtractionem moderatas, & per multorum, quæ his temporibus magis accomoda iudicata fuerunt, additionē, auctas fuiſſe. Et ex his rurſus deducitur, Conſtitutiones PP. Excalceatorum, ex qua parte ſuis auſteritatibus, atque rigore ſtrictiorem Regulæ, & votorum obſeruantiam præfigunt, & propterea modernis PP. Calceatorum Conſtitutionibus diſſimiles ſunt, antiquis Ordinis Conſtitutionibus ſimiliores eſſe; & cum Reformatio dimetienda ſit per conformitatem earumdem non ad modernas, & toties alteratas PP. Calceatorum, ſed ad antiquas Ordinis Conſtitutiones, benè ex hac Conſtitutionum diuerſitate penes PP. Excalceatos Reformationem probari.

449 Sed admiſſa, quam ipſe prętendit Conſtitutionum diſſimilitudine, quid indè quæſò? Ergò, dicit, non debetur Excalceatorum Congregationibus Reformationis titulus. Debile argumentum. Ex dictis *dub.* 2. *quodlib.* 4. patet tantum abeſſe, quod hoc obſtet Reformationibus, quin ad Reformationē huiuſmodi diuerſitatem peti videri. Addo ad ibi dictorum, & præſentis ſolutionis confirmationem, Patres Carmelitas Diſcalceatos diuerſis à Conuentualium Conſtitutionibus regi. Anton. à Spiritu Sanct. *Director. Regul. tract.* 2. *diſp.* 6. *num.* 243. Ciſtercienſes Reformatos diuerſa à non Reformatis habere ſtatuta. Barboſ. *de iur. Eccl. vniu. lib.* 1. *cap.* 41. *num.* 57. Item Patres Reformatos SS. Trinitatis Redemptionis Captiuorum Congregationis Hiſpaniarum. Tamburin. *de iur. Abb. tom.* 2. *diſp.* 24. *q.* 4. *num.* 75. Ex Clem. VIII. in incip. *Ad Militantis Eccleſiæ*. Sicut eoſdem Congregationis Galliarum apud eumd. Tamburin. *ibid. num.* 76. ex Vrbano VIII. in, *Aliàs à Nobis*, quos Ordines nullus negabit eſſe certè Reformatos. Et ad rem noſtram Congregationes Guilelmitarum, & Ianbonitarum verę Ordinis Eremitarum Reformationes fuerunt, vt *dub.* 8. *&* 9. *quodlib.* 4. vidimus, & tamen diuerſas Conſtitutiones habuerunt, vt benè probat Thomas Herrera *reſponſ. pacific.* 5. *num.* 479. de Guilelmitis, & 480. de Ianbonitis. Et quarè non Reformati PP. Excalceati, & ſi proprias habeant Conſtitutiones?

450 Inſtat Moreau, Innocentium IV. in Bull. ſub. 17. *Kal. Ianuarij*. 1244. qua Fratres Eremitæ S. Guilelmi in Thuſcia (errat tamen dum ſic apertè Guilelmitas excipiat Summus Pontifex *Dilectis Filijs vniuerſis Eremitis exceptis Fratribus S. Guilelmi per Thuſciam conſtitutis ſalutem &c.*) præcipiuntur aſſumere Regulam, & Ordinem S. Auguſtini, dare quidem illis facultatem ſuas ſibi Conſtitutiones formandi; ſed hanc addere cautelam. *Dummodò eiuſdem Ordinis non deuient inſtitutis*; Quo dignoſcitur mentem Pontificis eſſe, quod in Ordine Conſtitutionum vniformitas obſeruetur. Sed parum ad rem inſtantia; Quia (præter quam quod, dum illis proprias Conſtitutiones condere permittitur, neceſſe eſt, quod diuerſificentur à non proprijs, ſecus ſuperfluum eſſet proprias condere: quin nec propriæ eſſent, ſi eædem cum Ordinis Conſtitutionibus eſſe deberent) iuxta temporum diuerſitatem diuerſa adhibet Apoſtolica Sedes remedia. Nunc aliter pro Reformatione duce experientia iudicauit expedire.

451 Cæterum, vt talia obijcientibus os claudatur, ecce quid Patrum Calceatorum Conſtitutiones ſanciunt: *Verum cum ſciamus, quam difficile ſit, tot Nationum homines, quot ſunt in Ordine noſtro eaſdem vitæ, & morum leges omninò conuenire poſſe; ſciamus quoque multos eſſe, & pro tempore fore maiore Spiritus Sancti gratia afflatos, qui rigidiora ſeruare volunt, & poſſunt, & eſſe in ſeruanda Religione ſeueriores; Volumus, vt qualibet Prouincia, ſeù Congregatio noſtri Sacri Ordinis definire ſibi aliqua particularia ſtatuta poſſit, quæ tamen nullius ſint valoris, ſi per Priorem Generalem fuerint infirmata &c.* & P. Thadæus Peruſinus Generalis in *d. epiſt. præuia ad Conſtit.* hoc idem in Capitulo generali de 1575. refert decretum: *Si quæ verò Prouincia præter ea, quæ in Conſtitutionibus reformatis explicabuntur, alias velit ſanctiones habere, quæ magis ad regularis vitæ obſeruantiam, & carnis mortificationem facere videantur, modò prædictis Conſtitutionibus non aduerſentur, & à R. P. Generali approbata ſint, non prohibemus, imò admittimus, & magis, ac magis admittimus*. Et ſi hoc permittitur ab Ordinis Conſtitutionibus, quomodò ſuis particularibus, arctioribuſque ſtatutis Ordinis Conſtitutionibus aduerſari PP. Excalceatos prætendit Carolus Moreau? Forſan, quia requiritur P. Generalis approbatio? En & ipſa; nempè Reuerendiſſimi Alexandri Senenſis, qui Conſtitutiones Excalceatorum Italiæ cum hac arctitudine vitæ, nudipedio, & alijs differentijs à Calceatorum Conſtitutionibus antè Superintendentis deputationem ſub hac forma ex Originali in noſtro Archiuio Romano deſumpta approbauit. *Nos F. Alexander Senen. Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Prior Generalis licet indignus. Retroſcriptas Conſtitutiones, Decretaque omnia, ac ſtatuta tamquam Diuinò atque inflammante Spiritu ſancita, rectaque, ac ſalutaria, & pro conſeruatione, ac decore Congregationis, & ſalute omninò neceſſaria, harum vi, & noſtri Officij auctoritate confirmamus, & comprobamus;*

mus; Præcipientes ſub pœna priuationis officij ipſo facto incurrenda, ſubque alijs grauiſſimis pœnis noſtro arbitrio reſeruatis, vt nullus cuiuſcumque conditionis exiſtat, nec quidquam prorſus illis addere, neque minuere audeat, aut vllo pacto præſumat. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Dat. Arimini die 30. Ianuarij. 1599. officij noſtri affixo ſigillo. F. Alexander Senenſis Gen. indign. Addita ſunt tamen nonnulla, quæ à P. Generali non ſunt approbata, ſed à Sede Apoſtolica, & in forma, ad quam ſubindè redactę ſunt, & modo habent, confirmatę fuerunt; quę Apoſtolica confirmatio P. Generalis approbatione ſine comparatione validior. Deponat ergò ſcrupulum Moreau, nec Patribus Excalceatis ob Conſtitutionum diuerſitatem Reformatorũ titulum contendat.

DVBIVM XIII.

An votum non ambiendi Patrum Excalceatorum Italiæ repugnet Reformationi.

452 ET hoc obiecto Reformationem profligare conatur *eod. cap. 2.* aſſerens, hac noua voti ſpecie Auguſtinianum inſtitutum deprauari, cum ipſum nunquam auditum fuerit in Ordine. Quod dictum Congregationem Italiæ, in qua ſola præter tria conſueta quartum humilitatis, hoc eſt non ambiendi votum emittitur, directè tangit; inani tamen ictu; non enim deprauatur, ſed magis decoratur à tam excellenti virtute Ordo Auguſtinianus.

Non nego huiuſmodi votum non ambiendi, ſeù non procurandi nec intrà, nec extrà dignitates, aut Prælaturas fuiſſe antecedenter inuſitatum in Ordine; & in Regula explicitè non contineri. Puto nihilominus virtutem hanc humilitatis in quacumque Regula implicitè includi, cum ambitio à Regula quacumque ex ipſa natura Regulę, quæ perfectionis ſtatum reſpicit, intelligatur ſaltem implicitè, & virtualiter prohibita: ſpecialiter verò à Regula S. P. Auguſtini, vbi humilitas eo modo commendatur, quo paupertas, quæ vnum eſt ex votis ſubſtantialibus; ſic enim ibi: *Nec erigant ceruicem, quia ſociantur eis, ad quos foris accedere non audebant: ſed ſurſum cor habeant, & terrena vana non quærant, ne incipiant monaſteria diuitibus eſſe vtilia non pauperibus: ſi diuites illic humiliantur, & pauperes illic inflantur.* Et poſt aliqua: *Nec extollantur, ſi communi vitæ aliquid de ſuis facultatibus contulerunt; nec de ſuis diuitijs magis ſuperbiant, qui eás ipſi in monaſterio partiuntur, quam ſi eis in ſæculo fruerentur. Alia quipè quæcumque iniquitas in malis operibus exercetur, vt fiant; ſuperbia verò etiam bonis operibus inſidiatur, vt pereant.* Quod vtique potiſſimè verificatur in ea ſuperbiæ ſpecie, quæ hunc Prælationum ambitum includit; ſicut è contrà humilitas in earum fuga magis elucèſcit. Rurſus ibi de Superiore dum agit, ſic habet S. Pater: *ſemper cogitans Deo ſe pro vobis redditurum eſſe rationem; Vndè & vos magis ipſius miſeremini, qui inter vos quanto in loco ſuperiori, tanto in periculo maiori verſatur.* Vndè cum Prælatio ſit res ſpiritualis periculi plena, eo modo, quo virtutis eſt eam oblatam renuntiare, virtutis & erit eam non ambire, nec procurare. Ex quibus omnibus indirectè ſaltem, & virtualiter ad Regulæ perfectionem ſpectare, vel conducere dignoſcitur huiuſmodi Prælationes non procurare.

453 Ità ſentit Pellizar. *tom. 1. tract. 4. cap. 5. num. 480.* vbi hæc verba examinans: *Et hoc ſecundum Regulam S. P. N. Auguſtini, & iuxtà ſeriem noſtrarum Conſtitutionum.* quibus in profeſſionibus noſtris hoc humilitatis votum emittitur, ſic contra Bordonum reſoluit: *At diſſentit Bordonus tom. 2. reſol. 92. num. 30. dicens præfata verba referri ſolum ad tria vota ordinaria Religioſis: non autem ad votum hoc humilitatis, cum de eo non agatur in Regula S. Auguſtini. Verum poſſumus dicere ad hoc, vt verificentur de præfato voto* humilitatis *verba illa*: Et hoc ſecundum Regulam S. P. N. Auguſtini, *ſufficere, quod in dicta Regula commendetur humilitas: non item quod expreſsè de voto illo agatur: conſtat autem in Regula S. Auguſtini enixè commendari humilitatem, dum cap. 3. dicitur: Nec extollantur &c.* Adhæret Angelus Piſtachi Caſtellus. *de vot. tract. 8. cap. 9. num. 2.* dum quærens quomodò hoc noſtrum votum humilitatis ſit iuxtà Regulam, reſpondet: *Quamuis in Regula D. Auguſtini hoc votum expreſſis verbis non præcipiatur, ità ibi enixè, & magno cum conatu commendatur humilitas; & conſequenter tacitè, & implicitè in ea comprehenditur prohibitio ambiendi, & procurandi Prælaturas, & dignitates, & neque acceptandi illas, quæ ſunt extrà Religionem, niſi ex præcepto; & ideò hoc votum humilitatis votum vocatur.* Adeoque ſi ex dictis *dub. 2. quodlib. præced.* poſſunt à Capitulis generalibus pro regulari obſeruantia reparanda, ſeù reformanda arctiora ſtatuta formari, & pro obſeruantia eorum, quæ directè, vel indirectè in Regula continentur, ſtrictiora præcipi; quomodò contra Reformationis rationem erit ad hanc humilitatis perfectionem, non procurandi inquam Prælationes, quæ per ſuprapoſitos DD. in S. Auguſtini Regula implicitè continetur, voto ſe adſtringere?

454 Deindè Clem. VIII. *Conſtit. 114.* apud Laert. Cherub. incip. *Quoniam nemo.* ſub. 1 *Decemb. 1604. §. 2.* habet: *Cum itaque ſicut accepimus quidam in Ordine Eremitarum S. Auguſtini profeſſionis, & Regulæ, quam profeſſi ſunt penitus immemores nimiaque dignitatum, & Officiorum Eccleſiaſticorum in dicta Religione conſequendorum ambitione ducti, pro ijs conſequendis Eccleſiaſticorum, & ſæcularium Principum ſtudia requirant &c. Nos malum hoc &c. eos omnes, & ſingulos Fratres dicti Ordinis, & Religionis &c. qui de cætero ad Prælaturas, gradus, honores &c. ad Principum, & Prælatorum &c. fauores recurrerint; vel etiam pactis, pollicitationibus, aliiſque vijs directè, vel indirectè &c. obtinere quæſierint &c. inhabiles declaramus &c.* Et in virtute S. Obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna præcipit Superio-

Digitized by Google

rioribus, ne huiuſmodi fauoribus adducti, ad cuiuſuis generis Prælaturas, gradus, honores, & officia quemlibet promoueant. Quod idem præcipit, & prohibet Paulus V. in *Conſtit.* 84. apud eumd. Cherub. incip. *Admonemur*, die. 4. *Iulij*. 1608. Quas Conſtitutiones ad tollendũ ambitum, vtpotè obſeruantiæ regulari perniciosum, factas dicit Lezana *tom.* 1. *cap.* 10. *nu.* 17. ſicut de alijs conſimilibus pro alijs Ordinibus Tamburin. *de Iur. Abb. tom.* 1. *diſp.* 10. *q.* 1. *num.* 11. & Paſſerin. *de Elect. canon. cap.* 5. *nu.* 1. In quibus ea verba veniunt conſideranda: *Quidam in Ordine Eremitarum S. Auguſtini profeſſionis, & Regulæ immemores*. Ergò ambire, hoc eſt procurare non ſolum exteris fauoribus, ſed etiam pactis, & pollicitationibus, alijſque vijs directè, vel indirectè Prælationes, eſt contra S. Auguſtini Regulam. Ergò eas non procurare eſt iuxtà Regulam. Quod adhuc confimatur ex ſententia DD. aſſerentium Summum Pontificem non poſſe præcipere ſuprà Regulam; quo ſequitur, dum à Clemente VIII. prohibetur, ad Regulam ſpectare huiuſmodi non ambitum. Ergò votum nec directè, nec indirectè procurandi Prælaturas Reformationi non repugnat.

455 Et ſanè, cum per D. Bernardum *ſerm.* 6. *in pſal.* Ambitio ſit *ſecretum venenum, peſtis occulta, doli artifex, virtutum ærugo, & tinea ſanctitatis*, & Peſtis Religionum appelletur ex *cap. quorundam. de elect. in* 6. à Tamburin. *ibid. nu.* 2. & ideò à Sacris Canonibus ſemper reprobata, vt non ſolum prohibeatur eligi ad Prælaturam, qui de illa ſuſpectus eſt. *cap. diſplicet.* 23. *q.* 4. & *cap. in ſcripturis.* 8. *q.* 1. ſed etiam cautum ſit, ne valeat electio eius, qui ante ipſam ſuum eidem præbet aſſenſum. *cap. poſt petitam. de electione*. Item ſi facta fuerit adhibito prius colloquio cum eligendo, vel cum amicis eius *cap. per inquiſitionem. tit. eod.* Cumque Religiones propter ambitum relaxentur; quin deſtruantur. Sanchez *lib.* 6. *in præcept. cap.* 18. *num.* 16. Lezan. *de Reformat. cap.* 13. nec melius reformari valeant, quam per omnimodam ambitionis relegationem. Pellizar. *dict. tom.* 1. *tract.* 1. *cap.* 5. *nu.* 18. tantum abeſt, quod hoc humilitatis, ſeù non ambiendi votum Reformationi repugnet; quin potius illam fouere dignoſcitur.

456 Vrgeo magis. Quia Reformatio non tantum priſtinam Regulę obſeruantiam dicit, ſed etiam Decretorum à S. Sede ſuper Regularium Reformatione emanatorum obſeruantiã includit: immò neceſſariò cõplecti debet, cum ſint edita pro Reformatione, vt cum Lezana, & Em. Laurea vidimus *num.* 343. Inter ipſa autem decreta Clementis VIII. pro Reformatione Regularium vnum eſt directè contrà ambitionem, vt ex eius intentione conſtat *ibi* §. 35. *Vt omnis officiorum ambitus occaſio tollatur*; quo ſub pænis ibi ſtatutis Regulares omnes iubentur cauere *à directa vel indirecta vocũ, ſeù ſuffragiorum procuratione tam pro ſe ipſis, quam pro alijs, tum in Capitulis locorum, tum in cæteris, præſertim generalibus Capitulis, aut Congregationibus, ſeù alibi*. Ergò votum, quod neq; directè, neque indirectè procurandi Prælationes emittunt Patres Excalceati non ſolum non obſtat, ſed Reformationi valdè congruit, vtpotè decretis de Reformatione conforme.

457 Et roboratur, quia Patres Carmelitæ Excalceati idem votum emittunt. Pellizzar. *d. tom.* 1. *tract.* 4. *cap.* 5. *num.* 369. nec propterea ceſſant eſſe veri Reformati Ordinis Carmelitarum. Quin Patres Excalceati Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captiuorum, quorum Congregatio à Clem. VIII. pro Ordinis Reformatione erecta fuerat die 20. *Auguſti* 1599. vt ex eius, *Ad Militantis*, apud Cherub. *Conſtit.* 62. iuſſu Pauli V. in *Conſtit.* 61. apud eumd. incip. *Quæ piè, & ſanctè* ſub. 10. *Febr.* 1610. conſimile humilitatis votum, non procurandi ſcilicet neque directè, neque indirectè per ſe, vel per alios, neque intrà, neque extrà Congregationem aliquam Prælationem, emittere tenentur. Pellizzar. *d. cap.* 5. *num.* 500. Tamburin. *de Iur. Abb. tom.* 2. *diſp.* 24. *q.* 4. *num.* 75. *in fin.* Quod certè à Summo Pontifice demandatum non fuiſſet, ſi Reformationi obſtaret: quin ideò hoc iuſſit, quia ad Reformationis conſeruationem opportunum iudicauit.

458 Parum ergò refert, quod in Ordine Eremitarum nouum ſit huiuſmodi votum, vt Patribus Excalceatis, qui illud emittunt, Reformationis titulus auferatur; licet enim in Regula non præcipiatur huiuſmodi votum; & in Ordine Eremitano fuerit hucuſque inauditum, cum tamen ex iam præmiſſis ſit de natura concernente Regulam, & Ordinum reformationem, & experientia docente compertum ſit difficilimè poſſe hunc ambitum aboleri, eo modo, quo poſſunt Capitula generalia, & Summi Pontifices ſub peccato mortali, & excommunicationis pæna huiuſmodi ambitum prohibere, & ad eumdem finem ſtrictiora pręcipere; ità potuerunt Patres Excalceati ad illum præcauendum, ſe arctius mediante voto obligare; quià hoc pacto non eſt ſimpliciter ſupra Regulam, ſed potius illi conforme, cum magis conducat ad humilitatem in Regula commendatam, regularemque obſeruantiam perennandam. Et ad confirmationẽ: Sufficit, quod Patres Excalceati obſeruent id, ad quod tenentur & Patres Calceati, licet ſtrictiore vinculo ad illud idem ſe magis adſtringant; qui enim plus facit non videtur facere contrà, vt ex *ff. de ſer. verb. præd. ſi Arborem*. Gloſſ. *in cap. Quià propter. de elect. verb. ſanior*.

DVBIVM XIV.

An Patres Excalceati ſint veri Filij S. Auguſtini?

459 CONcordant in hac Auguſtini glorioſa Filiatione Patribus Excalceatis deneganda Alphonſus Falcumbellus Congregationis Lombardiæ, & Carolus Moreau. Ille in

De-

Defenſ. ſuper Corrigiarum benedictione,& diſtributione à *num.1. & ſeq.* Iſte *loc. ſupr. cap.13.* Ille ratione diſſimilitudinis in natura ſpecifica ad filiationem requiſita,cum Patres Excalceati differant in habitus forma, nudipedio,& Conſtitutionibus. Iſte (præter iam vſque modo in præcedentibus dubijs reſoluta) ratione exemptionis huius Congregationis ab Ordine, quæ, cum repugnet Auguſtinianis, filiationem auertit. Leuiſſima tamen omnia.

460 Et quoad Falcumbellum primò, quia cum per adductas differentias habitus, & nudipedij aſſimilentur PP. Excalceati Auguſtino, potius indè eorum eluceſcit filiatio. Et quoad Conſtitutiones, & ſi iam ſatisfactum abundè *quodlib. 2. dub. 2.* & hic *dub. 12.* hoc ad hominē contrà ipſum vtor argumento. Patres Congregationis Lombardiæ Conſtitutiones diuerſas à Conſtitutionibus Ordinis habent, adeoùt in Inſtrumento concordiæ cum P. Generali Ordinis declarauerint, & proteſtati fuerint; quod licet accipient Conſtitutiones Reuerendiſſimi Generalis, nihilominus viuere volunt, & intendunt ſecundum Conſtitutiones antiquas dictæ Congregationis. Ità in *d. Inſtrumento* §.1. in Bullar. Empol. *pag.219.* & latè probat Michael Angelus Chinellus in ſuo *Scrutinio, & clypeo cap.9.* Peto modò à Falcumbello, an ſuæ Congregationis Religioſi ſint veri S. Auguſtini Filij? Et ſi non obſtante Conſtitutionum diuerſitate tales ſunt, quarè non Patres Excalceati, licet diuerſis Conſtitutionibus obſtricti? Certè reſponſione caret argumentum.

461 Quo verò ad Carolū Moreau, quam leue ſit ab exeptione argumentū apparet in Patribus Carmelitis Excalceatis, in Reformatis Ordinis SS. Trinitatis, atque Capucinis, & alijs, qui per exemptionem totalem a non Reformatis non ceſſant eſſe eiuſdē Ordinis, & ſunt veri eorumdem Legiſlatorum filij. Et magis ad rem in Congregationibus S. Guilelmi, & B. Io. Boni, quæ verè erant Ordinis Auguſtiniani, & veræ Auguſtini proles, & ſi, vt *num.443.* dictum eſt, ab Ordinis Superioribus omninò independentes. Nullum ergò Patribus Excalceatis ab exemptione præiudicium.

462 Quod autem tales reuera ſint, ſatis patet ex iam probatis de eorumdem PP. Excalceatorum inſtitutione,& pro Ordinis reformatione per Patres ipſos Calceatos Capitulorum prouincialis, & generalis decreto ſtatuta, & executioni mandata. Clarè enim hęc probant eos verè Auguſtinianos, & Auguſtini filios, cum filij illi ſint alicuius Legiſlatoris, qui vna cum certa, legitimaque ſucceſſione, ac eiuſdem Regulæ obſeruantia ipſum Patrem imitando, ſimilitudinem ad filiationem requiſitam præſeferunt. Facit etiam, quod in profeſſione promittunt obedientiam, & cætera vota Deo, & B.P. Auguſtino,& Superioribus iuxtà eiuſdem S.P. Auguſtini Regulam; quo profitendi modo vnitas cum eodem Parente Auguſtino, & conſequenter vera filiatio indicatur; hæc enim promiſſio illi fit tamquam Patri,& Inſtitutori, vt benè Suarez *tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 2. cap. 9. num. 27.* ad differentiam aliorum ſub S. Auguſtini Regula militantium v. g. Prædicatorum, qui Deo, & B. Dominico promittunt &c.

463 Hinc eſt, quod pluries contrà irrationabilitèr denegantes etiam à S. Sede fuerit hęc Patribus Excalceatis glorioſa filiatio, & ſub excommunicationis maioris pæna adiudicata. Primò de mandato Pauli V. à Cardinale Sàulio totius Ordinis Protectore ſua definitiua ſententia, prout infrà *num.492.* Et de qua Barboſ. in *collect. deciſ. Apoſt. collect. 326. nu.3.* Nouarr. *Lucern. Regul. verb. Eremita. n* 10. Lezana *tom.2. verb. Confraternitas. n.39. & verb. Reformati. n.9.* Deindè ab Vrbano VIII. 1628. in, *Ex iniuncti Nobis* ſub die 21. *Iuly* apud Mauritium à Matre Dei in *Sacr. Erem. pag.215.* ibi: *Præterea, ne quis &c. ſine nomen Diſcalceatorum Reformatorum S. Auguſtini verbo, vel ſcripto temerè negare audeat, ſeu præſumat ſub excommunicationis pæna interdicimus, & prohibemus &c.* & in altera, *Diuinæ Maieſtatis.* ſub 19. *Auguſti* 1641. apud eumdem *pag.222.* ibi, *Ne quis, niſi præfatæ Congregationis membrum actualiter exiſtat &c. ſinè nomen Diſcalceatorum Reformatorum S. Auguſtini ſibi arrogare, aut prædictam Congregationem eſſe Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, verbo, vel ſcripto temerè negare audeat, ſeù præſumat, ſub Excommunicationis pæna auctoritate eadem interdicimus, & prohibemus.* Iterum à S. Congregatione negotijs, & Conſultationibus Epiſc. & Regul. præpoſita duplici decreto, primò ſub die 1. *Septembris* 1645. & 11. *Auguſti* 1651. de quibus Lezana. *d. verb. Confraternitas. n.37. & 38.* & *d. verb. Reformati. num.8.* huius tenoris. *Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium negotijs, & conſultationibus Epiſcoporū, & Regularium præpoſita. Ad compeſcendam nimiam eorum licentiam, qui contrà declarationem aliàs ab hac S. Congregatione latā ſub die 1. Septembr. 1645. auſi fuerint deinceps aſſerere Fratres Diſcalceatos S. Auguſtini non eſſe veros eiuſdem S. Patris filios, nec eos, eorumque Congregationes gaudere omnibus priuilegijs, quibus Calceati, eorumque Religio gaudent, Eminentiſſimo Carpineo referente, ſupradictam declarationem etiam quoad Fratres Congregationis Hiſpanicæ renouans, & confirmans, pænam Excommunicationis maioris S. Sedi Apoſtolicæ reſeruatæ contrauentoribus impoſuit &c. Dat. Romæ 11. Auguſti. 1651. M. Card. Ginettus. M. Albericius Secr. Loc. ✠ ſigill.* Quæ Decreta motu proprio confirmauit Clemens X. in, *Cum ſicut accepimus.* 3. Maij 1674. vt in noſtris litteris Apoſtol. *litt.21.*

464 Nouit hæc & Moreau; & nihilominus ſubdit, timidæ Excalceatorum cauſæ argumentum eſſe huiuſmodi Decreta, nec eiſdem opus fuiſſe, vt Fideles ipſis Auguſtinianorum nomen imponere cogerentur, ſi tales fuiſſent, ſi natiua Patris imitatio hoc eis contuliſſet; quaſi tales vocentur Excalceati, non reuera tales ex origine, ſed quia tali nomine iuſſi nuncupari. An rectè tamen id intulerit, iudicet Lector, quandoquidem huiuſmodi Decreta nullo modo, quod tales vocemur determinant, ſeù

non

non concedunt, ſed vt natura tales, vt nullus negare audeat præcipiunt, & declarando definiunt; vt in ſimili Caramuel. *tom.2. Theol. Regul. nu.2282.* & de ipſis PP. Calceatis Cellotius *ſupr. num.264.* Et patet ex verbis ipſis S. Congregationis, *qui contrà declarationem &c. ſupradictam declarationem &c.* cum declarationis natura ſit nihil de nouo concedere *l. hæredes palam. §. quid. ff. de teſtam. l. adeò. §. videtur. ff. de acquirend. rer. domin.* Clemen. *Exiuit. §. harum declarationum de verbor. ſignificat.* Oldrad. *conſ.224. nu.20. verſ. nec verbum declaramus*: Sed quod eſt in ſe tale clarius explicare. Dec. *in l. edita nu.47. C. de edendò.* Paſif. *conſ.65. nu.5. & 6. vol.1.* Ruin. *conſ.225. n.6. vol.1.* Et ſic non ideò Auguſtiniani, & veri S. Auguſtini filij ſunt Patres Excalceati, quià tales declarati, & multò minus quia iuſſi tales appellari: Sed ideò declarati tales, & iuſſi dici, quia tales reuerà. A quo tantū abeſt, quod timida Excalceatorum cauſa ſit iudicanda: quin potius indè pro ea iuſtitiam ſtare appareat, cum Eccleſiæ iudicium ad ſui fauorem habuerit, ni velit dicere Moreau, debiles & fuiſſe Eccleſiæ in rebus fidei cauſas, quià contrà impugnantes hæreticos Excommunicationis item ſententia proceſſit.

DVBIVM XV.

An hoc denegantes cenſuris reuera ligentur.

465 SVB Excommunicationis pæna denegare PP. Excalceatos eſſe veros S.P. Auguſtini filios à Cardinale Saulio de Pauli V. mandato, à S. Cardinalium Congregatione, & Summis Pontificibus prohibitum vidimus *dub. præced.* Qualis de biſce cenſuris Moreau ſenſus ſit, aperiamus. *Quartò* (ſic ſcribit ipſe *eodem cap.13.*) *ex omnium Summiſtarum, & Theologorum communi doctrina conſtat, ſententiam Excommunicationis abſque fundamento peccati mortalis latam ipſo iure caſſam, & irritam eſſe. Et quis credat communione fidelium, participatione Sacramentorum, eccleſiaſtica ſepultura, æternaque gloria priuandum, qui Excalceatos veros Auguſtinianos eſſe, verbo, vel ſcripto negauerit? Quis ſalutem hominum ex tam leui, & parum ad Eccleſiæ gubernationem ſpectante propoſitione cenſuerit? Dic quæſo, cum hæc cenſura peccatum mortale neceſſariò ſupponat, fragilitati, an ignorantiæ, an malitiæ deputabitur, ſi quis dixerit, Fratres Excalceatos non eſſe veros Auguſtinianos? Cuius tandem præcepti Decalogi præuaricator exiſtam, qui tantæ pænæ reus, vt noxæ ad ſummū Tribunal Pontificis appellabor?* Iſte eſt Moreau de Pontificia Excommunicatione ſenſus, ne dicam cēſura. Quid proindè dicendum? Viderint, ad quos ſpectat.

466 Simili cēſura probibuit Gregorius XIII. in, *Aſcendente Domino* 8. Kal. Octob. 1584. ne quis negaret RR. PP. Societatis Ieſu, veros eſſe Religioſos, quam in *Eccleſiæ Catholicæ*. de 1591. confirmauit Gregorius XIV. Et magis ad rem noſtram, cum apud aliquos in dubium veniſſet, an Patres Capucini eſſent verè Fratres Minores, & filij S. Franciſci (cum eius tempore non fuiſſent instituti) &, an eorum conſtitutiones eſſent conſentaneæ Regulæ ipſius S. Franciſci, Paulus V. in, *Eccleſiæ militantis regimini.* die 15. *Octob.* 1608. vtrumque declarauit, & in contradictores ſimiles cenſuras pronuntiauit. Quià pariter, licet temerè ab aliquibus prætendebatur, Reformatos Diſcalceatos Ordinis B. M. de Carmelo non eſſe veros Carmelitas, neq; vnum ex quatuor Ordinibus Mendicantibus, Clemens VIII. in, *Romanum Pontificem decet &c.* re in fauorem Diſcalceatorum definita, eos, qui contradicere præſumerent anathematis vinculo innodauit. De harum omnium Excommunicationum validitate non eſt, qui dubitet. Solus Moreau conſimilem contrà denegantes Patribus Excalceatis Auguſtinianam filiationem promulgatam cenſuram irridet!

467 Verum eſt, non poſſe niſi propter peccatum mortale Excommunicationem maiorem inferri. *Cap. Seruetur. Cap. Nemo Epiſcoporum. Cap. Nullus. 11. q.3. Cap. Sacro. de ſenten. Excommun. & cap. Romana eod. tit. in 6.* & communiter DD. quod concedo tam de Excommunicatione pro peccato de præterito, quam de comminatoria, & de futuro Suarez *tom.5. in 3. p. diſp.18. ſect.3. nu.10.* At negare, quod Patres Excalceati ſint Auguſtiniani, & veri S. Auguſtini filij, quod idem eſt, ac eos vilipendere, & vt ab alijs contemnantur, diffamare, videbitur ne Moreau leuis iniuria? Non hoc dicat quæſo. Sed dato, quod in ſe leuis materia ſit, non ſit peccatum mortale, neſcit ipſe forſan, quod peccatum in ſe leue ingraueſcit, & ſit mortale ex circumſtantijs per Coninch. *diſp.13. dub.8. concl.2.* Caſtropal. *tom.6. de cenſur. diſp.1. punct.7. num.2.* & DD. communiter? Et quæ maior pro huius rei grauitate circumſtantia, quam ſcandalum ſæcularium, contemptus Excalceatorum, inquietudines, rixæ, & diſcordiæ, quę inter vtriuſque familiæ Religioſos oriri poſſunt? An ignorat hoc, quod Gregorius de Valentia *tom.2. diſp.7. q.5. punct.6. §.3.* ſcripſit: *Arbitror nonnullos decipi, qui putant Prælatos Eccleſiaſticos non poſſe quantumcumque velint obligare ſub peccato mortali ſubditos, vt ſeruent v.g. hoc, vel illo tempore ſilentium, vel aliquid faciant, quod ex ſuo genere non ſit magni momenti; Fieri enim poteſt, vt circumſtantia aliqua addat eiuſmodi materijs grauitatem*; & deducitur ex Caietano in *ſumm. verb. præceptum*; tenentque Suarez *loc. dict. nu.16.* Caſtropal. *tom.1. tract.2. diſp.2. punct.7. nu.4.* vbi, & ſub mortali ingreſſum in aliorum cellas Religioſis poſſe prohiberi? An ignorat in huiuſmodi Summi Pontificis Excommunicationibus præceptum includi, vt clarè Syluest. *verb. Excommunicatio nu.11.* Tabien. *verb. eod.1. q.3.* & quando à Superiore vel præcipitur aliquid ſub maiori cenſura, eo ipſo illud præcipi, vel prohiberi ſub mortali, quamuis ſecundum ſe ſit indifferens, & non mortale; & conſtitui materiam peccati mortalis, per ordinem ſcilicet ad finem à Superiore intentum, prout cum Soto *in 4. diſt.22. q.1. art.3. corollar.1.* Vaſquez *tract.1. de Excommunic. dub.12. n.3.* Coninch. *diſp.13. dub.8. num.70.* Filliuc.

*tract.*12. r.1. *quæſit.*8. *n.*3. Sayro *lib.*1. *cap.*9. *n.*5. docent Bonacina de cenſur. *diſp.*1, *q.*1, *punct.*3. *propoſit.* 3. de Peyrin. *de offic. Prælat. regul. q.* 3. *cap.*4. *n.*11. & adhuc dicetur à *nn.*994. *& ſeq.* ?

468 Quamuis ergò in ſe leue quid eſſet dicere, quod Patres Excalceati non ſint veri filij S. Auguſtini; nihilominus eo ipſo, quod Summus Pontifex ſub Excommunicatione maiore id inhibuerit, quæ præceptum includit, & eo fine, vt Patres Excalceati à calumniantiũ iniuria præſeruarentur, eſt ſub peccato mortali prohibitum. *Dum enim, quod erat in ſe veniale, prohibetur, non manet* (vt verbis Suarij *d. nu.*16. vtar) *veniale ſuppoſita tali, & tam releuante circumſtantia, & prohibitione; quo fit, vt cenſura non cadat in illum actum, niſi vt ſic prohibitum; hoc eſt formaliter in peccatum mortale; & conſequenter cenſuræ, ſiue Excommunicationi ſine dubio ſubiectum.* Etſi vult tandem ſcire, cuius præcepti Decalogi prçuaricator, ſi hoc dixerit, exiſtet? Illius reſpondeo, quod reſpicit mendacium, quod detractio, quod inobedientia; horum enim omnium reus eſt; ne dicam in hoc falſum proferri teſtimonium, & furtum committi, dum falſa de Excalceatis profert, & quod ipſorum eſt, ab eis aufert.

469 Subterfugium verò aliud quo ad hanc Excommunicationis cenſuram infirmandam vtitur, nempè fuiſſe ſubreptitiè extortam, nullius ſanè momenti eſt. Quo enim ad Vrbani VIII. incipien. *Ex iniuncti Nobis.* perquam primò hæc eſt cenſura comminata ſciente P. Generali prodijt, vt ibi ex narratione: *Exponi ſiquidem Nobis fecerunt dilecti filij Prior Generalis totius Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, nec non Fratres Reformati Diſcalceati*, apud Mauritium à Matre Dei *lib.*1. *cap.*4. §.5. Quo verò ad Decreta, conſtat ea præcedente cauſæ cognitione emanaſſe; in Sauliano ſiquidem habetur: *Ipſam verò S. Congregationem omnibus pariter perbenignè auditis, inſpectiſque diligenter &c.* & in alijs S. Congregationis *Eminentiſs. Carpineo referente &c.* quibus materia à S. Congregatione benè digeſta percipitur: maximè cum ſecundi Decreti de 1651. occaſionem præbuerit eiuſdem Moreau liber, cui titulus *Vindiciæ Quadripartitæ*; in quo, cum altero ſub anno 1645. Decreto parui facto, iterum PP. Excalceatos S. Auguſtini filios eſſe negauerit, fuit propterea ab eadem S. Congregatione Romam accitus; quibus cum partis notitia in iudicio actitatis, omnis ſubreptionis ſuſpicio remouetur.

DVBIVM XVI.

An per hoc PP. Calceati non ſint veri filij S. Auguſtini.

470 ET hoc eodem *cap.*13. ſequi prætendit idem Moreau dicens: *Si veri poſt hac Auguſtiniani nominandi ſunt Patres Excalceati, cum vna ſit, & indiuiſa veritas, & impartibilis eius ſubſtantia, alij omnes à duodecim ſæculis Eremitæ, omneſque Congregationes dicti Ordinis falsò Auguſtiniani nominis titulo abuſi ſunt; at per conſequens omnes Summi Pontifices, qui eos veros Auguſtini filios cenſuerunt, hallucinati ſunt;* nempè Martinus V. & Ioannes XXII. quos ego ipſe ſuprà *quodlib.* 4. *dub.*10. adduxi. Non eſt tamen hęc viri ſapientis illatio. Sunt veri S. Auguſtini filij PP. Excalceati; ergò non veri PP. Calceati. Si quis aſſereret de Titio, quod ſit Sempronij verus filius, negaret ne, quod & verus eius filius ſit Neſtorius, qui pariter eſt ab eo legitimè genitus?

471 Dupliciter ergò accipitur hæc veri filij denominatio, & affirmatiuè ad verificandam filiationem reſpectu eius, de quo enuntiatur, præſcindendo ab eo, quod & alteri competat; & negatiuè, ad indicandum illi tantum conuenire, & non alteri. Quandò ergò dicitur PP. Excalceatos eſſe S. P. Auguſtini veros filios, non attenditur hæc denominatio negatiuè, quaſi negetur tales eſſe Patres Calceatos; ſed affirmatiuè, hoc eſt ad indicandum Patres Excalceatos tales reuerà eſſe, nullo modo eamdem filiationem ab illis auferendo. Et quod ità ſentiam patet ex dictis *quodlib. præced. dub.* maximè. 9. & 10. vbi de Patrum Calceatorum Ordine loquens oſtendi, non incæpiſſe in vnione per Alexandrum IV. facta; nec per eam ſubſtantialiter mutatum, ſed eſſe quoad ſubſtantiam eumdem, quem S. P. inſtituit, quibus eorum vera S. Auguſtini filiatio demonſtratur: dixi quoad ſubſtantiam, quia habitus, & Calceaturæ differentias, quæ inter ipſos & Excalceatos obſeruantur, accidentales eſſe ſuſtineo, quæ filiationi non præiudicant. Sunt ergò ipſi tales, confiteor libentiſſimè: Sed nec ipſi eamdem Excalceatis denegent filiationem, cum maior obſeruantia non eis debeat nocere.

472 Occurrit hic, quod in hac materia contra totum Eremitarum Ordinem ſcripſit Deſnos. In eodem ſui Canonici Sæcul., & Regul. *lib.*3. *cap.* 6. ſic habet: *Et ſi iure meritò Eraſmus in cenſura ad Regulam Auguſtini ſcripſerit, ſatis ineptum eſſe de tanti viri titulo, ideſt Clericatu, vel Monachatu contendere: magiſque ad rem pertinere de pietatis illius, & eruditionis æmulatione decertare, vt ij verè dicantur Auguſtini Alumni, qui virtutes proximè referunt: Attamen, cum grauiſſimum ſit non ferendum prorſus malum ijs, qui ſe filios credunt, chariſſimo orbari parente, & maximè iniurioſa res nothis, ac exteris poſthaberi: meritò Canonici Regulares Auguſtinum Parentem agnoſcentes, ipſumque eo titulo amore ſtrictiſſimo depereuntes pati omninò non poſſunt ſibi Monachos, & Ermicolas poſthumos velle ſubrogari, ipſiuſque primogenitos, præ illis vnicis filijs reputari.* Ex quibus tria habentur. Primò, penes ipſum nothos, & exteros eſſe Eremitani Ordinis Patres. Secundò, non debere, vt poſthumos, pro primogenitis haberi. Tertiò, Canonicos Regulares eſſe S. Auguſtini vnicos filios.

473 Ignoſcitur hic iniurię; & eadem modeſtia, qua de Sacro Canonicorum Regularium Ordine diſcurrit animus, loquatur, ſeù ſcribat

&

& caſamus. *Dub. 6. quodlib. 4.* oſtenſum eſt ſufficienter Canonicos Regulares à S.P. Auguſtino iam Epiſcopo inſtitutos, hoc eſt poſt iam genitum Eremitarum Ordinem; Vndè non eſt, quod ſe primogenitos extollant, neque vnicos filios iactent. Addo: Senſus multorum Summorum etiam Pontificum, vt *ibid.* vidimus, eſt Canonicorum Ordinem non incæpiſſe ab Auguſtino. Non ergò ab eo geniti. Quomodò ergò primogeniti? Rurſus; de Parente Auguſtino inter ſe diſſident Canonici Regulares, aliquibus eum Patrem, ſeù vt *ibid.* obſeruatum eſt, ſui Ordinis fundatorem denegantibus; Et ſi certi non ſunt de Parente Auguſtino, quomodo eius legitimi filij alijs excluſis haberi volunt? Non hoc inter Eremitas diſſidium, qui vno ore Auguſtinum Patrem agnoſcunt; adeòque nullum de eorum legitimitate dubium. Hoc pro religioſa ad verba Deſnos reſponſione. Ego tamen, ſicut ibidem Canonicos Regulares à S. P. Auguſtino contra ſenſum multorum id denegantium inſtitutos admiſi; ità tanti Patris veros legitimoſque filios eſſe ſentio, & affirmo. Letentur ergò & ipſi de tam glorioſa filiatione: ſed eamdem & Eremitis veris, primogenitis filijs non ſurripiant; & dum in fraternitatem ab Eremitis admittuntur, fraterna charitate ad inuicem, ſe diligant.

DVBIVM XVII.

An Excalceatorum Congregatio dici debeat Ordo, & Religio.

474 BReue Indulgentiarum, quæ tempore Capituli generalis Patrum Excalceatorum Italiæ eorum Eccleſias viſitantibus à S. Sede conceduntur, ſub hac forma expeditur. *Cum ſicut accepimus Capitulum generale Fratrum Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Excalceatorum nuncupatorum in Eccleſia Ieſu Mariæ Fratrum Ordinis huiuſmodi die Sabbati immediatè antecedent. quartam Dominicam ſubſequentem feſtum Paſchatis Reſurrectionis Dominicæ benedicente Domino celebrandum ſit &c.* ſcrupulum ingeſſit quibuſdam hæc *Ordinis* appellatio; vndè apud Eminentiſs. Protectores, & Prælatos non ſemel conqueſti. Sed certè immeritò: Quæ enim vniuerſalior, quam *Ordinis* denominatio? Cuilibet Congregationi ſpecialem viuendi modum habenti hoc *Ordinis* nomen cõpetit. Ioan. Bapt. Signius *de Ordin. ac ſtat. Canonic. lib. 1. cap. 1. pag. 4. verſ. agmen Deo.* Portell. *Dub. regul. verb. Tertiarij. num. 4.* ex Carfilo *lib. 3. Tertiariorum cap. 5.* Bordon. *reſol. 30. num. 39.* Hinc Congregationem B. Io. Boni *Ordinem* appellauit, & ſępè Innocentius IV. in Conſtit. *Admonet nos cura.* de 1252. Item Congregationem Brictinorum in incip. *Dilecti Filij Prior, &c.* ſub. 7. *Idus Decemb.* 1249. ſicut & Alexander IV. in, *Religioſam vitam.* 4. Idus April. 1255. & in altera, quæ eſt pro vnione, *Licet Catholicæ Eccleſiæ.* ſub. 5. *Idus April.* 1256. Congregationes tunc vnitas *Ordines* vocat §. 3. dicens *Præterea dudum à Nobis mandatum Apoſtolicum emanauit, vt de ſingulis domibus veſtris, quarum quædam S. Guilelmi, quædam S. Auguſtini Ordinum; nonnullæ autem Fratris Ioannis Boni, aliquæ verò de Fabali, aliæ verò de Brictinis.* & adhuc §. 7. *Vobiſcum ſuper diuerſarum profeſſionum, aut obſeruantiarum debito, quas anteà feceratis in prædictis, vel alijs Ordinibus &c.* hoc eſt in prædictis Ordinibus S. Guilelmi, Ioannis Boni, de Fabali, & de Brictinis. Quod repetit in alia *Inter alias ſollicitudines.* 4. Kal. April. 1257. vt videre eſt (ſicut & alias modò adductas Conſtitutiones) apud Empol. in *Bullar. Ordin.* Quod ex Volaterrano; & Ioann. Andrea probat & Marquez *de orig. Eremit. cap. 18. §. 11.* oſtendens Congregationes, quæ in vnionem conuenere, veros Ordines fuiſſe.

475 Hoc eodem titulo ſunt à Summis Pontificibus Diſcalceatorum Congregationes *Ordines* appellatæ. A Clem. VIII. Congregatio Italiæ in incip. *De Religioſorum.* 10. Iulij. 1599. *Te Ordinis Fratrum Diſcalceatorum, ſeu Reformatorum S. Auguſtini ſuperintendentem &c.* A Paulo V. in, *Cum ſicut accepimus.* 16. Iunij. 1705. *Te dicti Ordinis ſuperintendentem de nouo conſtituimus &c.* Ab Vrbano VIII. in, *Ad vberes.* 29. Auguſti. 1626. in litteris Apoſt. noſtræ Congregationis. *litt. 2. 5. & 9.* & omnes Summi Pontifices in litteris ad Cardinales Protectores pro præſidentia in Capitulis generalibus, vt infrà *num. 1224.* Item Congregatio Galliarum ab eodem Paulo V. in, *Splendor paternæ gloriæ.* 4. Auguſti 1610. & in alia incip. *Alias fælicis.* ſub die 4. Decemb. eiuſd. ann. apud Mauritium in *Sacr. Erem. pag. 181.* Et ità vocantur à Barboſ. *de Iur. Eccleſ. vniu. lib. 1. cap. 41. nu. 92. verſ. Eſt & alius Ordo Eremitarum Diſcalceatorum &c.* & à Bordon. *variar. reſol. part. 2. reſol. 86. num. 52.* & *in tract. de præcedent. Canonic. Lateran. cap. 3. num. 29.* Quarè dubitare an Excalceatorum Congregatio ſit Ordo, eſt teſte Bordono quæſtio de lana caprina; maximè cum per eumdẽ Bordonum *ibid. ex cap. Tuæ Fraternitatis. de Simon.* idem poſſit importare, quod Religio, ſed magis reſtrictè, in ſpecie quaſi ſubalterna.

476 Non negandum tamen per hoc Congregationem hanc eſſe veram Religionem; quin talem affirmo; cum enim Religio conſtituatur ex his quatuor per Bordon. *ibi. q. 7. num. 33.* & communiter DD. Regula, Superiore, Profeſſione, & habitu, omnia hæc in ipſa reperiuntur. Regula ſcilicet S. P. Auguſtini, & cum Conſtitutionibus à S. Sede approbatis. Profeſſio ſolemnis, vt vidimus *num. 403.* ab Eccleſia approbata; & habitus pariter approbatus primò à Clem. VIII. dum ab alijs, qui huius Congregationis membrum non eſſent, ne geſtaretur, prohibuit in *Paſtoralis Officij.* 25. Septembr. 1604. proùt *infrà num.* 581. & deindè à Paulo V. in Conſtitutionum confirmatione, in quibus habitus forma deſcribitur, vt *nu.* 580. Et Superior, qui licet Generalis non vocetur, gaudet omnibus, & ſingulis iuribus, prærogatiuis, præeminentijs, & facultatibus,

quibus Generales gaudent, & vtuntur; vt ſuo loco videbitur. Præterquamquod ad Religionem conſtituendam non eſt neceſſarius Generalis, vt benè Nauarr. *de Regul. conſ.* 15. *num.* 7. Suarez. *de Relig. tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 4. *in fin.* Bordon. *ibid. q.* 9. *num.* 49. & *de profeſſ. regul. cap.* 1. *num.* 193. ſed ſolus localis. Aliquis enim Ordo, vt idem *reſol.* 80. *q.* 13. *nu.* 21. probat, conſtituitur in eſſe Religionis per profeſſionem ſolemnem à Papa approbatam, ex *Cap. Cum ad monaſterium, & cap. final. de Religioſ. domib.* & Religiones antè exemptionem ab Epiſcopis licet Generales non haberent, *cap. in ſingul. de Stat. Monach.* vbi Panormit., & DD. Bordon. *de profeſſ. regul. d. cap.* 1. *q.* 27. *nu.* 139. erant veræ Religiones. Religionis ergò eſſet has de Ordinum, & Religionum nuncupationibus diſputationes tanquam inutiles, & pacis inimicas omittere.

DVBIVM XVIII.

An Congregatio Excalceatorum Italiæ ſit Ordo diſtinctus ab Ordine PP. Calceatorum.

477 DIſtinctionem aliquam huius Congregationis ab Ordine PP. Calceatorum ſanè inducere videtur erectio propriæ Crucis in Proceſſionibus (quam conceſſit Vrbanus VIII. in, *Cum ſicut accepimus*, die 1. *Octobr.* 1636. prout in dict. noſtris litteris Apoſtol. *litt.* 15.) ex Iacob. Pignatell. *tom.* 4. *Conſult. Canonic.* 19. *nu.* 1. Non enim conceduntur duæ Cruces eidem omninò Religioni; adeoùt, quando ſunt in aliqua Ciuitate duo eiuſdem Ordinis monaſteria, ſub vna Cruce ſoleant incedere; & licet vnum ex his ſit ratione fundationis poſterius aliarum Religionum Conuentibus, tamen ſub eadem antiquioris Conuentus Cruce incedens præcedit alios dictos Conuentus. Iul. Caponus. *diſcept. forenſ.* 198. *num.* 27. & 28. quia eo ipſo, quo congregatur ſub Cruce antiquioris Conuentus, cenſetur membrum illius, & vnum & idem monaſteriũ. Bordon. *Theatr. praeced. q.* 121. *nu.* 377. Ex quo à contrario ſequitur, quod vbi ſunt duæ Cruces, qui ſub illis incedunt, non vnius, & eiuſdẽ omninò Ordinis cenſeantur.

478 At quia hoc magni momenti non eſt, euidentiùs oſtenditur ex differentia Regularis diſciplinæ, & arctioris vitæ Excalceatorum, quæ tanta eſt, vt diuerſi Ordines cenſeantur. Lezana. *tom.* 1. *qq. Regul. cap.* 22. *nu.* 16. Fagnanus in *cap. Ad Apoſtolicam. de Regularib. nu.* 48. 49. & in terminis *num.* 51. & aſſentitur Em. de Luca in ſuo Religioſo practic. *cap.* 28. *num.* 10. quo fit, vt non detur tranſitus ab vno ad aliũ Ordinem; Excalceati ſiquidem ad Calceatos nequeunt tranſire ſine licentia Sedis Apoſtolicæ ex Clementis VIII. Conſtit. *Paſtoralis Officij* 25. Septemb. 1604. apud Laert. Cherub. *tom.* 3. *Bullar. inter Clem. VIII. Conſtit.* 111. & referunt Flauius Cherub. in *Compend. Bull. tom.* 3. *pag.* 36. Tamburin. *de Iur. Abb. tom.* 3. *diſp.* 7. *q.* 2. *nu.* 5. Lezana *tom.* 2. *verb. Tranſeuntes. nu.* 10. Aldan. in *campend. canon. reſol. lib.* 2. *tit.* 23. *num.* 8. Barboſ. de *Iur. Eccl. vniu. lib.* 1. *cap.* 41. *num.* 92. & *cap.* 42. *num.* 60. & *in Collect. deciſ. Apoſt. coll.* 706. *num.* 3. Bordon. *reſol.* 29. *num.* 36. Paſſerin. *de Stat. q.* 189. *art.* 8. *num.* 56. Nicolius in *floſcul. verb. Diſcalceati*. & Murga ad *Conſtit. Apoſtol. Conſtit.* 6. *num.* 127. Et Patres Calceati inter Reformatos recipi prohibentur ab eorumdem Excalceatorum Apoſtolicis Conſtitutionibus *p.* 2. *cap.* 1. *num.* 7. niſi Definitorij Capituli generalis, & ſeptem ex nouem Patrum conſenſus accedat. Si autem inter Ordines iſtos diſtinctio non eſſet; tranſitus ab vno ad alium promiſcuè daretur, vt *dict. num.* 51. obſeruat Fagnanus, eo modo, quo datur ab vno ad aliud monaſterium eiuſdem Ordinis *Cap. Nullus de elect. in.* 6. & Rota apud Farinac. *p.* 2. *recent. deciſ.* 115. *num.* 8. Caramuel. *Theolog. Regul. tom.* 1. *à num.* 384. & *ſeq.*

479 Accedit, quod Profeſſi inter Excalceatos tranſeuntes de licentia Papæ ad Calceatos teneantur poſt approbationis annum iterum profeſſionem emittere. Lezana *dict. cap.* 22. *num.* 16. & *tom.* 2. *d. verb. Tranſeuntes. num.* 13. Fagnan. *eod. num.* 48. 53. & *ſeq.* Bordon. *reſol.* 39. *q.* 17. *num.* 62. Antonius à Spiritu Sancto. *Director. Regul. tract.* 3. *diſp.* 6. *ſect.* 5. *num.* 760. non ea tantũ ratione, quia tenentur ad nouum probationis annum ex S. Congregationis Concil. Trid. Decreto ſub. 12. *Ianuarij.* 1619. vt refert Nicolius *loc. ſupr.* & non obſcurè reſoluit Sanchez *lib.* 5. *in praecept. Decal. cap.* 4. *num.* 12. & 13. qui probationis annus, cum ſit via ad profeſſionem, fruſtraneus eſſet ſine illa, vt concludit Fagnanus *ibid. num.* 67. Sed etiam quia, vt obſeruant Lezana *eod. cap.* 22. Fagnanus *d. num.* 51. & à Spiritu Sancto *loc. dict.* licet iſtæ Religiones cenſeantur vna Religio ratione Regulæ, & Fundatoris; tamen ſimpliciter ſunt diuerſæ, & habent diuerſas auſteritates, & diuerſum modum viuendi; Et vlterius, quia forma profeſſionis, quæ emittitur ab Excalceatis, alia eſt à forma profeſſionis Patrum Calceatorum. Illi enim obedientię votum ad eorum Patrem Vicarium Generalem referunt, & non ad Parem Generalem. Qua de cauſa qui ab Excalceatis ad Calceatos tranſeunt, iterum hoc eſt nomine Patris Generalis profiteri tenentur; & de facto ità obſeruatur. Ad quod non tenerentur, ſi forma profeſſionis eſſet eadem, quamuis tenerentur ad annum probationis, vt vult Bordon. *loc. ſup. num.* 63. ex Sellio in *Select. Canon. cap.* 18. qui id colligit ex eo, quod Congregatio Concilij decreuerit Patres Excalceatos Ordinis SS. Trinitatis tranſeuntes de licentia Papę ad Calceatos eiuſdem Ordinis teneri ad annum Nouitiatus, non autem ad nouam profeſſionem, vt referunt Barboſ. in *collect. ad Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 15. *num.* 17. *de Iur. Eccleſ. vniu. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 86. Et in *collect. Deciſ. Apoſt. coll.* 706. *num.* 10. Tamburin. *d. tom.* 3. *diſp.* 7. *q.* 6. *num.* 3. Lezana. *d. verb. Tranſeuntes.*

frontes, num. 13. Bordon. *ead. q.* 17. *num.* 83. vbi addit in Franciſcana familia inter Reformatos, & Obſeruantes non deberi in eorum tranſitu nouam emitti profeſſionem, ratione formæ profeſſionis vtriſque communis. Vndè cùm Patres Excalceati diuerſam profeſſionis formam habeant, & ad Calceatos tranſlati iterum profiteri teneantur, illorum Ordinem ab iſtorum Ordine diſtingui euidentiſſimū eſt.

480 Addo Patres Excalceatos quartum humilitatis, ſeù non ambiendi votum emittere, quod non præſtatur à Patribus Calceatis, quod certè diſtinctionem Ordinum innuit. Si namque per Paſſerinum *tom.* 3. *de ſtatib. q.* 188. *art.* 1. *num.* 26. ratione differentiæ notabilis in materia alicuius voti, vtpotè paupertatis, diſtinguitur vna Religio ab altera, à fortiori diſtinguetur Ordo Excalceatorum ratione alterius voti, quod à PP. Calceatis non emittitur. Diſtinguitur inſuper, quia PP. Excalceati habent eorum Vicarium Generalem, qui eos totaliter gubernat; proprijs reguntur legibus, ſua Capitula generalia celebrant: differunt in habitu, quāuis accidentali differentia, & denominatione à PP. Calceatis; quibus diſtinctio ſaltem Ordinum probatur, vt ex ſimilibus diuerſitatem Ordinis PP. Cæleſtinorum ab Ordine PP. Ciſtercienſium deduxit, & firmauit Rota in *Cauſ. Oriolen. præcedent.* penes Aloyſ. Riccium in *prax. variar. reſolut. part.* 2. *reſol.* 102. Et tandem omiſſis pluribus, quę pro diſtinctione ex dicendis conſtabunt; quia habitum Excalceatorum geſtare non poſſunt PP. Calceati, vt ex Clem. VIII. Conſtit. *Paſtoralis Officij, num.* 581. dicitur. Quamuis enim vtrorumque habitus non ſint eſſentialiter diuerſi, ſed tantum accidentalitèr, eo ipſo quod à Summo Pontifice eſt illis prohibitum Excalceatorum habitum deferre, certè horum Ordinum diſtinctio declaratur ex *cap. Vt Clerici, de Regul.* & ex his Concilij Aquiſgranēn. 1. *Can.* 25. verbis: *Habitus namque ſingulorum Ordinum idcircò in Eccleſia ad inuicem diſcreti ſunt, vt his viſis, cuius propoſiti ſit geſtans, vel in qua profeſſione Domino militet, liquidò cognoſcatur.*

481 Obſtare videtur ſolummodò, quod PP. Excalceati non habeant proprium Generalem, ſed ſubſint Reuerendiſs. P. Generali Calceatorum; à quo, licet ſemel tantum poſſunt viſitari, quod diſtinctionem tollere, & identitatem Ordinis inferre videtur per Paſſerinum, *loc. dict. art.* 1. *num.* 27. ſed reſpondetur hoc nihil obeſſe diſtinctioni; Ex viſitatione ſiquidem P. Generalis infertur tantum, ipſum P. Generalem dici ſimpliciter Generalem Ordinis Eremitarum Suarez. *tom.* 4. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 4. non verò quod P. Vicarius Generalis Excalceatorum non ſit in re ſuorum Fratrum Generalis, vt clarè Lezana *tom.* 2. *verb. Vicarius. num.* 3. cum neque in fieri, neque in facto eſſe ab ipſo P. Generali dependeat, vt ſuo loco patebit. Quod ad effectum diſtinctionis inter Ordines ſatis eſt; attentis maximè ſupradictis circa diuerſum viuendi modum, differentem profeſſionis formam, quartum votum, prohibitionem tranſitus &c. & independentiā Congregationis à Capitulo generali Calceatorum, quę ad Ordinum diſtinctionem facit, vt *loc. dict. num.* 28. aduertit Paſſerinus. Præterquamquod ipſa P. Generalis viſitatio eſt adeò limitata, vt de ea verificetur Suarij dictum *loc. ſupr.* quod quaſi nihil reputatur: qua fortè de cauſa hæc Excalceatorum Congregatio vocatur, vt dictum eſt *num.* 475. *alius Ordo*. Clariùs hæc ſuis locis patebunt.

DVBIVM XIX.

An Ordo PP. Excalceatorum ſit diuerſus ab Ordine Patrum Calceatorum.

482 EX dictis *dub. præced.* talem diſtinctionem inter hos Ordines reperiri vidimus, qualis in ordine ad tranſitum ad diuerſos ſpecie Ordines conſtituendos ſufficit ex Lezan. à Spiritu Sancto locis adductis. Difficultas modò eſt, an Patres Excalceati nouam, & diuerſā ſpecie Religionem conſtituant ratione quarti voti humilitatis, ſeù non ambiendi, quod ipſi Excalceati emittunt, & antè ipſos nunquam auditum fuit in Ordine Eremitarum. Senſus eſt enim (omiſſis alijs) Suarij *d. tom* 4. *tract.* 9. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 7. & Paſſerin. *loc. ſupr. num.* 18. quod diuerſitas in votis inducit diuerſitatem ſubſtantialem inter Religiones, neque poteſt concipi, per quid poſſit aptius alterari Religio, quam per additionem noui voti.

483 Dicendum tamen per hoc humilitatis votum non mutari ſubſtantialiter Ordinem Eremitarum, nec nouam Religionis ſpeciem indè reſultare: Sed tam Excalceatorum, quam Calceatorum Ordines eſſe vnum, & eamdem ſubſtantialiter, hoc eſt ſpecie Auguſtinianam Religionem: Declararunt hoc ſatis Summi Pontifices, dum hanc Congregationem vt *dub.* 7. vidimus, eiuſdem Eremitani Ordinis Reformationem definierunt; quod ſanè de identitate ſpecifica intelligendum eſt. Et probatur tum ratione generali Reformationis; Ordo ſiquidem reformatus dicitur idem, & non diuerſus ex *Cap. relatum. Ne Clerici, vel Monachi.* Abb. in *cap. Inter quatuor. de Relig. domib.* Felin. in *cap. Ad noſtram. de Appellat.* relati à Card. Lancelloto in cauſa præcedentię inter Canonicos Lateranenſes, & Monachos apud Tamburin. *de Iur. Abb. Tom.* 1. *diſp.* 25. *q.* 1. *num.* 119. & tenent Caſtr. *conſ.* 291. *num.* 3. *verſ. prætereà reformare. lib.* 1. & Bordon. *de profeſſ. regul. cap.* 1. *num.* 266. docetque Caramuel *tom.* 1. *Theolog. Regul. tot. diſp.* 35. vbi probat Ciſtercienſes, qui ſunt Reformati Ordinis S. Benedicti, non diuerſum Ordinem conſtituere, ſed eſſe omnes eiuſdem Ordinis Benedictini. Tum quia, per Suarez de *Relig. tract.* 8. *lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 15. & Lezanam *conſult.* 32. *num.* 23. diuerſitas rigoris vitæ, & regularis obſeruantiæ non facit differre eſſentialiter Ordines; & in ſubiecta materia docet

Ema-

Emanuel Leali in *Chryſolog. puriſic. puriſic. 5. exam.* 4. dicens: *Os Recolectos de S. Agoſtinho, de S. Franciſco, e do Carmo ſe nao diſtinguem em ſpecie dos Obſeruantes, porque diſtinctio ſecundum magis, & minus non facit differentiam eſſentialem, como dizem os Filoſofos ad c. 2. Periermen.*

484 Nec obſtat, quod prædictum humilitatis votum ſit medium nouum ad finem Ordinis Eremitarum, & ſit quid ſubſtantiale ſuperadditum, de quo diſputare non vacat; nam neque per hoc noua conſtituitur Religio. Et probatur; primò, quià ſi Tertiarij S. Franciſci ſiuè ſæculares, ſiuè Regulares ſunt eiuſdem Tertij Ordinis S. Franciſci, etiam ſi, qui modò in Religionem eleuati ſunt, tria vota eſſentialia emittant, quæ non emittunt Tertiarij ſæculares, vt latè probat Bordonus *de profeſſ. Regul. cap.* 1. *à num.* 274. *& ſeq.* à fortiori non erit diuerſa ſpecie Religio Ordinis Excalceatorum, per hoc, quod in eo addatur votum humilitatis, quod non reperitur apud PP. Calceatos. Secundò, quia poteſt in eadem Religione dari varietas etiam ſubſtantialis, & tamen eſſe non ſolum ſpecie, ſed etiam numero eadem Religio iuxtà Pellizzar. *tract. 1. de ſtat. Relig. in commun. cap.* 30. *q.* 4. *num.* 7. vbi id probat in Societate Ieſu, quæ licet ſit vna numero, diſtinguitur in tres Ordines, ſeù gradus eſſentialiter diuerſos, videlicet in Scholares approbatos, & Coadiutores formatos, qui ſunt adſtricti votis ſimplicibus, & ſunt verè, & propriè Religioſi; & in Profeſſos trium votorum, quæ ſunt ſolemnia, & Profeſſos quatuor votorum; quorum differentiam ſubſtantialem ibi proſequitur. Si ergò diuerſitas hæc, quin pluralitas votorum ſtat cum identitate Religionis; nam Suarez *d. tom.* 4. *tract.* 10. *lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 1. Profeſſos ſocietatis quatuor votorum, non differre dicit niſi numero à Profeſſis trium votorum; quomodò non ſaluabitur identitas Religionis ſpecifica inter Patres Excalceatos, & Calceatos Ordinis Eremitarum, licet illi quartum humilitatis votum profiteantur?

485 Sed efficaciſſimum proponamus argumentum. Vidimus *dub.* 13. huiuſmodi votum eſſe Auguſtinianæ Regulæ conforme, & Reformationi vtiliſſimum; ergò nequit dici, quod per illud diuerſificetur Religio; cum imperceptibile ſit, quod id, per quod magis Regula obſeruatur, mutet Religionem; & alias licitum eſt pro reformandis Ordinibus aliqua ſtatuere, vt concluſum eſt *dub.* 2. *quodlib.* 4. & ſi non explicitè præſcribantur à Regula, dummodò ad illius maiorem obſeruantiam conducant; quę ex hoc capite dicuntur virtualiter, & implicitè in ea contineri. Videantur quæ *ibi*, & hic *dub.* 13. probata ſunt.

486 Quare ad auctoritates DD. qui ex diuerſitate votorum diuerſitatem ſubſtantialem Religionis argumentantur, dico eos eſſe intelligendos de votis, quę ſunt particularia, vt non comedendi carnes, & alia huiuſmodi, non verò de hoc non ambiendi, quod, vt diximus loc. ſupr. ad Regulæ obſeruantiā pertinet; adeoùt ſi omnes Religiones huiuſmodi votum amplecterentur, nullo modo ſuſtantialiter mutarentur; cum eſſet de Virtute, vtpotè contraria ambitui, omnibus Religionibus pernicioſo, omnibus Religionibus neceſſaria; & ad quam tenentur ex Pontificum Decretis tum communibus de Religionum reformatione apud Theſaur. *de pœnis p.* 2. *verb. Ambitus cap.* 7. tum particularibus pro quacumque ferè Religione apud Tamburin. *de iur. Abb. tom.* 1. *diſp.* 10. *q.* 1. Lezanam. *tom.* 1. *cap.* 10. *n.* 17. quibus ſub cenſuris, & priuatione vocis pro dignitatibus obtinendis fauores procurare prohibentur; & aliàs teneri vel ex Pontificis decreto, vel ex voto parum refert, dummodò omnes Religiones hoc tantùm teneantur. Quo ſequitur, quod ſi ad id ſe voto obligarent, non propterea ſubſtantialitèr mutarentur; ſed ſolummodò, ad quod iam obligantur, maiore vinculo tenerentur.

Vnde concludo, Patres Excalceatos per huiuſmodi votū nouam non conſtituere Religionem à Patribus Calceatis diuerſam; ſed vtrumque Ordinem eamdem eſſe ſpecie Religionem, vt de Patribus Carmelitis Diſcalceatis, & mitigatis concludunt Suarez *d. tract.* 8. *lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 15. Lezan. *in Mar. magn. Carmelit.* §. 25. *num.* 227. & Antonius à Spirit. Sanct. in *Directorio Regular. tract.* 2. *diſp.* 6. *ſect.* 2. *num.* 244. *& ſeq.* licet ſimile humilitatis votum emittant Excalceati, non verò mitigati.

DVBIVM XX.

An Congregatio hæc Excalceatorum ſit à Patribus Calceatis exempta, & quomodò.

487 EXemptionis nomine intelligo cum Sylueſtr. *in ſumm. verb. exemptio. num.* 1. Lezan. *tom.* 2. *verb. eadem. num.* 2. liberationem, ſeù abſolutionem alicuius à poteſtate alterius; & hanc præ cęteris Congregationibus Ordinis Eremitarum etiam Diſcalceatorum, de nica Congregatione, quæ Italiæ, & Germaniæ nuncupatur, in hac forma verificari oſtendo.

Septem ab eius inſtitutione annorum ſpatio ſub P. Generalis Calceatorum regimine fuerunt Patres Excalceati. Poſt quæ tempora fel. record. Clemens VIII. Superintendentem Apoſtolicum ipſis conſtituit P. Petrum à Matre Dei per ſuas litteras in forma Breuis, *Decet Romanum Pontificem* ſub die 10. *Iuly* 1599. quem Paulus V. confirmauit in, *Cum ſicut accepimus.* ſub 16. *Iunij.* 1605. prout in litteris noſtris Apoſtolicis *litt.* 2., & 5. per hæc verba: *Te Ordinis Fratrum Diſcalceatorum Reformatorum S. Auguſtini ſuperintendentem, ad Noſtrum, & Apoſtolicæ Sedis beneplacitum, facimus, conſtituimus, & deputamus. Tibique dictum Ordinem regendi, & gubernandi &c. ac denique omnia, & ſingula, quæ ad prædicti Ordinis proſperam directionem, ac fœlix regimen, & gubernium pertinent, gerendi, ordinandi, mandandi, ac exequi faciendi &c. Mandantes propterea &c.*

ſunt — vt

vt Te noſtro nomine ſuperintendentem agnoſcant, & recipiant &c. Quibus certè declaratur exemptio à P. Generalis gubernio; cum enim nomine Pontificis ſuperintendentiam exerceret, & regimen, nullum eſt dubium, quin ipſo Summo Pontifici ipſa ſuperintendentia adſcribenda ſit, & gubernium; cum geſta per Delegatum à Papa per ipſum Pontificem geſta cenſeantur. *Cap. Si cui. 21. de Præben. in. 6.* Gloſs. 2. *in fin. cap. In litteris. De Reſcript.* Gonzalez in *Cap. Sanè quia, De Off. & poteſt. Iud. Deleg.* & quando Papa ſub ſua gubernatione aliquem Ordinem ſuſcipere declarat, ab aliorum regimine, & gubernio, & iuriſdictione eum eximere intelligitur ex *Cap. Si Papa, de Priuileg. in 6.* Mandol. *de ſignat. grat. tit. de exempt. col. 1. verſ. & de clauſula.* Paſſerin. *de ſtatibus tom. 3. q. 189. art. 10. inſpect. 10. num. 691.* Et de facto poſt Patris Petri deputationem in ſuperintendentem nullatenus in Excalceatorum gubernio, ac ſi non eſſet, ſe immiſcuit P. Generalis: quin, cum Magiſter Fuluius Aſculanus Vicarius Apoſtolicus in Patres Excalceatos tamquam Superior aliqua exercere meditaretur, hoc illi de mandato Sanctiſſimi per D. Vicegerentem inhibitum fuit; ſicuti & prohibitum eorumdem Excalceatorũ Capitulo generali præeſſe, quando poſt Superintendentis obitum de. 1609. illi præſidere moliebatur; nam excluſo P. Generali, eiuſdem Sanctiſſimi iuſſu prǽſedit Reuerendiſs. D. Cęſar Fidelis Viceſgerens.

488 Nihilominus ad ſedandas hac de cauſa plurium annorum controuerſias reſeruatum eſt P. Generali ius viſitandi, prout in Conſtitutionibus *part. 3. cap. 5. nu. 3,* ibi: *Reuerendiſſimus P. Generalis totius Ordinis S. P. N. Auguſtini ſemel in quolibet ſexennio perſonaliter tantum, & cum interuentu, & conſilio primi Definitoris eiuſdem Congregationis, & non aliàs, nec vllo alio tempore prædictam Congregationem viſitare, corrigere, & caſtigare poterit, iuxtà tamen eorum Conſtitutiones, & inſtituta, quibus derogare nullo modo poſſit; neque ipſis Excalceatis vllam exemptionem, aut libertatem concedere, ſed illarum tranſgreſſores caſtigare, ac pœnis in eiſdem Conſtitutionibus contentis afficere; extrà quam actualem viſitationem, nec ipſe Reuerendiſſimus P. Generalis recipiatur, nec vllus Frater prædictæ Congregationis ad eum appellationem, aut recurſum habeat. In Viſitatione vtetur Secretario eiuſdem Congregationis Diſcalceatorum &c.* Quæ viſitatio eſt adeò limitationibus reſtricta, vt iuxtà Suarez *de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 2. num. 4.* quaſi nihil reputetur. Vndè Cruſenius dixit, vt *dub. 2. num. 394.* vidimus, quod *ab imperio, & iuriſdictione Reuerendiſſimi Generalis receſſerunt* & poſt aliqua, *Vicarium Generalem ſuæ Congregationis impetrarunt, qui tamen tunc nulli Generali, niſi fortè titulo ſubeſſet.* Et Carolus Moreau in *Vindic. part. 2. cap. 15.* ſic de Excalceatis ſcripſit: *Diſpenſationes multimodas ab ipſo Congregationis exordio atque independentiam à Supremo capite extorquere conati ſunt, vt nulla vel tenui filo Reuerendiſs. P. Generali obſtringantur.*

489 Et ità quidem; cum enim expleta dicta perſonali, ac vnica in quolibet ſexennio, & cum enarratis limitationibus viſitatione, non detur locus ad P. Generalem appellandi, nec ipſe poſſit recipi; vnico verbo, nec quid minimum iuriſdictionis in Patres Excalceatos exercere, ſicuti non poteſt ex parte iſtorum conſiderari, niſi aptitudinalis, & tranſitoria ſubiectio, pro tempore ſcilicet Viſitationis, ità nequit ex parte ipſius admitti niſi aptitudine, & per modum tranſeuntis, pro eodem ſcilicet tempore Superioritas; Et hoc dictum ſit de hac tantummodò mea Congregatione, eum alię, aut in nomine P. Generalis profeſſionē emittant, aut ad illum appellent, vel ab ipſo Capituli Præſidentem accipiant, vel Vicarij actorumque confirmationem petant, vel ad Capitulum generale Calceatorum accedant, vel ad libitum poſſint viſitari, vel alijs huiuſmodi titulis ſubijciantur; à quibus omnibus libera eſt mea Congregatio.

490 Aduerto tandem, non eſſe propterea dicendum hanc Congregationem non eſſe Ordinis S. Auguſtini, quia exemptio non diuerſificat Religiones. Suarez *d. tract. 8. lib. 3. cap. 15. num. 15.* Caramuel. in Regul. S. Benedicti *diſp. 25. art. 3. nu. 368. & 369.* nec ad vnitatem ſpecificam Religionis requiritur conuenientia ſub vno Capite, aut ſupremo eiuſdem Prǽlato. Roderic. *tom. 1. qq. Canon. Regul. quæſt. 2. art. 3.* Suarez *tract. 9. de Relig. lib. 1. cap. 1. nu. 10.* Pellizzar. *Manual. tract. 1. cap. 1. num. 37.* Paſſerin. *de ſtatib. tom. 3. q. 188. art. 1. num. 14. & 20.* vt videre eſt in Monialibus, quæ & ſi ſubdantur Epiſcopis, & non Generalibus, non per hoc ſunt alterius Ordinis, & diuerſæ Religionis. Et ſignanter adnotauimus *num. 443.* in Ordinibus S. Guilelmi, & B. Io. Boni eiuſdem Auguſtinianæ Religionis, licet ſub diſtincto Capite, & exemptis per Herreram *reſponſ. pacific. 4. num. 317. & reſponſ. 5. num. 557. & 615.* ſicut & Congregationes Thuſcię, Lombardiæ, Romaniolę, Turris Palmæ de Monte Follio, quæ teſte Torello *ad ann. 1256. num. 6. & 29.* erant verè Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, & ſi inter ſe diſtinctæ, & ſub diuerſis Generalibus.

DVBIVM XXI.

De Patrum Excalceatorum Priuilegijs.

491 QVoad hoc opus non eſt hic longa diſputatione, eum pro nunc ſufficiat vno verbo dicere, noſtræ Congregationis priuilegia eſſe ea omnia, quibus PP. Calceati, & Eremitarum Ordo fruuntur, & gaudent. Habetur primò ex Conſtit. Gregorij XV. *Ad Sacram B. Petri Sedem* ſub die 31. *Auguſti.* 1622. apud Empol. *in Bullar. Ordin. pag. 146.* & Laert. Cherub. *tom. 3. Conſtit. 36.* vbi ad fauorem Excalceatorum Hiſpanię ſic diſponitur: *Nec non iiſdem Fratribus Diſcalceatis, vt omnibus, & ſingulis priuilegijs, gratijs, & indultis tam ſpiritualibus, quam temporalibus, dummodò ſint in vſu, & non ſint reuocata, neque ſub aliquibus re-*

reuocationibus comprehenſa, ac S. Concil. Trident. Decretis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis non aduerſentur, & quibus alij Ordinis S. Auguſtini Fratres fruuntur, potiuntur, & gaudent, pari modo vti, potiri, & gaudere liberè valeant, concedimus, & indulgemus. Secundò ex Conſtit. Clem. VIII. *Ordinis veſtri propagationi*. ſub die 21. *Nouemb*. 1600. apud Mauritium à Matre Dei *in Sacr. Erem. lib. 1. cap. 4. §. 1.* pro Patribus Diſcalceatis Galliarum, vbi ſic: *Nec non Conuentibus ſic erigendis, eorumque pro tempore Prioribus, & Fratribus, vt omnibus, & ſingulis priuilegijs, gratijs indultis, & indulgentijs, ac exemptionibus, quibus alij veſtri Ordinis Conuentus, eorumque Priores, & Fratres vbiuis exiſtentes, vtuntur, fruuntur, & gaudent, vti, frui, & gaudere poſſint, & valeant, concedimus, & indulgemus*. Quam confirmauit Paulus V. in incip. *Aliàs fælicis*, 4. Decembr. 1610. apud eumdem Mauritium. *ibid. pag.* 181.

492 Pro noſtra autem, & Galliarum Congregatione adeſt Cardinalis Saulij Protectoris iuſſu Pauli. V. notiſſima declaratio tenoris ſequentis

Nos Antonius S. R. E. Cardinalis Saulius totius Auguſtiniani Ordinis Protector.

NOtum omnibus facimus dilectos nobis in Chriſto Fratres Diſcalceatos Ordinis S. Auguſtini, cum nonnullis in locis, præcipuè in Gallia, & Sicilia illud de ſe à Conuentualibus eiuſdem Ordinis Fratribus in vulgus ſpargi comperiſſent, ſcilicet eos non eſſe veros, & germanos S. Auguſtini Filios, quod non ſolum magnum ipſis damnum, ſed non leue etiam ſæcularibus ſcandalum affert, vt inanes huiuſmodi voces, antequam vlterius progrediantur, comprimerent, tollerentque omninò impoſterum, ſupplicem ea de re SS. D. N. Paulo V. libellum dediße, vt Sanctitas ſua declararet eos, proùt ſunt, vera eſſe mēbra, & Filios S. Auguſtini, atque vt tales participes eße omnium priuilegiorum, & gratiarum Mendicantium tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, & maximè earum, quibus Auguſtiniana gaudet Religio; Inſuper eos etiam poße inſtituere cum omnibus gratijs, & priuilegijs Societates Corrigiatorum, & Corrigiatarum in ſingulis ſuis Eccleſijs, quemadmodum aliæ Eccleſiæ eiuſdem Ordinis poſſunt, & inſtituunt, pariter declarare dignaretur; & ſi qui ſecus dicere adhuc auderent, illorum ora cenſura, & pæna aliqua obſtruere. Quibus omnibus perbenignè auditis Sanctitatem ſuam illos ad Sacram Regularium Congregationem remiſiſſe: ipſam verò S. Congregationem omnibus pariter perbenignè auditis, inſpectiſque diligenter, rem totam nobis, qui omnium horum Fratrum tam Conuentualium, quam Diſcalceatorum Protectoris munus gerimus diudicandam nomine, & iuſſu Sanctitatis ſuæ reliquiſſe. Declaramus itaque, eos veros, & germanos eſſe S. Auguſtini Filios; eorum enim Congregatio ab ipſis Fratribus Conuentualibus Romæ capitulariter congregatis anno. 1592. quo in Magiſtrum Generalem electus fuit Reu. Andreas Fiuizzanus, inſtituta eſt. Præterea, eos pro talibus à Summis Pontificibus habitos, & nominatos in priuilegijs, & Breuibus, quæ eis largiti ſunt, apertè quiuis videre poteſt, præſertim in Breui à fel. rec. Clemente VIII. concesſo, in quo ipſis veſtiendi dictam eorum Congregationem ingredi volentes, eorumque profesſiones tempore ſuo acceptandi elargitur facultatem: Deindè in illo etiam à Papa Paulo V. dato poſt conceſſam viuæ vocis oraculo nobis licentiam eorum conſtitutiones confirmandi, quam rem nos ipſi cum pro eis intercederemus, obtinuimus, & pro iſta confirmatione ad maiorem rei corroborationem Breue etiam ſub annulo Piſcatoris à Sanctitate ſua obtinuimus, in quo eos Fratres Reformatos Diſcalceatos Ordinis S. Auguſtini appellat, & tenet. Declaramus etiam illos iuxtà eorum Sanctitati ſuæ libellum ſupradictum ſupplicem datum, omnium priuilegiorum, & gratiarum Mendicantium, earum maximè, quibus Auguſtiniana gaudet Religio eſſe participes, & poſſe in ſingulis ſuis Eccleſijs ſocietates Corrigiatorum, & Corrigiatarum cum omnibus priuilegijs, & gratijs erigere, à Vicario eorum Generali ſolummodo habita facultate, ſicut aliæ Eccleſiæ eiuſdem Ordinis habita à P. Generali Reuerendiſs. poßunt, & inſtituunt. Quicumque igitur tantæ adhuc fuerit temeritatis, vt contrarium ſuperius declaratis proferat, ſcribat. ſeù proferri, aut ſcribi faciat, ſiue quocumque alio modo id efficere conetur, ſciat tam ſe, quam eum, qui impulſu iubentis id egerit, excommunicationem latæ ſententiæ, & amiſſionem vocis actiuæ, & paſſiuæ ſine ſpe recuperationis, aliaſque item pænas, arbitrio noſtro imponendas, ipſo facto incurſurum. In quorum fidem manu noſtra ſubſcripſimus, ſigillumque noſtrum apponi mandauimus. Romæ die. 12. Octobris. 1613.

A. Cardinalis Saulius Protector.

Locus ✠ ſigilli. *Iulius Picininus Secr.*

Quæ declaratio, vtpotè manu ipſius Cardinalis ſubſcripta, eiuſque ſigillo munita, proùt ex originali in Archiuio noſtro Romano aſſeruato fidem meretur per Rot. apud Seraphin. *decif.* 1349. *num.* 1. *&* 2. & ſequitur Iacob. Cohell. *de notit. Cardinalat. cap.* 16. *priuil.* 5. ac proindè legalis, & authentica cenſenda eſt ad inſtar publici Inſtrumenti, vt in fortioribus terminis de ſola ſubſcriptione, & ſigillo Epiſcopi teſtatur Rota *coram Burat. decif.* 190. *n.* 3. & *coram Bichio decif.* 140. *num.* 1. Vndè omnibus gratijs, & priuilegijs, illis maximè, quibus Eremitarum Religio gaudet, nos quoque potiri, benè inferunt, & docent Io. Maria Nouar. *Lucern. Regul. verb. Eremita. num.* 10. Barboſ. *in Collect. Apoſt. decif. collect.* 326. *num.* 3. ſeù tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus, vt explicat Lezana *tom.* 2. *verb. Confraternitas. num.* 25. *& verb. Reformati. num.* 9.

493 Nec verum eſt, quod modò nullis ſit vigoris, vt ſcripſit Alphonſus Falcumbellus in *Defenſ. ſuper Corrigiar. benedictione, & diſtributione. à num.* 11. *& ſeq.* per hoc quod Vrbanus VIII. in Conſtit. *Aliàs fel. record.* ſub. 26. *Decembr.* 1631. viuæ vocis Oracula, etiam Cardinalium manu firmata reuocauerit; quia quando viuæ vocis Oraculum cenſeri deberet dicta Sauliana declaratio, nullatenus eſt in præcitata reuocatione compræhenſa; tum

quia

quia idem Vrbanus VIII. in ſubſequenti Conſtit. 141. iuxtà impreſſ. in Bullar. tom. 4. declarauit, ſub ea reuocatione non comprehendi viuæ vocis Oracula à Sede Apoſtolica habita per ſuos Officiales, & Miniſtros, quibus ratione muneris fides haberi debet. Barboſ. ibid. collect. 358. nu. 2. ſeù neque emanata per Cardinales Protectores, cum ſint Papæ Miniſtri, & Officiales, vt in puncto Peyrin. tom. 3. in Formul. litt. Z. cap. 3. in appendic. ad Vrban. VIII. num. 2. Donatus tom. 1. p. 1. tract. 13. q. 17. num. 21. & 22. & tract. 16. q. 12. nu. 1. Pignatell. conſult. 111. num. 14. tom. 1. Rot. deciſ. 630. num. 1. & ſeq. part. 4. recent. tum quia Paulus V. non mandauit per viuæ vocis Oraculum Cardinali Saulio, vt nouam aliquam gratiam, priuilegium, aut indultum Patribus Excalceatis concederet, ſed tantum, vt ipſe declararet, eos eſſe veros S. Auguſtini filios, adeoque ipſis competere priuilegia, & alia ibi enarrata, prout de facto ſimpliciter declarauit, nihil de nouo, vt legenti patet, concedendo, iuxtà naturam declarationis de qua Rot. coram Merlin. deciſ. 249. num. 10. & deciſ. 281. num. 8. & deciſ. 293. nu. 18. & 19. part. 12. recent. & expreſsè Donat. d. tract. 16. q. 15. num. 1. in fin. & iam ſupr. dub. 14. nu. 464. & alias ſub ea Vrbani reuocatione cadunt ſolum viuæ vocis oracula, quæ priuilegia, ſeù gratias de nouo tribuunt: non verò, quæ ſunt meræ explicationes, & declarationes Peyrin. tom. 2. ad Conſtit. 8. Pauli V. nu. 1. & tom. 3. in addit. ad Conſtit. 18. aliàs 28. Vrbani VIII. num. 3. Bordon. reſol. 31. num. 7. Lezan. tom. 1. p. 1. cap. 3. num. 21. & p. 2. cap. 1. num. 8. & tom. 2. Verb. Oracula nu. 5. Portell. tom. 2. reſponſ. moral. cap. 13. num. 13. verſ. dubium tale eſt. Pellizar. in Manual. Prælat. tom. 2. p. 1. tract. 8. cap. 1. ſect. 5. q. 20. num. 130. & cap. 5. ſect. 5. ſubſect. 1. q. 3. num. 181. Donat. d. tract. 16. q. 5. num. 1. Nouar. Lucer. Regul. verb. Priuilegia num. 5. Alter Nouar. in ſumm. Bull. p. 2. comment. 43. num. 2.

494 Dixi, quando viuæ vocis Oraculum cenſeri deberet; nam reuera tale non eſt. Primò, quià talis declaratio emanauit de mandato ſpeciali Papæ, & per litteras à Cardinali ſubſcriptas; quo modo viuæ vocis oraculum, & illius rationem excedit, vt obſeruat Pellizzar. tom. 2. tract. 8. cap. 3. num. 274. verſ. niſi quis malit. & cap. 8. ſect. 3. q. 16. num. 66. vbi adducit ſimilitudinem in Decretis de celebratione Miſſarum, & ſimilium, quæ nemo dixerit eſſe viuæ vocis oracula. Secundò, quia non eſt declaratio facta oretenus à Pontifice, & ſine ſcriptura, vt ad rationem Oraculi requirunt Portell. in dub. Regul. verb. Oraculum num. 1. Bordon. reſol. 31. q. 1. Lezana verb. eod. nu. 4. Donat. ibid. tract. 15. q. 1. & communitèr DD. ſed facta à Cardinali ex commiſſione S. Congregationis nomine, & iuſſu Summi Pontificis, & non oretenus tantum, ſed per reſcriptum, vt mox dicetur. Tertiò, quia in dicta declaratione proceſſum eſt per modum iudicij, & cum præuio examine eorum, quæ inſpicienda erant, vt ex illis verbis: *Ipſam verò S. Congregationem omnibus paritèr perbenignè auditis, inſpectiſque diligentèr, rem totam nobis, qui horum omnium Fratrum, tàm Conuentualium, quam Diſcalceatorum Protectoris munus gerimus, diudicandam nomine, & iuſſu Sanctitatis ſuæ reliquiſſe.* Et Cardinali id atteſtanti plena fides adhibenda per M. Antonium Cucch. Inſtit. maior. lib. 2. tit. 4. num. 105. vbi ſic. *Item ſi in Inſtrumento Sententiæ à Cardinali prolatæ ea verba inſint, quibus acta ſe vidiſſe atteſtetur, plena ei atteſtationi adhibetur fides.* Quibus omnibus viuæ vocis oraculi ratio, cum argumento indè deſumpto diſſoluitur.

495 Nec eſt paritèr de Summi Pontificis remiſſione, & de S. Congregationis commiſſione dubitandum, vt ibid. num. 13. obijcit idem Falcumbellus, ex eo quod in Secretariæ regiſtris adnotatæ non reperiantur, non ſolum quia Cardinali atteſtanti de commiſſione ſibi data non in ſcriptis, ſed viuæ vocis oraculo, credendum eſt. Card. Alb. tract. de Cardin. q. 42. Azor. tom. 2. inſtit. moral. lib. 4. cap. 3. dub. 20. Maſcard. de probat. concl. 140. num. 9. Barboſ. in cap. cum olim num. 15. de priuil. & de iur. Eccleſ. vniu. lib. 1. cap. 4. num. 64. Iacob. Cohell. in d. notit. Cardinalat. cap. 16. priuil. 5. Rot. deciſ. 117. num. 6. coram Duran. deciſ. 267. num. 8. & deciſ. 316. num. 3. & ſeq. coram Bichio, & deciſ. 339. num. 1. part. 2. & deciſ. 44. num. 5. part. 11. recent. præſertim, cum dicta atteſtatio emanauerit præſentibus Sacra Congregatione, & ſummo Pontifice: quo caſu ſemper eſt habenda fides Cardinali atteſtanti, etiamſi agatur de commiſſione, ſeù mandato non ſolito dari niſi per ſcripturam; quia non præſumitur voluiſſe mentiri in præſentia Principis, ad quem facilis patebat acceſſus pro eruenda negotij veritate. Paris conſ. 132. nu. 19. & 20. lib. 4. Gabr. de probat. concl. 3. num. 14. & 15. Maſcard. de probat. tom. 1. concl. 140. num. 16. & concl. 269. num. 24. Pignatell. d. conſult. canonic. 111. num. 24. tom. 1. Rot. deciſ. 630. num. 1. & ſeq. part. 4. recent. Sed etiam, quia de ipſis remiſſione, & commiſſione conſtat ex ipſis originalibus reſcriptis in dorſo ſupplicis libelli Sanctiſſimo exhibiti, & adhùc extantis, quæ ideò plenam fidem merentur. Rot. deciſ. 667. nu. 5. coram Burat. & deciſ. 245. num. 12. & 13. coram Ottobon. Quarè parum refert, quod in regiſtris adnotati non ſint, quia obliuio, vel negligentia Officialium in regiſtrando non debet alijs præiudicare iuxtà Rot. deciſ. 284. num. 3. coram Dunozet. ſen. & pro negatiua regiſtrationis elidenda ſufficit ſola poſſibilitas in contrarium. Rot. deciſ. 248. num. 3. & deciſ. 400. num. 13. & quatuor ſeq. coram Bichio, & deciſ. 483. num. 5. part. 2. & deciſ. 671. num. 6. p. 3. & deciſ. 175. num. 54. part. 9. recent.

496 Cum ergò prædicta declaratio, ſeù deciſio facta ſit ex commiſſione S. Congregationis nomine, & iuſſu SS. D. Papæ Pauli V. proindè valet, ac habenda eſt, ac ſi à tota S. Congregatione, imò & ab ipſo Papa facta fuiſſet, iuxtà Iuris axioma: *noſtra omnia facimus, quibus auctoritatem noſtram committimus.* l. 1. §. omnia C. de veter. iur. enucl. Gloſſ. verb. conſule. in §. Plebiſci-

tum. Inſtit. de iur. nat. Rebuff. in prax. benefic. p. 1. tit. de infirmit. gloſſ. 2. num. 3. Tuſch. tom. 5. litt. N. concl. 67. & eo fortius, cũ talis ſit praxis Religionum, vt priuilegia, & conceſſiones, quæ ab aliquo præſertim Cardinale Papæ auctoritate emanarunt, valida, & firma cenſeantur, ac ſi ab ipſo Papa conceſſa ſint, vt in terminis Lezana d. verb. Confraternitas. num. 10.

497 Adſunt item duo S. Congregationis ſuper ſtat Regul. Decreta cum extenſione ad Congregationem Hiſpanicam; de quibus Lezana ibid. num. 24. & verb. Reformati. num. 9. & Nicolius in Floſcul. verb. Priuilegium num. 8. poſteà à S. mem. Clem. X. motu-proprio, & ex certa ſcientia confirmata, prout ſupr. num. 463. fin. inſinuatum eſt. Atque adeò, & pro Excalceatis militant ea omnia, quæ de priuilegijs Ordinis toto quodlib. 3. dicta ſunt, & cum omnibus conſiderationibus, prout ibi. Hoc ſolum declarationis gratia addendum; nullum eſſe Religionis Auguſtinianæ priuilegium, quo non potiantur, & PP. Excalceati, quia per eam generalitatem omnia cenſentur venire omnia, ac ſi in ſpecie fuiſſent ſingula expreſſa. Rot. coram Royas deciſ. 327. num. 2. & coram Celſo deciſ. 70. num. 11. & in ſpecie coram Merlin. deciſ. 720. num. 28. & coram Zarat. deciſ. 45. num. 25. & deciſ. 30. num. 6. & 7. & coram Gregor. deciſ. 315. num. 11. & deciſ. 417. num. 1. verſ. ſuper illam. p. 4. recent. & eo magis, cum additum fuerit, & ſingula omnibus, & ſingulis; per hanc enim geminationem includuntur omnia abſque limitatione. Gloſſ. verb. omnia, & ſingula in cap. vt circà de elect. in 6. Mar. Alter. de cenſur. tom. 1. diſp. 15. lib. 5. cap. 1. litt. C. & diſp. 5. cap. 2. litt. D. & eius naturæ eſt, vt nihil prætermiſſum cenſeatur. Iaſ. in l. 1. num. 24. ff. de leg. & in. l. Titia. §. final. num. 3. ff. de verb. obligat. Mandos in Reg. 31. Cancell. q. 2. num. 2. vol. 2. pag. 95. tom. 1. Rebuff. in d. verb. omnia, & ſingula. pag. 633. Tuſch. d. Clauſ. 296. num. 8. & 19. vbi ſubdit, quod dictio, omnia, eſt vniuerſalis; & ſi addatur alia dictio, & ſingula, tunc fit, quod clauſula nullam patiatur reſtrictionem, ſed omnia comprehendat præcisè. Adeòque, & ea omnia poſſe PP. Excalceatos, quæ virtute priuilegij cuiuſcumque poſſunt PP. Calceati, exemplo Coadiutoriæ, in qua clauſula omnia, & ſingula operatur, vt Coadiutor poſſit facere ea omnia, quæ explere poterat coadiutus. Gloſſ. verb. officium in cap. vnic. de Cleric. ægrotant. lib. 6. & dictum fuit in Salmantina Coadiutoriæ 1. Iulij 1594. coram Penna.

498 Excipienda tamen ſunt priuilegia, quæ Reformationi, & obſeruantiæ, quam Excalceati profitentur, contraria ſunt, aut illi præiudicant, ex Confect. in ſumm. mater. priuil. cap. 5. Portell. in dub. Regul. verb. Communic. priuil. num. 8. Aluiſet de priuileg. ſect. 1. cap. 3. §. 4. num. 30. & 31. Flau. Cherub. in compend. Bullar. tom. 1. ad Conſtit. 25. Eugenij IV. Schol. 2. Non enim intendunt Summi Pontifices in priuilegiorum communicationibus alterare modum procedendi vniuſcuiuſque Religionis iuxtà propriàs Conſtitutiones. Tamburin. de Iur. Abb. tom. 3. diſp. 13. q. 8. n. 3. nec eas deſtruere, ſed potius fouere. Lezan. tom. 1. p. 2. cap. 1. num. 55. Bordon. reſol. 52. num. 75. Palaus tom. 1. tract. 3. diſp. 4. punct. 2. §. 9. num. 2. Qua de cauſa plerumque in priuilegiorum communicatione ſolent apponere clauſulam, Dummodò eorum inſtituto, & regulari obſeruantiæ contraria non ſint. A Spiritu Sancto in Director. tract. 1. diſp. 1. ſect. 3. num. 41. Bordon. loc. ſupr. Donat. tom. 1. rerum regul. tract. 7. q. 11. num. 2. Et patet in communicatione priuilegiorum Ordinis facta PP. Excalceatis Hiſpaniarum à Gregorio XV. in ead. Conſtit. Ad Sacram B. Petri. §. 4. in fin. dum adhuc eſſent in ſtatu Prouinciæ, ibi: Salua regulari eorumdem Fratrum Recollectorum Diſcalceatorum obſeruantia. Et quando non apponeretur, prout non videtur appoſita in prædictis declarationibus pro noſtra Congregatione; adhuc appoſita cenſeri debet, ex eo quia Pontificum mens non eſt relaxandi, ſed obſeruantiam fouendi. Roderic. tom. 1. qq. regul. q. 55. art. 2. Miranda in Manual. tom. 2. q. 46. art. 6. Suarez. de leg. lib. 8. cap. 17. num. 3. & ſic nec à nobis practicanda ſunt, ſi quæ reperiuntur priuilegia Eremitarum noſtris Conſtitutionibus, & obſeruantiæ contraria.

499 Vndè infero, Vicarium Generalem, Prouinciales, vel ſaltem Capitulum generale poſſe limitare vſum priuilegiorum, atque reſtringere, vel prohibere; ſi enim priuilegiorum communicatio intelligitur, vt dictum eſt, ſalua eorum regulari obſeruantia, & dummodò inſtitutis non aduerſetur, hoc dignoſcere certè ſpectabit ad Prælatos maiores, vel ſaltem ad Capitulum, quæ talia ſunt declarando, limitando, & prohibendo, quod eſt id, quod intendunt Miranda d. tom. 2. q. 43. art. 4. & Bordon. reſol. 52. num. 316. & apertiſſimè docent Roderic. d. tom. 1. q. 9. art. 2. Portell. ibid. verb. priuilegiorum declarat. num. 78. Ioan. Crux lib. 2. de ſtat. Relig. cap. 2. dub. 2. concl. 2. Tamburin. ibid. tom. 1. diſp. 16. q. 9. Lezan. tom. 1. p. 1. cap. 18. num. 56. & p. 2. cap. 12. num. 11. Payrin. ad Conſtit. 2. Iulij II. Donat. tract. 13. q. 20. num. 10. & 11. Pellizzar. tract. 8. cap. 1. num. 62. A Spiritu Sancto loc. ſupr. ſect. 4. num. 105. & tract. 4. diſp. 8. num. 56. Baſſæus verb. priuileg. 4. num. 11. vigore conceſſionum Clementis IV. ad Ciſtercienſium, Leonis X. ad Generalis Minorum, Iulij III. ad Generalis Prædicatorum, & Gregorij XIII. ad Superiorum Societatis Ieſu fauorem, de quibus laudati DD. locis præcit. & quæ extenduntur ratione communicationis ad Mendicantium Superiores, vt in puncto Diana in coordinat. tom. 1. tract. 1. reſol. 14. num. 6.

500 Quibus vtique ſubſcribendum puto; licet enim aſſerant, hoc procedere, vbi à Sede Apoſtolica facultas ad id habeatur; habere tamen locum prædictam doctrinam in quacumque Religione tradunt Diana ibid. reſol. 12. num. 1. A Spiritu Sancto d. num. 105. (ſubintellige tamen) dummodò non prohibeatur in indulto. Papa ſiquidem concedens priuilegium

in

in fauorem Religionis, cenſetur concedere, & conferre iuxtà debitum ordinem, & magis conſentaneum ipſi Religioni, quandiù aliud expreſsè non declarat, hoc eſt, cum debita dependentia inferiorum à Superioribus; atque adeò Capitulum generale omnium Religionū poteſt dicta priuilegia limitare, vt præter adductos, Suarez *tom.4. de Relig. tract.8. lib.2. cap. 22. nu.14.* Diana *ibid. reſol.14. per tot.* vbi confutans Paſqualigum, qui *Centur.4. q.331.* contrarium tenet, ex eo quia inferior non poteſt abrogare, quę fiunt à Superiore, reſpondet cum Suario *ibid.* non hoc ſequi, quia, cum à Pontifice concedantur priuilegia cum prædicta ſubordinatione, quando ea limitantur, vel prohibentur in Capitulis, non cenſetur inferior auferre facultatem à Superiore conceſſam. Nec exemplum Paſqualigi conuincit, quod ſicuti Prouinciales nequeunt impedire, ne ſubditi fruantur gratijs à Generali conceſſis, ſic nec Capitula, aut Generales impedire valent, ne ſubditi fruantur gratijs à Summo Pontifice conceſſis; Si enim eadem intentione à Generali concederentur, hoc eſt cum debita ſubordinatione ad Prouinciales, vtique & hi poſſent limitare, & impedire ſubditis dictarum gratiarum vſum.

501 Quià tamen fundamentum, ſeù ratio præallegatorum pro dicta aſſertione eſt, quia Regula 22. *quod inferior non poſſit Superiorum gratias tollere*, intelligitur procedere, quando fit contrà voluntatem eius, cui conceſſę ſunt; quod ceſſare videtur in Capitulo generali, vbi cenſetur exiſtere tota Religio, cui priuilegia principaliter conceduntur, atque interpretatiua voluntas eiuſdem Religionis concurrere, atque conſentire, ſi tamen à maiori parte fiant. Roderic. *d. art.2.* Pellizzar. *eod. nu.62.* aduerto pro nunc, cum hæc reſoluenda ſunt in Capitulis noſtris generalibus, non eſſe neceſſariò rem omnibus Vocalibus proponendam, & ab eorum maiori parte approbandam, vt ſupponunt ſupradicti DD. ſed ſufficienter hæc à Definitorio generali, quod nouem tantum Patribus conſtat, determinari; cum apud ipſum reſideat facultas iuxtà iuris formam Conſtitutiones, ordinationes, declarationes annullandi, alterandi, diſpenſandi, declarandi &c. & omnia decernendi ex *Conſtit. p.3. cap.2. §.13.* & reliqui Vocales ad ſolam electionem Superiorum admittantur. Dixi pro nunc, quia fortè alibi de hoc fuſiùs.

502 Addo his, poſſe item Vicarium Generalem interpretari, & declarare priuilegia quoad ſecuritatem, & quietem conſcientiarū, vbi tamen ſint dubia, & ambigua, & reſpectu ſuorum ſubditorum tantum; & non ſolum doctrinaliter: ſed & iudicialiter; & illius declarationi ſtandum eſſe ex multis priuilegijs, ſcilicet Innocentij VIII. Iulij II. & Leonis X. ad fauorem diuerſarum Religionum, quæ referunt, & ex ipſis hæc docent Roderic. *tom.1. q.11. art.5.* Mirand. *q.44. art.2.* Crux *d. lib.2. cap.2. dub.2.* Peyrin. *in Conſtit.13. Iulij II. num.2.* Portell. *verb. Generalis, nu.6.* Tamburin. *tom.1. diſp.16. q.6. nu.8.* A Spiritu Sancto. *ibid. ſect.8. à num.148.* Donat. *tract.8. q.7.* Paſſerin. *de ſtatib. tom.3. q.189. art.10. inſpect.10. num.727.* Baſſæus *verb. priuilegium.6. num.1.*

503 Obſeruanda poſtremò ſunt duo circa priuilegium Iulij II. & Leonis X. quo ad nullitatem impetrationum ſine conſenſu P. Generalis, proùt in eorum Conſtit. de quibus *dub. vltim. quodlib.3.* Primò: non eo ligari PP. Excalceatos, hoc eſt dicto conſenſui non ſubijci, cum per eorum Apoſtolicas Conſtitutiones. *3. p. cap.6. §.1. & 2.* Procuratori Generali de ſola Definitorij licentia priuilegia impetrare concedatur. *Procuratoris Generalis Congregationis munus eſt Congregationem defendere, priuilegia, & Breuia Apoſtolica obtinenda procurare &c. Nulla Breuia ad Congregationem ſpectantia abſque ordine Definitorij procurabit;* &, quod omnem tollit difficultatem, cum expreſſa derogatione Conſtitutionum ſuprà laudatorum Pontificum: *Non obſtante* (ſic Paulus V. in incip. *Sacri Apoſtolatus* die. 5. Maij. 1620. qua Conſtitutiones approbauit, proùt in noſtris litteris Apoſtolicis. *litt.7.*) *fel. rec. Iulij II. ſub dat. die 24. Septemb.* 1508. *ac Leonis X. Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum ſub dat. die* 10. *Iulij.* 1513. Et confirmat obſeruantia, per quam etiam Papales Conſtitutiones interpretantur Gonzal. *ad reg.8. Cancell. gloſs.9. §.2. num.39. & dub. ſeq. & num.63.* cum in nulla ex Pontificis conceſſionibus, quæ ſunt in Excalceatorum Bullario reperire ſit huiuſmodi conſenſum: ſignum euidens, quod ad ipſum non teneantur. Secundò: eo frui PP. Excalceatos, hoc eſt non valere quamcumque impetrationē, quæ à quacumq; perſona ſiuè noſtrę Congregationis, ſiuè aliena à Sede Apoſtolica obtineri fortaſsè contigerit contra noſtra priuilegia, Conſtitutiones, ac conſuetudines ſine P. Vicarij Generalis conſenſu, cum omnibus priuilegijs, iuribus, &c. P. Generali conceſſis & ipſe fruatur, vt ſuo loco dicetur. Atque hęc de priuilegijs in communi, quia de quibuſdam in particulari, proùt contingentia poſtulabit.

DVBIVM XXII.

An hæc Excalceatorum Reformatio ſit Patribus Calceatis præiudicialis.

504 CAuſam & huius dubij ſubminiſtrat Carolus Moreau hæc de Excalceatis *part.2. cap.6. Vindiciar.* ſcribens. *Dumque ſe Reformatos Ordinis Auguſtiniani indigitant, non leuem ijs facere iniuriam, qui ſub eadem Regula militantes Calceati incedunt, quibus aſſumpto Reformatorum nomine, quaſi exprobrare videntur, aut illos Auguſtini Regulam non capere, aut ab eis edocendi ſint, aut ab ea turpiter deſciniſſe, vt ad eius antiquam obſeruantiam his ducibus ſint reducendi.*

Pace tamen ſua nulla eſt PP. Calceatis, ſi rectè velit ratiocinari, ex Reformatione iniu-

ria; tam quia, vt vidimus *dub. 2. huius quodlib.* ab ipſis PP. Calceatis inſtituta eſt hæc Excalceatorum Reformatio; tum quia, ſi iniuriam infert Regularium Ordinibus Reformatio, aut inobſeruantijs inductis nullum adhibendum erit remedium, quod eſt contrà rectam rationem; aut damnandi ſunt Summi Pontifices, dum ad priſtinam obſeruantiam laxatos Ordines reducere ſtudent. Mirum eſt, quod vndè ſumere poterat argumentum gaudij, & decoris, indè eliciat materiam iniuriæ, & doloris. Certè negare non poteſt à primæuo rigore Eremitarum Ordinem defeciſſe; & quo fundamento beneficium reſtitutionis deperditę pulchritudinis adſcribit iniuriæ? Non dico culpabiles Patres meos Calceatos, cum conſuetudini, & ſuppono legitimæ debeatur eorum viuendi modus: ſed nec grauari debent, aut ſaltem non eſt, cur grauentur, ſi alij renuntiato conſuetudinis priuilegio antiquorum Eremitarum veſtigijs, quantum fas eſt, inhærere procurant. Videantur, quæ habet Lezana. *conſult. 44. à nu. 69. & ſeq.* & quæ *dub. 6. præced. quodlib.* dicta ſunt, & omnis præiudicij vmbra euaneſcet, & iniuriæ.

505 Adderem libenter, quod in ſimili argumento ſcribit Roderic. *tom. 1. q. 2. art. 3.* vbi, Reformationes non Ordines laxatos offendere, ſed adornare poſtquam oſtendit, in hæc verba concludit: *Aduertat tamen curioſus Lector, ne me arguat de peccato, quaſi noſtrum inſtitutũ tranſgrediens in ſupradictis narrandis moram fecerim; nam cum in his tractatibus ſim de Conuentualibus, Obſeruantibus, Diſcalceatis, Capucinis, & de alijs verba facturus, opere pretium eſſe duxi, in medium adducere, quomodò omnes hi ſub inſtituto, & Regula S. P. N. Franciſci militant, ſanctam noſtram Religionem non deformando, ſed mirifico varietatis ordine informando.* Adderem, inquam, niſi domeſticum, & in ſubiecta materia haberem (præter iam adducta ex Reuerendiſſimo Fiuizano Generali ſub *num. 400.*) teſtimonium, quod, quia directè Moreau oppoſitum, produco.

506 Pater Ioannes Baptiſta Ianuenſis Ordinis Eremitarum Vicarius Generalis Apoſtolicus in ſuis litteris teſtimonialibus ſub die 20. *Aprilis*. 1608. quibus P. Mag. Dionyſium à Neapoli ad Reformationem in Regno Siciliæ promouendam deputauit, hanc ſuam de Excalceatis mentem ſub hac forma, ex Originali in Archiuio noſtro Romano aſſeruato declarauit.

Nos F. Ioannes Baptiſta Genuenſis totius Ordinis S. Auguſtini Vicarius Generalis Apoſtolicus, licet indignus. Dilecto nobis in Chriſto Patri Magiſtro Dionyſio Neapolitano eiuſdem Ordinis, ac voti Salutem.

Diuina Sapientia &c. poſt multa circa diuerſitatem perſonarum in Eccleſia: *Quemadmodum ſub vna fide, & vno Baptiſmo apparet multiformis gratia Dei ad decorem, & conſeruationem Eccleſiæ Militantis, diuidens ſingulis prout vult; & quidem alios dedit Apoſtolos, alios Prophetas, alios Doctores ad conſummationem Sanctorum, & ædificationem corporis Chriſti; Ità vna eſt prorsùs Patris Auguſtinì Regula: verumtamen multiformis gratia Dei ſuam ampliſſimam Religionem non ceſſat quotidiè fætu nouæ prolis amplificare; atque ità quoſdam dedit Conuentuales, quoſdam Obſeruantes, quoſdam Diſcalceatos, quoſdam Reformatos, qui vel paupertatem ſectantes, vel librorum codices multiplicantes, vel litterarum ſtudijs incumbentes, vel confeſſionibus auricularibus inſiſtentes, operantur ad conſumationem Sanctorum in opus miniſterij huius Religionis, in ædificationem corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia. Ex quo ſanè colligitur non confuſio, neque ſchiſma, ſed gloria potius huius Religionis, gaudium, & lætitia Hieruſalem, & honorificentia Populi noſtri &c. Quarè &c. Dat. Romæ. die. 20. Aprilis. 1608. noſtri Officij affixo ſigillo. F. Io. Baptiſta Ianuenſis Vicarius Generalis Apoſtolicus. &c.*

Quibus nihil aptius ad ſuadendum Carolo Moreau ab Excalceatorum Congregatione, nullum Patribus Calceatis aduenire præiudicium.

QVODLI-

QVODLIBETVM SEXTVM
DE
EREMITARVM S. AVGVSTINI HABITV.

507 ANtiquatam quis fruſtraneum fortè iudicabit pertractare materiam; ſi enim nonniſi difficulter, quæ paucis ab hinc annis ex ſenſibus exciderunt, ad veritatis trutinam reuocantur, quomodo inueſtigari poterit, ne dicam dilucidari iam obliteratus, ſiuè tot ſæculorum decurſu penè deperditus proprius, ac verus S. Auguſtini, Auguſtinianorumque habitus? Ceſſabit tamen difficultas, ſi Iuriſperitos duces habere voluerimus; ad rerum enim antiquarum fidem conciliandam non plenam, & vſquequaque exactam probationem requiri: ſed ſufficere probationes aliquantò leuiores, per indicia, coniecturas, ac præſumptiones docent Maſcard. *vol.* 1. *concl.* 103. *n.* 12. per text. *in. l. cenſus, & monumenta; & l. Pen. ff. de probat. cap. Cum olim. de cenſibus. cap. cauſam. de probat. cap. Veniens. & cap. Licet ex quadam. de teſt. & atteſt.* Aymon. *de antiquit. tempor.* 1. *p. principali. part. vltim. num.* 30. iuncto conſilio. 266. *num.* 31. *vol.* 1. & alij quamplures ab eod. Maſcard. adducti; adeò vt fama, quæ ex ſe plerumque non eſt apta ad faciendam probationem, vt habet Iuriſconſultus *in l.* 3. §. *eiuſdem quo. ff. de Teſtibus.* vbi Gloſs. *ad verb. confirmet.* Bart. & alij: ad antiquas tamen res confirmandas, plenè valeat; ex text. *in l. ſi arbiter. ff. de probat. in l. ſumma §. item Labeo. ff. de aqua pluuiæ arcenda.* Alex. *conſ.* 4. *num.* 2. *lib.* 2. & *conſ.* 16. *num.* 22. *lib.* 5. Maſcard. *d. concl.* 103. *num.* 12. cum pluribus apud Barboſ. *in cap. cum cauſam. de probat. num.* 12. Addo ſcripturas, ſeù Chronicas, Hiſtoriarumque libros circa eaſdem res antiquas plenam efficere probationem, ex text. *in. l.* 2. §. *eodem tempore. ff. de origin. iuris.* & *in. l. quæſtionibus. ff. ad Iuliam Maieſtatem.* & reſoluunt Gloſs. *ad verb. magis. in cap. Inter dilectos. de fid. Inſtrum.* Maſcard. cum pluribus. *vol.* 1. *concl.* 287. *num.* 1. Vndè & ſi difficile quibuſdam videatur de antiquato Auguſtinianorum habitu ſolido diſputare fundamento, ex coniecturis tamen, præſumptionibus, Ordiniſque Hiſtoricis non obſcuram illius notitiam me depromptur um non diffido.

DVBIVM I.

An S. P. Auguſtinus in Monachali habitu inceſſerit.

508 IN duplici ſenſu poteſt procedere quæſtio; de Auguſtino antè Presbyteratum, & in Eremo; & de ipſo Epiſcopo. Modò in primo; & dico eum Monaſticam veſtem geſtaiſſe. Oſtendi hoc *ſupr. num.* 60. vbi à baptiſmo cucullo nigro, zonaque coriacea indutum ipſum vidimus ab Ambroſio. Conſentit Petrarcha *lib. 2. de vit. ſolit.* & ex eiuſdem S. P. Auguſtini verbis iterum ſuadeo; ſermone enim primo *de commun. vit. Cleric.* de ſe iam ad Epiſcopatum aſſumpto loquens, ait; *Non attuli aliquid, non veni ad hanc Eccleſiam, niſi cum ijs indumentis, quibus illo tempore veſtiebar &c.* quo loquendi modo ſanè oſtendit antè dictam promotionem ſe adhuc laicum peculiarem habitum geſtaſſe ab indumentis aliorum ſæculariū diſtinctum, hoc eſt Monachalem. Ità Suarez, *de Relig. tom. 4. tract. 9. lib. 2. cap. 8. num. 12.* Franciſcus Biuarius *de veter. Monach. lib. 2. cap. 3. num. 5.* Mag. Chriſtianus Lupus, *quæſt. quodlib. de orig. Eremit. S. Auguſt. cap. 16.* Verba primi (quæ deſiderari nolo) ſunt: *Præterea colligo ex ſuperioribus verbis habuiſſe Auguſtinum adhuc laicum in eo ſtatu peculiarem habitum, qui nec Presbyterorum proprius erat, nec vulgaris laicorum, ſed tam honeſtus, vt à Presbytero etiam retineri poſſet: nam hæc omnia mihi ſignificant ea verba:* Non veni niſi cum indumentis illis, quibus eo tempore veſtiebar. *Quando enim illa verba dixit Auguſtinus, iam erat Epiſcopus, in quo ſtatu indumenta mutauerat, vt indicat: anteà verò eadem retinebat etiam in Monaſterio Ciuitatis, quæ ſi non fuiſſent ſpecialia, & ab indumentis aliorum ſæcularium diſtincta, non de illis tamquam de ſingularibus, & proprijs loqueretur. Qualia autem illa fuerint, aut cuius figuræ, vel coloris ipſe nobis non explicuit; & ideò nihil certum in ſpeciali dicere poſſumus, quamuis in genere non dubitem, quin fuerint Monachalia.* Biuarius verò ſic, & breuius: *Niſi cum illis indumentis, quibus illo tempore veſtiebar, haud dubium Monaſterialibus &c.* & Lupus: *Perclarum itaque eſt Auguſtinum fuiſſe Monachum, permanſiſſeque vſque ad Epiſcopatum: fuiſſe inquam, ac permanſiſſe Monachum cucullatum. Hoc planè conuincunt hæc eius verba in eo iſto ſermone: Non veni ad hanc Eccleſiam, niſi cum ijs veſtimentis &c.*

509 Suadetur hęc illatio ex duplici capite; primò, quia tunc temporis aderat habitus proprius Monachorum ab habitu tum laicorum, tum Clericorum diſcretus, vt colligitur ex Concil. Nicæn. *c. 76.* ibi: *Monachi alia habeant veſtimenta, & mores, quam populus, & caput tondeant in modum coronæ;* & ex eod. S. P. Auguſtino *lib. de oper. Monach. cap. 28. Tametſi multi ſint ſub habitu Monachorum hypocritæ circumeuntes Prouincias.* Et in *Pſal. 147. Vident plerumque, vt ſic, tranſire ſeruos Dei: cognoſcunt ipſo habitu, vel veſtis, vel capitis;* & probat Leo Carmelita in *Philocal. & Analect. tom. 2. in typ. veſtis Monaſt. tit. 1. cap. 1. num. 1. & cap. 2. per tot.* Et quoad Clericorum habitum ex Concil. Carthag. IV. cui ipſe Auguſtinus ſubſcripſit, vbi ſic, *c. 45.* præcipitur: *Clericus profeſſionem ſuam & in habitu, & in inceſſu probet.* Secundò quià habitum Monachalem in Africam inuexit primò ipſe Auguſtinus ex Italia, vt habet Baronius *ad ann. 504.* dicens: *Sed vndè, quam refert Monaſtica inſtitutio fluxit in Africam? Si rectè memoria tenes non ab alio, quam à S. Auguſtino, qui eamdem ex Romana, & Mediolanenſi Eccleſia primitus mutuatus in Africam inuexit, atque latiſſimè propagauit. Vt planè intelligas, quam S. Fulgentius eſt profeſſus Monaſticam Regulam, ab ipſo S. Auguſtino deriuaſſe, diuerſique Ordinis ab eo inſtitutas fuiſſe claſſes: aliorum nempè, qui procul à Ciuitatibus degentes, eius eſſent vitæ, atque veſtitus, cuius hic vides Fulgentium eſſe cultorem, nempè vna induti tunica, eademq; pellicea zona conſtricta.* Cui ſubſcribit Suarez *ibid. cap. 9. num. 16.* ſic: *Hæc enim vnio* (loquitur de vnione generali Ordinis) *facta eſt ſub Regula S. Auguſtini, & ſub appellatione Eremitarum S. Auguſtini, & ſub habitu, quem Auguſtinus induiſſe creditur, vel in baptiſmo, ſi ſermo ille Ambroſij recipitur, vel certè poſt baptiſmum antequam fieret Presbyter; nam ex vit. S. Fulgentij cap. 18. colligitur, ſimilem habitum portaſſe in Monachiſmo, & ità illum amaſſe, vt in Epiſcopatu illum non reliquerit, quod eſt magnum ſignum Auguſtinum illum Monachalem habitum in Africam inuexiſſe.* Si ergò tunc temporis habitus Monachorum erat ab habitu laicorum, Clericorumq; diſtinctus, & habitus Monachorum, quos in Africa inſtituit Auguſtinus erat ille idem, quem in baptiſmo ſuſceperat, & conſequenter in ſe ipſo ex Italia illuc tranſtulerat, nullo modo dubitari poteſt, quod indumenta, quibus ſe indutum dixit, fuerint Monachalia, & in habitu Monachali inceſſerit.

510 An autem factus Epiſcopus Monaſticā pariter veſtem ex more geſtauerit, & quis certò ſcire poteſt? Hoc tantum de eius veſtibus in ſtatu Epiſcopali refert Poſſidius *cap. 22. Veſtis eius, & calceamenta, & lectualia ex moderato, & competenti habitu erant, nec nitida nimium, nec abiecta plurimum.* Ex quibus, vt benè notauit Marquez, *de orig. Eremit. cap. 7. §. 6.* nequit comprehendi veſtium eius nec qualitas, nec forma. Monachalem nihilominus cucullam ipſe probat *d. cap. 7. §. 6. 7. 8. & 9.* adhuc Epiſcopum geſtaſſe Auguſtinum; & tenent Cruſenius *part. 1. Monaſt. Auguſtinian. cap. 25.* ac Carolus Moreau *d. Vindic. part. 1. q. 12.* At Mag. Chriſtianus Lupus, cuius eruditioni multum defero. *cit. diſp. cap. 27.* ſentit Monachales veſtes eum depoſuiſſe, & Epiſcopalem habitum, violaceum ſcilicet, ſicut omnes Epiſcopi, geſtaſſe.

511 Verum quidem eſt, quod nonnulli Monachi etiam poſt Epiſcopale faſtigium Monaſticum habitum retinuerunt, vt Sancti Fulgentius, Gregorius Nazianzenus, Heliodorus, Euſebius, Martinus, alijque non pauci; &

teſtatur Alteſerra in *Aſcet. rei monaſt. lib. 5. cap. 20.* Communior tamen vſus Eccleſiæ latinæ erat, quod priſtinus Monachalis habitus deponeretur à Monachis, qui ad Epiſcopatum promouebantur; non quod tenerentur illum deponere; hoc enim liberum erat: ſed quod ferè omnes id facerent, & hoc per plura ſęcula, vt ibi aduertit Lupus: *Latinis ergò* (ſic ipſe) *Monachis in Epiſcopum conſecratis liberum erat Monaſticum habitum reicere, vel retinere: communius tamen reiciebant, idque per multa ſæcula.* Qua poſteà de cauſa in VIII. Synodo Generali de anno 896. *can. 27.* ſtatutum fuit, quod *Monachi, qui vita, & doctrina, vt Epiſcopi creentur, meruerint, non mutent habitum, veſtiſque rationem ob nouam dignitatem;* non enim hoc indictum eſſet à Concilio, ni Monachi ad Epiſcopatum aſſumpti habitum mutare conſueuiſſent; Vndè morem hunc ſecutum fuiſſe Auguſtinum, & habitum commutaſſe ſubintulit, & rationabiliter Lupus, dicens: *Monaſticum autem* (ſcilicet habitum) *exuit conſecratus Epiſcopus ſecutus morem per omnem tunc latinam Eccleſiam vſitatum.* Cui ſententiæ & ego ſubſcribo, cum de Auguſtino ſingularitatis inimico credendum ſit, vt benè Lupus *ibid.* quod Latinæ Eccleſię communiori vſui ſe conformauerit.

512 Addo, non leue huius rei argumentum eſſe ſupraposita S. P. Auguſtini verba: *Non veni ad hanc Eccleſiam niſi cum ijs veſtimentis, quibus eo tempore veſtiebar*, ideſt quibus tempore mei Monachatus induebar, quaſi indicans, diuerſas tunc habuiſſe veſtes ab illis, quas deferebat, quando ad Epiſcopatum aſcendit. Nec ſubſiſtit expoſitio Moreau *loc. ſupr.* dicentis *Niſi cum ijs (vel his nam demonſtrantis eſt) indumentis*; non enim benè cohæret cum ſubſequentibus verbis, *quibus illo tempore veſtiebar*; ſi namque tunc Epiſcopus eaſdem veſtes geſtaſſet, ac quando erat Monachus, neceſſe non fuiſſet dicere, *quibus illo tempore veſtiebar*; & ſatis fuiſſet: quin debuiſſet dicere, *niſi cum his indumentis*, & intellexiſſet vnuſquiſque eius veſtes, quas tunc habebat, & de quibus tunc loquebatur, eiuſdem rationis eſſe, ac quas veſtierat antequam initiaretur. Dum ergò addidit: *quibus illo tempore veſtiebar*, ſatis, ſuperque indicauit, diuerſum habitum geſtaſſe tunc, cum Populo loqueretur ab eo, quem geſtabat antè Epiſcopalem dignitatem; & conſequenter tunc non geſtaſſe Monachalem veſtem, quam antè deferre conſueuerat. Ità ſentit Lupus, *loc. ſupr.* & antè illum Suarez, vt vidimus, quorum auctoritas pro præſenti ſufficit.

DVBIVM II.

Qualis fuerit S. P. Auguſtini, & eius Eremitarum Monachalis habitus.

513 Difficilis ſanè deciſio, cum in tota ſuorum librorum ſerie nihil ipſe de ſuo habitu ſcripſerit (ſi ſermones ad Fratres in Eremo è medio tuleris) quin nec Poſſidius, vt *dub. præcedent.* cum Marquez obſeruauimus, nec in Regula quid de habitu determinauerit, ex quo poſſit colligi, qualem ipſe habitum geſtauerit: ſed ſolum generalia præſcripſerit, ſcilicet, quod veſtes ſub vno cuſtode conſeruentur, quod lauentur à Fratribus, vel fullonibus, quod non ſit notabilis habitus, nec affectet quis placere veſtibus, ſed moribus; quibus nihil de forma, aut qualitate innititur. Vndè laudatus Suarez: *Qualia autem* (ideſt indumẽta) *illa fuerint, aut cuius figuræ, vel coloris, ipſe nobis non explicuit; & ideò nihil certum in ſpeciali dicere poſſumus*; & repetit *cap. 9. num. 17.* Idem ſentire videtur Iordanus de Saxonia, dum *lib. 1. Vit. Fratr. cap. 14.* quaſi certò neſciens Auguſtini habitum in ſpecie, ratione varij modi veſtiendi Anachoretarum, ſic caput exorditur: *Quali autem habitu B. Auguſtinus cum ſuis Fratribus vſus fuerit conſequenter perſcrutandum eſt. Et quidem nullum determinatum habitum Anachoretarum primitus fuiſſe legimus: Sed eorum quilibet vtebatur veſte, qualem habere potuit.*

514 Creſcit autem dubitatio, quia poſt diſperſionem Vandalicam adeò *in tot paulatim* (ſunt verba Moreau *p. 1. Vindic. q. 19. §. accidit*) *Eremitarum has, vel illas ſyluas deligentium, atque alind circa antiqui inſtituti regulas immutantium, vt ſolet, Congregationes, Ordo S. Auguſtini diſtractus eſt, vt verum illum, ac genuinum ab Auguſtino traducem difficile eſſet agnoſcere*; & tanta habituum ſuborta diuerſitas, ſicut affirmauit Abraham Bzouius *tom. 13. annal. ad ann.* 1255. ſic de Eremitis Auguſtinianis loquens, *Cum prius varij coloris, & figuræ habitum geſtaſſent*, vt inter ipſos Auguſtinianos verus, & proprius eorum habitus ignoraretur, teſte Iordano de Saxon ſic. *d. cap. 14.* rem enarrante: *Quia verò poſt tranſitum B. Auguſtini Fratres hinc indè fuerunt diſperſi, vt dictum eſt in cap. præcedenti; & tunc ſuccreuit difformitas tam in habitu, quam in officio diuino, & cæteris obſeruantijs vſque ad tempus recollectionis, ſeù vnionis Ordinis memorati; & quoniam tunc inter illos Fratres ſimplices dubitabatur, quis eſſet verus habitus eorum.* Creſcit inquam, dubitatio, quia ſi certi fuiſſent de Sancti Parentis habitu, ceſſaſſet vtique dubium de eorum vero habitu. Vndè cum Suario concludendũ, nihil certum in ſpeciali nos de eius (addo) nec primorum Ordinis Eremitarum habitu dicere poſſe, licet extrà dubium ſit, quod fuerit Monaſticus.

Hęc dicta ſint tamen quoad euidentem probationem, & notitiam, quæ ex eius, vel antiquorum Ordinis Fratrum ore, vel ſcriptis prodierit. Cęterum ex coniecturis, Hiſtorijs, alijſq; notitijs (à quibus pro antiquitate eruenda non eſt, vt vidimus, recedendum) tantum lucis eruitur, vt quid de eius, & ſequacium vero, ac proprio habitu, rationabili diſcurſu iudicandum, ac firmiter tenendum ſit, valeat facilè reſolui.

Digitized by Google

DVBIVM III.

Quid de S. P. Auguſtini, & eius Eremitarum habitu poſſit determinatè ſtatui.

515 HOC primò, & neceſſariò tamquam certum debet ſtatui, quod S. P. Auguſtini, & eius Eremitarum habitus fuerit ſimilis habitui Monachorum Ægypti. Et hoc eſt, quod firmare intendo, vtpotè fundamentum, & primum principium eorum, quæ dicenda ſunt. Pluribus poſſem probare, præcipuè ex Suario, qui *d. cap. 9. num.* 17. Auguſtini habitum Monachis Orientalibus conſimilem oſtendit; & *nu.* 33. ſic concludit: *D. Auguſtinus circa ſtatum Monachorum, quem in Eccleſia inuenit, & Mediolani, & Romæ vidit, duo tantum feciſſe videtur; vnum eſt, quod illum innexit in Africam, ubi nundum erat in vſu: aliud eſt, quod peculiarem Regulam illi addidit: in cæteris nihil immutaſſe, aut ſtatuiſſe videtur, nec de habitu, vt ex his, quæ ſupra nu. 17. expendimus, ſatis conſtare videtur, & planè ſenſit Antoninus ſuprà, & Baronius tom. 6. circa annum Domini. 504., nec de alijs ritibus, aut cæremonijs, præter ea, quæ in dicta Regula continentur, quia neque ex ſcriptis eius, neque ex vlla hiſtoria, vel traditione aliud quidpiam habemus.*

516 Confirmari etiam poſſet ex dictis iam *quodlib. 1. dub.* 12. nempè ab Athanaſio Romam translatum ex Ægypto Monachatum, ibi ab Antonio diffuſum; & Roma Mediolanum primò per S. Martinum, deindè per S. Euſebium tranſuectum; & *num.* 109. & 509. cum Baronio Roma, & Mediolano in Africam ab Auguſtino translatum, quod & repetit idem Baronius *ad ann. 395. pag. 640. litt. B.* dicens: *Euexerat ipſe ex Italia eius modi viuendi formam; viderat enim, quod ipſe teſtatur, apud Mediolanenſem Ciuitatem nobile monaſterium; conſpexerat & Romæ plura, eademque peregregia; quæ tamquam beatorum Ciuium choros laudauit, quam quidem diſciplinam æmulatus in Africana Eccleſia quamprimum inſtituere conatus eſt*; ſequitur enim clarè S. P. Auguſtini, & ſociorum habitum habitui Monachorum Ægyptiorum fuiſſe perſimilem. At, quia hunc Auguſtinianæ Religionis mentem eſſe prætendo, ſolos Patres meos Calceatos teſtes volo.

517 Et ante omnes en, vt potè ſcriptor antiquus, Iordanus de Saxon. *lib. 1. Vit. Fratr. cap.* 15. ſic ſcribens: *Quod autem B. Auguſtinus habitu nigro, cum zona pellicea nigra veſtitus fuerit, quodque ipſe immediatè poſt ſuſceptum baptiſmum talem habitum auctorizante B. Ambroſio, aſſumpſerit, & quod eodem habitu Fratres ſui vſi fuerint, apparet expreſsè in ſerm. de Filio prodigo, & in ſerm. de cæna Domini; item in ſerm. ad Presbiteros Hipponenſes. Et hic quidem habitus congruè conueniebat Fratribus illis; quod declaratur ex duobus: primò ex eo, quod iſte habitus magis conformis eſt habitui Patrum, & Fratrum illorum in Eremo* (certè Ægyptorum) *de quibus dicitur in Vitas Patrum, quod habitus eorum erat tucull*a*, & zona pellicea, ideſt corrigia, ac humerale, per quod accipitur ſcapulare, eo quod tegat humeros, ſeù ſcapulas. Et ſecundum hoc habitus Ordinis per omnia conformatur habitui illorum Patrum. Et hoc in ſubſtantialibus, licet fortè in forma, & figura poſſit eſſe diuerſitas aliqualis ex more moderni temporis.*

Accedit Paulus Bergomenſis in *Apolog. Religionis Fratr. Eremitar. p. 1. §. noſter verò habitus*; vbi ſic habet: *Habitus ergò hic, Eremiticuſque viuendi modus tam in veteri Teſtamento per Prophetas Eliam, & Eliſæum, cæteroſque vitæ Eremiticæ Principes, quam etiam nouo Teſtamento per Ioannem Baptiſtam, Paulum Antonium, cæteroſque Eremum colentes, rectiſſima linea, legitimaque meritorum ſucceſſione per Auguſtinum Patrem ad nos vſque preſentes D. Auguſtini Eremitas deductus eſt.*

In eumdem ſenſum abijt Ambroſius Coranus, ſiuè Coriolanus in *Vit. S. P. Aug.* dicens: *D. Ambroſius eum D. Pauli primi Eremitæ habitum, cucullam ſcilicet nigram ad mundi contemptum ſignificandum induit. Zona pellicea ad lumborum refrænationem indicandam cinxit.* Et rurſus in *Defenſor. Ordin. verit. 1. cap. 1.* poſtquam oſtendit Auguſtinum Pauli, & Antonij eremitarum exemplo conuerſum ait: *Ecce apparet, quod ipſe vitam eremiticam ſequi volebat, immò de facto eſt ſecutus; & hoc fuit rationabile, quia conſentaneum fuit, vt vitam, & habitum illorum Patrum aſſumeret, & portaret, quorum exemplo, & doctrinis ad vitam Catholicam fuit conuerſus.*

518 Nicolaus Cruſenius in *Monaſt. Auguſtin. p. 1. cap.* 17. ea Poſſidij verba de Auguſtini habitu, *nec pretioſum, nec abiectum*, ſic commentatur: *Quibus verbis ſubindicat S. Auguſtinum formam ſuarum veſtium mutuatam fuiſſe ex veterum Patrum vita, de quorum veſtibus Caſſianus lib. de inſtit. cænobit. &c.* & qua de cauſa *cap.* 18. *Ægyptios* vocat Auguſtini diſcipulos:

Ioannes Gonzalez de Critania ex Hiſpanico in latinum ſermonem à Gregorio Aur. D'ayneſ conuerſus in *epitom. vit. Monaſtic. S. P. Auguſtini §. 4. cap. 1. pag.* 11. ſic ſcribit: *Cæterum ex ea Eremitarum viuendi formula* (quæ ſanè habitum quoque includit) *quam Mediolani in Cænobio S. Simpliciani deprehenderat, ex eo demum genere vitæ, quod poſteà Centumcellis notauit, vitam Eremiticam duxit Auguſtinus &c. In cuius robur addit Sabellicus p. 2. lib. 9. Ænead. 7. D. Auguſtinum aliquamdiù cum miræ eruditionis, & ſanctitatis viro Simpliciano, eiuſque Monachis commoratum in monaſterio, quod ſæcularis, & Eccleſiaſticæ militiæ Antiſtes Martinus penè mænia Mediolanenſia extruxerat, cum Monachalem vitam eſt amplexatus, cuius normam in Oriente teſte Sulpitio. dialog. 1. cap. 4. viderat.* & de eiuſdem Simpliciani habitu repetit. *§. 6. eiuſd. cap. 1. pag.* 16. ex Henrico de Vrimaria: *Porrò Henricus ab Alemania in collectaneis docet D. Simplicianum, qui intrà Romanæ ditionis terminos Eremitarum methodo Diuorum Pauli, & Antonij in habitu nigro, & cinctorio veſti ſuperpoſito conformem vitam agebat, eam vitæ conditionem Mediolanum intuliſſe.*

519 Sed quid ſenſerit Carolus Moreau videa-

deamus. In *lib. Vindic. p. 1: q. 9. §. quod ſpectat &c.* ſic de Auguſtini habitu loquitur: *Moris erat Monachis nigras veſtes induere, quem B. Martinus primum in Mediolanenſia monaſteria inuexit, à quo deindè Simplicianus, ab eoque D. Auguſtinus accepit, & tulit in Africam.* Et ne quis putet ipſum ſentire, quod ſolum colorem mutuauerit Auguſtinus à Monachis Mediolanenſibus; ecce quid de eodem Auguſtini habitu in *appendic. ad d. p. 1. Vindiciar. §. 3. pag. mihi* 173. ſcribit *Iam verò Ægyptijs Monachis, quorum viuendi normam primus in Italiam inuexit S. Athanaſius, atque indè in Africam Auguſtinus, vſitatum veſtis genus fuiſſe Cucullum, notiſſimum eſt ex Caſſiano lib. Inſtit. cap. 4. Hieronymo in teſtamen. Hilarionis, Palladio lib. 9. Hiſt. Lauſiac. cap. 14. alijſque. Quæ igitur ratio eſt, vt huns ſolum è monachalis vitæ inſignijs defugerit Auguſtinus.* Et rurſus de tota eius habitus forma in *Præfat. general. ad Omniloq. Tertull. §. 7.* repetit: *Et cingulum quidem pelliceum, commune Monachis, quos Romæ, & Mediolani viderat Auguſtinus, ipſum præcinctum, reliquoque habitu conformatum quis dubitet?* Et in eod. Omniloq. *ad verb. Pallium ſchol. 1. Et Monachis, quorum Pater fuit Auguſtinus in Africa quidem inſtitutor primus: In Italia autem Mediolanenſium, & Romanorum imitator.*

Conſonat Aloyſius Torellus in *ſæcul. Auguſtin. ad ann.* 387. vbi, cum *num.* 72. locutus fuiſſet de Monachatu ex Ægypto Romam, & Roma Mediolanum translato, aſſeruiſſetque inſtitutum Monachorum Romanorum, ac Mediolanenſium fuiſſe illud idem D. Antonij dicit *num.* 86. idem profeſſum fuiſſe S. P. Auguſtinum, & eorumdem habitum è manibus Ambroſij in Baptiſmo ſuſcepiſſe.

520 Nec prætereundus Cornelius Lancellotus in vit. S. Auguſtini *lib. 2. cap. 5.* vbi de Monachis loquens ait: *E quorum numero fuit S. Martinus, qui primus ex Oriente nigrum Monachorum habitum in Italiam inuexit, cuius inter cæteros Mediolani diſcipulus fuit B. Simplicianus, à quo genus hoc Monaſticæ veſtis Auguſtinum accepiſſe, detuliſſe, eoque Religioſum egiſſe &c.* Nec eſt credibile, quod ſenſerit hic Auctor ab eis Monachis colorem, & non reliquam habitus formam deſumpſiſſe Auguſtinum; quod idem dicendū de alijs, nempe Pamphilo in *Chronic. Ordin pag. 2.* dicēte *Auguſtinus deindè eam ſibi vitam elegit, quæ Monachica vocabatur: quod inſtitutum, vt facilè credi poteſt à Simpliciano Monacho, qui eum in Chriſtiana Religione plurimum erudijt, Mediolani ſeperat.* Thoma de Herrera *reſpon. pacific. 4. ad §. 4. Apologet. §. 1. num. 12. in medio*, dum hæc Petri Venerabilis de S. Martino loquentis verba perpendens, *quod verò Monachus fuerit* ideſt Martinus, *Monaſterium, quod Mediolani conſtruxit teſtatur*, ſic adnotauit: *Hoc eſt illud monaſterium Mediolanenſe, cuius meminit Auguſtinus in lib. Confeſs. & à quo mutuaſſe videtur vitam Monaſticam.* Et Ioſeph Sabbatino, qui poſtquam in *lib. 1. Vindic. Monachatus D. Auguſtini. cap. 4.* aduerterat, Mediolanenſes Monachos Ægyptiorum Monachorum ad inſtar vixiſſe, *cap. 7.* ſic habet: *Itaquè Auguſtinus vna cum ſuis non ſolum Chriſtianam fidem amplecti: verum etiam Antonij veſtigia ſibi calcanda propoſuit;* Eo enim ipſo, quod hi ſcriptores tenent Auguſtinum Simpliciani Monachi inſtitutum Mediolanenſis Monaſterij, vitam Monaſticam, quæ eadem ac Ægyptiorum Monachorum erat, amplexatum, & Antonij veſtigia imitatum fuiſſe, ſentire item indicant, quod eorum habitum induerit, in quo eorum inſtituti, vitæ Monaſticæ, & imitationis ratio non exigua conſiſtit.

521 Claudo numerum cum Mag. Chriſtiano Lupo, qui ſolus mihi ſufficit pro multis. Eadem *quæſt. quodlibet cap.* 16. ſic rem mirabiliter explicat, & declarat. *Auguſtinum propriam Monachiſmi ſpeciem reuera non inſtituit, ſed potius eam ipſam, quam in Galliæ, Germaniæ, Ægypti, Meſopotamiæ, aliarumque partium Eremis, atque agris florere à Potitiano audierat, atque ipſe in Italia viderat, quamque illius amore totus ſuccenſus vitæ Angelicæ coæquarat in lib. de morib. Eccleſ. Cathol. dumtaxat in Africam introduxit, atque per omnes illius Prouincias, annitente in primis S. Aurelio propagauit. Adeò vt Monachis ſuis videatur non dediſſe diſtinctam habitus formam, ſed formam eam ipſam, quam paſſim geſtabant Monachi Itali, Galli, Ægyptij, Meſopotami, Syri, alijque omnes &c. omnes quippè Ægypti, Italiæ, Galliæ, ac Africæ Monachi erant plantatio, ac ſtirps vnius S. Antonij, quam Romæ primus oſtenderat S. Athanaſius, per omnem autem Italiam traduxerat S. Euſebius, per omnem Galliam S. Martinus, per omnem Africam S. Auguſtinus.* Ex mente ergò Religionis Auguſtinianæ eſt, quod habitus S. P. Auguſtini, & antiquorum Ordinis Patrum fuerit ſimilis habitui Monachorum, quos Romæ, & Mediolani viderat, hoc eſt Monachorum Ægypti, ſeù ex Ægypto Romam, & Mediolanum profectorum. Sed adhuc pro maiori ſpecificatione ſit.

DVBIVM IV.

De eſſentia habitus Auguſtiniani, vbi de Pallio, & Caſula.

521 PLures Monachalium veſtium ſpecies conſiderari poſſunt: Sed cum à D. Fulgentij habitu S.P. Auguſtini, & primorum Eremitarum habitum deducendum eſſe docuerint, & meritò Baronius, & Suarez, vt vidimus *num.* 509. & ex noſtris Cornelius Lancellotus, qui in appendic. de Prouincijs, & Conuentibus Auguſtinianis in fin. Vit. S. Auguſtini ſub *verb. Ruſpenſis*, de tunc temporis Ordinis noſtri, & conſequenter de ipſius S. Patris habitu ſic: *E quo* (ideſt monaſterio) *D. Fulgentius, eiuſdem quoque loci poſteà Epiſcopus, cuius hiſtoriam, & heroicas virtutes latè proſequitur eius diſcipulus apud Surium 1. Iannarij, & C. Baronius tom. 6. & 7. quibus patet complura monaſteria inter perſecutionum iniurias perſtitiſſe, atque etiam, quo habitu vterentur id temporis noſtri Monachi.* Et expreſſius ac in puncto habitus S. Patris Auguſtini Nicolaus Cruſenius. *d. Monaſt. Auguſtin. p. 1. cap.*

Digitized by Google

17. *pag.* 45. dicens: *Vt autem propius accedamus ad S. Auguſtini amictum, intuendus nobis eſt S. Fulgentius illius diſcipulus; is enim ſui Magiſtri togam imitatur:* de habitu verò S. Fulgeutij ſic in eius vita *cap.* 18. apud Surium die 1. Ianuarij legatur: *Vnica tantum viliſſima tunica ſiuè per æſtatem, ſiuè per hyemem patienter indutus fuit;* & poſt aliqua: *Caſulam pretioſam, vel ſuperbi coloris nec ipſe habuit, nec Monachos habere permiſit: ſubtus caſulam nigello, vel lactineo pallio circumdatus inceſſit: quando temperies aeris inuitabat ſolo pallio intrà monaſterium coopertus.* Ideò tum ex his, tum ex *d. num.* 509. adductis Baronij verbis concludit Herreca *reſp. pacific.* 4. *num.* 31. habitum D. Fulgentij, & conſequenter cæterorum Auguſtinianorum quatuor conſtaſſe tunica, cingulo, pallio, & caſula.

523 Et quoad pallium, certum eſt veſtem fuiſſe non ſolum antiquorum Monachorum: *Poſt hæc* (de illis ità Caſſianus *lib.* 1. *de habit. Monach. cap.* 7.) *anguſto palliolo, tam amictus humilitatem, quam vilitatem pretij compendiumque ſectantes, colla pariter, atque humeros tegunt, quæ Maſortes tam noſtro, quam ipſorum nuncupantur eloquio; & ità planeticarum, atque birrorum pretia ſimul, ambitionemque declinant.* Et referunt ex ipſo Heribert. Roſſueyd. *in vit. PP. lib.* 4. *cap.* 15. Marianus Victorius Rheatinus in *not. ad epiſt.* 22. *S. Hieronymi ſub num.* 32. Henricus Grauius in *annot. ad eamdem epiſt.* Item Hilarionis, & Pauli, vt Hieronymus in *eorum vit.* Baſilij, vt Gregocins Nazianzenus, *Orat. in eius funer.* & Martini, vt Seuerus Sulpitius in *eius vit.* deſcribunt, & communiter omnium Monachorum; vndè *agmina palliata* vocati ſunt ab eodem Seuero Sulpitio, vt referunt Io. Baptiſta Caſalius *de veter. Chriſtianor. ritib. part.* 2. *cap.* 5. *de Baptiſmo* & Hebridius à Mundelheim in *Antiqu. Monaſt. epiſt.* 52. Sed etiam Ordinis Eremitarum, cum præter D. Fulgentium, vt dictum eſt, tum S. P. Auguſtinum, tum reliquos eius Eremitas pallio indutos inueniam. Illum ſiquidem, quia hac de cauſa Nectarius Ciceronem non togatum, ſed palliatum vocauit Auguſtinum, vt inter cæteros adnotauit Ludouicus de Angelis *de vit. & laud. S. P. Aug. lib.* 4. *cap.* 4. addens: *Hucuſque & benè Nectarius de Auguſtino Monacho, & palliato.* Eremitanos verò Fratres, quia Saluianus Maſſilienſis Epiſcopus *de prouident. lib.* 8. deſcribens Africæ Monachos, quos Auguſtinianos iam vidimus *num.* 193. palliatos eos obſeruat: *Intrà Africæ Ciuitates, & maximè intrà Carthaginis muros palliatum, & pallidum, & reciſis comarum fluentium iubis ad cutem tonſum videre &c.*

524 Quid autem, vel quale fuerit huiuſmodi pallium difficultate non caret. Herrera *reſponſ. pacif.* 4. *num.* 31. *in fin.* & Torellus in *ſæcul. Auguſt. ad ann.* 484. *num.* 78. ſentiunt nomine pallij venire caputium; & probant ex ſupra adductis Caſſiani verbis, & præcipuè *Et ità planeticarum, atque birrorum pretia ſimul ambitionemque declinant.* Placet nihilominus Io. Hieroſolymitani deſcriptio: *Pallium* (ſic ipſe *de inſtit. Monach. cap.* 34.) *fuit veſtis rotunda in collo vſque ad medias tibias totum corpus operiens, anteriuſque aperta: ſed alibi vndique clauſa, ſuperius anguſta, inferius amplitudine expanſa;* quam approbat, & ſequitur à Mundelheim *ibid.* & Ludouicus de Angelis *d. cap.* 4. Obſeruo tamen huiuſmodi pallia fuiſſe fortè caputiata, tum auctoritate Caſſiani aſſerentis huiuſmodi pallijs Monachos illos *birrorum pretia ſimul ambitionemque* declinaſſe, quo innuitur pallijs illis iuncta fuiſſe caputia, quibus loco birrorum caput operirent; tum quia S. P. Auguſtini antiqua pictura in Lateranenſi Sacrario cernitur cum huiuſmodi pallio caputiato; & tandem quia id ſentire videtur Mag. Lupus *d. cap.* 20. dum agens de pallio, quod ad ſimilitudinem Fulgentij gerebat Auguſtinus ſuper tunicam dicit: *Vno verbo, erat tale veſtimentum, quale modò fermè eſt Fratrum noſtrorum talaris caſacca. Huiuſmodi veſtimentum geſtauimus iam à tempore S. Auguſtini; & quia ei caputium adiectum erat, erat verus bardo cucullus.*

525 Quo verò ad Caſulam, cum ſolum D. Fulgentium ex Auguſtinianis ea indutum legam, quid ſit perſcrutare opere pretium eſt. Et eſſe veſtem cucullatam ſcripſit S. Iſidorus *lib.* 19. *Ethymol. cap.* 24. ibi: *Eſt veſtis cucullata dicta per diminutionem à caſa, quod totum hominem tegat, quaſi minor caſa; vndè, & cuculla quaſi minor cella;* cui adſentitur Theodemarus Abb. Caſſinenſ. *in epiſt. ad Carol. Magn.* apud Antonium Yepes *tom.* 3. *hiſt. Benedictin. in appendic. fol.* 23. *pag.* 2. *ſcriptur.* 16. dicens: *Sanè quia percunctari dignati eſtis, quod veſtimentum cuculla habeat intelligi, cucullam nos dicimus, quam alio modo caſulam vocamus.* Alij verò dicunt caſulam fuiſſe indumentum Monachi iam facti Clerici: quin omnium Clericorum, vt habet Amalarius Fortunatus *de Eccleſ. Offic. lib.* 2. *cap.* 19. *Caſulam, quæ eſt generale indumentum omnium Sacrorum Ducum;* Et iterum: *Caſula verò, quæ pertinet generaliter ad omnes Clericos.* Alij verò eſſe planetam Sacerdotalem, vt Rabanus Maurus. *de inſtit. Cleric. lib.* 1. *cap.* 1. Iuo Carnotens. *Serm. de ſignificat. indument. Sacerd.* Albinus Flaccus *de Diuin. offic.* 5. *quid ſignificent veſtimenta.* Hugo à S. Victore in *Specul. erudit. Theolog. cap.* 6. Baronius. *tom.* 1. *ad ann.* 58. *num.* 69. Quandoquidem in Concil. Toletan. IV. *cap.* 27. legitur: *Presbytero in ſua ordinatione planeta datur, quæ idem eſt, ac Caſula.* In quem ſenſum ierunt Ioſeph Laurent. in *Amalth. Onomaſt. verb. Caſula;* & ex Bleſſenſ. *ſerm.* 41. Dominicus Magr. *in notit. vocab. Eccleſiaſt. verb. eodem.* Et idem opinatus eſt Ludouicus de Angelis *d. lib.* 4. *cap.* 15. de hac S. Fulgentij caſula ex his S. Iſidori *lib. de offic. cap.* 16. verbis: *Planeta, ſiue caſula non eſt fas vti Monachis,* quaſi ea vteretur tamquam ſacerdos; cui explicationi aſſentitur Herrera *reſp. pacif.* 4. *num.* 31. dicens eam congruere Auctori vitæ S. Fulgentij *cap.* 18. cum ibi legatur *caſulam pretioſam, vel ſuperbi coloris;* quæ certè non quadrant habitui Monachorum, ſed potius planetis Clericorum. Ex quibus apparet

caſulam nomen æquiuocum eſſe, vt notauit Card. Bona. *lib. 1. rer. liturgic. cap. 24.* Quia tamen, quam geſtauit S. Fulgentius, Monachalem veſtem fuiſſe cum eodem Card. Bona *ibid.* Hugone Menard. in *Concord. Regular. cap. 37. in not. ad §. 3. verb. caſulam meam.* Hebridio à Mundelheim. *d. Antiquar. monaſt. epiſt. 143.* probabilius ego iudico; Chriſtiani Lupi explicationem amplector, qui *d. quæſt. quodlib. in fin. cap. 21.* dixit: *Erat ergò Caſula largum, & longum epitogium, ſeù potius epipallium, quale modò geſtant Dominicani, ac Carmelitæ, qualeque in hac Prouincia* (loquitur de ſua) *geſtarunt non ità pridem noſtri Laici; olim Fratres omninò omnes.* Et moueor, quià hæc eius interpretatio concordat cum Ordinis Conſtitutionibus iuſſu Hieronymi Seripandi impreſſis Romæ de 1551. apud Antonium Bladum. *cap. 25.*, vbi: *Vnicuique autem Fratri hæc veſtimenta, tunicam albam, cappam vnam nigram, cum duobus caputijs, clamydem, ſeu mantellum nigrum cum clauiculo ligneo, ſeù de oſſe nigra ligatum, ſine ligamine ſerici, & cuiuslibet ſpeciei metalli.* Clamys ſiquidem, ſeù mantellum taliter ligatum ſupradictæ caſulæ, ſeù epipallij Dominicanorum, & Carmelitarum mihi omninò coreſpondere videtur.

526 Siuè tamen (vt ad rem noſtram deueniamus) clericalis habitus fuerit Caſula, ſiuè epipallium ſuprà explicatum, non fuiſſe de ſubſtantia habitus Auguſtiniani licet colligere. Primum, per ſe patet, cum *planeta, ſiuè caſula fas non eſſet uti Monachis.* Secundum verò, quia non ſemper deferebatur à S. Fulgentio; *quando* namque *temperies aeris inuitabat ſolo pallio intrà monaſterium coopertus apparebat*, quod non præſtitiſſet, ſi caſula pars ſubſtantialis ſui habitus fuiſſet. Ità Aloyſius Torellus in *ſæcul. Auguſt. ann. 484. num. 80.* Vndè ſequitur, eam caſulam, ſeù epipallium, vel mantellum partem tantummodo integralem habitus Auguſtiniani fuiſſe, vt habet Herrera. *d. reſp. 4. num. 250.*, & Auguſtiniani habitus ſubſtantiam ad tunicam caputium, & corrigiam reduci; *His enim* (de S. P. Auguſtino loquitur Herrera *ibi*) *tunicam, caputium, & corrigiam tantum videtur inſtituiſſe pro habitu eſſentiali, addito pallio pro parte accidentali, vel integrali* Item *ibid. num. 15. Licet B. Auguſtinus nigro colore vſus ſit; tamen neque colorem, neque aliud genus tegumenti præſcripſit, niſi tunicam cum caputio, & cingulum coriaceum*, & repetit. *num. 93. 232. 299. & 340.* ibi: *In vtroque autem ſtatu ſemper conſeruata fuit eſſentia habitus Ordinis Eremitarum D. Auguſtini, quæ conſiſtit in tunica ſcilicet cum caputio, præcincta corrigia.*

527 Sentiunt hoc & alij Patres Calceati, Paulus Bergomenſis in *apolog. Relig. FF. Eremit. part. 1. §. noſter verò habitus.* Hieronymus Roman. *Hiſtor. Auguſtin. lib. 2. cap. 2.* Ioan. Gonzalez de Critania in *epitom. vit. Monaſt. S. P. Auguſt. cap. 1.* Antonius à Purificat. in *Chron. Prou. Port. lib. 1. tit. 1. §. 2.* docentes Auguſtinianum habitum eſſe veſtem nigram, hoc eſt cum caputio, & cincturam. Iordanus de Saxon. *lib. 1. Vit. Fratr. cap. 15. p. vt* vidimus *num. 517.* Ambroſius Coriolanus in *Defenſor. Ordinis verit. 1. cap. 4. & verit. 2. §. quartò patet* dicens: *Ex his habes colligere totum habitum ſcilicet nigram cucullam, & zonam pelliceam*: vbi cuculla ſtat pro tunica cum caputio; & præ cæteris clarius Aloyſius Torellus ad *d. ann. 484. num. 77. & 78.*

Concludamus ergò, Auguſtinianæ Religionis ſenſum eſſe, S. P. Auguſtini, cæterorumque priſcorum Ordinis Eremitarum habitum ſimilem fuiſſe habitui Monachorum Ægyptiorum, & in tunica, caputio, & zona coriacea conſtaſſe, & conſtare. Ex his enim principijs cætera facile erit dignoſcere.

DVBIVM V.

De materia habitus Auguſtinianorum.

528 HVmilem, & deſpectum fuiſſe deſumo primò ex mundi ſæculique contemptu, quem præſefert Eremorum inhabitatio, cum ad ſæculi contemptores humilem ſpectare veſtem doceat S. Hieronymus *epiſt. 4. ad Ruſtic.* & *lib. de vitand. ſuſpect. contuber.* dicens: *Vilis tunica contemptum ſæculi probat.* Et ideò omnibus Religioſis competere monet D. Thomas 2. 2. *q. 187. art. 1. in cap.* adeòut pro eodem accipi habitum vilem, & religioſum colligat Paſſerinus *de Stat. tom. 2. d. q. 187. art. 6. num. 1.* ex his *Cap. omnis iactantia 21. q. 4.* verbis: *Si inuenti fuerint deridentes eos, qui vilibus, & religioſis veſtibus amicti ſunt.* Et de facto taliter indutos priſcos Monachos teſtatur Synodus VII. *cap. 6.* relata. *d. cap. omnis iactantia.* ibi *A priſcis vſque temporibus omnis ſacratus vir cum mediocri, & vili veſte conuerſabatur.* Secundò ab Eremo talem habitum exigente, vt aduertit D. Ioan. Hieroſolymitan. Epiſcopus *lib. de inſtit. Monach. cap. 38.* dicens: *Monacho huius profeſſionis conuenire veſtem habere aſperam, & magis contrahentem corpus, quam fouentem.* & tradunt Hiacynth. Donatus. *rer. regul. tom. 4. tract. de Eremitis q. 9.* & Bordon. *tom. 2. reſol. 35. num. 62.* Tertiò, quia de facto talis erat habitus Eremitarum, ſeù Monachorum Ægypti iuxtà Alardum Gazæum in Caſſian. *lib. 1. cap. 5.* ſic de illis loquentem: *Cum conſtet pauperes illos, & ſummæ paupertatis cultores Eremicolas in illa vitæ auſteritate non alijs, quam ſimpliciſſimis, & viliſſimis indumentis vti potuiſſe*; & probat idem Paſſerinus *ibid. num. 3.* ex Hug. Menard. in *d. Concord. cap. 62.*

529 Sed iam audiatur Sigebertus, qui *epiſt. ad Macedonium* ſic: *Hoc autem Valerius Hipponenſis audiens præ gaudio lachrymabatur, & ſtatim eum ad ſe accerſiri fecit, & hortum ſecretum, & remotum à Ciuitate Auguſtino donauit, ibique pius Auguſtinus cum cæteris amicis, & fratribus in deſpecto habitu, & cum incredibili humilitate annis tribus manſit.* Quæ verba obſeruans Ambroſius Coriolanus in *d. Defenſor. verit. 1. cap. 3. §. quartò principaliter*, ſic explicat: *Secundò nota, quod ipſe*, Auguſtinus ſcilicet, *habitum deſpectum, qui non erat niſi habitus niger Eremiticus, portauit.* Et hoc adeò verum eſt, vt ità tenuerit à longo tempo-

re, & confeſsa fuerit Auguſtiniana Religio; in Officijs ſiquidem Ordinis noſtri de ann. 1597. ſub Generali Fiuizano præuio eruditorum Patrum diligenti examine Romæ impreſſis in *2. lect. 2. Noctur. die 2. infra Octau. S. Auguſt.* de Eremitis cum Auguſtino conuiuentibus hæc leguntur: *Reuerſus ad agros proprios, relictis, & diuendit is proprijs bonis, & pauperibus erogatis, eremum in ſolitudine ſibi elegit; & ibi cum amicis ieiunijs, & orationibus Deo vacabat; erant autem cum eo centum, & viginti duo viri in deſpecto, ac vili habitu, qui cum incredibili humilitate ſub obedientia eius viuebant*: ſeu non ex ſargia, aut ſtaminea nobili: ſed ex groſſiore, viliore que panno, & cum humili forma, vndè habitus dicitur vilis, & deſpectus. Conticeſcere hic non poſſum, quin dolens ingemiſcam, quod cum tot annorum ſpatio hæc in Eremitarum Ordine Protoparentis Auguſtini humilis habitus, ad filiorum ædificationem, exemplumque fuerit celebrata memoria, in nouiſſimis tandem Officijs (proh dolor!) omnia dicta verba fuerint obliterata.

530 Aſperum inſuper credo eorum habitum, vt potè eremiticum, cum *Sanctis, qui ſolitudinem inhabitabant morem fuiſſe aſpero veſtitu vti*, ſatis probet Marcus Antonius Maffa Salarnit. *in not. ad cap. 15. lib. 1. Iordan. de Saxon.* A qua mente non diſſentit Cornelius Lancellotus in *cit. Vit. S. Auguſt. lib. 2. cap. 5.* dicens: *Erat autem veſtis eius* (Auguſtini ſcilicet) *toga, tunicaue oblonga, quam zona cingebat, prærterque hanc cucullus, genus veſtimenti hominum viliorum, ac minus ſapientum (eis enim conuenit veſtes arctius aptari, ne indecenter defluant) eoque contrà aeris iniurias vtebatur. Potuit etiam fuiſſe leuidenſa, vel etiam cilicium; nam lib. de oper. Monachor. Tondeant, inquit, & cilicio caput velent.* Sicut neque Ludouicus de Angelis *de vit. & laud. S. Auguſt. lib. 4. cap. 4.* ſic eius habitum deſcribens: *Parua capitis cucula, vt geſtant Eremitæ Auguſtinenſes Pater, & Inſtitutor eorum geſtabat Auguſtinus, quæ in picturis eius apparent, atque ex textura cilicina fuiſſe videntur; vndè ſuis Monachis tonſuram cōmendabat his verbis: Tondeant, & cilicio caput velent.*

531 Nec obſtat, quod Poſſidius in eius *vit. cap. 22.* ſcripſerit: *Veſtis eius, & calceamenta, & lectualia ex moderato, & competente habitu erant, nec nitida nimium, nec abiecta plurimum*; dico enim ibi locutum Poſſidium de Auguſtino Epiſcopo, vt patet ex ipſo Poſſidio Auguſtini iam Epiſcopi geſta ibi enarrante; & tenent Marquez. *de orig. Eremit. cap. 7. §. 6.* & Barboſ. *de poteſt. Epiſc. p. 1. tit. 2. allegat. 7. num. 6. in fin.* de quo non loquimur; ſed de eo in Eremo, in quo iuxtà morem Eremitarum habitum vilem, & deſpectum geſſit. Et ſuadetur fortiter ex eo, quod Epiſcopus non alia, niſi lintea mitra, vt ſcribit Lancellotus *ibid. lib. 3. cap. 46.* vſus fuerit, & nullo modo veſtem non modò pretioſam, ſed nec particularem adhibuerit, ne alijs ſuis Religioſis decentius ornaretur: ſed tunicam illis conſimilem, vt ipſe aſſerit *ſerm. 2. de commun. vit. Cleric.* per hæc verba: *Nemo det mihi birrum, vel lineam veſtem, vel tunicam niſi in communi. Nolo talia offerat Sanctitas veſtra, quibus ego ſolus quaſi decentius vtar. Si quis meliorem dederit, vendo, vt quando non poteſt veſtis eſſe communis pretium veſtis ſit commune*; benè enim infertur, & à fortiori, quod in Eremo exiſtens eumdem, quem ſui Eremitæ geſtabant, habitum & ipſe induerit, hoc eſt vilem, & deſpectum, & quoad materiam, & quoad formam.

533 Et non ſolum priſcis illis temporibus viles fuerunt Auguſtinenſium veſtes: ſed & de 1235. conſimilibus indui ſolitos Fratres Brictinenſes affirmat Marquez. *ibid. cap. 4. §. 4.* Gregorij IX. in incipien. *Quæ omnium. Dat. Peruſijs. 3. Id. Martij.* apud Empol. *pag. 124. §. 8.* verbis innixus: *Cæterum humiliter attendentes, quod Regnum Dei non in pretioſa veſte conſiſtit, laudabiliter ſtatuiſtis, vt Fratres veſtri Ordinis de colore, ſeu valore veſtium minimè contendentes, ſemper in eis vilitatem obſeruent.* Et taliter indutos fuiſſe omnes huius Ordinis Fratres ſaltem de 1284. ad 1551. mihi ſuadent tum priores Conſtitutiones in Vrbeueter. eodem anno 1284. editæ, tum poſteriores de 1551. ſub Card. Seripando, cum in illis *cap. 24. de numero, & qualit. veſt.* ſic diſponatur: *Laneas tantum deferant veſtes, quæ tantò magis honeſtati noſtræ congruunt, quantò magis fuerint viliores.* Et iterum: *Nec ſint de ſtaminea, vel de Sargia, vel alio pretioſo, & nobili panno*; & in poſterioribus de 1551. *cap. 25.* ſic ſtatuatur: *ſupradicta autem omnia, neque ex pretioſo panno, neque ex ſargia raſa, ſed ex communi panno, vel raſcia groſſiore ſint*; hæc enim ſtaruta, & talem pro eo tempore mihi ſuadent Ordinis obſeruantiam.

534 Accedit quod, quandò actum fuit per Patres Calceatos de Reformationibus inſtituendis, ſiuè in Indiarum, ſiuè Hiſpaniarum, aut Italiæ partibus, hoc in primis cautum, quod veſtes non eſſent ex ſargia, aut ſtaminea, ſed ex panno, & hoc non pretioſo. De prima nempè Peruana teſtatur Ioachimus Brulius in *Hiſt. Peruan. Ord. S. Aug. lib. 4. cap. 8. num. 5.* dicens: *Hanc ergò paupertatem veſtis, ipſius ſeù materia, ſeù forma loquebantur; hæc enim contracta erat; illa rudis, aſpectuque inſuauis*, & poſt aliqua: *Eratque tam conſtans hæc eorum in veſte modeſtia, vt habitum pretioſum ex Hiſpania adueniente indè Religioſo fortè allatum, pro anathemate combuſſerint ſeniores, vt hac abominatione portam omnem iunioribus, ſpemque nitidioris veſtis introducendæ præcluderent.* Ad quem finem paritèr in Capitulo Prouinciali ibi de 1551. 13. *Kal. Octobr.* celebrato, inter cætera ſequens ſtatutum ediderunt: *Qua propter ſtatuimus, & ordinamus, vt Religioſi huius Prouinciæ eamdem in veſtibus aſperitatem, paupertatemque, quam ex Hiſpania attulerunt, ſeruare pergāt*; quod & refert Antonius Calancha in *Chronic. Peruan. tom. 1. lib. 1. cap. 22. & 25.* & addi poteſt Ioan. Griſalua in *hiſt. Ord. Auguſt. in noua Hiſpania*, Mexici impreſſ. 1624. *lib. 1. fol. 4. col. 1.* dum loquens de Fratre Ioanne Gallegos, qui primò, & illuditer, & Reformationem meditatus eſt, dicit, quod impetrata à

Mag.

Mag. Gabriele Veneto Generali licentia, ad illud opus ſe diſponens de 1531. *Empeça à poner por obra ſu iornada y como quien derriba la capa para hazer leñas en la milicia. Aſſi eſto ſanto varon mudò de trage veſtiendoſe de veſtiduras aſperas, deſcalçoſe los pies y empeço à viuir*. & *fol. 9. col. 4.* de alijs ſeptem Religioſis, qui longum illud iter perfecerunt: *llegaron à la Yguana puerto en la Isla Eſpañola*, & poſt aliqua: *Nò ſe puede creer la admiracion y deuocion, con que à quellos Isleños miraron à nueſtros Religioſos des de el punto, que los vieron. Vian los veſtidos de gerga grueſſa, el habito eſtrecho y ſencillo, que parecia mas cilicio, que veſtido*. & *fol. 22.* de P. Franciſco à Cruce, qui de 1535. indè in Hiſpaniam reuerſus fuerat, cum Hiſpalim perueniſſet: *Alli fue muy bien recenido y muy reſpetado, porque de mas de ſu gran perſona, era el aſpecto admirable, el habito muy eſtrecho, y de muy grueſſa gerga à rayx de las carnes, los pies deſcalços*. Et *lib. 2. fol. 97. col. 1.* de Auguſtino de Corunna, qui licet Epiſcopus, viginti annorum ſpatio *Nunca mudò el habito, y ſantos eſtatutos deſta Prouincia, vna tunica de gerga à rayx de las carnes, vn habito eſtrecho, y corto tambien de gerga grueſſa con vnos alpargates ſobre el pie deſcalço*.

535 Item, cum in quodam Capitulo Prouinciali vigeſimo primo de 1614. Limæ celebrato, & Michaele Gutierez in Prouincialem electo, pro eadem Reformatione, quæ deſierat, reparanda, *definitione 11.* Conuentus Miſquen. deputatus fuiſſet, ab eodem Prouinciali 4. *die Auguſti* 1616. illius Conuentus Prior cum duobus ſocijs huius generis habitu, vt refert Bernardus Torres in *Chron. Peruan. lib. 2. cap. 1. 2. & 4.* induti fuerunt, ſcilicet *los habitos eran de cordellate negro mas groſſero, y peſado, que el ſayal, cortos ſencillos, eſtrechos, el manto de la miſma tela preſo al pecho con vn boton de palo, y tan corto que aun no les llegaua al tobillo: el veſtuario interior era de cordellate blanco ſencillo ſin foros, ni botones, las tunicas de canamazo toſco, el calçado alpargates ſobre los pies deſnudos*.

536 Pro Reformatione item Hiſpanica, cuius auctores fuerunt ipſi Patres Calceati, vt vidimus à *num. 391.* inter alia ſtatuta, quæ pro eadem Reformatione de P. Gregorij de Montelparo Generalis facultate Patres Definitores Calceati ordinarunt, hoc quoad habitum *cap. 5.* (teſte Andrea à S. Nicolao *tom. 1. Chronic. Diſcalceat. Hiſpan. Introduc. proem. cap. 10.*) ediderunt: *y queremos quanto al habito y veſtido ordenamos, que los Frayles deſtos monaſterios no vſen en caſa el habito blanco, ſino en caſa, y fuera della vſen ſiempre del negro, que es el propria de nueſtro Orden; el qual queremos que ſea de xerga, ò de ſayal negro, y no mas largo que haſta el touillo y de poco ruedo, y las mangas eſtrechas, el calçado ſea alpargates*.

537 Et tandem pro hac Italica Reformatione, quæ pariter in Capitulo generali ab ipſis decreta fuit, & quam multi ex ipſis in ſui exordio amplexi ſunt, vt dictum eſt *quodlib. 5. dub. 2.* & cuius veſtium ſubſtantia reſtringitur ad cucullam, ſeù cappam nigri tantum coloris, & groſsioris panni, cum manicis, quarum longitudo manus tantum cooperire, & latitudo oris earum vnius tantum palmi eſſe debet, cum caputio, corrigia nigra de ſolo corio duorum ad minus digitorum latitudinis, addito pallio, vt parte tantummodo integrali, eiuſdem materiæ, & coloris cum cuculla, ante pectus clauiculo oſſeo, vel ferreo ligato vſque ad genua protenſo, in Cōſtitutionibus à P. Generali Alexandro Oliua ſpecificè de 1599. vt *num.* 451. vidimus, approbatis, ſic *cap. 5. de forma, & qualit. Veſt.* diſponitur. *Quæ omnia veſtimenta nullo modo ſint ex panno pretioſo, aut ſargia, vel ſtaminea nobili, ſed potius vili, & groſſiore, ſicut paupertati noſtræ Congregationis, & honeſtati conuenit. Pretioſum verò pannum, & nobilem reputamus, qui nimis eſt carus ſecundum conſuetudinem Patriæ, & quotidianæ mendicitati non reſpondet*. Quibus adhuc magis dignoſcitur, & S. P. Auguſtini, & Eremitani Ordinis habitum humilem, vilemque, ſeu ex groſſiore panno ex eorumdem Patrum Calceatorum mente fuiſſe, & eſſe debere.

DVBIVM VI.

De eiuſdem habitus colore.

538 Monaſticam Auguſtini veſtem nigram fuiſſe ſuadetur ratione primò communi, quod nigræ eſſent tunc Monachorum veſtes, vt referunt Ioannes Hieroſolymit. *de Inſtit. Monach. cap. 38.* dicens tunicam lanæ, quam geſtabant Monachi ſubtus ſcapulare *atramentario, ſeù nigro fuiſſe infectam*. Prudentius in *Hymn. ſqualent recinti veſte pullati Patres*, & Baronius *tom. 4. ad ann. 393. n. 48.* vbi: *Quod verò inter alias admonitiones quoad antiquum vſum pertinet, de Clericorum veſtitu ille* (ſcilicet Hieronymus *epiſt. 3.*) *addidit, veſtes pullas æquè deuita, vt candidas; æquè nos admonemur Clericorum dignum habitum nequaquam olim fuiſſe pulli coloris, qui veſtis Monachorum peculiaris erat; nam in epitaph. Marcellæ, & alia ad Marcellam epiſt. 22. nec non contrà Iouinianum, idem non obſcurè ſignificat pulli coloris fuiſſe habitum Monachorum*, probatque F. Leo Carmelita in *Philocal. & Analect. t. 2. in typ. Veſt. Monaſt. tit. 3. cap. 5. num. 29.* & non ſolum Monachorum, ſed & Monialium, vt videre eſt præter dictam Marcellam, in Melania Rufini ſocia, quæ teſte Paulino *epiſt. 11. pannis veteribus, & nigris ſeruiebat*; vnde ſubdit Petrus Venerabilis *lib. 5. epiſt. 16. Ecce non ſolum viri antiquæ Religionis, ſed etiam mulieres ſanctitatis propoſitum aſſumentes veſtibus nigris vſæ ſcribuntur*; & indifferenter de Monialibus inſinuat Auguſtinus *epiſt. 93. ad Editiam*.

539 Ratione deindè particulari, quia Monachi Itali huiuſmodi pulla veſte vtebantur, vt deſumitur ex Iouiniano Monacho, cum quo ſic *lib. 2. cap. 13.* loquitur Hieronymus: *nigra ſubucula veſtiebaris*; & ſignanter Mediolanenſes, à quibus Monachatum ſumpſit Auguſtinus. Martinus ſiquidem Turonenſis, qui prædictum Mediolanenſe monaſterium per Ripamontium *p. 1. Hiſtor. Mediol.* circa ann. 380. construxerat,

vel

vel qui ſaltem in eo monaſterio vixerat, vt cum Chriſtiano Lupo *num.*106. diximus non niſi nigras veſtes adhibuit, vt ſcribit Petrus idem Venerabilis *lib.* 4. *epiſt.* 17. *Magnus Martinus Monachus, & Epiſcopus nigrarum colorem veſtium ſuis veſtibus dedicauit*, & poſt pauca: *Ecce Monachus Martinus, ecce nigris veſtibus contectus Martinus.* Quod & Sulpitius refert *Dialog.* 2. *cap.* 4. Quo benè dignoſcitur, & nigras fuiſſe Mediolanenſium Monachorum veſtes, vt benè Lancellot. *in Vit. S. Auguſt. lib.* 2. *cap.* 5. & Torellus *ad ann.* 387. *n.* 86., adeòque & eas S. P. Auguſtini, cum eorum Monachorum habitum aſſumpſerit, & hic *dub.* 3. oſtenſum eſt. Vnde poſteà Secundinus Hæreticus *epiſt. ad Auguſtin. in princip. lib. contra Secundinum*, de ipſo Auguſtino loquens dixit, eum à Domino eijciendū à conuiuio cœleſti in tenebras exteriores, *nigrarū cauſa veſtium.*

540 Idem dicendum propter eaſdem rationes de veſtibus primorum Ordinis noſtri Eremitarum; Et ſcribunt Hieronym. Roman. *lib.* 1. *Hiſtor. Auguſtin. cap.* 13. Herrera *reſponſ.* 4. *nu.* 12. dicens: *Sic ergò in Africa temporibus Auguſtini Eremitæ Auguſtiniani nigris veſtibus veſtiebantur.* Torellus ad *ann.* 432. *n.* 30. & ad *ann.* 518. *nu.* 16. & tales fuiſſe ex inſtituto, non quod S. Pater nigrum colorem determinauerit præcipiendo; nullibi enim hoc inuenitur: ſed ipſe deferendo; quo modo & à D. Benedicto determinatus eſt in ſuo Ordine iuxtà Herreram *d. reſp.* 4. *nu.* 18. & non obſcurè deducitur ex Benedicto Hæfteno *diſquiſit. Monaſt. lib.* 5. *tract.* 6. *diſquiſit.* 1. *n.* 1. & *diſq.* 2. *n.* 1. cum hoc tamen, quod ad huiuſmodi colorem ſuos Eremitas adſtringere non intellexerit Auguſtinus, vt habet Marquez *de orig. Eremit. cap.* 4. §. 5. cum namque omni tinctura remota eam nigredinem tum Auguſtini, tum ſuorum Eremitarum tunicæ ſeruarent, quam naturaliter lana præbebat, eum tantummodò colorem in ſuorum Fratrum veſtibus intendiſſe videtur, qui à vellere nullo artificiali colore elaborato dabatur. Sic idem Herrera *d. reſp.* 4. *num.* 311. dicens: *B. Auguſtinus non determinauit colorem habitus: ſed hoc vnum cauit, vt præter naturalem velleris colorem, ſcilicet album, vel nigrum, ſiuè tinctum, ſiuè non tinctum, nullum alium ſuperinduerent*; & probatur ex S. Fulgentio, qui *ſubtus caſulam* (vt in eius vita) *nigello, vel lactineo pallio circumdatus inceſſit*; ex quo *tom.* 6. *ad ann.* 504. idem & ab alijs Auguſtini Monachis obſeruatum infert Baronius; *Quibus & vides, nullam apud eos diſcriminationem fuiſſe colorum, num albo, vel nigro pallio vterentur, dummodò, quem exhiberet in velleribus natura colorem abſque delectu, eum in veſtibus vſu retinerent.*

541 Hinc eſt, quod temporis decurſu non pauci Eremitarum Ordinis profeſſores pro vilitate veſtium naturalem velleris colorem ſeruantes, tincturamque cauentes, albas veſtes induerint, vtpotè tales è lana naturaliter alba, vt Herrera *ibid. num.* 13. & *n.* 246. & Torellus *locis ſupr.* Qua fortè de cauſa Gregorius IX. dixit in *Conſtit. Dudum apparuit*. Dat. Laterani Kal. April. 1236. §. 2. *in Bullar. Ordinis pag.* 126. *Vt Prior, & vniuerſi, ac ſinguli Fratres dicti Ordinis S. Auguſtini in exterioribus veſtimentis, quæ nigri, vel albi debebant eſſe coloris, quorum altero, videlicet nigro iam electo ab eis, ipſos volumus manere contentos*, inſinuans priorum Auguſtinianorum exteriora veſtimenta non fuiſſe nigredini alligata: ſed æquè nigra, vel alba eſſe potuiſſe, iam adducta, vt opinor ratione, quod remota tinctura naturalem velleris colorem retinere deberent. Quia autem color albus velleri natiuus cinericio quandoque aſſimilatur, & niger velleri etiam natiuus aliquando cinereſcit, hac etiam de cauſa ſæpius cinericeas veſtes geſtarunt; Vndè illa magna inter Ianbonitas, & Minoritas eſt excitata controuerſia; ad quam non tantum dirimendam, ſed & in poſterum præcauendam & ipſi Patres Eremitani indifferentiæ circà albas vel nigras veſtes deferendas, in cuius poſſeſſione erant, renunciantes, ad nigrum colorem ſe determinarunt, accedente Sedis Apoſtolicæ confirmatione, vt patet ex ſupradictis Gregorij IX. verbis, & his ſequentibus Alexandri IV. in *Conſtit. Licet Eccleſiæ. Dat. Lateran.* 5. *Idus April.* 1256. in *d. Bullar. pag.* 19. §. 7. *Nigris dumtaxat, & nullius alterius coloris cucullis vtamini de cætero vniuerſi*: ſed adhuc naturalem, non verò elaboratum, vt habetur ex Card. Riccardi ordinatione per eumd. Alexandr. in *Conſtit. Pia deſideria* 11. *Kal. Auguſti* 1255. in *d. Bullar. pag.* 16. confirmata, quæ eſt huiuſmodi: *Vndè habito conſilio quorumdam Fratrum veſtrorum diſcretorum, tenore præſentium duximus ſtatuendum, quod Fratres veſtri Ordinis profeſſi deferant cucullas nigras, prout haberi poterunt in cuiuslibet Prouincia, tamen non tinctas, vel accidentaliter coloratas.* Ex indulto tamen eiuſd. Alexandri IV. in Conſtit. *Litteras noſtras. Idibus Octobr.* 1256. in eod. *Bullar. pag.* 23. §. 8. conceſſum eſt veſtes has nō ſolum naturaliter nigras, ſed etiam tinctas portare: *Ex tunc* (ſic ibi) *verò ipſos tantummodò ad aſſumendum, & deferendum cucullas omninò nigras tinctas, vel non tinctas, non ad aliqua alia compellatis.* Atque ità color niger, qui accidentalis erat in Ordine, vigore dictarum Conſtitutionum eſſentialis euaſit, vt habet Torellus ad *d. ann.* 518. *n.* 16. conformiter tamen ad primam Ordinis originem, cum eo vſi fuerint, vt diximus, ipſe S. P. Auguſtinus, & primi Ordinis Eremitæ.

DVBIVM VII.

De Auguſtinianorum habitu albo.

542 ETſi certa non ſit origo huiuſce habitus albi, quem intrà domeſticos parietes deferunt Patres Calceati, cum varia apud varios legerim, ſed non ſatis probata; Ex dictis tamen *dub. præced.* ſufficiens eius notitia haberi poteſt; cum namque eum colorem, quem naturaliter lana præbebat, in ſuis tunicis admitterent antiqui Patres Ordinis, ac proindè & veſtibus naturaliter albis vterentur vſque ad vnionis generalis tempora ſub Alexandro IV. de

1256. à quo iuſſi ſunt tunicas tantummodo nigras deferre; nihilominus quidam ex eis, qui antè dictam vnionem aſſueuerant veſtes albas induere, licet Pontificijs Conſtitutionibus obtemperarint, nigras ſuperinduendo, albas tamen non dimiſerunt: ſed ſubtus nigra albam retinebant tunicam, quando è clauſtris eis progrediendum erat, & intrà eadem degentes nigra poſtpoſita cum alba ſola apparebant, deſuper tamen ſcapulari, ſiuè patientia nigri coloris amicti, vſque ad annum 1300. à quo tempore caputium cum ſcapulari nigro in album commutantes, hunc habitum album ſubindè intrà clauſtra geſtare conſueuerunt. Ita Torellus ad *ann. 302. n. 30. in fin. & ad ann. 518. n. 16.*

543 At ego inuenio, & antè vnionem generalem vtriuſque habitus albi, & nigri documenta, hanc ſcilicet Card. Riccardi diſpoſitionem, quam poſteà de ann. 1255. confirmauit Alexander IV. in d. Conſtit. *Pia deſideria* §. 5. ibi: *Vndè habito conſilio quorumdam Fratrum veſtrorum diſcretorum, tenore præſentium duximus ſtatuendum &c. Scapularia verò alba cingulis deſuper cincta: Nouitij autem ferant cappam nigram vſque ad talos, tunicam albam, & ſcapulare album, corrigiam &c.* Quià verò hoc non repugnat aſſertioni P. Torelli, ab eius ſententia non recedendum puto, quoad originem habitus albi, quem intrà clauſtra ſolent deferre.

544 Id, quod hac in re dubio vacat eſt, ad eſſentiam habitus Auguſtiniani non ſpectare, cum eo non legatur indutus S. P. Auguſtinus, nec cum eo extrà clauſtra iuxtà ſanctionem Clementis VIII. per litteras, *Ex iniuncto de 1603.* apud Empol. in *Bullar. Ordin. pag. 90.* liceat Patribus Calceatis apparere: quin nec in choro excepto Completorio, cui tantum, & ex diſpenſatione permiſſum eſt cum alba tunica intereſſe, præterquam in Conuentu Ticinenſi, in quo S. Patris oſſa quieſcunt, vbi cum tunica nigra diuinæ laudes ſemper perſoluuntur, teſte Roman. *lib. 2. Hiſt. Auguſtinian. cap. 2.* Adeòque nõ cadere ſub præcepto: ſed in Prouinciarum arbitrio eſſe illo vti, nec ne, vt tradit M. Lupus. *d. quæſt. quodlib. de Orig. Eremit. cap. 22. in fin.* cum hoc tamen, quod vbi Prouincia aliqua ſolum nigrum habitum deferre voluerit, nullus cum albo valeat apparere iuxtà Conſtit. Ordinis, vbi *part. 2. cap. 5.* ſic decernitur: *Quod ſi aliqua Prouincia, vel Congregatio cappa nigra vti tantum voluerit, & elegerit, nullus in ea albis veſtibus vti poſſit, quatenus vniformitas ibidem obſeruetur.*

545 Et de facto in Capitulo prouinciali Prouinciæ Peruanæ 13. *Kal. Octobr.* 1551. decretum fuit, quod fratres illius reformatæ Prouinciæ *ſemper nigrum habitum* induerent, vt refert Ioachimus Brulius in *Hiſt. d. Prouinc. lib. 5. cap. 1. num. 7.* & rurſus pro reformatione Hiſpanica ſtatuerunt ipſi PP. Calceati, vt vidimus *num. 536. que los Frayles deſtos Monaſterios no vſen en caſa el habito blanco; ſino en caſa y fuera della vſen ſiempre del negro, que es el proprio de nueſtra Orden.* Et quoad Excalceatos Italiæ ſic in dictis Conſtitutionibus à P. Generali approbatis *cap. 5. Tunicella autem albi ſit coloris, quæ portabitur ſub cuculla ſiue cappa, & non aliter.* Et rurſum: *Item Fratres cum habitu albo nunquam appareant.* Quæ benè ponderanda, cum pro Reformationibus, quæ priſtini habitus reſtitutionem important, ſtabilita fuerint.

DVBIVM VIII.

De Auguſtiniani habitus forma, ſiue Cuculla.

546 Diximus iam *num. 60.* poſt baptiſmum à S. Ambroſio nigra cuculla indutum fuiſſe S. P. Auguſtinum. Quid ergò huiuſmodi cuculla importet inquiramus. Et nihil aliud dico, quam tunicam cum caputio. Quod fuerit tunica, ſatis indicat S. Valerius Hipponenſis Epiſcopus in epiſt. quam ipſi Auguſtino de fide Chriſtiana ei congratulans, ſcripſit; quamque referunt Ambroſius Coriolanus in *Defenſor. Ordin. verit. 1. cap. 3. argum. 13.* Hieronymus Roman. *lib. 1. Hiſtor. Auguſtin. cap. 11.* Nicolaus Plencuaulx in *Prim. Auguſtin. lib. 2. cap. 5.* & quam græco idiomate conſcriptam in Papienſi Fortalitio circà ann. 1455. à Gabriele Sfortia Mediolanenſi Archiepiſcopo inuentam, & in Italicum ſermonem à Franciſco Filadelphio, & Iuliano Pomerio tranſlatam ſcribit Placidus Puccinellus in *Vit. S. Simpliciani. pag. 18.* inter alia enim legitur: *Cumque te Cathecumenum audiſſet Simplicianus, mox ex monaſterij pecunijs empto panno tunicas, vnam pro filio tuo Adeodato, vnam pro te, vnam pro Eneo, vel Alipio Hipponenſi, matri tuæ Monicæ tranſmiſit ſuendas.* Quod & ſentiunt Thomas de Trugill. in *Theſaur. concion. in Vit. S. P. Auguſt.* & Alphonſus Villegas in *eiuſd. vit.* de eius baptiſmo dum loquentes dicunt: *tunica quadam nigra indutus fuit.* Et ſatis euincitur ex habitu ipſo primorum S. Auguſtini Eremitarum, qui, vt Baronius *tom. 6. ad ann. 504.* aduertit, *vna induti tunica* erant *eademque pellicea zona conſtricta*; ſicut & D. Fulgentius, ex cuius habitu Auguſtini habitus eſt dignoſcendus, vt dictum eſt. *num. 522.* & ex eo, quod tunica indumentum erat Monachorum, vt S. Hieronymus *epiſt. ad Euſtochium 22.* inſinuat, & de Hilarione in *eius vit.* ſic adnotat: *Omnes diuitias ſuas ei relinquens, Euangelium ſcilicet, & tunicam ſacceam, cucullum, & palliolum,* & videre eſt in Iouiniano Monacho Mediolanenſis (vt habet Baronius ad *ann. Chriſt. 382.*) monaſterij alumno, dum eum monachatu relicto de antiquioris tunicæ mutatione ſic redarguit idem Hieronymus *lib. 1. contrà Iouinian. Et poſt ſordidam tunicam, & nudos pedes ad candidam veſtem ſe conferat.* Et ita tenet M. Chriſtianus Lupus *d. quæſt. quodlib. cap. 20.* dicens: *Planè hic habemus Monaſticam Auguſtinianæ veſtis formam. Primò erat tunica conſueta à fullonibus in ligno crucifigi:* quin tota Auguſtiniana Religio, de cuius mente, vt hic *dub. 4.* obſeruatum eſt, Auguſtiniani habitus eſſentia in tunica caputio, & corrigia conſiſtit.

547 Quod autem fuerit cum caputio ſuadetur ex ipſa ratione cucullæ à cucullo dictæ, qui operculum eſt capitis per Iuuenal. *ſatyr 6.* Nicolaum Perottum in *Cornucop.* ſiue *commentar. linguæ latin. col. mihi 169. verſ. 32.* Ioſeph Laurent. Amalth. in *Onomaſtic. verb. Cucullus.* Domitium Calderinuin in Martial. *li. 11. epigr. 99. & lib. 1. epigr. 54.* Theodoſium Trebellium in *Promptuar. ling. lat. verb. eod. cucullus*, Andream Tiraquell. in *annot. ad Alexand. ab Alexand. lib. 5. cap. 18. §. & cuculli*; Et idem eſt cucullus, ac veſtis caputiata, teſtibus Ioan. Balb. in ſuo *Catholicon. verb. cucull.* & Cornel. Lancellot. qui in appendic. de Prouincijs, & Conuentibus Auguſtinianis ad calcem vit. S. Auguſt. *pag. mihi. 391.* pro eodem accipit cucullum, & caputium, dum de quibuſdam Monachis Auguſtinianis depictis in lib. Arabico perantiquo in Excuriaca Regis Catholici Bibliotheca exiſtente ſcribit: *Et iuxtà eum Religioſi veſtibus Monachicis amicti, cucullo nimirum nigro, ſeu caputio.* Et reuera ad finem tegendi obuelandique caput, huiuſmodi indumento vtebantur Ægyptij Monachi, vt referunt Marcus Antonius Maſſa *in adnot. ad cap. 15. lib. 1. Vit. Fratr. Iordan. de Saxon.* Dadinus Alteſerra *de orig. rei Monaſt. lib. 5. cap. 17.* infrà adducendus, Hugo Menard. *in concord. Regul. cap. 62. in not. ad verb. Cuculla.* Alardus Gazæus *in cap. 4. lib. 1. Caſſiani*, & Ludouicus Cerda *in aduerſar. Sacr. cap. 44. nu. 12.* ex Caſsiano, & Sozomeno; quorum ille *lib. 1. de habit. Monach. cap. 4.* ſic habet: *Cucullis namque perparuis, vſque ad ceruices, humerorumque demiſſis confinia, quibus tantum capita contegunt, indeſinenter diebus vtuntur, & noctibus.* Alter verò *lib. 3. caput integumento, quod cucullum appellare ſolent, operiebant.* Et deſumitur ex Palladio in *Hiſtor. Lauſiac. ſect. 35.*, vbi narrat Abb. Pachomio præceptum fuiſſe ab Angelo, vt eis obuelati comederent Monachi: *Comedentes autem velent capita cucullis, ne frater fratrem videat mandentem*; & *ſect. 37.*, vbi idem ſic refert de Monialibus: *Atque aliarum quidem Virginum erat huiuſmodi habitus, vt eſſent tonſæ, & haberent cucullos in capite.*

548 Et hoc adeò verum eſt, quod apud antiquos Monachos nihil aliud importabat cuculla, quam ſolius capitis integumentum, vt præter laudatum Caſsianũ obſeruarunt Franciſcus Biuarius *de veter. Monach. lib. 2. cap. 11. §. 2. n. 19., & 20.*, & Dadinus Alteſerra *d. cap. 17.* ſiuè, vt explicat Ioannes Sopranis in ſuo Dauid. *degreſſ. 1. de re Veſtiar. diſp. 2. cap. 1. §. 3. pag. 362. Veſtimenti genus caput, & ceruicem vſque ad ſuperiorem humerorum partem tegens.* Quod ſi Alardus Gazæus *ibid.* & Benedictus Hæftenus *diſquiſit. Monaſt. lib. 5. tract. 3. diſqu. 1.* dixerunt: *Cuculla amictus eſt caput, & humeros circumambiens, & protegens*; & de facto hoc nomine explicetur etiam cappa cum caputio, hoc fit per extenſionem nominis cuculla: non verò ex ſui ratione, & vſu antiquo. *Ergò cucullus* (ſic ibi Biuarius *n. 19.*) *apud veteres capitis ſolius integumentum erat*; & *n. 20. Sed ſucceſſu temporis coniungi cœpit cucullus cum ſago, & pallio; undè apud Hieronymum, legitur aliquando ſagus cucullatus, & apud Iſidorum Caſula cucullata, quæ ad modum pallij erat, ſed undequaque clauſi manicis carentis, cui ex capitis parte aſſuta eſſet cuculla; quæ loquendi forma etiam oſtendit cucullum ſolius capitis fuiſſe tegmen. Indè tamen factum, ut totus ſagus, ſeù pallium cucullatum Cuculla uocaretur.* Et Alteſerra *ibid. Apud Ægyptios Patres Cuculla erat tantum indumentum capitis: ſed à temporibus Benedicti Patris Cuculla à capite demiſſa eſt ad humeros & ima corporis.* Quod etiam inſinuant Ludouicus Cerda *d. cap. 44. num. 12.* & Antonius Yepes in *Chronic. S. Benedicti. ann. 523. cap. 5.* ſic *Cucullus è ueſtibus religioſis præcipua eſt, ut ait Caſſianus, quo Monachos à ſæcularibus maximè diſtinguat: quo circà ſcapulare breuis cucullus eſt amplioris illius uices gerens, brachijs in opera expeditis. Antiqui Patres Orientis nullas cucullo aſſuebant manicas; poſteà ſunt additæ, quod deceret Monachos undique contectos, & compoſitos eſſe. Germani Floccum appellant.*

549 Poſito ergò, quod S. P. Auguſtinus indutus fuerit cuculla, nullus eſt ambigendi locus, quin eius habitus monachalis fuerit tunica cum caputio, ſeù cucullo, quo idem, hoc eſt capitis integumentum importatur. Ità ſentiuot iuxta fidem Aloyſij Torelli. *in ſæcul. Auguſt. ad ann. 387. num. 68.* Auctor. Supplem. ad *Cathal. Vit. SS.* Petri de Natalib. *in vit. S. Simplic.* Baſilius Sãctorus *in ead. uit.* Mombritius, Petrus Morſalinus, Abb. Maurolicus in *Martyrol.* dum ſcribunt, vt ait Torellus, D. Ambroſium poſt Baptiſmum induiſſe Auguſtinum, vna cum habitu nigro caputio. Hinc de iſto S. P. Auguſtini habitu loquens Chriſtianus Lupus *d. cap. 20.* vocat illum Bardocucullum, ratione ſcilicet adiuncti capitij, vt paulò poſt de primorum Auguſtinianorum habitu ſubiungit: *Huiuſmodi ueſtimentum geſtauimus iam à tempore S. Auguſtini, & quia capitium ei* (ſcilicet tunicæ) *adiectum erat, erat uerus Bardocucullu*; quod idem eſt, ac veſtis cum caputio; per Nicol. Perottum. in *d. comment. col. 196. verſ. 32.* & *col. 858. verſ. 55.* ibi: *Bardocucullus veſtis genus amiculum habet, quo caput tegitur, quod à forma dicitur Cucullus. Quod ſi hoc genus veſtis cucullo careat, non Bardocucullus, ſed Bardiacus dicitur.* Et non ſolum à tempore D. Auguſtini, ſed etiam temporibus Gregorij IX., cum talem veſtem geſtaſſe Ianbonitas ſic *reſponſ. 4. nu. 152.* ſcribat Herrera. *Hinc colligo quarè in Bullis Gregorij IX., & Alexandri IV. de noſtris Eremitis Congregationis B. Io. Boni Ordinis S. Auguſtini dicatur, ſine expreſſione Caputij*: Nunc ſuccincti tuoicas cum corrigis; *non quidem quia non ferrent caputia, ſed quia ferebant illa ſicut & Franciſcani aſſuta cum tunica, tanquam partem tunicæ.*

550 Concluditur ergò, Auguſtini Cucullam fuiſſe tunicam cum caputio, neque aliud importari ex dictis per ea S. Ambroſij verba: *Nouum hominem nouis veſtimentis cuculla nigra induimus.* Qua fortè de cauſa Sabellicus *lib. 9. Ænead.*

Ænead.7. Eremitanæ familiæ habitum tunicæ nomine deſignauit: *Nunc præcipua nominis celebritas eſt penes eos, qui ab Eremo nomen ſortiti ſunt: Hi nigra tunica amiciuntur, &c.* & Herrera *reſponſ. pacific. 4. num.* 15. explicans habitum à S. Patre nobis præſcriptum, ſolius tunicæ cum caputio meminit, & cinguli, dicens: *Licet B. Auguſtinus nigro colore vſus ſit, tamen neque colorem, neque aliud genus tegumenti præſcripſit, niſi tunicam cum caputio, & cingulum coriaceum.* Et clarius *n.*25. cucullam pro tunica cum caputio explicat per hæc verba: *Si ergò omnes hæ Congregationes* (loquitur de Guilelmitis, Ianbonitis, & Brictinenſibus) *licet in accidentibus diſcreparent, tamen eſſentiam coloris, & habitus Auguſtiniani conſeruarunt, nempè tunicam, ſiuè cucullam ſcilicet cum caputio, & corrigiam;* in quibus verbis ly *cum caputio* non afficit cucullam; hoc enim ſuperfluè diceretur, cum Cucullа ex ſe caputium petat: ſed afficit tunicam; & ſic ſenſus verborum eſt, *eſſentiam habitus conſeruarunt, nempè tunicam cum caputio, ſiuè cucullam.* & *num.* 149. *Aduerto tamen cum Magiſtro Marquez aliquando nomine tunicæ intelligi cucullam, & caputium, ſeù vt clarius dicam, non ſolum id, quod modò dicimus tunicam, ſed ſimul etiam, quod modò dicimus caputium.* Quin hunc eſſe ſenſum Conſtitutionum Ordinis admonet Iordanus *d. cap.* 15. dicens. *Per Cucullam ad præſens, ſicut interpretantur Conſtitutiones Ordinis accipitur Cappa, uel ſcapulare, uel ſaltem caputium paruum;* & patet infrà *num.* 562. Et ità mihi ſuadendum puto, cum Clemens VIII. in *d. Conſtit. Ex iniuncto nobis. &c.* ad dirimendas lites cum Patribus Ordinis Prædicatorum, ſic quoad Patres Eremitanos decreuerit: *Fratres verò Eremitæ S. Auguſtini cum tunica etiam nigra ad inſtar propriarum Conſtitutionum ſemper incedere debeant, & teneantur;* non enim hoc *tunicæ* vocabulo vſus fuiſſet, ſi cuculla, quam extrà parietes Patres Eremitani deferunt, & quam ibi intendit Pontifex etiam in ſenſu Conſtitutionum, nomine tunicæ nigræ, intellige tamen cum caputio, non veniret.

DVBIVM IX.

De eiuſdem Cucullæ accidentalibus.

551 ACcidentalia voco manicarum protenſionem, vel arctitudinem; De quibus cum dubitari contingat reſpectu cucullæ Eremitarum, abs re non erit rem dilucidare. Et quamuis ſolutio peti poſſet ab ipſa ratione cucullæ, quæ manicas protenſas non importare videtur; tum quia cuculla deſumpta eſt à Collobio (vt ait Auctor Gemm. *lib.2. cap.*137. apud Dominic. Magr. *in not. verb. Eccleſ. verb. cuculla*) quod non fuiſſe ſaltem prolixè manicatum mox videbimus; tum quia Floccus eſt propriè loquendo, qui manicas habet peramplas: non verò cuculla, ex *Clementin. Ne in agro. de ſtat. Monach. c.1. §. ſtatuimus.* Antonius Perez in *Regul. S. Benedicti. cap. 45. nu.*4. Cardinal. Brancat. Laurea in *Epitom. Canon. d. verb. Cuculla* Dadinus Alteſerra. *dict. lib.5. cap.* 17. & clariſſimè tenuit Rota in *Salmantin. Cucullæ. 9. Nouembris* 1658. *coram Cerro. p.12. recent. deciſ.399.* ſignanter *num.*1. Quia tamen certum eſt cucullam horum temporum diuerſam eſſe à cuculla antiquorum Monachorum, vt notauit Hieronymus Sopranis in *d. digreſs. de re veſtiar. diſp.2. cap.1. §.3. pag.364. col.*1. dicens: *Nunc verè paſſim non cucullus, ſed cuculla dicitur à Monachis veſtis genus longè diuerſum à cucullo, & cuculla veterum Monachorum;* & mox oſtendetur. Et inſuper, quia his temporibus Monachica veſtis ſiuè cum prolixis manicis, ſiuè ſine illis cuculla appellatur: *Duplex* (ſic Antonius Perez. *ibid. cap.*55. & Aſcanius Tamburin. *de Iur. Abb. tom.1. diſp.27. quæſit.1. num.3.*) *eſt cuculla, altera manicata, quæ ab aliquibus appellatur Floccus: altera non manicata, quæ Cappa communiter dicitur, hoc eſt pallium amplum, & largum, ſed manicis carens;* & apertiſſimè approbat Rota. *ibid. num.*9. 10., & 11.; & ideò nequeat regula aliqua pro diſcernendis cucullis firmari, vt cuculla aliqua intelligatur de manicata, nec ſatis eſt, quod cuculla vocetur: *quarè* (ſunt verba Tamburini *ibid.*) *licet vſus cucullæ aliquibus concederetur, non continuò fieret, vt de manicata poſſit, aut debeat intelligi,* & ſequitur Rota. *dd. num.* 9. 10., & 11. nec ſufficit, quod modò pro veſte cum manicis protenſis cuculla ſupponat: ſed conſiderandæ ſunt circumſtantiæ ſpecificantes iuxtà rerum, & temporum varietates, & pro quo cuculla ſupponeret eo tempore, de quo agitur.

552 Vndè ad Eremitani Ordinis cucullam deueniens, eam vtramque ſuprà adductam differentiam iuxtà diuerſa tempora complecti dico, & vtriuſque tum cum anguſtis, tum cum prolixis manicis vſum viguiſſe in Ordine: illius à ſæculis antiquioribus: iſtius à Gregorij IX. diebus. Et quoad primam partem patet, quia antiquitus cuculla ſolum capitis tegumentum ſignificabat, & à S. Benedicti temporibus extendi cæpit ad indicandam veſtem totum corpus tegentem, vt *num.*548. vidimus; & cum prius manicis careret, ſubindè illi additæ ſunt, vt cum Yepes *ibid.* adnotatum eſt; & ſignanter, ſi de protenſis ſermo ſit, quæ abſque dubio longè poſt S. Benedictum apparuerunt, cum eo viuente non eſſent Monachorum cucullæ eo modo, quo nunc manicatæ iuxtà fidem Abb. Angeli de Nuce in *Chronic. Monaſt. Caſſiacen. in vit. S. Benedict. in not. ad cap.* 37. vbi de veſtibus S. Benedicti. *num.*427., & 428. cuius verba, quia clariſſimè rem elucidant, libet apponere. *Cucullæ,* inquit, *nullam habemus neque antiquam picturam, neque diſtinctam deſcriptionem, præter eam, quam S. Paulus Diaconus ad Carolum Magnum nomine Theodemari ſcribens reliquit, obſcuram tamen. Ità, quæ tunc notiora erant, nobis ignotiſſima ſunt. Illud indubitatum, neque rugoſam tunc fuiſſe cucullam, neque ampliter manicatam, vt quæ commodum vitæ, non ornatum ſpectaret. Paulatim tamen reformata, in eam, quæ nunc cernitur, formam euaſit. Ità in alys, pleriſque accidiſſe vide-*

Digitized by Google

mus, & præſertim in ſacris veſtibus Sacerdotalibus. Si quæ tamen ab aliquo pictura refertur, ad prima ſæcula Benedictinorum non pertingit. In Regeſto S. Angeli ad Formas ſexcentum ab hinc annis Deſiderius Abbas depictus apparet, amictus ſcapulari multò infrà genua protenſo, ſed non talari; in alia pictura apparet cucullatus cuculla talari non rugoſa, nec nimis ampla, cum manicis non laxis. Et poſt aliqua. *Ergò Cuculla, de qua S. Legiſlator in Regula cap. 55. communc tunc erat Monachorum ſchema, ideoque dixit ſimpliciter cucullam, nihil addens de forma, & modulo; quo indicatur loqui de habitu tunc noto, & vſuali*, qualis erat cuculla non prolixè manicata. Et rurſus *ibid. in not. ad epiſt. Pauli Diaconi ad Carolum Regem num.* 585. habet: *Codex S. Angeli ad Formas in Archiuio Caſſinenſi aſſeruatus exhibet imaginem Deſiderij Abbatis cucullati, talari ſcilicet veſtimento vndique clauſo, nec admodum ſinuoſo, non amplis manicis; & hæc planè per ea tempora cucullæ forma*.

553 Patet item ex eo, quod Monachorum Ægypti veſtes manicatæ non fuerunt; Sic enim Sozomenus *lib. 3. cap.* 13. de eorum nonnullis refert: *Tunicis ſe induebant manicis carentibus*. Nicephorus *lib. 9. Hiſt. cap.* 14. *Cæterum reliquorum quoque Ægyptiorum Monachorum amictus &c. amiculum namque manicis carens indicium, atque inſtitutionem eſſe arbitror, ne manus &c.* S. Dorotheus Abb. de *uit. rectè inſtituen. doctrin.* 1. eorum Monachorum habitum deſcribit: *Habitus noſter is eſt tunica abſque manicis, & zona pellicea*. Ludouicus Cerda in *aduerſ. ſacr. cap.* 133. *n.* 42. *Tunica Monachorum Ægyptiorum ſimilis erat ſacco, ut quæ manicas non haberet, & corpus conſtringeret &c.* Benedictus Hæftenus *loc. ſupr. lib.* 5. *tract.* 2. *diſquiſ.* 7. *Apud Nonnium Marcellum tunica definitur ueſtimentum ſinè manicis; tales enim erant ueterorum Monachorum tunicæ, ut conſtat ex Caſsiano, & S. Dorotheo, quorum ille ait lib. 1. cap. 5. Abſciſſio manicarum Monachis ſignificat, &c.* Idem de collobijs, ſeù leuitonarijs, quæ idem ſonant, & pariter Monachorum veſtes erant ſiuè diuerſæ, ſiuè non à tunicis, quod parum intereſt, ſic Iordanus de Saxonia. *lib. 1. Vit. Fratr. cap.* 15. *Eſt enim collobium genus ueſtis ſine manicis*. Onuphrius Panuinus in *interpret. uerb. Eccleſ. uerb. Collobium. Collobium eſt ueſtis ſine manicis, ac mutilata. Alcuinus lib. 1. diuin. offic. §. quid ſignificent ueſtimenta*, pariter ait: *Collobium uerò, quod eſt ſine manicis*. & fusè probat Hugo Menardus. *in concord. Regul. cap.* 62. *de ueſtiarijs, in annot. ad cap.* 81. §. 3. ex Regul. S. Pachomij *pag.* 895. S. Ephrem de *comparand. humilit. cap.* 88. Palladio in *Lauſiac. cap. de Tebeneſiotis* & ex D. Hieronymo in *præfat. ad Regul. S. Pachomij*, & S. Iſidoro *lib.* 19. *originum cap.* 22. huiuſmodi collobium ſine manicis Monachorum Ægypti veſtem fuiſſe oſtendit.

554 Vbi tamen aduertendum, quod quando dicuntur collobia ſine manicis, non eſt ſenſus, quod caruerint omninò manicis: Sed quod eſſent moderatè manicata. *Cæterum Caſsiani collobia* (ſic Marcus Antonius Maſſa in *annot. ad d. cap.* 15. *Iordani*) *manicis non omninò carebant: Sed ea intra cubitum deſinebant, cuiuſmodi hodiè in ueſtibus Sacris Dalmaticas ſeù Tunicellas uidemus*. Et Alardus Gazæus *in not. ad Caſſian. lib. 1. cap. 5. Porrò Caſſiani Collobia, quibus utebantur Monachi Ægypty non omninò manicis carebant: Sed ea infrà cubitum deſinebant, uel ut ipſe loquitur ferè ad cubitorum extrema contingebant*. Siuè ergo tunicæ eſſent veſtes à collobijs diuerſæ, ſiuè non (ab aliquibus enim promiſcuè accipiuntur) certè Monachorum veſtes, & tunicæ manicis carebant, vel ſaltem erant adinſtar Dalmaticarum moderate manicatæ; nec credibile eſt, quod Monachi illi, qui teſtibus Caſſiano *lib. 1. cap.* 3. & Iordan. de Saxon. *ibid. lib. 4. cap. ultim.* quamdam veſtem cilicinam refutarunt, quia inexpeditum, & inhabilem reddebant Monachum ad opera monaſterij, voluerint poſteà tunicis, & maxime in Eremo ex panno groſſiore graues, & ad tales protenſas, quibus adhuc magis impedirentur, manicas affigere.

555 Patet, inquam, ex his anguſtas, fuiſſe priſcorum Auguſtinianorum manicas; & quia prolixæ etiam in Ordine Benedictino, qui antonomaſticè Cucullatus dicitur, longè poſteriores ſunt Ordine Eremitarum, & quia Auguſtinianorum veſtes ab Ægypti Monachorum veſtibus ex dictis *dub.* 3. dimetiendæ ſunt. Additur primò, & tunica indutos S. P. Auguſtinum, & eius aſſeclas, vt *dub. præced.* firmauimus; & habitum eſſentialem Ordinis Eremitarum fuiſſe ſemper ad dicta *dub.* 4. tunicam cum caputio, & corrigia; non obſtante, quod aliquando cuculla appelletur, quia nihil amplius, quã tunica tali nomine importatur, vt ex dictis *eod. dub. præced.* & ſignanter à *num.* 550. Et confirmatur tum ex Conſtitutionibus, tam antiquioribus, nempe Ratiſponenſibus, *cap. 24. de num. & qualit. ueſt.* quam poſterioribus de 1551. ſub Seripando Romæ apud Baldum impreſſis *cap.* 25. *tit. eod.* quæ, dum veſtes enumerant, tunicam, & cappam exprimunt; tum ex Aloyſio Torello, qui in *ſæcul. Auguſt. ad ann.* 484. *nu.* 90. Cucullas Eremitarum, de quibus Cardinalis Riccardus, & Alexander IV. Sic explicat, licet vulgari idiomate: *Addimus inſuper, quod ſi Alexander Papa IV. in Bull. incipien. litteras noſtras. Dat. Anagn. 13. Octobr. 1256. poſt magnam unionem, in qua ſtatuit tunicas nigras ſiue tinctas, ſine non eſſe deferendas, dictas tunicas in progreſſu Bullæ nomine cucullarum appellat, improprijſſimè id agit; & potius ſecundum quamdam loquendi conſuetudinem. Quod probatur, quia in §. 3. dictæ Bullæ referens, qualiter Gregorius IX. ſuus prædeceſſor Congregationi Fratrum B. Io. Boni ueſtes cum latis ampliſque manicis demandauerat, ut à Franciſcanis eos diſcriminaret, dictas ueſtes non cucullas appellat, ſed cucullis ſimiles dicit, ad inſtar cucullarum; quo euidenter dignoſcitur non cucullas propriè, ſed tunicas eas fuiſſe*. Tunicas autem, aut manicas non importare patet ex *num.* 553. aut ſaltem non prolixas habetur ex Franciſco Biuario, dum de *ueter. Monach. p. 1. lib. 2. cap. 11. §. 1. n. 2.* ex eo, quod habitus Baſilianorum tunica dicatur à S. Baſilio in *Regul. fuſ. diſp. interrog.* 23. cucullas manicatas ad Baſilianos non ſpectare deducit. Additur ſecundò

anti-

antiquas Sanctorum Ordinis imagines, ſiue pictas, quarum integrum in noſtro Romano Archiuio volumen; ſiue ſculptas, quæ plures in Arca marmorea pro S. Auguſtini corpore in Ticinenſi monaſterio, anguſtas manicas exhibere. Ex quibus omnibus earum antiquus vſus in ordine pariter dignoſcitur.

556 Quoad alteram verò de prolixis manicis partem aliqua quidem pro earum vſu allegantur à nonnullis; Et primò hæc Iordani de Saxonia *d. lib.* 1. *Vit. Fratr. cap.* 14. & D. Antonini 3. *p. Hiſt. cap.* 14. §. 5. auctoritas: *Quia verò poſt tranſitum B. Auguſtini Fratres hinc indè diſperſi fuerunt, vt dictum eſt, & tunc ſuccreuit deformitas tam in habitu, quam in diuino Officio, & cæteris obſeruantijs vſque ad tempus recollectionis, ſeù vnionis Ordinis memoratæ; & quoniam tunc inter illos Fratres ſimplices dubitabatur, quis eſſet verus habitus eorum; hinc eſt, quod Sedes Apoſtolica aſpiciens ad primariam Ordinis originem, habitum ſuperiorem eis determinauit; immò verius dudum per S. Auguſtinum determinatum declarauit, ſtatuendo videlicet, quod eorumdem Fratrum Ordinis Eremitarum S. Auguſtini habitus exterior eſſet cuculla nigra, & nullius alterius coloris, cum longis, & protenſis manicis, deſuper corrigia ampla cincta.* Secundò à Cornelio Lancelloto in *Vit. S. Auguſt. lib.* 2. *cap.* 18. & à Carolo Moreau in *Vindic. p.* 1. *q.* 9. nouem Monachos habitu nigro *cum manicis largis & corrigia* circa annum 451. ex Africa Romam adueniſſe iuxtà Tabularia Eccleſiæ S. Stephani Romæ. Tertiò quædam lamina, & Arabicus liber, de quibus *dub. ſeq.* in quibus Fratres aliqui cum Auguſtinianorum habitu (quaſi & ideò cum manicis protenſis) ſculpti, & picti reſpectiuè viſuntur. Et quartò Conſtitutiones tum Ordinis, etiam Ratiſponenſes, tum Pontificiæ, in quibus Auguſtinianorũ habitus cuculla nuncupatur. Verum, cum hæc omnia difficultate nõ careant, & valdè dubia ſint, nõ mihi videtur ipſis eſſe innitendum, aut in ijs vim eſſe faciendam pro manicarũ protenſione comprobanda.

557 Quo enim ad Iordanum (de hoc loquor, quia S. Antonini auctoritas fidem non auget, cum quæ de Eremitarum Ordine ſcripſit, ab ipſo Iordano tranſcripſerit, vt ipſemet S. Antoninus fatetur *d. cap.* 14., & teſtantur Marquez *loc. ſupr. cap.* 9. Herrera *reſponſ.* 4. *n.* 41., *&* 346. Ioſeph Sabbatinus in *Vindic. lib.* 3. *ſect.* 1. §. 9., & Torellus *tom.* 1. *ad ann.* 387. *nu.* 131., & ad *ann.* 389. *n.* 107.) ſatis difficile eſt præfatum reſpectum ad primariam Ordinis originem quoad protenſas manicas verificare; tum quia apertè conſtat in illis decernendis proceſſiſſe Gregorium per modum indulti, & prouiſionis, vt notant eius verba, *prouidimus ſtatuendum &c. memoratæ prouiſionis &c.* quod confirmat Alexander IV. in Conſtit. *Litteras noſtras*. idibus Octobris. 1256. apud Empol. *pag.* 21. §. 3. eamdem Gregorij IX. ordinationem per hæc verba referens: *ad vtrorumque quietem prouidit ſtatuendum &c.* & tali pacto proceſſiſſe ſolo fine tollendi identitatem habituum Ianbonitarũ, & Minorum, vt per ſe patet ex Gregorij, & aliorum Pontificum hac de re Conſtitutionibus, vt obſeruat, & probat Mauritius à Matre Dei in *S. Erem. lib.* 2. *cap.* 2. §. 1., *&* 2., tum quia nullum in dictis Conſtitutionibus reperitur verbum, per quod eluceat huiuſmodi ad primariam Ordinis originem in protenſis manicis decernendis reſpectus, aut Gregorium IX. per viam declarationis proceſſiſſe, quaſi intellexerit antiquam habitus formam reſtituere, vt benè obſeruat Herrera *d. reſp.* 4. *n.* 246. per hæc verba: *Pontifex ergò Gregorius IX. non aſſignat pro ratione inſtitutionem originariam S. Auguſtini.* & iterum. *n.* 247. *Non aſſignat pro ratione præſcriptionis habitus Eremitarum B. Io: Boni, vel Eremitarum S. Auguſtini inſtitutionem ab Auguſtino factam*; & alias potuiſſet facilè loco *prouidimus* & *prouiſionis* ponendo, vel ſaltem addendo, *iuxtà Ordinis inſtitutionem*, ſi id intendiſſet.

558 Præterquamquod Iordani ſenſus eſt, quod ad primariam Ordinis originem habitus fuerit reſpectus in decernendo, ſeù determinando pro veſtibus Eremitarum nigro colore, vti clariſſimè teſtantur Nicolaus Cruſenius in *Monaſt. Auguſt. part.* 1. *cap.* 17. Thomas Herrera *d. reſp.* 4. *nu.* 18. 19. *&* 250. & Torellus *ad ann.* 432. *n.* 30. *ad ann.* 484. *nu.* 72., *& ad ann.* 1253. *n.* 19., & ſanè veriſimiliter; quoniam, cum ex eo quod deberent eſſe coloris, quem naturaliter lana daret, aliqui albam, aliqui nigram, aliqui cinericiam veſtem induerent, propterea dubitaretur quis eſſet, vt loquitur Iordanus *verus habitus eorum*; ideò ad dubietatem tollendam, & vniformitatem firmandam decretus fuit color niger habito reſpectu ad primariam Ordinis originem, cuius eum proprium, & tunc in vſu fuiſſe diximus *dub.* 6. Sed non iam quoad manicas protenſas, quæ nec tunc erant apud Monachos, nec niſi longè poſt D. Benedictum ex iam dictis acceſſerunt cucullis.

559 Et confirmatur, quia loquitur Iordanus de dubio, quod circa habitum erat tempore vnionis; & dicit tunc ad illud tollendum reſpexiſſe Sedem Apoſtolicam ad primariam Ordinis originem: Sedes autem Apoſtolica in ſuis Conſtitutionibus tunc emanatis ſolum de colore nigro locuta eſt, & nunquam de protenſis manicis, vt videre eſt in Alexand. IV. incipien. *Licet Eccleſiæ. de* 1256. iuxtà Empol. *ibid. pag.* 18., quæ eſt Bulla vnionis; vbi enim §. 7. cucullæ nigræ iniunguntur, nullum de protenſis manicis verbum habetur, quo ſolum colorem nigrum cucullarum, non verò protenſas manicas præfatum Alexandrum in mente habuiſſe dignoſcitur. Quin potius ab illis deferendis videtur totus Ordo à Sede Apoſtolica abſolutus; cum namque in altera Conſtit. *Litteras noſtras. Idib. Octobr.* eodem anno 1256. poſt vnionem data apud Empol. *ibid. pag.* 21. *in* §. 2. totum Gregorij IX. de manicarum protenſione decretum idem Alexander IV. inſeruiſſet; & §. 5. aſſeruiſſet, ſe aliquando mandaſſe, vt d. Gregorij IX. circa exteriores veſtes præſcripta ſeruarentur; poſtea in §. 7. declarans, quid ipſe intenderit in talibus demandandis, dixit, ſe

nihil aliud intendiſſe, niſi Fratres omnes Ordinis Eremitani ex omnibus illis Ordinibus counitos *ad nigras cucullas dumtaxat abiectis alijs alterius coloris, & non ad alia* conſtringere; Vndè habetur, ipſum intendiſse, quod Eremitani omnes cogerentur ad veſtes nigras, non verò ad manicas protenſas, ſicuti neque ad baculos deferendos; quæ omnia importantur per ly, *& non ad alia*. Et confirmatur ex eo, quod idem Alexander, vt *ibid.* §.6. perſpecto, quod aliqui Epiſcopi compellere intenderent Eremitanos Fratres ad portandos baculos, & faciendum quædam alia, quæ in narratione litterarum Gregorij IX. continebantur (quæ certè, & potiſſimum protenſæ manicæ ſunt, vt videre eſt ex ſub *nu.* 563. poſitis verbis) ipſe, inquam, Alexander §. 8. inhibuerit, hoc eſt ne ad manicas protenſas, aut baculos, ſed veſtem tantummodò nigram deferendum eos compellerent. *Ex tunc verò* (ſic ibi) *ipſos tantummodò ad aſſumendum, & deferendum cucullas omnino nigras tinctas, uel non tinctas, non ad aliqua alia compellatis*. Ex quibus, vt dixi apparet potius fuiſse tunc Ordinem ab illis manicis deferendis abſolutum, eo modo, quo abſolutus fuit, à deferendis baculis; Et ſic reſpectum, quem Iordanus dicit *tunc* habitum ad primariam Ordinis originem, verificari quoad ſolum colorem nigrum cucullarum: nō verò quoad manicarū protenſionem.

560 Et quo ad nouem illos Monachos, iam ex ſe ipſa claudicare dignoſcitur ea narratio, vtpotè, quæ dicitur ab Archiuio Eccleſiæ S. Stephani extracta, cum tamen de ea non conſtet: quin nec factis diligentijs vlla ibi ea de re memoria inueniri potuerit; & vtpotè quæ nec ab Herrera in *Alphab. August. uerb. monasteria Viror. pag.* 67. approbatur; & quia, quando de ea conſtaret, non probatur, quod Auguſtiniani fuerint, vt obſeruat Suarez *tom.* 4. *de Reli. tract.* 9. *lib.* 2. *cap.* 9. cum ad id ſatis non ſint nigra veſtis, & corrigia, nec Regio, quod ſcilicet ex Africa; quandoquidem nigra veſtis erat propria antiquorum Monachorum, & antè Auguſtinum, vt *num.* 538. & corrigia non ſoli Auguſtiniani, ſed omnes Monachi fuerint præcincti, vt ex Caſſiano *lib.* 2. *inſtit. cap.* 12. eam inter illorum veſtes enumerante; & aſſerunt S. Baſilius *in Regul. fuſ. diſp. cap.* 23., & Io. Hieroſolymit. *lib. de instit. Monach. cap.* 37. & certum non eſt, quod *omnes* (ſunt verba Suarij *ibid. n.* 12.) *Monachi, qui ex Africa prodierunt fugientes, aut Vandalicam perſecutionem, aut posteà Maurorum, Augustiniani fuerint*, ea ratione, quia *Sicut Augustinus in ſua Diœceſi monasteria condidit, ità potuerunt postea alij Epiſcopi in Africa propria Monasteria, vel ſecundum Regulam Augustini, vel ſecundum aliam propriam*; & ideò ſupradictos Monachos Auguſtinianos fuiſse non conſtat, quia *ſi in Africa (proſequitur Suarez) multiplicata fuerunt instituta, ex omnibus illis exire potuerunt*, niſi (quod tamen non eſt admittendum) quoſcumq; cum nigro cucullo, & zona præcinctos inuenimus ad Auguſtinianam claſsem pertrahere velimus, eo modo, quo *volentes, nolentes* (vt cum eruditiſſimo Mag. Noris. *Hiſt. Pelag. lib.* 2. *cap.* 3. *pag.* 174. loquar) *vniuerſos Galliarum Monachos ſeu doctrinæ, ſeu Sanctitatis fama illuſtres Auguſtiniana toga obuoluunt Marquez, Cruſenius, Herrera, & Torellus*.

561 Deficit item tertia ratio ex lamina, & libro Arabico, & quia à nullo illorum, qui de illis loquuntur, manicæ protenſæ memorantur; & quia ſenſus ſcribentium eſt, quod Monachi, qui ibi viſuntur habitu Auguſtiniano induantur, tunica nempe, caputio, & corrigia, vt de alijs imaginibus S. P. Auguſtini, & eius in habitu Auguſtiniano apparitionibus Herrera *reſponſ. pacific.* 4. *num.* 72., & 93., & in terminis de hac lamina Cruſenius *in d. Monaſtic. p.* 1. *cap.* 17. dicens: *Confirmat etiam habitum nigrum, & craſſiorem Eremitarum D. Auguſtini fuiſſe, quod non ità pridem intercepta Hippone ibidem repertæ fuerint ſculptæ, ſeu fuſa cuprea imagines S. Auguſtini, & aliquot Religioſorum, quæ omninò eremiticum habitum cum caputio, & cingulo, tum in Auguſtino, tum in fratribus exprimebant*; Et de libro Arabico Cornelius Lancellotus in Appendic. de Prouincijs, & Conuentibus Auguſtin. ad calcem Vit. S. Auguſtini. *ſub verb. Feſſæ, & Marochi, pag. mihi* 391. ſic: *Inter cætera ſpolia erat liber quidam litteris Arabicis, ità vetuſtate exeſis, vt ex illis ſenſus erui non poſſet. Duobus in locis huius libri (in Excuriaca Bibliotheca Regis Catholici repoſiti) depictus cernitur Epiſcopus, qui in altiori throno ſedet, & iuxtà eum Religioſi veſtibus Monachicis amicti, cucullo nimirum nigro, ſeu caputio, & corrigia præcincti, quales iam ab hinc annis MCC. Auguſtinianos geſtaſſe certum eſt, docetque Baronius tom.* 6. *ad ann.* 504. *in vit. S. Fulgentij*. Ex habitu autem ſeù cucullo nigro, & corrigia non bene infertur manicarum protenſio; eo magis cum talis habitus dicatur ſimilis habitui D. Fulgentij, quem tunicam iam *num.* 509. & iterum 522. vidimus cum Baronio.

562 Minoris tandem vigoris eſt vltima à nomine *cucullæ* deſumpta, quia non proindè infertur veſtis manicata ex dictis *num.* 551. & ſignãter quoad præcitatas Conſtitutiones tam Ratiſponenſes, quam poſteriores de 1551. cum namque ibi legatur: *Cum cuculla quoque vel ſcapulari, vel caputio paruo quilibet dormiat*, nec ſit ad quid præcipere prolixas manicas in lecto; apparet, ibi ſermonem eſſe de tunica ſiue cappa vt *num.* 550. obſeruauimus cum Iordano; & patet ex ipſis Conſtitutionibus ſupra *n.* 555. in quibus Auguſtinianorum habitus tunicæ albæ, & cappæ nigræ nominibus exprimuntur. Et item quo ad Conſtitutiones Pontificias, quia et ſi Cardinalis Riccardus de conſilio quorumdam diſcretorum Fratrum iuxta Empol. in *Bullar. Ordin. pag.* 15. *de* 1255. ſeu anno ad vnionem præcedente cucullas nigras cum Crocijs determinauerit, non ſolum manicarum protenſarum mentionem non fecit, vt patet ex ea ſuper re Conſtit. Alexand. IV. *Pia deſideria*, in *d. Bullar. d. pag.* 15. ſed locutus eſt de cucullis non manicatis, vt notat Herrera *reſponſ. pacific.* 4. *n.* 243. ſic Riccardi ſtatutum declarans.

rans. *Tertiò dicis* (cum Vadingo loquitur) *Riccardum, & Innocentium præſcripſiſſe Eremitis Auguſtinianis eumdem habitum, quem Gregorius IX. præſcripſerat: ſed in hoc etiam falleris, quia Gregorius expreſſit, vt largas, & protenſas manicas haberent ad inſtar cucullarum, & deſuper ferrent peramplas corrigias, & portarent in manibus baculos quinque palmorum: At verò Riccardus, & Innocentius non exprimunt, quod manicæ ſint ad inſtar cucullarum; neque quod corrigiæ ſint peramplæ, neque quod baculi ſint quinque palmorum*; & repetit. *reſponſ.* 5. *num.* 477. Quod eſt idem, ac dicere, cucullam à Cardinale Riccardo determinatam ſine manicis protenſis fuiſſe, ſecus non effugiſſet Herrera vim argumenti Vadinghi, determinatum ſcilicet ab eo Cardinale Eremitanis habitum, quem Gregorius IX. ſtatuerat Ianbonitis. Et ſic neque ex appellatione cucullæ nihil certi habetur pro manicis protenſis adſtruendis.

563 Quarè, ne earum in Religione Auguſtiniana legitimum vſum in dubium reuocare videar, dubias probationes adducendo, his quæ, vt vidimus, difficultate non carent, & omninò incerta ſunt, omiſſis, indubitabile principium in earum fauorem adducam, nempè Gregorij IX. ſpecificum hac de re ſtatutum. Cum namque Ianbonitæ, qui verè erant Ordinis Eremitarum, licet in diſtincta Congregatione, vt in ſuperioribus *num.* 443., & 490. dictum eſt, in omnibus & per omnia, cum Fratribus Minoribus in habitu conuenirent; & teſtantur Marquez *cap.* 13. §. 18. *de orig. Erem.* dicens: *Certum eſt, quod habitus PP. Minorum ſimilis erat habitui Fratrum S. Io. Boni quoad colorem, & formam*, & Torellus *ad ann.* 1237. *nu.* 3. ſic: *Videntes Franciſcani, quod Religioſi B. Ioannis Boni habitum deferebant, qui tam in materia, quam in forma eorum habitui valdè aſſimilabatur*; vndè orta eſt inter vtroſque controuerſia, vt præter ſupradictos Herrera *reſp. pacific.* 4. *num.* 179. his verbis. *Et controuerſia orta non erat propter occupationem habitus alieni, ſed propter ſimilitudinem, & conformitatem proprij*; & in Clypeo §. 7. *ad ſect.* 7. *difficul.* 2. *pag.* 247. *Orta eſt igitur controuerſia, quia valdè ſimiles erant in habitu exteriori PP. Franciſcanis*; hine ad tollendam confuſionem, & controuerſias Gregorius IX. in Conſtit. *Dudum apparuit.* de 1236. iuxtà Empol. in *Bullar. Ordin. pag.* 126. manicas protenſas primò illis demandauit. Sic enim ibi. *Dudum apparuit in partibus Lombardiæ Religio, cuius profeſſores uocati Eremitæ Fratris Ioannis Boni Ordinis S. Auguſtini, nunc ſuccinti tunicas cum corrigijs baculos geſtantes in manibus, nunc verò dimiſſis baculis incedebant, pecuniam pro eleemoſinis, alijſque ſubſidijs depoſcentes; & adeò variantes Ordinis ſui ſubſtantiam, vt dilectis filijs Fratribus Minoribus uniformes in derogationem multiplicem ipſorum Ordinis crederentur, eiſdem propter hoc minorem apud fideles ſentientibus in ſuis opportunitatibus charitatem. Sanè, cum per V. Fratrem noſtrum Oſtienſem Epiſcopum, & .b. mem. Tit. S. Sabinæ Presbyterum Cardinalem tunc in partibus illis legatione fungentes huiuſmodi præſumptio ad noſtram audientiam perueniſſet; Nos, ne identitas veſtium in Ordinibus ipſis confuſionem pareret, & indè ſcandala grauiora conſurgerent, ad vtrorumque quietem prouidimus ſtatuendum, vt Prior, & vniuerſi, ac ſinguli Fratres prædicti Ordinis S. Auguſtini in exterioribus veſtimentis, quæ nigri, vel albi debebant eſſe coloris, quorum altero videlicet nigro iam electo ab eis, ipſos volumus eſſe contentos, largas, & protenſas manicas, quaſi ad inſtar cucullarum; & deſuper ipſa ferant peramplas corrigias, & patenter omnibus apparentes, in manibus baculos quinque palmorum grandiũ, ac expreſsè in eleemoſinarum petitione, cuius ſint Ordinis declarantes, adeò ſuarum veſtium longitudinem temperent, quod à quibuſque ipſorum calceamenta liberè videantur &c.*

564 Dixi: primò; tum ratione diuerſi modi loquendi Summi Pontificis; dum namque Ianbonitarum habitum deſcribens, non iam cucullis, ſed tunicis eos indutos dicit: *Nunc ſuccincti tunicas*; & dum veſtimenti differentiam eis aſſignans iniungendo manicas, dicit *ad inſtar cucullarum*, declarare videtur eorum habitum fuiſſe tunicam: manicarum verò protenſione tunc cæpiſſe imitari cucullas; prout *num.* 555. ex Torello; tum quia, cum pro diſcernendis Ordinibus ſtatutæ fuerint, apparet illis anteà Ianbonitas caruiſſe, ſecus non contigiſſet identitas habituum; & ideò de nouo tunc additas, & inductas, vt clariſſime docent Nicolaus Pleneuaulx *in Prim. Auguſtin. lib.* 7. *cap.* 12. dum de Gregorio IX. loquens ait: *Tertiò pugnam inter Eremitas S. Auguſtini, & Fratres Minores S. Franciſci circa colorem habitus excitatam Apoſtolica auctoritate diremit, redegitque ad concordiam, diſtinctione circa manicarum laxitatem inducta.* Thomas Herrera *d. reſponſ.* 4. *num.* 232. ſic: *Subſtantia habitus Eremitarum B. Io: Boni erat tunica eius coloris, quem lana naturaliter daret ſiuè albi, ſiuè nigri, corrigia ampla præcincta; omne aliud, quod Papa determinauit, vel fuit accidens, ſeù proprium, vel pars integralis, aut noniter addita, aut nouo modo addita.* Et rurſus. *num.* 311. *Reſpondeo Congregationem B. Io: Boni iuxtà tenorem Bullæ Gregorij, & Alexandri poſſe conſiderari in duplici ſtatu: Primò antè Bullam Gregorij IX. Secundò verò poſt Bullam iſtam. In primo vtebantur tunicis coloris albi vel nigri, quas præcingebant corrigijs, baculoſque in manibus portabant. In ſecundo verò, cum præceptum illis fuiſſet, vt ad colorem album, vel nigrum ſe reſtringerent, ipſi colorem nigrum elegerunt; & Pontifex adiecit nonnulla accidentalia, ſcilicet, quod manicæ eſſent largæ, & protenſæ, corrigiæ peramplæ, baculi quinque palmorum*; & iterum *nu.* 340. *Pontifex ergò tantum expreſſit, corrigiam eſſe peramplam, & de nouo præcepit, vt manicas largas, & protenſas perferrent*; & repetit. *nu.* 548. & in *Clypeo reſponſ. pacific.* §. 7. *difficult.* 3. *pag.* 253. Quod ſi additæ de nouo, ſignũ eſt tunc primò cæpiſſe.

565 Et vtique in Ianbonitarum, aut etiam, vt ſcriptores Ordinis docent, in altera Brictinenſium. Congregationibus tantum; quia, cum ſupradicta Fratrum Minorum controuerſia cum illis ſolummodò fuerit, & non cum

Ere-

Eremitarum Ordine (quandoquidem iſti ſatis à Minoribus diſcernebantur per hoc, quod habitum album, vel nigrum deferrent, vt habet Torellus *tom. 3. ad ann. 1237. nu. 10.* dicens: Ecce *quod præter Ordinem Eremitarum B. Io: Boni, cum quibus erat PP. Minorum controuerſia, erat Ordo verus, & eſſentialis Eremitarum S. Auguſtini, cum quibus huiuſmodi controuerſiam prædicti Minores non habebant, eo quia de facto habitum nigrum, vel album gerebant)* cum ſolis Ianbonitis, & Brictinenſibus locutus eſt in ea Conſtitutione laudatus Gregor. IX. vt notant Marquez *de Orig. Eremit. cap. 3. antè §. 1. Secundò* (ſic ipſe) *Gregorius Papa IX. non eſt locutus de Ordine, qui Eremitarum S. Auguſtini appellatur, & cui cæteri vniti ſunt: Sed de ſola B. Io: Boni Congregatione, quæ poſterior erat, cum ab illo Regulam, & habitum receperit; & de eadem Congregatione locutus eſt Alexander IV., quia inter eam, & Minoritas ſuper habitus ſimilitudine fuerat controuerſia.* Thomas de Herrera *reſp. pacific. 4. nu. 127.* per hæc verba: *Aduerto primò controuerſiam, vt conſtat ex ſæpè citatis Bullis Gregorij IX. & Alexandri IV. exortam fuiſſe inter Patres Minores, & Eremitas B. Io: Boni;* & repetit *nu. 243. & 249.* vbi: *Controuerſia Minorum non erat cum Congregatione Eremitarum S. Auguſtini, ſed cum Congregationibus Eremitarum Brictinenſium, & B. Io: Boni;* Et *num. 262. & 327.* vbi ſic: *Decretum Gregorij IX. tantum directum fuit ad Congregationes Eremitarum B. Io: Boni, & conſequenter ad Congregationem Eremitarum Brictinenſium: non verò ad Congregationem ſpecialiter dictam Eremitarum S. Auguſtini.* Emanuel Leal. *Chryſol. purificat. purificat. 6. exam. 7.* de eadem Gregorij Conſtitutione ſic: *Tratou ſomente de Congregaçam de S. Ioao Bom, que era muito mas moderna.* M. Ioſeph Sabbatinus *lib. 3. Vindic. ſect. 1. §. 12.* de eadem: *Hic nihil aliud Pontifex intendit, quam Eremitis Ioannis Boni, qui Ordinis S. Auguſtini etiam ſunt vocati, diuerſam habitus formam à Minoribus præſcribere.* Et tandem Torellus ad *ann. 1237. n. 9.* & ad *ann. 1240. n. 5.* & clariſſimè ad *ann. 1256. n. 5.* contrà Vadingum, ſic: *Qui, & ſi viderit* (ideſt Vadingus) *quod Papa in dicta Bulla* (ſcilicet Alexandri IV *litteras noſtras*) *non loquitur directè præterquam de PP. Ordinis B. Ioan. Boni, & Brictinenſium, quoniam cum his, & non cum alijs litem habuerunt Patres Franciſcani tempore Gregorij IX. vt cuique erudito notiſſimum eſt; nihilominus ipſe* (ideſt Vadingus) *vult eam directam fuiſſe ad veros Eremitas Auguſtinianos, quod eſt falſiſſimum.* Et ideò illis ſolis ea manicarum protenſio præſcripta, vt ibid. *num. 242.* ſic concludit Herrera: *Gregorius IX. non præſcripſit habitum Congregationi Eremitarum S. Auguſtini, ſed Congregationi Eremitarum B. Io: Boni, & Brictinenſium.*

566 Subſequenter poſteà, & adhuc antè vnionem generalem Ordinis inualuit idem protenſarum manicarum vſus in altera ſaltem ex Guilelmitarum Congregationibus Alemaniæ dicta, iuxtà hæc cuiuſdam Innocentij IV. Conſtitutionis dat. vt dicit Marquez *ibid. cap. 13. §. 13.* Lugduni 9. Iannuar. Pontific. *ann. 6.* ſeù de 1249. vt habet Herrera *d. reſp. 4. n. 22.* & *reſp. 5. n. 186.* (ſi tamen vera eſt) verba: *Cum igitur dilecti filij Prior, & Fratres Eremitarum in partibus Alemaniæ Ordinis S. Guilelmi veſtitis laneis cucullis, & curtis vſque ad cauillam, ſeu iuncturam pedis, cum manicis benè latis, & longis, nullo alio ſuperinduto colore, niſi quem lana earum cauſa materia primordialis ipſa contraxit, latis quoque circumcincti corrigijs deſuper, cum congruis Religioni cultellis, & baculos deferentes in manibus, & calceati incedere teneantur ſecundum ſui Ordinis inſtituta.* Dixi altera ſaltem ex Congregationibus Guilelmitarum, ſcilicet Alemaniæ, cum nullum inueniam fundamentum idem de toto illo Ordine aſſerendi; licet enim dicatur, *ſecundum ſui Ordinis inſtituta*, ſenſus eſt ſecundum inſtituta dictæ Congregationis Alemaniæ, & non totius Ordinis Guilelmitarum, qui teſte Herrera *reſp. 5. nu. 169.* in plures Congregationes diuidebatur: *Ordo Eremitarum* (ſic ipſe) *à S. Guilelmo inſtitutus in eam numeroſitatem excreuit, totque Prouincias illuſtrauit, vt in plures Congregationes diuiſus varia ſortitus ſit incrementa, aut decrementa, & mutationes. Alia enim fuit Congregatio Thuſciæ; alia Congregatio Eremi S. Guilelmi in Diæceſ. Vrbetana; alia Congregatio S. Benedicti de Monte Fabali; alia Alemaniæ; alia Franciæ; alia Hiſpaniæ, & fortaſſis aliæ;* ſtante namque ea multiplici diuiſione verba illa *ſecundum ſui Ordinis inſtituta* non benè ad omnes illas Congregationes referri videntur; ſed ad illam ſolam Alemaniæ prout & iterum *num. 800. & ſeq.* Et iuuatur hæc intelligentia ex eo, quod, cum ex vna parte quidam Guilelmitæ iam de 1238. ex Gregorij IX. indulto ad D. Benedicti Regulam; quin ad Ciſtercienſium ſtatuta ex altera præfati Innocentij IV. Conſtitutione tranſijſſent, vt *quodlib. 4. dub. 8.* oſtenſum eſt; & ex alia delatio cultellorum, quæ in Benedictina, non verò in Auguſtiniana Regula præſcribitur, clarè ſuadeat, hanc Congregationem vnam ex illis eſſe, quæ huiuſmodi tranſitum fecerunt, benè ipſa potuit manicas ſibi protenſas, eo modo ac cultellos, ſtatuere; quod non militat de toto Ordine Guilelmitarum, cum numquam totus ſub D. Benedicti Regula fuerit, vt d. *dub. 8.* oſtendimus; adeòque ſi *clauſula ſecundum ſui Ordinis inſtituta* de Congregationis Alemaniæ intelligenda eſt inſtitutis, de illa ſola verificatur & protenſarum manicarum delatio. Quod ſi his non obſtantibus de toto Guilelmitarum Ordine præfata Innocentij verba eſſe intelligenda quis velit, non contendam, cum ea Innocentij Conſtitutio ſit altera Gregorij IX. incipien. *Dudum*, in qua manicæ protenſæ ſtatuuntur, tredecim annorum ſpatio poſterior; quo medio tempore benè eas potuerunt omnes illæ Congregationes inter ſua inſtituta inſerere.

567 His ergò poſitis duo mihi certa ſunt; primò, protenſarum manicarum vſum in Ordine Eremitarum canonicum eſſe, vtpotè ex Pontificia Sanctione, ſeu præfato Gregorij IX. decreto inductum; & quamuis Ianbonitis primò directum fuerit, eo benè frui potuerunt, prout ſubſequenter fruiti ſunt Patres Eremitani,

ni, eo modo, quo, vt vidimus vſi ſunt Guilelmitæ; & eo modo, quo priuilegio vni Congregationi conceſſo frui poteſt & totus Ordo; & licet Alexander IV. tunc, vt *num.* 559. dictum eſt, Epiſcopis inhibuerit, eos ad huiuſmodi manicas conſtringere, non inbibuit propterea Fratribus, eas deferre, ſi vellent, prout de facto deferre videmus; & vtique vigore dictæ Conſtitutionis Gregorij IX. *Dudum.* prout apertè declarant Carolus Moreau in *Vindic. part. 2. cap.* 17. Thomas Guichens in *not. ad cap. 5. Conſtitutionũ Ordinis* de 1649. impreſſ. Romæ apud Caballum, & ferè omnes de Eremitarum habitu ſcribentes. Quæ pro veritate dicta volo, & ad eorum confuſionem, qui huiuſmodi manicas aut irrident, aut vanitatis inuentionem immeritò ſpargunt, cum ab Apoſtolica Sede effluxerint. Certum eſt ſecundò, quod in inſtitutionibus Reformationum à Patribus ipſis calceatis anguſtæ manicæ reſtitutæ ſunt; De Peruana namque ſic in *Chronic. Peruan. tom. 1. lib. 1.* Scribit Antonius Calancha: *Los abitos negros que veſtian todos, eran de panete baſto, o gerga grueſa, eſtrechos, y peſados, manga moderada, y capilla pequeña;* & confirmat Bernardus Torres *Hiſt. Peruan lib. 2. cap.* 7. per hæc verba *Però ya ſu forma de habito es como la nueſtra con manga de punta aunque de materia mas groſſera, mas reformada y eſtrecha, que en los Conuentos de la Obſeruancia.* Idem vidimus de Hiſpanica *num.* 536. & de hac, quæ Italiæ dicitur, ſic in Conſtitutionibus à P. Generali Ordinis, vt *num.* 451. dictum eſt, confirmatis: *pariter & manicæ, quarum longitudo manus cooperiat: latitudo verò oris earum vnius palmi tantum erit.* Vnde repeto, & concludo vtramq; cucullam, & cum anguſtis, & cum protenſis manicis locum habere in Ordine; ſeu cucullam vtramque differentiam apud Eremitanos amplecti.

DVBIVM X.

De Cuculli, ſeù Caputij accidentalibus.

568 PRO cucullo caputium venire iam patet ex titulo; & pro accidentalibus, tum eius cum tunica vnionem, vel ſeparationem, tum acumen, vel rotunditatem intelligo. Et quoad primam partem inuenio antiquitus in Ordine tunicis aſſuta caputia, prout habent Marquez de Orig. *Eremit. cap. 22.* Herrera *reſponſ. pacific. 4. à num. 149. ad* 153. & inſinuatum eſt ſupr. *nu.* 549. & Mag. Lupus de S. P. Auguſtini caputio d. *quæſt. quodlib. cap.* 20. In præſenti tamen vtraque Calceatorum, & Excalceatorum familia à tunicis ſeiuncta defert. Quoad ſecũdam verò, licet habeam à Petro Marchant. in *lib. 12. fundamen. Ordin. Minor. part. 1. tit. 5. fundam. 5. §. 6. ventilab. 2. ad cap. 2. pag. mihi 120. col.* 2. Eremitarum caputia non debere eſſe rotunda, ſed ad minus quadrata, & hac de cauſa ſub tali forma à Clemente VII. Capucinis conceſſa, quia Eremiticam vitam ducere volebant: *Congregationi* (ſic ille), *quæ poſteà Capucinorum dicta eſt Clemens VII. per Bullam, quæ incipit Religionis Zelus, datam ann.* 1528. 3. *Iuly conceſſit caputium quadratum, non alio quidem motiuo, vel titulo, quam quia eremiticam vitam ducere intendebant;* qualia, & in Ordine noſtro fuiſſe olim teſtatur Alphonſus Falcumbellus in *Defenſ. ſuper benedict., & diſtribus. corrigiar. num.* 2. nos redarguens, quod acuminatam caputij formam geramus, *cum tamen ſemper rotundam, ſeù tantiſper ſuperquadratam tuliſſe ipſum Auguſtinum immemorabilis non ſolum prodit totius Ordinis Auguſtinenſis conſuetudo; verum & antiquæ teſtantur imagines.* Licet, inquam, hæc habeam de Eremitarum caputijs, quia tamen ex vna parte formiter acuminata ſunt in hac mea Congregatione, & ex altera eorũ, quæ à Patribus meis Calceatis deferuntur, rotundam formam nullatenus impugnare intendo; ſolum rationes, & fundamenta, quibus acuminata nos gerimus (à contrario Patrum Calceatorum, vſu præſcindendo) ne de nouitate arguamur, in præſenti producam.

569 Et primum fundamentum eſt auctoritas Marquez, qui acuminatum caputium Eremitis conuenire ſentit; dum enim *ibid. cap.* 16. §. 1. explicat rationem, quarè B. Io. Bonus acuminatum caputium aſſumpſerit, dicit id egiſſe, quia Eremita erat: *Ratio, quarè,* ſic ipſe, *ſimili caputio vſus fuerit B. Io. Bonus, captu facilis eſt, quia cum vitam eremiticam gereret, & aliquãdo cæli inclementiæ expoſitus, pro tegendo ab aquis capite eo indigebat; hac enim de cauſa in ſuis tunicis ſimile caputium deferunt paſtores.*

570 Secundum. Ratio, ſiuè natura cucullis cuculli namque propriè dicuntur ea inuolucra papyracea Propolarum per Martialem *lib. 3. epigr.* 2. eius commentatorem Domitium Calderinum *ibi verb. cucullus*, & Franciſcum Mariam Grapaldum in *tract. de partib. adium. lib. 2. cap. 9. de Bibliothec. pag. mihi 103. verb. eod.* & in *tract. de verb. ſignific. pag. 136. ſub d. verb.* quæ abſque dubio deſinunt in acumen, vt clarum eſt obſeruanti, & explicuit Theophil. Raynaud. *tom. 13. Philologic. pag. 631. col.* 1. dicens: *Et verè cucullus propriè dicitur de papyraceis illis inuolucris forma pyramidali, quibus pigmentarij, & propolæ obuoluunt ſuas merces.* Ab horum autem cucullorum forma genus veſtis, quo caput tegitur, cucullus dicitur, iuxtà Perottum in *Cornucop. ſiuè Commens. lingu. latin. col. mihi 858. verſ.* 55. *Bardocucullus genus veſtis amiculum habet, quo caput tegitur, à forma dicitur cucullus; nam propriè cucullus eſt papyraceum tegmentum, quo pigmentarij, &c.* & ideò cum acumine: *Cucullus veſtis* (ita Ioſeph Laurentius in *Amalth. ſeù Onomaſtic. verb. cucullus*) *aut capitis tegumentum acuminatum, capuccio.* Vndè ex his papyraceis cucullis Monachales cucullos, qui capitis tegmina ſunt, acuminatos volunt Benedictus Heftenus *diſquiſit. Monaſt. lib. 5. tract. 3. diſq.* 3. Octauius Ferrarius *de re veſtiar. p. 2. lib. 1. cap.* 22. Franciſcus Biuarius de *veter. Monach. lib. 2. cap. 11. §. 2. num.* 20. Laurentius Landmeter. de *veter. Cleric., & Monach. habitu. lib. 1. p. 2. cap.* 9. Gerard. Voſſius in *Etbymol.*

verb.

verb. cucullus. Aubertus Miræus in *Codic. Regul. in not. ad Regul. Canonic. verſ. vt Canonici cucullæ*. Nicolaus Deſnos in *Canonic. Sæcul., & Regul. lib. 3. cap. 37.* à quorum verbis, vt tædium effugiam, abſtineo.

571 Tertium. Myſtica ſignificatio, pænitentiæ ſcilicet, quam ratione ſtatus profitentur Monachi; pænitentium ſiquidem habitui conuenit, vt capitis tegmen ſit acuminatum. Pro quo ſufficit Hæſtenum audire ſic. *loc. cit.* diſſerentem: Verum vndè euenerit, vt Religioſorum quorumcumque caputia in pyramidalem deſinant formam, ſiue ea ſuper caput erecta, ſiuè in dorſum reflexa ſint, operę pretium hic fuerit expendere. Id autem indè accidiſſe credimus, quod antiquus pænitentium habitus, vt ex ſacra ſcriptura conſtat, fuerit ſaccus, quem etiam Prophetæ, vt ad pænitentiam populum adhortarentur, deferebant. Cum autem Monachi pænitentiæ aſſumpſerint ſtatum, veterem ſaccum etiam ſuo expreſſerunt habitu, quod obſeruauit, & explicauit Ioãnes Heuſden, de quo Buſchius in *Chronic. VVindeſmen. lib. 2. cap. 16. Quid eſt cappa, niſi ſaccus? vt ſi quis ſaccum induat, & in vno eius angulo integro faciat foramen, per quod poſſit videre, & caput ſuum extendere, reliquum autem angulum ſacci illius integrum ſuper ſcapulas per dorſum, quaſi tympam, ſiuè cucullam reflectat, tunc omnium penè Monachorum conſuetam capparum habet formam, licet in modo, colore, & amplitudine iuxtà Ordinum differentiam variè ſæpè formetur*. Id ipſum à noſtro Laurentio Benard obſeruatum, qui ità ſic explicat *Paran.* 15. ſaccus quadratus, & æquè largus in ſuperiori, atque inferiori parte ſi capiti imponatur, altera cuſpidum velut cornu ſuper caput efficit. Hæc Hæſtenus.

572 Quartum. Quia Monachorum Ægypti cucullos (à quibus Auguſtinianorum veſtes deſumptæ ſunt) acuminatos fuiſſe docent Nicephorus *lib. 9. Hiſt. Eccles. cap. 14.* dicens: *Cæterum reliquorum quoque Ægyptiorum Monachorũ amictus, &c. capitis verò tegmen acuminatum, vt ſimplices ſint, & iniurias non vindicent purèque, & innocenter viuant, lactentium puerorum inſtar, quorum capita eiuſmodi lineis mitris operiri ſolent*. Indicatque Sozomenus *lib. 3. cap. 13.* ſic de eiſdem ſcribens: *Caput integumento, quod cucullam appellare ſolent operiebant, quo oſtenderent, ſe vitam proindè ſimplicem, atque ſinceram agere, atque pueros lacte nutritos, quorum caput huiuſmodi thiaris obuoluitur, vt tegatur ſimul & foueatur*. Thiaras namque, & Mitras iſtas monet in *Interpret. voc. Eccleſ. verb. Mitra* Onuphrius Panuinus, *eſſe pileum acutum, quo Ægypty vtebantur*. Et poſt Nicephorum Alardus Gazæus in *cap. 4. lib. 1. Caſſiani*. Marcus Antonius Maſſa in *not. ad cap. 14. lib. 1. Iordani de Saxon. verb. per cucullam*. Ludouicus Cerda in *Aduerſar. Sacr. cap. 44. num. 12.* Nicolaus Deſnos *loc. ſup. lib. 3. cap. 37. & lib. 4. cap. 17.* Franciſcus Biuarius *cit. cap. 11. nu. 20.* Hæſtenus *ead. diſquiſit. 3.* Antonius Caracciolus in *Synopſ. veter. Religioſ. p. 2. verb. Pileus*. Theophil. Raynaud. *d. tom. 13. pag. 631. col. 1.* & probat Georgius Ambianat. in *Tertull. rediuiu. tom. 2. ad lib. 2. de Pallio. cap. 1. §. 3. obſeruat. 2. pag. 511. col. 2. litt. C.*

563 Quintum. Picturæ, & imagines antiquæ; primò, S. P. Auguſtini cum acuminato caputio, quarum vna in Sacrario Lateranenſis Baſilicæ, & altera Auguſtino Fiuizzano Sacrarij Apoſtolici Præfecto à Clemente VIII. donata, de qua Mauritius à Matre Dei in *Sacr. Erem. lib. 1. cap. 3. §. 2. pag. 100.* quibus multum deſerendum per Menoch. *conſ. 1110. num. 26. vol. 12., Rot. in Florentina porticus. 12. Iunij. 1629. coram Queipo*; maximè cum habitus, qui in dictis picturis exprimitur ità concordet per omnia cum S. P. Auguſtini habitu, quem Mag. Chriſtianus Lupus. *d. quæſt. quodlib. cap. 20.* deſcribit, vt neſciam, ſit ne delineatio Lupi deſcriptio picturæ, vel pictura imago deſcriptionis; ſic enim ipſe: *Planè hic habemus Monaſticam Auguſtinianæ veſtis formam. Primò erat tunica conſuta à fullonibus in ligno crucifigi; hoc eſt non erat Collobium, ſed tunica manicata* (non tamen prolixè ſed ad differentiam collobij, vt *n.* 554. dictum eſt) *Deindè homo illam induens intrare debebat per oram ſuperiorem; hoc eſt non erat antè aperta, ſed clauſa per totum. Poſtremò habebat oram, vbi aperiebatur capitium, hoc eſt erat verus Bardocucullus, qualem hodiè geſtant Fratres Capucini*; ſeù vnitus erat tunicæ cucullus, & acuminatus iuxtà ſuperiorẽ de Bardocucullo adnotationem. Secundò eorum Religioſorum, qui in lamina quadam in fundamentis antiquiſſimi ædificij Hipponenſis reperta cum Carolus. V. in expeditione Tunetenſi Hipponem expugnauit, quamque Eques Neapolitanus Hieronimo Seripando dono dedit; & in libro quondam Arabico olim in Regum Marocenſium, modò in Regia Bibliotheca S. Laurentij Scoriarij aſſeruato viſuntur, & quibus ad antiquitatem habitus Auguſtiniani comprobandam vtuntur Marquez *cap. 4. §. 3.* Cruſenius *part. 1. Monaſt. Auguſt. cap. 17.* Petrus de Campo in *Hiſt. Ordin. part. 1. lib. 3. cap. 56.* Herrera *reſp. 4. n. 82.* Carolus Moreau in *Vindic. p. 1. q. 11. in fin.* de illis enim tres primi ſcribunt, quod *eodem erant induti habitu, quo nunc* (de ſe ipſis loquuntur) *nos induimur, excepto, quod capillæ, ſeù caputia erant aliquanto maiora, & formæ parumper diuerſa*; ſcilicet, quod vbi Patrum Calceatorum caputia ſunt modò rotunda, illa eorum Fratrum deſinerent in acumen; non enim alia cogitari poteſt diuerſitas, quoad formam, vt clarius Carolus Moreau *ibid*: *niſi quod eorum capitia nec tam breuia, qualia noſtri Itali; nec cubitalia ſicut noſtri Galliæ Diſcalceati*; ideſt non adeò acuminata, ac illa Excalceatorum Galliæ ſed longiora caputijs Excalceatorum Italiæ, quæ omnia acumen exprimunt.

574 Sextum. Exemplum Ianbonitarum, qui verè Eremitæ Ordinis S. Auguſtini, licet in Congregatione diſtincta cum acuminatis caputijs incedebant, vt probat controuerſia cum Fratribus Minoribus ob identitatem habitus, de qua *dub. præced.* cum namque Franciſcano-

rum

rum cuculli pyramidalem formam haberent, teſtibus, quo ad D. Franciſcum Bartholomeo à Piſa in *Conformit. fruct.* 16., & Luca Vadingo in *Annal. Minor. ad ann.* 1208. *n.* 4. vbi ſic: *Tunica* (ſcilicet S. Franciſci) *erat rudis, hiſpida, caputiumque ad ſcapulas pendebat acuminatum*, & ſubdit, quod tali habitu ſemper vſus fuerit, præterquam quod *capitium aliquando magis, vel minus pyramidale, aut minus acutum aſſueret*. Et quoad vniuerſum Ordinem, vſque ad tempora D. Bonauenturæ (qui acuminata caputia in rotunda conuertit) Sedulio in *Comment. ad cap.* 2. §. 1. *vit. S. Franciſci*. Rodulph. Epiſcop. Senogall. *lib.* 2. *de Relig. Seraph.* Alphons. Ciacon. in *Gregor. X.* Hieronym. Corteſio in *Hiſtor Veron. p.* 1. *lib.* 7. *ad ann.* 123. Ioan. Rouſſer. de *Stat, & Orig. Ord. S. Franciſci. cap.* 2. *q.* 3. Franciſco Longo à Coriolano in *Breuiar Chronolog. ad ann.* 1288. & *ad ann.* 1525. Marquez. *d. cap.* 4. §. 10. & *cap.* 13. §. 18. Vadingo. *ibid. ad ann.* 1260. *n.* 17. & Bordon. *reſol.* 87. *nu.* 28. Si è contra Ianbonitarum rotundi fuiſſent, non fuiſſet præfata inter eos habituum identitas, etiamſi in colore conueniſſent, eo modo, quo de facto Capucini diſtinguuntur à Minoribus de Obſeruantia, per hoc, quod hi rotundum, illi acuminatum gerant caputium, etſi in cæteris maximè colore conueniant; Vndè acuminata & Ianbonitarum caputia dignoſcuntur.

575 En modo Magiſtri Marquez clariſſimum huius veritatis teſtimonium. *cap.* 13. §. 8. poſtquam Innocentij IV. conſtitutionem: *Admonet nos &c.* retuliſſet, dicit. *Colligitur ſecundò multa probabilitas, quæ ſcribunt Authores glorioſum S. Franciſcum Religionis Minorum Fundatorem, antequam illam plantaſſet, in B. Io. Boni Congregatione fuiſſe, quia vt cap.* 26. §. 2., & 3. *videbimus color, & forma habitus huius Congregationis Minorum Ordinis originem præceſſerunt; & ni in ipſa vixiſſet iſte ſtigmatizatus Seraphim ſuis Fratribus habitum, qui cum illius Fratribus ſimilitudinem præſeferre, & ob eam lites gignere poſſet, præſcribere cauiſſet. Et certum eſt, quod habitus Minorum habitu: Fratrum B. Io. Boni, vt conſtat ex Breue, tum coloris, tum formæ ratione ſimilis erat.* Et poſt aliqua. *Et quoad formam notandum, quod caputium altum, & acuminatum, quo hodierna die Patres Capucini vtuntur, fuit Religionis Seraphicæ habitus originalis, iuxtà Rhenati Choppini obſeruationem, quod S. Bonauentura reformans, in rotundum commutauit; & hoc fuit fundamentum Volaterrano dicendi, Minores antè D. Bonauenturam more paſtorum efformatas veſtes induiſſe, quia altum, acuminatumque caputium ad inſtar caputij PP. Capucinorum pro tegendo capite in ſuis tunicis paſtores habebant. Et hoc eodem habitu vſus fuit B. Io. Bonus, & ab ipſo deſumpſit S. Franciſcus; quia ſi nigro ſe caputio, quo nos Eremitani Auguſtinenſes modo vtimur, ſe cooperuiſſet* (ideſt B. Io. Bonus) *non adeò Franciſcanis Patribus aſſimulari potuiſſent ſui Fratres temporibus Gregorij IX. & Innocentij IV.* (quando Minorum caputia non adhuc D. Bonauentura reformauerat) *vt in eis diſcernendis decipi potuerint populi*. & rurſus *cap.* 16. §. 1. *In omni eo, quod potuit, B. Franciſcus in ſui Ordinis fundatione B. Io. Bonum eſt imitatus; quod ſatis manifeſtè oſtenditur in habitu, qui eiuſdem coloris, & forma fuit excepto cingulo, cuius loco funem ſubſtituit, quia caputium altum, & acutum, quod modò PP. Capucini deferunt, eſt ipſemet habitus in ſui Ordinis origine à S. Franciſco delatus, & à B. Io. Bono antè geſtatus*. Quo nihil clarius ad Ianbonitarum acuminati caputij comprobationem.

576 Hæc ſunt inquam fundamenta, quibus acuminatis cucullis vtitur mea Congregatio; quid quid ſit, an antè vnionem rotundi fuerint, nec'ne in Ordine Eremitarum; quod vt dixi, ſicut impugnare non intendo, ſic nec opus eſt determinare. Caſu tamen quo vera ſit hæc Coriolani in *Defenſor. Ordin. verit.* 2. *reſp. ad.* 9. *argumentum* aſſertio: *Quia, vt dicit Iordanus, talem formam accepit B. Franciſcus in quodam noſtro Eremitorio apud Saxetum propè Lauernas, vbi S. Franciſcus fecit pænitentiam, nec voluit diſcrepare à nobis niſi in cingulo*; Sicuti hæc altera Hieronymi Roman. *lib.* 2. *Hiſtor. Auguſt. cap.* 2. circa rationem determinationis habitus nigri ab Alexandro IV. factæ, *porque de otra manera no nos differenciauamos en niguna coſa de los Franciſcos, ſaluo en que vſauamos de baculos en las manos*; quam repetit *cap.* 8., & *lib.* 6. *de Republ. Chriſtian. cap.* 6. & *in centur. ad ann.* 1256. ſicut & Io. Gonzalez de Critania, qui in *Epitom. Vit. S. Auguſt.* §. 2. *cap.* 8. *pag.* 100. eadem ſcribit; ſeu quod & Eremitarum, de quibus iſti loquuntur, caputia acuminata fuerint; Caſu inquam, quo res ità fuerit, cur modò rotunda ſint, alia mihi non obuiat ratio, niſi ea, ob quam ſua ex acuminatis in rotunda mutarunt & Franciſcani; ſeu ob maiorem commoditatem, vt habet Franciſcus Haroldus in *Epitom. annal. Minor. ad ann.* 1260. *num.* 4. vel pro indicando ſe in ſchiſmate Federici II. Imperatoris partes ſuſtinere Summi Pontificis, qui ea occaſione pro ſuis diſtinguendis caputium rotundum demandauerat, vt referunt Io. Rouſſerius. *d. cap.* 2. *q.* 3. Franciſcus Longus à Coriol. *ibid. ad ann.* 1288., & cum Albaſpina, & alijs verius putat Arturus in *Martyrolog. Franciſcan. ad.* 3. *Aug.* §. 15. & quod fortè hac de cauſa rotunda ſumpſerint & Eremitani. Dixi caſu, quo, quia de hoc agere nolo, & veritati locum relinquens, ex ſuppoſitione tantummodò loquor.

DVBIVM XI.

De veſte interiore, ſiue interula, aut ſubucula.

577 ET quid circa huiuſmodi interulas vſitatum in Ordine extra rem non erit inquirere; & quoad S. P. Auguſtinum Mag. Chriſtianus Lupus *interulam lineam*, & *nequaquam laneam* ipſum adhibuiſſe ſcribit in ſæpè cit. *quæſt. quodlib. cap.* 20., & dicit hoc teſtari eumdem Auguſtinum *ſerm.* 45 *de diuerſ.* in illis verbis: *quæritur à nobis quid ſit lana, quid ſit linum?*

num? lanam carnale aliquid puto; linum ſpirituale. Hoc conijcere audeo ex ordine veſtimentorum noſtrorum; interiora ſunt enim linea veſtimenta, lanea exteriora, ſupponens in ly *veſtimentorum noſtrorum* ſua pariter veſtimenta incluſiſſe, & de eis etiam locutum Auguſtinum. Sed non videtur hoc conuincens argumentum. Potuit namque ea verba protuliſſe Auguſtinus ad exprimendum communem vſum hominum, qui interius lino, exterius lana induebantur, & induuntur: non autem ad indicandum, ſe ſimiliter ſub exteriore lana linum geſtaſſe, eo modo quo illa verba *ſerm. 2. de commun. vit. Cleric. Nemo det mihi Birrhum, vel lineam veſtem*, (quarum nomine veſtes non Eccleſiaſticas ſed profanas venire probat Ioſeph Sabbatinus in *Vindic. lib. 3 ſect. 1. §. 6. & 7.*) non adduxiſſe Auguſtinum ad indicandum, ſe talibus veſtibus vti conſueuiſſe; ſed tantum ad veſtis pretium explicandum, obſeruat idem Sabbatinus *ibid*. Et ità credendum, cum aliàs propalare, quod ſub exteriore veſte lineam deferret extrà rem omninò fuiſſet; & ad eius, de quo loquebatur, intentum ſufficiebat, quod communiter eum morem obſeruarent laici, ſiuè ſæculares; & aliàs certum eſt, olim Monachos iuxtà carnes cilicium adhibuiſſe, vt probat F. Leo Carmelita in *Philocal. & Analect. tract. 2. tit. 2. cap. 4 per tot.* cui poſteà camiſciæ laneæ ſucceſſerunt; & inſuper patet has maximè conuenire pænitentibus, & lugentibus, quales ſunt Monachi, vt benè elucidat Hæftenus *lib. 5. diſquiſit. tract. 3. diſq. 7.* & tenet Emanuel Gonzalez in *cap. cum monaſterium de Relig. domib. in not. ad verb. lineis camiſcijs*, & idem Leo *ibid. cap. 3. num. 17.* quo probabile redditur, & lanam ad carnem adhibuiſſe Auguſtinum.

578 Sed quidquid ſit de hoc, quamuis Auguſtini tempore lineas interulas permiſſas admitteremus, modò Regularibus inhibentur, *Cap. Monachos. de ſtat. Monach.* vbi Barboſ. *nu. 2.* Fagnanus pariter. *n. 2.* Gonzalez *loc. ſupr.* Tamburin. *de Iur. Abb. tom. 1. diſp. 27. q. 1. n. 4.* Eminentiſs. Laurea in *Epit. canon. verb. Regulares quo ad veſtem.* Et ideo & Patribus Eremitani Ordinis prohibentur ab eorum Conſtitutionibus *cap. 25.* ibi: *Fratribus exceptis Sarabolis iuxtà carnem veſtimentis lineis non vtantur, niſi in caſu infirmitatis, & de ſui ſuperioris licentia, ſed laneis tantum.* Et nobis Excalceatis per noſtras *part. 1. cap. 12. §. 1.* vbi: *Fratres exceptis fæmoralibus, ſeu mutandis iuxtà carnem veſtibus lineis non vtantur, ſed laneis, niſi in caſu neceſſitatis, & de ſui ſuperioris licentia ſpeciali.*

DVBIVM XII.

De PP. Calceatorum, & Excalceatorum habituum differentia, & approbatione.

579 ALiquam habitus differentiam inter Reformatos, & Obſeruantes congruere tenet, & docet Herrera, dum in *Alphab. Auguſtinian. litt. N. verb. Monaſteria; pag. 205. de Neapolit. Conuent.* conſiderans, quod reformata Congregatio S. Io: Carbonariæ Ordinis S. Auguſtini differebat aliqualiter in habitu à Patribus Calceatis, ſic habet. *Induebantur Patres illius Congregationis diſſimili à reliquis habitu. Æquum ſanè, & rationi valdè conſentaneum, vt nouitiæ Reformationes non eodem omninò habitus ſchemate vtantur, vt ex aliquali veſtium diſcrimine diſcernantur à populo; & ſi quid ſæculares minus bonum in clauſtrali Monacho aduerterint, non detrahant Obſeruantibus, & vtroſque eiuſdem farinæ, vel non diſſimilium morum arbitrentur.* Quarè non mirum, quod & inter Calceatos, & Excalceatos reperiatur. Quæcumque tamen illa inſpicitur, ſiuè in materia, ſiuè in forma, accidentalis eſt; & vtriuſque familiæ habitus quoad ſubſtantiam eſt verè Auguſtinianus. Nec minus Patres Calceati, nec magis Patres Excalceati, aut è contrà ſubſtantialem S. P. Auguſtini habitum deferunt; cum ſupra *dub. 4.* in tunica ſeù cuculla, aut cappa nigra, cum caputio, & zona coriacea eum conſiſtere concluſum ſit; quæ omnia tam Calceatis, quam Excalceatis communia ſunt; nec protenſior, aut ſtrictior manica; nec cucullorum rotunditas, aut acumen; nec calcei, aut ſandalia, quæ accidentales differentiæ ſunt, quidditatem habitus Auguſtiniani diuerſificant; nec per eas aut illi, aut iſti minus, pluſue S. Auguſtini Filij.

580 Et quod vtrique familiæ ſatis eſſe debet eſt, quod vtriuſque habitus forma fuerit ab Eccleſia approbata. Calceatorum ſiquidem in ſupra poſito Gregorij IX. decreto, quo, vt dictum eſt *n. 567.* vti potuerunt non ſolum illa, aut altera Congregatio, ſed totus Ordo, ſicut de priuilegijs *n. 311.* obſeruauimus. Excalceatorum verò primò à Clem. VIII. tum in Conſtit. *Decet Romanum Pontificem*, de qua *ſupr. nu. 398.* in qua Congregationem ſe inſtituiſſe, ſeu approbaſſe dicit; tum in altera, *Paſtoralis officij*, vt mox dicetur, in qua eorumdem habitum, ſiue in materia, & in forma conſimilem ab alijs deferri prohibet; quæ omnia inuiſceratam habent eorum habitus approbationem. Deindè à Paulo V. in Conſtit. *Sacri Apoſtolatus &c.* die 5. Maij 1620. qua confirmando ſpecificè Conſtitutiones, eorum habitus, & cum omnibus ſuis accidentalibus differentijs indiuiduam formã approbauit, excepta caputij forma, de qua nihil in Conſtitutionibus; approbatam tamen ſcio ab Vrbano VIII. per litteras, *Diuinæ Maieſtatis &c. 19. Martij* 1641. apud Mauritium à Matre Dei in *Sacr. Erem. pag. 220.* in approbatione pariter ſpecifica Conſtitutionum Congregationis Galliarum, in quibus *3. p. cap. 2. de veſtiendis Fratribus §. 5.* ſic: *Manicarum longitudo manuum digitos attingat: latitudo verò oris earumdem erit circiter vnius palmi. Caputium latitudine ſcapulas non excedat, eritque rotundum in anteriori parte cum cuſpide in poſteriori ad corrigiam vſque pertingens, in ſummitate verò parumper acutum.*

581 Et quoad Excalceatos Italiæ, ità approbatam obſeruo, vt eorum habitus, vel illi in materia, & forma ſimilem deferre nemo valeat *ſub*

pœna Excommunicationis latæ ſententiæ, eiuſdi ex ipſis Fratribus Calceatis, *niſi earum Congregationis membrum actualiter exiſtat*, vt memorat Clementis VIII. *Paſtoralis* [illegible] Conſtitutionis ſub 25. *Septembris* 1604. vt in noſtris litteris Apoſtolicis *libr*. 4. & huiuſce poſterior S. Cong. Decretis

Decretum S. Congregationis Regularium contra geſtantes habitum ſimilem habitui Diſcalceatorum S. Auguſtini Italiæ.

INtroducta alias per appellationem in S. Congregatione Cardinalium negotijs Epiſcoporum, ac Regularium præpoſitorum controuerſia inter Ordines Eremitarum S. Auguſtini Conuentus S. Mariæ de Oliua, ſeu de porta principali, nec non Diſcalceatorum ſeu Reformatorum eiuſdem Ordinis Conuentus S. Mariæ Veritatis Neapolit. Regulares de, & ſuper delatione habitus, qualificatione, rebuſque alijs in proceſſu cauſæ huiuſmodi deductis iam pridem exortæ, Illuſtriſſimi S. eiuſdem Congregationis Patres, Illuſtriſſimo Bonitio referente, ſententiã D. Nuncij Apoſtolici Neapoli reſidentis in prædicta cauſa latã, literis Apoſtolicis in forma Breuis fel. mem. Clementis Papæ VIII. nec non prædicto proceſſu diligenter examinatis, & partis vtriuſque Procuratoribus auditis, conſiderunt Fratribus Conuerſis, ſeu Oblatis ſupradicti Conuentus S. Mariæ de Oliua quaſcumque, non captiniam gerentes vel nudum cum ſcapulari magno, & lato, vel ſcandaluerint, abſque ſcapulario, palliaque [illegible] prædictis Diſcalceatis, quæ media ſaltem vſque tibias pertingentis, incingendum donatio ſcapulari paruo, & anguſto ad inſtar eorumdem Diſcalceatorum, nec tunicas etiam Monicis, quæ in extremitatibus latitudinem vnius palmi diſtantiam extendat, ſed manicis amplioribus vtantur; ne ſrâtres etiam ad Diſcalceatos, aut cum ſandalijs, ſed calceamentis, & caligis, quæ apparent, vtantur, prohibendum: Veſtes, & habitum ex qualibet panno nigro etiam vili, & groſſiori deferrẽ concedendum: denique ne ſubnomine prædictorum Diſcalceatorum quaſi idem vel eis Conuerſis, ſeu Oblatis S. Mariæ de Oliua, vtendum eſſe, prout præſenti Decreto reſpectiuè indulgent, prohibent, concedunt, & inhibent ſupradicta, quæ omnia à ſupradictis Conuerſis, & Oblatis huiuſmodi ſub Excommunicationis, aliiſque indictis litteris Apoſtolicis, nec non ſuperiorum arbitrio infligendis pœnis, obſeruari mandant. Romæ 27. Iulij 1618.

A. Maria Card. Gallus. Locus ✠ ſigilli.
V. Theatinus Secret.

Atque hæc de habituum differentijs, & earum approbationibus. Quibus poſitis, præter iam hucuſque conſiderata, opportunum eſſet hic reſpondere Capulo Moreau, & Mag. Thomæ Guichens, qui Excalceatorum habitum deformem, & ab Auguſtino alienum, & peregrinum, ille ſæpè in *Iudic. part.* 2. *cap.* 2. *§*. 12. 13. 15. 17. *&* 20. alter vero *in not. ad cap.* 5. *part.* 2. Conſtitutionum Romæ apud Franciſcum Caballum de 1649. impreſſarum appellans: Sed quia grauiter impugnatur ſolo, quod inceſſanter probatum, & inde, vanum de habitibus concertare; Sicuti verba condono, ne reſpondere non curo.

DVBIVM XIII.

De horum habituum Sæcularibus communicatione.

582 REligioſorum omnium præſertim Mendicantium Prælatos ſuum reſpectiuè habitum alijs impertiri poſſe, Tertiarios, & Tertiarias inſtituendo, tradidit Lezana: *qq. Regul. tom.* 1. *p.* 1. *cap.* 3. *nu.* 22. *& p.* 2. *cap.* 14. Bordon, *reſol.* 75. *n.* 34. & ſuadetur ex S. Congregationis declaratione, de qua Io. Maria Nouarius in *Lucer. Regul. verb. Tertiarij nu.* 4. Ciarlin. *controuerſ. forenſ. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 21. Peyrin. *tom.* 1. *in Conſt.* 34. *Sixti IV. ad §.* 7. *n.* 39. Io. Anton. Nouar. *in Summ. Bullar.* [illegible] 124. *n.* 4. Barboſ. in *collect. Actiſ. Apoſt. coll.* 699. *nu.* 2. Laurentius [illegible] *de* [illegible] *cap.* 11. *nu.* 163. Tamburin. *de iur. Abbatiſſ. diſp.* 7. *q.* 5. *nu.* 7. Nicolius in *Floſculis verb. Tertiarius à nu.* 2. *& ſeq.* Lantuſca in *Theatr. Regul. verb. eod.* Iacob. Pignatell. *tom.* 2. *conſultat.* 34. *n.* 2. 9. vbi legitur: *Superioribus autem Regularibus ſufficienti facultate ad id à Sede Apoſtol. ſuffultis licere mulieres ad huiuſmodi habitum recipere*; ex quibus talis facultas reſpectu Superiorum Ordinum Mendicantium infertur, prout in terminis Rota coram Merlino *deciſ.* [illegible] *nu.* 28. Lezan. in *Mar. magn. Carmelit. ad §.* 84. *n.* 457.

583 Quod à fortioribus dicendum de Superioribus Ordinis Eremitarum, cum hæc Religio ſpeciali ſit ad hoc à Sede Apoſtolica decorata priuilegio, vt referunt Ioan. Bapt. Confert. in *ſumm. theſaur. priuil. cap.* 14. Mirand. in *Manual. Prælat. tom.* 1. *q.* 36. *art.* 2. Roderic. *qq. Regul. tom.* 3. *q.* 72. *art.* 3. Lezan. *d. cap.* 9. *nu.* 26. *& d. cap.* 14. *nu.* 10. & in *Mar. magn. Eremit. S. Aug. ad §.* 8. *num.* 2. 9. *& ad §.* 9. *num.* 22. ad in *Mar. magn. Carmelit. ad §.* 34. *num.* 469. Tambur. *ub. ſup. num.* 8. Donat. *rer. Regul. tom.* 2. *tract.* 16. *de Tertiar. q.* 3. *n.* 4. Mallet, *Eccleſ. Hierarch. lib.* 8. *tit.* 15. *num.* 24. Rot. *ub. ſup. n.* 27. ſupponitur que, vt innuit Lezana *d. cap.* 14. *n.* 10. à Sixto IV. in incipien. *Dum attenta*, quæ eſt Mare magnum Carmelitarum, illis hoc idem Eremitarum S. Auguſtini priuilegium communicatur per hæc verba: *Ad inſtar Mantellatarum, ſeu Tertiariorum, aut Fratrum de pœnitentia Tertij Ordinis Fratrum Minorum, & Prædicatorum, nec non Eremitarum S. Auguſtini.* Et verè, nam Bonifacius IX. hoc expreſsè conceſſit in incipien. *In ſinu Sedis Apoſtolicæ &c.* 27. *Iunij Pontificatus ſui anno* 1401. iuxta Empolit. *Bull. Ord. pag.* 93. & apud Confert. in *collect. Itin. Apoſt. Bonifac. IX. n.* 5. Quod priuilegium confirmarunt Eugenius IV. Martinus V. & Sixtus IV. vt videre eſt in Mar. magn. Eremit. S. Auguſt. apud Empol. *pag.* 332. *§.* 10. 11. 12. *&* 24. & Roderic. *tom.* 1. *Bullar. Appoſt. inter Sixti IV. Bull.* 34. *à num.* 8. *& ſeq.*

584 Et licet hic videatur eſſe ſermo ſolum de Pinzochoris, ſeu fœminis, vnde forte Rodericus *tom.* 3. *q.* 72. *art.* 3. dixit, ſe non inueniſſe inter Eremitarum priuilegia, quod poſſit Auguſtiniana Religio vtriuſque ſexus Tertiarios adſcribere; veritas tamen eſt, quod vtrique

habitum impertiendi priuilegio fruitur. Et quando aliud non extaret, eo ipſo quod Carmelitanis conceſſum eſt tale priuilegium à Sixto IV. ſcilicet pro vtriuſque ſexus perſonis, vt in *d. Mar. magn. Carmelit.* apud Lezanam *nu. 84. ad instar Prædicatorum, Minorum, & Eremitarum S. Augustini*, non obſcurè indicatur, & ſupponitur Eremitanos quoque S. Auguſtini habuiſſe vtriuſque ſexus Tertiarios, vt eruditè ponderat Lezana *d. tom. 1. part. 2. cap. 14. n. 10.* hoc eſt priuilegium regularem habitum vtriuſque ſexus perſonis impertiendi; nempe Tertiarios, & Tertiarias inſtituendi, qui Fratres & Sorores Tertij Ordinis Eremitarum dicendi ſunt, vt Lezan. *ibid. n. 14.* Deducitur etiam ab eodem Sixto IV. in Mar. magn. Eremitar. apud Empol. *loc. sup. §. 42.* vbi priuilegium hoc renouans habet: *Et vt Virgines, Viduæ, & coniugatæ personæ Mantellatæ, seu Pinzocheræ dicti Ordinis nuncupatæ prædictæ, &c.* verba ſiquidem *coniugatæ personæ* quæ etiam viros includunt, vtriuſq; ſexus Tertiarios compleсti videntur per eum. Lezan. *ibid. in fin.*

585 Sed quod omnem remouet difficultatem eſt expreſſa Pauli II. conceſſio apud Confett. in *d. collect. libr. Apost. verb. Paulus II. num. 1.* & Empol. *ibid. pag. 275.* in incipien. *Exposcit vestræ deuotionis, &c. prid. Kal. Septembr. 1470.* ibi: *Nos igitur Vobis, & successoribus vestris, qui pro tempore fuerint, quibuscumque omnibus, & singulis personis honestis laicis vtriusque sexus, hos à vobis deuotè requirentibus, mantellum seu habitum mantellatorum &c. liberam concedimus facultatem.* Quod priuilegium non iam, ſolos Congregationis Lombardiæ Vicarios, ac Priores reſpicit, vt non nulli dixerunt: Sed etiam Generalem, & Prouinciales Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, vt patet ex titulo, ſeu inſcriptione Bullæ; *Paulus Episcopus &c. Dilectis filijs Generali, & Prouincialibus, Vicarijs, ac Prioribus Congregationis Lombardiæ Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini*: quo omnes complexus fuit, nempe Generalem, Prouinciales Ordinis, & inſuper Vicarios & Priores Congregationis Lombardiæ, quæ hæc nec Generalem, nec Prouinciales habet.

586 Et quando hæc Bulla Generalem, & Prouinciales Ordinis non directè afficeret, adhuc & eos afficeret ratione mutuæ communicationis priuilegiorum Congregationis Lombardiæ, & Ordinis ex Innocent. VIII. *Nec non ... sub Bulla* ſub 17. *Kal. Decemb. 1486.* apud eumdem Confett. *ibid. verb. Innocentius VIII. n. 2.* & apud Empol. *pag. 190.* & clarius ex Bulla aurea Iulij II. *Dum fructus vberes 7. Kal. Iul. ann. 1507.* apud Empol. *pag. 304.* vt dictum eſt *quodlib. 5. dub. 5.* Hinc eſt, quod de priuilegio huiuſmodi Tertiariorum verba faciens Iulius II. Leo X. & Clemens VII. Prælatos Ordinis auſtiſandi habitum regularem vtriuſque ſexus Tertiarijs facultate [illegible] ſupponunt. Primum, dum in Constit. *Nuper 8. ... Septemb. 1508.* apud Empol. *pag. 309.* [illegible] *dum ... ve quibuscumque ... [illegible] ... gratia, Eremitarum, Mantellatis, Mantellatis, Certi-* *gratia concessum est, id omne vtriusque sexus concessum intelligi, viris scilicet, atque mulieribus, modo à Generali, vel Priore, vel Rectore cuiuscumque Ordinis authoritate gratiæ ... facultatem obtinuerint.* Secundus in Constit. *Dudum*, quæ eſt communicationis omnium priuilegiorum inter Mendicantium Ordines; Sicut & Clemens VII. in altera *Romanus Pontifex*, vt patitur *d. dub. 1.* dictum eſt. Ex quibus omnibus patet, hos Summos Pontifices tale priuilegium dandi habitum regularem vtriuſque ſexus Tertiarijs in Ordine noſtro ſuppoſuiſſe. Vnde concluditur reuera Auguſtinianam Religionem, non ſolum titulo communicationis priuilegiorum cum alijs Mendicantium Ordinibus, ſed etiam ex ſpecialibus indultis habere ad id à S. Sede opportunam facultatem.

587 Atque ex his euidens eſt eamdem facultatem & Excalceatis competere; Primò, quia Bonifacius IX. eam quoad Tertiarias conceſſit non ſolum Generali, ſed quibuslibet Prouincialibus Ordinis, etiam futuris: quia, vt in *Mar. magn. Eremit.* apud Empol. *pag. 354. §. 42.* Roderic. *d. q. 72. art. 3.* Lezan. in *d. Mar. magn. nu. 8.* *Tam Generali, quam cuilibet Officiali, Prioribus dicti Ordinis in quibuscumque Prouincijs constitutis, tam præsentibus, quam futuris sit licitum, & permissum quascumque mulieres, si aliàs idoneæ sint, & aliquod impedimentum canonicum non obstet, quæ habitum regularem prædicti Ordinis ad instar Mantellatarum Ordinis Fratrum Minorum, & Prædicatorum habere voluerint, recipere, & admittere.* Et quoad viros, ſeu Tertiarios Paulus II. dantem poteſtatem conceſſit, non tantum Prioribus Congregationis Lombardiæ, ſed etiam Generali, & Prouincialibus Ordinis, vt dictum eſt, & eorum ſucceſſoribus, hoc eſt, futuris Ordinis Prouincialibus. Nullum autem dubium eſt, quod noſtræ Congregationis Prælati Prouinciales, atque Priores ſunt verè Ordinis S. Auguſtini vt *quodlib. 5. dub. 7. & 14.* dictum eſt. Adeòque nec quia dicta facultas Prouincialibus, & Prioribus Ordinis futuris conceſſa, eos quoque amplectatur. Secundò, quia Excalceati, & eorum Congregatio gaudent priuilegijs omnibus, quibus Calceati, & eorum Religio gaudent iuxta expreſſam S. Congregationis, & Sedis Apoſtolicæ declarationem, vt *quodlib. 5. dub. 21.* oſtenſum eſt. Quare dubium non eſt, & eos poſſe eorum habitum poſcentibus impertiri, atque Mantellatos, & Mantellatas inſtituere.

DVBIVM XIV.

De volentibus in habitu Augustiniano sepeliri.

588 Et illis, qui cum eo ſepeliri volunt, noſtrum habitum concedere poſſumus. Supponitur à Sixto IV. in Mar. magn. Eremitar. apud Empol. §. 37. vbi, *Insuper, communi ... ad Ordinem prædictum ... S. Augustini specialem gerentes deuotionem ... in habitu Fratrum dicti Ordinis Eremitarum, aut Sororum, seu Mantellatarum prædictarum*

dictorum ſepeliri; ut illorum corpora de [illegible] *ad alia loca* [illegible], *& Fratribus prædictis* [illegible] [illegible], *Prædicatorum* [illegible] *ſi aliàs ſibi elegiſſent ſepulturam* [illegible] *cum habitu prædicto quomodolibet ſepeliri, aut ad ſepeliendum por-tari,* [illegible] *Fratrum* [illegible], *expreſſa licentia,* [illegible]: Sicuti & pro aliis Religionibus in Bullis eiuſd. Sixti IV. quæ ſunt, ex quam Mare magn. apud Lezanam, tem-pè Prædicatorum num. 48. Minorum num. 43. Carmelitarum num. 66. & Servitarum num. 38. Per quem habitum non venit habitus, qui Tertiariis datur, ſed ille intelligitur, qui à Religioſis defertur; ut notat Conſett. *in ſumm.* [illegible] *priuil. cap. 14.* [illegible]

589. Eſt autem hic habitus (iuxta hanc Sixti IV. diſpoſitionem in incipien. *Sacri Prædicatorum.* Dat. Romæ 7. Kal. Auguſt. 1479. apud Peyrin. tom. 2. *Conſtit.* 4. *inter Conſtit. Sixti IV.* §. 9. [illegible] *ad Ordines prædictos Prædicatorum, & Minorum ſpecialem gerentes devotionis affectum,* [illegible] *cadavera cum habitu Prædicatorum, vel Minorum;* [illegible] *Ordinis* [illegible] *ſepeliri* [illegible] [illegible] *habitus* [illegible] *per Priorem domus Ordinis* [illegible] *loci,* [illegible] [illegible] *Superiorem* [illegible] *ipſorum Ordinum* [illegible] *Priores, & Guardianos,* [illegible] [illegible] *Qui prædictum habitum,* [illegible] *Ordinum Eccleſiis debent ſepeliri in eorum habitu,* [illegible] *& illorum* [illegible] *ſuper* [illegible], [illegible] *ad ſepulturam deferre poſſent.* [illegible] *ſub* [illegible] *in* [illegible] [illegible]) concedendus à Prioribus, Guardianis, Prælatiſque ſuperioribus, vel quibus ipſi commiſerint: non verò ab inferiore ſine ſubdito, neque à alio quouis Prælato. Rodric. *tom.* 2. *q.* 76. *art.* 9. Conſett. *loc. ſupr. cap.* 14. *de Tertiariis propè fin.* Portell. *in dub. Regul. verb. Habitus num.* 5. & in *addit. n.* 2. & *verb. ſepultura num.* 9. Lezan. *tom.* 2. *verb. Habitus regul. n.* 7. Peyrin. *loc. cit. ad Conſtit.* 3. *Sixti IV. d.* 3. Paſſerin. *de ſtat. hom. t.* 1. *art.* 4. *inſpect.* 3. *cap.* 5. *obſeruat.* 6. *num.* 200. qui à fortiori intelligit de Prælatis maioribus, & extendit ad Vicarios in abſentia Priorum, & ad Superiores Conventuum, etiamſi non habeant in loco moribundi Conventum, non obſtante, quod Pontifex dixerit, per Priorem domus Ordinis Prædicatorum, aut Guardianum domus Minorum loci, *in quo* [illegible] ; quià ibi non loquitur Pontifex taxatiuè, & Superior cuiuſlibet monaſterii cenſetur eſſe Superior eius loci, in quo decedit is, qui à ſe habitum poſtulauerit, & ægroti ipſi cenſentur eſſe in loco monaſterii, quà devotione, vel pietatis devotione habitum petere, & ſepulturam obtinere poſſunt.

590. Nec hoc impedire poſſunt Parochi, Prælati, Rectoreſque Eccleſiarum ſub pœna Excommunicationis præmiſſa canonica monitione incurrenda, & ſoli Papæ reſeruata; aut ſic [illegible] [illegible], vel publicè tegere, ſed permittere tenentur, quod patenter cum huiuſmodi habitu ad loca ſepulturæ deferantur; ex præfati Sixti IV. Conſtit. *Apoſtolicæ* [illegible]. 8. Idus Septemb. 1472. apud Conſett. in *collect. litt. Apoſt. Sixti IV. Bull.* 7. & docent Roderic. *d. q.* 76. *art.* 8. Portell. *eod. verb. Habitus num.* 2. Lezan. *ibid. n.* 5. & 7. & in *Mar. magn. Prædicat. ad* §. 49. Paſſerin. *ibid.*

591. Verum tamen eſt, quod quoad ſepulturam teſte Lezan. *d. verb. Habitus n.* 6. moderatum fuit ſupradictum privilegium, ſeu revocatum à Leone X. in Concil. Lateranen. in Bull. *Dum intrà* [illegible] apud Conſett. *ibid. Leon. X. Bull.* 2. *ibi*: *Mandans quoque ſepeliri in habitu* [illegible] [illegible] *ſepulturam ſibi liberè eligere poſſint*: quoad eos ſcilicet, qui in propriis domibus habitant, & extra clauſtra degunt; Nam ſi contingat ſecularem intra clauſtra degere, & voluntate Religioſorum habitu ſepeliri, in Eccleſia ipſis Religioſorum, non autem in alia, in quibus ſepulturam elegiſſet, humari debent; quo ad iſtos non eſt revocatum privilegium, ut præſentiam Roderic. *d. art.* 8. Lezan. *eod. verb. Habitus n.* 6. [illegible] *Prædicat. ad* §. 47. [illegible]

592. At ego inſuper puto prædictum privilegium revocatum, vel potiùs moderatum quoad hoc tantum, quod ubi antè dictam Leonis Bullam, debebant ad Eccleſias Religioſorum, quorum habitu induti fuiſſent, cadavera deferri, etiamſi alibi ſepulturam elegiſſent; poſt dicti privilegii renovationem, ſive moderationem poſſunt alibi ſepulturam ſibi eligere. Unde, caſu quo antè moderationem non ſibi elegerint, ſed in vigore privilegiorum ad dictorum Religioſorum Eccleſias debere deferri. Ita Paſſerin. *ibid. num.* 203. & 204. citato Laurentio *tom.* [illegible] *cap.* 13. *n.* 102. Barboſ. *de iur. Eccleſiaſt. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 73. Bordon. *reſol.* 51. *n.* 48. Samuel. *de ſepultur. diſp.* 3. *cauſa* [illegible] *n.* 71. & aliis. Et quaſi habeant ſepulchrum maiorum, niſi ipſi infirmi declarent, ſe velle in eo ſepeliri. Paſſerin. *d. n.* 203. ubi ſubdit, non ſufficere, ſi antè ſuſceptionem habitus elegerint alibi ſepeliri, quia [illegible] ſuſceptionem cenſentur mutaſſe omnem aliam electionem, cùm de ſe habitus religioſus habeat annexam ſepulturam in Eccleſia, cuius habitus petitur, niſi alibi ſepultura alligatur.

593. Quarè conſultius erit, ſi Superiores concedentes dictis infirmis habitum declarent, & præceperint, eos, iſtorum cadavera propter habitus ſuſceptionem penes ipſos Fratres eſſe ſepelienda, ut admonent Conſett. *inſtruct.* [illegible] *cap.* 14. & Peyrin. *ibid. Conſtit.* 3. *Sixti IV. n.* 7. & clarè iniungunt Bullæ eiuſd. Sixti. Etiamſi alibi ſepulturam elegerint, ad eorum Eccleſias eſſe deferenda, ut habetur ex S. Congregationis Epiſcop. & Re-

[illegible] 13. Decemb. 1615. responſionem ad hanc Petitionem [illegible], *in catalogo [illegible] habitu induta in eorum Eccleſijs, eſſent ſepeliendi*, apud Sanctarel. *diſp. 3. contron. 15. n. 74.* quod eſt huiuſmodi *[illegible] debere, ſi [illegible] ingenales [illegible] [illegible] [illegible] alio Superiore vel altero, cui id [illegible] habitum receperint [illegible], vel alius Superior [illegible], ſuſceperint, et [illegible] habitus ſuſceptionem, ac receptionem, [illegible] ipſis Fratres, quorum habitum geſtans, eſſe ſepeliendos.*

594 Et qui in tali habitu deceſſerint, varias conſequuntur Indulgentias; & omiſſa tertia [illegible] delictorum remiſſione à Clemente V. & [illegible] V. & Indulgentia plenaria à Leone X. conceſſis; quia, cum, vt aiunt Caſſarub. *in compend. priuil. [illegible] Indulgencia, quæ [illegible] poſſunt ſeculares [illegible] habitus prædictorum Fratrum, n. 6. [illegible]* & Bordon. *reſol. 35. nu. 68.* prouenerint ex viuæ vocis oraculis; & hæc fuerint reuocata à Gregorio XV. & nouiſſimè ab Vrbano VIII. eas in præſenti ceſſare, [illegible] Lezana, *d. verb. Habitus [illegible]* [illegible] adhuc [illegible] Indulgentiam Leonis X. & Adriani VI. conceſſam [illegible] pro Fratribus Ordinis Sanctiſſ. Trinitatis, quam refert idem Caſſarub. *ibid. verb. [illegible] priuil. n. 39.* in quibus habetur, omnes, & ſingulos Chriſti fideles verè pœnitentes, & confeſſos, qui in habitu dicti Ordinis deceſſerint, conſequi omnes indulgentias, & peccatorum remiſſiones Fratribus dicti Ordinis conceſſas. Conceſſio enim hæc communicatur & Ordini Eremitarum ex Alexandri VI. motu proprio, [illegible] Roderic. *tom. 1. q. regul. q. 55. art. 1.* Miranda *tom. 2. [illegible] q. 56. art. [illegible]* & Clementis VII. in [illegible] Romanus Pontifex, [illegible] [illegible] in quibus omnium Ordinum priuilegia, indulta &c. noſtræ Religioni & Ordini communicantur. Et dederunt ex Caſſarub. *verb. indulgentia [illegible] n. 3.* ibi dicit Indulgentias conceſſas ſecularibus [illegible] Religionis, omnibus Religioſis communicari, & refert Peyrin. *in [illegible] Conſtit. [illegible] 4. & 6.* tenenſque quod hoc [illegible] priuilegium [illegible] *verb. Habitus n. 9.* Paſſerin. *ibid. n. 2. 1. [illegible]* Et in omni caſu cum tali habitu decedentes propter [illegible] Aque noſtri [illegible] Indulgentias Ordinis [illegible] Religioſis conceſſas fuerantur per Roderic. *tom. 2. q. 56. art. 10.* ex Iulij II. [illegible] adductis verbis, maximè ſi in confraternitate aliqua fuerint deſcripti, vt ex Conſtit. Clem. X. [illegible] *§. 35. & §. 44.*

595 Non eſt autem [illegible] quod huiuſmodi habitum ſuſcipientes, pro conſequenda Indulgentia, dent eleemoſynam, vt obſeruant Roderic. *[illegible] 10.* & Portell. *[illegible] verb. Habitus n. 1.* quia ſi eleemoſyna daretur, non tam [illegible] à Pio V. reuocatæ fuerunt huiuſmodi Indulgentiæ, ratione quarum eleemoſina aliqua tribuitur, Roderic. *ibid.* Stratiati *in [illegible] pro Fratribus Carmelitis, cap. 7. n. 1.* & Lezan. *in Mar. [illegible] Carmelit. ad §. 66. n. 3[illegible].* Poſſe tamen dari eleemoſinam pro ipſo habitu comparando [illegible] Lezana, *cit. verb. Habitus n. 10.* quia non pro Indulgentia dari cenſetur, eo modo, quo dantes pecuniam pro [illegible] ſuæ [illegible], quibus eſt annexa Indulgentia, non tam pro ipſa Indulgentia tribuunt; quo caſu eleemoſina pretium habitus, pro quo datur, excedere non debet, [illegible] dari pro Indulgentia intelligeretur. Lezan. *ibid. [illegible]*

596 Obſeruat Bordonus *reſol. 35. num. 70.* quod, etſi habitus hic Regularis ab infirmo petitus non fuerit, poteſt peti ab hæredibus; qui [illegible] ad hunc effectum reputentur vna, & eadem perſona cum defuncto, *§. 1. Authent. de [illegible] l. fin. C. de [illegible]* & hæres ſit eiuſdem poteſtatis & iuris, cuius erat defunctus, *l. hæredem ff. de regul. iur.* [illegible] *reſol. 30. caſu 26. §. Quartus.* Sed licet ex ſupradictis Bullarum teſtibus nullo modo appareat, deberé peti habitum ab ipſo [illegible], & ſufficere, quod ipſe mandauerit, vt ipſi [illegible] habitu ſepeliatur, quo caſu poſſunt hæredes illum petere [illegible] Bordonus [illegible]; Si tamen ægrotus [illegible] non erit in hæredum poteſtate validè habitum petere, & obtinere; quia priuilegia data ſunt mandantibus, aut volentibus ſepeliri in habitu religioſo; nec adducta à Bordono militant, in perſonalibus, & liberis, vnde non tenentur hæredes vota perſonalia defuncti adimplere, nec poſſunt conſentire in iis, in quibus perſonalis defuncti conſenſus fuiſſet neceſſarius. Quod neque ſuccedit hæres defuncto in hoc, quod eam deuotionem, iuſ[illegible], & validè habere poſſit erga habitum regularem nomine defuncti, & in ordine ad effectus legales requirentes defuncti deuotionem, quam non habuit defunctus. Paſſerin. *ibid. n. 201.*

597 Quod à fortiori dicendum in ordine ad conſequendam indulgentiam, ad cuius effectum non ſufficit, quod poſt mortem quis ad hæredum inſtantiam eo induatur, ſed requiritur, quod homo viuens dicet moribundus tali habitu induatur. Lezan. *ibid. n. 11.* ad quod ſatis eſſe videtur, quod habitus ipſe ſuper lectum hominis ægroti, [illegible] reponatur. Aipiſet. *de priuil. [illegible] 3. cap. 10. n. 2.* Lezan. *ibid.* A Spiritu Sancto, *in Director. tract. 2. diſp. 5 ſect. [illegible] 78.* [illegible] vt volunt Peyrin. *in 4. Conſtit. 3. Sixti IV. n. 2.* & Bordon. *reſol. 35. nu. 68.* quod antè mortem illum petierit infirmus, licet de facto ante mortē non fuerit indutus.

DVBIVM XV.

De obligationibus Religioſorum quoad habitum deferendum.

598 TEnentur Religioſi profeſſi ſemper proprię Religionis habitum deferre, ex

[illegible]

cap. Sanctimonialis Virgo. 24. diſt. 23. & cap. Vidua. 20. q. 1. Ex quo enim eſt ſignum proteſtatiuum propriæ Religionis, adſtringuntur profeſſi illum ſemper, & in omni occaſione portare. Donat. rer. regul. tom. 1. part. 2. tract. 6. q. 5. nu. 3. immò & patenter ex cap. Clerici. 2. de vit. & honeſt. Cleric. Suarez de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 1. cap. 5. n. 4. adeòque qui illum temerè dimittit, excommunicationem maiorem, non tamen reſeruatam ipſo facto incurrit, iuxtà cap. Vt periculoſa. Ne Clerici, vel Monachi in. 6. ideſt qui ſine iuſta, aut honeſta cauſa illum dimittit. ibi Barboſ. n. 5. & de Iur. Eccl. vniu. lib. 1. cap. 43. n. 97. Lezan. tom. 1. part. 1. cap. 13. n. 2. quo fit, vt eam non incurrat qui v. g. per Turcarum, vel Hæreticorum loca tranſiturus, deberet ad tuendam vitam illum dimittere. Suarez. tom. 5. in 3. p. diſp. 23. ſect. 4. n. 27. & 39. Sanchez lib. 6. in Decalog. cap. 8. nu. 41. nec qui captiuus inter Turcas prohibetur illum portare. Hieron. Gratian. in diſcipl. regul. cap. 3. §. 31. ſicut nec qui à ſuo Prælato iniuſtè, & notabiliter grauatus, nec aliud habens remedium, quam ad Superiorem maiorem diſtantem adire, & ſciens moraliter, quod cum habitu erit detinendus, & comprehendendus à Prælato inferiore iniuſtè grauante, ſi ad hoc euitandum habitum dimittit, donec tutè ad Prælatum Superiorem accedat. Portell. in dub. regul. verb. Habitus. in addit. nu. 3. A Spiritu Sancto in Director. tract. 3. diſp. 6. n. 970. eo quià iuxtà Sanchez ibi lib. 2. cap. 4. n. 1. cum delatio habitus ſit præceptum humanum, non obligat cum tanto periculo.

599 Non item ligantur hac cenſura fugientes, dummodò cum habitu, cum hæc excommunicatio lata non ſit in fugitiuos, ſed in habitum dimittentes, Nauar. in comment. 2. de Regul. n. 61. Bannez 2. 2. q. 12. art. 1. dub. 1. concl. 6. de Apoſt. à Fid. Sanctarel. de Apoſtaſ. cap. 3. dub. 2. n. 19. Sanchez d. cap. 8. nu. 46. contra Rebuff. prax. benefic. tit. de diſpenſat. cum Regul. n. 17. Nec qui ex ignorantia huius Canonis illum dimiſerit, quià dictio temerè ſignificat idem, quod ſcienter, vt docent Cardin. in Clemen. 1. §. ſi quis notab. 1. de ſtat. Monach. Suarez d. tom. 5. in 3. p. diſp. 4. ſect. 10. n. 2. Sanchez de matrim. lib. 9. diſp. 32. n. 38.

600 Quià autem d. cap. Vt periculoſa, finis eſt euitatio euagationis: Vt periculoſa (ſic ibi) Religioſis euagandi materia ſubtrahatur, diſtinctè inhibemus, ne de cætero aliquis quamcumque Religionem tacitè, vel expreſsè profeſſus, in Scholis, vel alibi temerè habitum Religionis ſuæ dimittat; ſequitur primò, quod dimittens habitum non ſtatim incurrat hanc excommunicationem: ſed quando eò peruenit, vt euagetur, vel ſic ſe hominum conſpectui exhibeat: ſicuti neque incurrit, ſi ante hunc euentum mutata intentione induat habitum, vt per Tabien. verb. excommunicatio. 2. caſu. 23. q. 1. nu. 2. Sanchez lib. 6. in Decal. cap. 8. nu. 54. Sayr. de cenſur. lib. 3. cap. 33. n. 11. Barboſ. d. cap. 43. nu. 97. quia ceſſante euagatione, quam vitare intendit in illo decretò Pontifex, ceſſat & decreti diſpoſitio; & conſequenter pœna non incurritur, niſi ſecuto euagationis effectu. Bordon. reſol. 35. nu. 10. vbi id pluribus probat. Candid. Brognol. Specul. Cleric. & Regul. tract. 3. cap. 6. reſol. 7. Sequitur ſecundò, quod nec eam incurrit, qui ſe veſtibus ſpoliat, vt dormiat, vt habitum purget, vel accommodet, vt melius ſtudeat, vel quieſcat. Confett. tit. 13. cap. 14. Suarez. d. diſp. 23. tom. 5. ſect. 4. n. 29. Sayr. ibid. nu. 13. Sanchez. d. cap. 8. n. 55. cum multis; ſicut nec qui, vt balneis fruatur, aut dum laborandum eſt, vel etiam ad finem domeſticè manendi tota die in camera, illum deponit, dummodò ſæcularium conſpectui non ſe exhibeat, vel ſimilibus apparentibus cauſis, licet aliàs non licitis, quia huiuſmodi dimiſsio non cenſetur ad finem euagandi. Roderic. tom. 2. q. 76. art. 6. Donat. ibid. q. 7. n. 2. & 3. præterquam quod attenta temporis breuitate nec dimiſſio dici debet, cum non cenſeatur dimitti, quod breui tempore ſumendum eſt. l. Diuortium. ff. de Diuortio. Paludan. 4. diſt. 8. q. 3. art. 3. nec habenda pro temeraria, vtpotè non ex contemptu legis. Suarez. d. n. 29. Caietan. in Summ. verb. Excommunicatio. 61. & vtpotè ex cauſa apparente. Sayr. d. cap. 33. n. 13. & 14. Roderic. dict. art. 6. notab. 2. Azorius. Inſtit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 13. q. 5. caſu. 16. Barboſ. eod. cap. 43. nu. 98. & in d. cap. Vt periculoſa. nu. 8.

601 Incidit tamen in illam temerè dimittens etiam ſine intentione apoſtatandi. Nauar. conſ. vnic. num. 6. ſub tit. de Apoſt. Roderic. tom. 1. q. 30. art. 1. Valent. 2. 2. diſp. 1. q. 12. punct. 1. ad fin. Leſſius de Iuſt. & Iur. lib. 2. cap. 41. dub. 1. num. 109. cum conditio Apoſtaſiæ non aſſignetur in d. cap. Vt periculoſa. Sanchez. dict. cap. 8. num. 45. Lezan. eod. cap. 13. num. 3. nec includatur per ſe Apoſtaſia in habitus dimiſſione; quandoquidem poteſt quis habitum dimittere, & ſine intentione apoſtatandi. Barthol. à S. Fauſt. de. vot. obedien. lib. 6. q. 186. Riccius. 3. part. prax. de apoſt. crim. reſol. 14. Donatus. ibid. q. 2. & q. 11. num. 4. & 5. quin in iure nulla eſt contra apoſtatas excommunicatio latæ ſententiæ, niſi illa, quæ habetur in d. cap. Vt periculoſa contra habitum temerè dimittentes. Bannes. d. q. 12. art. 1. in diſp. de Apoſt. à Relig. concl. 2. verſ. circa. & non ſolum dimittens: ſed etiam occultans taliter, vt à circumſtantibus cognoſci nequeat, cuius Religionis ſit. Caietan. d. verb. Excommunicatio. 64. Mandos. de ſignat. gratiæ. verb. licentia. verſ. Qui licentia non obtenta. Clar. in pract. §. fin. q. 76. nu. 16. Nauarr. in Man. cap. 27. num. 131. Confett. tit. 13. cap. 16. Oldr. conſ. 184. Roderic. d. q. 30. art. 2. & d. q. 76. art. 6. Azor. ead. q. 5. Filliucius tract. 14. cap. 8. q. 4. nu. 135. Nald. in ſumm. verb. Habitus num. 1. idem enim eſt quoad effectum incurrendi excõmunicationem habitum omninò occultare, ac dimittere. Sanchez d. cap. 8. n. 63. Lezan. ibid. n. 8. vbi comparant occultantem habitum Iudæo occultanti ſignum ſui diſtinctiuum, quo idem præſtat, ac ſi illud dimitte-

mitteret, & Donat. *ibi.q.*8. *num.* 2. ex eo quod per *l. ſi quis.ff. de iuriſdict. omn. Iudic.* paria ſunt deformare edictum Prætoris, vt legi non poſsit, & totum illud delere; quod intelligendum videtur, quando huiuſmodi occultatio ſit extrà clauſtra; tunc enim eſt euagandi materia; licet contrarium teneat Bordonus. *d. reſol.* 35. *n.* 41. quià occultans non dimittit; & Regula de æquipollentibus non habet locum, vbi agitur de re odioſa, ac pænali ex Euer. in *loc. ab æquipoll. n.* 18.

602 Secus verò dicendum, ſi ex cauſa id faciat *cap. Pæn.* vbi Gloſs. in *verb. cauſa. de Vit., & honeſt. Cleric.* Gloſs. *verb. temerè in d. cap. Vt perieuloſa*. Syluestr. in *ſumm. verb. Habitus. n.3.* non ſolum neceſſaria, ſed etiam probabili, per *Extrauag.2. de maior. & obed.* Barboſ. *d. cap.*43. *nu.*101. & multò minus, ſi non totum habitum occultet, ſed partem patentem habeat, ex qua ſufficienter cognoſci poſſit eum eſſe Religioſum; quia reuerà tunc non dimittit, nec occultat proprium ſtatum. Suarez. *tom.4. de Relig. tract.8. lib.1. cap.5. nu.*11. Confett. *dict. cap.*16. Bonacin. de *clauſur. q.2. punct.* 2. §. 8. Lezan. *ibid. num.*11. & ad eam incurrendam non ſufficit, quod opus prohibitum imperfectè fiat, ſed debet eſſe conſumatum. Bordon. *d. reſol.* 35. *num.* 19. Nec ſi cognoſceretur à circumſtantibus, vel videretur, dum illum occultat. Donat. *ibid. nu.*5. quod tamen intelligendum eſt præciſa euagatione; nam parum refert ad incurrendam cenſuram cognoſcatur, vel non Religioſus ſuæ Religionis, cum etiam occultato habitu poſſet ſe ipſum notificare; & ſic eſſet in eius poteſtate adhuc dum euagatur ſe ſubtrahere ab incurrenda pæna, quod ridiculum eſt. Bordon. *ibid. num.*20. Infero tamen Religioſos, qui ob honeſtam recreationem, vel licitam repreſentationem habitum occultant, ab hac cenſura liberos, cum adſtantes ſciant eos Religioſos eſſe, nec per hoc euagandi materia detur, vt admittunt Suarez. *dict. cap.*5. *num.*9. Lezan. *ibid. nu.5. &* 10. Bordon. *loc. cit. num.*6. Brognol. *ſupr. reſol.*9.

603 Habetur inſuper ex *d. Cap. Vidua.* 20. *q.*1. quod debeant & in lecto vti Religioſi apta Religionis profeſſioni veſte. Vndè ſine habitu dormientes peccare dicit Lezana *ibid. num.*7. Quale autem peccatum hoc ſit, tenet eſſe mortale Graff. *lib.3. deciſ. aur. cap.5. num.*75. quod admittit Lezana *ibid.* quoad dormientes omninò nudos, & ſine vrgente cauſa: ſubdens alios, qui veſte decenti, ſiue tunica induti dormiunt ſine habitu ſuæ Religionis, peccare venialitèr; immò nec venialitèr eos, qui ob rationabilem cauſam ſolo paruo habitu ſuæ Religionis, tum tunica interiori induti dormiunt ratione conſuetudinis introductæ etiam inter magis timoratos, ex Suarez. *eod. cap.5. num.*18. Quia autem quoad hoc attendenda ſunt peculiaria Religionum ſtatuta per Lezan. *d. nu. 7. in fin.* Donat. *ibid. q.*10. *nu.*6. quoad noſtros Religioſos videretur dicendum, quod dum Conſtitutiones *part.1. cap.12. §.2.* ſic diſponunt; *Habeant etiam Fratres ſcapulare cum caputio illi iuncto albi coloris ad dormiendum de nocte, quod ſcapulare crurum tenus veniat, &c.* peccare venialiter, qui ſine tali ſcapulari dormirent; licet enim Conſtitutiones non obligent ad culpam, niſi quando in virtute Spiritus Sancti, & ſub formali præcepto aliquid præcipitur ex eiſd. Conſtit. *ibid. cap.5. §.4.* hoc intelligendum eſt de culpa mortali: cum quo tamen ſtat, quod Conſtitutionum tranſgreſſores peccent venialiter prout *num.975. 976. & 977.* dicetur, maximè ſi ſine cauſa illud ſcapulare dimittant.

DVBIVM XVI.

De alijs ad habitum Regularem ſpectantibus.

604 DVO ſunt breuiter attingenda, dictiſq; ſuperaddenda; & primò, licet neceſſè non ſit, quod quoties nouus habitus induitur, prius benedicatur. Bordon. *ibid. num.*47. cum huiuſmodi obligatio non reperiatur de iure communi, ſed ſolum habeatur *cap. ſtatuimus. de Regular.* quod in eis Religionibus, in quibus habitus profeſſorum non diſtinguitur ab habitu Nouitiorum, pro differentia aliqua profeſſionis tempore benedicantur veſtes, quæ profitentibus conceduntur; & apud nos à Superiore benedicatur quilibet nouus habitus ex conſuetudine, & ſolo crucis ſigno; eſt tamen ſacer, vtpotè perſonarum Deo ſacratarum, hoc eſt profeſſionis regularis ſignū proteſtatiuum. Brognol. *loc. ſupr. tract.3. cap.6. reſol.*1. adeoq; ſæculares hiſtriones, ſeù alij eo laruati incedere prohibentur. Gloſs. *verb. prohibitum in cap. Cum decorem. de vit., & honeſt. Cleric.* & qui eo ſic abuterentur, peccare mortaliter tradunt Barboſ. in *d. cap. cum decorem. nu.*4. & Nald. in *ſumm. verb. Habitus. num.* 3. Portell. *verb. eodem nu.*3. Bordon. *cit. reſol.35. nu.*66. & ex *l. Mimæ. C. de Epiſc. audient.* Roderic. *tom.2. q.76. art.*7. & exilio, alijſque pænis ciuilibus puniendos per *l. Authent. de SS. Epiſc. collat.9. §. vlt.* Portell. *ibid.* Bellet. *diſquiſit. Cleric. part.1. tit. de fauor. Cleric. real. §.5. num.*98. Lezan. *dict. verb. Habitus num.*4.

605 Secundò, oſculantes ex deuotione regularem habitum nonnullas conſequi Indulgentias, cum Ioannes XXII. conceſſerit omnibus Chriſti fidelibus habitum S. Dominici oſculantibus quinque annos, & totidem quadragenas de iniunctis pænitentijs per Caſſarub. in *compend. priuil. Mendic. verb. Indulgentiæ, quas poſſunt lucrari ſæculares ratione habitus Fratr. n.*9. vbi ait communicari habitui Minorum, & ſequitur Roderic. *d. q.76. art.*11. quin & aliorum Mendicantium habitibus ratione communicationis priuilegiorum. Roderic. *ibid.* Lezan. *loc. ſupr. num.*12. Peyrin. *tom.1. in Conſtit.3. Sixti. IV. nu.*5. Bordon. *ead. reſol.35. n.*67. A Spiritu Sancto. *tract.2. diſp.5. ſect.5. num.*79. in qua Indulgentia continentur 2075. dies Indulgentiæ, vt ex Caſſarub. *ibid.* Portell. *dict. verb. Habitus. num.*4.

QVOD-

QVODLIBETVM SEPTIMVM DE EREMITARVM CINCTVRA, ET CINCTVRATORVM CONFRATERNITATIBVS.

606 HVius Sacri Cinguli laudes deguſtare qui velit, pręter Herreram *reſponſ. pacific. 4. num.* 155. Mauritium à Matre Dei in *Sacr. Erem. Auguſtin. lib. 2. Cap. 2. §. 5.* & alios, qui de ſacra cinctura, & infrà num. 638. producentur, ſcripſerunt, adeat Beniaminum Zaccum in *lib. de Excell. Cinctura per tot.* ſolum enim, quæ ad controuerſiam reuocantur, conſideranda nobis ſunt in præſenti; & quoniam pauca hæc ſunt, maiori ex parte de Cincturatorum Confraternitatibus erit quæſtio, nec tamen inutilis, cum plura dilucidabantur, quæ & prò alijs Confraternitatibus inſeruire poterunt.

DVBIVM I.

An Cinctura, & qualis ſit pars eſſentialis habitus Eremitarum.

607 DIfficultas nulla quoad primum, cum Auguſtinus ipſe in ſui Monachatus exordio fuerit illa præcinctus; vndè Ambroſ. *ſerm. 92.* qui eſt de eius baptiſmo: *Nouum Chriſtianum nouis veſtimentis, cuculla nigra induimus, cingulo ex corio nos ipſi præcinximus;* & in Sequentia; *Veſte nigra hic indutus præcinctus corrigia, vt Ioannes redimitus eſt zona pellicea.* Et tenent Auctor. appendic. ad Catalog. SS. Petri de Natalibus in vit. S. Simpliciani. Antoninus *hiſt. 3. p. tit. 24. cap. 14. §. 2.* Gregor. de Valent. *de ſtat. & vot. Relig. cap. 4. art. 2.* Didacus Coria Maldonat. *in elucidar. Chronic. de antiquit. S. Ordinis Carmel.* Bartholomæus Cairaſcus *3. p. Templ. militant. Cantu S. Aug. pag. 260., & 261.* Vndè ad ſuos Monachos eiuſdem cinguli vſum promanaſſe teſtantur Iacob. Gualterus in *Chronolog. ſæcul. 5. pag. 451.* & Alphonſus Villegas *tom. 3. in vit. S. Simpliciani;* & patet in S. Fulgentio, de quo in eius *vit. cap. 18.* legitur *Pelliceo cingulo tanquàm, Monachus vtebatur;* & ex quo idem de alijs Auguſtinianis argumentatus eſt Baronius *tom. 6. ad ann. Chriſt. 504.* dum de illis, eſt ità locutus: *Aliorum verò, qui procul à Ciuitatibus degentes, eius eſſent vitæ, atque veſtitus, cuius hic vides Fulgentium eſſe cultorem, nempè vna induti tunica, eademque pellicea zona conſtricta, quam nec ſoluerent dormituri.*

608 Et hoc adeò verum, quod proindè cingulum, ſeù cincturam habitus Auguſtiniani partem eſſentialem eſſe ſit vna mens Eremitarum, vt ſuprà, *num. 526., & 527.* quin partem principalem per Roman. *lib. 6. de Republ. Chriſtian. cap. 6.*, & eius propriam, atque ſpecificatiuam, vt teſtatur Ioan. Gonzales de Critania *in lib. de Archiconfraternit. Cinctur. lib. 1. fol. 63. pag. 2.* & in *compend. hiſtoric. de vit. Monaſt. S. P. Aug. fol. 75. & 76.*: qua fortè de cauſa nec illud deponebant quietis tempore, vt vidimus cum Baronio, *quam nec ſoluerent dormituri*: non ſolùm pro temporibus D. Fulgentij, ſed etiam poſt generalem Ordinis vnionem, vt ex Iordano de Saxonia *lib. 1. vit. Fratr. cap. 15.* vbi ſic: *Quod etiam Religioſus dormiens non debeat eſſe ſine cingulo, patet ſuprà per Io. Caſſianum: & ſi Conſtitutiones noſtræ illud non exprimunt, tamen hoc ſupponunt, cum cingulum de ſubſtantia habitus noſtri fore demonſtretur,* hoc eſt, etiam ſub annis 1300. & 1380. quibus Iordanus vixit, benè colligunt Herrera *d. reſp. pacific. 4. num. 156.* & Torell. *in ſæcul. Aug. tom. 1. ad ann. 390. nu. 8.*

609 Difficultatem tantummodò mouere poſſent hæc Iordani *loc. ſup. cap. 15.* verba: De

B. quoque Auguſtino fertur, quod baptizatus indutus fuerit à B. Ambroſio cuculla nigra, deſuper zona quadam ad differentiam Monachorum, vt ipſemet Ambroſius dicit in lib. quem fecit de eius Baptiſmo. Sicut & Antonini, qui *dict. §. 2.* de Auguſtini baptiſmo pariter loquens, ait: *Dicit Ambroſius ſerm. de baptiſmo, hunc, ſcilicet Auguſtinum, in Chriſto genui, & poſtquàm baptizaui, tum indui cucullam nigram, & ipſe ad differentiam Monachorum ſe cinxit zona.* Poſſent, inquàm, difficultatem mouere ea ex parte, vbi dicitur ad differentiam Monachorum præcinctus zona Auguſtinus, cum Monachis omnibus tunc eſſet illa communis; vndè Caſſianus *lib. 1. inſtitut. cap. 2.* inter Monachi veſtimenta ponit cingulum pelliceum ad Eliæ imitationem; quod & habent Baſilius in *Regul. fuſiùs diſput. cap. 23.* & Ioannes Hieroſolymit. *lib. de inſtit. primor. Monach. cap. 37.* & Ludouicus de Angelis *lib. 4. cap. 4. de vit. & laud. S. Aug.*

610 Poſſet pro reſponſione hoc meo videri abſolutè negari, cum in ſermone Ambroſij de Auguſtini baptiſmo nullo modo reperiantur hæc verba, quæ à Iordano, & Antonino dicuntur prolata ab Ambroſio: *Et ipſe ad differentiam Monachorum ſe cinxit zona;* & ſic dici poſſet de hac Iordani, & Antonini aſſertione, non propterea nos anxios eſſe debere. Quod ſi quis ſubderet prædicta verba ab Auguſtini quodam ſermone ad Fratres in Eremo Iordanum, & Antoninum deſumpſiſſe; tunc liberiùs replicarem, minùs de tali ſermone curandum, cum huiuſmodi ſermones, vt Baronium, Bellarminum, Suarium, alioſque omittam, per Herreram *reſp. pacific. 4. num. 11. 345., & 359.* Chriſtianum Lupum *dict. quæſt. quodlib. cap. 25. 26. 27. 28., & 29.* non ſint verè Auguſtiniani. Verùm, cum, vt diximus, corrigia ſit veſtis propria Auguſtinianorum, aliquo modo verùm videtur Iordani, & Antonini aſſertum; & ideò reſpondendũ cum Suario *tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 2. cap. 9. num. 18.* zonam pelliceam fuiſſe ab Auguſtino vſurpatam cum aliquo *particulari modo*, nempè corrigiam nigram, latam ſuper veſtes patentem, & neceſſariò deferendam, quæ conditiones fortè deficiebant in alijs Monachis, quo fit, *vt ſui Monachi à reliquis diſcriminarentur*; & ſufficienter intelligitur, quomodò particulari modo, & ad aliorum differentiam illa cinctus dicatur Auguſtinus, & Auguſtinianæ Religioni fuerit ſubindè appropriata.

611 Et certè has conditiones requirit Auguſtinianorum zona, ſcilicet eſſe debet nigra, eo modo quo tunica; patens, vtpotè diſtinctiua, & ſpecificatiua, & ad differentiam, vt ait Herrera *d. reſp. 4. num. 351.* Benedictinorum, qui eam portant ſubtus ſcapulare; & lata, tum ex ipſa ratione zonæ, quæ, vt probant Marquez *de Orig. Eremit. cap. 22. §. 3.* & Herrera *ibid. nu. 162. 352., & 353.* amplitudinem refert: tum, ex antiqua Religionis conſuetudine, cum Ianbonitæ talem cinguli formam obſeruauerint, vt habetur ex Gregorij IX. Conſtit. *Dudum apparuit.* apud Empol. *pag. 126.* in qua §. 2. ſic: *Et deſuper ipſa deferant peramplas corrigias, & patenter.* Et ne dicatur, hoc fuiſſe ſpeciale mandatum Gregorij pro Ianbonitis, vt de manicarum protenſione diximus; addo, eamdem cinguli formam obſeruatam à Brictinenſibus, qui ſex ante annos eam in ſuis Conſtitutionibus inſeruerant, vt patet ex eiuſdem Gregorij IX. Conſtit. *Quæ omnium Conditoris.* apud eumdem Empol. *pag. 123.* in qua §. 8. ſic legitur: *Laudabiliter ſtatuiſtis &c. item quilibet Frater cingatur deſuper ampla corrigia*; quarè, cum mos iſte peramplæ cincturæ ſex annos ante Gregorij mandatum pro Ianbonitis, in alijs Auguſtinianis, nempè Brictinenſibus obſeruaretur, benè deducitur eius conſuetudo apud Auguſtinianos.

612 Facit ad horum confirmationem, quod Antonius Yepes *tom. 1. Chronic. Benedict. ann. 576. cap. 2.* ſcribit in hac forma: *Si nunc detegeretur corpus alicuius Sancti Monachi, qui eſſet ſepultus cum habitibus albis, quales ferunt Ordines glorioſi Doctoris Eccleſiæ S. Auguſtini, & B. Dominici, & dubitaretur, quam ex ijs Religionibus eſſet profeſſus: Si intrà Sepulchrum propè corpus Sancti inueniretur corrigia quatuor digitis ampla, diceremus ſine dubio eum eſſe Ordinis S. Auguſtini, quia Ordo S. Dominici fert corrigiam anguſtam, & paruam.* Quapropter concludendum cum Herrera *ibid. num. 161.* corrigiam peramplam eſſe propriam notam Monachorum S. Auguſtini; & talis eſt, quam deferunt Patres Excalceati ex præciſo Conſtit. *p. 1. cap. 12. nu. 5.* ſtatuto: *Cingantur Fratres corrigijs nigris de ſolo corio, quarum latitudo ad minus duorum digitorum erit, & ad plus duorum cum dimidio: longitudo verò ad medias tibias vſque protendat, nec excedat.*

DVBIVM II.

De Cincturarum communicatione, ſeu diſtributione.

613 HOC vnum ex tot Eremitanæ Religionis priuilegium; eo modo, quo Minorum, & Carmelitarum diſtributio Chordæ, ac Scapularium. Circà quod recolere oportet ea, quoad quæ *quodlibet. 6. dub. 13.* diximus Mantellatas, ſeu Pinzocheras, & Mantellatos, qui Tertiarij, Tertiariæque, ſeu Fratres, & Sorores Tertij Ordinis Eremitarum vocantur & rectè à Lezan. *tom. 1. part. 2. cap. 14. n. 14.* eo enim ipſo, quod Bonifacius IX. & Paulus II. noſtro Ordini indulſerunt, poſſe ad Religionis habitum illas admittere, vtique cincturas eiſdem diſtribuere conceſſerunt, quæ pars eſſentialis Eremitani habitus ſunt, vt diximus; & habetur clarè in Iulij II. Conſtit. *Dum fructus vberes.* Dat. *Kal. Iulij* 1507. apud Empol. *pag. 206. §. 6.* vbi Mantellatarum habitus deſcribitur, & ad mantellum nigrum, corrigiamque reſtringitur. *Huiuſmodi priuilegia,* (ſic ibi) *immunitates, exemptiones, conceſſiones, Indulgentias, remiſſiones, & indulta eidem Ordini Fratrum Eremitarum, & illius*

perſo-

perſonis, vt præfertur, conceſſas, & ad illum, & illas extenſa, ſeù illis communicata, Monialibus dicti Ordinis S. Auguſtini, ſeu ſub cura dictorum Fratrum dicti Ordinis Eremitarum viuentibus, & quæ, vt aſſeritur, mantellum nigrum, & corrigiam ad inſtar Fratrum dicti Ordinis deferunt, Mantellatis, & Corrigiatis nuncupatis mulieribus, quo ad ea, quæ ad animarum ſalutem ipſarum Mantellatarum, & Corrigiatarum dumtaxat concernunt, & eorum ſexui conueniunt ſuffragari debere decernimus: illaſque Moniales, & quoad ea, quæ huiuſmodi animæ ſalutem, & ſexum concernunt; Mantellatas, & Corrigiatas, & earum ſingulas eadem auctoritate extendimus, & prorogamus &c.

614 Quia verò inductum eſt etiam, quod ſolæ cincturæ vtriuſque ſexus perſonis diſtribuantur, abſque eo quod mantellum prædictum deferant, hoc eſt, abſque formalitate Tertiariorum, quoad huius conſuetudinis originem occurrit hoc Innocentij VIII. viuæ vocis oraculum Fratri Benigno de Ianua factum, vt in *lib. priuileg. Ordinis pag.* 62. & apud Roderic. *tom.* 1 *Bullar.* in oraculis Innocentij VIII. *nu.* 15. Confett. in *collect. litt. Apoſt. priuil.* poſt Paulum II. & Lezan. *d. cap.* 14. *n.* 10. & 16. & per extenſum *tom.* 3. *ad calcem Maris magni Eremitarum.*

Frater Benignus de Ianua Vicarius Generalis Congregationis Lombardiæ Fratrum Eremitarum S. Auguſtini de Obſeruantia, omnibus, & ſingulis præſentes litteras inſpecturis, Salutem. Significamus in teſtimonium veritatis SS. D. Innocentium VIII. 1490. *die* 3. *Iulij viuæ vocis oraculo conceſſiſſe, vt ſuſcipientes habitum Mantellatorum, ſiue Mantellatarum Ordinis noſtri, licet habitum illum cum licentia Prioris loci non retineant, neque continuè deferant, corrigiam tamen retinentes, ac deferentes, eiſdem priuilegijs, immunitatibus, & indulgentijs gaudeant, quibus ipſi Mantellati, & Mantellatæ gaudent, & gaudere poſſunt. Et hanc conceſſionem, & gratiam fecit vt ſupra viuæ vocis oraculo præſentibus Reuerendiſs. D. D. A. tit. SS. Ioannis, & Pauli Presbytero Cardinali Magnifico, Florentinorum Oratore, me Fratre Benigno ſuprascripto, præſente R. Magiſtr. Mariano de Genezano S. Theologiæ profeſſore, Patre F. Thadæo de Ipporegia Priore Taurini: quarè pro ſatisfactione deuotionis earum perſonarum, quæ pro bono animarum ſuarum hunc habitum, corrigiamque ſuſcipere voluerint, hanc atteſtationem fecimus, & de rei veritate teſtimonium reddere volumus, cum impreſſione ſigilli noſtræ Congregationis. Dat. in Conuentu noſtro S. Mariæ de Populo Almæ Vrbis.* 1. *Auguſti.* 1490.

615 De eadem etiam locuti ſunt Iulius II. in Conſtit. 4. *Nihil eſt.* in *Bullar. Ord. pag.* 209. ſub 24. *Septemb.* 1508. & Leo X. in Conſtit. *licet ſponte.* ſub. 6. *Maij* 1514. in eod. Bullar. *pag.* 245. dum ſic §. 2. ijſdem vtrique verbis, *Idcircò ſtatuimus, vt quidquid Indulgentiarum, & gratiæ Fratribus, Monialibus, Mantellatis, Corrigiatis conceſſum eſt, id omne vtrique ſexui conceſſum intelligi, viris ſcilicet, atque mulieribus, modò à Generali, vel Priore, vel Rectore, alicuius loci Ordinis, auctoritate gratiæ aſſequendæ, facultatem obtinuerint.* Vbi certè locuti ſunt de Corrigiatis prout diſtinctis à Mantellatis; & clariùs vtrique, & ſub iiſdem verbis in altera incipien. *Præ cæteris curis.* Iulius ſcilicet ſub 2. *Iulij.* 1512. in *d. Bull. pag.* 213. & Leo ſub 10. *Maij.* 1513. *ibid. pag.* 229. in qua §. 2. declarant per Bullam Indulgentiarum S. Petri non eſſe ſuſpenſas Indulgentias Ordini conceſſas per hæc verba: *Idcircò motu proprio, & ex certa ſcientia tenore præſentium decernimus, & declaramus Indulgentias omnes, quæ quatuor Ordinis ipſius gradibus conceſſæ ſunt, ſcilicet Fratribus, Monialibus, Mantellatis, ac ſola zona præcinctis; nec ob conceſſionem antedictam, nec alia quauis de cauſa quoad ipſius Ordinis perſonas (vt præfertur) vllo modo ſuſpenſas, aut prò ſuſpenſis habendas eſſe: ſed in ſuo robore integras, validas, intactas, inuiolataſque permanere. Declarantes inſuper, quò Ordo ipſe cum maiore animi tranquillitate, liberiuſque, atque obſeruantius Tibi obtemperare poſſit; tres ſuperiores eiuſdem Ordinis gradus, videlicet Fratres, Moniales, & Mantellatos omnibus, & ſingulis priuilegijs, gratijs, & indultis, quæ in Mari magno, ſeù alijs conceſſionibus tàm per Nos, quàm alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros Ordini antedicto conceſſis, continentur, & expreſſa ſunt, plenè, & largiter perfrui poſſe, & debere: Sed quarti gradus vtriuſque ſexus perſonas Indulgentijs tantummodò gaudere.* Quibus nihil clarius ad comprobandam conſuetudinem in Ordine Eremitarum communicandi cincturas vtriuſque ſexus perſonis contradiſtinctiuè ad inſtitutionem Mantellatorum, ſiue Tertiariorum.

616 Ex his ergò habemus huiuſmodi Corrigiatorum, qui ſimpliciter Corrigiati dicuntur, originem; ex dimiſſione ſcilicet mantelli à Tertiarijs, & ſolius corrigiæ retentione (nec antiquiorum horum Corrigiatorum, nec, item eorum nominis notitiam, fundatam tamen, habere potui) ac ſubinde facultatem Religionis concedendi huiuſmodi cincturas Sæcularibus perſonis, non obſtante quod Lezana *d. cap.* 14. *num.* 16. dixerit, non iuuare prædictum viuæ vocis oraculum ea ratione, quod per Vrbanum ſint viuæ vocis oracula reuocata; quia per ſubſequentes Iulij, & Leonis Conſtitutiones confirmata eſt cum Indulgentiarum communicatione cincturarum conceſſio, de qua in illo viuæ vocis oraculo, licet non facta mentione viuæ vocis oraculi: qua ratione eum tranſierit in vim noui priuilegij, & Bullæ nullo modo cenſenda eſt reuocata, vt præter dicta *quodlibet.* 3. *dub.* 2. clarè notant Baſſæus *verb.* Priuilegium. 1 *n.* 8. *dub.* 2. Bordon. *reſol.* 31. *q.* 5. Donat. *tom.* 1 *tract.* 16. *q.* 3. Et quando non iuuaret, ſeù non ſubſiſteret dictum Innocentij VIII. oraculum, nihil nobis officeret, cum per præfatos Iulium II. & Leonem X. fuerit Ordini noſtro eadem confirmata facultas, vt patet ex ſupra adductis eorum verbis, & de quorum conceſſionibus dubitari non poteſt.

617 Habemus deindè huiuſmodi Corrigiatis primò per d. Innocentij VIII. viuæ vocis oraculum eadem priuilegia cum immunitatibus, & Indulgentijs fuiſſe conceſſa, quibus Mantellati, & Mantellatæ gaudebant, nempè

Digitized by Google

priuilegia, immunitates, & Indulgentias Ordinis Eremitarum. Sed ex Iulij II. & Leonis X. moderationibus in dd. Conſtitut. *Præ cæteris curis* ſolam Indulgentiarum communicationem illis ſubinde permiſſam, vt etiam notant. Mirand. *tom. 2. q. 46. art. 3.* & Roderic. *tom. 1. q. 55. art. 16.*

Tertiò tandem habemus hos Corrigiatos conſtituere quartum gradum Ordinis Eremitarum, qui ex Fratribus Monialibus, Mantellatis, ſeu Tertiarijs, & Corrigiatis ipſis integratur.

DVBIVM III.

Quinam poſsint Sæcularibus perſonis Cincturas communicare.

618 OMnes (vno verbo reſoluo) Ordinis Superiores. Cum enim Bonifacius IX. eiſdem indulſerit Tertiarios admittere vt *num. 583.* conceſſit ex dictis *nu. 613. & ſeq. 619.* & Cincturas communicare; licet enim videatur in illis verbis, *Ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus tàm Generali, quàm cuilibet Prouinciali Prioribus dicti Ordinis ſit licitum, ac permiſſum quaſcumque mulieres in Mantellatas, ſeu Pinzocheras admittere*, locutum non fuiſſe de Prioribus localibus, nec in ly *Prioribus* eoſdem locales Prælatos intellexiſſe: ſed ſolummodò Generalem, & Prouinciales, qui eo nomine, nempè Prioris Generalis, & Priorum Prouincialium vocantur in Ordine; nihilominus, vt obſeruatum eſt *num. 587.* omnes Superiores, ſcilicet & locales ab eo *ibi* comprehenſos eſſe videtur dicendum, cum eadem Bonifacij Conſtitutio, dum confirmata fuit à Martino V. vt in *Mar. magn. Eremit. §. 11. & 12.* & apud Roderic. *tom. 3. q. 72. art. 3.* & in *Mar. magn. Carmelit.* apud Lezan. *tom. 3. n. 34.* ſub his terminis concepta legatur: *Volumus, & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus tàm Generali, quàm cuilibet Officiali Prioribus dicti Ordinis, in quibuſcumque Prouincijs, tàm præſentibus, quàm futuris ſit licitum quaſcumque mulieres in Mantellatas admittere &c.* in quibus apparet præter Generalem, Priores ipſos aperte ſpecificari.

619 Oſtenditur item ex eadem facultate Tertiarios, inſtituendi à Paulo II. facta Generali, Prouincialibus, Vicarijs, & Prioribus Congregationis Lombardiæ, cum ad hos omnes fuerit directa Conſtitutio, & priuilegium, vt *num. 585.* dictum eſt; & ſupponunt, vel ſaltem concedunt, & ordinant Iulius II. & Leo X. locis ſup. *num. 615.* dum dicunt; *modò à Generali, vel Priore, vel Rectore alicuius loci Ordinis auctoritate gratiæ aſſequendæ facultatem obtinuerint*; non enim communicari queunt vtriuſque ſexus Corrigiatis Indulgentiæ niſi mediante cincturarum communicatione, vt ſupponunt Caſſarub. *in compend. priuil. Mendic. verb. Indulgentiæ quoad ſæculares ratione habitus. num. 10.* & Roderic. *tom. 1. q. 57. art. 4. & q. 58. art. 2. in fin.* licet hic poſteà opinetur, quod non ſit neceſſariò deferenda, quod eſt quid diuerſum.

620 Et ità ſuppoſuit etiam S. Congregatio ſuper Stat. Epiſc. & Regul. in ſequenti declaratione apud Empol. *pag. 387. S. Congregatio Cardinalium negotijs Regularium præpoſita cenſuit benedictionem, ac diſtributionem in præinſerto Decreto enuntiatas, ad prædicti Ordinis Superiores dumtaxat pertinere, etiam ſi eaſdem, vel aliquam earum fieri contigerit deuotionis cauſa, non autem prò Indulgentijs conſequendis; ac propterea etiam hoc caſu eſſe inhibendum Confraternitatibus, ne in præmiſſis quoquomodo ſe ingerant. Romæ die 16. Iulij 1627.*

L. Card. S. Sixti.

P. Fagnanus Sec.

Decretum autem, quod ibi dicitur præinſertum, eſt hoc: *Conquerente apud S. C. Cardinalium negotijs Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Procuratore Generali, quaſdam Confraternitates Corrigiatas S. Monicæ, eamdem corrigiam, nec non paniculos S. Nicolai de Tolentino pro Indulgentijs à Summis Pontificibus conceſſis conſequendis, abſque eiuſdem Ordinis Superiorum licentia benedicendi, ac diſtribuendi facultatem ſibi arrogare: Illuſtriſſimi præfatæ S. Congr. Patres benedictionem, & diſtributionem huiuſmodi ad præfati Ordinis Superiores dumtaxat ſpectare, & pertinere: Confraternitatibus verò, ne in præmiſſis ſe ingerant inhibendum eſſe cenſuerunt. Romæ 30. Septembr. 1622.*

621 Vbi cum dicatur ſpectare ad Superiores Ordinis, & ſupponitur eos ad huiuſmodi facultatem habere, & omnes comprehenduntur Superiores, nempè Generales, Prouinciales, & locales, qui per DD. communiter ſunt veri Ordinis Prælati, & Superiores; nam indefinita æquiualet vniuerſali. *Quia circà. de priuileg.* Gloſ. *verb. Aliorum. in cap. Vt circà de electione in 6.* Menoch. *conſ. 97. à num. 154.* Suarez *de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 22.* Roderic. *ibid. q. 20. art. 2. & 3.*; & colligitur à ſimili de Chordis S. Franciſci, quas pariter dum à Superioribus Ordinis benedicendas eſſe, atque diſtribuendas decreuit Sixtus V. in Bull. *Diuinæ Charitatis.* per Superiores, etiam Guardianos, atque Præſidentes ſe intelligere declarauit, vt videre eſt apud Roderic. *tom. 1. q. 58. art. 1.* Lezan. *tom. 1. part. 2. cap. 15. num. 64.* Bordon. *reſol. 72. num. 13. §. Tertiò.* vndè patet & huiuſmodi facultatem competere, præter Vicarium Generalem, Prouincialibus, atque Prioribus Excalceatis, cum ſint verè Superiores Ordinis Eremitarum, & gaudeant priuilegijs, quibus PP. Calceati fruuntur, vt dictum eſt *quodlib. 5. dub. 21.* reſpectiuè ſcilicet, P. Vicarius Generalis illis, quibus P. Generalis: Prouinciales, & Priores illis, quibus ſimiles PP. Calceatorum Prælati fruuntur, per ea, quæ *num. 328.* adduximus.

DVBIVM IV.

Quot modis fieri poſſit hæc Cincturarum communicatio.

622 ET duobus reſpondeo. Primo, per ſimplicem cincturæ collationem. Secundo, per cincturati in Confraternitate deſcriptionem. Ità Benedictus à S. Iacobo in ſua defenſione iurium Conuentus S. Caroli Taurini *pag.* 37. De ſecundo non eſt dubium; & de hoc in ſequent. Primum quoque quarè non liceat non video. Probat hoc idem Benedictus ex *ſupr. num.* 492. poſito decreto Sauliano, & dicit *pag.* 48. Cardinalem Saulium nunquam vſum fuiſſe verbo *Confraternitates*, ſed *Societates*, quæ aliæ eſſe videntur à Confraternitatibus, cum hæ requirant conditiones, de quibus Clem. VIII. in Conſtit. *Quæcumque*; quas non requirunt Societates; vndè infert per facultatem inſtituendi Societates, venire facultatem diſtribuendi corrigias abſque deſcriptione in Confraternitatibus. Confirmat *pag.* 45. ex eo, quod idem Cardinalis dixerit, *in ſingulis eorum Eccleſijs Societates erigere*; quæ clauſula ſuperflua eſſet, ſi ſolùm diſtribuendæ eſſent corrigiæ in Eccleſijs, in quibus ſint Confraternitates; cum hæc vna tantum eſſe poſſit in loco quolibet; & à tempore dicti decreti iam ferè omnibus in locis, in quibus nos conſtruximus monaſteria, Confraternitates erant apud PP. Calceatos erectę. Cum ergò dixerit in ſingulis eorum Eccleſijs, patet mentem Eminentiſsimi Saulij fuiſſe, quod vbicumque eſſemus, non obſtante Confraternitate erecta, poſſimus etiam nos diſtribuere corrigias, & ſocios noſtrarum Indulgentiarum adſciſcere; & ſic ex dicto decreto infert facultatem prædictæ diſtributionis, abſque deſcriptione in Confraternitate.

623 Sed reuerà id ex Sauliano decreto non deducitur. Et miror, quod huiuſmodi decretum de Societatibus, non verò Confraternitatibus in proprio ſenſu ex nimium lata, ac verbali *Societatis* acceptione, fuerit ipſe interpretatus. Omiſſo enim, quod & Pius V. in Bull. *Conſueuerunt Romani Pontifices, &c.* §. 5. pro eodem acceperit Confraternitates, & Sodalitates, dicens *nec non eiſdem Confratribus, ſeu Sodalitatibus*; verba debent intelligi non ſecundùm quod ſonant, ſed ſecundùm mentem, & intentionem proferentis *l. Non omnis. in princip. ff. ſi certum petat. cap. Intelligentia. & cap. Propterea. de verb. ſignific.*: conſtat autem Cardinalem Saulium ibi locutum de Confraternitatibus propriè, cum vſus fuerit verbo *erigere*, quod propriè Confraternitatibus aptatur, & non Societatibus prædictis, cum illæ formam habeant, quæ in earum erectione ſeruari debet: non verò iſtæ; & locutus de Societatibus cum priuilegijs, *cum omnibus priuilegijs*, quod ſolùm de Confraternitatibus propriè verificari poteſt, & non de ſimpliciter corrigiatis, quos nullis priuilegijs Ordinis frui ex Iulij II. & Leonis X. diſpoſitione *num.* 615. *&* 617. iam vidimus. Et de Societatibus erigendis de licentia ſola P. Vicarij Generalis, quæ vtique non requiritur pro ſimpliciter corrigiatis, ſed tantum pro Confraternitatibus ad inſtar Societatum, quæ eriguntur in alijs Eccleſijs Ordinis. Et tandem de Societatibus, *ſicut aliæ Eccleſiæ eiuſdem Ordinis habita à P. Generali Reuerendiſs. poſſunt, & inſtituunt*, quas cum veras Confraternitates eſſe conſtet, & non ſimpliciter Corrigiatorum Societates, de eiſdem & conſtat hic locutũ fuiſſe Cardinalem: dictio ſiquidem *ſicut* importat relationem, & limitat totam diſpoſitionem ſecundùm relatum per Angel. *conſ.* 338. *num.* 4. *verſ. pro hoc facit.* Alex. *conſ.* 23. *num.* 4. 5. *&* 6. *lib.* 7. Nat. *conſ.* 387. *in fin.* Rot. *deciſ.* 555. *nu.* 6. *apud Farinac. part.* 2. *recent.*, & omnimodam ſimilitudinem importat, & æquiparata in omnibus parificat *l. ſicut* & ibi DD. *ff. quod cuiuſq; vniuer. nomin.* Rot. in Calaguritan. præminentiarum 29. *Martij.* 1677. §. *nec etiam. coram Vicecomit.* Licet ergò nomen Societatis, quo vſus eſt Cardinalis, varium ſignificatum habere poſſit, cum debeat propterea accipi in eo, qui eſt aptior. *l. Quoties idem ſermo ff. de reg. iur.* Roman. *conſ.* 350. *in caſu num.* 22. *verſ. nunc ergò*; & in ſenſu veriſimiliori *ibid. nu.* 23. apud Tuſch. *litt. V. concl.* 98. Confraternitates importare debet omninò in præſenti ex dictis. Adeòque non benè probatur ex hoc Sauliano decreto facultas diſtribuendi corrigias ſimpliciter, & abſque formalitate deſcriptionis in Confraternitate.

624 Nec ſuffragantur ea verba in confirmatione adducta *in ſingulis eorum Eccleſijs ſocietates erigere*: quaſi ex eo, quod cum à tempore dicti decreti plerumque in locis noſtrorum Conuentuum iam eſſent apud PP. Calceatos erectæ Confraternitates, intellexerit propterea Cardinalis poſſe nos in eiſdem noſtris Eccleſijs has Corrigiatorum Societates ſine formalitate Confraternitatis inſtituere; patet enim ex dictis, huiuſmodi Societatibus ſimpliciter Corrigiatorum non quadrare, quæ in Societatibus, de quibus locutus eſt Cardinalis, obſeruauimus, nempè erectionem, priuilegiorum participationem, P. Vicarij Generalis licentiam &c. Prętерquamquod & multi ſunt loci, in quibus noſtræ Congregationis, & non PP. Calceatorũ Conuentus ſunt, & plures in poſterum erigi poterunt, vbi pariter ijdem PP. non degant; & in his locum habere poteſt Sauliana diſpoſitio. Quarè non cogimur dicere Eminentiſs. Saulium Societates ſimpliciter Corrigiatorum, & non veras Confraternitates intendiſſe. De veris ergò Confraternitatibus eſt ipſe locutus propter dicta, non obſtante quod addiderit *in ſingulis Eccleſijs*, quia verba generalia reſtringuntur ſemper ad habilia. *l. vt gradatim. in princip. ff. de muner. & honor.* Crauet. *conſ.* 256. *num.* 8. Surd. *deciſ.* 112. *num.* 12. Tuſch. *d. litt. V. concl.* 131. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 4. *c.* 724. *num.* 18. & faciunt ſenſum, quod poſſimus erigere

gere Confraternitates in ſingulis Eccleſijs ſeruata forma Conſtit. Apoſtolicarum, nempè Clementis VIII. vt benè dicit Falcumbellus *ibid. num.* 27. ideſt, vbi nnn ſint in alijs Ordinis Eccleſijs Cnnfraternitates erectæ. Et confirmatur ex eadem dictione *ſicut*; dixit enim poſſe in ſingulis noſtris EccleſijsCorrigiatorum Societates erigere, ſicut aliæ Ordinis Eccleſiæ: vbi autem eſt iam in vna Eccleſia erecta Confraternitas,in alijs Ordinis Eccleſijs, ſi ibi ſint, Confraternitates non eriguntur;quod ſignum eſt,Cardinalem Saulium,dum dixit in ſingulis Eccleſijs nos poſſe dictas Societates erigere, ſicut aliæ Ordinis Eccleſiæ, ſubintellexiſſe, dummodò non eſſet ibi alia Confraternitas erecta. Vnde non video, qunmodò poſſit hinc deduci Cardinalem huiuſmodi Societates Corrigiatorum ſine Confraternitatis formalitate in mente habuiſſe.

625 Meliùs ergò probatur hic modus communicandi corrigias abſque dicta formalitate Confraternitatis, tum ex prædicto Innocentij VIII. viuæ vocis Oraculo, tum ex Iulij II. & Leonis X. Conſtitutinnibus, vt ſuprà *dub.* 2. (quas nullibi reuocatas inuenio) quia dum ibi agitur de Corrigiatis cum Indulgentiarum communicatione, non dicitur, quod debeant deſcribi in Confraternitatibus; nec quid ponitur, quod huiuſmodi deſcriptionem indicet: quin nec vlla ſit mentio Confraternitatum. Ergò ſupponuntur ſimplices Corrigiati abſque deſcriptinne in Cõfraternitatibus. Iuuat hunc ſenſum Simplicianus de Turrinis Archiconfraternitatis Cuſtos, dum in ſuo *lib. Indulgentiar. & gratiarum Confraternitatibus Cincturatis conceſſarum pag.* 61. duo Corrigiatorum genera aſſignat, aggregatorum ſcilicet, & non aggregatorum: nam ſine dubio indicatur, & præter eos, qui in Confraternitatibus deſcribuntur, alios Corrigiatos reperiri non deſcriptos; & hi ſunt, quibus ſimpliciter per Ordinis Superiores cincturæ communicantur.

626 Objicit plura Falcumbellus in *d. defenſ. ſuper corigiar. benedict., & diſtrubt.* ſed nmiſſis lenioribus (de quibus ipſe *num.* 18.) quæ aut probatione indigent, vt pote de immemorabili conſuetudine non eas diſtribuendi niſi in Eccleſia Confraternitatis, quæ incredibilis omninò eſt, ex eo quod à temporibus Innocentij VIII. diſtribuerentur cincturæ, vt *num.* 614., & nulla eſſet tunc Confraternitas vt *dub. ſeq.* Aut veritati contraria, vt de licentia P. Generalis ad huiuſmodi diſtributionem ex ſupra *dub.* 3. poſito S. Congregationis decreto requiſita, cum nullum hac de re ibi verbum; Aut parum ad rem, vt de facultate, quàm per ſuas litteras facit Cuſtodibus idem P. Generalis eas benedicendi, ac diſtribuendi; cum hoc non impediat, quin Priores eam ex ſe ipſis habeant ex præfatis S. Congregatinnis decreto, & Iulij II. & Leonis X. Conſtitutinnibus, prout *num.* 615. nec inuenire ſit aliqund Pontificium decretum, per quod eas diſtribuere reſeruetur Generali; Aut non benè intellecta, vt ſunt hæc eiuſdem Iulij II. in cit. Conſtit. *Præ cæteris curis.* de 1512. apud Empol. *pag.* 213. §. 3. verba: *Sed quarti gradus vtriuſque ſexus perſonæ, quibus zonam dari conſuetum eſt, indulgentijs tantum gaudeant:* quæ non indicant cnnſuetudinem deſcribendi in Confraternitatibus, vt explicat Falcumbellus. *n.*34. ſed conſuetudinem recipiendi cincturam à Superioribus Ordinis, iuxtà alteram præcedentem de 1508. incipien. *Nihil eſt.* apud Empol. *pag.* 209. §. 2. ibi; *modò à Generali, vel Priore, vel Rectore alicuius loci Ordinis auctoritate gratiæ conſequendæ facultatem obtinuerint*, & de qua ſupr. *num.* 615. eo magis cum, vt *dub. ſeq.* nihil de Confraternitatibus, ſub eo tempore conſtet.

627 His itaque, & alijs leuioribus omiſſis, tria ſuperſunt ſoluenda. Primò. Quod (vt ipſe *ibid. nu.* 9.) ſi omnes Ordinis Superiores poſſent indiſtinctè corrigias benedicere, & diſtribuere, & huiuſmodi zona præcincti omnibus gratijs, priuilegijs, & indulgentijs Confraternitatibus conceſſis fruerentur, ſequeretur ipſas Cnnfraternitatum inſtitutiones fruſtratorias eſſe, & ſuperfluas; qunniam ipſarum inſtitutionum vigore nullum ius, nullum priuilegiũ, aut gratiam de nouo acquirerent PP. Auguſtinenſes. Sed negatur ſuppoſitum, quod huiuſmodi Corrigiati fruantur priuilegijs, & Indulgeutijs Confraternitatum, poſito quod iſtæ habeant priuilegia, & Indulgentias contradiſtinctè à priuilegijs, & Indulgentijs Ordinis. Vnde negatur ſequela; eo enim modo, quo ſuperflua non eſt Archiconfraternitas S. Iacobi Bononiæ, etiamſi alibi aliæ ſint Corrigiatorum Confraternitates; ità ſuperflua nnn erit inſtitutio Cõfraternitatis, licet alio modo poſſint corrigiæ diſtribui. Et prò intelligentia. Certum eſt, poſſe inſtitui Confraternitates Corrigiatorum iuxtà Pauli V. Conſtitutionem, *Cum certas*, Dat. 2. *Octobr.* 1606. de qua *n.*658. & has debere aggregari Archiconfraternitati Bononiæ, nullibi inuenin. Scio eas poſſe aggregari; & ſi voluerint dictæ Archiconfraternitatis Indulgentias participare, aggregari debere: verùm nnn eſt abſolutè neceſſe, quod aggregentur, vt *dub.* 8. *infrà* dicetur. Ità poſſunt diſtribui corrigiæ abſque eo quod in Cõfraternitate deſcribantur Corrigiati; ſi tamen voluerint Confraternitatis Indulgentijs frui, illi debebunt (ſaltem pro maiori ſecuritate propter dicenda *n.* 690.) deſcribi. Eodem ergò modo, quo ſuperflua non eſt Archiconfraternitas, poſito quod reperiantur Confraternitates Corrigiatorum illi non aggregatæ: ità ſuperflua non eſt Confraternitas ipſa per hoc, quod dentur Corrigiati in ipſa non deſcripti. Ad illud, quod in tali caſu nullum priuilegium, aut gratiam de nouo acquirerent P.P. Auguſtinenſes per inſtitutinnem Confraternitatum, dico acquirere idem priuilegium diſtribuendi corrigias ſub alia formalitate; & ius communicandi Indulgentias particulares Cõfraternitatum, præter ius Proceſſionem, & alia.

628 Secundò, prout objicit. *ibid. num.* 32.

huiuſ-

huiuſmodi Cincturatos nullis frui Indulgentijs; tum quia verificari non poteſt de Indulgentijs Ordinis, cum Paulus V. Conſtit. 21. *Romanus Pontifex &c.* Regularium Indulgentias moderauerit, & cohibuerit, ne vllo modo prodeſſent Sæcularibus; tum quia (ſic ipſe *ibid. n. 35.*) ex præcit. Clementis VIII. Conſtit. *Quæcumque*; & altera Gregorij XV. *Iniuncti Nobis*. in eod. Bullar. *Ord. pag. 142.* Confraternitates Cincturatornm nullas indulgentias habere poſſunt, niſi dictæ Archiconfraternitati S. Mariæ Conſolationis Bononiæ ſint aggregatæ, *Confraternitatibus ei debitè annexis*. Sed quoad hoc ne dicamus communicari quæ Religionis ſunt; & vbi ſubdit, eas à Paulo V. reuocatas, nec Sæcularibus fauere, ne reſpondeam reuocationem illam Indulgentiarum eas tantummodò comprehendere, quæ directè Religioſis ipſis, & Monialibus, ſeu Religionibus tantùm conceſſæ erant, vt patet ex ipſins Pauli V. verbis *Quibuſcumque Ordinibus, & inſtitutis Regularibus, & quibuslibet perſonis Regularibus conceſſas*, prout notauit Peyrin. *tom. 2. in Conſtit. Pauli V. §. 19. num. 11.* & pluries Lezan. *tom. 2. verb. Indulgentia*, qnales erant illæ, quibus ſoli Religioſi vtebantur. Portell. in *dub. regul. d. verb. Indulgentia §. circà hanc*; & quatenùs ſolos Religioſos afficiebant, non verò Sæculares, vt Lezan. *ibi n. 12.* & nouiſſimè cum multis Ioan. Chryſoſtomus Philippinus *in tract. Filiat. Spiritual. n. 311. & 312.* & conſequenter non fniſſe reuocatas quoad Corrigiatos Ordinis Indulgentias, quæ illis pariter ex Innocentio VIII. Iulio II. & Leone X. communes erant. Et Indulgentias, quæ ſecundum opinionem probabilem non ſunt reuocatæ, probabile eſſe, quod eas conſequantur Corrigiati; dummodò adimpleant ea, quæ prò earum acquiſitione præſcribuntur per Leandr. *de Sacram. tom. 1. tract. 5. diſp. 14. q. 164.* Martin. à S. Ioſeph. *in admonit. ad Confeſſ. tom. 1. lib. 2. de Indulgen. tract. 12. n. 12.* quos adducunt, & ſequuntur Diana *in coordinat. p. 4. tract. 4. reſol. 68.* & Antonius à Spiritu Sancto in *Director. Regul. p. 1. tract. 2. diſp. 5. ſect. 2. §. 2. n. 25.*

629 Ne hoc, inquam, reſpondeam, quarè dicere non poſſumus communicari illis indulgentias à Paulo V. Religioni conceſſas, eo modo, quo non obſtante dicta reſtrictione, noſtris Tertiarijs, & Mantellatis eas communicari docent Lezan. *loc. dict. n. 16. in fin.* & Paſſerin. *de Indulgen. q. 108. n. 874.* cum Corrigiati loco Tertiariorum ſucceſſerint, vt vidimus ex *dub. 2.* poſita Fratris Benigni à Ianua declaratione. Nulla ſanè apparet quoad hoc repugnantia. Illud autem, quod ſubdit de Conſtit. Clementis VIII. *Quæcumque*, nullo modo ſubſiſtit, cum aliud ſit Cincturatos non acquirere Indulgentias Archiconfraternitatis, niſi in ea deſcribantur; & aliud, eos Indulgentias non acquirere, niſi in Archiconfraternitate deſcribantur. Primum verum eſt; & hic fuit ſenſus Clementis VIII. ibi: Secundùm, & quod intenditur ab Arguente, falſum eſt; cum deſcriptus in Cōfraternitate aliqua non aggregata Archiconfraternitati, & ſi huius indulgentias nō acquirat; lucratur tamen, quæ ſunt illius; quandoquidem independenter ab Archiconfraternitate proprias Indulgentias habent Cincturatorum Confraternitates per Conſtit. Pauli V. *Cum certas*. Et *Splendor paternæ gloriæ* in Bullar. Ordin. *pag. 289. & 292.* Ità de Corrigiatis, & non in Confraternitate deſcriptis.

630 Inſtat tertiò *ibid. in fin. n. 36.* ex eo quod Clemens VIII. prædicta Conſtitutione *Quæcumque* ad tollendos litium anfractus, & confuſiones amputandas ordinauerit, vt in vna, eademqne Ciuitate, Terra, vel loco vna tantùm eſſe poſſit vnius rationis Confraternitas, à fortiori non permittendum, quod in eadem Ciuitate ſint duo Corrigiatorum genera: adſcriptorum nempè in Confraternitatibus, & non deſcriptorum. Sed vnde hanc didicit argumentandi formam? Prohibitæ ſunt duæ Confraternitates eiuſdem generis; ergò à fortiori duo Corrigiatorum genera. Imò, quia prohibitiones ſunt reſtringendæ de ſolis eiuſdem naturæ, & formalitatis Confraternitatibus, intelligenda eſt Cōſtitutio *Quæcumque*; quia, cū procedat Clementina de Confraternitatibus, prò quarum erectione requiritur Ordinarij conſenſus, & cum litteris teſtimonialibus de earum pietate, & Chriſtianæ charitatis officijs exercendis; & quæ habent ſtatuta approbata à Diœceſano, & quæ inſuper habent Officiales, & certum modum petendi eleemoſinas, vt ibi videre eſt: immò, & quæ vtuntur ſaccis, vt habetur ex Donat. *rer. regul. tom. 3. tract. 8. q. 2. §. 2.* quæ omnia non militant in dictis Corrigiatis; & inſuper loquatur ibi Clemens de Confraternitatibus; & prædicti Corrigiati nō deſcripti in Confraternitate Confraternitatem non conſtituant, nullo modo includuntur in Clementis VIII. diſpoſitione, cum certum ſit, quod vbi verba non conueniunt, nec diſpoſitio locum habet *l. 4. §. toties ff. de dam. infect. l. quod conſtitutum ff. de Milit. teſtam.* Bartol. *in d. l. 4. §. Præter*. Vnde etiamſi vnirentur ad opera ſpiritualia, & quamdam Societatem conſtituerent, eos poſſe ſtare in eadem Ciuitate, & loco, vbi Confraternitas Cincturatorum formaliter erecta reperitur, adſtruit, & probat latè Lezan. *tom. 2. verb. Confraternitas à nu. 28. & ſeq.*

631 Hęc dicta ſint pro huiuſmodi diſtributionis validitate probabilitèr adſtruenda. Cæterum, ad tollendam quoad Indulgentias dubietatem, & in ſuppoſitione, quod neceſſaria ſit in Confraternitate deſcriptio (de qua tamen infrà *dub. 13.* ſi quis v. g. à Priore Ferrariæ Corrigiam accipiat, & in Confraternitate Comaclij canonicè erecta deſcribatur, quale obſtaculum, aut indè nullitas? Nullibi certè legitur, Confratrem, ſiue Scapularis, ſiuè Chordigerorum in hac potius, quam in illa Confraternitate debere deſcribi: quin ſcio quamplures in diſtantibus Confraternitatibus deſcriptos proprio nomine per litteras miſſo, vt in

ſimili

ſimili de Scapulari B.M.V. Paulus ab omnibus Sanct. in *diſſertat. hiſtoric. Confraternit. Carmel. part. 8. cap. 5. num.* 497. eo magis eum id munus præcingendi corrigiam, ac in Confraternitatẽ acceptandi poſſit alteri committi per Paſqualig. in *Laurent. de Franch. p. 1. nu.* 237. eo modo, quo ipſa facultas inſtituendi Confraternitates eſt alteri delegabilis, vt infrà *nu.* 694., & aliàs per ſe loquendo ad hoc, vt quis Confraternitati incorporetur, & Indulgentijs fruatur, ſufficit, quod à Superiore Ordinis, vel ab alio de eius mandato corrigiam recipiat, & Confraternitati alicui adſcribatur, vt in ſimili de Chordigeris S. Franciſci Flauius Cherub. in *Compend. Bullar. in Sixto V. num. 13. Schol. 2.* Lezan. *tom. 1. p. 2. cap. 15. num. 64.* Lantuſca *in Theatr. Regul. verb. Confraternitas. pag. mihi 167. in fin.* Si ergò ità fiat, & poterunt Priores cincturas diſtribuere, & nulla erit quoad Indulgentiarum conſecutionem difficultas.

DVBIVM V.

De Confraternitatibus Cincturatorum, & earum Origine.

632 ALius eſt ergò modus communicandi, diſtribuendique corrigias; & eſt per formalem deſcriptionem eius, qui corrigiam recipit, in aliqua Confraternitate Cincturatorum canonicè erecta, hoc eſt iuxta diſpoſitionem Clementis VIII. in *præcit. Conſtit. 115. Quæcumque*. Quo pacto participantur illi Indulgentiæ prædictis Confraternitatibus à Paulo V. conceſſæ, vel Archiconfraternitatis Bononiæ, ſi illi ſit prædicta Confraternitas aggregata. Has modò in Ordine, & quamplures reperiri certum eſt; & quia conditiones ad earũ erectionem requiſitę ſatis conſtant ex prędicta Clementina, & eas ſatis elucidant Franciſc. Leo in *theſaur. part. 4. cap. 2.* Peyrin. *tom. 2. in addit. ad Conſtit. Clem. VIII. nu. 78., & 79.* Lezan. *tom. 1. part. 2. cap. 15. per tot.* Ioan. Anton. Nouar. in *Summ. Bull. Apoſt. part. 2. comment. 49.* Ioann. Maria Nouar. in *Lucern. Regul. verb. Confraternitas*; ideò illis omiſſis noſtrarum Confraternitatum originem libet in præſenti perſcrutari.

633 Alphonſus Falcumbellus *loc. ſup. n. 32. in fin.* innuit, earum inſtitutionum ab anno 1294. eo quod Confraternitatum meminerit Cæleſtinus V. in Conſtit. *Ex parte*. in *Bullar. Ord. pag. 102.* vbi. §. 2. ſic legitur. *Nos igitur huiuſmodi malignorum audacijs, & conatibus obuiare volentes, ac eiuſdem Ordinis ſtatui, & eorumdem Prioris, & Fratrum quieti ſalubriter prouidere, tibi (ideſt Petro S. Euſtachij Diacono Cardinali) quem ab experto cognouimus, ad prædictos Priorem, & Fratres, ac Ordinem gerere ſinceræ charitatis, & dilectionis affectum, volentes eorum indemnitatibus ſalubriter prouidere, ac attendentes multiplicia dona virtutum, quibus te bonorum dator eximius decorauit, ſperantes, quod ex tui prouidi maturitate conſilij, quod in multis, & arduis iugiter experimur, ea quæ tuis humeris committuntur à Nobis, prouidenter, ſollicitè, diſcretè, & laudabiliter exequaris; & intendentes, vt ea, quæ in præſentiarum ijdem Ordo, & Fratres, ac Oblati eorum obtinent, aut in futurum eos (dante Dominio) obtinere contigerit, illibata, & integra conſeruentur, recuperentur deperdita, & collapſa nihilominùs reſtaurentur. Te prædictorum Ordinis, Fratrum, & Oblatorum, ſuorum bonorum, locorum, priuilegiorum, libertatum, immunitatum, exemptionum, & iuriſdictionum, & vniuerſorum iurium eorumdem Defenſorem, & Conſeruatorem auctoritate Apoſtolica tenore præſentium fiducialiter ſtatuimus, facimus, & etiam ordinamus. Plenam tibi licentiam, & poteſtatem, & liberam tenore præſentium auctoritate ſimili concedentes, vt contrà occupatores inuaſores, damnificatores, iniuriatores, ſiue moleſtatores, tàm præſentes, quam futuros dictorum Ordinis, Fratrum, Confraternitatum, & Oblatorum iuriſdictionum, priuilegiorum, immunitatum, & exemptionum, quæ quidem priuilegia, libertates, & exemptiones quorumcumque tenorum exiſtant, tenore præſentium auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia confirmamus.*

Verum non hoc ſatis ad dictarum Confraternitatum originem adſtruendam. Reſpondet enim Benedictus à S. Iacobo in prædict. *Defenſ. pag.* 50. aliud eſſe, memorari ibi Confraternitates; & aliud memorari Confraternitates Cincturatorum, quod certè non fit in Bulla, cum nec verbum ibi de Corrigiatis, & corrigia; & ſic, cum poſſit de aliquibus alijs Confraternitatibus hoc intelligi, non ſufficere illud verbum *Confraternitatum* ad comprobandas tunc temporis Corrigiatorum Confraternitates.

634 Et vt quid mihi videtur aperiam, puto vel caſu appoſitam dictam vocem, *Confraternitatum*, vel non poſſe de Confraternitatibus propriè intelligi. Moueor quoad primum ex tenore ipſius Conſtitutionis; cum enim primò conſtituitur Petrus S. Euſtachij Cardinalis Defenſor priuilegiorum, ſolus Ordo, Fratres, & Oblati nominatur, & nullo modo Confraternitates, *Te prædictorum Ordinis, Fratrum, & Oblatorũ*: dũ verò concluditur, & datur illi poteſtas cõtra moleſtantes additur *Confraternitatum*; Et aliàs videtur, quod ſi Confraternitatum quoque Defenſor fuiſſet conſtitutus, vbi declaratus eſt Defenſor Ordinis, Fratrum, & Oblatorum, ibi exprimendę fuiſſent & Confraternitates: quod cum actum non appareat, videtur fortuitò, & per accidens in ſecundo loco irrepſiſſe verbum hoc *Confraternitatum*, ex eo quod forſan dicta Conſtitutio deſumpta ſit ab alia conſimili prò aliquo alio Ordine, in quo iam eſſent Confraternitates, eo modo quo, in Conſtit. Pauli V. *Paſtoralis Offitij*. ſub 20. *Martij* 1615. apud Mauritium à Matre Dei *in Sacr. Erem. lib. 1. cap. 2. §. 3. pag. 69.* & citatur ab Andrea à S. Nicolao in *Hiſtor. general. Diſcalceator. Hiſpan. tom. 1. Decad. 3. cap. 5. pag. 504. col. 2. in fin.* dum ibi decernitur PP. noſtros Excalceatos Hiſpaniarum non poſſe ad aliam Religionem, præterquàm

quàm Carthuſiânam, ſine Sedis Apoſtolicæ, aut Superintendentis licentia tranſire; patet ly *aut Superintendentis* irrepſiſſe; tùm quia dicta Congregatio Superintendentem non habebat: ſed ſolummodò noſtra Italiæ Congregatio, vt patet ex Clementis, & Pauli V. Conſtitutionibus, prout in noſtris litteris Apoſt. *litt.* 2. *&* 5. tum quia ipſe Superintendens iam de 1608. obierat; irrepſiſſe inquam ratione conſimilis priuilegij pro noſtra Congregatione, vt in dictis litter. *litt.* 4.

635 Moueor quoad ſecundum, quia cum vox *Confraternitas* dicat communionem in fraternitate: Frances de *Cathedral cap.* 25. *num.* 31. Lezan. *loc. ſup. nu.* 1., non cogimur ex hoc ſimplici vocabulo accipere ibi Confraternitates Cincturatorum: ſed dici poteſt per illud importari aggregatum Oblatorum, qui fortè ratione communionis cum ipſis Fratibus Confratres appellantur. *cap. cum & plantare.* §. *de Confratribus tit. de priuilegijs.* & *cap. vt priuilegia. tit. eod.* Donat. *ibid. tom.* 2. *part.* 2. *tract.* 13. *de Oblatis Religioſorum q.* 2. *n.* 2. *q.* 7. *n.* 8. *&* 9. *& tom.* 3. *tract.* 8. *de Confraternitatibus q.* 39. *num.* 2. Bordon. *reſol.* 72. *n.* 2., & Pellizzar. *tract.* 8. *cap.* 5. *n.* 262. vel etiam ipſam Religionem, ſeu Religioſorum mutuam & in vnum fraternitatem, prout in ſimili infra *nu.* 651.

636 Confirmo hæc omnia; tum quia ipſi PP. Calceati, qui de Corrigiatorum Confraternitatibus ſcripſerunt, quos ſaltem ego viderim, & mox adducam, non ad ea tempora earum originem referunt; nec Torellus ipſe, licet eam Conſtitutionem in *Sæcul. Auguſtin.* ſub anno 1294. *n.* 22. producat, vllum verbum de Corrigiatis habet; & Conſtitutionem explicans *num.* 21. ſolùm memorat prædictum Cardinalem conſtitutum à Cæleſtino Defenſorem Ordinis, & eius priuilegiorum, omiſſa omninò Confraternitatum mentione, quaſi & ipſe verbum illud *Confraternitatum* non approbet; & aliàs, cum nihil omittere aſſueſcat ex ijs, quæ pro Auguſtinianis facere poſſunt, hanc rem minimè reticuiſſet. Tum quia non apparet, quæ priuilegia potuerint tunc Confraternitates habere; ſi enim dicatur habuiſſe priuilegia Ordinis, hoc ſubſiſtere non videtur, quia priuilegia, quibus tunc Ordo gaudebat, cum ferè omnia exemptionem ab Epiſcopis continerent, vt videre eſt in Bullis Pontificum ante Cæleſtinum V. certè Confraternitatibus Corrigiatorũ non quadrabant, nec competebant; vnde nec dici poteſt conſtitutus prædictus Cardinalis Defenſor priuilegiorum Confraternitatum, ac proinde nec ibi locum ſibi verè vſurpare verbum illud *Confraternitatum*.

637 Confirmo ſecundò, quia in nulla Pontificia Conſtitutione non ſolum loquendo de antecedentibus ad Cæleſtinum V. ſed etiam de ſubſequentibus vſque ad Clementem VII. ex his, quas ego videre potui, ſit vllum verbum de Confraternitatibus Corrigiatorum: quin nec vocem hanc *Corrigiatos* inuenire potui antecedenter ad præcitatas Iulij II. Conſtitutiones: credere autem non valeo, quod ſi ante dictum Clementem viguiſſent huiuſmodi Confraternitates, de illis, vel earum priuilegijs quandoq; mentio facta non fuiſſet: vel ſaltem in Mari magno Eremitarum, in quo priuilegia Mantellatorum, & etiam Oblatorum confirmantur, vt *ibi.* §. 42. & Confraternitatum, vel Corrigiatorum priuilegia confirmata fuiſſent, quo benè eas tunc non extitiſſe deducitur; & hac de cauſa benè dictum, in ea Cæleſtini V. Conſtitutione verbum illud *Confraternitatum* vel caſu irrepſiſſe, vel non de Confraternitatibus Cincturatorum intelligendum.

638 Communior PP. Calceatorum ſenſus eſt, quod ſub Eugenio IV. incæperint, qui ab anno 1431. ad 1447. ſedit; & huius mentis fuerunt Franciſcus de Aguillar in *lib. Indulgen.* conceſs. Fratribus Corrigiatis impreſs. *Barcinone apud Hubert. Gotcret.* ann. 1584. *tract.* 1. *cap.* 5. *fol.* 33. Ioannes Gonzales *lib.* de Confraternitate Corrig. Valliſoleti per Aloyſium Sanchez ann. 1604. *lib.* 1. *pag.* 23. Simplicianus de Turrinis Cuſtos Archiconfraternitatis Bononiæ lib. pariter Indulgentiar. pro Confratribus Cincturat. Bononię apud Hæredes Ioannis de Rubeis ann. 1600. *pag.* 94. *& pag.* 152. Ioannes Antonius Feſtus Cuſtos Confraternitatis Venetiar. in ſua compendioſa narratione Indulgen. Confraternit. Cinctur. Venetijs apud Ioannem Antonium Iulianum 1627. *part.* 1. *cap.* 1. Gregorius Ferrarius in Cinctura Sacra impreſs. Ianuæ de 1639. Gregorius Cornetus paritèr cuſtos in lib. cui idem titulus, apud eumdem Iulianum ann. 1646. *part.* 2. *cap.* 1. *&* Aloyſius Torellus in Centurijs illuſtrium Virorum, & Fæminarum Ordinis Auguſtiniani impreſs. Bononiæ per Iacobum Montium 1647. in *præambul. ad Centur.* 1. *pag.* 6. Hi enim omnes licet quoad circumſtantias inter ſe varient, in ſubſtantia concordes ab Eugenio IV. Ordinis Generali facultatem inſtituendi has Confraternitates per litteras in modum Breuis expeditam deſcribunt.

639 Ab his non diſtare videntur Roderic. *qq. can. & regul. tom.* 1. *q.* 58. *art.* 2. & Lezan. *tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 15. *num.* 65. dum dicunt Eugenium IV. Romæ de anno 1430. confirmaſſe licentiam datam à P. Gerardo de Arimino Generali Ordinis Eremitarum D. Auguſtini, Fr. Cæſario de Roma eiuſdem Ordinis profeſſori, vt Corrigiatorum poſſet Confratrias inſtituere. Sed vndè id deſumpſerint non inſinuant: inuenio tamen id ſcriptum, & à Ioan. Gonzales *loc. ſup.* & ex parte à prædicto Simpliciano, dum tunc Generalem præfatum Gerardum apertè declarat.

640 Sed quamuis, dum hęc eadem Cincturæ cauſa agitaretur in S. Congregatione, idem ego ſenſerim, & ſcripſerim, hęc mihi modò non probantur. Et incipiendo ab his vltimis, eorum dictum eneruo; tum quia de 1430. Ordinis ſupremam Prælaturam ſuſtinebat Auguſtinus Romanus, & non iam Gerardus de Arimino, qui de 1431. tantummodò ab Eugenio IV.

Vicarius Generalis Apoſtolicus electus fuit, vt ex Regiſtris Ordinis probat Torellus ad ann. 1431. *nu.*3. tum quia ab eodem anno vſque ad annum 1443. (quo præfatus Gerardus deceſſit, vt habet idem Torellus ad *d. ann.*1443. *nu.* 10.) nec verbum quidem legitur apud eumdē Torellum, ex quo inferri poſſit conceſſio dictæ facultatis reſpectu Fr. Cæſarij de Roma; ſicut nec vbi agit de ipſo F. Cæſario à præfato ſcilicet anno 1431. vſque ad 1439. Non puto autem, quod ſi ea facultas fuiſſet à Gerardo conceſſa, ipſe Torellus, qui diligentiſſimus eſt in ſingulis enarrandis, eam reticuiſſet. Quarè non video, quo fundamento ſcriptum à Roderico, Lezana, & Gonzales confirmatam ab Eugenio IV. facultatem à Gerardo Fr. Cæſario conceſſam: eo magis ſi verum eſt, quod ſcribunt Simplicianus de Turrinis, & ipſe Torellus, facultatem huiuſmodi factam à prædicto Eugenio Ordinis Generali (quem dictum Gerardum fuiſſe tenet idem Simplicianus) poſt Canonizationem D. Nicolai, quæ contigit. 5. *Iunij* 1446., hoc ſiquidem ſtante augetur fundamentum dicendi, non id eueniſſe, vt dicitur, de 1430. & minus ſub Gerardo Generali, cum hic ante D. Nicolai Canonizationem obierit, ſcilicet de 1443., vt ſub hoc anno *num.*10. ſcribit Torellus.

641 Indiſtinctè autem loquendo, non mihi ſatis probatur hæc opinio, quatenùs ſub Eugenio IV. harum Confraternitatum originem deducit, præſcidendo modò à perſonis, de quibus egimus; cum pręfati Pontificis litteræ nec producantur, nec de eis ſufficiens iuſtificatio habeatur. Torellus enim, qui omnes Pontificias Conſtitutiones, etiam indirectè ad Auguſtinianum Ordinem ſpectantes exhibere ſtuduit, hanc, quæ Cincturatorum Confraternitates inſtituendi facultatem præſeferre dicitur, à fortiori publicaſſet; quod cum non fecerit, fit mihi libertas dicendi eam reuerà non emanaſſe. Scio, non ſatis probare argumentum negatiuum: verùm, cum agatur de re, quæ eſt facti, & à Scriptore diligentiſſimo in congregandis ijs, quæ quomodocumque Ordinem Eremitarum reſpiciunt, de hac Eugenij Conſtitutione non egerit; & quod magis probat, nullus Auctor eam produxerit, hoc magnam vim habet ad eius inſubſiſtentiam eruendam.

642 Credo ergò ex aliorum fortaſſis opinione ſcriptum à Torello in Centurijs, ab Eugenio per litteras in modum Breuis pręditam facultatem Generali Ordinis attributam. At poſteà; cum in ſæculis Auguſtin. prædictas litteras verificare non potuerit, ideò nec de illis locutum fuiſſe ab anno 1431. vſque ad 1447. quo temporis ſpatio omnia ad fauorem Religionis ab Eugenio acta commemorat; adeòq; & quod ſub prædicto Eugenio incæperint pręfatæ Cincturatorum Confraternitates, ſufficienti fundamento carere videtur, attenta maximè ſuprapoſita obſeruatione, qua diximus has Confraternitates, nec in Mari magno Eremitarum ſub Sixto IV. fuiſſe memoratas; cum tamen Mantellatorum, & Oblatorum ibi priuilegia confirmentur: quin nec in alia Pontificia Conſtitutione præterquàm in ſupradicta Clementis VII. incipien. *Romanus Pontifex.* de 1530. in *Bullar. Ordinis. pag.* 66. Quo iterum mihi ſuadeo, non eas ſub Eugenio IV. incæpiſſe.

643 Magnam tamen difficultatem faciunt verba Gregorij XIII. in ſua Conſtitutione ſub 15. *Iunij de* 1575. quam refert Gregorius XIV. in altera ſub. 9. *Martij de* 1591. tenoris videlicet.

Gregorius Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Prouiſionis noſtræ debet prouenire ſubſidio, vt ius ſuum vnicuique conſeruetur. Hinc eſt, quod Nos tenorem quarumdam litterarum fel. rec. Greg. Papæ XIII. prædeceſſoris noſtri in Secretaria domeſtica ipſius repertum tenoris infraſcripti. Greg. Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam. Ad ea ex paternæ charitatis officio libenter intendimus, ex quibus Diuinus cultus cum animarum ſalute procuratur, vndè ipſos Chriſti fideles ad pia opera exercenda Indulg. & peccatorum remiſſionibus inuitamus, aliaque deſuper diſponimus, prout in Domino conſpicimus expedire. Nuper accepimus per fel. rec. Eugenium Papam IV. prædeceſſorem noſtrum de conſenſu tunc Prioris Gener. Ord. S. Auguſtini Fratrum Eremit. ad honorem Deiparæ Virg. Mariæ, & augumentum cultus Diuini Confraternitatem vtriuſque ſexus Chriſti fidelium Cincturatorum, & Cincturatarum S. Auguſtini, & S. Monicæ nuncupatam in Eccl. S. Iacobi Ciuitatis Bononiæ; ac poſtmodùm aliam ſimilem ſub inuocatione B. M. V. de Conſolatione nuncupatæ, ſodalitatem in eadem Eccl. canonicè inſtitutam fuiſſe. &c. Ex quibus clarum apparet Cincturatorum Confraternitatum originem ad Eugenij IV. tempora eſſe referendam.

644 Verum nec hoc ſatis mihi videtur ad prædictam opinionem ſtabiliendam propter ea, quæ nuper oppoſuimus. Et quamuis hoc narret ibi Gregorius XIII., obſeruo id ab ipſo narrari tanquam quid illi ab alijs expoſitum *Nuper accepimus*, expoſitum ſcilicet ità ab alijs, qui ità putabant; adeòque non ibi teſtificari de facto proprio, ſed alieno: & ſicut narratiua Papæ de facto proprio, vel de rebus ſecum geſtis plenam fidem facit, & illi ſtatur per text. *in Clemen.* 1. *de prob.* & per illum reſoluunt Tiraquell. *de retract. lig.* §.1. *gloſs.*14. *num.*49. Zabarell. *conſ.*145. *num.* 3. Caſtr. *conſ.* 341. *Venio nunc in princip. lib.*1. *conſ.*415. *in princ. eod. lib.*1. cum pluribus apud Barboſ. *de iur. Eccleſ. vniu. lib.*1. *cap.*2. *num.*196. ità non illi ſtatur, quandoeius narratiua eſt de facto alieno non ſecum geſto, & ad aliorum ſuppoſitionem, per Ruin. *conſ.*41. *ſub. num.*3. *lib.*1. Tiraquell. *ibid. d. nu.* 49. Bellam. *deciſ.*158. *verſ. patet tertium.* Verall. *deciſ.*23. & 239. *p.*2. Crauet. *conſ.*104. *num.*7. & fuit dictum in *Sorana Iuriſpatr.* 28. *April.* 1603. coram Card. Pamph. Sen. & in *Pacenſi penſionis.* 5. *Decembr.* 1595. coram eodem. Vt in pręſenti, vbi apparet id ab eo enarrari ex aliorum dicto, cui obſtant, quæ ſuprà diximus.

645 Mens ergò mea eſt, quod huiuſmodi

Con-

Confraternitates ſub Innocentio VIII. ſcilicet ab anno 1490. duxerint originem, cum ante dicta tempora, nec Confraternitates Corrigiatorum, quin nec Corrigiatorum nomen inuenire potuerim. Facta ergò à Bonifacio IX. de 1399. vt vult. Torellus, ad *d. annum num.* 16. facultate inſtituendi Mantellatas, hoc eſt habitum Religionis mulieribus impartiendi vna cum Indulgentiarum, ac priuilegiorum Ordinis communicatione, eo vt opinor fine, vt dictarum Indulgentiarum, & priuilegiorum deſiderio habitum Religionis aſſumentes vanitatem, & luxum deponerent; & eàdem per Paulum II. de anno 1470. cum iiſdem priuilegijs, & Indulgentijs quoad viros extenſa, per aliquot annos mos iſte laudabilis perdurauit. At tepeſcente feruore habitus hic Mantellatorum, & Mantellatarum ad ſolius Corrigiæ delationem redactus eſt: depoſita ſiquidem cum licentia Prioris Auguſtiniani nigra tunica, ſolam corrigiam geſtare cæperunt, vt patet ex declaratione P. Benigni à Ianua, prout in *dub.* 2. retenta ex Innocentij VIII. viuæ vocis oraculo Indulgentiarum, & priuilegiorum communicatione, prout *ibi*. Atque hinc morem impartiendi ſolam corrigiam incæpiſſe firmiſſimè teneo, ſicuti *d. dub.* 2. inſinuaui; & ſubſequenter redactos in Societatem, Confraternitatem Cincturatorum primò, & non antea inualuiſſe.

646 Quando autem præcisè incæperint, non ſatis compertum. Scio Iulium II., & Leonem X. de Corrigiatis locutos, vt vidimus, ſed non ſub nomine Confratrum, neque Confraternitatum; & Clementem VII. in d. Conſtit. *Romanus Pontifex*. de 1530. apertè Corrigiatos, ac Confraternitates nominaſſe. Vnde cum diſtinctione loquendo, puto Confraternitates Corrigiatorum materialiter ſumptas, hoc eſt, quatenùs pluralitatem important, eorum qui accipiendo einc turam de manu Superiorum, Indulgentiarum Ordinis particeps fiunt: quo ſenſu Confraternitatem accepit Ioan. Gonzalez de Critania in *d. lib.* 1. *de Confraternit. pag.* 195. dicens *Ni es otra coſa plantar Confradias de la Cinta ſino communicar nueſtras gracias, y Indulgencias à los, que por autoridad del General, y Prior Conuentual traxeran la dicha Cinta*; & in ſimili de Confraternit. Scapular. Carmel. probat Paulus ab Omnib. Sanct. in *d. diſſertat. hiſtor. part.* 8. *cap.* 3. *nu.* 480., *& ſeq.* in hoc inquàm ſenſu acceptas Confraternitates incæpiſſe, vt dictum eſt, ex dimiſſione habitus Mantellatorum, & ſolius corrigiæ retentione ſub Innocentio VIII. de 1490., & perduraſſe ſaltem ſub Iulio II., & Leone X. ſcilicet vſque ad 1513. qui Summi Pontifices reuocatis priuilegijs Ordinis, quæ Mantellatis conceſſa fuerant, ſolas Indulgentias Corrigiatis reliquerunt, vt *dub.* 2. vidimus. Si autem formaliter ſumantur, ſeu prò Corrigiatorum vnione cum eorum deſcriptione in Confraternitate, cum ſolemnitatibus quibuſdam erecta, & præcipuè cum Saccorum delatione, ſine quibus Confraternitas non habetur per Lezan. *tom.* 2. *verb. Confraternitas n.* 36. circà Clementis VII. tempora eas inchoaſſe opinor, cum ipſe Confraternitates, vt obſeruauimus, exprimat in præfata Conſtitutione, & non ſit, cur de veris Cincturatorum Confraternitatibus nequeant intelligi. Et hæc ſalua clariore notitia ſi tamen è ſcripturis fide dignis poterit haberi.

DVBIVM VI.

De eadem Confraternitatum Origine.

647 POſt hæc ſcripta, cum hac de re agerem cum Reuerendiſs. P. Dominico Valuaſorio Ordinis Eremitarum Generali meritiſſimo, hanc mihi Scripturam benigniſſimè communicauit, quæ fortaſsè præbuit fundamentum ſuprà laudatis Scriptoribus, ad Eugenij IV. tempora Confraternitatum Cincturatorum originem reducendi, cuius tenor eſt.

Andreas de Monticulo Decretorum Doctor, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Auximanus pro SS. Domino noſtro Eugenio Diuina Prouidentia Papa IV. in alma Vrbe, eiuſque ſuburbijs, & diſtrictu in ſpiritualibus Vicarius Generalis.

Dilecto Nobis in Chriſto Venerabili Religioſo Fratri Cæſario de Roma Ord. FF. Eremitarum S. Auguſtini. Salutem & gaudiorum affluentiam æternorum.

Solet Paſtoralis Sedes pijs annuere votis, & iuſtis petentium Supplicationibus fauorem beneuolum impartiri, maximè vbi ſalus vertitur animarum. Hinc eſt, quod cum coràm nobis nuper R. Patris in Chriſto Fratris Gerardi tui Ordinis Prioris Generalis exhibueris litteras eius ſigilli appenſione munitas, tenoris, & continentiæ infraſcriptæ, videlicet. Frater Gerardus de Arimino Sacræ paginæ profeſſor, Prior Generalis immeritus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini. Dilecto Nobis in Chriſto Venerabili Religioſo, Fratri Cæſario de Roma eiuſdem Ordinis ſalutem in Domino ſempiternam. Multas perſonas diuerſis locis Ordini noſtro, ac perſonæ tuæ deuotè affectas eſſe cognouimus, quas diligentia tua, Domino adiuuante, in quaſdam pias Societates per te inſtituendas inducere, & coadunare confidis, dum ad id licentia noſtræ quoque auctoritatis accedat, quam vt tibi concedere dignaremur, humiliter poſtulaſti. Nos verò eam rem ad Religionem, & deuotionem ſpectare videntes precibus tuis libenter annuimus. Itaque tibi quantum in nobis eſt tenore præſentium concedimus, & licentiam damus, vt quaſcumque perſonas vtriuſque ſexus, quas ad ineundas, ſeruandaſque Societates, in quibus orationis, & cæteris pijs operibus exerceantur, deuotionis feruor animauerit, recipere poſſis, & in eas Societates per te ordinandas inducere, & collocare, atque in ipſarum eruditione, & ordinatione omnia agere, quæ & probitati tuæ, & deuotioni illarum congrua, & vtilia videbuntur. Atque, vt ex Spiritualibus quoque ſuffragijs noſtri Ordinis pium huiuſmodi perſonarum propoſitum adiuuetur, quos ad ipſum Ordinem, & Beatiſſimum Patrem noſtrum Auguſtinum pietas affectos eſſe profecerit, omnibus, & ſingulis perſonis

vtriuſque ſexus, quæ aut nunc per te, aut in futurum perpetuis temporibus quomodocumque in huiuſmodi Societates à te ſtatuendas, componendaſque ingredientur: omnium Miſſarum, Orationum, ieiuniorum, vigiliarum, officiorum, prædicationum, abſtinentiarum, laborum, cæterorumque bonorum operum, quæ per Fratres noſtri Ordinis in Vniuerſo Orbe operari dignabitur clementia Saluatoris, tenore præſentium participationem concedimus in vita pariter, & in morte. Addentes de noſtra gratia ſpeciali, quod cum obitus earum in noſtro Generali Capitulo fuerit intimatus, id prò eis fiat ſuffragium, quod prò noſtris defunctis Fratribus fieri præcipit noſtri Ordinis Conſtitutio generalis. In cuius rei teſtimonium Sigillum Confraternitatis noſtri Ordinis præſentibus duximus appendendum. Datum Peruſij die primo menſis Iunij, Anno Domini milleſimo quadrigenteſimo trigeſimonono. In quibus litteris in parte inferiori erant alterius manus hæc verba, vlz.: Viſa per me M. Chriſtophorum de Bononia S. P. G. Et ſubſequenter earumdem litterarum, & contentorum in eis debita cum inſtantia acceptationem, approbationemque petieris in modum, qui ſequitur continentem.

Reueren. in Chriſto Pater, & eggregie Decretor. Doctor. Supplicatur eidem veſtræ Paternitati ex parte Oratoris veſtri F. Cæſarij de Roma Ordinis FF. Eremitarum S. Auguſtini, quatenùs, vt in veſtro officio ſubiectis, Dei honor, & animarum ſalus, & vtilitas augeatur, placeat ordinationes Societatum S. Auguſtini ſub vocabulo Confraternitatum, ſeu Consororitatum, ſeu Societatum, ſeu quomodocumque huiuſmodi vocabulo, quas dictus F. Cæſarius inſtituit, & quas Paternitas veſtra vidit, & audiuit, & quas de verbo ad verbum hic habere placeat prò expreſſis acceptare, approbare, & confirmare, & concedere, quatenùs perſonis vtriuſque ſexus dictarum ſocietatum præſentibus, & futuris liceat, & in eas intrare, & in eis, quæ intrauerunt, & quæ intrauerint, morari. Et quod liceat eis Societatibus, & cuilibet earum habere locum cum Oratorio, & cum Altari, & cum alijs membris, & rebus condecentibus ad ſe dictas Societates congregandum, & celebrari faciendum, & alia agendum, quæ videbuntur congrua, vtilia, & opportuna. Et concedere cuilibet dictarum Societatum, & omnibus, & ſingulis earum perſonis omnia, & ſingula, quæ huiuſmodi Societatibus, & earum perſonis à Diœceſanis concedi ſolent. Et vt ad hæc pietatis opera Fideles magis, & deuotius animentur, placeat cuilibet perſonæ dictarum Societatum arctioris ſtatus quadraginta dies, medij ſtatus triginta, minùs verò arcti ſtatus viginti de iniunctis ſibi pænitentijs in Domino miſericorditer relaxare toties quoties ſecundum Ordinationes per prædictas conuenerint, confeſſi fuerint, & communicauerint cum propoſito iuxtà poſſe etiam alias ordinationes prædictas, vt conuenit, obſeruandi, non obſtantibus contrarijs quibuſcumque.

Idcircò tui F. Cæſarij ſaluberrimo piæ deuotionis ducti propoſito, prædicta omnia, & ſingula rata, grata, & firma habentes, ipſa cum ordinationibus, & conſtitutionibus per te F. Cæſarium conſtitutis, & ordinatis, nobis præſentatis, & per nos viſis, & diligenter perlectis authoritate ordinaria, & ex certa ſcientia acceptamus, approbamus, & tenore præſentium, prout petitur, confirmamus, licentiamque habendi locum cum Oratorio, vt petitur, & omnia, & ſingula, quæ in ſupraſcripta ſupplicatione petuntur, & vt petuntur, plenè concedimus. Et cuilibet prædicti arctioris ſtatus quadraginta, medij ſtatus triginta, & minus arcti ſtatus dictarum fraternitatum viginti dies de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ac glorioſiſſimi Confeſſoris S. Auguſtini auctoritate confiſi, de iniunctis eis pænitentijs, prout in præmiſſis petitur, & meliùs de iure poſſumus, harum ſerie miſericorditer in Domino relaxamus. In quorum omnium, & ſingulorum teſtimonium, & fidem, præſentes noſtras litteras fieri fecimus, ac per noſtrum, noſtræque Curiæ Notarium, & Scribam ſubſcribi, ac noſtri Pontificalis ſigilli, quo vtebamur, dum præeramus Eccleſiæ Foroſinphorienſi, appenſione muniri. Datum Romæ apud Sanctum Apollinarem in domibus noſtræ ſolitæ reſidentiæ ſub anno Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo nono, Indictione ſecunda, die quartodecimo Menſis Auguſti, Pontificatus præfati SS. Domini Eugenij Papæ IV. Anno. Nono.

Et ego Andreas Antonij Clericus Auximanus publicus Apoſtolica, & Imperiali auctoritate Notarius, & nunc Notarius, & Scriba præfati Domini Vicarij, & ſuæ Curiæ de ipſius Domini Vicarij mandato, ad fidem omnium, & ſingulorum præmiſſorum mea propria manu ſubſcripſi, & ſignum meum appoſui conſuetum, vna cum ſigillo præfati D. Vicarij.

648 Sed vt verum fatear, licet primo aſpectu videatur, tunc, ſeu de 1439. in lucem huiuſmodi Confraternitates prodijſſe; non mihi tamen hæc ſi bene perpendantur, ſufficere videntur prò ſtabilienda ſub illis temporibus earum origine, ſi de Confraternitatibus Cincturatorum ſit ſermo. Primò, quia ibi nullatenus memorantur Corrigiati, & nec verbum de corrigiarum benedictione, vel diſtributione; & aliàs poſſunt huiuſmodi Societates de quibus ibi, de alijs Societatibus verificari, cum non deſint, & hiſce temporibus Societates variæ in varijs Eccleſijs, ſeu Congregationes piarum perſonarum, quæ ad quædam Spiritualia exercitia peragenda in Regularium Eccleſijs, vel in aliqua earum Cappella coadunantur, de quibus loquitur Lezan. *tom. 2. verb. Confraternitas nu. 28.*, & quas patet intendiſſe tum P. Generalem Gerardum ex facultate F. Cæſario facta, *licentiam damus, vt quaſcumque perſonas vtriuſque ſexus, quas ad ineundas, ſeruandaſque Societates, in quibus orationis, & cæteris pijs operibus exerceantur, deuotionis feruor animauerit, recipere poſſis:* tum ipſum F. Cæſarium in ſuo ſupra poſito ſupplici libello, *Et quod liceat eis Societatibus, & cuilibet earum habere locum cum Oratorio, & cum Altari, & cum alijs membris, & rebus condecentibus ad ſe dictas Societates congregandum, & celebrari faciendum, & alia agendum, quæ videbuntur congrua, vtilia & opportuna:* ex quibus nec per vmbram deducitur has ſocietates fuiſſe Corrigiatorum, ſed ſolummo-

dò

dò perſonarum ad orationem, & alia pietatis opera congregatarum.

649 Secundò, quia ibi ſermo eſt de Societatibus diuerſi ſtatus, ſcilicet arctioris, medij, & minùs arcti, vel hos diuerſos ſtatus admittentibus: In Confraternitatibus autem Cincturatorum non eſt aſſignare hos ſtatus diuerſos arctiores, medios, & minus arctos, cum omnium Cincturatorum vna ſit obligatio; nec apparet, in quo poſſit verificari hæc arctitudo, quæ certè in Cincturatis nulla eſt, vt videre eſt in tot Confraternitatibus Cincturatorum in diuerſis locis erectis, in quibus huius diuerſitatis ſtatuum nec nomen habetur. Tertiò, quia agitur hic de Confraternitatibus, quæ particularibus ligantur Conſtitutionibus, *grata, & firma habentes ipſa cum ordinationibus & Conſtitutionibus per te F. Cæſarium conſtitutis, & ordinatis*: Cincturati verò liberi ſunt à Conſtitutionibus; nec eſt aſſignare; quænam illæ ſint, cum in nouiſſima conceſſione Clementis X. de qua *dub.* 11. non ſolum, non declaretur, ipſos ad Conſtitutiones aliquas ſeruandas teneri, ſed nec ipſæ Conſtitutiones nominentur.

650 Puto ergò, cum Mantellati, & Mantellatæ, vt iam dictum eſt, in Ordine vigerent, nec de eis legatur, quod inter ipſos vlla vnio eſſet, aut certas leges haberent: ſed quiſque ſuo libito viueret, hunc F. Cęſarium de eis congregandis cogitaſſe; ſicut & meditatum fuiſſe illis particularia exercitia ſpiritualia præſcribere, vna cum Regulis ab eis obſeruandis, tum in orationibus, tum in alijs pijs operibus iuxtà dictam facultatem à P. Generali illi factam; Et ità rem perfeciſſe, hoc eſt Mantellatos, & Mantellatas in Congregationes reduxiſſe: Statuta obſeruanda illis ordinaſſe, atque adeò has Societates, quarum ipſæ fuit auctor, non fuiſſe Confraternitates Cincturatorum, ſed Societates, ſeu Confraternitates Mantellatorum, ſeu Mantellatarum, quas à Confraternitatibus Cincturatorum diſtinctas, & diuerſas *dub. ſequenti* oſtendemus.

651 Quarè autem ego ità opiner, ſi quis ſcire deſiderat reſpondeo: Et quia nullum in ſuprapoſitis facultatibus reperitur verbum, quod Corrigiatos, aut corrigias vel ſimpliciter innuat; & quia quotieſcumque in Regiſtris Ordinis memorantur facultates d. F. Cæſario à P. Generali Gerardo factæ, ſemper ad Mantellatas referuntur, & reſtringuntur. Primò enim in Regiſtris Gerardi Ariminenſis *tom.* 5. *fol.* 229. *pag.* 1. *& fol.* 234. *pag.* 1. legitur: *Baccalaureo F. Cæſario de Vrſinis Romano conceſſa fuit facultas excipiendi confeſſiones noſtrarum Mantellatarum, illaſque abſoluendi: item, quod poſſit in omnibus Terris, & locis introducere nouas ...... Et quod de eis habeat curam, ac etiam alijs committere. Romæ 13. Februarij* 1431. Item vltima Maij *P. Baccalaureo F. Cæſario eidem conceditur facultas recipiendi Mantellatas, & Sorores de Pænitentia Ordinis noſtri*; quæ explicans Torellus ſub d. *anno num.* 13. dicit. Hoc anno conſtitutus eſt (ſcilicet d. F. Cæſarius) à Generali Rector Sororum Mantellatarum, quas intrà ſuam domum collegerat deuota mulier Margarita de Tomaſi. Secundò, vt ait idem Torellus ſub *ann.* 1435. *num.* 29. data eſt eidem F. Cæſario plena facultas acceptandi, & ſeruatis ſeruandis noſtrarum Mantellatarum habitu quamcumque deuotam mulierem induendi. Tertiò, vt ſub anno 1439. *num.* 13. idem ipſe Torellus, erat d. F. Cęſarius non ſolum Prior Conuentus S. Mariæ de Populo Romæ, ſed etiam Rector Mantellatarum, de quibus ſuprà; & inſuper illi demandata cura alterius domus Mantellatarum, quam Maria de Curtijs ex Teſtamento conſtrui mandarat. Vndè, cum ex Regiſtris Ordinis pateat facultatem F. Cæſario à Gerardo factam, Mantellatas reſpexiſſe, dignoſcitur quid per Societates, de quibus ipſe Cæſarius locutus eſt in prædicto ſupplici libello, intelligendum ſit, ſcilicet ipſarum Mantellatarum perſonarum licet vtriuſque ſexus ad certa pietatis opera Congregationes: qua fortè de cauſa etiam Cõſororitates eas in eadem ſua petitione appellauit. Nec obſtat, quod eas vocauerit Confraternitates, quia hoc etiam vocabulo vſus eſt ipſe Gerardus in illis verbis. *In cuius rei teſtimonium ſigillum Confraternitatis* noſtri Ordinis præſentibus duximus appendendum; quo tamen non importatur Confraternitas Cincturatorum, ſed ipſa Religio.

652 Confirmatur primò ex eo, quod in nulla ſubſequenti Pontificia Conſtitutione vſque ad Clementem VII. vt obſeruatum eſt ſuprà, harum Societatum, ſeu Confraternitatum, ſed ſolummodò Mantellatarum mentio reperiatur: quod ſanè puto omiſſum, quia prædictæ Societates, Mantellatarum Societates tantummodò erant; & ideò in dictis Pontificijs Conſtitutionibus non actum ſpecialiter de ipſis Confraternitatibus, quia cum Mantellatis perſonis conſtarent, ſufficienter de ipſis agi videbatur, eo ipſo quod de Mantellatis ſermo haberetur.

Confirmatur ſecundò, ex Conſtitutionibus ab ipſo F. Cæſario ordinatis, quę propriè Mantellatas reſpicere, & eis quadrare videntur; cum enim in vnum redigerentur, certis legibus regi debebant: & aliàs Confraternitates Cincturatorum Conſtitutiones non habent, ſed ad ſummum ſtatuta.

653 Tertiò, ex diuerſitate ſtatuum arctioris, medij, & minùs arcti; quia cum inter Mantellatos, & Mantellatas, ſeu Tertiarios, & Tertiarias dentur alij cum votis, & præcipuè Caſtitatis; alij ſine votis; & alij etiam vxorati, vt notant Lezan. *tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 8. *& cap.* 14. *à num.* 1. *& ſeq.* Bordon. *reſol.* 75. Peyrin. *tom. in Conſtit.* 4. *Sixti IV.* §. 7. *à num.* 31. *& ſeq.* Donat. *rer. regul. tom.* 2. *part.* 2. *tract.* 16. *q.* 6. bene poteſt percipi qualis eſſet hæc diuerſitas graduũ in illis Confraternitatibus à F. Cæſario inſtitutis: quæ diuerſitas nequit conſiderari in Confraternitatibus Cincturatorum.

654 Et quando non ex ſolis perſonis Mantellatis, ſed & alijs non Mantellatis eas Societates, ſeu Confraternitates conſtare quis contende-

tenderit, quod non improbo, & in quo caſu etiam verificari poteſt diuiſio triplicis ſtatus, arctioris, medij, & minus arcti earumdem Confraternitatum, applicando arctiorem, & medium diuerſis Mantellatorum ſpeciebus, vt ſuprà, & minùs arctum non Mantellatis, adhuc reſtat has Confraternitates fuiſſe Societates perſonarum ad certas orationes, & particularia pietatis exercitia congregatarum; credere enim nequeo, quod ſi Corrigiatorum fuiſſent, non fuiſſet ſaltem vel in P. Generalis facultate, vel in petitione F. Cæſarij, vel in conceſſione Vicarij Papę expreſſa corrigiarum diſtributio, ſiue ſuſceptio, vel delatio, tamquàm dictarum Confraternitatum ratio diſtinctiua, ſeu ſpecificatiua, atque conſtitutiua. Quare, neque ex adducto diplomate ſatis meo videri probatur, quod huiuſmodi Confraternitates ſub temporibus Eugenij originem duxerint, loquendo de Confraternitatibus formalibus Cincturatorum ad diſtinctionem Mātellatorum, & Mantellatarum: ſed adhuc puto bis non obſtantibus, veriuseſſe, quod de earum origine concluſum eſt ſuprà; ni velimus facere quæſtionem de nomine, & dicere, quod tunc ſub Eugenio cæperint, quatenùs Confraternitates illæ, ſeu Congregationes Mantellatorum, & Mantellatarum, quæ ſub d. Eugenio fuerunt per F. Cæſarium inſtitutæ, temporis decurſu redactæ ſunt ad Confraternitates Cincturatorum; hoc enim modo poſſemus dicere & eas incępiſſe ſub ipſo P. Auguſtino, quatenùs ipſe Socijs ſuis corrigiæ delationem conſtituit: vnde poſteà ipſę Cincturatorum Confraternitates fluxerunt. Quod tamen dicendum non eſt, nec difficultatem euacuat.

DVBIVM VII.

An Confraternitates huiuſmodi diſtinguantur à Mantellatis.

655 HOC mihi omninò certiſſimum; & ad huius rei veritatem libet eruditiſſimi Lezanę *tom. 1. part. 2. cap. 14. num. 24.* verba referre; loquitur enim in puncto Mantellatorum, & Confraternitatum Ordinis Eremitani. *Infertur etiam* (ſic ipſe) *ex dictis, valdè, multumque differre hoc inſtitutum Tertiariorum* (quod idem eſt, ac Mantellatarum) *à Congregationibus, ſeu Confraternitatibus, de quibus cap. ſeq.; nam Tertiariorum inſtitutum eſt Ordo ſub certis Regula, & Cæremonijs ab Eccleſia approbatis: Confraternitatum, autem ſeu Congregationum inſtitutum Ordo non eſt, cum non ſit ſub certa Regula, aut Cæremonijs ab Eccleſia approbatis; licet enim ex facultate à Pontificibus emanante inſtituantur, & aliqua conditiones pro earum inſtitutione, & conſeruatione à Pontificibus etiam aſſignentur, vt cap. ſeq. dicitur, illa autem non ſunt Regula aliqua ex approbatis ab Eccleſia: Sed mera ſtatuta. Differunt etiam in profeſſione, nam Tertiarij veram profeſſionem, vel aliquorum votorum, vel ſaltem ſeruandi communia præcepta, vt dictum eſt, emittunt; non ſic Confratres. Tertiò differunt ex parte habitus; nam regulariter loquendo (vt omittamus abuſus, qui in hoc caſu ſæpius videntur) habitus Tertiariorum eſt quaſi ipſemet habitus illius Ordinis, cuius ſunt Tertiarij, accommodatus, & aptatus modo Sæculari: habitus verò Confratrum non eſt tàm habitus, quàm ſignum habitus illius Ordinis. Vnde de Tertiarijs, ac Confratribus loquuntur Pontifices, ac de hominibus diuerſorum inſtitutorum, vt patet ex Iulio II. in Bullar. Ordinis Auguſtin. pag. 214. in Bulla ſuprà nu. 10. relata, vbi de Ordine S. Auguſtini loquens, dicit in eo eſſe quatuor gradus, videlicet Fratrum, Monialium, Mantellatarum, & ſola zona præcinctorum, per Mantellatas Tertiarias intelligens, per zona præcinctos abſque dubio Confratres. Idem habet Leo X. in alia Bulla Erem. S. Auguſtini in Leone X. num. 1. Idem etiam ſupponunt communiter Auctores de Tertiarijs, ac Confratribus loquentes, tamquàm de diuerſis hominum generibus, vt patet inter alios in Io: Bapt. Confettio in ſumm. declar. priuil. Maris magni cap. 15. & 16.* Hæc Lezana.

656 Faciunt etiam pro hac veritate, quæ Iulius II. in *Conſtit. 7.* iam cit., quæ incipit, *Præ cæteris curis &c.* poſt dictam diſtinctionem quatuor graduum, ſcilicet Fratrum, Monialium, Mantellatorum, & ſola zona præcinctorum, habet. §. 3. ſcilicet: *Declarantes inſuper tres ſuperiores eiuſdem Ordinis gradus, videlicet, Fratres, Moniales, & Mantellatos, quod omnibus, & ſingulis priuilegijs, gratijs, & indultis, quæ in Mari magno, ſeu alijs conceſſionibus tam per nos, quam per alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros Ordini antedicto conceſſis continentur, & expreſſa ſunt, integrè perfrui debeant, & poſſint. Sed quarti gradus vtriuſque ſexus perſonæ, quibus zonam dari conſuetum eſt, Indulgentijs tantum gaudeant.* Ex quibus, cum diſtinguat inter hos gradus, & Corrigiatos, & hos nolit participare de indultis, gratijs, & priuilegijs, quæ participant Mantellati, ſeu Tertiarij, ſed ſolum de Indulgentijs, ſatis manifeſtè liquet diuerſitas inter Tertiarios, & Confratres Corrigiatos.

657 Colligitur inſuper tum ex originis diuerſitate, quia Mantellatorum inſtitutio ſub Bonifacio IX. de *1399.* habetur, licet Torellus ad d. annum *num. 15.* & ſub anno. *1387. n. 48.* eas in Ordine antiquiores velit: Et Confraternitates Cincturatorum, quando etiam ſub Eugenio IV. incæpiſſent, ſolùm de *1439.* inſtitutæ fuiſſent, hoc eſt per annos quadraginta poſt ipſas Mantellatas. Tum ex ijs, quæ competunt Confratribus, & non Tertiarijs, vt talibus, nam Confratres Corrigiati debent ſcribi in libro Confraternitatis; habent ſcamnum in Eccleſia cum ſuis Officialibus laicis, ius proceſſionis in quarta menſis Dominica; colligunt eleemoſinas pro Confraternitate, & alia, quæ omnia non competunt Tertiarijs, & Mantellatis, qua talibus.

DV-

DVBIVM VIII.

De harum Confraternitatum Indulgentijs.

658 CErtum eſt, Confraternitates Cincturatorum proprias Indulgentias ab Apoſtolica Sede obtinuiſſe. Paulus V. ſiquidem antiquis reuocatis, alias illis indulſit, vt patet ex Pauli V. Conſtitutionibus *Cum certas.* Dat. 2. *Octobr.* 1607. & *Splendor paternæ gloriæ.* ſub. 1. *Febr.* 1611. apud Empol. in *Bullar. Ordin. pag.* 289. *&* 292., ex quibus patet, has Indulgentias communes eſſe omnibus Confraternitatibus Cincturatorum in Eccleſijs quibuſcumque noſtri Ordinis erectis: non enim ſunt conceſſæ Archiconfraternitati Bononiæ, ſed immediatè ipſis Confraternitatibus *in Eccleſijs* nulla Archiconfraternitatis prædictæ facta mentione. Atque adeò & ſi illi non aggregentur, adhuc præfatis Indulgentijs poſſe earum Confratres validè frui, vt dictum eſt contrà Falcumbellum. *num.* 627.

659 Nec obſtat, quod in. §. 12. d. primæ Conſtitutionis dixerit Summus Pontifex: *Seruata tamen forma præſcripta in Conſtitutione fel. rec. Clementis Papæ VIII. ſuper dictarum Confraternitatum aggregationibus edita*; non enim ea verba aggregationis neceſſitatem inferunt; cum namque adducta Clementis VIII. Conſtitutio *Quæcumque*, præſcribat modum ſeruandum, tum in inſtitutionibus Confraternitatum, tum in aggregationibus earum, verba illa Pauli V. faciunt ſenſum, quod in erectionibus Confraternitatum ſeruetur modus pro Confraternitatum erectione à Clemente præſcriptus: non verò quod propterea aggregentur. Et ſuadeo primò, quia ſi Paulus V. intendiſſet, quod aggregarentur, vtique explicaſſet, & Indulgentias ipſe non conceſſiſſet, vt diximus, eiſdem Confraternitatibus immediatè, ſed Archiconfraternitati, quam tamen nec nominat. Secundò, quia eadem Conſtitutio *Quæcumque*, ſeruari debet, & in inſtitutionibus Confraternitatũ, Scapularis, & Roſarij; nec proindè dicendum eas debere aggregari, cum Archiconfraternitatem non habeant; & ſic repeto in erectionibus Confraternitatum Corrigiatorum poſſe illis communicari Indulgentias à Paulo V. conceſſas, cum id reuocatum non fuerit; nec debere neceſſariò Archiconfraternitati aggregari, niſi in caſu, quo Archiconfraternitatis Indulgentias participare prętendant, vt videre eſt in fine Breuis Gregorij XIII. incipien. *Curandum eſt.* Sub idibus Auguſti 1576. apud Torell. in *Sæcul. Auguſtin. tom.* 8. *ad eumdem ann.* 1576. *num.* 26., vbi per verbum *voluerit*, libera relinquitur Confraternitatibus aggregatio. ibi. *Nos ipſi, vt quaslibet alias Confraternitates, quæ deuotionis cauſa eidem vniri, & incorporari voluerint, ſibi vnire, & incorporare &c.*

DVBIVM IX.

De Archiconfraternitatis Cincturatorum origine.

660 HAnc eam eſſe reperio, prout indagare potui, cum nihil ex profeſſo hac de re ſcriptum inuenerim. A temporibus ſcilicet Innocentij VIII. vt dictum eſt ſupra *dub.* 5. in Ordine Eremitarũ corrigias diſtribui cæptum, & ſignanter in Eccleſia S. Iacobi Bononię hunc morem inualuiſſe; atque ibi Confraternitatem Cincturatorum materialiter tamen ſumptam extitiſſe, ſeu potius eorumdem Societatem, hoc eſt plurium ex ipſis ratione cincturæ inter ſe vniformium Congregationem, quę poſteà ſubſequentèr in Confraternitatem formalem ſaltem à temporibus Clementis VII., vt ibidem pariter dictum eſt, profecit. In eadem deindè Eccleſia S. Iacobi alteram ſub inuocatione S. Mariæ de Conſolatione erectam inuenio Confraternitatem, de cuius origine ſatis variaſſe ſcriptores obſeruo. Cherubinus enim Ghirardacius *tom.* 1. *lib.* 18. *pag.* 601. eam à 1318. circiter orditur. Idem pręſtat Maximus in Bononia illuſtrata, vbi poſtea ſubdit de 1494. à P. Martino Vercellenſi inſtitutam Cincturatorum Confraternitatem, dum ibi Quadrageſimales conciones haberet. Aſt hæc eorum aſſertio quoad temporis circumſtantiã non videtur ſubſiſtens; Auctor ſiquidem huius Societatis S. Mariæ de Conſolatione perhibetur præfatus Martinus à Vercellis; de eo enim ſic Celſus Falconius *lib.* 5. *monumen. Eccleſ. Bonon. pag.* 520. poſt medium: *Sub his temporibus* ſcilicet ab anno 1487. vſque ad 1502. *Martinus à Vercellis Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, in eorum Eccleſia S. Iacobi inchoauit nouo erga Virginem cultu Societatem ſub inuocatione S. Mariæ de Conſolatione*: quod actum ait, præter Maximum mox adductum Torellus in *Centurijs Centur.* 4. *cap.* 38. *pag.* 419. dum idem Martinus ibi concionaretur, ſic de eo ſcribens: *Pro certo habetur, quod, dum Bononiæ concionaretur, inſtituerit ipſe primò Societatem Beatæ Virginis Mariæ de Conſolatione Cincturatorum nuncupatam.* Ipſe autem eſt ibi de 1495. concionatus, teſtibus ex Carolo Sigonio *lib.* 4. *de Epiſcopis Bononien. pag.* 208. Thoma Herrera in *Alphabet. tom.* 2. *litt. M. pag.* 57. & eodem Torello in *Sæcul. Auguſtin. ad ann.* 1495. *num.* 24.; & deducitur, vt refert Simplicianus de Turrinis in *præfato libro Indulgen. & Gratiar. Confratribus Cinctur. conceſſ. ſub initio*, ex Albo in membrana originis dictæ Confraternitatis, vbi habetur, quod dum pro curſu Quadrageſimali concionaretur anno 1495. Admodum R. P. Martinus Vercellen. modò Beati titulo inſignitus, pingi fecerit propè ianuam maiorem dictæ Eccleſię S. Iacobi iconem B. Virginis, & ſuis adhortationibus ad eius cultum Populum inflammans, quamplures huiuſmodi Societati adſcripſerit; & ijs multiplicatis, pro Confraternitatis gubernio

Offi-

Officiales diſpoſuerit: quo ſtante, non habet locum Ghirardacij, & Maximi dictum, quod de 1318. duxerit originem.

661 Quid autem certi dicendum ſit, vſque modo non apparet, & puto, haud facile originem vtriuſque definire, ex eo quod, cum poſteà ſimul vnitæ fuerint, & illi de Conſolatione addita Cincturatorum denominatio, Auctores, qui ſubindè de illis ſcripſerunt, promiſcuè vnius eum altera originem confundant, vt patet in Maximo, qui, vt vidimus, Auctorem Confraternitatis Cincturatorū poſuit B. Martinum, qui tamen non huius, ſed alterius, nempè B.V. de Conſolatione auctor fuit, & ex eo, quia vbi ex adducta à Simpliciano de Turrinis notitia habetur, quod in Confraternitate S. Marię de Conſolatione multi fuerint adſcripti, Gregorius XIII. in Breui mox proferendo, hoc de Cincturatorum Confraternitate videtur intelligere, dum de eiſdem Confraternitatibus adhuc inter ſe diſtinctis loquens, illi Cincturatorum Confratrum adſcriptionē aſſignat, nullo addito verbo de adſcriptione in Confraternitate S. Mariæ de Conſolatione.

662 Quarè, abſque veritatis præiudicio, quoad earum originem ſuppoſitis hiſce duabus in eadem Eccleſia S. Iacobi Confraternitatibus, dico in vnam vtramque àtunc temporis Generali, ſeu Thadæo Peruſino de 1570. primò redactam, ſeu vt melius loquar, B. Mariæ de Conſolatione Confraternitatem illi Cincturatorum primò vnitam; & in vexillo, quod in Proceſſione, quam quarta cuiuslibet menſis Dominica facere ſolebat Confraternitas B. Mariæ Virginis de Conſolatione, additas in ſignū vnionis cum illa Cincturatorum SS. P. Auguſtini, & Monicæ imagines. Deindè huiuſmodi vnionem à Gregorio XIII. die 15. *Iunij*. 1575. confirmatam, vt ex eiuſd. Gregorij Conſtit. *Ad ea ex paternæ*, apud Torell. *loc. ſupr. ad ann.* 1575. *n.* 52. ac ſubſequenti anno 1576. datam ab eodem Pontifice Cuſtodi facultate alias Confraternitates illi aggregandi, vt ex Conſtit. *Curandum eſt*, de qua *num.* 659. (licet poſtea de 1579. ea reuocata, P. Generali reſeruata fuerit per litteras eiuſd, Gregorij, *Volentes &c*, apud Empol. *pag.* 134.) ità tandem hanc Confraternitatem in Cincturatorum Archiconfraternitatem erectam, ac ſublimatam, & quibuſdam capitulis anno ſubſequenti 1577. a P. Generali Thadæo Peruſino, vt refert Simplicianus de Turrinis *loc. ſupr. pag.* 478. confirmatis, perfectionem acquiſiuiſſe, & complementum.

DVBIVM X.

An hæc Archiconfraternitas conſtituat Corpus à Religione diuerſum.

663 EXtrà dubium eſt, Corrigiatos eſſe vnū ex quatuor Ordinis Eremitarum gradibus, ex Conſtitutionibus Iulij II., & Leonis X. vt dictum eſt num. 615., *&* 656., & tenent Roderic. *qq. Canonic., & Regul, tom.* 1. *q.* 55. *art.* 16., & Miranda *tom.* 2. *q.* 46. *art.* 3. *prope fin.* ſeu eo modò eos eſſe Ordinis Auguſtiniani membra, quo fratres, Moniales, & Mantellatæ. Vndè Religioſi quarti gradus Ordinis Eremitarum vocantur à Ioan. Gonzalez d. *lib. de Confraternit. pag.* 24. 31., *&* 36., & à Caſſaruh. in *compend. priuil. verb. communic. priuil. num.* 28.

664 Certum eſt etiam Corrigiatos, dum corrigiam recipiunt, Ordini Auguſtiniano incorporari, eiuſdemque bonorum omnium Spiritualium particeps fieri; modus enim Confratres acceptandi, vt habent Antonius Feſtus *lib. ſupr. pag.* 113. Gregorius Cornetus *ibid. pag.* 134. Hieronymus Nolanus in *lib. priuileg. Cinctur.* impreſs. Neapolis per Horatium Saluianum, anno 1586., & Seraph. Schimberna à Sigillo in *Compend. Origin., & Indulgent. Cincturat.* impreſs. Tuderti per Auguſtinum Fauſtinum, ann. 1654. *cap.* 6., talis eſt; quod nempè Prior, vel Cuſtos dicat *Ego N. Prior, vel Cuſtos huius Sacroſantæ noſtræ Auguſtinenſis Societatis auctoritate Reuerendiſs. P. Generalis, qua fungor, indultoque Apoſtolico mihi conceſſo, vos omnes, vel te vnum recipio, atque vnio in hac noſtra deuota Societate, & participes, vel participem bonorum omnium, quæ paſſim per vniuerſum Ordinem noſtrum à Fratribus fiunt, vel omnes, vel te declaro, atque conſtituo.* Et hoc virtute communicationis eorumdem bonorum factæ Corrigiatis præſentibus, atque futuris à P. Generali Thadæo Peruſino per litteras ſub 22. *Maij*. 1575. vt habet idem Seraph. à Sigillo *ibid. part.* 3. *pag.* 199., vbi etiam poſt mortem, eorum Suffragiorum, quæ prò defunctis fratribus fieri mandant Conſtitutiones, eos tamquàm Religionis membra participes fecit; & propterea titulo Confratrum vocantur, non per vnionem inter ipſos Corrigiatos, ſed per Confraternitatem cum Religioſis Auguſtinianis, propter eamdem eorumdem cū Ordine incorporationem, vt inſinuant Ioan. Anton. Feſtus *ibid. parr.* 3. *cap.* 1. *pag.* 109. & Cornetus *ibid. part.* 3. *cap.* 1. *pag.* 128. dum loquentes de modo recipiendi viros, atque mulieres in Societatem Sac. Corrigiæ B. Mariæ Conſolationis, ac S. P. Auguſtini, & S. Matris Monicæ, *Conſocietatem noſtram* eam appellant; quo indicatur non ad eorumdem Corrigiatorum, ſed ad Religioſorum Societatem eos admitti. Qua etiam de cauſa idem Thadæus Peruſinus in ſupradictis litteris, omnes Corrigiatos eiuſdem corporis Auguſtiniani membra vocauit per hæc verba *Eſſendo noi tutti d'vn corpo miſtico membra*. Si ergo Corrigiati vnus ex Ordinis gradibus, ſeu Religioſi quarti gradus Ordinis Eremitarum, ipſique Religioni incorporati, eiuſque Confratres & membra, quomodò corpus à Religione diuerſum poſſunt conſtituere? Certè ſine Ordinis præiudicio nequit hoc dici.

Scio quoſdam opinatos, Archiconfraternitatem hanc fuiſſe, & eſſe ex ſui natura adeò laicalem, vt trahi non poſſit ad Regularitatem, ſeù dominium Regularium, tum quia in

ea vtriuſque ſexus ſæculares deſcribantur; tum quia ad Officiales ſæculares, non verò Religioſos pertineat tam Cuſtodis electio, quam bonorum adminiſtratio; ac etiam, quia neque ipſi Patres Eremitani indulgentijs eiuſdem fruantur, niſi in ipſa deſcripti fuerint; adeoque conſtituere corpus à Religione diuerſum. Sed meo videri ſine ſufficienti fundamento.

665 Quo enim ad primum de perſonis ſæcularibus, quibus ipſa conſtituitur, videtur peti principium; hoc enim eſt, quod inquiritur, an per hoc quod laici in ea deſcribantur, laicalis ſit nec ne; de qua re videndus Frances. de Cathedral. *cap.25. à n.28.*, & aliàs certum eſt, quod Confraternitates etiam ſi ex laicis perſonis conſtituantur, dummodò ad opera pia, & Epiſcopi auctoritate erectæ, atquæ Eccleſiam habeant, Eccleſiaſticæ ſunt, & Religioſæ, vt ſupponere videtur Perez de Lara *de Capellan. lib.2. cap.5. n.15.*, & affirmant Barboſ. *de iur. Eccl. vniu. lib.2. cap.11. nu.81.*, Riccius. *p.1. prax. dec.48. in prima edit., & in 3.p. reſol.142.*, Lezan. *tom.1. part.2. cap.15. n.4.*, Frances. *ibid. nu.77.* ità quod ſi ipſa Confraternitatum corpora conueniantur, ad Eccleſiæ forum cognitio pertineat, per text. in *cap. de Xenodochijs.* & *cap. Ad hæc. tit. de religioſis domib.*, & tenet Nicol. Garz. *de beneſic. part.5. cap.1. n.605.* nec eorum bona ſine ſolemnitatibus alienari poſſint, vt poſt Lambert. Guttier. Canon. *lib.1. cap.35. n.23.* Lezan. *d. n.4.* Quod abſque difficultate verum dicit Barboſ. *ibid. nu.82.* quando Confraternitates alicui Eccleſiæ, Capellæ, ſeu Altari vnitæ, ſeu affixæ ſunt, & vſu frequentiſſimo receptum videmus; & ratio eſt, quia huiuſmodi Confratriæ Eccleſiaſticæ ſunt propter accedentem Epiſcopi auctoritatem, ac ſubinde de foro Eccleſiæ fiunt res, quæ in earum dominio incorporantur, iuxta regulam textus *in c. vlt. de rebus Eccles.* Carol. de Graſſ. *de effectibus Cleric. effect.1. n.121.* Lother. *de re beneſic. lib.2. cap.10. n.52.* Marc. Anton. *variar. reſol. lib.1. reſol.66. nu.2.* Ricciul. *Eccleſiaſt. lucubrat. lib.4. cap.12. n.22.* etiamſi Confratres ipſi de foro Eccleſiæ non ſint, & coram Iudice laico in ciuilibus, & criminalibus, vbi cauſæ ſpirituales non ſint, debeant conueniri, vt cum multis, Barboſ. *ibi num.83.* & Iul. Caponus *diſcept. forens.276. nu.19.* Ex eo ergò, quod laici ſint, qui in Confraternitate Cincturatorum deſcribuntur, non ſequitur laicalem eſſe ipſam Confraternitatem.

666 Sed quod in præſenti conſiderandum, & per quod dicta laicalitas à Confraternitatibus Cincturatorum poſitiuè excluditur, eſt, quod huiuſmodi Confraternitates fundatæ ſunt ab ipſis PP. Eremitanis, non verò à laicis perſonis: ſicut & ipſa S. Mariæ de Conſolatione, cuius Auctor fuit B. Martinus à Vercellis Auguſtinianus: quin & ipſarum vnio, vnde Archiconfraternitas incæpit, facta fuit à P. Generali Ordinis, vt *dub. præced.* dictum eſt; & ipſi Confratres induuntur corrigia, quæ eſt propria, immò pars principalis habitus Auguſtiniani, vt *dub.1.* vidimus; adeoque inter cæteras in admiſſione Confratrum hæ (teſtibus Hieronymo Nolano *ibi pag.188.* de Turrinis *pag.102.* & Seraphino à Sigillo *pag.63.*) preces perſoluantur. *Adeſto Domine ſupplicationibus noſtris, vt hunc famulum tuum, cui in tuo Sanctiſſimo nomine Corrigiam noſtræ Sacræ Religionis imponimus, te largiente, ſemper deuotè in Religione perſiſtat &c. Deus miſericors, Deus Clemens. &c. & hunc famulum tuum, cui in tuo Sancto nomine Corrigiam noſtræ Sacræ Religionis imponimus &c.* Per quam corrigiam, vt vero Religionis ſigno, diſtinguuntur; proindèque ipſæ Confraternitates, ac etiam Archiconfraternitas non laicales, ſed Eccleſiaſticæ, & Regulares ſunt, vt ex hoc Religionis ſigno Nicolius in *Floſculis verb. Confraternitas n.3.*, & ex fundatione per Regulares perſonas firmant Lambert. de *Iurepatron. lib.1. part.1. q.1. princip. art.10. à n.1. vſque ad 4.* Barboſ. *ibid. n.86.*, & in *cap. cum & plantare nu.42. de priuileg.* Rot. *decis.8. de Iurepatron. in antiquis. & decis.1445. nu.17. coràm Coccino.* & *decis.130. n.15., & 16. coràm Duran.*

667 Et corroboratur ex eo, quod hæc Archiconfraternitas regatur, & hoc à ſui origine per Cuſtodem, Religioſum ſcilicet Auguſtinianum, qui Religionem repreſentat; hoc enim ſatis indicat, eam Regularem eſſe eo modo, quo beneficia, de quibus in fundatione dictum fuit, vt per Religioſos regerentur, Regularia eſſe tradunt Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. p.3. allegat.57. n.168.* cum alijs ibi; ſicuti illa, quæ per quadraginta annos conſueta ſunt regi per viros Regulares; Idem *ibid.* Sanchez in *præcept. Decalog. lib.7. cap.29. nu.14.* Rebuff. in *prax. beneſic. in proœm. tit. Quotuplex ſit beneficium n.5. & 6. Regularia beneficia.* Layman. *Theolog. moral. lib.4. tract.2. cap.4. n.3. §. Porrò.*

668 Quod ſi bona dictæ Archiconfraternitatis per eiuſdem Officiales, qui laici ſunt adminiſtrantur, quid inde? & Monialium bona quandoque per laicos adminiſtrantur: ſed nõ propterea earum Conuentus laicales quis dixerit; ſicuti & bona Hoſpitalium per laicorum Congregationes pariter adminiſtrantur, quæ tamen, ſi Epiſcopi auctoritate fundata, Eccleſiaſtica ſunt, & Religioſa, & cum pluribus Barboſ. d. *cap.11. nu.14.* Falsè tamen ſupponitur, dictorum bonorum adminiſtrationem, ſiuè de temporalibus, ſiue ſpiritualibus ſit ſermo, penes laicos Officiales, & non Religioſos reſeruari; ad cuius euidentiam clara eſt hæc Gregorij XIII. diſpoſitio in Conſtit. *Curandum. præcedenti dub.* laudata: *Omnia redditus, & legata, ac eleemoſinas, quæ eidem Seminario relicta ſunt, & in poſterum relinquentur, prouidè adminiſtrari expediat &c. Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, & ordinamus, vt ex nunc de cætero omnia, & ſingula redditus, legata, oblationes, eleemoſinæ, quæ in poſterum prædicto Seminario relinquentur, in aliqua Arca quatuor clauibus clauſa, quarum vnam Prior domus prædictæ, aliam Præfectus dd. Nouitiorum, aliam Cuſtos, reliquam verò Depoſitarius Confraternitatis penès ſe retinere &c. aſſeruentur, &*

cuſtodiantur: huiuſmodi verò redditus, legata, oblationes, & alia prædicta in vſus, & vtilitatem, & constructionem d. Seminarij, ac pro comparandis eiuſd. Altaris ornamentis dumtaxat expendi poſſint. Inſuper tractandis d. Seminarij negotijs ſex Conſiliarij, ac Notarius d. Archiconfraternitatis vna cum Priore, Præfecto, Cuſtode, et Depoſitario interueniāt.

Et quoad ſpiritualia, en aliud *ibidem* eiuſdem Gregorij ſtatutum: *Idemque Cuſtos, & nullus aliut claues Oratorij d. Archiconfraternitatis, quod in eadem Domo ſitum exiſtit, penes ſe, ſicut hactenùs factum eſt, retineat.* Et iterùm: *Ipſarum verò Reliquiarum cuſtodiam, & curam laicum nullum habere poſſe volumus: ſed ſolus Cuſtos prædictus eas vnacum alijs d. Altari neceſſarijs rebus, & ornamentis ad Miſſas, aliaque Officia Diuina celebranda præparatis, ac ipſius Cuſtodis opera, & induſtria confectis cuſtodire, vt decenti, & honorifico in loco reponantur, curare debeat.*

Si ergò ex quatuor clauibus, quibus omnia, & ſingula redditus, legata &c. cuſtodienda ſunt, tres tribus Religioſis d. Conuentus S. Iacobi aſſignantur, vna tantum penès Confraternitatis Depoſitarium remanente, & in tractandis d. Seminarij negotijs, ſeù in dictis redditibus, legatis &c. ad eiuſdem Seminarij, & Altaris Confraternitatis vtilitatem expendendis, præter Officiales, concurrere debent Prior, Præfectus Nouitiorum, & Cuſtos, quomodo temporalium bonorum ſolis laicis perſonis, & non Religioſis demandata adminiſtratio? Si Oratorij Confraternitatis claues, ſicut & Reliquiarum, ac ſupellectilium cura, exeluſis laicis, ſoli Cuſtodi, qui Religioſus eſt, præfiguntur, quomodò in ſpiritualibus bonis non ſe ingerunt Religioſi, ſed laici?

669 Minus item ſubſiſtit, quod ad Officiales laicos Cuſtodis electio ſpectet, cum potiùs è contra Officiales ipſi à Cuſtode eligi debeant. Hæc ſiquidem apud Simplicianum de Turrinis d. Archiconfraternitatis Cuſtodem in *ſupracit. lib. pag.* 460. leguntur, licet vulgari ſermone: *De numero Officialium caput 3. Vt hæc S. Societas de bono in melius proficiat, ordinatur, quod Cuſtos tertio quoque menſe, quarta Dominica vltimi menſis eligat iuxtà ſuam conſcientiam vnum ex Societate, qui Prioris, & quatuor, qui Coadiutorum munere fungantur, qui ſint timentes Deum, & honoris, ac vtilitatis Societatis zelo præditi. Qui ſic electi vnum, aut duos ex Confratribus deputare teneantur pro quæſtuatione intrà, & extrà Bononiam facienda, qui eleemoſinas, quas habere potuerint, fideliter Sindico pro tempore exiſtenti coram Patribus Cuſtode, & Nouitiorum Magiſtro conſignare debeant, quæque eleemoſinæ in eorum libris deſcribantur, vt appareat eas expendi ad honorem Dei, atque glorioſæ Virginis de Conſolatione. Quarè Pater Cuſtos Sindicum eliget, qui pariter Deum timeat, & in hoc munere per annum perdurare poterit.* Cui aſſertioni, cum ſit perſonæ omni exceptione maioris, vtpotè d. Archiconfraternitatis Cuſtodis, nequit opponi; & ſic non ad eiuſdem Archiconfraternitatis Officiales Cuſtodis electionem ſpectare conſpicuum.

Et adhuc elariùs, & in terminis de ſe ipſo fatetur idem Simplicianus in *epiſt. ad lectores*, quam libro ſupracit. præmittit, ſe à ſuo ſuperiore Generali electum in Cuſtodem, nulla Officialium facta mentione; quod corroboratur ex littera patentali ſuæ electionis, quam *ibid. pag.* 3. regiſtrat; & ex alia eiuſd. P. Generalis epiſtola, ex qua ipſe Simplicianus *ibid. pag.* 5. hæc refert. *Primò P. Generalis conſtituit ſupradictum. P. F. Simplicianum Cuſtodem perpetuum ſupradictæ Societatis; ità quod à nullo P. ipſo Reuerendiſsimo inferiore poſsit dicto officio priuari &c.* Corruunt ergo fundamenta pro Confraternitatum huiuſmodi, ac etiam Archiconfraternitatis laicalitate probanda ex Secularium perſonarum deſcriptione, bonorum per laicos adminiſtratione, ac per eoſdem Cuſtodis electione deſumpta; & conſequenter, quod ſit corpus diuerſum ab Ordine.

670 Illud, quod pro eius indulgentijs lucrandis debeant in ea deſcribi, & Patres ipſi Eremitani, examinabitur infra. Pro nunc tranſeat; Non indè tamen euincitur, Archiconfraternitatem eſſe corpus à Religione diuerſum; per hoc enim, quod Summus Pontifex reuocauerit Regularium Indulgentias, non fit, quod Archiconfraternitas Cincturatorum ſuas Indulgentias ab eodem Ordine non receperit, & quod ipſi Corrigiati non ſint quartus gradus Ordinis Eremitani; quod ſufficit ad hoc, vt vnum corpus cum Ordine dicantur.

DVBIVM XI.

De Indulgentijs Archiconfraternitatis Cincturatorum.

671 QVot, & quales ſint videre eas eſt in nouiſſima Clementis X. Conſtitutione *Ex iniuncto nobis.* ſub die. 27. *Martij* 1675. in qua omnes deſeribuntur, & enumerantur; nec vacat eas hic tranſeribere. Dubitandi tamen de earum quarumdam validitate, viam aperit illa elauſula, quæ vt plurimùm additur: *Confratribus verè pænitentibus, & confeſſis, qui Eccleſias Ordinis, & Capellam, vel Altare Confraternitatis* tali tempore *viſitauerint.* Et ratio eſt, quia cum adducantur Bullæ Pontificum, à quibus tales Indulgentiæ conceſſæ fuerunt, nec in eis prædicta clauſula reperiatur, videtur in ſuprà poſito Summario obreptitiè poſita. Exemplum ſit in §. 9. vbi ſic habetur: *In Feſtiuitate Sancti Spiritus, & vſque ad octauam ipſius, eiſdem vt ſuprà Confratribus verè pænitentibus, & confeſsis, qui Ordinis Eccleſiam, & Capellam, vel Altare Confraternitatis annis ſingulis venerabiliter viſitauerint, vnus annus, & quadraginta dies de iniuncta pænitentia miſericorditer relaxantur: Alexander IV. Sanctorum meritis. 3. Id. Februar. Pontific. Ann.* 3. & tamen in Bullæ Originali nec Confratres nominantur, nec onus viſitandi Capellam, vel Altare Confraternitatis ibi præſcribitur; hic enim tenor Bullæ apud Torellum ad *ann.* 1257. *num.* 13.

Ale-

Alexander Epiſcopus Seruus Seruorum Dei.

DIlectis filijs, Priori, & Fratribus Eremitarum Eccleſiæ S. Spiritus de Florentia Ord. S. Auguſtini, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Sanctorum meritis inclita gaudia Fideles Chriſti aſſequi minimè dubitamus, qui eorum patrocinia, per condigna deuotionis obſequia, promerentur, illumque venerantur in ipſis, quorum gloria ipſe eſt, & retributio meritorum. Nos igitur ad conſequenda prædicta gaudia, cauſam dare Fidelibus Populis cupientes, omnibus purè pænitentibus, & confeſſis, qui Eccleſiam veſtram in Sancti Spiritus, & Beati Matthæi Apoſtoli Feſtiuitatibus, & vſque ad Octauas ipſarum annis ſingulis, venerabiliter viſitauerint, de Omnipotentis Dei Miſericordia, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli authoritate confiſi, vnum annum, & quadraginta dies de iniunctis ſibi pænitentia miſericorditer relaxamus. Dat. Laterani. 3. Idus February Pontificatus noſtri. Anno. 3.

Et ſic de alijs. Quæ difficultas ceſſaret, ſi in Summario appoſitæ fuiſſent ſolùm Indulgentiæ pro Confratribus viſitantibus Eccleſiam, & Altare, non allegato Pontifice, qui tales Indulgentias conceſſit, poſſet enim tunc concipi, quod nunc primò conceſſæ fuerint à Clemente X. cum tali onere viſitandi Eccleſias, & Confraternitatis Capellam: at, dum allegatur Pontifex, qui Indulgentiam conceſſit. v.g. Alexander IV. Innocentius IV. &c. & hi in talium Indulgentiarum conceſſione nullatenus Confratres nominauerint, nec onus viſitandi dictam Capellam appoſuerint; non videntur dictarum Indulgentiarum conceſſiones fideliter in Summario adductæ; adeòque talium clauſularum additio obreptitiè appoſita.

672 Verùm facilè diluitur obiectum; cum enim admiſerit Sac. Congregatio ſuper Indulgentijs Corrigiatos frui ex indulto Gregorij XIII. ac XIV. Indulgentijs Ordinis Eremitarum, vt habetur in d. Clemen. X. Conſtitutione, *Ex iniuncto nobis*. §.4. & hic Ordo ex Iulij II. & Leonis X. declaratione habuerit omnes Indulgentias conceſſas quibuſcumque locis, & domibus eiuſdem Ordinis, vt conſtat ex §.5. adductæ ſunt in Summario Indulgentiæ à diuerſis Summis Pontificibus Eccleſias Ordinis viſitantibus conceſſæ, vt conſtaret, quænam illæ eſſent, quas Gregorius ad Confratres extenderat, vt §.3. expreſsè dicitur. Nominati ſunt propterea hic Confratres, qui viſitauerint Eccleſias, & Capellam Confraternitatis, non ad indicandum, quod Confratribus ipſis cum tali onere eas Summi Pontifices expreſsè primò conceſſerint: Sed ad indicandum, has eſſe Indulgentias, quas Gregorius ad Confratres extenderat, & quibus illi ratione Gregorianæ conceſſiones fruuntur, Eccleſias, & Capellam Confraternitatis viſitando; vnde ceſſat omnis ſuſpicio obreptionis ratione clauſulæ illius *Confratribus &c.* in prædicto Sũmario appoſitę.

673 Altera difficultas eſt; an neceſſe ſit, quod Confratres ad effectum has Indulgentias conſequendi viſitent Eccleſias Ordinis, & Capellam, ſeu Altare Confraternitatis, vel ſufficiat ſi viſitent aliquam Ordinis Eccleſiam? Et dico, hoc ſecundum ſufficere; dictio enim *Et* quandoque ponitur disiunctiuè pro *vel* per plures apud Barboſ. *in Collectan. ad cap. ex parte de reſcript.* & in *tract. de dictionibus vſufrequ. diction.* 110. *num.* 28. *&* 37. Tuſch. *verb. Dictio concluſ.* 254. *num.* 3. Roderic. *tom.* 3. *q.* 17. *art.* 19. Peyrin. *tom.* 2. *in Conſtit. Pauli III. num.* 4. Lezan. *tom.* 2. *verb. Dictio. nu.* 19. *& tom.* 4. *in Mar. magn. Carmelit. num.* 278. & facit ſenſum, *Qui viſitauerint Eccleſiam, vel Capellam, ſeu Altare Confraternitatis*, Quod ſuadeo ex eo, quod cum multis in locis ſint Confraternitates Cincturatorũ, & non Eccleſię Ordinis, non eſt veriſimile, quod Confratres in dictis Confraternitatibus deſcripti priuari debeant conſecutione Indulgentiarum, ex eo, quod ibi non adſint Eccleſiæ Ordinis, nec ad eas poſſint accedere; & ſic vbi Corrigiati non poſſunt eas lucrari, Ordinis Eccleſias viſitando; appoſita fuit clauſula, *& Capellam, ſeu Altare Confraternitatis* ad eorumdem Confratrum fauorem, quatenùs vbi non adſit Ordinis Eccleſia, & ad illam quis nequeat accedere, lucretur Indulgentias, dictum Altare viſitando.

674 Suadeo etiam ex eo, quod ibi dicatur, *Qui viſitauerint Eccleſias*, & non Eccleſiam; quo indicatur; Confratres vbicumque ſint, poſſe hanc, vel illam Ordinis Eccleſiam viſitando Indulgentias conſequi; cum non ſit, qui dicat ad dictarum conſecutionem Indulgentiarum requiri, quod plures Eccleſiæ Ordinis viſitentur; & ſic neque requiritur, quod ea viſitetur Eccleſia, in qua ſita eſt Confraternitatis Capella: Secùs non dictum fuiſſet, *Qui viſitauerint Eccleſias Ordinis*, cum non in omnibus ſit dicta Confraternitas: ſed dici debuiſſet, *Qui viſitauerit Eccleſiam Ordinis, in qua ſit Confraternitatis Altare*; quo caſu parùm iuuaſſet Confratres huiuſmodi Conſtitutio, cum multi ex illis non poſſint ad Ordinis Eccleſiam, in qua eſt Confraternitas, accedere; & aliàs, cum ſit fauorabilis hæc Conſtitutio Corrigiatis, latè interpretanda eſt, hoc ſcilicet pacto, quod Indulgentias lucrentur aliquam Ordinis Eccleſiam viſitando, & in earum defectu, Confraternitatis Capellam etiam extra Ordinis Eccleſias erectam.

675 Quæri tandem poteſt, an Confratres Corrigiati omittentes preces, & opera pia, quę in adducta Conſtitutione Clementis X. deſcribuntur peccent? & reſpondetur, quod non, ex Nauarro *tom.* 4. *Miſcell.* 8. *de Pſalter. & Roſar.* ſed ſolummodò, quod non lucrantur Indulgentias, neque, participant de bonis Spiritualibus, quæ fiunt a Confratribus in toto Orbe, propter quorum conſecutionem illæ preces, vel opera pia ſunt præſcripta; cum præſcripta ſint non pręceptiuè, ſed conſultiuè, ſcilicet pro volentibus eas lucrari. Donat. *tom.* 3. *tract.* 8. *quæſt.* 14.

676 An autem pro conſequendis Indulgentijs

tijs teneantur deferre corrigiam, non adeò certum. Auctor Supplem. *pag. 61. conceſſ.* 181. dicit Leonem X. conceſſiſſe, *Quod viri, & fœminæ deferentes zonam Fratrum D. Auguſtini datam ab aliquo Prælato eiuſdem Ordinis ad hunc finem, lucrari poſſunt Indulgentias prædictis Fratribus conceſſas*. Roderic. verò *tom. 1. q. 58. art. 2.* dicit, ſe non inueniſſe aliquid in Bullis Leonis X., ex quo colligere potuerit teneri Corrigiatos ad cincturæ delationem pro conſequendis Indulgentijs. Ego tamen puto, quod ſic; licet enim expreſsè non id habeatur in dictis Bullis Iulij II. & Leonis X. de quibus *dub. 2.*, deducitur tamen, quia facultas pro Corrigiatis conſequendi Indulgentias Ordinis, de qua dd. Summi Pontifices in his verbis, *modò à Generali, vel Priore, vel Rectore alicuius loci Ordinis authoritate gratia aſſequendæ facultatem obtinuerint*, intelligi aliter nequit, niſi per cincturæ conceſſionem, nempè, quod vtriuſque Sexus perſonæ, dummodò à Prælato Ordinis cincturam obtinerent, habiles fierent ad Indulgentias conſequendas, vt ſupponit idem Roderic. *q. 57. art. 4.* cum eodem Supplem. Auctore; & conſuetudo ſatis euincit; & dum illis corrigiæ concedi debent, ſanè conceduntur, vt Corrigiati eas deferant; ſi enim eorum delatio non requireretur, nec neceſſe eſſet corrigias illis relinquere. Inſuper conſtituunt, vt diximus, quartum Religionis Eremitanæ gradum, quo ſupponitur & eos cum corrigijs incedere debere, quæ ſunt principalis forma habitus Auguſtiniani. Et tertiò potiſſimè, quia, quando primò Corrigiati ſimpliciter ſunt inſtituti, vt Indulgentias Ordinis lucrarentur, corrigiam deferre debebant, ex viuæ vocis oraculo Innocentij VIII. vt vidimus *d. dub. 2.* quę obligatio, cum nullibi reuocata appareat, adhuc viget, licet de ea in hac Clementis X. Conſtitutione vllum verbũ habeatur, quia hic agitur ſolummodò de aſſignandis Corrigiatorum Indulgentijs, remanentibus in ſuo vigore quoad cætera Corrigiatorum oneribus. Et tandem ex ſimili de Confratribus Chordæ S. Franciſci, quam pariter pro lucrandis Indulgentijs deferre tenentur Chordigeri. Roderic. *d. q. 58. art. 1. & 2.* Bordon. *reſol. 72. num. 13.*, cum hoc tamen, quod amiſſa, vel conſumpta prima corrigia a Prælato Ordinis benedicta, non eſt neceſſe, quod altera de manu Prælati iterum benedicatur, & cingatur; ſed ipſe Confrater poteſt alteram ſibi ſubſtituere, quia vſus ità ſe habet, vt patet in Religioſis ipſis, quorum ſolus primus habitus, & corrigia benedicuntur, vt in ſimili de Chorda S. Franciſci probat, & tenet Bordon. *d. num. 13. §. Quartò*. Non ſic autem, ſi à longo tempore ſine tali cinctura ex iniuria incedere conſueuerit, nec opera pro lucrandis Indulgentijs perſoluerit; tunc enim tenetur iterum ab habente auctoritatem illam recipere, vt conſulit Paulus ab omnibus Sanct. in *diſſertat. hiſtoric. Confraternit. Scapul. Carmel. part. 8. cap. 8. num. 526.* cum per longum non vſum cenſeatur Confraternitati renunciaſſe.

DVBIVM XII.

An Corrigiati fruantur Indulgentia, quæ dicitur, Portiuncula.

677 NON procedit difficultas, an Corrigiati aggregati Archiconfraternitati quandoq; dictam Indulgentiam lucrentur, vtporè in die Natiuitatis B.V.M., ac S. Nicolai Tolentinatis; hoc enim certum eſt ex dict. nouiſſima Clementis X. Conſtitutione. *§. 12. &* 23. Sed, an Indulgentiam, quam die ſecunda Auguſti Eccleſiam S. Mariæ in Portiuncula dictam de Angelis extrà muros Aſſiſinaten. viſitantes conſequuntur, eamdem conſequantur Cincturati, ſecunda die eiuſdem menſis Auguſti Eccleſiam noſtri Ordinis viſitando. Quæ Indulgentia, licet maximi fiat, obſeruandum tamen eſt, quod Iubilæi rationem non habet, cum per eam facultas abſoluendi à reſeruatis non concedatur, vt in puncto aduertit Roderic. *tom. 2. q. 87. art. 6.*

678 Et quoad dubij reſolutionem, affirmatiuè reſpondet idem Roderic. *dict. tom. 1. q. 55. art. 18.*, & in ſpecie de Corrigiatis *q. 58. art. 3.* quem refert, & tacitè ſequi videtur Miranda *tom. 2. q. 46. art. 7.* Et ratio eorum eſt, tum quia Iulius II. noſtro Eremitarum Ordini communicauerat priuilegia, & Indulgentias conceſſas Congregationibus omnibus, & locis eiuſdem Ordinis, vt per Conſtit. *Dum fructus vberes. 7. Kal. Iuly.* 1507. apud Empol. *in Bullar. Ordin. pag.* 204. adeòque & Indulgentias, quibus Eccleſia S. Marię de Populo Romę, quę, à PP. Congregationis Lombardiæ poſſidetur, decorata eſt. Tum quia Pius IV. & Sixtus V., vt habet Roderic. *dict. q. 55. art. 9.* priuilegia conceſſa vni, aut quibuſdam monaſterijs Ordinis S. Hieronymi in Hiſpania, ad omnia, & ſingula monaſteria eiuſdem Ordinis, quibus in ſpecie conceſſa non ſunt, expreſſis verbis extendunt. Vnde inferunt, idem competere Ordinibus, qui cum Eremitarum, & D. Hieronymi Ordinibus communicant in priuilegijs; & conſequenter Indulgentias alicuius Eccleſiæ vnius Ordinis, vtporè S. Mariæ de Populo, & hanc S. Mariæ de Portiuncula communes eſſe alijs aliorum Ordinum Mendicantium Eccleſijs.

679 Verùm hoc communiter non admittitur, quia non ea omnia, quæ alicui particulari loco alicuius Religionis conceduntur, ad alia loca, & Ordines trahenda ſunt, per *text. in cap. cum Capella. de priuileg.* Tamburin. *de iur. Abb. tom. 1. diſp. 17. q. 2. num. 7.* Donat. *tom. 1. part. 1. tract. 7. q. 14. num. 3.* atque adeò nec Indulgentiæ vni particulari Eccleſiæ conceſſæ alijs communes cenſendę ſunt, vt reſoluit Peyrin. in *Conſtit. 2. Leonis X. §. 1. nu. 1.* & eo magis ſi illi Eccleſiæ conceſſæ ſunt intuitu alicuius imaginis, vtporè B.V.M. magnæ deuotionis. Lezan. *tom. 1. p. 2. cap. 1. num. 52. propè fin.* Bordon. *reſol. 52. num. 84.* A Spiritu Sancto *in Director.*

ctor.

Ror. tract.1. diſp.1. ſect.3. nu.44. & tract.2. diſp.5. ſect.4. num.72. vbi adducit Quintanaduen. *tract.4. in appendic. dub.8. num.6.* tenetque Auguſtinus Reding. *Theol. Schol. tom.12. q.5. art.3. num.16.17. & 18.*

680 Et patet à ſimili de Altaribus priuilegiatis particularium Eccleſiarum, quorum communicatio non admittitur, vt Tamburin. *ibid. num.4.* Diana in *coordinat. part.4. tract.1. reſol.27.* Merolla *tom.3. diſp.6. cap.4. dub.7. nu.64.* Paſſerin. de *Indulgentijs q.102. num.801.* ea ratione, quia in generali conceſſione non veniunt ea, quæ concedens non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus, Regul. *In general.81. de regul. iuris in 6.* & quia per priuilegium communicationis generaliter conceſſum non communicantur exorbitantia à iure communi, & quę rarò conceduntur. Rota *deciſ.214. part.2. recent. & deciſ.55. num.14. & 15. part.1. diuerſ.* & in *Valentina* 28. *Nouembris* 1603. *coram Lancelloto*; Et Altaria priuilegiata ſunt ex ijs, quę rarò conceduntur, & teſte Peyrino ad *Conſtit.8. Pauli III. num.2.* de ſtylo Curiæ non communicantur. Vndè ipſe tenet, quod Altare priuilegiatum conceſſum in Eccleſia SS. Trinitatis Romæ, ex vi priuilegij Clementis VII. in Conſtit. *Deuotionis augmentum*, ſub 22. *Septembris* 1532. §.2. vbi dicitur, quod conceſſa vni domui omnibus conceſſa intelliguntur, non ſit alijs eiuſdem Ordinis Eccleſijs communicatum. Et præter adductos, tenent Lezan. *tom.2. verb. Altare num.19.* Roman. *de priuileg. Regul. lib.2. cap.2. num.13.* Bordon. *d. reſol.52. nu.85.* idem Diana *ibid. reſol.28.* Quarè nec ipſæ Indulgentiæ vni Eccleſiæ Regularium, pro Sæcularibus ſcilicet conceſſę, intelliguntur ex vi communicationis alijs Eccleſijs communes.

681 Et in puncto Indulgentiarum Eccleſiæ S. Mariæ de Populo adeſt declaratio manifeſta Leonis X. in Conſtit. *Dudum per Nos*. Sub die. 10. *Decembris* 1519. apud Confett. in *collect. litt. Apoſt. inter huius Pontificis Conſtit.* 18. & de qua Lezana *tom.1. part.1. cap.20. num.9.* vbi ſic: *Et deinde, ſicut accepimus, nonnulli Fratres dictorum Ordinum volentes ſapere plus quàm oportet, atque ad ipſorum nutum verba ipſa interpretantes, diuerſis tam Sæcularibus, quam etiam alijs perſonis publicè, & priuatè ſuggeſſerint, quod ipſi Sæculares viſitando vnam dictorum Ordinum domum, omnes, & ſingulas Indulgentias, & remiſſiones peccatorum per dictos prædeceſſores noſtros, quàm per Nos domui B. Mariæ de Populo de Vrbe conceſſas conſequi poterant, perinde ac ſi dictam domum S. Mariæ de Populo viſitarent; quod præter ipſorum prædeceſſorum, & noſtram mentem fuiſſe, & eſſe dignoſcitur. Attendentes igitur, quod Indulgentia intuitu Religionis conceſſa ad Sæculares extendi non debet, volentes mentem dictorum prædeceſſorum, & noſtram declarare, & omnem ambiguitatem, & occaſionem tollere, Motu proprio, & ex certa noſtra Scientia, voluimus, & authoritate Apoſtolica declaramus, quod vniuerſi, & ſinguli dictorum Ordinum Fratres, & Moniales, tertijq; Ordinis vtriuſque Sexus, & familiares tantum dumtaxat, omnibus, & ſingulis Indulgentijs, & gratijs, per eoſdem prædeceſſores, & Nos, domui B. Mariæ de Populo de Vrbe, vt præfertur, conceſſis, & concedendis, vtantur, potiantur, & gaudeant, uti, potiri, & gaudere poſſint quomodolibet in futurum, perinde ac ſi ipſi dictam domum B. Mariæ de Populo, his diebus, & feſtiuitatibus, quibus Indulgentiæ huiuſmodi conceſſæ fore dignoſcuntur, perſonaliter viſitarent; quodq; vigore prædictarum litterarum Sæculares gratijs, & Indulgentijs huiuſmodi vti, & gaudere non poſſunt: inhibentes nihilominùs in virtute Sanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, eo ipſo per Contrafacientes incurrenda, omnibus, & ſingulis Fratribus cuiuſcumque Ordinis exiſtentibus, & quibuslibet alijs perſonis, ne deinceps, nec Indulgentias, & gratias huiuſmodi S. Mariæ de Populo de Vrbe, ad Sæculares extendi prædicent, aut publicè, vel priuatè nuncient. &c.* Per quæ manifeſtè apparet, Indulgentias S. Marię de Populo non participari à Sæcularibus alias Ordinum Regularium Eccleſias viſitantibus, & conſequenter non eas dictis Eccleſijs communicari, vt benè Peyrin. *in Conſtit.25. Leonis X. §.2. num.1.*, & Paſſerin. *d. q.102. num.798. & 799.* vbi ait, hoc militare etiam pro Indulgentijs alijs Eccleſijs præter Eccleſiam S. Mariæ de Populo conceſſis; quia Pontifex ibi procedit per viam declarationis, decernens ſignificatione vniuerſali communicationem Indulgentiarum inter Regulares non eſſe pro Sæcularibus.

682 Nec his obſtant ſupradicta, quia quoad Iulium II. dicimus, eam communicationem Indulgentiarum Congregationis Lombardiæ per ipſum factam Ordini Eremitarum intelligendam eſſe de priuilegijs, & Indulgentijs in genere dictæ Congregationi conceſſis, & non de conceſſis locis particularibus, vt patet ex verbis illis, *generaliter conceſſa*, vt in d. Conſtit. *Ad fructus vberes*, & vt declarauit poſteà Leo X. prout in *Supplem. pag.59. conceſſ.157.*, & aſſerunt Roderic. *d. q.55. art.18. & q.58. art.3.* Tamburin. *vt ſup. q.2. num.2. §. tum quia*; Vel de communicatione etiam Indulgentiarum Eccleſiæ S. Mariæ de Populo quoad ipſos ſolos Religioſos: non verò de communicatione earumdem cuilibet Ordinis Eccleſiæ pro Sæcularibus, vt eum Quintanaduen. *loc. ſup. dub.10. num.4.* obſeruat à Spiritu Sancto *d. diſp.5. num.72.* & ex Leonis X. adducta declaratione Paſſerinus *d. n.798. & 799.*

683 Et quoad Pium IV. & Sixtum V. facilis eſt reſponſio. Primò: eam conceſſionem, cum valdè exorbitet à iure communi, & ipſius metas maximè excedat, limitandam eſſe, vt ſolùm habeat locum, quando in alijs Conuentibus ſiue eiuſdem, ſiue alterius Religionis participantis militat eadem ratio, vel ſaltem ſimilis, vel æquiualens, propter quam fuit conceſſum priuilegium. Ita Lezan. *tom.3. in Mar. magn. Eremit. ad §.7. nu.20. & tom.1. part.2. cap.1. n.52.* vbi hæc Pij IV. verba in dicta extenſione pro Ordine D. Hieronymi conſiderans, *ad omnia, & ſingula monaſteria Ordinis, quibus in ſpecie conceſſa non ſunt, & in quibus alia cauſa conceſſionis, & in-*

dulto-

dultorum prædictorum aliàs quàm vt præſertur, ſuberant, infert per ea denotari aliquam cauſam, eamdem ſcilicet ſimilem, vel æquiualentem ſubeſſe debere in alijs monaſterijs, vt priuilegia vni conceſſa ad illa extendantur: quo ſenſu intelligit Iulij II. & Clementis VII. pro Ordine Minorum conſimile priuilegium. Quarè, cum Indulgentiarum vni Eccleſiæ Regularium ſpeciali titulo, & cauſa conceſſarum, non militet eadem ratio in alijs Eccleſijs non ſolùm aliorum Ordinum, ſed nec eiuſdem, non ſufficit dictum priuilegium ad probandum Indulgentias vni eorum Eccleſiæ conceſſas (pro Sæcularibus ſemper loquor) ad alias quaſcumque tàm eiuſdem, quàm aliorum Ordinum fuiſſe à prædictis Pontificibus extenſas.

684 Secundò; per ipſos extenſa fuiſſe ad vniuerſas domus Ordinis S. Hieronymi priuilegia, & indulta vni earum, & alijs Ordinibus priùs conceſſa: non verò Indulgentias, cum ex vna parte Indulgentiarum non meminerint, & ex alia ipſæ priuilegiorum, aut indultorum nomine non veniant; vt in puncto multis allegatis, eruditiſſimè probat, & reſoluit. Paſſerin. *ibid. num. 795. & 796.* Vndè adhuc minus probatur, Indulgentias vni Regularium Eccleſiæ conceſſas, alijs quibuſcumque eſſe communes. Et in omni caſu, quo per priuilegium etiam Indulgentias intelligere, & admittere velimus, vt multi admittunt, nec etiam enincitur intentum; quia communicatio Indulgentiarum Regularium Eccleſijs cõceſſarum intelligi debet de Indulgentijs eiſdem Eccleſijs in genere conceſsis, & non de illis, quę ſpecialiter pro aliqua Eccleſia in particulari conceſſæ ſunt, vt præter adductos Roderic., & Tamburin. notant Lezana *tom. 2. verb. Indulgentia. num. 8. in med.* & Donatus *d. q. 14. nu. 13. & q. 15. num. 4.* qualis eſt illa Portiunculæ.

685 Quod ſi quis ſubdiderit, non eſſe nos in caſu Indulgentiæ cuidam loco particulari, & ſpecialiter conceſſæ, in quo caſu locum habere ſupradictas inſtantias, & reſponſiones non eſt dubium; Sed eſſe caſum Indulgentiæ, quæ licet ab initio fuerit primò conceſſa Eccleſiæ S. Mariæ Angelorum dictæ de Portiuncula, fuit poſteà per Sixtum IV. ad totum Ordinem Minorum extenſa, vt habet Roderic. *d. q. 58. art. 3.* ac propterea non obſtare ſupradicta, quin ratione communicationis priuilegiorum omnibus Ordinibus cum illis communicantibus ſit communis; Reſpondendum eſſet ad ſummum hinc colligi dictam communicationem valere quoad Religioſos ipſos, & importare extenſionem ad aliorum Ordinum Eccleſias pro ipſis Religioſis, quatenus ipſi ſuam Eccleſiam, modo quo debent viſitantes, dictam Indulgentiam conſequantur; non autem pro Sæcularibus, quatenus & ipſi in Eccleſijs aliorum Ordinum eamdem lucrentur, propter dictam Leonis X. declarationem, quam vniuerſalem diximus cum Paſſerino, & importare communicationem huiuſmodi Indulgentiarum factam inter Ordines Mendicantium, pro ipſis valere & non pro Sæcularibus; & ſuaderi poteſt ex praxi, quia videmus, quod Sæculares pro conſequenda dicta Indulgentia de Portiuncula, ad Eccleſias Ordinis Minorum, & non aliorum Mendicantium accedunt; ac proindè ſubſiſtere, quod aliorum Ordinum Eccleſias ſecunda Auguſti die viſitantes non lucrentur Indulgentiam S. Mariæ de Portiuncula pro eadem die conceſſam, vt in terminis ſuſtinent Portell. *verb. Communicat. priuileg. nu. 6. & verb. Indulgentia num. 2. §. quaris, an. & in addit. n. 1. & verb. Priuilegium. n. 20.* vbi etiam dubitat, an alijs Eccleſijs ſui Ordinis pro ipſis Minoritis fuerit communis. Bordon. *d. reſol. 52. n. 79.* A Spiritu Sancto *ead. diſp. 5. num. 73.* Donat. *ibid. q. 15. nu. 7.* quod idem dicendum videtur de Corrigiatis.

686 Ad horum tamen fauorem militare videtur iam dicta noua Clementis X. Conſtitutio: *Ex iniuncto Nobis &c.* vbi §. 37. habetur, quod Confratres Corrigiati ex Iulij II. & Clementis VII. indulto fruuntur Indulgentijs Ordini Eremitarum etiam via communicationis conceſſis: quarè, cum hoc priuilegium fuerit ab eodem Clemente *ibid. §. 45.* de nouo confirmatum, ſequitur, quod ipſi Corrigiati eamdem Portiunculæ Indulgentiam Eremitarum Eccleſias ſecunda Auguſti die viſitando lucrentur, quam poſſunt ijdem Eremitani Patres in eiſdem lucrari, iuxtà mox dicta de communicatione præfatæ Indulgentiæ Eccleſijs Mendicantium pro ipſis Religioſis.

687 Nihilominùs puto, non ſequi; quia per reuocationem Pauli V. qua omnes Indulgentias Regularium reuocauit, ceſſauit, & huius Indulgentię communicatio, poſito quod prò ſe ipſis eam in ſuis Eccleſijs habuerint, iuxtà Portell. *d. verb. Indulgentia n. 2. §. queris, an.* & *in addit. n. 1.* & quando per dictam reuocationem non ceſſauerit Indulgentia ipſa quoad Religioſos viſitantes Eccleſiam S. Mariæ de Angelis, vt vult Bordonus *ead. reſol. 52. nu. 80.* cum non fuerit ibi conceſſa directè prò ipſis Religioſis, ſed prò omnibus Chriſti fidelibus: quo caſu poſſunt eam & ipſi Regulares lucrari, vt tradunt Peyrin. *in Conſtit. 8. Pauli V. nu. 11.* Lezana *tom. 2. verb. Indulgentia nu. 18.* Paſſerin. *ibid. q. 108. n. 870.* ceſſauit tamen eiuſdem communicatio; cum enim facta fuerit Mendicantium Eccleſijs principaliter prò ipſis Religioſis, vt dictum eſt ſuprà cum Paſſerino ex Leonis X. declaratione, dubium non eſt, quin ſub Paulina reuocatione comprehendatur. Paſſerin. *d. q. 108. num. 873.* ſicut omnes aliæ Indulgentiæ ad fauorem Regularium etiam per viam communicationis, vt idem Paſſerin. *ibid. nu. 865. & 866.* Vnde, cum non poſſimus dicere, quod per dictam Clementis X. Conſtitutionem renouatæ fuerint, nec confirmatæ prò Eremitanis Patribus Indulgentiæ à Paulo V. prò Regularibus reuocatæ; quo enim ad hoc, nihil in dicta Conſtitutione habemus, nec poſſumus dicere, quod per innouationem præfati indulti Iulij II., & Clementis

VII.

VII. ad fauorem Corrigiatorum conſequantur ipſi modò Indulgentiam Portiunculæ Eremitarum Eccleſias viſitando, quam ipſi Patres Eremitani poterant olim (non verò modò ratione dictæ reuocationis) in eiſdem ſuis Eccleſijs lucrari.

DVBIVM XIII.

An PP. Eremitani prò lucrandis Indulgentijs debeant in Confraternitate deſcribi.

688 VIdimus *dub. 9. in princip.* ſcriptum à Falcumbello, debere & ipſos profeſſores Ordinis Eremitarum prò lucrandis Indulgentijs in Confraternitate deſcribi, ſeu Archiconfraternitati aggregari; & de facto in Regiſtris Societatis Bononiæ plures ex eiſdem ibi deſcriptos legi; eo quia poſt reuocationem Indulgentiarum pro Regularibus à Paulo V. factam non apparet, quomodò poſſint modò Regulares dictis Indulgentijs frui, niſi in eiſdem Confraternitatibus adſcribantur.

689 Verùm non hoc probari, ſed gratis dici mihi videtur. Per hoc enim, quod aliqui ex eorum numero deſcripti reperiantur, non probatur neceſſitas deſcriptionis; tum quia longè plures, & grauiores ſunt, qui ſe in illa non deſcripſerunt; & tamen, ſi ad paſſiuam participationem fuiſſet, & eſſet neceſſaria deſcriptio, tot grauiſſimi Patres tam leuem formalitatem non omiſiſſent, neque omitterent; tum quia illorum paucorum deſcriptio potuit prouenire ex ſcrupoloſitate, humilitate, feruore deuotionis, vel alia rationabili de cauſa; quæ ſola poſſibilitas ſufficit ad excludendam prætenſam neceſſitatem. Rot. *deciſ.* 855. *n.*8., & 9. *coràm Amat. Dunozet. & deciſ. 29. n. 70. & .72. part. 7. & deciſ. 175. p. 9. recent.*

690 Et certè non apparet huiuſmodi neceſſariæ deſcriptionis fundamentum; licet enim affirmauerit Theodorus Stratius in ſua prò Carmelitis inſtructione quoad indulgentias tantum lucrandas: non verò quoad priuilegium Sabbatinum, debere Confratres deſcribi; hoc tamen non eſſe per sè neceſſarium tenent Cyprianus à S. Maria in *Theſaur. part.* 1. *cap.* 23. Irenæus à S. Iacobo *in tract. Theolog. de ſingular. Virg. proſecct. ſect. 2. cap. 7. §.* 1., Lezan. *tom. 1. p. 2. cap. 15. num.* 44. quos ſequitur Paulus ab omnib. Sanct. *in d. diſſertat. hiſtor. p. 7. cap. 6. n.* 418. licet aſſerant tutius eſſe deſcribi; & ratio eorū eſt, quia Pontifices non id præcipiunt: quin ſub diſtinctione loquuntur, *qui Confraternitatem ingreſſi fuerint, vel Confratrum numero adſcribi*; & eorum mens, dum loquuti ſunt de deſcriptione, non alia fuit, quam exprimere receptionem Confratrum, ſiue per habitus, vel corrigiæ traditionem, ſiue per nominis deſcriptionem, aut alio modo poſteà fiat.

691 Et quando adhuc neceſſaria eſſet huiuſmodi deſcriptio quo ad alios, nō videtur habere locum in Auguſtinianis profeſſoribus etiā poſt præfatam Pauli V. reuocationem. Et ſic oſtendo. In præcit. Conſtit. Clementis X. hæc §. 5. habentur: *Secundò: præmittendum eſt quod Leo X. Solet annuere. 7. Kalen. Auguſti* 1513. *Anno primo; ſingula priuilegia, immunitates, exemptiones, conceſſiones, Indulgentias, & peccatorum plenarias remiſſiones, & indulta quæcumque quibuſuis Domibus, & Congregationibus, aut alijs locis, & illorum perſonis dicti Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini, olim in genere, vel in ſpecie conceſſa, ac in poſterum concedenda; ad ipſum Ordinem Fratrum Eremitarum S. Auguſtini, & illius perſonas, ac ſi illis ſpecialiter conceſſa fuiſſent, extendit, & communicat, & eis gaudeant, & vtantur, ac ſi eis, & ſingulis eorum Domibus, & perſonis in ſpecie conceſſa fuiſſent. Hoc idem anteà in ſimili forma conceſſerat Iulius II. Dum fructus vberes. 7. Kalen. Iulij.* 1507. *Anno IV.* Et cum. §. 45. idem Sūmus Pontifex Clemens X. omnia hæc confirmauerit per hæc verba: *Nos igitur &c. de memoratorum Cardinalium Indulgentijs, & Sacris Reliquijs præpoſitorum, qui Indulgentias in Summarium huiuſmodi redactas promulgari poſſe cenſuerunt, conſilio, Summarium præinſertum, omniaque, & ſingula in eo contenta auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, & quatenùs opus ſit omnes, & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones, & pænitentiarum relaxationes in eodem Summario expreſſas de nouo eadem auctoritate, harum ſerie perpetuo concedimus. &c.* cum omnia, inquam, in ſummario contenta de nouo confirmauerit, confirmata de nouo eſt dicta Iulij, & Leonis conceſſio; atque ideò etiam nunc omnibus Indulgentijs Archiconfraternitatis in præfato Summario memoratis gaudent PP. Eremitani, ac ſi eis ſpecialiter conceſſæ fuiſſent. Non ergo neceſſaria eorum in Confraternitate deſcriptio.

692 Sed contrà eſt. In fine *dub. præcedentis* me dixiſſe, per hanc Clementis X. Conſtitutionem affirmari non poſſe renouatas, nec confirmatas pro Eremitanis Patribus Indulgentias à Paulo V. prò Regularibus reuocatas. Ergò non gaudent modò Indulgentijs in præfato Summario conceſſis. Reſpondeo, hæc non inter ſe contrariari. Dixi ibi, Corrigiatos non poſſe lucrari Indulgentiam Portiunculæ ſecunda die Auguſti Eccleſias Eremitarum viſitando, per hoc quod Clemens X. confirmauerit ad eorum fauorem participationem Indulgentiarum, quam cum Eremitarum Ordine illis conceſſerant plures Summi Pontifices, quia per eamdem Clementis X. Conſtitutionem non eſt renouata prò PP. Eremitanis participatio Indulgentiæ Portiunculæ, quam ante dictam reuocationem ratione communicationis Indulgentiarum cum alijs Ordinibus proprias Eccleſias viſitando conſequi poterant: quod verum eſt, & iterùm repeto. In præſenti autem non dico innouatam à Clemente X. prò PP. Eremitanis antiquam participationem Indulgentiarum cum alijs Ordinibus à Paulo V. reuocatam: ſed renouatas Conſtitutiones Iulij II., & Leonis X., quibus Auguſtinianis Reli-

giosis

gioſis indultum erat frui omnibus Indulgentijs conceſſis quibuſuis Domibus Congregationibus, aut locis eiuſdem Ordinis Eremitarum, ac ſi illis ſpecialiter conceſſæ fuiſſent, vt patet ex adductis verbis. §.5. *ſecundò præmittendum*. Quod longè diuerſum eſt. Vnde benè, & abſque contradictione intull PP. Eremitanos poſſe frui Indulgentijs prò eadem Archiconfraternitate in d. Summario expreſſis, cum ipſa Archiconfraternitas ſit Congregatio Ordinis Eremitarum, licet quarti gradus, in Eccleſia Ordinis erecta. Ex quo rursùs infero, non eſſe ad hoc neceſſe, quod in Archiconfraternitate deſcribantur; Superflua enim prò illis lucrandis deſeriptio, dum Fratribus omnibus Eremitanis illæ communicatæ ſunt, ac ſi ipſis eſſent ſpecialiter conceſſæ. Dicta tamen ſint, ſaluo meliori iudicio, & prò animarum quiete Sedis Apoſtolicæ oraculum conſulere expediens iudicarem.

DVBIVM XIV.

De facultate inſtituendi Confraternitates.

693 CONfraternitates tamquam Collegia licita, & cauſa Religionis inſtituere omnibus permittitur (ſeruata tamen forma præſcripta in Conſtit. Clem. VIII. *Quæcumque*) iuxtà text. *in l.1. ff. de Colleg. illic.* Abb. *cap.1. in fin. de Elect.* Azzaued. *ad l.3. lib.8. recap. tit.14. n.12.*, Barboſ. *de iur. Eccl. vnin. lib.2. cap. 11. n. 73. & ſeq.* Capyc. Latr. *deciſ. 169. num.24. cum ſeq.* & ex Pontificia conceſſione id ſpecialiter poſſunt nonnullæ Religiones de ſui Ordinis Confraternitatibus loquendo. Quo verò ad eas noſtri Ordinis nempè Cincturatorum adeſt diſpoſitio Pauli V. in, *Cum certas* apud Empol. *pag.* 289. qua Generali conceditur poſſe eas inſtituere, & indulgentias ibi expreſſas impartiri. Circa quam facultatem.

694 Obſeruandum primò, eam non eſſeità Generali fixam, quin poſſit delegari, cum Cõmiſſarius ex priuilegio perpetuo poſſit ſuas vices alijs delegare; & præſertim, quia Paulus III. conceſſit Generali Societatis Ieſu, vt *omnes gratias, & indulta ſibi conceſſa à Sede Apoſtolica exercere poſſit per Vicarios, aut perſonas ad id ſibi bene viſas.* Suarez. *tom 4. de Relig. tract.8. lib.2. cap.22. n.8.* & ita in caſu noſtro tenent. Bordon. *reſol. 72. n. 38.* Pellizzar. *in man. Regul. tom. 2. tract.8. cap. 5. ſect.6. nu. 265.* Paulus ab omnib. Sanct. *d. p. 8. nu. 490.*, *et* 491. Lezana. *tom. 2. verb. Confraternitas n. 22.* Donat. *tom. 3. tract.8. q.11.* vbi, facultatem huiuſmodi ex priuilegio perpetuo quaſi ordinariam eſſe, & dignitati officij, non verò perſonæ conceſſam eſſe, ac proindè delegabilem.

695 Obſeruandum ſecundo, eam licet per Generalem exerceatur, abſolutè Religionis priuilegium dicendam eſſe ex formula à S. Cõgregatione Indulgentiarum pro Confraternitatibus à Religionum Superioribus inſtituendis approbata, vt referunt Theodorus Stratius in *Inſtructione pro ſuis Carmelitis cap. 14. n.4.*, Paulus ab omnib. Sanct. *d. p. 8. cap. 5. nu.* 496. videlicet: *Religio noſtra, cum inter alia priuilegia quibus à S. Sede Apoſtolica decorata eſt, facultatem habeat ſæcularium Confraternitates ſub inuocatione N. erigendi, eiſque Spirituales gratias communicandi &c.* & qua vtuntur Ordines Carmelitarum in inſtitutione Confraternitatum Scapularis teſte eodem Stratio. *ibid.* Ordo Minorum in illis Chordigerorum, vt habet Lantuſca in *Theatr. Regul. verb. Confraternitas. n.2.* & Ordo Prædicatorum in illis SS. Roſarij, vt ſcribunt Peyrin. *tom. 3. in Formular. Prælat. Regul. cap.19. litt. C.* Nouarr. *in Summ. Bull. Apoſt. d. verb. Confraternitas. num.7.* Donatus. *tom.3. tract.8. q.10.* Nec aliter dici poteſt, cum Clemens VIII. in ſua *Conſtit.* 115. *Quæcumque &c.* ſuper huiuſcemodi Confraternitatibus, & aggregationibus emanata, hanc facultatem expreſsè declarauerit. §.1., & 2. Religionibus conceſſam per hæc verba: *Cum itaque à pluribus Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, & fortaſsè etiam à nobis nonnullis Regularibus Ordinibus, Religionibus; inſtitutis &c. facultas erigendi, & inſtituendi in eorum Eccleſijs &c. Confraternitates attributa fuerit &c.* Hoc enim idem eſt, ac dicere eam Religionum priuilegium eſſe, vt præter adductos, intelligunt Flauius Cherubin. in Compend. Bullar. *tom.3. ad hanc eamdem conſtit.* 115. Ricciull. *Eccleſ. lucubr. lib.4. de Confraternit. cap. 2. nu.4.*, & Donat. *ibid. q. 6.* Quarè Religionis Auguſtinianæ priuilegium eſſe facultatem inſtituendi Confraternitates Cincturatorũ, *licet per Superiorem Generalem exercendam*, eſt firmiſſimè tenendum.

696 Obſeruandum tertiò, quamuis à Paulo V. nominetur ibi Generalis, nec per hoc illi ſoli concedi, nec alijs eamdem facultatem à Papa interdici, vt cum Irenæo à S. Iacobo. *in d. tract. de ſingul. Virg. protect. ſect.3. cap.3. §. 1.* aduertit Paulus ab omnib. Sanct. *d. p.8. cap.4. nu.* 484. Quin hoc ipſum priuilegium, & ſi conceſſum Generali Eremitarum, commune eſſe alijs aliorum Ordinum Generalibus, qui cum Ordine Eremitarum participant in priuilegijs, vt docet Thomas à Ieſu in *lib. Confraternit. B. V. de Carmel. cap.5.* & in terminis Paulus ab omnib. Sanct. *ibid. num.* 483. ex quo capite dicit, & antequam Ordo Carmelitarum ſimile priuilegium expreſsè conſecutus fuiſſet, potuiſſe ſui Ordinis Generalem Confraternitates erigere, vigore ſcilicet huius Priuilegij Generalis Eremitarum.

697 Ex quibus iam dignoſcitur Patrem quoque Vicarium Generalem Excalceatorum eaſdem inſtituere poſſe, cũ Excalceati eiſdem, quin omnibus, & ſingulis Auguſtinianæ Religionis priuilegijs fruantur, vt dictum eſt *quodlib.5. dub.21.* hoc eſt iuxtà diſtributionem accommodam, & de qua *quodlib.3. dub.4.* nempè Vicarius Generalis illis, quę Generali, Prouinciales illis, quæ Prouincialibus; & Fratres illis, quę Fratribus competunt; Et ipſe Vicarius Generalis ſuæ *Congregationi præſit cum omnimo-*

da

da poteſtate, ſicut habet Reuerendiſſimus Generalis in toto Ordine, tam ex iure, quam ex priuilegijs, vt ex Conſtit. Gregorij XV. *Ad ſacram B. Petri*. apud Cherub. *tom.3. Conſtit.* 36. ideòque *fruatur omnibus, & ſingulis iuribus, prærogatiuis, præminentijs, & facultatibus, quibus aliarum Religionum Generales gaudent, vtuntur, & potiuntur*, vt ex declarat S. Congregat. Viſitat. Apoſtol. Nouarr. *Lucern. Regul. verb. Vicarius num.*4. Lezan. *tom.2. verb. eod. n.*3. Barboſ. *in collect. deciſ. Apoſt. collect.* 721. *n.* 1. quod ſatis eſt, vt comprehendatur ſub prædicta Pauli V. diſpoſitione, & gaudeat facultate Confraternitates erigendi ad dicta *d. dub.*4. *in fin.* Et ità declarauit primò & nomine Summi Pontificis Cardinalis Saulius, vt vidimus *num.*492. ex qua declaratione idem in terminis tenent Barboſ. *ibid. collect.* 326. *n.*3. Nouar. *loc. ſupr. verb. Eremita num.*10. Lezana *cit. verb. Confraternitas num.* 25. Et poſtremò reſoluit etiam ipſa S. Congregatio Epiſcop. & Regul. dum ſub die .... declarauit poſſe Excalceatos in eorum tantum Eccleſijs Confraternitates inſtituere, aggregare verò ad P. Generalem ſpectare.

DVBIVM XV.

De obſeruandis in Confraternitatum erectionibus, & aggregationibus.

698 EA certè obſeruanda in earum tum inſtitutione, tum aggregatione, quæ diſponuntur in Cõſtitutione *Quæcumque*, apud Cherubin. *tom.*3. inter Conſtitutiones Clementis VIII. *Conſtit.* 115. & inter ea præcipuè: primò, omnes facultatem habentes eas inſtituendi, ſiue aggregandi, vnam tantùm in ſuis, & alijs Eccleſijs, & locis inſtituere poſſe, & aggregare. Gauant. in *Manual. Epiſc. verb. Confraternitas num.* 1. Lezan. *tom.*1. *p.*2. *cap.* 15. *num.*8. Donat. *rer. regul. tom.*3. *tract.*8. *q.*7. Et ſenſus eſt, non quod ex omnibus authoritatem erigendi habentibus poſsit quilibet eorum vnam in eadem Ciuitate inſtituere: Sed, quod vna tantùm poſſit erigi in eadem Ciuitate, & loco ab habentibus facultatem eas inſtituendi, ità vt vna tantum in quouis loco poſsit inſtitui. Quarè, ſi plures ſint, qui eadem facultate gaudeant, puto dari locum præuentioni, ità vt, quando vnus ex illis aliquam Confraternitatem inſtituerit, alter, qui ſimili gaudet facultate, nequeat illam ibidem exercere. Quæ tamen intelligi debent de Confraternitatibus propriè, & iuxtà ea, quæ obſeruauimus *n.*630.

699 Secundò: ad huiuſmodi inſtitutionem prærequiri Ordinarij loci conſenſum, & per litteras eius teſtimoniales, quibus Confraternitatis erigendæ, & inſtituendæ pietas, & chriſtianæ charitatis officia, quæ exercere cupit, commendentur. Tertiò: quod inſtituentes, vel aggregantes, illis eas tantum Indulgentias, quæ ipſis Ordini, Confraternitatibus, vel Archiconfraternitati nominatim, & in ſpecie non verò per extenſionem, vel communicationem conceſſę ſunt; & eas quidem non ſub generali forma verborum, vel ad inſtar, ſed expreſsè, & in ſpecie communicare debeant. Gauant. *ibid. n.*4. Donat. *loc. ſup.* Vndè inſtituentes Confraternitatem, vel aggregantes nequeunt dicere, *Communicamus huic Confraternitati omnes gratias, priuilegia, & Indulgentias &c. quæ Confraternitati, vel Archiconfraternitati ſunt conceſſæ*: Sed debet dicere, *Communicamus tales, & tales Indulgentias Confraternitati, vel Archiconfraternitati conceſſas quæ ſunt iſtæ, & iſtæ*, eas exprimendo. Lezan. *d. cap.*15. *num.* 10. licet *num.* 11. probabile iudicet, quod nõ obſtante, quod nequeant aggregantes communicare Confraternitatibus Indulgentias, quæ via communicationis priuilegiorum illis competunt, adhuc illis frui valeant ipſæ Confraternitates. Quarè loquendo de aggregationibus Cõfraternitatum Corrigiatorum, conſultius erit inſerere in litteris aggregationis totum dictum Clementis X. Breue *Ex iniuncto Nobis &c.* in quo conceduntur Confratribus Corrigiatis, & ſignanter §.37. Indulgentiæ non ſolum, quæ directè Ordini Eremitarum conceſſæ ſunt, ſed etiam, quæ eidem Ordini competunt via communicationis, cum alijs Ordinibus omnibus, atque eorum Confraternitatibus. Hoc enim pacto non requiri videtur ſpecialis, & expreſſa enumeratio earumdem Indulgentiarum, cum neque in ipſo Breui explicentur in particulari; & ſic ſufficiet ipſa Breuis eiuſdem extenſio, ad hoc vt Corrigiati Confratres tutiùs frui poſſint Indulgentijs, quæ via communicationis cum alijs Ordinibus, & eorum Confraternitatibus eidem noſtro Eremitarum Ordini competunt.

700 Quia verò præcipit idem Põtifex, quod aggregatio huiuſmodi fiat iuxtà formulam approbatam, & quęnam hæc ſit, non appareat, quamuis quamdam adducat Flauius Cherubinus *in Compend. Bullar. ſuper prædict. Bull. Clemen. VIII. n.*115. quam in vſu eſſe dicit; nihilominùs cum parùm Regularibus quadret, ſequens præfertur à nobis, vtpotè ſimilis illi, quà PP. Dominicani, qua Carmelitæ, & qua Franciſcani teſtibus Stratio, Lantuſcha, Donato *num.* 695. adductis, in ſuis Confraternitatibus inſtituendis vtuntur.

Nos Fr. N. Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Prior Generalis, vel Congregationis Diſcalceatorū S. Auguſtini Vicarius Generalis. Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis Salutem in Domino ſempiternam.

Cum inter alia priuilegia, quibus à S. Sede Apoſtolica Religio noſtra decorata eſt, Sæcularium Confraternitates ſub inuocatione Cincturatorum SS. Auguſtini, & Monicæ erigendi, eiſque Spirituales gratias, & Indulgentias communicandi habeat facultatem, in huiuſmodi Confraternitatibus inſtituendis; ſi ad Chriſti fidelium ſalutem promouendam expedire animaduerterit, liberalem ſeſe præbere conſueuit. Nos igitur qui generalem totius Ordinis, vel Congregationis curam gerimus, ſperantes fore vt ex hac ſpiritualium gratiarum participatione Chriſti fideles ad deuotionem, & pietatem magis exciten-

tur. Authoritate nobis à Summis Pontificibus conceſſa Confraternitatem Cincturatorum SS. Auguſtini, & Monicæ in Eccleſia S. N. loci N. Diœceſis N. de conſenſu Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Epiſcopi Diœceſis præfatæ, qui eiuſdem Confraternitatis inſtitutum, pietatem, ac religionem litteris patentibus nobis nuper exhibitis commendauit: dummodò tamen alia ſimilis in ipſo loco hactenus erecta non fuerit, per præſentes noſtras litteras inſtituimus, illique & pro tempore exiſtentibus vtriuſque ſexus Confratribus elargimur, & communicamus Indulgentias, priuilegia, ſpirituales gratias ſigillatim inferius deſcriptas, huiuſmodi Confraternitatibus expreſsè, & præcipuè per Breue S. D. N. Pauli Papæ V. tenoris ſequentis conceſſas (hic ponitur per extenſum totum Breue d. Papæ *Cum certas*, quo Indulgentias Confraternitatibus conceſſit; deinde ſubditur) *quibus omnibus Indulgentijs, & ſpiritualibus gratijs ſigillatim deſcriptis, Confraternitatem ipſam nunc erectam, eiuſque Confratres potiri, & gaudere poſſe decernimus iuxtà fel. record. Clem. Papæ VIII. ſequentem Conſtitutionem* (hic ponitur totus tenor d. Conſtitutionis Clementis VIII. quæ incipit *Quæcumque.*) *In quorum fidem &c. Dat. &c.* Quæ formula ſeruari item poteſt in aggregatione, variando nomen inſtitutionis in aliud aggregationis vna cum Conſtitutionibus Pontificum, ponendo loco Breuis Pauli V. alterum Clementis X. quod incipit, *Ex iniuncto Nobis &c.*

701 Obſeruandum eſt etiam, quod licet ex eiuſdem Clementis ordinatione litteræ tum inſtitutionis, tum aggregationis Confraternitatum abſque vlla prorsùs mercede etiam à ſponte dantibus, ſed merè gratis, expediri, ac concedi debeant. Gauant. *d. verb. Confraternitas num. 5*, quod & pro aggregationibus Confraternitatum Corrigiatorum prohibet Gregorius XIII. in Cõſtit. *Volentes* apud Empol. in *Bullar. Ordin. pag.* 134. & vt ex Roderic. *tom. 1. q.* 58. *art. 2.* Lezan. *dict. cap. 15. num. 65.* non prohibetur tamen, quin in receptione Confratrum poſſit aliquid ab ipſis largiri, & à Confraternitate accipi, non quidem pro pretio, quia hoc Simoniam ſaperet, ſed per modum eleemoſinæ, vel alio licito titulo; quia id nullo modo illicitum. Nauarr. de *orat. in miſcell. 6. de Pſalter. & Roſar. num. 1.* Donat. *loc. ſup. q. 17.* cum pluribus Frances de *Cathedral. cap. 25. nu.* 231. Paulus ab omnib. Sanct. in *d. diſſert. hiſtoric. num.* 455. Lezan. *dict. cap. 15. num. 30.*, vbi etiam cum Syluestro *verb. Confraternitates. nu. 2.* putat valere ſtatutum Confratriæ, ne quis intret, niſi certum aliquid ſoluat, dummodò non detur pro receptionis pretio, ſed pro pia aliqua cauſa. Idem Paulus *ibid. num. 464.* & ſubdit Lezana cum Sanchez *tom. 1. conſil. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 13. num.* 8. ſi approbatum, vel conſuetudine legitima eſt introductum, obſeruandum eſſe, cum non ſit ſtatutum de ſoluendo pro ingreſſu, ſed in ingreſſu pro Confraternitatis beneficio. Bordon. *reſol. 72. num. 15.*

DVBIVM XVI.

De obſeruandis circa Priuilegium Confratrum in ordine ad Confeſſionem.

702 IN eadem Conſtit. *Quæcumque* ſtatuit præfatus Clemens VIII. quod Confeſſarij, qui virtute priuilegiorum à Confraternitatibus eligi poſſunt, ſi fuerint Sæculares, approbari debeant ab Ordinarijs locorum; & ſi Regulares, tum ab eorum Superioribus, tum ab eiſdem Ordinarijs; & quod hi Confeſſarij abſoluere valeant Confratres à criminibus, caſibus, & cenſuris, iuxtà formam dumtaxat eorumdem priuilegiorum, quatenùs tamen ſint in vſu, & Sacr. Concilij Trident. Decretis, ac Romanorum Pontificum Conſtitutionibus nõ aduerſentur (quarum clauſularũ explicationem, & ſenſum *dub. 5. quolib. 3.* tradidimus) nec reuocata, aut ſub aliquibus reuocationibus comprehenſa. Et quod *dd. Confratres cuiuſcumque ſtatus, conditionis, gradus, & præminentiæ, ac ſpeciali nota dignos à caſibus contentis in litteris, quæ in Cæna Domini legi conſueuerunt, nec non violationis immunitatis, & libertatis Eccleſiaſticæ, & clauſuræ monaſteriorum Monialium, ſi videlicet ſine neceſſaria, & vrgenti cauſa, ac ſine Superiorum licentia, vel etiam ſi cauſa, & licentia conceſſa abutentes, prædicta monaſteria ingreſſi fuerint, nec non violentæ manus iniectionis in Clericum, & ſingularis certaminis, ſeu duelli, ac ab alijs etiam caſibus tam ab ipſo Summo Pontifice, quàm ab eius in Vrbe Vicario, & locorum Ordinarijs reſpectiuè reſeruatis, & pro tempore reſeruandis, & etiam à quauis excommunicatione ab homine lata abſoluere, & ſuper irregularitatibus tam ex aliquo defectu prouenientibus, quàm occaſione delicti contractis, cum aliquo diſpenſare prætextu dictorum priuilegiorum nullo modo poſſint &c.* quia inquam hæc ibi ſtatuit abs re non erit inquirere.

703 An Confratres Corrigiati poſſint ſibi eligere Confeſſarium, qui à prædictis eos abſoluat? Et pro reſolutione, verba Conſtitutionis Clementis X. *Ex iniuncto* ſufficiet attendere. Sic enim. §. 31. *Iiſdem Confratribus ſemel in vita, vt Confeſſorem idoneum Regularem dicti Ordinis (iuxtà Concilij Tridentini Decreta ab Ordinario approbatum) quem ipſi Corrigiati, & eorum quilibet duxerit eligendum, qui ipſos Confratres, & eorum quemlibet ab eorum exceſſibus, & delictis abſoluere, exceptis caſibus in Bulla Cenæ contentis, & caſibus Epiſcopis locorum reſeruatis, ac alijs ad formam Conſtitutionis* Quæcumque *Clementis VIII. & eis pro commiſſis pænitentiam ſalutarem iniungere, ac plenariam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem elargiri poſſit, Apoſtolica auctoritate conceditur, & indulgetur. Quam etiam in articulo mortis verè pænitentes, & confeſſi conſequi poſſunt. Iulius II.* Dum fructus vberes. *vt ſupra.*

Et. §. 35. In exercitio piorum operum. *Et primò: omnibus vtriuſque ſexus Confratribus, qui dederint ſecundùm propriam eorum deuotionem aliquam*

quam eleemoſinam pro reparatione, & ædificatione domorum, & ſuſtentatione Fratrum Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, ſiue Capellæ, vel Altaris, aut Oratorij Confraternitatis (ex indulto Gregorij XIII. quinquies &c.) conceditur facultas, quod poſſint eligere Confeſſorem idoneum Presbyterum Sæcularem, vel cuiuſuis Ordinis Religioſum ab Ordinario vtrumque, vt ſuprà, approbatum, qui eorum confeſſionibus diligenter auditis, pro commiſſis per eos exceſſibus, criminibus, delictis quantumcumque grauibus, & omiſſionibus Horarum Canonicarum, & à cenſuris, & pœnis quauis cauſa, vel occaſione latis, exceptis caſibus reſeruatis ad formam Conſtitutionis Quæcumque, *Clementis VIII. toties quoties opus fuerit, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo plenariam remiſſionem omnium peccatorum ipſis in ſinceritate fidei, vnitate S.R.E.; ac obedientia, & deuotione Romanorum Pontificum perſiſtentibus impendere, ac pœnitentiam ſalutarem iniungere valeant &c.* Hæc inquàm legere ſufficit, quia apertè docent, & quando Confeſſarium eligere, & à quibus abſolui, vel non abſolui valeant Corrigiati.

704 Patet hinc, quàm irrationabiliter in Ciuitate N., in qua PP. noſtri Calceati Conuentum non habent, prætenderint quidam alij Religioſi pariter Auguſtiniani abſolutionem generalem, quæ Corrigiatis in articulo mortis ſolet concedi, non poſſe à PP. Excalceatis impartiri; ità quod ea aliquando Cincturatis in extremo vitæ conſtitutis per PP. Excalceatos conceſſa, iterùm per ſuæ Congregationis Religioſum eam illis impartiri mandauerint hac de cauſa, quod per Excalceatos elargita non valeat. Sed quo fundamento certè non apparet. Ignoſcendum tamen eſt ei, quia fortaſse non legit ſupradicta §. 31. verba, in quibus conceditur quibuslibet Corrigiatis, poſſe ſibi eligere Confeſſorem idoneum Ordinis Eremitarum, nec verba. §. 35., per quæ conceditur eiſdem poſſe eligere Confeſſorem, vel Sæcularem, vel cuiuſuis Ordinis Regularem, à quo ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo plenariam omnium peccatorum remiſſionem conſequi valeant. Et quid clarius hoc? Si quilibet Confeſſarius Ordinis ab Ordinario loci approbatus, immò quilibet alius, ſiue Regularis, ſiue Sæcularis pariter approbatus id validè præſtare poteſt, quare huiuſmodi abſolutio à Confeſſarijs Excalceatis, qui ſunt verè Ordinis Auguſtiniani, impartita non valebit? Sed de his non curandum.

705 Aduertendum autem primò, vbi agitur de approbatione Confeſſarij ab Ordinario, intelligendum de Ordinario loci, in quo eſt Confeſſarius, & vbi facienda eſt Confeſſio. Paulus ab omnib. Sanct. *d. diſſertat. hiſtor. Confraternit. Carmel. p.5. cap.2. num. 292.* & quoad Regulares neceſſarium eſſe, prẹter illam Epiſcopi, etiam approbationem ſuorum Superiorum. Lezana. *tom.1. p.2. cap.15. num.16.* Idem Paulus *ibid. num. 293. & ſeq.* vbi. *num. 295.* id intelligendum etiam ſi à Summis Pontificibus in hiſce priuilegijs non fuerit expreſſum. Quarè, vt ipſe ait *cit. num. 293.* non poſſunt Confratres eligere vi præfati priuilegij Confeſſarium Regularem à ſuo Superiore non approbatum.

706 Aduertendum ſecundò quoad huiuſmodi abſolutionem à cenſuris, & Indulgentiã pro mortis articulo, quod quamuis propter dictionem *Semel* addendum à Confeſſario: *Quod ſi hac vice non deceſſeris, reſeruo tibi hanc gratiam vſque ad mortis articulum*, doceant Peyrinus *in Formul. litt. A. cap. 6. num.4.* & Theodorus Stratius *in lib. Instruct. pro Confraternit. Carmel. cap.8.* poſſe nihilominùs abſolutè concedi, vt cum Suarez. *tom.4. de Relig. lib.2. cap. 19. nu.12. & 13.* & alijs tenet idem Paulus *loc. ſup. p.5. num.301. 308. & 310. §. ad propoſitum*; quia & ſi dictio *Semel* reperiatur in Indulto Sixti V. non eſt tamen in alio Iulij II. ſed abſolutè dicitur *in mortis articulo*, quod, proùt indefinitum, æquiualet pro omni mortis articulo. Suarez. *loc. cit.* Paulus *ibid.* in ſimili priuilegio Confraternit. Carmel. & licet ſemper melius ſit eam in actuali confeſſione impartiri, poſſe tamen extrà Confeſſionem concedi admittunt, idem Paulus *loc. cit. num. 300.* & Peyrin. *ibid. num. 10.* qui ad rem aliqua diſsoluit.

707 Aduertendum tertiò pro mortis articulo non venire illum, in quo quis conſtitutus, è viuis excedit: ſed in quo probabilitèr à Medicis, ſeù peritis iudicatur moriturus, etiam ſi indè conualeſcat. Roderic. *tom.1. q.62. art.7. & tom.2. q.87. art.9.* Peyrin. *ibid. num.9. not.7.* Vndè pro tali indulgentia largienda expectandum non eſt vltimum inſtans, ſeù tempus, in quo moraliter iudicetur non poſſe amplius peccare, vt vult Peyrinus *ibid. d. num.9.* & inſinuat Roderic. *ead. quæſt.62. art.10.* cum non ſit ægrotus exponendus periculo ſine indulgentia moriendi. Paulus ab omnib. Sanct. *ibid. n.303.* & *cap.5. num. 310.* prout cauendum monet & ipſe Roderic. *dd. art.7. & 9.*

708 Aduertendum quartò, non eſse neceſſe, vt expreſsè ipſe pœnitens eam ſibi à Confeſſario petat impendi: ſed ſufficere ad hoc, vt illi poſſit conferri, quod ex parte ipſius ſit virtualis petitio, ſeù interpretatiua voluntas petendi, ideſt quod ſi aduertiſſet, aut potuiſset, eam poſtulaſſet; Sicuti neque ad hoc, vt valeat, requiri, quod recipiens percipiat, & intelligat eam ſibi concedi: ſed ſufficere, quod ſit in gratia. Vndè Confratri ad extrema redacto, nullo confeſſionis ſigno dato; Si tamen ex aliquibus coniecturis cognoſcatur eſſe in gratia, poterit illi à Confeſſario indulgentia applicari; ſupponendum quippè ægrotum velle omnia, quæ ad ſalutem animę poſſunt adhiberi. Ab omnib. Sanct. *ibid. num.304.*

DVBIVM XVII.

De alijs ad has Confraternitates ſpectantibus.

709 ADuertendum eſt vlterius, quod qui Confraternitatem ingredi volunt, debent in libro Confraternitatis adſcribi; quamuis enim in tota prædicta Clementis X. Conſtitutione nulla mentio huiuſmodi deſcriptionis habeatur, ſed ſolummodò ingreſſus Confratrum: vt *ibi. §.46. de cætero ingredientur, primo die eorum ingreſſus*, qui poteſt verificari per ſolam corrigiæ ſuſceptionem, & de qua nos ſupr. *num.* 690. non eſt tamen prætereunda deſcriptio, cum in d. Pauli V. Conſtitutione *Cum certas*, talem ingreſſum per deſcriptionem fieri ſupponatur; ſic enim ibi, *de cætero ingredientes die primo eorum ingreſſus &c. ac tam ipſis pro tempore deſcribendis, quàm iam deſcriptis in d. Confraternitate*; ex quibus conſtat ingreſſum perfici ſaltem per deſcriptionem; adeòque, vt dixi, non prætereundam, vt in ſimili de Confraternitate Habitus B. M. V. de Carmel. Stratius *dict. num.* 690. laudatus; & de illa Chordigerorum S. Franciſci. Roderic. *tom.* 1. *quæſt.* 58. *art.* 1. Bordon. *reſol.* 72. *num.* 11. *&* 15. & pro omnibus Confraternitatibus Flauius Cherub. in *Compend. Bull. in Sixt. V. num.* 13. *Schol.* 2.

710 An autem requiratur, quod deſcribendus ſe coram Superiore ad deſcribendos Confratres deputato perſonaliter præſentet, Nauarrus *d. Miſcell.* 6. *de orat.* §. *dubitaui*, 2. ſentit, quod non, quia nullibi, vt ipſe aſſerit, hæc præſentia in loco præcipitur. Quod tenet Frances. *loc. ſupr. nu.* 244. niſi tamen habitum aliquem particularem ſuſcipere debeat. Vnde in admiſſione Cincturatorum, ſeu quando eſt alicui primò concedenda cinctura, videtur requiri ipſius præſentiam, cum debeat à Prælato præcingi; quod fieri non poteſt, niſi præcingens, & qui præcingitur, ſint ſimul; vt in ſimili de Chordigeris Bordon. *d. reſol.* 72. *num.* 16. Quod tamen poteſt intelligi de præſentia mediata, cum hoc munus præcingendi &c. poſſit alteri Religioſo à Superiore committi, vt notat Paſqualig. ad *Lauret. de Franch. p.* 1. *num.* 237.

711 Aliqua adhuc alia adnotanda ſuperſunt circà Ordinarij loci viſitationem, cui (etiamſi Confraternitates ad ſuos reſpectiuè Ordines ſpectent Lezan. *t.* 1. *p.* 2. *cap.* 15. *n.* 32. ità quod Patroni ſint ipſa Monaſteria, in quibus fuerunt erectæ. Idem Lezan. *ibid. n.* 7. debeantque in eorum capitulis præſidere eorum Superiores, & votum ferre. Bordon. *tom.* 4. *in miſcellan. deciſ.* 285. Paſſerin. *de Indulgentijs. q.* 103. *à n.* 821., *& ſeq.* & vlterius in Eccleſijs ipſorum Ordinum Regularium erectæ ſint) ſubijciuntur ex præſcripto tum S. Concilij Triden. *ſeſſ.* 22. *cap.* 8. *de reformat.* Barboſ. de *poteſt. Epiſc. allegat.* 75. *nu.* 2. 16., *&* 19. tum S. Congregationis Epiſc., & Regul. in vna Vercellen. *de* 1615. *ſub die* 17. *Iunij*, & S. Congregationis Concilij in *vna Nucerina*, teſte Nouario in *Lucern. Regul. verb. Confraternitas nu.* 2. Quod intelligendum eſt de ipſis Confraternitatibus, nō verò de Altaribus, & Capellis, iuxtà pariter deciſa à S. Congregatione, vt habent Barboſ. *ibid. n.* 13. *&* 29. & in *collect. ad Concil. Trid. cap.* 8. *ſeſſ.* 22. *de reform. n.* 21. *& in collect. deciſ. Apoſt. verb. Altare n.* 11. Ricciull. *lucubrat. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 15. *n.* 3. *in fin.* Io. Anton. Nouar. in *Summ. Bull. comment.* 49. *n.* 11. tum quia exempta Eccleſia, cenſentur exemptæ, & Capellæ ſibi ſubiectæ, vel connexæ. Gloſ. in *cap. Rogamus* 24. *q.* 1., *& cap. cum Capella. de priuileg.* tum quia Collegium, & Confraternitas, ad quas ſe extendit viſitatio, quam Tridentinum Epiſcopis concedit, diſtinguitur realiter à Capellis Confraternitatum, cum Confraternitas per Bald. *in l. ſi quis ad declinandum.* §. *final. n.* 11. *C. de Epiſc., & Cleric.* ſit Collegium perſonale, & conſequēter ſupponens prò perſona ficta fictione iuris, quæ ſtat de per ſe, præſcindendo à loco, & conſtat ex ſolis perſonis ad differentiam Collegij realis, quod locum, & perſonas ſimul requirit; adeòque cum dicta Collegia diſtinguantur à Capellis, non videtur ad has extendi facultas viſitandi Collegia, & Confraternitates; & magis, quia, cum dicta diſpoſitio Conciliaris reſpectu Regularium ſit odioſa, ad ſolas Societates hominum debet reſtringi, & non ad loca extendi, vt eruditè diſcurrit Donat. *d. tract.* 8. *q.* 31.

712 Quia tamen adducitur à Barboſ. in *collect. deciſ. Apoſt. verb. Confraternitas. num.* 31. quoddam S. Congregationis decretum, quo Capellas quoque ab Ordinarijs viſitari poſſe declaratur, dicit Lezana *d. tom.* 1. *p.* 2. *cap.* 15. *nu.* 27. hoc eſſe intelligendum, quatenùs tantummodò ipſa Altaria ſpectent ad Confraternitates, non verò quatenùs ſpectant ad Regulares; Vndè Bordonus d. *reſol.* 72. *n.* 22. infert, nullatenùs poſſe ab Ordinarijs viſitari; quia cum Capellæ non poſſint viſitari niſi in ordine ad ornatum, ac ſupellectilem earum, quæ omnia cadunt ſub proprietate Eccleſiæ Regularium, & ſub quorum cura ordinaria exiſtunt, ſequitur, quod non poſſint viſitari dictæ Capellæ, niſi aliquo modo viſitentur Regulares, quod fieri nequit, cum ſint ab Ordinarijs exempti. Quod dictum approbare videtur, & Pellizar. *tom.* 2. *Manual. tract.* 8. *cap.* 5. *ſect.* 6. *q.* 28. *nu.* 288. *ad fin.*

713 Sed difficultas facilè reſoluì poſſe videtur, dicendo, viſitationem hanc Confraternitatum intelligendam eſſe, quando ipſæ Confraternitates in Eccleſijs Regularium per laicos adminiſtratores reguntur, vt pluries S. Cōgregatio declarauit teſte Nicolio in *Floſcul. verb. Confraternitas nu.* 14., & Altaria tantummodò quo ad onera, ex altera eiuſdem S. Congregationis declaratione, vt idem Nicolius *ibid.* Vndè, cum Confraternitates Cincturatorum regantur ſemper à Cuſtodibus, & cum Cuſtode Regulari naturaliter connectantur,

claré

clarè apparet ex dictis, Ordinariorũ viſitationibus eas minimè ſubeſſe. Ità expreſsè cum multis Iacobus à S. Antonio in *Conſult. Canonic. pro Regular. nu.* 787.

714 Idem dicendum in puncto Proceſſionũ, quod non poſſint ad eas ab Ordinarijs compelli; cum namque ad eas nequeant adſtringi, niſi vbi adſit conſuetudo, pariter ex S. Congregationis decreto, vt notat Barboſ. in *d. Collect. verb. Confratres:* & tenent Ricciull. *loc. ſup. cap.* 14. *n.* 2. & Lopez. *p.* 2. *Summ. cap.* 15. *de Confratr. nu.* 24. Confraternitates Cincturatorum ab hoc iure liberæ ſunt, cum numquàm Proceſſionibus ſoleant intereſſe.

715 Quo tandem ad oblationes, quæ Capellæ, ſeu Altari Confraternitatum fieri ſolent, ad Superiorem Regularem illius Eccleſiæ, in qua ſita eſt Confraternitatis Capella, eas ſpectare tenet Lezana *d. c.* 15. *nu.* 71. cum nonullis, quos allegat. Verùm Bordonus *loc. ſup. nu.* 72. dicit, ex probato vſu eas ſpectare ad ipſa Altaria, quibus offeruntur; ac proindè in eorum vſibus debere applicari, nec poſſe à Regularibus, quorum eſt Eccleſia, prætendi: cui cum Donato *ibid. q.* 26. me ſubſcribo, vt potè ad Conſtitutionem Clementis VIII. *Quæcumque. &c.* magis conformiter loquenti.

Alia poſſent ad examen vocari, videlicet, quoad Confratrum ſepulturam, acceſſum ad funeralia, & ſimilia. Sed de his paſſim apud DD. Et ideò hac de re ſatis.

QVODLI-

Digitized by Google

QVODLIBETVM OCTAVVM
DE
S. P. AVGVSTINI, ET EIVS EREMITARVM TONSVRA.

716 EGimus de Auguſtinianorum veſtibus. Conſequens eſt, vt de eorumdem tonſura aliquid dicamus, cum Religioſorum habitus conſiſtat in tonſura, & veſtibus, vt dicit Gloſs. *in ſum. cap. 1. de Cleric. coniug. in 6.*, & habetur ex Concilio Tridentino *ſeſs. 23. de reform. cap. 6.* & Peyrin. in *Regul. S. Franciſci de Paula cap. 3. §. 4.* Nec deſunt cauſæ, cum etiam ſuper hoc, & maximè reſpectu barbæ ſit controuerſia, contendentibus aliquibus, eam eſſe radendam, alijs nutriendam; & alijs media via gradientibus, tondendam; & etiam quo ad hoc de maiore, vel minore detruncatione concertantibus. Vt ergò quid quo ad hæc ſtatuendum ſit, appareat, de S. P. Auguſtini, eiuſque Eremitarum attonſione loquendum.

DVBIVM I.

An, & quomodò attonſi Auguſtinus, & eius Monachi.

717 VEtuſtiſſimum in Eccleſia hunc ritum tondendi Monachos, ex Dionyſio, Athanaſio, Epiphanio, Hieronymo, Auguſtino, Palladio teſtatur, Franciſcus Hallier *de Sac. elect. & ordinat. p. 2. de tonſur. Cleric. art. 2. §. 2. num. 3.* adeò vt ex ipſis ad Clericos talis ritus tranſierit, vt Idem *ibi* ſcribit in *fin. num. 6.* Et quo ad Monachos, omnes olim attonſos, docent Platus *de ſtat. Relig. lib. 2. cap. 11.* Ludouicus de Angelis *de vit. & laud. S. P. Aug. lib. 4. cap. 2.*; & de communi conſuetudine in vniuerſa Eccleſia recepta tradit Mag. Lupus de *orig. Eremit. q. quodlibet. cap. 24.* dicens: *Hoc vnum dico, tonſuram capitis per omnem ſub Cælo Eccleſiam Monachis, ac Clericis ſemper fuiſſe vſitatam*; hoc eſt, ſuper caput abradebantur, vt habet Paulinus *epiſt. 7.* ad Sulpitium Seuerum ſcribens: *eos non improbo attonſi capitis fronte crinitos, ſed caſta informitate capillum ad cutem cæſos, & inæqualiter ſemitonſos, & deſtituta fronte prærafos*; & ſignanter Auguſtiniani, cum de illis ſic Saluianus *lib. 8. de prouid.* teſtatus fuerit: *Quod intrà Africæ Ciuitates, & maximè intrà Carthaginis muros palliatum, & pallidum, & recisis comarum fluentium iubis, ad cutem tonſum videre tam infelix ille Populus, quam infidelis ſine conuicio, atque exceratione vix poterat*; vbi de Auguſtinianis eum locutum eſſe tenent, vt vidimus *num. 193.* Marquez, Ludouicus de Angelis, & Chriſtianus Lupus.

718 Toto capite tonſos eos vult idem Mag. Lupus *loc. ſup. cap. 26.* ſic dicens: *Eremitica Auguſtini progenies manſit totum caput tonſa, ac barbam raſa, quomodò ei Auguſtinus inſtituerat, quomodò viderat ſeruari in Italia, ac audierat de tota Eccleſia latina.* Et iterum: *Nunc itaque concludo. Monachi S. Auguſtini erant totum caput tonſi, erant pallidi, ac palliati, geſtabant bardocuculum, ac pelliceum cingulum, amiciebantur nigro epipallio; habitabant in hortis agris, & deſertis.* Cuius aſſertionis ratio, quam ex auctoritatibus Paulini, & Saluiani locis ſupracit. adducit, quod nempè tonderentur vſque ad cutem, eatenùs ſufficiens eſt, quatenùs ſupponitur, olim Monachos laicos fuiſſe: cæterum, hoc præciſo, non probaretur totalis capitis attonſio, cum potuiſſet vtique ſtare, vt de facto ſtat in Religioſis tonſura vſque ad cutem vna cum corona.

719 Monachi ergò non Clerici toto capite tondebantur; & ſolum in promotione ad Clericatum coronam admittebant in tonſura. Satis ad hoc efficax eſt Phocij auctoritas, qui ad Nicolaum Papam I. ſcribens ſuper varijs Ec-

cleſiæ

cleſiæ latinæ, & Græcæ quo ad ritus differentijs, dixit: *Apud nos Monachi habitum nemo vmquam in Clerici commutauit: nonnulli autē cū voluerint Monachum ad Epiſcopi faſtigium attollere, cum orbiculariter tondentes, priorem habitum immutant.* Vbi apparet, coronam illam non præſupponi in Monachis, ſed fuiſſe propriam Clericorum. Clariùs dignoſcitur *ex can.* 40. Concilij Toletan. vbi apertiſſimè huiuſmodi corona Clericis præſcribitur: *Omnes Clerici, vel lectores, ſicut Leuitæ, & Sacerdotes detonſo ſuperiùs capite toto, inferiùs ſolam circuli coronam relinquant.* Vnde Mag. Lupus ſubdit: *licet namque Clerici, & Monachi apud vtramque Eccleſiam tonderentur, tondebantur tamen aliter, & aliter. Clerici ex reſiduis quibuſdam crinium reliquijs coronabantur: Monachi autem tondebantur caput idque vſque ad cutem.*

720 Verùm, ſi verum eſt, quod ex quodam Concilij Nicæni canone refert Benedictus Hęfteтenus *diſquiſit. Monaſt. lib. 5. tract. 9. diſqu.* 1. & adducit Carolus Moreaù in *Vindic. p. 1. q.* 10. nempè, quod Monachi ſuper caput in modum coronæ raderentur: *Tertiò* (ſic ille) *capillorum abraſio eo modo fiebat, vt paruulus quidam circulus in modum coronæ relinqueretur, atque hinc coronæ nomen tonſura obtinuit. Nam Canon quidam Concilij Nicæni, quem ex Arabicis exemplaribus Turrianus edidit, ità præſcribit: Monachi alia habeant indumenta, & mores, quàm habeant laici, ac caput tondeant in modum coronæ. Canon.* 76. poſſet & in hac forma attonſus pronūciari à ſuſcepto Monachatu Auguſtinus, prout pronuntiauit Ambroſius Coriolanus in vit. S. P. Auguſtini, dicēs: *D. Ambroſius eum D. Pauli primi Eremitæ habitum, cucullam ſcilicet nigram, ad mundi contemptum ſignificandum, induit: Zona pellicea, ad lumborum refrænationem indicandam, cinxit: coronam etiam in capite fecit, vt per capillos de vertice raſos, terreſtres cogitationes, criminumque ſuperfluitates de mente iugiter repellendas dignoſceret.*

721 Quod certum eſt, & negari nequit eſt: quod ſui poſt initiationem huiuſmodi circulum in modum coronæ geſtauerit Auguſtinus; Sic enim ipſe *epiſt.* 147. de ſe ipſo ad Epiſcopum quemdam loquitur: *Honorant nos veſtri; honorant vos noſtri. Per coronam noſtram adiurant nos veſtri: per coronam veſtram adiurant vos noſtri* iuxta obſeruationem Io: Bapt. Caſalij *de Sac. vet. Chriſtianor. ritib. cap.* 49. & Pompei Sarnelli in litteris Eccleſiaſticis *epiſt.* 10. Atque ex his inualuit in Ordine ritus tondendi totū caput laicis, & in modum coronæ Clericatui deſtinatis; qui æquè ab vtraque familia Calceata, & Diſcalceata obſeruatur, licet quo ad coronæ menſuram diuerſimodè; cum latior ab illis, & minor ab iſtis admittatur.

DVBIVM II.

Qualis S. P. Auguſtini barbæ attonſionis forma.

722 SIcuti quo ad Capitis attonſionem vnus eſt, modo tamen ſupradicto, omnium Auguſtinenſium ritus; ſic quoad barbam varius eſt; & ea de cauſa, quia cum non certò ſciatur, quid quo ad eam obſeruauerit Auguſtinus, tam qui nutriunt, quam qui eam radunt, Auguſtinū imitari ſibi ſuadent. Qualem ergò morem tenuerit Auguſtinus, videamus.

Carolus Moreau *p. 2. cap. 3. Vindiciar.* PP. Diſcalceatos Congregationis Galliarum irridet, quod barbam nutriant proliziorem, & *p. 1. q.* 10. probat, eam non aluiſſe Auguſtinum. In præfatione autem generali ad Omniloquium Tertulliani. §. 7. eam abraſiſſe docet; quod & ſentire videtur loco ſupracit. Mag. Lupus. E contrà verò Mauritius à Matre Dei in *Sac. Erem. p. 2. cap. 2.* §. 9. promiſſam fuiſſe contendit. Et non ſine aliquo fundamento; cui addi poteſt Petrus de Campo Auguſtioianus Calceatus, qui in *Hiſtor. general. Ord. S. Aug. p.* 1. *lib. 1. cap.* 14. barbæ prolixitati fauet.

723 Sed antequam reſoluatur difficultas, obſeruanda ſunt verba *can.* 44. Concilij Carthaginenſis, cui interfuit, & ſubſcripſit ipſe Auguſtinus; vbi dicitur: *Clericus nec comam nutriat, nec barbam*, quia illi vtraque pars innititur. Aliqui codices habent: *nec barbam tondeat*: alij verò: *nec barbam radat*. His adhæret Mauritius à M. Dei; & inde pro barbæ prolixitate argumentatur; Alij verò abſolutè legunt: *nec comam nutriat, nec barbam*. His innititur Moreau, & barbæ raſuram inde deducit *d. q.* 10. dicens: *At pluraque exemplaria ſine additamento vocabulorum* radat, *vel* tondeat, *ſimpliciter indicant Clerico, nec comam, nec barbam nutriendam;* & clariùs habet *d. præfat.* §. 7.

724 Circà quam differentiam, quod ſentio, eſt: re vera Canonem illum eſſe, qualem adducit Mauritius à M. Dei, ſcilicet, *Clericus nec comam nutriat, nec barbam radat.* Sic enim legitur in antiquioribus codicibus, vt ex Spondano in *not. ad Baron. ad ann.* 58. aduertit Hæftenus *lib. 5. diſquiſit. Monaſt. tract. 9. diſqu. 3.* & ex Salzed. obſeruat Barboſ. in *cap. Clericus. 5. de vit. & honeſt. Cleric. n. 5.* dicens: *Verùm circà hunc textum Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 79. verſ. & non ſolùm. in nouiſſ. edit. ità ait: Secundùm verò ius Concilij Carthaginenſis, vnde profectum fuit d. cap. Clericus. barbas radere prohibitum eſt; nam, vt ſcribit Andr. ab. Exea. in rub. de conſtitut. nu. 62. in codice Conciliorum ſic legitur: Clericus neque comam nutriat, neque barbam radat; & rectè, nam lege antiqua ſic præcepit Dominus populo ſuo. Leuitic. cap. 19. nec radetis barbam*; & repetit, atque approbat *de iur. Eccleſ. vniu. lib. 1. cap. 40. nu.* 13.

Idem habet Georgius Ambianat. in Tertull. rediuiu. *tom.* 2. ad lib. de Pallio *cap.* 1. §. 3. *obſeruat. 2. pag.* 511. vbi: *Itaque quod legitur in concilio Carthaginenſi Quarto can. 44. Clericus nec comam nutriat, nec barbam, corrigendum eſt, reponendumque iuxtà fidem veterum exemplarium: Clericus nec comam nutriat, nec barbam radat*; & rurſum *in obſeruat. ad cap. 4. pag. 544. in princip. col.* 1. illius Canonis originem adducens: *Cum enim Chriſtiani iam aliquid liberiùs ex Imperatorum clementia, & temporum licentia præſumerent, iamque*

comam

QVODLIBETVM OCTAVVM
DE
S. P. AVGVSTINI, ET EIVS EREMITARVM TONSVRA.

716 EGimus de Auguſtinianorum veſtibus. Conſequens eſt, vt de eorumdem tonſura aliquid dicamus, cum Religioſorum habitus conſiſtat in tonſura, & veſtibus, vt dicit Gloſs. *in ſum. cap.* 1. *de Cleric. coniug. in* 6., & habetur ex Concilio Tridentino *ſeſs.* 23. *de reform. cap.* 6. & Peyrin. in *Regul. S. Franciſci de Paula cap.* 3. §. 4. Nec deſunt cauſæ, cum etiam ſuper hoc, & maximè reſpectu barbæ ſit controuerſia, contendentibus aliquibus, eam eſſe radendam, alijs nutriendam; & alijs media via gradientibus, tondendam; & etiam quo ad hoc de maiore, vel minore detruncatione concertantibus. Vt ergò quid quo ad hæc ſtatuendum ſit, appareat, de S. P. Auguſtini, eiuſque Eremitarum attonſione loquendum.

DVBIVM I.

An, & quomodò attonſi Auguſtinus, & eius Monachi.

717 VEtuſtiſſimum in Eccleſia hunc ritum tondendi Monachos, ex Dionyſio, Athanaſio, Epiphanio, Hieronymo, Auguſtino, Palladio teſtatur, Franciſcus Hallier *de Sac. elect. & ordinat. p.* 2. *de tonſur. Cleric. art.* 2. §. 2. *num.* 3. adeò vt ex ipſis ad Clericos talis ritus tranſierit, vt Idem *ibi* ſcribit in *fin. num.* 6. Et quo ad Monachos, omnes olim attonſos, docent Platus *de ſtat. Relig. lib.* 2. *cap.* 11. Ludouicus de Angelis *de vit. & laud. S. P. Aug. lib.* 4. *cap.* 2.; & de communi conſuetudine in vniuerſa Eccleſia recepta tradit Mag. Lupus de *orig. Eremit. q. quodlibet. cap.* 24. dicens: *Hoc vnum dico, tonſuram capitis per omnem ſub Cælo Eccleſiam Monachis, ac Clericis ſemper fuiſſe vſitatam*; hoc eſt, ſuper caput abradebantur, vt habet Paulinus *epiſt.* 7. ad Sulpitium Seuerum ſcribens: *eos non improbo attonſi capitis fronte crinitos, ſed caſta infirmitate capillum ad cutem cæſos, & inæqualiter ſemitonſos, & deſtituta fronte præraſos*; & ſignanter Auguſtiniani, cum de illis ſic Saluianus *lib.* 8. *de prouid.* teſtatus fuerit: *Quod intrà Africæ Ciuitates, & maximè intrà Carthaginis muros palliatum, & pallidum, & recisis comarum fluentium iubis, ad cutem tonſum videre tam infelix ille Populus, quam infidelis ſine conuicio, atque execratione vix poterat*; vbi de Auguſtinianis eum locutum eſſe tenent, vt vidimus *num.* 193. Marquez, Ludouicus de Angelis, & Chriſtianus Lupus.

718 Toto capite tonſos eos vult idem Mag. Lupus *loc. ſup. cap.* 26. ſic dicens: *Eremitica Auguſtini progenies manſit totum caput tonſa, ac barbam raſa, quomodò ei Auguſtinus inſtituerat, quomodò viderat ſeruari in Italia, ac audierat de tota Eccleſia latina*. Et iterum: *Nunc itaque concludo. Monachi S. Auguſtini erant totum caput tonſi, erant pallidi, ac palliati, geſtabant bardocuculum, ac pelliceum cingulum, amiciebantur nigro epipallio; habitabant in hortis agris, & deſertis*. Cuius aſſertionis ratio, quam ex auctoritatibus Paulini, & Saluiani locis ſupracit. adducit, quod nempè tonderentur vſque ad cutem, eatenùs ſufficiens eſt, quatenùs ſupponitur, olim Monachos laicos fuiſſe: cæterum, hoc præciſo, non probaretur totalis capitis attonſio, cum potuiſſet vtique ſtare, vt de facto ſtat in Religioſis tonſura vſque ad cutem vna cum corona.

719 Monachi ergò non Clerici toto capite tondebantur; & ſolum in promotione ad Clericatum coronam admittebant in tonſura. Satis ad hoc efficax eſt Phocij auctoritas, qui ad Nicolaum Papam I. ſcribens ſuper varijs Ec-

clesiæ

cleſiæ latinæ, & Græcæ quo ad ritus differentijs, dixit: *Apud nos Monachi habitum nemo vmquam in Clerici commutauit: nonnulli autẽ cũ voluerint Monachum ad Epiſcopi faſtigium attollere, eum orbiculariter tondentes, priorem habitum immutant.* Vbi apparet, coronam illam non præſupponi in Monachis, ſed fuiſſe propriam Clericorum. Clariùs dignoſcitur *ex can.* 40. Concilij Toletan. vbi apertiſſimè huiuſmodi corona Clericis præſcribitur: *Omnes Clerici, vel lectores, ſicut Leuitæ, & Sacerdotes detonſo ſuperiùs capite toto, inferiùs ſolam circuli coronam relinquant.* Vnde Mag. Lupus ſubdit: *licet namque Clerici, & Monachi apud vtramque Eccleſiam tonderentur, tondebantur tamen aliter, & aliter. Clerici ex reſiduis quibuſdam crinium reliquijs coronabantur: Monachi autem tondebantur caput idque vſque ad cutem.*

720 Verùm, ſi verum eſt, quod ex quodam Concilij Nicæni canone refert Benedictus Hæfteтenus *diſquiſit. Monaſt. lib.* 5. *tract.* 9. *diſqu.* 1. & adducit Carolus Moreau in *Vindic. p.* 1. *q.* 10. nempè, quod Monachi ſuper caput in modum coronæ raderentur: *Tertiò* (ſic ille) *capillorum abraſio eo modo fiebat, vt paruulus quidam circulus in modum coronæ relinqueretur, atque hinc coronæ nomen tonſura obtinuit. Nam Canon quidam Concilij Nicæni, quem ex Arabicis exemplaribus Turrianus edidit, ità præſcribit: Monachi alia habeant indumenta, & mores, quàm habeant laici, ac caput tondeant in modum coronæ. Canon.* 76. poſſet & in hac forma attonſus pronũciari à ſuſcepto Monachatu Auguſtinus, prout pronuntiauit Ambroſius Coriolanus in vit. S. P. Auguſtini, dicẽs: *D. Ambroſius eum D. Pauli primi Eremitæ habitum, cucullam ſcilicet nigram, ad mundi contemptum ſignificandum, induit: Zona pellicea, ad lumborum refrænationem indicandam, cinxit: coronam etiam in capite fecit, vt per capillos de vertice raſos, terreſtres cogitationes, criminumque ſuperfluitates de mente iugiter repellendas dignoſceret.*

721 Quod certum eſt, & negari nequit eſt: quod ſui poſt initiationem huiuſmodi circulum in modum coronæ geſtauerit Auguſtinus; Sic enim ipſe *epiſt.* 147. de ſe ipſo ad Epiſcopum quemdam loquitur: *Honorant nos veſtri; honorant vos noſtri. Per coronam noſtram adiurant nos veſtri: per coronam veſtram adiurant vos noſtri* iuxta obſeruationem Io: Bapt. Caſalij *de Sac. vet. Chriſtianor. ritib. cap.* 49. & Pompei Sarnelli in litteris Eccleſiaſticis *epiſt.* 10. Atque ex his inualuit in Ordine ritus tondendi totũ caput laicis, & in modum coronæ Clericatui deſtinatis; qui æquè ab vtraque familia Calceata, & Diſcalceata obſeruatur, licet quo ad coronæ menſuram diuerſimodè; cum latior ab illis, & minor ab iſtis admittatur.

DVBIVM II.

Qualis S. P. Auguſtini barbæ attonſionis forma.

722 Sicuti quo ad Capitis attonſionem vnus eſt, modo tamen ſupradicto, omnium Auguſtinenſium ritus; ſic quoad barbam varius eſt; & ea de cauſa, quia cum non certò ſciatur, quid quo ad eam obſeruauerit Auguſtinus, tam qui nutriunt, quam qui eam radunt, Auguſtinũ imitari ſibi ſuadent. Qualem ergò morem tenuerit Auguſtinus, videamus.

Carolus Moreau *p.* 2. *cap.* 3. *Vindiciar.* PP. Diſcalceatos Congregationis Galliarum irridet, quod barbam nutriant proliziorem, & *p.* 1. *q.* 10. probat, eam non aluiſſe Auguſtinum. In præfatione autem generali ad Omniloquium Tertulliani. §. 7. eam abraſiſſe docet; quod & ſentire videtur loco ſupracit. Mag. Lupus. E contrà verò Mauritius à Matre Dei in *Sac. Erem. p.* 2. *cap.* 2. §. 9. promiſſam fuiſſe contendit. Et non ſine aliquo fundamento; cui addi poteſt Petrus de Campo Auguſtinianus Calceatus, qui in *Hiſtor. general. Ord. S. Aug. p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 14. barbæ prolixitati fauet.

723 Sed antequam reſoluatur difficultas, obſeruanda ſunt verba *can.* 44. Concilij Carthaginenſis, cui interfuit, & ſubſcripſit ipſe Auguſtinus; vbi dicitur: *Clericus nec comam nutriat, nec barbam,* quia illi vtraque pars innititur. Aliqui codices habent: *nec barbam tondeat:* alij verò: *nec barbam radat.* His adhæret Mauritius à M. Dei; & inde pro barbæ prolixitate argumentatur; Alij verò abſolutè legunt: *nec comam nutriat, nec barbam.* His innititur Moreau, & barbæ raſuram inde deducit *d. q.* 10. dicens: *At pluraque exemplaria ſine additamento vocabulorum* radat, *vel* tondeat, *ſimpliciter indicant Clerico, nec comam, nec barbam nutriendam;* & clariùs habet *d. præfat.* §. 7.

724 Circà quam differentiam, quod ſentio, eſt: re vera Canonem illum eſſe, qualem adducit Mauritius à M. Dei, ſcilicet, *Clericus nec comam nutriat, nec barbam radat.* Sic enim legitur in antiquioribus codicibus, vt ex Spondano in *not. ad Baron. ad ann.* 58. aduertit Hæftenus *lib.* 5. *diſquiſit. Monaſt. tract.* 9. *diſqu.* 3. & ex Salzed. obſeruat Barboſ. in *cap. Clericus.* 5. *de vit. & honeſt. Cleric. n.* 5. dicens: *Verùm circà hunc textum Salzed. ad Bernard. in pract. cap.* 79. *verſ. & non ſolùm. in nouiſſ. edit. ità ait: Secundùm verò ius Concilij Carthaginenſis, vnde profectum fuit d. cap. Clericus. barbas radere prohibitum eſt; nam, vt ſcribit Andr. ab. Exea. in rub. de conſtitut. nu.* 62. *in codice Conciliorum ſic legitur: Clericus neque comam nutriat, neque barbam radat; & rectè, nam lege antiqua ſic præcepit Dominus populo ſuo. Leuitic. cap.* 19. *nec radetis barbam;* & repetit, atque approbat *de iur. Eccleſ. vniu. lib.* 1. *cap.* 40. *nu.* 13.

Idem habet Georgius Ambianat. in Tertull. rediuiu. *tom.* 2. ad lib. de Pallio *cap.* 1. §. 3. *obſeruat.* 2. *pag.* 511. vbi: *Itaque quod legitur in concilio Carthaginenſi Quarto can.* 44. *Clericus nec comam nutriat, nec barbam, corrigendum eſt, reponendumque iuxtà fidem veterum exemplarium: Clericus nec comam nutriat, nec barbam radat;* & rurſum *in obſeruat. ad cap.* 4. *pag.* 544. *in princip. col.* 1. illius Canonis originem adducens: *Cum enim Chriſtiani iam aliquid liberiùs ex Imperatorum clementia, & temporum licentia præſumerent, iamque*

comam

comam nutrirent, barbam verò acrius cæderent, interuellerent, deraderent, viſum eſt, Clericos ſaltem in modeſtia continere, & auita Apoſtolorum diſciplina, vt nec comam nutrirent, nec barbam raderent. Ità docti quidam viri codices antiquos producunt, & deprauatam Canonis reſtituunt ſententiam. Non eſt improbabilis illa correctio, nam raſura antiquis ſemper inuiſa.

Fauet item Antonius Caracciolus in *Synopſi veter. Religioſ. p.2. cap.2. n.15.* vbi ſic textus deprauationem fatetur: *Huc etiam facit decretum Concilij Carthaginenſis* 4. *Can.*44. Clericus neque comam nutriat, neque barbam radat; *ſic enim legunt MM. SS. Vaticana, Victoriana, & Gandenſia; atque Iſidori liber Pariſijs impreſſus, vt teſtatur Ioannes Sauarus diligentiſſimus Sidonij Scholiaſtes notis in epiſt. S. Sidonij ad Turnum, qui inquit illud* radat, *eraſum fuiſſe in pleriſque Sacrorum Canonum codicibus à quodam feriato homine, qui vna litura maximas altercationes excitauit.* Vnde contrà Moreau apertè deduco, non abraſiſſe barbam Auguſtinum, cum Canoni talem abraſionem vetanti ſubſcripſerit.

725 Sed non propterea ſentio cum Mauritio à M. Dei, promiſſam fuiſſe Auguſtino barbam. Licet enim eam radere prohiberentur Eccleſiaſtici, non ſequitur, quod debuerint eam nutrire, vel nutrierint; & aliàs ſenſus DD. eſt, quod, nec eam alere deberent. Audiatur præfat. Caracciolus loc. ſup. *Alexander Papa III. cap. Clericus. 7. de vit. & honeſt. Cleric. ſeuerè ſanxit*: Clerici, qui comam nutriunt, & barbam, etiam inuiti tondeantur à ſuis Archidiaconis: *& diù ante eum B. Hieronymus in cap.46. Ezechiel. cenſuerat, capillos in tantum dimittendos, vt operta ſit cutis, vt videlicet honeſtus habitus Sacerdotum facie demonſtretur: quibus verbis per capillos videtur & barbam comprehendere; vti & Concilium Agathenſe cap.20. comæ vocabulo etiam barbam intellexiſſe exponunt duo Summi Pontifices Gregorius VII. & Alexander III. verba ſuorum Decretorum è prædicto* Concilio *deſumentes. Tondenda igitur barba eſt, non autem ad cutem radenda, aut è contrà longius promittenda.* Et Emanuel Gonzalez, qui *in d. cap. Clericus. num.5.* ſic pariter habet: *Patres Concilij Carthaginenſis ſtatuerunt barbam eſſe tondendam etiam retenta vulgari lectione* nec barbam radant. Et ſubſequitur: *Dici poteſt, Eccleſiam nunquàm prohibuiſſe tonſionem barbæ: ſed eam nimis prolixam nutrire, aut ad cutem vſque radere. Vndè in cap. Clerici. hoc titul. tantum iubetur tonſio comæ, & barbæ: Sed mediocrem barbam eſſe alendam dicitur.*

Reſpondet Mauritius à M. Dei huic cap. *Clericus. 7. de vit. & honeſt. Cleric.* ab Alexandro III. condito additum fuiſſe *& barbam*, nec in originali reperiri; & hoc conſtare ex eo, quod in Concilio Agathenſi *c.20.* ex quo Canon. ille Alexandri III. deſumptus eſt, ſic habetur: *Clerici, qui comam nutriunt, ab Archidiacono, etiamſi noluerint, inuiti detondeantur. diſt.23.* nulla facta de barba mentione. Verùm parui momenti ſunt hæc; cum, quamuis à Concilio Agathenſi fuerint ea verba deſumpta, potuerit ipſe Alexander verbum illud, *& barbam*, apponere, vel de nouo verbis Concilij illud ſuperaddendo, vel verba Concilij explicando, hoc eſt, declarando per comam, de qua Concilium, capillos, & barbam comprehendi, *vt loc. ſup.* obſeruauit Caracciolus. Quod autem non fuerit verbum illud *& barbam* appoſitum ab Alexandro, ſed ab altero, & proprio marte, non probat Mauritius; & propterea nec ſuum euincit intentū.

726 Suadetur autem ille mos neque radendi, neque alendi barbam ab eodem Caracciolo *loc. ſup.* & à Benedicto Hæfteno *d. diſq. 3.* pluribus exemplis, & præcipuè Chirſti Domini, cuius non omninò attonſa barba ex Iſaiæ *cap. 50. verſ.6. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus;* & S. Petri Apoſtoli, de quo Nicephorus *lib.2. cap.37. Capilli capitis, & barbæ criſpi, & denſi, ſed non admodùm prominentes fuere.* Et à Clemente Alexandrino *lib. 3. Pædagog. cap.11.* vbi proſcripta abraſione detonſionem ſic ſuadet: *Si quis autem barbæ nonnihil tondeat, ea tamen non eſt omninò denudanda; eſt enim turpe ſpectaculum, barbaque ad cutem tonſus non videtur multùm abeſſe à vulſione, & leuore;* & poſt aliqua: *Qui Superiori labri parte inter comendendum polluuntur, pili, tondendi ſunt non nouacula, eſt enim illiberale, ſed tonſorum forficibus, &c:* & inſuper ex præallegato Concilio Carthaginenſi deducit Baronius *ann.398.* dicens: *Verùm & ſi nomiſi de coma Auguſtinus agat: Patres tamen in d. Concilio Carthaginenſi, inter quos & ipſe Auguſtinus nominatus, atque ſubſcriptus habetur, addiderunt quoque de barba minimè nutrienda: licet quædam exemplaria habeant additamentum illud (ſed radant, vel tondeant) tamen nutriendam non eſſe, communi codicibus omnibus lectioni concordat.*

727 Et talem morem non alendi, aut radendi, ſed tondendi barbam fuiſſe obſeruatum in Africana Eccleſia non inficiatur Chriſtianus Lupus *tom.2. not. ad Concil. diſertat ad Concil. VIII. cap.5. calumnia.8. pag.* 1441. & diſertè tradunt Andreas Sauſſay. in *Panopl. Cleric. appendic. de barba cap. 3.* dicens: *Quæ conſtantior lectio* (ideſt ſuprapoſitorum Concilij verborum *nec comam nutriat, nec barbam radat) ac plenior, ac rationi congruentior, Patrumque, qui huic interfuerunt Concilio ſententiæ, & praxi magis conueniens; ex quibus vnus, qui inſtar omnium eſſe poteſt, S. Auguſtinus, morem tam ſuum, quam Epiſcoporum, & Cleri Africanæ Eccleſiæ communem hunc fuiſſe teſtatur, vt nec raſam, nec detonſam prorſus, nec itidem promiſſam, ſed præciſam, & aliqua ex parte detruncatam, mediocrem ſcilicet deferrent.* Et clariſſimus, ac raræ eruditionis Emanuel à Schelſtrat in *tract. de Eccleſ. Africana. diſſertat.3. cap.8. pag.221.* vbi de eodem Canone, prout ſuprà, ſic: *Cautum eſt hoc Canone, ne Clericus comam nutriat, aut barbam: Sed ſi non raſas ſaltem præciſas, & more Cleri Africani ex parte aliqua detruncatas geſtarent.*

728 Quarè concludendum cum Baronio *ibid.* Auguſtinum, & tunc temporis Monachos nec raſam, nec prolixam, ſed detruncatam habuiſſe barbam: *Vt ex his* (ſic ille) *ſatis conuinci*

poſſit,

poſſit, ipſum Auguſtinum, & alios Epiſcopos, nec non Africanæ Eccleſiæ Clericos minimè geſtare conſueuiſſe promiſſam barbam: Sed ſi non raſam, ſaltem præciſam, & ex parte aliqua decurtatam, quo omnis ſuſpicio impenſi in ea nutrienda laboris omninò ceſſaret. Nam, cum æqua lex barbæ ſtatuatur, & comæ; ſicut illa ne nimium effluat ex præſcripta lege tonderi deberet, ita iſtam, ne prolixitate luxuriet, amputari neceſſe eſſet. Quod adhuc magis euincitur ex eo, quod, cum *ille Canon* (verba ſunt Seuerini Binij *in not. ad Concil. Carthag.*) *à S. Synodo editus eſſe videatur propter Eucharitarum, & Maſſilianorum Hæreticorum Sectarios; hi enim manibus operandum eſſe negantes, intonſi prolixam barbam, & comam alebant*; vt notant etiam Gonzalez *loc. ſupr.* ex Epiphanio *Hæres.* 80. & Baronius *tom.* 5. *ad ann.* 398. & propterea Auguſtinus *lib. de oper. Monach. cap.* 31. eos irriſerit, *crinitos* eos appellans. & inter alia ſic pungens: *An ità vacandum eſt* (ſcilicet ab operibus) *vt nec tonſores operentur? An quia Euangelicas volucres imitari ſe dicunt, quaſi depilari timent, ne volare non poſſint?* benè deducitur Auguſtinum conſimilem barbam, hoc eſt prolixam non nutriuiſſe, proùt argumentatus eſt laudatus Hæftenus *d. diſquiſit.* 3. dicens: *Ex his ſatis euidenter conuinci poteſt S. Auguſtinum, reliquoſque Africanæ Eccleſiæ non tantum Clericos, ſed etiam Monachos prolixam barbam geſtare non conſueuiſſe*: Sed attonſam, vt perbellè idem Sauſſay. *ibid.* his verbis. *At quis credat Auguſtinum, quem in alijs reprehendebat errorem, in ſe admiſiſſe? vel ignaraſſe mentem huius Synodi celeberrimæ, cui interfuit cum* 213. *Epiſcopis omnium ipſe lumen? aut ſponte veniſſe contrà decretum, cui ipſe ſubſcripſerat de barba non nutrienda, ac itidem nec radenda, ſed tondenda tantum?* Qua forte de cauſa in Auguſtinianis Conſtitutionibus ſub Seripando editis, eſt *cap.* 28. Sicut & in editis de 1581. apud Antonij Bladij Hæredes ſic ſubinde diſpoſitum: *Tonſuram autem tam barbæ, quam comæ ità fieri volumus, vt tantum de barba, & capillis incidatur quantum forſicibus mediante pectine incidi poteſt*.

729 Duæ ſunt inſtantiæ; altera, quod Concilium Carthaginenſe non loquatur de Monachis, ſed de Clericis; & ità Mauritius *ibi*; quę tamen ſoluitur à Baronio *loco dict.* per hęc verba: *Sed dicet aliquis, cur in Synodo de Clericis, & non de Monachis mentio habetur? quod ſcilicet in Eccleſia Africana Monachiſmus iam aſcitus in Clerum ſimulque coniunctus eſſet, & in eadem Eccleſia Africana Clericorum nomine etiam Monachi continerentur*.

Altera à Caracciolo *loc. ſupr.* cui ſimul, & ab ipſo reſpondetur hoc pacto. Quod ſi quis contendat ad cutim vſque radendas Clericorum barbas, & quod Gregorius Papa VII. non tondendi, ſed radendi verbo vſus ſit, cum ſcripſit de hac re ad Iacob. Epiſcopum Caralitanum, ſciat illud eo loco verbum non ſignificari cutaneam raſionem, ſed modeſtam detonſionem: tum quia alioqui Alexander Gregorio aduerſaretur; tum etiam quod nouum non ſit, vt raſio pro tonſione ſumatur. Ità enim ſumitur in vita S. Lupi Senonenſis Epiſcopi apud Surium, vbi hæc leguntur: *Cernens verò Rex Clotarius eum afflictum, corpus eius macie confectum, caput intonſum, barbamque minimè raſam, iubet eum honorificè tractari, comamque, & barbam tonderi &c.* Ecce prius illud *raſam* exponitur per *tonderi*. Hæc Caracciolus. Quo etiam ſenſu locutum Mag. Lupum, dum abraſionem edocuit, poſſum benignè eum interpretando explicare. Quod ſcilicet tàm Auguſtinus, quam eius Eremitæ barbam non alere, ſed tondere conſueuerint; attentis maximè præcitatis Conſtitutionibus, quæ non leuem pro hoc ritu faciunt coniecturam.

DVBIVM III.

De PP. Excalceatorum tonſura.

730 DE Excalceatis Congregationis Italiæ loquor: Et quo ad tonſionem, hæc ex Conſtitutionibus *p.* 1. *cap.* 12. § 25. 26. & 27. obſeruare tenentur: *Clerici ſoli Coronam* (*vt vulgò dicitur*) *portent, quæ ad minus duos digitos latitudinis habeat. Conuerſis verò, & commiſſis nullo modo concedatur, ſed tondeantur more Sæcularium. Nullus barbam nutriat longiorem vnius digiti latitudine ſub pæna &c. Nouaculis vti poterunt ad caput; poterunt ſuper pectinem in barba tonderi, vt ſuprà.* Ex quibus patet, & hoc Auguſtino, & eius antiquis Monachis etiam quoad hoc magis aſſimilari, dum barbam neque nutriunt, neque radunt, vt de Auguſtino, eiuſq; Fratribus vidimus.

731 Dubium nihilominus eſt, an ex vi Conſtitutionum radi, vel infrà pectinē valeant tonderi, cum hoc non prohibitum cenſuerint aliqui, & è contrà vetitum alij. Et quia ſępiùs Prælatos quoſdam, eo quod infrà pectinem quidam ex Religioſis in barba tonderentur, exclamantes audiui, huiuſmodi dubium proponere, & reſoluere in præſenti incongruum non iudico.

Mouentur, qui iudicant poſſe vel radi, vel infrà pectinem barbam tonderi, ex eo quia ſtatutum ipſum vtitur verbo facultatiuo *poterunt*, quod importat liberam voluntatem, & non neceſſitatem. *l. ſæpè. ff. de off. Præſid. l. non quidquid. ff. de Iudic.* & *l.* 1. *C. quomodò, & quando Iudex.* Menoch. *conſ.* 1069. *nu.* 4. & 1199. *nu.* 12. Barboſ. *in diction. dict.* 268. *num.* 1., & in *cap. ſtatutum. de reſcriptis in* 6. *num.* 52. Fagnan. in *cap. Tua nobis. de Teſtam. num.* 22., & in *cap. Henricus. de Cler. pugn. in duell. nu.* 11. Et ideò, cum ſtatutum dicat, *poterunt ſuper pectinem in barba tonderi*, per illud non adſtringi ſe putant ad eam ſupra pectinem tondendam; & cum non adſtringantur, vtique dicunt, hoc liberæ voluntatis eſſe, & poſſe omitti; vndè rursùs inferunt, licere, vel infrà pectinem eam tondere, vel radere.

731 Vt tamen verum fatear non quadrat hæc interpretatio Conſtitutionibus; & contra-

trarium mihi probatur: nempè, quod nec radere, nec infrà pectinem eam tondere liceat. Et quo ad raſuram, mihi videtur certum; primò, quia in prædicto ſtatuto *Nullus barbam nutriat longiorem vnius digiti latitudine* apparet intentam eſſe barbæ nutritionem, ſed non longiorem &c. Secundò, quia nec Religio Auguſtiniana huiuſmodi barbæ raſuram in ſuis legibus admittit, vt iam *dub. præced.* inſinuatum & infrà iterùm apparebit, nec vllum in noſtris Conſtitutionibus eſt verbum, ex quo talis raſura colligatur; & aliàs ſolùm de ea tondenda eſt ibi ſermo; & quando nominantur ibidem nouaculæ, non applicantur barbæ, ſed capiti; quo ſignificatur ex mente Conſtitutionum radendum caput in modum coronæ, non barbam. Et magis conſtabit, ſi intentio ipſarum Conſtitutionum perpendatur, quæ ſemper in legibus præ verbis attendi debet, *l. ſcire leges, ff. de legibus*, Surd. *deciſ. 35. num. 14.* Genuenſ. *in pract. Eccleſ. q. 144. num. 3.* Cum enim ab initio Congregationis Patres noſtri barbam nutrirent prolixam, & inde aliqua abſurda deriuare obſeruaſsent, ad ea ex vna parte tollenda, & ex alia, vt conformarentur Conſtitutionibus Ordinis, & ſanctionibus Sacrorum Canonum, de quibus *dub. præced.*, decretum fuit, quod barba amputaretur; ac ſubindè formatum ſupradictum ſtatutum: *Nullus barbam nutriat longiorem vnius digiti latitudine*, nihil de abraſione loquendo: vnde apparet à Conſtitutionibus intentam fuiſſe ſolam barbæ obtruncationem, non verò abraſionē; lex enim id noluiſſe præſumitur, quod non expreſſit, cum facilè exprimere potuiſset. Menoch. *conſ. 30. num. 8.* Armendar. in *proem. addition. ad recop. leg. Nauarr. num. 150.*

732 Quod à fortiori dicendum, ſi combinatio fiat cum antiquioribus noſtris Conſtitutionibus, proùt ex codice M. S. in Spoletana Bibliotheca aſſeruato *part. 1. cap. 12. §. 25.* ibi: *Nullus barbam nutriat ſub pœna depoſitionis ab officio, aut priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ per duos annos facienti, & permittenti. Nouacula non vtantur, ſed forcipe tam ad barbam, quam ad caput.* Cum enim ibi barbæ, & capitis raſura omninò prohibeatur, & poſtea in eiſdem Conſtitutionibus emendatis, ac impreſſis concedatur nouacula pro capite, nullo facto eiuſdem verbo pro barba, certiſſimum omninò eſt, perſiſtere Conſtitutiones in eo, quod fratres ad barbam nouaculis non vtantur, ſeu non radantur; non ſolùm quia, dum in lege quis vnum exprimit, & aliud tacet, cenſetur excludere, quod tacet ex *regul. iur. in cap. Nonne benedicimus, de præſumpt.* Murga, *diſquiſit. Paſtoral. de iur. Prior. annex. num. 42.* ſed etiam, quia ſemper lex noua etiam ab eodem legiſlatore, vel ab eamdem poteſtatem habente condita, ſecundum antiquam eſt interpretanda ex *l. Non eſt nouum. Et l. ſed & poſteriores ff. de leg.* Menoch. *centur. 6. caſ. 52. num. 67. verſ. Et quidem hæc opinio.* Caſtropal. *p. 1. tract. 3. diſq. 5. punct. 3. §. 3. num. 14.* quod adeò verum, quod per ius nouum, aut legem, non eſt recedendum ab antiqua, niſi expreſsè id contineatur in noua. Sà *verb. lex. num. 16.* Del Bene *de immunit. Eccleſ. p. 1. cap. 2. d. 4. ſect. 3. num. 30.* & omnes leges moderniores trahendæ ſunt ad ſenſum antiquarum, cum de eadem re diſponunt, & antiquiores non abrogant, Pellizzar. *tom. 1. manual. tract. 5. c. 4. num. 37.* & latè Murga in *Conſtit. Apoſt. ad Conſtit. 16. num. 53.* quibus omnibus euincitur ſenſum Conſtitutionum in illis verbis *poterunt ſuper pectinem in barba tonderi*, regulandum eſſe cum diſpoſitione antiquarum, quæ raſuram barbæ prohibent, & ideò importare ſolùm modum ſeruandum in tonſione, nullatenùs verò raſuram.

733 Accedit etiam inueriſimilitudo; ſi namque ex eo, quod non adſtringamur à lege ad barbam ſupra pectinem tondendam, liberum eſſet eam radere; eadem ratione liberum eſſet & vſque ad digiti latitudinem eam nutrire; & ſic poſſent aliqui eam radere, & aliqui non: quod vtpotè diſſonum, & contrà vniformitatē, quæ circà omnia attenditur, quantum fieri poteſt in Reformatis Religionibus, inueriſimile omninò reddit, quod fuerit à Conſtitutionibus intenta huiuſmodi abraſio; & quod inueriſimile eſt, præſumitur non verum. Tiraqu. *in l. ſi vnquam. in princ. num. 4. C. de reuocand. donat.* Maſcard. de *probat.*, *concl. 740. nu. 35.* & *concl. 1364. num. 4.*; & ideò nec credendum, nec dicendum eſt. Rimin. Iun. *conſ. 362. num. 15., & 16.* Et tandem obſeruantia, quæ eſt legum interpretatiua; ab origine ſiquidem Reformationis vſque ad ann. 1683. inuiſa ſemper barbæ abraſio; & videre eſt in omnibus Religioſorū intra clauſtra expoſitis imaginibus, atq; picturis. Ex quo benè dignoſcitur huiuſmodi abraſionem non eſſe à Conſtitutionibus intentam.

734 Ex quo ſecundam aſſerti partem deduco: neque infrà, ſed ſupra pectinem eſſe tondendam; poſito ſiquidem, quod vltrà digiti latitudinem nutrienda non ſit, ly *ſupra pectinem* videtur appoſitum, & ſtare pro forma, quę in huiuſmodi attonſione ſeruari debet; cum namque infra digiti latitudinem poſſit adhuc magis, minuſque detruncari, ſicut aſſignatus fuit terminus longitudinis, quem excedere nemo debeat; ità pręfixus eſt terminus exiguitatis, infrà quem non eam liceat detruncare, nempè pecten, tamquàm menſura attonſionis. Deindè talis eſt & Conſtitutionum Ordinis ſub Seripando de 1551. impreſſarum, vt vidimus *dub. præced.* antiqua diſpoſitio, ſcilicet in *cap. 28. Tonſuram autem tam barbæ, quam comæ ità fieri volumus, vt tantum de barba, & capillis incidatur, quantum forficibus mediante pectine incidi poteſt*; cui diſpoſitioni ſe conformare voluiſſe cenſendæ ſunt noſtræ Conſtitutiones, dum ſtatuunt, quod poterunt ſuper *pectinem in barba tonderi*: Si enim in hoc non intendiſſent idem, quod ſupradictæ Conſtitutiones Ordinis, certè mutaſſent, eo modo, quo variarunt circà capitis attonſionem præſcribendo nouaculā ad illud radendum; & propterea ſenſus noſtrarū Con-

ſtitu-

ſtitutionum eſt, quod non infrà, ſed ſuprà pectinem ſit barba tondenda.

735 Nec refert, quod vbi Conſtitutiones Ordinis vtuntur verbo præceptiuo *volumus*, noſtræ vtantur verbo facultatiuo *poterunt*; quandoque enim verbum poteſt, exponitur per *debet*. Flam. *de reſign. lib.* 5. *q.* 3. *num.* 84. Seraph. de *priuileg. iuram. priuil.* 33. *num.* 71. Peyrin. de *Prælat. q.* 3. *cap.* 1. *num.* 113. eo modo, quo non *poteſt* exponitur pro *non debet*, per text. in *cap. niſi cum pridem. §. perſona verò. de renunciat.*; & ibi notat Gloſs. *in verb. non potuerit*. Fagnan. in *cap. cum cauſam. de elect. nu.* 30.; & in hoc ſenſu dico, intelligendum verbum, *poterunt*, de quo præſens ſtatutum, nempè pro *debebunt*, cum attonſio ſuprà pectinem aſſignata fuerit tamquàm forma in attonſione ſeruanda. Et patet euidenter ex eodem contextu ſtatuti, vbi pariter dicitur *Nouaculis vti poterunt ad caput*, & tamen non eſt ſenſus; quod libera ſit capitis raſura, ſed quod capitis capilli in modum coronæ debeant radi, vti demonſtrat conſuetudo, quæ eſt optima legum interpres. *l. minimè. ff. de legibus. l. ſi de interpretat. ff. eod. tit. cap. cum dilectus de conſuetud.* Menoch. *conſ.* 32. *num.* 44. Rot. *deciſ.* 74. *num.* 15. *in fin. apud Farinac. p.* 1. *recen.* & in ſimili de barbæ attonſione Peyrin. in *Regul. Minim. cap.* 3. *§.* 4. *q.* 3. *nu.* 3. omnes enim nouaculis ad caput vtuntur, exceptis infirmis: quo benè dignoſcitur, ea verba, *poterunt vti nouaculis* accipi & poſita eſſe in ſtatuto prò *debebunt*; adeòque eodem modo & exponenda prò debebunt, & alia ſimilia verba *poterunt ſuper pectinem in barba tonderi*.

736 Vnde concluditur veroſimilius eſſe iuxtà Conſtitutiones, non licere infrà pectinẽ tondere barbam. Verùm, cum non expreſſum hoc habeatur in lege, & aliàs verbum facultatiuum adhibeat, fruſtraneos puto hac ſuper reclamores. Aptius eſſet, ſi per Capituli generalis Definitorium declararetur ſtatutum, vt differentiæ tollantur; & omnes vniformitatem obſeruent, quæ etiam in hoc attendenda eſt, vt habet Peyrin. *ibid. cap.* 3. *§.* 4. *q.* 1. *nu.* 3., *&* 4. & *q.* 3. *num.* 3., *&* 4. *in fin. reprehenſibile enim eſt* (ait Iſidor. *cap.* 18. *Reg. Monach.*) *diuerſum habere cultum, vbi non eſt diuerſum propoſitum*. Et hęc de habitu, tonſuraque Eremitarum ſufficiant. A capite deſcendamus ad pedes.

QVODLIBETVM NONVM
DE
CHRISTI, APOSTOLORVM, ET EREMITARVM S. AVGVSTINI CALCEAMENTIS.

737 ET de hoc aliqua, cum Alphonſus Falcumbellus in ſua defenſione ſuper corrigiarum benedictione, & diſtributione *num.* 3.4. 5. *&* 6. & ex profeſſo Carolus Moreau in *Vindicijs &c.* nudipedium, quaſi ab Ordine Eremitarum alienum, impugnent. Vbi aduerto nullatenus meæ mentis eſſe Patrum meorum Obſeruantium calceos impugnare, aut quaſi Auguſtiniano inſtituto repugnantes reicere. Abeſt hoc enim æquè à mea mente, ſicut à veritate; Nec amplius intendo, quam nudipedium quoque. S.P. Auguſtini Eremitis congruere; quandoquidem vtrumque incedendi modum, calceatè ſcilicet, & excalceatè ſuis, vt oſtendam, permiſit Auguſtinus; Nec vna per calceos, aut altera per nudipedium Familia magis, minuſue ſubſtantialiter Auguſtiniana, cum calceamenta accidentia ſint, ſeù, vt in ſuo *Apologet.* §.4. *num.* 5. habet Lucas Vadingus, non de habitus ſubſtantia. Pro quo aliqua de calceis, & caligis prænotanda; ſicut & de Chriſti, Apoſtolorumque nudipedio, cum non minus à Moreau impugnetur.

DVBIVM I.

Quid, & quotuplex calceamentum.

738 GEnericum eſt nomen hoc calceamentum, & vt ex Polluc. aduertit Scaliger, ſignificat *omne id, quod pedibus aptari poteſt*. Idem ſentit Abulenſis *q.67. in cap.3. Matth.* dicens: *Calceamentum aliquando ſignificat non ſolum calceum, ſed quidquid calceamus*; adeò vt Equorum ferramentis conueniat; vndè Ambroſ. Calepinus *verb. calceus* ex Suetonio *in Veſpaſian.* & Angelus Rocca Palatij Apoſtolici Sacriſta in *Schol. ad S. Gregorij, & eius parentum imagines* dixerunt, *Calceati item dicuntur equi, cum pedes eorum aduerſus ſaxorum iniuriam ferramentis muniuntur*.

739 Hinc eſt, quod cum multæ ſint ſpecies eorum, quæ calceantur, omnes calceamenta dicuntur; & in primis caligæ de quibus fuſius *dub. ſeq. calceamenta ſunt* (ſecundum Papiã) *quæ non habent deſuper corium*. Item Soccus iuxtà eumdem Papiam, & Fungerum in *ethymol. verb. calceus*. & Victorium Marianum *Schol. in epiſt. 8. D. Hieronymi. n.36.*, & in *Epiſt. 23. nu. 7.* Item Crepidæ per eoſdem Papiam, & Funger. *ibid. verb. crepida*. Item Soleæ per Rauiſium Textorem. *tom.2. officin. de veſtim. gen. verſ. quid ſit ſolea*. Marian. Victor. ad *d. epiſt. 23. num. 9.* Calepinum *verb. ſolea*. Alexandrum ab Alexandro *dier. genial. lib.5. cap.18.*, & Gellium. *lib.13. cap.20.* quem ſequuntur Tiraquellus in *annot. ad dies genial. loc. dict. verb., & ſoleas*. & Balduinus de *calceo antiq. cap.* 11. Item Gallica per Hugonem Menardum in *concord. Regul. cap.41. de ferramentis ex Regul. S. Pachomij cap. 65. in annot. pag.* 605. Iulium Nigron. de *caliga. cap.2. nu. 17., & 25.*, & Heribert. Roſueyd. in *Onomaſt. ad Vit. Patr. pag.* 792. Tiraquell. *ibid. verb. Gallica*. Item Cothurnus per Calepin. *verb. Cothurnus*, & Tiraquell. *ibid. verb. eod.* Item Perones per Ludouicum Cerdam

in *Tertull. de Pallio cap. 5. n. 28.* Et tandem Sãdalia eſſe calceamenta apertè habetur apud Iul. Polluc. *lib. 7. Onomaſt. cap. 22.*, Calepinum verb. *Sandalium.* Ioan. Baptiſtam de Balbis in *Summ.*, quæ dicitur Catholicon. *verb. Sandalia.* ibi: *Sandalia ſunt quoddam genus calceamenti, quod eſt ſuperius apertum, inferius tectum.* Alexandrum ab Alexandr. *ibid. lib. 2. cap. 18.* Carolum Moreau in *omniloq. Tertull. tom. 3. verb. Pallium Schol. 2.* aliosque complures, quibus præmitti debent Iuo Carnotenſis *ſerm. de ſignificat. veſtim. Sacerd.* D. Bonauentura in *expoſit. Regul. Fratr. Minor. cap. 2. poſt med.*, & in *epiſt. de eo quod Chriſtus, & Apoſtoli inceſſerint diſcalceati.* Albinus Flaccus de *Diuin. offic. cap. 34.* Carolus Magnus in *fragment. de ritib. vet. Eccles.* à Vuolfango Lazio collectis. Rabanus Maurus. *de inſtit. Cleric. lib. 1. cap. 22.* Albertus Rubenius de *re veſtiar. lib. 2. cap. 1.* Lezana in *annal. Carmelit. ad ann. 3322. n. 5. pag. 342.* Emanuel Sà in Marc. *cap. 6.* Iul. Nigron. *d. cap. 2. nu. 23. 24., & 34.* calceamenti nomen ſandalijs expreſsè tribuentes; omneſque ferè Patres ad ea verba *Actor. 12.* dicta Petro *Calcea te caligas tuas*, pro quibus Græcus habet, *Sandalia*; teſte Ioan. Stephan. Durant. qui *lib. 2. de ritib. Eccl. Cathol. cap. 9.* ſic Patrum mentem declarauit: *Sanè dubium nõ eſt, quin Patres eo loco Sandaliorum nomine intelligant genus quoddam calceamenti.* Sed quid plura, cum calceamenta appellentur ab ipſo lumine Eccleſiæ Auguſtino? *Proindè* (ait ipſe *lib. 2. de conſens. Euangeliſt. cap. 30.*) *Marcus dicendo calceari eos ſandalijs, vel ſoleis, aliquid hoc calceamentum myſtica ſignificationis habet*; quem ſequentes Ianſenius in *concord. Euang. part. 4. cap. 55.* Alardus Gazæus in Caſſian. *lib. 1. de habit. Monach. cap. 10.* Franciſcus Biuarius de *veter. Monach. lib. 2. cap. 11. §. 2. n. 29.* Paulus Aringhus in *Rom. ſubterran. lib. 2. cap. 10. pag. 284.* ſandalijs *calceamenti* nomen tribuerunt.

Hæc ſparſim ex diuerſis ſcriptoribus de varijs calceamentorum ſpeciebus. Vnum vel alterum ſubnecto plures eorum ſpecies ſub eadem appellatione comprehendentes. Primus eſt Renat. Laurent. in *annot. ad Tertull. de Pallio*, hoc modo: *Sandalia, Sicyones, Phecaſei, Embades, Crepida, Mullei, & id genus calceamenta reliqua.* Secundus Proſper Stellartius in Auguſtinomachia *lib. 2. diſſertat. 17.* ſic: *Solea, Crepida, Callones, Gallica, Calepodium, Soccus, Cothurnus, Pero calceamenta ſunt.*

740 Et non ſolum calceamenti, ſed & ipſũ calcei nomen genericum eſt; *Calceatus* (verba ſunt Theodori Marcilij in *annot. ad critic. ad Tertull. de Pallio cap. 5.*) *commune nomen ad omnia pedum tegmina, ſiuè calcei dicuntur quidquid pedibus inducitur.* Quod tenet, & Franciſcus Biuarius loc. ſupr. *n. 30.* vbi de crepidis, cothurnis, caligis, & ſoccis: *quæ omnia calceorum genera ſunt*; & fuſius tum Iulius Pollux *d. cap. 20.* dicens: *Sed calceorum ſpecies ſunt Crepida, Embades, Arbyla, Sicbas, Conpedes, Solea, Sandalium, Blauta, Crupezia, Carbaſina, Dipodia, Polyntia, & multa alia,* tum Alexand. ab Alexandr. *d. lib. 5. cap. 18.* ibi: *erant enim veteribus calcei ſpecie varia; nam & gallicæ, & ſoleæ, & cothurni calceorum ſpecies ſunt.* Et ſigillatim de ſandalijs ſic *lib. 2. Pedagog. cap. 11.* Clemens Alexandrin. *Calceorum enim vſus eſt alius quidem ad tegendos pedes; alius autem ad propulſandas offenſiones, & à montanis aſperitatibus plantam pedis conſeruans.* Conſentiunt item Iun. Mayus. *de propriet. verbor.* ſic. *Sandalium calceorum genus.* Angelus de Pas *in c. 6. Marci. lib. 6. cap. 9.* præcipuè verò Balduinus *de calceo. antiq. cap. 7.*

741 Quandò ergò auditur, ſiuè legitur quis geſtaſſe calceamenta, vel calceos, neque per hoc, niſi aliundè conſtet, aſſerendum, quod integros calceos geſtauerit; cum & ſandalia ſub illis appellationibus comprehendantur. Verum, quia puto calceum hic non accipi ſpecificè à laudatis ſcriptoribus, ſed pro calceamento, quod *apud Latinos* (vt habet Claudius Salmaſius in *not. ad. d. Tertull. de Pallio*) *omne calceamentum, & quidquid pedibus inducitur, calcei nomine veniat*, teneo, vt ibi proſequitur idem Salmaſius, *propriè, ac ſtrictè* calceum *apellari id calceamenti genus, quod totum pedem infimè, & supernè tegit, eàque ratione diſtingui à ſoleis,* ſiuè ſandalijs, *quæ plantam pedis tantum veſtiunt, ſuperiore parte nuda.* Quod & habet Fungerus *verb. ſolea*, vbi *pars eius ſuperior vinciebatur habenis, vndè facilè intelligas à calceis fuiſſe diuerſam, qui totum tegebant pedem, et adſtringebant.* De calceamento autem loquendo, non pro ſolis integris calceis ſtare: ſed ipſis, & ſandalijs rationem communem ex dictis importare concludo. Quod adnotatum velim pro dicendorum intelligentia.

DVBIVM II.

De Sandalijs, Soleis, & Caligis.

742 SAndalium calceamentum eſſe deſuper corium non habens, ſeù ſuperius apertum, inferius tectum, iam inſinuauimus cum Ianuenſe *ſupr. num. 739.* ſub quibus terminis de eo locuti ſunt S. Anſelmus *tom. 1. in cap. 3. Matth.* Nicolaus Serrarius *tom. 1. de Apoſtol. n. 13.* Ioãnes Molanus *Hiſt. Sacr. Imagin. lib. 4. cap. 27.* Cornelius à Lapid. in *Matth. cap. 10. verſ. 10.*, & in Acta Apoſtol. *cap. 12. verſ. 8.* Ioannes de Haye in Biblia maxim. *annot. ad Matth. cap. 3. nu. 11.* Laurentius Beyerlinch. *Theatr. vit. human. verb. veſtis.* Balduinus *vbi ſupr. cap. 12.* Peyrinus in *Regul. Minim. cap. 3. §. 6. q. 1. n. 4.* præter S. P. Auguſtinum, Albinum Flaccum, Alardum Gazæum, Ianſenium, Io. Stephanum Durant. Paulum Aringhum *dub. præced.* adductos, & alios adducendos.

743 Hinc infero illud non eſſe calceamentum à ſolea diuerſum; tum quia, & hæc *Calceamenti genus, eſt quo pedis planta infimè tegitur,* ſuperiore nuda remanente, ſicut de ſandalijs dictum eſt; docentque Rauiſius Textor. *loc. ſupr.* Marianus Victorius in *d. epiſt. 23. D. Hieronym. n. 9.* Alexander ab Alexand. *cit. lib.*

5.

DVBIVM XVII.

De aliis ad has Confraternitates ſpectantibus.

709 ADuertendum eſt vlterius, quod qui Confraternitatem ingredi volunt, debent in libro Confraternitatis adſcribi; quamuis enim in tota prædicta Clementis X. Conſtitutione nulla mentio huiuſmodi deſcriptionis habeatur, ſed ſolummodò ingreſſus Confratrum: vt *ibi. §.46. de cætero ingredientur, primo die eorum ingreſſus*, qui poteſt verificari per ſolam corrigiæ ſuſceptionem, & de qua nos ſupr. *num.* 690. non eſt tamen prætereunda deſcriptio, cum in d. Pauli V. Conſtitutione *Cum certas*, talem ingreſſum per deſcriptionem fieri ſupponatur; ſic enim ibi, *de cætero ingredientes die primo eorum ingreſſus &c. ac tam ipſis pro tempore deſcribendis, quàm iam deſcriptis in d. Confraternitate*; ex quibus conſtat ingreſſum perfici ſaltem per deſcriptionem; adeòque, vt dixi, non prætereundam, vt in ſimili de Confraternitate Habitus B. M. V. de Carmel. Stratius *dict. num.* 690. laudatus; & de illa Chordigerorum S. Franciſci. Roderic. *tom.* 1. *quæſt.* 58. *art.* 1. Bordon. *reſol.* 72. *num.* 11. & 15. & pro omnibus Confraternitatibus Flauius Cherub. in *Compend. Bull. in Sixt. V. num.* 13. *Schol.* 2.

710 An autem requiratur, quod deſcribendus ſe coram Superiore ad deſcribendos Confratres deputato perſonaliter præſentet, Nauarrus *d. Miſcell.* 6. *de orat. §. dubitaui*, 2. ſentit, quod non, quia nullibi, vt ipſe aſſerit, hæc præſentia in loco præcipitur. Quod tenet Frances. *loc. ſupr. nu.* 244. niſi tamen habitum aliquem particularem ſuſcipere debeat. Vnde in admiſſione Cincturatorum, ſeu quando eſt alicui primò concedenda cinctura, videtur requiri ipſius præſentiam, cum debeat à Prælato præcingi; quod fieri non poteſt, niſi præcingens, & qui præcingitur, ſint ſimul; vt in ſimili de Chordigeris Bordon. *d. reſol.* 72. *num.* 16. Quod tamen poteſt intelligi de præſentia mediata, cum hoc munus præcingendi &c. poſſit alteri Religioſo à Superiore committi, vt notat Paſqualig. ad *Lauret. de Franch. p.* 1. *num.* 237.

711 Aliqua adhuc alia adnotanda ſuperſunt circà Ordinarij loci viſitationem, cui (etiamſi Confraternitates ad ſuos reſpectiuè Ordines ſpectent Lezan. *t.* 1. *p.* 2. *cap.* 15. *n.* 32. ità quod Patroni ſint ipſa Monaſteria, in quibus fuerunt erectæ. Idem Lezan. *ibid. n.* 7. debeantque in eorum capitulis præſidere eorum Superiores, & votum ferre. Bordon. *tom.* 4. *in miſcellan. deciſ.* 285. Paſſerin. *de Indulgentijs. q.* 103. *à n.* 821., *& ſeq.* & vlterius in Eccleſijs ipſorum Ordinum Regularium erectæ ſint) ſubijciuntur ex præſcripto tum S. Concilij Triden. *ſeſſ.* 22. *cap.* 8. *de reformat.* Barboſ. de *poteſt. Epiſc. allegat.* 75. *nu.* 2. 16., *&* 19. tum S. Congregationis Epiſc., & Regul. in vna Vercellen. *de* 1615. *ſub die* 17. *Iunij*, & S. Congregationis Concilij in *vna Nucerina*, teſte Nouario in *Lucern. Regul. verb. Confraternitas nu.* 2. Quod intelligendum eſt de ipſis Confraternitatibus, nō verò de Altaribus, & Capellis, iuxtà pariter deciſa à S. Congregatione, vt habent Barboſ. *ibid. n.* 13. *&* 29. & in *collect. ad Concil. Trid. cap.* 8. *ſeſſ.* 22. *de reform. n.* 21. *& in collect. deciſ. Apoſt. verb. Altare n.* 11. Ricciull. *lucubrat. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 15. *n.* 3. *in fin.* Io. Anton. Nouar. in *Summ. Bull. comment.* 49. *n.* 11. tum quia exempta Eccleſia, cenſentur exemptæ, & Capellæ ſibi ſubiectæ, vel connexæ. Gloſ. in *cap. Rogamus* 24. *q.* 1., *& cap. cum Capella, de priuileg.* tum quia Collegium, & Confraternitas, ad quas ſe extendit viſitatio, quam Tridentinum Epiſcopis concedit, diſtinguitur realiter à Capellis Confraternitatum, cum Confraternitas per Bald. *in l. ſi quis ad declinandum. § final. n.* 11. *C. de Epiſc., & Cleric.* ſit Collegium perſonale, & conſequēter ſupponens prò perſona ficta fictione iuris, quæ ſtat de per ſe, præſcindendo à loco, & conſtat ex ſolis perſonis ad differentiam Collegij realis, quod locum, & perſonas ſimul requirit; adeòque cum dicta Collegia diſtinguantur à Capellis, non videtur ad has extendi facultas viſitandi Collegia, & Confraternitates; & magis, quia, cum dicta diſpoſitio Conciliaris reſpectu Regularium ſit odioſa, ad ſolas Societates hominum debet reſtringi, & non ad loca extendi, vt eruditè diſcurrit Donat. *d. tract.* 8. *q.* 31.

712 Quia tamen adducitur à Barboſ. in *collect. deciſ. Apoſt. verb. Confraternitas. num.* 31. quoddam S. Congregationis decretum, quo Capellas quoque ab Ordinarijs viſitari poſſe declaratur, dicit Lezana *d. tom.* 1. *p.* 2. *cap.* 15. *nu.* 27. hoc eſſe intelligendum, quatenùs tantummodò ipſa Altaria ſpectent ad Confraternitates, non verò quatenùs ſpectant ad Regulares; Vndè Bordonus d. *reſol.* 72. *n.* 22. infert, nullatenùs poſſe ab Ordinarijs viſitari; quia cum Capellæ non poſſint viſitari niſi in ordine ad ornatum, ac ſupellectilem earum, quæ omnia cadunt ſub proprietate Eccleſiæ Regularium, & ſub quorum cura ordinaria exiſtunt, ſequitur, quod non poſſint viſitari dictæ Capellæ, niſi aliquo modo viſitentur Regulares, quod fieri nequit, cum ſint ab Ordinarijs exempti. Quod dictum approbare videtur, & Pellizar. *tom.* 2. *Manual. tract.* 8. *cap.* 5 *ſect.* 6. *q.* 28. *nu.* 288. *ad fin.*

713 Sed difficultas facilè reſolui poſſe videtur, dicendo, viſitationem hanc Confraternitatum intelligendam eſſe, quando ipſæ Confraternitates in Eccleſijs Regularium per laicos adminiſtratores reguntur, vt pluries S. Cōgregatio declarauit teſte Nicolio in *Floſcul. verb. Confraternitas nu.* 14., & Altaria tantummodò quo ad onera, ex altera eiuſdem S. Congregationis declaratione, vt idem Nicolius *ibid.* Vndè, cum Confraternitates Cincturatorum regantur ſemper à Cuſtodibus, & cum Cuſtode Regulari naturaliter connectantur,

clarè

clarè apparet ex dictis, Ordinariorũ viſitationibus eas minimè ſubeſſe. Ità expreſsè cum multis Iacobus à S. Antonio in *Conſult. Canonic. pro Regular. nu.* 787.

714 Idem dicendum in puncto Proceſſionũ, quod non poſſint ad eas ab Ordinarijs compelli; cum namque ad eas nequeant adſtringi, niſi vbi adſit conſuetudo, pariter ex S. Congregationis decreto, vt notat Barboſ. in *d. Collect. verb. Confratres*; & tenent Ricciull. *loc. ſup. cap.* 14. *n.* 2. & Lopez. *p.* 2. *Summ. cap.* 15. *de Confratr. nu.* 24. Confraternitates Cincturatorum ab hoc iure liberæ ſunt, cum numquàm Proceſſionibus ſoleant intereſſe.

715 Quo tandem ad oblationes, quæ Capellæ, ſeu Altari Confraternitatum fieri ſolent, ad Superiorem Regularem illius Eccleſiæ, in qua ſita eſt Confraternitatis Capella, eas ſpectare tenet Lezana *d. c.* 15. *nu.* 71. cum nonullis, quos allegat. Verùm Bordonus *loc. ſup. nu.* 72. dicit, ex probato vſu eas ſpectare ad ipſa Altaria, quibus offeruntur; ac proindè in eorum vſibus debere applicari, nec poſſe à Regularibus, quorum eſt Eccleſia, prætendi: cui cum Donato *ibid. q.* 26. me ſubſcribo, vt potè ad Conſtitutionem Clementis VIII. *Quæcumque, &c.* magis conformiter loquenti.

Alia poſſent ad examen vocari, videlicet, quoad Confratrum ſepulturam, acceſſum ad funeralia, & ſimilia. Sed de his paſſim apud DD. Et ideò hac de re ſatis.

QVODLI-

QVODLIBETVM OCTAVVM
DE
S. P. AVGVSTINI, ET EIVS EREMITARVM TONSVRA.

716 EGimus de Auguſtinianorum veſtibus. Conſequens eſt, vt de eorumdem tonſura aliquid dicamus, cum Religioſorum habitus conſiſtat in tonſura, & veſtibus, vt dicit Gloſs. *in ſum. cap.* 1. *de Cleric. coniug. in* 6., & habetur ex Concilio Tridentino *ſeſs.* 23. *de reform. cap.* 6. & Peyrin. in *Regul. S. Franciſci de Paula cap.* 3. §. 4. Nec deſunt cauſæ, cum etiam ſuper hoc, & maximè reſpectu barbæ ſit controuerſia, contendentibus aliquibus, eam eſſe radendam, alijs nutriendam; & alijs media via gradientibus, tondendam; & etiam quo ad hoc de maiore, vel minore detruncatione concertantibus. Vt ergò quid quo ad hæc ſtatuendum ſit, appareat, de S. P. Auguſtini, eiuſque Eremitarum attonſione loquendum.

DVBIVM I.

An, & quomodò attonſi Auguſtinus, & eius Monachi.

717 VEtuſtiſſimum in Eccleſia hunc ritum tondendi Monachos, ex Dionyſio, Athanaſio, Epiphanio, Hieronymo, Auguſtino, Palladio teſtatur, Franciſcus Hallier *de Sac. elect. & ordinat. p.* 2. *de tonſur. Cleric. art.* 2. §. 2. *num.* 3. adeò vt ex ipſis ad Clericos talis ritus tranſierit, vt Idem *ibi* ſcribit in *fin. num.* 6. Et quo ad Monachos, omnes olim attonſos, docent Platus *de ſtat. Relig. lib.* 2. *cap.* 11. Ludouicus de Angelis *de vit. & laud. S. P. Aug. lib.* 4. *cap.* 2.; & de communi conſuetudine in vniuerſa Eccleſia recepta tradit Mag. Lupus de *orig. Eremit. q. quodlibet. cap.* 24. dicens: *Hoc vnum dico, tonſuram capitis per omnem ſub Cælo Eccleſiam Monachis, ac Clericis ſemper fuiſſe vſitatam*; hoc eſt, ſuper caput abradebantur, vt habet Paulinus *epiſt.* 7. ad Sulpitium Seuerum ſcribens: *eos non improbo attonſi capitis fronte crinitos, ſed caſta informitate capillum ad cutem caſos, & inæqualiter ſemitonſos, & deſtituta fronte prærasos*; & ſignanter Auguſtiniani, cum de illis ſic Saluianus *lib.* 8. *de prouid.* teſtatus fuerit: *Quod intrà Africa Ciuitates, & maximè intrà Carthaginis muros palliatum, & pallidum, & receiſis comarum fluentium iubis, ad cutem tonſum videre tam infelix ille Populus, quam infidelis ſine conuicio, atque execratione vix poterat*; vbi de Auguſtinianis eum locutum eſſe tenent, vt vidimus *num.* 193. Marquez, Ludouicus de Angelis, & Chriſtianus Lupus.

718 Toto capite tonſos eos vult idem Mag. Lupus *loc. ſup. cap.* 26. ſic dicens: *Eremitica Auguſtini progenies manſit totum caput tonſa, ac barbam raſa, quomodò ei Auguſtinus inſtituerat, quomodò viderat ſeruari in Italia, ac audierat de tota Eccleſia latina*. Et iterum: *Nunc itaque concludo. Monachi S. Auguſtini erant totum caput tonſi, erant pallidi, ac palliati, geſtabant bardocucullum, ac pelliceum cingulum, amiciebantur nigro epipallio; habitabant in hortis agris, & deſertis*. Cuius aſſertionis ratio, quam ex auctoritatibus Paulini, & Saluiani locis ſupracit. adducit, quod nempè tonderentur vſque ad cutem, eatenùs ſufficiens eſt, quatenùs ſupponitur, olim Monachos laicos fuiſſe: cæterum, hoc præciſo, non probaretur totalis capitis attonſio, cum potuiſſet vtique ſtare, vt de facto ſtat in Religioſis tonſura vſque ad cutem vna cum corona.

719 Monachi ergò non Clerici toto capite tondebantur; & ſolum in promotione ad Clericatum coronam admittebant in tonſura. Satis ad hoc efficax eſt Phocij auctoritas, qui ad Nicolaum Papam I. ſcribens ſuper varijs Ec-

cleſiæ latinæ, & Græcæ quo ad ritus differentijs, dixit: *Apud nos Monachi habitum nemo vnquam in Clerici commutauit: nonnulli autē cū voluerint Monachum ad Epiſcopi faſtigium attollere, cum orbiculariter tondentes, priorem habitum immutant.* Vbi apparet, coronam illam non præſupponi in Monachis, ſed fuiſſe propriam Clericorum. Clariùs dignoſcitur *ex can.* 40. Concilij Toletan. vbi apertiſſimè huiuſmodi corona Clericis præſcribitur: *Omnes Clerici, vel lectores, ſicut Leuitæ, & Sacerdotes detonſo ſuperiùs capite toto, inferiùs ſolam circuli coronam relinquant.* Vnde Mag. Lupus ſubdit: *licet namque Clerici, & Monachi apud vtramque Eccleſiam tonderentur, tondebantur tamen aliter, & aliter. Clerici ex reſiduis quibuſdam crinium reliquijs coronabantur: Monachi autem tondebantur caput idque vſque ad cutem.*

720 Verùm, ſi verum eſt, quod ex quodam Concilij Nicæni canone refert Benedictus Hæfftenus *diſquiſit. Monaſt. lib. 5. tract. 9. diſqu.* 1. & addncit Carolus Moreau in *Vindic. p.* 1. *q.* 10. nempè, quod Monachi ſuper caput in modum coronæ raderentur: *Tertiò* (ſic ille) *capillorum abraſio eo modo fiebat, vt paruulus quidam circulus in modum coronæ relinqueretur, atque hinc coronæ nomen tonſura obtinuit. Nam Canon quidam Concilij Nicæni, quem ex Arabicis exemplaribus Turrianus edidit, ità præſcribit: Monachi alia habeant indumenta, & mores, quàm habeant laici, ac caput tondeant in modum coronæ. Canon.* 76. poſſet & in hac forma attonſus pronūciari à ſuſcepto Monachatu Auguſtinus, prout pronuntiauit Ambroſius Coriolanus in vit. S. P. Auguſtini, dicēs: *D. Ambroſius eum D. Pauli primi Eremitæ habitum, cucullam ſcilicet nigram, ad mundi contemptum ſignificandum, induit: Zona pellicea, ad lumborum refrænationem indicandam, cinxit: coronam etiam in capite fecit, vt per capillos de vertice raſos, terreſtres cogitationes, criminumq; ſuperfluitates de mente iugiter repellendas dignoſceret.*

721 Quod certum eſt, & negari nequit eſt: quod ſui poſt initiationem huiuſmodi circulum in modum coronæ geſtauerit Auguſtinus; Sic enim ipſe *epiſt.* 147. de ſe ipſo ad Epiſcopum quemdam loquitur: *Honorant nos veſtri; honorant vos noſtri. Per coronam noſtram adiurant vos veſtri: per coronam veſtram adiurant vos noſtri* iuxta obſeruationem Io: Bapt. Caſalij *de Sac. vet. Chriſtianor. ritib. cap.* 49. & Pompei Sarnelli in litteris Eccleſiaſticis *epiſt.* 10. Atque ex his inualuit in Ordine ritus tondendi totū caput laicis, & in modum coronæ Clericatui deſtinatis; qui æquè ab vtraque familia Calceata, & Diſcalceata obſeruatur, licet quo ad coronæ menſuram diuerſimodè; cum latior ab illis, & minor ab iſtis admittatur.

DVBIVM II.

Qualis S. P. Auguſtini barbæ attonſionis forma.

722 Sicuti quo ad Capitis attonſionem vnus eſt, modo tamen ſupradicto, omnium Auguſtinenſium ritus; ſic quoad barbam varius eſt; & ea de cauſa, quia cum non certò ſciatur, quid quo ad eam obſeruauerit Auguſtinus, tam qui nutriunt, quam qui eam radunt, Auguſtinū imitari ſibi ſuadent. Qualem ergò morem tenuerit Auguſtinus, videamus.

Carolus Moreau *p.* 2. *cap.* 3. *Vindiciar.* PP. Diſcalceatos Congregationis Galliarum irridet, quod barbam nutriant prolixiorem, & *p.* 1. *q.* 10. probat, eam non aluiſſe Auguſtinum. In præfatione autem generali ad Omniloquium Tertulliani. §. 7. eam abraſiſſe docet; quod & ſentire videtur loco ſupracit. Mag. Lupus. E contrà verò Mauritius à Matre Dei in *Sac. Erem. p.* 2. *cap.* 2. §. 9. promiſſam fuiſſe contendit. Et non ſine aliquo fundamento; cui addi poteſt Petrus de Campo Auguſtinianus Calceatus, qui in *Hiſtor. general. Ord. S. Aug. p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 14. barbæ prolixitati fauet.

723 Sed antequam reſoluatur difficultas, obſeruanda ſunt verba *can.* 44. Concilij Carthaginenſis, cui interfuit, & ſubſcripſit ipſe Auguſtinus; vbi dicitur: *Clericus nec comam nutriat, nec barbam*, quia illi vtraque pars innititur. Aliqui codices habent: *nec barbam tondeat*: alij verò: *nec barbam radat*. His adhæret Mauritius à M. Dei; & inde pro barbæ prolixitate argumentatur; Alij verò abſolutè legunt: *nec comam nutriat, nec barbam*. His innititur Moreau, & barbæ raſuram inde deducit *d. q.* 10. dicens: *At pluraque exemplaria ſine additamento vocabulorum* radat, *vel* tondeat, *ſimpliciter indicant Clerico, nec comam, nec barbam nutriendam*; & clariùs habet *d. præfat.* §. 7.

724 Circà quam differentiam, quod ſentio, eſt: re vera Canonem illum eſſe, qualem adducit Mauritius à M. Dei, ſcilicet, *Clericus nec comam nutriat, nec barbam radat*. Sic enim legitur in antiquioribus codicibus, vt ex Spondano in *not. ad Baron. ad ann.* 58. aduertit Hæftenus *lib.* 5. *diſquiſit. Monaſt. tract.* 9. *diſqu.* 3. & ex Salzed. obſeruat Barboſ. in *cap. Clericus.* 5. *de vit. & honeſt. Cleric. n.* 5. dicens: *Verùm circà hunc textum Salzed. ad Bernard. in pract. cap.* 79. *verſ. & non ſolùm. in nouiſſ. edit. ità ait: Secundùm verò ius Concilij Carthaginenſis, vnde profectum fuit d. cap. Clericus. barbas radere prohibitum eſt; nam, vt ſcribit Andr. ab. Exea. in rub. de conſtitut. nu.* 62. *in codice Conciliorum ſic legitur: Clericus neque comam nutriat, neque barbam radat; & rectè, nam lege antiqua ſic præcepit Dominus populo ſuo. Leuitic. cap.* 19. *nec radetis barbam*; & repetit, atque approbat *de iur. Eccleſ. vniu. lib.* 1. *cap.* 40. *nu.* 13.

Idem habet Georgius Ambianat. in Tertull. rediuiu. *tom.* 2. ad lib. de Pallio *cap.* 1. §. 3. *obſeruat.* 2. *pag.* 511. vbi: *Itaque quod legitur in concilio Carthaginenſi Quarto can.* 44. *Clericus nec comam nutriat, nec barbam, corrigendum eſt, reponendumque iuxtà fidem veterum exemplarium: Clericus nec comam nutriat, nec barbam radat*; & rurſum *in obſeruat. ad cap.* 4. *pag.* 544. *in princip. col.* 1. illius Canonis originem adducens: *Cum enim Chriſtiani iam aliquid liberiùs ex Imperatorum clementia, & temporum licentia præſumerent, tamque*

comam

comam nutrirent, barbam verò acrius cæderent, interuellerent, deraderent, viſum eſt, Clericos ſaltem in modeſtia continere, & auita Apoſtolorum diſciplina, vt nec comam nutrirent, nec barbam raderent. Ità docti quidam viri codices antiquos producunt, & deprauatam Canonis reſtituunt ſententiam. Non eſt improbabilis illa correctio, nam raſura antiquis ſemper inuiſa.

Fauet item Antonius Caracciolus in *Synopſi veter. Religioſ. p.2. cap.2. n.15.* vbi ſic textus deprauationem fatetur: *Huc etiam facit decretum Concilij Carthaginenſis 4. Can.44.* Clericus neque comam nutriat, neque barbam radat; *ſic enim legunt MM. SS. Vaticana, Victoriana, & Gandenſia; atque Iſidori liber Pariſijs impreſſus, vt teſtatur Ioannes Sauarus diligentiſſimus Sidonij Scholiaſtes notis in epiſt. S. Sidonij ad Turnum, qui inquit illud* radat, *eraſum fuiſſe in pleriſque Sacrorum Canonum codicibus à quodam feriato homine, qui vna litura maximas altercationes excitauit.* Vnde contrà Moreau apertè deduco, non abraſiſſe barbam Auguſtinum, cum Canoni talem abraſionem vetanti ſubſcripſerit.

725 Sed non propterea ſentio cum Mauritio a M. Dei, promiſſam fuiſſe Auguſtino barbam. Licet enim eam radere prohiberentur Eccleſiaſtici, non ſequitur, quod debuerint eam nutrire, vel nutrierint; & aliàs ſenſus DD. eſt, quod, nec eam alere deberent. Audiatur præfat. Caracciolus loc. ſup. *Alexander Papa III. cap. Clericus. 7. de vit. & honeſt. Cleric. ſeuerè ſanxit*: Clerici, qui comam nutriunt, & barbam, etiam inuiti tondeantur à ſuis Archidiaconis: *& diù ante eum B. Hieronymus in cap. 46. Ezechiel. cenſuerat, capillos in tantum dimittendos, vt operta ſit cutis, vt videlicet honeſtus habitus Sacerdotum facie demonſtretur: quibus verbis per capillos videtur & barbam comprehendere; vti & Concilium Agathenſe cap.20. comæ vocabulo etiam barbam intellexiſſe exponunt duo Summi Pontifices Gregorius VII. & Alexander III. verba ſuorum Decretorum è prædicto Concilio deſumentes. Tondenda igitur barba eſt, non autem ad cutem radenda, aut è contrà longius promittenda.* Et Emanuel Gonzalez, qui *in d. cap. Clericus. num.5.* ſic pariter habet: *Patres Concilij Carthaginenſis ſtatuerunt barbam eſſe tondendam etiam retenta vulgari lectione* nec barbam radant. Et ſubſequitur: *Dici poteſt, Eccleſiam nunquàm prohibuiſſe tonſionem barbæ: ſed eam nimis prolixam nutrire, aut ad cutem vſque radere. Vndè in cap. Clerici. hoc titul. tantum iubetur tonſio comæ, & barbæ: Sed mediocrem barbam eſſe alendam dicitur.*

Reſpondet Mauritius à M. Dei huic cap. *Clericus. 7. de vit. & honeſt. Cleric.* ab Alexandro III. condito additum fuiſſe *& barbam*, nec in originali reperiri; & hoc conſtare ex eo, quod in Concilio Agathenſi *c.20.* ex quo Canon. ille Alexandri III. deſumptus eſt, ſic habetur: *Clerici, qui comam nutriunt, ab Archidiacono, etiamſi noluerint, inuiti detondeantur. diſt.23.* nulla facta de barba mentione. Verùm parui momenti ſunt hæc; cum, quamuis à Concilio Agathenſi fuerint ea verba deſumpta, potuerit ipſe Alexander verbum illud, *& barbam*, apponere, vel de nouo verbis Concilij illud ſuperaddendo, vel verba Concilij explicando, hoc eſt, declarando per comam, de qua Concilium, capillos, & barbam comprehendi, *vt loc. ſup.* obſeruauit Caracciolus. Quod autem non fuerit verbum illud *& barbam* appoſitum ab Alexandro, ſed ab altero, & proprio marte, non probat Mauritius; & propterea nec ſuum euincit intentũ.

726 Suadetur autem ille mos neque radendi, neque alendi barbam ab eodem Caracciolo *loc. ſup.* & à Benedicto Hæfteno *d. diſq. 3.* pluribus exemplis, & præcipuè Chirſti Domini; cuius non omninò attonſa barba ex Iſaiæ *cap. 50. verſ.6. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus*; & S. Petri Apoſtoli, de quo Nicephorus *lib.2. cap.37. Capilli capitis, & barba criſpi, & denſi, ſed non admodùm prominentes fuere.* Et à Clemente Alexandrino *lib. 3. Pædagog. cap.11.* vbi proſcripta abraſione detonſionem ſic ſuadet: *Si quis autem barbæ nonnihil tondeat, ea tamen non eſt omninò denudanda; eſt enim turpe ſpectaculum, barbaque ad cutem tonſus non videtur multùm abeſſe à vulſione, & leuore*; & poſt aliqua: *Qui Superiori labri parte inter comedendum polluuntur, pili, tondendi ſunt non nouacula, eſt enim illiberale, ſed tonſorum forficibus.*, &c: & inſuper ex præallegato Concilio Carthaginenſi deducit Baronius *ann.398.* dicens: *Verùm & ſi nonniſi de coma Auguſtinus agat: Patres tamen in d. Concilio Carthaginenſi, inter quos & ipſe Auguſtinus nominatus, atque ſubſcriptus habetur, addiderunt quoque de barba minimè nutrienda: licet quædam exemplaria habeant additamentum illud (ſed radant, vel tondeant) tamen nutriendam non eſſe, communi codicibus omnibus lectioni concordat.*

727 Et talem morem non alendi, aut radendi, ſed tondendi barbam fuiſſe obſeruatum in Africana Eccleſia non inficiatur Chriſtianus Lupus *tom. 2. not. ad Concil. diſertat. ad Concil. VIII. cap.5. calumnia.8. pag. 1441.* & diſertè tradunt Andreas Sauſſay. in *Panopl. Cleric. appendic. de barba cap. 3.* dicens: *Quæ conſtantior lectio* (ideſt ſuprapoſitorum Concilij verborum *nec comam nutriat, nec barbam radat*) *ac plenior, ac rationi congruentior, Patrumque, qui huic interfuerunt Concilio ſententiæ, & praxi magis conueniens; ex quibus vnus, qui inſtar omnium eſſe poteſt, S. Auguſtinus, morem tam ſuum, quam Epiſcoporum, & Cleri Africanæ Eccleſiæ communem hunc fuiſſe teſtatur, vt nec raſam, nec detonſam prorſus, nec itidem promiſſam, ſed præciſam, & aliqua ex parte detruncatam, mediocrem ſcilicet deferrent.* Et clariſſimus, ac raræ eruditionis Emanuel à Schelſtrat in *tract. de Eccleſ. Africana. diſſertat.3. cap.8. pag.221.* vbi de eodem Canone, prout ſuprà, ſic: *Cautum eſt hoc Canone, ne Clericus comam nutriat, aut barbam: Sed ſi non raſas ſaltem præciſas, & more Cleri Africani ex parte aliqua detruncatas geſtarent.*

728 Quarè concludendum cum Baronio *ibid.* Auguſtinum, & tunc temporis Monachos nec raſam, nec prolixam, ſed detruncatam habuiſſe barbam: *Vt ex his* (ſic ille) *ſatis conuinci*

poſſit,

poſſit, ipſum Auguſtinum, & alios Epiſcopos, nec non Africanæ Eccleſiæ Clericos minimè geſtare conſueuiſſe promiſſam barbam: Sed ſi non raſam, ſaltem præciſam, & ex parte aliqua decurtatam, quo omnis ſuſpicio impenſi in ea nutrienda laboris omninò ceſſaret. Nam, cum æqua lex barbæ ſtatuatur, & comæ; ſicut illa ne nimium effluat ex præſcripta lege tonderi deberet, ita iſtam, ne prolixitate luxuriet, amputari neceſſe eſſet. Quod adhuc magis euincitur ex eo, quod, cum *ille Canon* (verba ſunt Seuerini Binij *in not. ad Concil. Carthag.*) à *S. Synodo editus eſſe videatur propter Eucharitarum, & Maſſilianorum Hæreticorum Sectarios; hi enim manibus operandum eſſe negantes, intonſi prolixam barbam, & comam alebant*; vt notant etiam Gonzalez *loc. ſupr.* ex Epiphanio *Hæres.* 80. & Baronius *tom. 5. ad ann.* 398. & propterea Auguſtinus *lib. de oper. Monach. cap.* 31. eos irriſerit, *crinitos* eos appellans. & inter alia ſic pungens: *An ità vacandum eſt* (ſcilicet ab operibus) *vt nec tonſores operentur? An quia Euangelicas volucres imitari ſe dicunt, quaſi depilari timent, ne volare non poſſint?* benè deducitur Auguſtinum conſimilem barbam, hoc eſt prolixam non nutriuiſſe, prout argumentatus eſt laudatus Hæftenus *d. diſquiſit.* 3. dicens: *Ex his ſatis euidenter conuinci poteſt S. Auguſtinum, reliquoſque Africanæ Eccleſiæ non tantum Clericos, ſed etiam Monachos prolixam barbam geſtare non conſueuiſſe*: Sed attonſam, vt perbellè idem Sauſſay. *ibid.* his verbis. *At quis credat Auguſtinum, quem in alijs reprehendebat errorem, in ſe admiſiſſe? vel ignorasse mentem huius Synodi celeberrimæ, cui interfuit cum 213. Epiſcopis omnium ipſe lumen? aut ſpontè veniſſe contrà decretum, cui ipſe ſubſcripſerat de barba non nutrienda, ac itidem nec radenda, ſed tondenda tantum?* Qua forte de cauſa in Auguſtinianis Conſtitutionibus ſub Seripando editis, eſt *cap.* 28. Sicut & in editis de 1581. apud Antonij Bladij Hæredes ſic ſubinde diſpoſitum: *Tonſuram autem tam barbæ, quam comæ ità fieri volumus, vt tantum de barba, & capillis incidatur quantum forficibus mediante pectine incidi poteſt.*

729 Duæ ſunt inſtantiæ; altera, quod Concilium Carthaginenſe non loquatur de Monachis, ſed de Clericis; & ità Mauritius *ibi*: quę tamen ſoluitur à Baronio *loco dict.* per hęc verba: *Sed dicet aliquis, cur in Synodo de Clericis, & non de Monachis mentio habetur? quod ſcilicet in Eccleſia Africana Monachiſmus iam aſcitus in Clerum ſimulque coniunctus eſſet, & in eadem Eccleſia Africana Clericorum nomine etiam Monachi continerentur.*

Altera à Caracciolo *loc. ſupr.* cui ſimul, & ab ipſo reſpondetur hoc pacto. Quod ſi quis contendat ad cutim vſque radendas Clericorum barbas, & quod Gregorius Papa VII. non tondendi, ſed radendi verbo vſus ſit, cum ſcripſit dę hac re ad Iacob. Epiſcopum Caralitanum, ſciat illud eo loco verbum non ſignificari cutaneam raſionem, ſed modeſtam detonſionem: tum quia alioqui Alexander Gregorio aduerſaretur; tum etiam quod nouum non ſit, vt raſio pro tonſione ſumatur. Ità enim ſumitur in vita S. Lupi Senonenſis Epiſcopi apud Surium, vbi hæc leguntur: *Cernens verò Rex Clotarius eum afflictum, corpus eius macie confectum, caput intonſum, barbamque minimè raſam, iubet eum honorificè tractari, comamque, & barbam tonderi &c.* Ecce prius illud *raſam* exponitur per *tonderi*. Hæc Caracciolus. Quo etiam ſenſu locutum Mag. Lupum, dum abraſionem edocuit, poſſum benignè eum interpretando explicare. Quod ſcilicet tàm Auguſtinus, quam eius Eremitæ barbam non alere, ſed tondere conſueuerint; attentis maximè præcitatis Conſtitutionibus, quæ non leuem pro hoc ritu faciunt coniecturam.

DVBIVM III.

De PP. Excalceatorum tonſura.

730 DE Excalceatis Congregationis Italiæ loquor: Et quo ad tonſionem, hæc ex Conſtitutionibus *p.* 1. *cap.* 12. §. 25. 26. & 27. obſeruare tenentur: *Clerici ſoli Coronam (vt vulgò dicitur) portent, quæ ad minus duos digitos latitudinis habeat. Conuerſis verò, & commiſſis nullo modo concedatur, ſed tondeantur more Sæcularium. Nullus barbam nutriat longiorem vnius digiti latitudine ſub pæna &c. Nouaculis vti poterunt ad caput; poterunt ſuper pectinem in barba tonderi, vt ſuprà.* Ex quibus patet, & hoc Auguſtino, & eius antiquis Monachis etiam quoad hoc magis aſſimilari, dum barbam neque nutriunt, neque radunt, vt de Auguſtino, eiuſq; Fratribus vidimus.

731 Dubium nihilominus eſt, an ex vi Conſtitutionum radi, vel infrà pectinē valeant tonderi, cum hoc non prohibitum cenſuerint aliqui, & è contrà vetitum alij. Et quia ſępiùs Prælatos quoſdam, eo quod infrà pectinem quidam ex Religioſis in barba tonderentur, exclamantes audiui, huiuſmodi dubium proponere, & reſoluere in præſenti incongruum non iudico.

Mouentur, qui iudicant poſſe vel radi, vel infrà pectinem barbam tonderi, ex eo quia ſtatutum ipſum vtitur verbo facultatiuo *poterunt*, quod importat liberam voluntatem, & non neceſſitatem. *l. ſæpè. ff. de off. Præſid. l. non quidquid. ff. de Iudic.* & *l.* 1. *C. quomodò, & quando Iudex*. Menoch. *conſ.* 1069. *nu.* 4. & 1199. *nu.* 12. Barboſ. *in diction: dict.* 268. *num.* 1., & in *cap. ſtatutum. de reſcriptis in 6. num.* 52. Fagnan. in *cap. Tua nobis. de Teſtam. num.* 22., & in *cap. Henricus. de Cler. pugn. in duell. nu.* 11. Et ideò, cum ſtatutum dicat, *poterunt ſuper pectinem in barba tonderi*, per illud non adſtringi ſe putant ad eam ſupra pectinem tondendam; & cum non adſtringantur, vtique dicunt, hoc liberæ voluntatis eſſe, & poſſe omitti; vndè rursùs inferunt, licere, vel infrà pectinem eam tondere, vel radere.

731 Vt tamen verum fatear non quadrat hæc interpretatio Conſtitutionibus; & con-

trarium mihi probatur: nempè, quod nec radere, nec infrà pectinem eam tondere liceat. Et quo ad raſuram, mihi videtur certum; primò, quia in prædicto ſtatuto *Nullus barbam nutriat longiorem vnius digiti latitudine* apparet intentam eſſe barbæ nutritionem, ſed non longiorem &c. Secundò, quia nec Religio Auguſtiniana huiuſmodi barbæ raſuram in ſuis legibus admittit, vt iam *dub. præced.* inſinuatum & infrà iterùm apparebit, nec vllum in noſtris Conſtitutionibus eſt verbum, ex quo talis raſura colligatur; & aliàs ſolùm de ea tondenda eſt ibi ſermo; & quando nominantur ibidem nouaculæ, non applicantur barbæ, ſed capiti; quo ſignificatur ex mente Conſtitutionum radendum caput in modum coronæ, non barbam. Et magis conſtabit, ſi intentio ipſarum Conſtitutionum perpendatur, quæ ſemper in legibus præ verbis attendi debet. *l. ſcire leges, ff. de legibus.* Surd. *deciſ.35. num.14.* Genuenſ. *in pract. Eccleſ. q.144. num.3.* Cum enim ab initio Congregationis Patres noſtri barbam nutrirent prolixam, & inde aliqua abſurda deriuare obſeruaſsent, ad ea ex vna parte tollenda, & ex alia, vt conformarentur Conſtitutionibus Ordinis, & ſanctionibus Sacrorum Canonum, de quibus *dub. præced.*, decretum fuit, quod barba amputaretur; ac ſubindè formatum ſupradictum ſtatutum: *Nullus barbam nutriat longiorem vnius digiti latitudine*, nihil de abraſione loquendo: vnde apparet à Conſtitutionibus intentam fuiſſe ſolam barbæ obtruncationem, non verò abraſionẽ; lex enim id noluiſse præſumitur, quod non expreſſit, cum facilè exprimere potuiſset. Menoch. *conſ.30. num. 8.* Armendar. in *proem. addition. ad recop. leg. Nauarr. num.150.*

732 Quod à fortiori dicendum, ſi combinatio fiat cum antiquioribus noſtris Conſtitutionibus, prout ex codice M. S. in Spoletana Bibliotheca aſseruato *part.1. cap.12. §.25.* ibi: *Nullus barbam nutriat ſub pæna depoſitionis ab officio, aut priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ per duos annos facienti, & permittenti. Nouacula non vtantur, ſed forcipe tam ad barbam, quam ad caput.* Cum enim ibi barbæ, & capitis raſura omninò prohibeatur, & poſtea in eiſdem Conſtitutionibus emendatis, ac impreſſis concedatur nouacula pro capite, nullo facto eiuſdem verbo pro barba, certiſſimum omninò eſt, perſiſtere Conſtitutiones in eo, quod fratres ad barbam nouaculis non vtantur, ſeu non radantur; non ſolùm quia, dum in lege quis vnum exprimit, & aliud tacet, cenſetur excludere, quod tacet ex *regul. iur. in cap. Nonne benedicimus. de præſumpt.* Murga. *diſquiſit. Paſtoral. de iur. Prior. annex. num.42.* ſed etiam, quia ſemper lex noua etiam ab eodem legislatore, vel ab eamdem poteſtatem habente condita, ſecundum antiquam eſt interpretanda ex *l. Non eſt nouum. Et l. ſed & poſteriores ff. de leg.* Menoch. *centur. 6. caſ.52. num.67. verſ. Et quidem hæc opinio.* Caſtropal. *p.1. tract.3. diſq.5. punct.3. §.3. num.14.* quod adeò verum, quod per ius nouum, aut legem, non eſt recedendum ab antiqua, niſi expreſsè id contineatur in noua, Sà *verb. lex. num.16.* Del Bene *de immunit. Eccleſ. p.1. cap.2. d.4. ſect.3. num.30.* & omnes leges moderniores trahendæ ſunt ad ſenſum antiquarum, cum de eadem re diſponunt, & antiquiores non abrogant, Pellizzar. *tom.1. manual. tract.5. c.4. num.37.* & latè Murga in *Conſtit. Apoſt. ad Conſtit.16. num.53.* quibus omnibus euincitur ſenſum Conſtitutionum in illis verbis *poterunt ſuper pectinem in barba tonderi*, regulandum eſse cum diſpoſitione antiquarum, quæ raſuram barbæ prohibent, & ideò importare ſolùm modum ſeruandum in tonſione, nullatenùs verò raſuram.

733 Accedit etiam inueriſimilitudo; ſi namque ex eo, quod non adſtringamur à lege ad barbam ſupra pectinem tondendam, liberum eſſet eam radere; eadem ratione liberum eſſet & vſque ad digiti latitudinem eam nutrire; & ſic poſſent aliqui eam radere, & aliqui non: quod vtporè diſſonum, & contrà vniformitatẽ, quæ circà omnia attenditur, quantum fieri poteſt in Reformatis Religionibus, inueriſimile omninò reddit, quod fuerit à Conſtitutionibus intenta huiuſmodi abraſio; & quod inueriſimile eſt, præſumitur non verum. Tiraqu. *in l. ſi vnquam. in princ. num. 4. C. de reuocand. donat.* Maſcard. de *probat.*, *concl.740. nu. 35.* & *concl. 1364. num.4.*; & ideò nec credendum, nec dicendum eſt, Rimin. Iun. *conſ.362. num. 15. & 16.* Et tandem obſeruantia, quæ eſt legum interpretatiua; ab origine ſiquidem Reformationis vſque ad ann. 1683. inuiſa ſemper barbæ abraſio; & videre eſt in omnibus Religioſorũ intra clauſtra expoſitis imaginibus, atq; picturis. Ex quo benè dignoſcitur huiuſmodi abraſionem non eſſe à Conſtitutionibus intentam.

734 Ex quo ſecundam aſſerti partem deduco; neque infrà, ſed ſupra pectinem eſſe tondendam; poſito ſiquidem, quod vltrà digiti latitudinem nutrienda non ſit, ly *ſupra pectinem* videtur appoſitum, & ſtare pro forma, quę in huiuſmodi attonſione ſeruari debet; cum namque infra digiti latitudinem poſſit adhuc magis, minuſque detruncari, ſicut aſſignatus fuit terminus longitudinis, quem excedere nemo debeat; ità pręfixus eſt terminus exiguitatis, infrà quem non eam liceat detruncare, nempè pecten, tamquàm menſura attonſionis. Deindè talis eſt & Conſtitutionum Ordinis ſub Seripando de 1551. impreſſarum, vt vidimus *dub. præced.* antiqua diſpoſitio, ſcilicet in *cap. 28. Tonſuram autem tam barbæ, quam comæ ità fieri volumus, vt tantum de barba, & capillis incidatur, quantum forſicibus mediante pectine incidi poteſt;* cui diſpoſitioni ſe conformare voluiſſe cenſendæ ſunt noſtræ Conſtitutiones, dum ſtatuunt, quod poterunt ſuper *pectinem in barba tonderi:* Si enim in hòc non intendiſſent idem, quod ſupradictæ Conſtitutiones Ordinis, certè mutaſſent; eo modo, quo variarunt circà capitis attonſionem præſcribendo nouaculã ad illud radendum; & propterea ſenſus noſtrarũ Conſtitu-

ſtitutionum eſt, quod non infrà, ſed ſuprà pectinem ſit barba tondenda.

735 Nec refert, quod vbi Conſtitutiones Ordinis vtuntur verbo præceptiuo *volumus*, noſtræ vtantur verbo facultatiuo *poterunt*; quandoque enim verbum poteſt, exponitur per *debet*. Flam. *de reſign. lib.5. q.3. num.84.* Seraph. de *priuileg. iuram. priuil.33. num.71.* Peyrin. de *Prælat. q.3. cap.1. num. 113.* eo modo, quo non *poteſt* exponitur pro *non debet*, per text. in *cap. niſi cum pridem. §. perſona verò. de renunciat.*; & ibi notat Gloſs. *in verb. non potuerit*. Fagnan. in *cap. cum cauſam. de elect. nu.30.*; & in hoc ſenſu dico, intelligendum verbum, *poterunt*, de quo præſens ſtatutum, nempè pro *debebunt*, cum attonſio ſuprà pectinem aſſignata fuerit tamquàm forma in attonſione ſeruanda. Et patet euidenter ex eodem contextu ſtatuti, vbi pariter dicitur *Nouaculis vti poterunt ad caput*, & tamen non eſt ſenſus; quod libera ſit capitis raſura, ſed quod capitis capilli in modum coronæ debeant radi, vti demonſtrat conſuetudo, quæ eſt optima legum interpres. *l. minimè. ff. de legibus. l. ſi de interpretat. ff. eod. tit. cap. cum dilectus de conſuetud.* Menoch. *conſ. 32. num. 44.* Rot. *deciſ. 74. num. 15. in fin. apud Farinac. p.1. recen.* & in ſimili de barbæ attonſione Peyrin. in *Regul. Minim. cap.3. §4. q.3. nu. 3.* omnes enim nouaculis ad caput vtuntur, exceptis infirmis: quo benè dignoſcitur, ea verba, *poterunt vti nouaculis* accipi & poſita eſſe in ſtatuto prò *debebunt*; adeòque eodem modo & exponenda prò debebunt, & alia ſimilia verba *poterunt ſuper pectinem in barba tonderi*.

736 Vnde concluditur veroſimilius eſſe iuxtà Conſtitutiones, non licere infrà pectinē tondere barbam. Verùm, cum non expreſſum hoc habeatur in lege, & aliàs verbum facultatiuum adhibeat, fruſtraneos puto hac ſuper reclamores. Aptius eſſet, ſi per Capituli generalis Definitorium declararetur ſtatutum, vt differentiæ tollantur; & omnes vniformitatem obſeruent, quæ etiam in hoc attendenda eſt, vt habet Peyrin. *ibid. cap.3. §.4. q.1. nu.3., & 4.* & *q.3. num. 3., & 4. in fin. reprehenſibile enim eſt* (ait Iſidor. *cap.18. Reg. Monach.*) *diuerſum habere cultum, vbi non eſt diuerſum propoſitum*. Et hęc de habitu, tonſuraque Eremitarum ſufficiant. A capite deſcendamus ad pedes.

QVODLIBETVM NONVM DE CHRISTI, APOSTOLORVM, ET EREMITARVM S. AVGVSTINI CALCEAMENTIS.

737 ET de hoc aliqua, cum Alphonſus Falcumbellus in ſua defenſione ſuper corrigiarum benedictione, & diſtributione *num.* 3.4.5. *&* 6. & ex profeſſo Carolus Moreau in *Vindicijs &c.* nudipedium, quaſi ab Ordine Eremitarum alienum, impugnent. Vbi aduerto nullatenus meæ mentis eſſe Patrum meorum Obſeruantium calceos impugnare, aut quaſi Auguſtiniano inſtituto repugnantes reicere. Abeſt hoc enim æquè à mea mente, ſicut à veritate; Nec amplius intendo, quam nudipedium quoque. S. P. Auguſtini Eremitis congruere; quandoquidem vtrumque incedendi modum, calceatè ſcilicet, & excalceatè ſuis, vt oſtendam, permiſit Auguſtinus; Nec vna per calceos, aut altera per nudipedium Familia magis, minuſue ſubſtantialiter Auguſtiniana, cum calceamenta accidentia ſint, ſeù, vt in ſuo *Apologet.* §.4. *num.* 5. habet Lucas Vadingus, non de habitus ſubſtantia. Pro quo aliqua de calceis, & caligis prænotanda; ſicut & de Chriſti, Apoſtolorumque nudipedio, cum non minus à Moreau impugnetur.

DVBIVM I.

Quid, & quotuplex calceamentum;

738 GEnericum eſt nomen hoc calceamentum, & vt ex Polluc. aduertit Scaliger, ſignificat *omne id, quod pedibus aptari poteſt*. Idem ſentit Abulenſis *q.67.in cap.3.Matth.* dicens: *Calceamentum aliquando ſignificat non ſolum calceum, ſed quidquid calceamus*; adeò vt Equorum ferramentis conueniat; vndè Ambroſ. Calepinus *verb. calceus* ex Suetonio *in Veſpaſian.* & Angelus Rocca Palatij Apoſtolici Sacriſta in *Schol. ad S. Gregorij, & eius parentum imagines* dixerunt, *Calceati item dicuntur equi, cum pedes eorum aduerſus ſaxorum iniuriam ferramentis muniuntur*.

739 Hinc eſt, quod cum multæ ſint ſpecies eorum, quæ calceantur, omnes calceamenta dicuntur; & in primis caligæ de quibus fuſius *dub. ſeq. calceamenta ſunt* (ſecundum Papiā) *quæ non habent deſuper corium*. Item Soccus iuxtà eumdem Papiam, & Fungerum in *ethymol. verb. calceus*, & Victorium Marianum *Schol. in epiſt.8. D.Hieronymi. n.36.*, & in *Epiſt. 23. nu. 7.* Item Crepidæ per eoſdem Papiam, & Funger. *ibid. verb. crepida*. Item Soleæ per Rauiſium Textorem. *tom.2. officin.de veſtim.gen. verſ. quid ſit ſolea*, Marian. Victor. ad *d.epiſt. 23. num. 9.* Calepinum *verb. ſolea*, Alexandrum ab Alexandro *dier. genial. lib.5. cap. 18.*, & Gellium. *lib.13. cap.20.* quem ſequuntur Tiraquellus in *annot. ad dies genial. loc. dict. verb., & ſoleas*. & Balduinus de *calceo antiq. cap.* 11. Item Gallica per Hugonem Menardum in *concord. Regul. cap.41. de ferramentis ex Regul. S. Pachomij cap. 65. in annot. pag.* 605. Iulium Nigron. de *caliga. cap.2. nu. 17., &* 25., & Heribert. Roſueyd. in *Onomaſt. ad Vit. Patr. pag.* 792. Tiraquell. *ibid. verb. Gallica*. Item Cothurnus per Calepin. *verb. Cothurnus*, & Tiraquell. *ibid. verb. eod.* Item Perones per Ludouicum Cerda,

in *Tertull. de Pallio cap. 5. n. 28*. Et tandem Sãdalia eſſe calceamenta apertè habetur apud Iul. Polluc. *lib. 7. Onomaſt. cap. 22.*, Calepinum verb. *Sandalium*. Ioan. Baptiſtam de Balbis in *Summ.*, quæ dicitur Catholicon. *verb. Sandalia*. ibi: *Sandalia ſunt quoddam genus calceamenti, quod eſt ſuperius apertum, inferius tectum*. Alexandrum ab Alexandr. *ibid. lib. 2. cap. 18.* Carolum Moreau in *omniloq. Tertull. com. 3. verb. Pallium Schol. 2.* aliosque complures, quibus præmitti debent Iuo Carnotenſis *ferm. de ſignificat. veſtim. Sacerd.* D. Bonauentura in *expoſit. Regul. Fratr. Minor. cap. 2. poſt med.*, & in *epiſt. de eo quod Chriſtus, & Apoſtoli inceſſerint diſcalceati*. Albinus Flaccus de *Diuin. offic. cap. 34.* Carolus Magnus in *fragment. de ritib. vet. Eccles.* à Vuolfango Lazio collectis. Rabanus Maurus. *de inſtit. Cleric. lib. 1. cap. 22.* Albertus Rubenius de *re veſtiar. lib. 2. cap. 1.* Lezana in *annal. Carmelit. ad ann. 3322. n. 5. pag. 342.* Emanuel Sà in Marc. *cap. 6.* Iul. Nigron. *d. cap. 2. nu. 23. 24., & 34.* calceamenti nomen ſandalijs expreſsè tribuentes; omneſque ferè Patres ad ea verba *Actor. 12.* dicta Petro *Calcea te caligas tuas*, pro quibus Græcus habet, *Sandalia*; teſte Ioan. Stephan. Durant. qui *lib. 2. de ritib. Eccl. Cathol. cap. 9.* ſic Patrum mentem declarauit: *Sanè dubium nõ eſt, quin Patres eo loco Sandaliorum nomine intelligant genus quoddam calceamenti*. Sed quid plura, cum calceamenta appellentur ab ipſo lumine Eccleſiæ Auguſtino? *Proindè* (ait ipſe *lib. 2. de conſens. Euangeliſt. cap. 30.*) *Marcus dicendo calceari eos ſandalijs, vel ſoleis, aliquid hoc calceamẽtum myſtica ſignificationis habet*; quem ſequentes Ianſenius in *concord. Euang. part. 4. cap. 55.* Alardus Gazæus in Caſſian. *lib. 1. de habit. Monach. cap. 10.* Franciſcus Biuarius de *veter. Monach. lib. 2. cap. 11. §. 2. n. 29.* Paulus Aringbus in *Rom. ſubterran. lib. 2. cap. 10. pag. 284.* ſandalijs *calceamenti* nomen tribuerunt.

Hæc ſparſim ex diuerſis ſcriptoribus de varijs calceamentorum ſpeciebus. Vnum vel alterum ſubnecto plures eorum ſpecies ſub eadem appellatione comprehendentes. Primus eſt Renat. Laurent. in *annot. ad Tertull. de Pallio*, hoc modo: *Sandalia, Sicyones, Phecaſei, Embades, Crepida, Mullei, & id genus calceamenta reliqua*. Secundus Proſper Stellartius in Auguſtinomachia *lib. 2. diſſertat. 17.* ſic: *Solea, Crepida, Callones, Gallica, Calepodium, Soccus, Cothurnus, Pero calceamenta ſunt*.

740. Et non ſolum calceamenti, ſed & ipſũ calcei nomen genericum eſt; *Calceatus* (verba ſunt Theodori Marcilij in *annot. ad critic. ad Tertull. de Pallio cap. 5.*) *commune nomen ad omnia pedum tegmina, ſiuè calcei dicuntur quidquid pedibus inducitur*. Quod tenet, & Franciſcus Biuarius loc. ſupr. *n. 30.* vbi de crepidis, cothurnis, caligis, & soccis: *quæ omnia calceorum genera ſunt*; & fuſius tum Iulius Pollux *d. cap. 20.* dicens: *Sed calceorum ſpecies ſunt Crepida, Embades, Arbyla, Sichas, Conipedes, Solea, Sandalium, Blauta, Crupezia, Carbaſina, Dipodia, Polyntia, & multa alia*, tum Alexand. ab Alexandr. *d. lib. 5. cap. 18.* ibi: *erant enim veteribus calcei ſpecie varia; nam & gallica, & ſolea, & cothurni calceorum ſpecies ſunt*. Et ſigillatim de ſandalijs ſic *lib. 2. Pedagog. cap. 11.* Clemens Alexandrin. *Calceorum enim vſus eſt alius quidem ad tegendos pedes; alius autem ad propulſandas offenſiones, & à montanis aſperitatibus plantam pedis conſeruans*. Conſentiunt item Iun. Mayus. *de propriet. verbor.* ſic. *Sandalium calceorum genus*. Angelus de Pas *in c. 6. Marci. lib. 6. cap. 9.* pręcipuè verò Balduinus de *calceo. antiq. cap. 7.*

741 Quandò ergò auditur, ſiuè legitur quis geſtaſſe calceamenta, vel calceos, neque per hoc, niſi aliundè conſtet, aſſerendum, quod integros calceos geſtauerit; cum & ſandalia ſub illis appellationibus comprehendantur. Verum, quia puto calceum hic non accipi ſpecificè à laudatis ſcriptoribus, ſed pro calceamento, quod *apud Latinos* (vt habet Claudius Salmaſius in *not. ad. d. Tertull. de Pallio*) *omne calceamentum, & quidquid pedibus inducitur, calcei nomine veniat*, teneo, vt ibi proſequitur idem Salmaſius, *propriè, ac ſtrictè* calceum *apellari id calceamenti genus, quod totum pedem infimè, & supernè tegit, eàque ratione diſtingui à ſoleis*, ſiuè ſandalijs, *quæ plantam pedis tantum veſtiunt, ſuperiore parte nuda*. Quod & habet Fungerus *verb. ſolea*, vbi *pars eius ſuperior vinciebatur habenis, vndè facilè intelligas à calceis fuiſſe diuerſam, qui totum tegebant pedem, et adſtringebant*. De calceamento autem loquendo, non pro ſolis integris calceis ſtare: ſed ipſis, & ſandalijs rationem communem ex dictis importare concludo. Quod adnotatum velim pro dicendorum intelligentia.

DVBIVM II.

De Sandalijs, Soleis, & Caligis.

742 SAndalium calceamentum eſſe deſuper corium non habens, ſeù ſuperius apertum, inferius tectum, iam inſinuauimus cum Ianuenſe *ſupr. num. 739.* ſub quibus terminis de eo locuti ſunt S. Anſelmus *tom. 1. in cap. 3. Matth.* Nicolaus Serrarius *tom. 1. de Apoſtol. n. 13.* Ioãnes Molanus *Hiſt. Sacr. Imagin. lib. 4. cap. 27.* Cornelius à Lapid. in *Matth. cap. 10. verſ. 10.*, & in Acta Apoſtol. *cap. 12. verſ. 8.* Ioannes de Haye in Biblia maxim. *annot. ad Matth. cap. 3. nu. 11.* Laurentius Beyerlincb. *Theatr. vis. human. verb. veſtis.* Balduinus *vbi ſupr. cap. 12.* Peyrinus in *Regul. Minim. cap. 3. §. 6. q. 1. n. 4.* præter S. P. Auguſtinum, Albinum Flaccum, Alardum Gazęum, Ianſenium, Io. Stephanum Durant. Paulum Aringhum *dub. præced.* adductos, & alios adducendos.

743 Hinc infero illud non eſſe calceamentum à ſolea diuerſum; tum quia, & hæc *Calceamenti genus, eſt quo pedis planta infimè tegitur*, ſuperiore nuda remanente, ſicut de ſandalijs dictum eſt; docentque Rauiſius Textor. *loc. ſupr.* Marianus Victorius in *d. epiſt. 23. D. Hieronym. n. 9.* Alexander ab Alexand. *cit. lib.*

5.

DVBIVM XVII.

De alijs ad has Confraternitates ſpectantibus.

709 ADuertendum eſt vlterius, quod qui Confraternitatem ingredi volunt, debent in libro Confraternitatis adſcribi; quamuis enim in tota prædicta Clementis X. Conſtitutione nulla mentio huiuſmodi deſcriptionis habeatur, ſed ſolummodò ingreſſus Confratrum: vt *ibi. §.46. de cætero ingredientur, primo die eorum ingreſſus*, qui poteſt verificari per ſolam corrigiæ ſuſceptionem, & de qua nos ſupr. *num.* 690. non eſt tamen prætereunda deſcriptio, cum in d. Pauli V. Conſtitutione *Cum certas*, talem ingreſſum per deſcriptionem fieri ſupponatur; ſic enim ibi, *de cætero ingredientes die primo eorum ingreſſus &c. ac tam ipſis pro tempore deſcribendis, quàm iam deſcriptis in d. Confraternitate*; ex quibus conſtat ingreſſum perfici ſaltem per deſcriptionem; adeòque, vt dixi, non prætereundam, vt in ſimili de Confraternitate Habitus B. M. V. de Carmel. Stratius *dict. num.* 690. laudatus; & de illa Chordigerorum S. Franciſci. Roderic. *tom.* 1. *quæſt.*58. *art.*1. Bordon. *reſol.*72. *num.*11. & 15. & pro omnibus Confraternitatibus Flauius Cherub. in *Compend. Bull. in Sixt. V. num.* 13. *Schol.* 2.

710 An autem requiratur, quod deſcribendus ſe coram Superiore ad deſcribendos Confratres deputato perſonaliter præſentet, Nauarrus *d. Miſcell.6. de orat. §. dubitani*, 2. ſentit, quod non, quia nullibi, vt ipſe aſſerit, hæc præſentia in loco præcipitur. Quod tenet Frances. *loc. ſupr. nu.* 244. niſi tamen habitum aliquem particularem ſuſcipere debeat. Vnde in admiſſione Cincturatorum, ſeu quando eſt alicui primò concedenda cinctura, videtur requiri ipſius præſentiam, cum debeat à Prælato præcingi; quod fieri non poteſt, niſi præcingens, & qui præcingitur, ſint ſimul; vt in ſimili de Chordigeris Bordon. *d. reſol.*72. *num.*16. Quod tamen poteſt intelligi de præſentia mediata, cum hoc munus præcingendi &c. poſſit alteri Religioſo à Superiore committi, vt notat Paſqualig. ad *Lauret. de Franch. p.*1. *num.*237.

711 Aliqua adhuc alia adnotanda ſuperſunt circà Ordinarij loci viſitationem, cui (etiamſi Confraternitates ad ſuos reſpectiuè Ordines ſpectent Lezan. *t.* 1. *p.* 2. *cap.*15. *n.*32. ità quod Patroni ſint ipſa Monaſteria, in quibus fuerunt erectæ. Idem Lezan. *ibid. n.*7. debeantque in eorum capitulis præſidere eorum Superiores, & votum ferre. Bordon. *tom.* 4. *in miſcellan. deciſ.* 285. Paſſerin. *de Indulgentijs. q.* 103. *à n.* 821., *& ſeq.* & vlterius in Eccleſijs ipſorum Ordinum Regularium erectæ ſint) ſubijciuntur ex præſcripto tum S. Concilij Triden. *ſeſſ.*22. *cap.*8. *de reformat.* Barboſ. de *poteſt. Epiſc. allegat.*75. *nu.* 2. 16., *&* 19. tum S. Congregationis Epiſc., & Regul. in vna Vercellen. *de* 1615. *ſub die* 17. *Iunij*, & S. Congregationis Concilij in *vna Nucerina*, teſte Nouario in *Lucern. Regul. verb. Confraternitas nu.* 2. Quod intelligendum eſt de ipſis Confraternitatibus, nō verò de Altaribus, & Capellis, iuxtà pariter deciſa à S. Congregatione, vt habent Barboſ. *ibid. n.*13. *&* 29. & in *collect. ad Concil. Trid. cap.* 8. *ſeſſ.*22. *de reform. n.*21. *& in collect. deciſ. Apoſt. verb. Altare n.*11. Ricciull. *lucubrat. Eccleſ. lib.* 4. *cap.*15. *n.*3. *in fin.* Io. Anton. Nouar. in *Summ. Bull. comment.*49. *n.*11. tum quia exempta Eccleſia, cenſentur exemptæ, & Capellæ ſibi ſubiectæ, vel connexæ. Gloſ. in *cap. Rogamus* 24. *q.* 1., *& cap. cum Capella. de priuileg.* tum quia Collegium, & Confraternitas, ad quas ſe extendit viſitatio, quam Tridentinum Epiſcopis concedit, diſtinguitur realiter à Capellis Confraternitatum, cum Confraternitas per Bald. *in l. ſi quis ad declinandum. § final. n.*11. *C. de Epiſc., & Cleric.* ſit Collegium perſonale, & conſequēter ſupponens prò perſona ficta fictione iuris, quæ ſtat de per ſe, præſcindendo à loco, & conſtat ex ſolis perſonis ad differentiam Collegij realis, quod locum, & perſonas ſimul requirit; adeòque cum dicta Collegia diſtinguantur à Capellis, non videtur ad has extendi facultas viſitandi Collegia, & Confraternitates; & magis, quia, cum dicta diſpoſitio Conciliaris reſpectu Regularium ſit odioſa, ad ſolas Societates hominum debet reſtringi, & non ad loca extendi, vt eruditè diſcurrit Donat. *d. tract.* 8. *q.* 31.

712 Quia tamen adducitur à Barboſ. in *collect. deciſ. Apoſt. verb. Confraternitas. num.*31. quoddam S. Congregationis decretum, quo Capellas quoque ab Ordinarijs viſitari poſſe declaratur, dicit Lezana *d. tom.*1. *p.*2. *cap.* 15. *nu.* 27. hoc eſſe intelligendum, quatenùs tantummodò ipſa Altaria ſpectent ad Confraternitates, non verò quatenùs ſpectant ad Regulares; Vndè Bordonus d. *reſol.* 72. *n.*22. infert, nullatenùs poſſe ab Ordinarijs viſitari; quia cum Capellæ non poſſint viſitari niſi in ordine ad ornatum, ac ſupellectilem earum, quæ omnia cadunt ſub proprietate Eccleſiæ Regularium, & ſub quorum cura ordinaria exiſtunt, ſequitur, quod non poſſint viſitari dictæ Capellæ, niſi aliquo modo viſitentur Regulares, quod fieri nequit, cum ſint ab Ordinarijs exempti. Quod dictum approbare videtur, & Pellizar. *tom.*2. *Manual. tract.*8. *cap.*5 *ſect.*6. *q.*28. *nu.*288. *ad fin.*

713 Sed difficultas facilè reſolui poſſe videtur, dicendo, viſitationem hanc Confraternitatum intelligendam eſſe, quando ipſæ Confraternitates in Eccleſijs Regularium per laicos adminiſtratores reguntur, vt pluries S. Cōgregatio declarauit teſte Nicolio in *Floſcul. verb. Confraternitas nu.* 14., & Altaria tantummodò quoad onera, ex altera eiuſdem S. Congregationis declaratione, vt idem Nicolius *ibid.* Vndè, cum Confraternitates Cincturatorum regantur ſemper à Cuſtodibus, & cum Cuſtode Regulari naturaliter connectantur,

clarè

clarè apparet ex dictis, Ordinariorũ viſitationibus eas minimè ſubeſſe. Ità expreſsè cum multis Iacobus à S. Antonio in *Conſult. Canonic. pro Regular. nu.* 787.

714 Idem dicendum in puncto Proceſſionũ, quod non poſſint ad eas ab Ordinarijs compelli; cum namque ad eas nequeant adſtringi, niſi vbi adſit conſuetudo, pariter ex S. Congregationis decreto, vt notat Barboſ. in *d. Collect. verb. Confratres*; & tenent Ricciull. *loc. ſup. cap.* 14. *n.* 2. & Lopez. *p.* 2. *Summ. cap.* 15. *de Confratr. nu.* 24. Confraternitates Cincturatorum ab hoc iure liberæ ſunt, cum numquàm Proceſſionibus ſoleant intereſſe.

715 Quo tandem ad oblationes, quæ Capellæ, ſeu Altari Confraternitatum fieri ſolent, ad Superiorem Regularem illius Eccleſiæ, in qua ſita eſt Confraternitatis Capella, eas ſpectare tenet Lezana *d. c.* 15. *nu.* 71. cum nonullis, quos allegat. Verùm Bordonus *loc. ſup. nu.* 72. dicit, ex probato vſu eas ſpectare ad ipſa Altaria, quibus offeruntur; ac proindè in eorum vſibus debere applicari, nec poſſe à Regularibus, quorum eſt Eccleſia, prætendi: cui cum Donato *ibid. q.* 26. me ſubſcribo, vt potè ad Conſtitutionem Clementis VIII. *Quæcumque, &c.* magis conformiter loquenti.

Alia poſſent ad examen vocari, videlicet, quoad Confratrum ſepulturam, acceſſum ad funeralia, & ſimilia. Sed de his paſſim apud DD. Et ideò hac de re ſatis.

QVODLI-

QVODLIBETVM OCTAVVM

DE

S. P. AVGVSTINI, ET EIVS EREMITARVM TONSVRA.

716 EGimus de Auguſtinianorum veſtibus. Conſequens eſt, vt de eorumdem tonſura aliquid dicamus, cum Religioſorum habitus conſiſtat in tonſura, & veſtibus, vt dicit Gloſs. *in ſum. cap.* 1. *de Cleric. coniug. in* 6., & habetur ex Concilio Tridentino *ſeſs.* 23. *de reform. cap.* 6. & Peyrin. in *Regul. S. Franciſci de Paula cap.* 3. §. 4. Nec deſunt cauſæ, cum etiam ſuper hoc, & maximè reſpectu barbæ ſit controuerſia, contendentibus aliquibus, eam eſſe radendam, alijs nutriendam; & alijs media via gradientibus, tondendam; & etiam quo ad hoc de maiore, vel minore detruncatione concertantibus. Vt ergò quid quo ad hæc ſtatuendum ſit, appareat, de S. P. Auguſtini, eiuſque Eremitarum attonſione loquendum.

DVBIVM I.

An, & quomodò attonſi Auguſtinus, & eius Monachi.

717 VEtuſtiſſimum in Eccleſia hunc ritum tondendi Monachos, ex Dionyſio, Athanaſio, Epiphanio, Hieronymo, Auguſtino, Palladio teſtatur, Franciſcus Hallier *de Sac. elect. & ordinat. p.* 2. *de tonſur. Cleric. art.* 2. §. 2. *num.* 3. adeò vt ex ipſis ad Clericos talis ritus tranſierit, vt Idem *ibi* ſcribit in *fin. num.* 6. Et quo ad Monachos, omnes olim attonſos, docent Platus *de ſtat. Relig. lib.* 2. *cap.* 11. Ludouicus de Angelis *de vit. & laud. S. P. Aug. lib.* 4. *cap.* 2.; & de communi conſuetudine in vniuerſa Eccleſia recepta tradit Mag. Lupus de *orig. Eremit. q. quodlibet. cap.* 24. dicens: *Hoc vnum dico, tonſuram capitis per omnem ſub Cælo Eccleſiam Monachis, ac Clericis ſemper fuiſſe vſitatam*; hoc eſt, ſuper caput abradebantur, vt habet Paulinus *epiſt.* 7. ad Sulpitium Seuerum ſcribens: *eos non improbo attonſi capitis fronte crinitos, ſed caſta informitate capillum ad cutem cæſos, & inæqualiter ſemitonſos, & deſtituta fronte præraſos*; & ſignanter Auguſtiniani, cum de illis ſic Saluianus *lib.* 8. *de prouid.* teſtatus fuerit: *Quod intrà Africæ Ciuitates, & maximè intrà Carthaginis muros palliatum, & pallidum, & receſis comarum fluentium iubis, ad cutem tonſum videre tam infelix ille Populus, quam infidelis ſine conuicia, atque execratione vix poterat*; vbi de Auguſtinianis eum locutum eſſe tenent, vt vidimus *num.* 193. Marquez, Ludouicus de Angelis, & Chriſtianus Lupus.

718 Toto capite tonſos eos vult idem Mag. Lupus *loc. ſup. cap.* 26. ſic dicens: *Eremitica Auguſtini progenies manſit totum caput tonſa, ac barbam raſa, quomodò ei Auguſtinus inſtituerat, quomodò viderat ſeruari in Italia, ac audierat de tota Eccleſia latina.* Et iterum: *Nunc itaque concludo. Monachi S. Auguſtini erant totum caput tonſi, erant pallidi, ac palliati, geſtabant bardocucullum, ac pelliceum cingulum, amiciebantur nigro epipallio; habitabant in hortis agris, & deſertis.* Cuius aſſertionis ratio, quam ex auctoritatibus Paulini, & Saluiani locis ſupracit. adducit, quod nempè tonderentur vſque ad cutem, eatenùs ſufficiens eſt, quatenùs ſupponitur, olim Monachos laicos fuiſſe: cæterum, hoc præciſo, non probaretur totalis capitis attonſio, cum potuiſſet vtique ſtare, vt de facto ſtat in Religioſis tonſura vſque ad cutem vna cum corona.

719 Monachi ergò non Clerici toto capite tondebantur; & ſolum in promotione ad Clericatum coronam admittebant in tonſura. Satis ad hoc efficax eſt Phocij auctoritas, qui ad Nicolaum Papam I. ſcribens ſuper varijs Ec-

Eccleſiæ

cleſiæ latinæ, & Græcæ quo ad ritus differentijs, dixit: *Apud nos Monachi habitum nemo vnquam in Clerici commutauit: nonnulli antè cū voluerint Monachum ad Epiſcopi faſtigium attollere, eum orbiculariter tondentes, priorem habitum immutant.* Vbi apparet, coronam illam non præſupponi in Monachis, ſed fuiſſe propriam Clericorum. Clariùs dignoſcitur *ex can.* 40. Concilij Toletan. vbi apertiſſimè huiuſmodi corona Clericis præſcribitur: *Omnes Clerici, vel lectores, ſicut Leuitæ, & Sacerdotes detonſo ſuperiùs capite toto, inferiùs ſolam circuli coronam relinquant.* Vnde Mag. Lupus ſubdit: *licet namque Clerici, & Monachi apud vtramque Eccleſiam tonderentur, tondebantur tamen aliter, & aliter. Clerici ex reſiduis quibuſdam crinium reliquijs coronabantur: Monachi autem tondebantur caput idque vſque ad cutem.*

720 Verùm, ſi verum eſt, quod ex quodam Concilij Nicæni canone refert Benedictus Hæfteтenus *diſquiſit. Monaſt. lib. 5. tract. 9. diſqu. 1.* & adducit Carolus Moreaù in *Vindic. p. 1. q.* 10. nempè, quod Monachi ſuper caput in modum coronæ raderentur: *Tertiò* (ſic ille) *capillorum abraſio eo modo fiebat, vt paruulus quidam circulus in modum coronæ relinqueretur, atque hinc coronæ nomen tonſura obtinuit. Nam Canon quidam Concilij Nicæni, quem ex Arabicis exemplaribus Turrianus edidit, ità præſcribit: Monachi alia habeant indumenta, & mores, quàm habeant laici, ac caput tondeant in modum coronæ. Canon.* 76. poſſet & in hac forma attonſus pronūciari à ſuſcepto Monachatu Auguſtinus, prout pronuntiauit Ambroſius Coriolanus in vit. S. P. Auguſtini, dicēs: *D. Ambroſius cum D. Pauli primi Eremitæ habitum, cucullam ſcilicet nigram, ad mundi contemptum ſignificandum, induit: Zona pellicea, ad lumborum refrænationem indicandam, cinxit: coronam etiam in capite fecit, vt per capillos de vertice raſos, terreſtres cogitationes, criminumque ſuperfluitates de mente iugiter repellendas dignoſceret.*

721 Quod certum eſt, & negari nequit eſt: quod ſui poſt initiationem huiuſmodi circulum in modum coronæ geſtauerit Auguſtinus; Sic enim ipſe *epiſt.* 147. de ſe ipſo ad Epiſcopum quemdam loquitur: *Honorant nos veſtri; honorant vos noſtri. Per coronam noſtram adiurant nos veſtri: per coronam veſtram adiurant vos noſtri* iuxta obſeruationem Io: Bapt. Caſalij *de Sac. vet. Chriſtianor. ritib. cap.* 49. & Pompei Sarnelli in litteris Eccleſiaſticis *epiſt.* 10. Atque ex his inualuit in Ordine ritus tondendi totū caput laicis, & in modum coronæ Clericatui deſtinatis; qui æquè ab vtraque familia Calceata, & Diſcalceata obſeruatur, licet quo ad coronæ menſuram diuerſimodè; cum latior ab illis, & minor ab iſtis admittatur.

DVBIVM II.

Qualis S. P. Auguſtini barbæ attonſionis forma.

722 SIcuti quo ad Capitis attonſionem vnus eſt, modo tamen ſupradicto, omnium Auguſtinenſium ritus; ſic quoad barbam varius eſt; & ea de cauſa, quia cum non certò ſciatur, quid quo ad eam obſeruauerit Auguſtinus, tam qui nutriunt, quam qui eam radunt, Auguſtinū imitari ſibi ſuadent. Qualem ergò morem tenuerit Auguſtinus, videamus.

Carolus Moreau *p. 2. cap. 3. Vindiciar.* PP. Diſcalceatos Congregationis Galliarum irridet, quod barbam nutriant proliziorem, & *p. 1. q.* 10. probat, eam non aluiſſe Auguſtinum. In præfatione autem generali ad Omniloquium Tertulliani. §. 7. eam abraſiſſe docet; quod & ſentire videtur loco ſupracit. Mag. Lupus. E contrà verò Mauritius à Matre Dei in *Sac. Erem. p. 2. cap. 2. §. 9.* promiſſam fuiſſe contendit. Et non ſine aliquo fundamento; cui addi poteſt Petrus de Campo Auguſtinianus Calceatus, qui in *Hiſtor. general. Ord. S. Aug. p. 1. lib. 1. cap. 14.* barbæ prolixitati fauet.

723 Sed antequam reſoluatur difficultas, obſeruanda ſunt verba *can.* 44. Concilij Carthaginenſis, cui interfuit, & ſubſcripſit ipſe Auguſtinus; vbi dicitur: *Clericus nec comam nutriat, nec barbam,* quia illi vtraque pars innititur. Aliqui codices habent: *nec barbam tondeat*: alij verò: *nec barbam radat.* His adhæret Mauritius à M. Dei; & inde pro barbæ prolixitate argumentatur; Alij verò abſolutè legunt: *nec comam nutriat, nec barbam.* His innititur Moreau, & barbæ raſuram inde deducit *d. q.* 10. dicens: *At pluraque exemplaria ſine additamento vocabulorum* radat, *vel* tondeat, *ſimpliciter indicant Clerico, nec comam, nec barbam nutriendam;* & clariùs habet *d. præfat. §. 7.*

724 Circa quam differentiam, quod ſentio, eſt: re vera Canonem illum eſſe, qualem adducit Mauritius à M. Dei, ſcilicet, *Clericus nec comam nutriat, nec barbam radat.* Sic enim legitur in antiquioribus codicibus, vt ex Spondano in *not. ad Baron. ad ann.* 58. aduertit Hæfteтenus *lib. 5. diſquiſit. Monaſt. tract. 9. diſqu. 3.* & ex Salzed. obſeruat Barboſ. in *cap. Clericus. 5. de vit. & honeſt. Cleric. n. 5.* dicens: *Verùm circà hunc textum Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 79. verſ. & non ſolùm. in nouiſſ. edit. ità ait: Secundùm verò ius Concilij Carthaginenſis, vnde profectum fuit d. cap. Clericus. barbas radere probibitum eſt; nam, vt ſcribit Andr. ab. Exea. in rub. de conſtitut. nu. 62. in codice Conciliorum ſic legitur: Clericus neque comam nutriat, neque barbam radat; & rectè, nam lege antiqua ſic præcepit Dominus populo ſuo. Leuitic. cap. 19. nec radetis barbam;* & repetit, atque approbat *de iur. Eccleſ. vniu. lib. 1. cap. 40. nu. 13.*

Idem habet Georgius Ambianat. in Tertull. rediuiu. *tom.* 2. ad lib. de Pallio *cap. 1. §. 3. obſeruat. 2. pag.* 511. vbi: *Itaque quod legitur in concilio Carthaginenſi Quarto can. 44. Clericus nec comam nutriat, nec barbam, corrigendum eſt, reponendumque iuxtà fidem veterum exemplarium: Clericus nec comam nutriat, nec barbam radat;* & rurſum *in obſeruat. ad cap. 4. pag. 544. in princip. col. 1.* illius Canonis originem adducens: *Cum enim Chriſtiani iam aliquid liberiùs ex Imperatorum clementia, & temporum licentia præſumerent, iamque*

comam

comam nutrirent, barbam verò acrius cæderent, interuellerent, deraderent, viſum eſt, Clericos ſaltem in modeſtia continere, & auita Apoſtolorum diſcipline, vt nec comam nutrirent, nec barbam raderent. Ità docti quidam viri codices antiquos producunt, & deprauatam Canonis reſtituunt ſententiam. Non eſt improbabilis illa correctio, nam raſura antiquis ſemper inuiſa.

Fauet item Antonius Caracciolus in *Synopſi veter. Religioſ. p.2. cap.2. n.15.* vbi ſic textus deprauationem fatetur: *Huc etiam facit decretum Concilij Carthaginenſis 4. Can.44.* Clericus neque comam nutriat, neque barbam radat; *ſic enim legunt MM. SS. Vaticana, Victoriana, & Gandenſia; atque Iſidori liber Pariſijs impreſſus, vt teſtatur Ioannes Sauarus diligentiſſimus Sidonij Scholiaſtes notis in epiſt. S. Sidonij ad Turnum, qui inquit illud* radat, *eraſum fuiſſe in pleriſque Sacrorum Canonum codicibus à quodam feriato homine, qui vna litura maximas altercationes excitauit.* Vnde contrà Moreau apertè deduco, non abraſiſſe barbam Auguſtinum, cum Canoni talem abraſionem vetanti ſubſcripſerit.

725 Sed non propterea ſentio cum Mauritio à M. Dei, promiſſam fuiſſe Auguſtino barbam. Licet enim eam radere prohiberentur Eccleſiaſtici, non ſequitur, quod debuerint eam nutrire, vel nutrierint; & aliàs ſenſus DD. eſt, quod, nec eam alere deberent. Audiatur præfat. Caracciolus loc. ſup. *Alexander Papa III. cap. Clericus. 7. de vit. & honeſt. Cleric. ſeuerè ſanxit:* Clerici, qui comam nutriunt, & barbam, etiam inuiti tondeantur à ſuis Archidiaconis: *& diù ante eum B. Hieronymus in cap. 46. Ezechiel. cenſuerat, capillos in tantum dimittendos, vt operta ſit cutis, vt videlicet honeſtus habitus Sacerdotum facie demonſtretur: quibus verbis per capillos videtur & barbam comprehendere; vti & Concilium Agathenſe cap.20. comæ vocabulo etiam barbam intellexiſſe exponunt duo Summi Pontifices Gregorius VII. & Alexander III. verba ſuorum Decretorum è prædicto Concilio deſumentes. Tondenda igitur barba eſt, non autem ad cutem radenda, aut è contrà longius promittenda.* Et Emanuel Gonzalez, qui *in d. cap. Clericus. num.5.* ſic pariter habet: *Patres Concilij Carthaginenſis ſtatuerunt barbam eſſe tondendam etiam retenta vulgari lectione* nec barbam radant. Et ſubſequitur: *Dici poteſt, Eccleſiam nunquàm prohibuiſſe tonſionem barbæ: ſed eam nimis prolixam nutrire, aut ad cutem vſque radere. Vndè in cap. Clerici. hoc titul. tantum iubetur tonſio comæ, & barbæ: Sed mediocrem barbam eſſe alendam dicitur.*

Reſpondet Mauritius à M. Dei huic cap. *Clericus. 7. de vit. & honeſt. Cleric.* ab Alexandro III. condito additum fuiſſe *& barbam*, nec in originali reperiri; & hoc conſtare ex eo, quod in Concilio Agathenſi *c.20.* ex quo Canon. ille Alexandri III. deſumptus eſt, ſic habetur: *Clerici, qui comam nutriunt, ab Archidiacono, etiamſi noluerint, inuiti detondeantur. diſt.23.* nulla facta de barba mentione. Verùm parui momenti ſunt hæc; cum, quamuis à Concilio Agathenſi fuerint ea verba deſumpta, potuerit ipſe Alexander verbum illud, *& barbam*, apponere, vel de nouo verbis Concilij illud ſuperaddendo, vel verba Concilij explicando, hoc eſt, declarando per comam, de qua Concilium, capillos, & barbam comprehendi, *vt loc. ſup.* obſeruauit Caracciolus. Quod autem non fuerit verbum illud *& barbam* appoſitum ab Alexandro, ſed ab altero, & proprio marte, non probat Mauritius; & propterea nec ſuum euincit intentũ.

726 Suadetur autem ille mos neque radendi, neque alendi barbam ab eodem Caracciolo *loc. ſup.* & à Benedicto Hæſteno *d. diſq. 3.* pluribus exemplis, & præcipuè Chirſti Domini; cuius non omninò attonſa barba ex Iſaiæ *cap. 50. verſ.6. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus;* & S. Petri Apoſtoli, de quo Nicephorus *lib.2. cap.37. Capilli capitis, & barba criſpi, & denſi, ſed non admodùm prominentes fuere.* Et à Clemente Alexandrino *lib. 3. Pædagog. cap. 11.* vbi proſcripta abraſione detonſionem ſic ſuadet: *Si quis autem barba nonnihil tondeat, ea tamen non eſt omninò denudanda; eſt enim turpe ſpectaculum, barbaque ad cutem tonſus non videtur multùm abeſſe à vulſione, & leuore;* & poſt aliqua: *Qui Superiori labri parte inter comendendum polluuntur, pili, tondendi ſunt non nouacula, eſt enim illiberale, ſed tonſorum forficibus, &c:* & inſuper ex præallegato Concilio Carthaginenſi deducit Baronius *ann.398.* dicens: *Verùm & ſi nonniſi de coma Auguſtinus agat: Patres tamen in d. Concilio Carthaginenſi, inter quos & ipſe Auguſtinus nominatus, atque ſubſcriptus habetur, addiderunt quoque de barba minimè nutrienda: licet quædam exemplaria habeant additamentum illud (ſed radant, vel tondeant) tamen nutriendam non eſſe, communi codicibus omnibus lectioni concordat.*

727 Et talem morem non alendi, aut radendi, ſed tondendi barbam fuiſſe obſeruatum in Africana Eccleſia non inficiatur Chriſtianus Lupus *tom. 2. not. ad Concil. diſertat. ad Concil. VIII. cap.5. calumnia.8. pag. 1441.* & diſertè tradunt Andreas Sauſſay. in *Panopl. Cleric. appendic. de barba cap. 3.* dicens: *Quæ conſtantior lectio* (ideſt ſuprapoſitorum Concilij verborum *nec comam nutriat, nec barbam radat*) *ac plenior, ac rationi congruentior, Patrumque, qui huic interfuerunt Concilio ſententiæ, & praxi magis conueniens; ex quibus vnus, qui inſtar omnium eſſe poteſt, S. Auguſtinus, morem tam ſuum, quam Epiſcoporum, & Cleri Africanæ Eccleſiæ communem hunc fuiſſe teſtatur, vt nec raſam, nec detonſam prorſus, nec itidem promiſſam, ſed præciſam, & aliqua ex parte detruncatam, mediocrem ſcilicet deferrent.* Et clariſſimus, ac raræ eruditionis Emanuel à Schelſtrat in *tract. de Eccleſ. Africana. diſſertat.3. cap.8. pag.221.* vbi de eodem Canone, prout ſuprà, ſic: *Cautum eſt hoc Canone, ne Clericus comam nutriat, aut barbam: Sed ſi non raſas ſaltem præciſas, & more Cleri Africani ex parte aliqua detruncatas geſtarent.*

728 Quarè concludendum cum Baronio *ibid.* Auguſtinum, & tunc temporis Monachos nec raſam, nec prolixam, ſed detruncatam habuiſſe barbam: *Vt ex his* (ſic ille) *ſatis conuinci*

poſſit,

poſſit, ipſum Auguſtinum, & alios Epiſcopos, nec non Africanæ Eccleſiæ Clericos minimè geſtare conſueuiſſe promiſſam barbam: Sed ſi non raſam, ſaltem præciſam, & ex parte aliqua decurtatam, quo omnis ſuſpicio impenſis in ea nutrienda laboris omninò ceſſaret. Nam, cum æqua lex barbæ ſtatuatur, & comæ; ſicut illa ne nimium effluat ex præſcripta lege tonderi deberet, ita iſtam, ne prolixitate luxuriet, amputari neceſſe eſſet. Quod adhuc magis euincitur ex eo, quod, cum *ille Canon* (verba ſunt Seuerini Binij *in not. ad Concil. Carthag.*) *à S. Synodo editus eſſe videatur propter Euchar itarum, & Maſſilianorum Hæreticorum Sectarius; hi enim manibus operandum eſſe negantes, intonſi prolixam barbam, & comam alebant*; vt notant etiam Gonzalez *loc. ſupr.* ex Epiphanio *Hæres.* 80. & Baronius *tom.* 5. *ad ann.* 398. & propterea Auguſtinus *lib. de oper. Monach. cap.* 31. eos irriſerit, *crinitos* eos appellans. & inter alia ſic pungens: *An ità vacandum eſt* (ſcilicet ab operibus) *vt nec tonſores operentur? An quia Euangelicas volucres imitari ſe dicunt, quaſi depilari timent, ne volare non poſſint?* benè deducitur Auguſtinum conſimilem barbam, hoc eſt prolixam non nutriuiſſe, prout argumentatus eſt laudatus Hæſtenus. *d. diſquiſit.* 3. dicens: *Ex his ſatis euidenter conuinci poteſt S. Auguſtinum, reliquoſque Africanæ Eccleſiæ non tantum Clericos, ſed etiam Monachos prolixam barbam geſtare non conſueuiſſe:* Sed attonſam, vt perbellè idem Sauſſay. *ibid.* his verbis. *At quis credat Auguſtinum, quem in alijs reprehendebat errorem, in ſe admiſiſſe? vel ignoraſſe mentem huius Synodi celeberrimæ, cui interfuit cum 213. Epiſcopis omnium ipſe lumen? aut ſponte veniſſe contrà decretum, cui ipſe ſubſcripſerat de barba non nutrienda, ac itidem nec radenda, ſed tondenda tantum?* Qua forte de cauſa in Auguſtinianis Conſtitutionibus ſub Seripando editis, eſt *cap.* 28. Sicut & in editis de 1581. apud Antonij Bladij Hæredes ſic ſubinde diſpoſitum: *Tonſuram autem tam barbæ, quam comæ ità fieri volumus, vt tantum de barba, & capillis incidatur quantum forficibus mediante pectine incidi poteſt.*

729 Duæ ſunt inſtantiæ; altera, quod Concilium Carthaginenſe non loquatur de Monachis, ſed de Clericis; & ità Mauritius *ibi*; quę tamen ſoluitur à Baronio *loco dict.* per hęc verba: *Sed dicet aliquis, cur in Synodo de Clericis, & non de Monachis mentio habetur? quod ſcilicet in Eccleſia Africana Monachiſmus iam aſcitus in Clerum ſimulque coniunctus eſſet, & in eadem Eccleſia Africana Clericorum nomine etiam Monachi continerentur.*

Altera à Caracciolo *loc. ſupr.* cui ſimul, & ab ipſo reſpondetur hoc pacto. Quod ſi quis contendat ad cutim vſque radendas Clericorum barbas, & quod Gregorius Papa VII. non tondendi, ſed radendi verbo vſus ſit, cum ſcripſit de hac re ad Iacob. Epiſcopum Caralitanum, ſciat illud eo loco verbum non ſignificari cutaneam raſionem, ſed modeſtam detonſionem: tum quia alioqui Alexander Gregorio aduerſaretur; tum etiam quod nouum non ſit, vt raſio pro tonſione ſumatur. Ità enim ſumitur in vita S. Lupi Senonenſis Epiſcopi apud Surium, vbi hæc leguntur: *Cernens verò Rex Clotarius eum afflictum, corpus eius macie confectum, caput intonſum, barbamque minimè raſam, iubet eum honorificè tractari, comamque, & barbam tonderi &c.* Ecce prius illud *raſam* exponitur per *tonderi*. Hæc Caracciolus. Quo etiam ſenſu locutum Mag. Lupum, dum abraſionem edocuit, poſſum benignè eum interpretando explicare. Quod ſcilicet tam Auguſtinus, quam eius Eremitæ barbam non alere, ſed tondere conſueuerint; attentis maximè præcitatis Conſtitutionibus, quæ non leuem pro hoc ritu faciunt coniecturam.

DVBIVM III.

De PP. Excalceatorum tonſura.

730 DE Excalceatis Congregationis Italiæ loquor: Et quo ad tonſionem, hæc ex Conſtitutionibus *p.* 1. *cap.* 12. §. 25. 26. & 27. obſeruare tenentur: *Clerici ſoli Coronam (vt vulgò dicitur) portent, quæ ad minus duos digitos latitudinis habeat. Conuerſis verò, & commiſſis nullo modo concedatur, ſed tondeantur more Sæcularium. Nullus barbam nutriat longiorem vnius digiti latitudine ſub pœna &c. Nouaculis vti poterunt ad caput; poterunt ſuper pectinem in barba tonderi, vt ſuprà.* Ex quibus patet, & hoc Auguſtino, & eius antiquis Monachis etiam quoad hoc magis aſſimilari, dum barbam neque nutriunt, neque radunt, vt de Auguſtino, eiuſq; Fratribus vidimus.

731 Dubium nihilominus eſt, an ex vi Conſtitutionum radi, vel infrà pectinē valeant tonderi, cum hoc non prohibitum cenſuerint aliqui, & è contrà vetitum alij. Et quia ſępiùs Prælatos quoſdam, eo quod infrà pectinem quidam ex Religioſis in barba tonderentur, exclamantes audiui, huiuſmodi dubium proponere, & reſoluere in præſenti incongruum non iudico.

Mouentur, qui iudicant poſſe vel radi, vel infrà pectinem barbam tonderi, ex eo quia ſtatutum ipſum vtitur verbo facultatiuo *poterunt*, quod importat liberam voluntatem, & non neceſſitatem. *l. ſæpè. ff. de off. Præſid. l. non quidquid. ff. de Iudic.* & *l.* 1. *C. quomodò, & quando Iudex.* Menoch. *conſ.* 1069. *nu.* 4. & 1199. *nu.* 12. Barboſ. *in diction. dict.* 268. *num.* 1., & in *cap. ſtatutum. de reſcriptis in* 6. *num.* 52. Fagnan. in *cap. Tua nobis. de Teſtam. num.* 22., & in *cap. Henricus. de Cler. pugn. in duell. nu.* 11. Et ideò, cum ſtatutum dicat, *poterunt ſuper pectinem in barba tonderi*, per illud non adſtringi ſe putant ad eam ſupra pectinem tondendam; & cum non adſtringantur, vtique dicunt, hoc liberæ voluntatis eſſe, & poſſe omitti; vndè rursùs inferunt, licere, vel infrà pectinem eam tondere, vel radere.

731 Vt tamen verum fatear non quadrat hæc interpretatio Conſtitutionibus; & contra-

trarium mihi probatur: nempè, quod nec radere, nec infrà pectinem eam tondere liceat. Et quo ad raſuram, mihi videtur certum; primò, quia in prædicto ſtatuto *Nullus barbam nutriat longiorem vnius digiti latitudine* apparet intentam eſſe barbæ nutritionem, ſed non longiorem &c. Secundò, quia nec Religio Auguſtiniana huiuſmodi barbæ raſuram in ſuis legibus admittit, vt iam *dub. præced.* inſinuatum & infrà iterùm apparebit, nec vllum in noſtris Conſtitutionibus eſt verbum, ex quo talis raſura colligatur; & aliàs ſolùm de ea tondenda eſt ibi ſermo; & quando nominantur ibidem nouaculæ, non applicantur barbæ, ſed capiti; quo ſignificatur ex mente Conſtitutionum radendum caput in modum coronæ, non barbam. Et magis conſtabit, ſi intentio ipſarum Conſtitutionum perpendatur, quæ ſemper in legibus præ verbis attendi debet, *l. ſcire leges, ff. de legibus.* Surd. *deciſ.35. num.14.* Genuenſ. *in pract. Eccleſ. q.144. num.3.* Cum enim ab initio Congregationis Patres noſtri barbam nutrirent prolixam, & inde aliqua abſurda deriuare obſeruaſsent, ad ea ex vna parte tollenda, & ex alia, vt conformarentur Conſtitutionibus Ordinis, & ſanctionibus Sacrorum Canonum, de quibus *dub. præced.*, decretum fuit, quod barba amputaretur; ac ſubindè formatum ſupradictum ſtatutum; *Nullus barbam nutriat longiorem vnius digiti latitudine*, nihil de abraſione loquendo; vnde apparet à Conſtitutionibus intentam fuiſſe ſolam barbæ obtruncationem, non verò abraſionē; lex enim id noluiſse præſumitur, quod non expreſſit, cum facilè exprimere potuiſset. Menoch. *conſ.30. num. 8.* Armendar. in *proem. addition. ad recop. leg. Nauarr. num. 150.*

732 Quod à fortiori dicendum, ſi combinatio fiat cum antiquioribus noſtris Conſtitutionibus, prout ex codice M.S. in Spoletana Bibliotheca aſſeruato *part. 1. cap. 12. §. 25.* ibi: *Nullus barbam nutriat ſub pæna depoſitionis ab officio, aut priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ per duos annos facienti, & permittenti. Nouacula non vtantur, ſed forcipe tam ad barbam, quam ad caput.* Cum enim ibi barbæ, & capitis raſura omninò prohibeatur, & poſtea in eiſdem Conſtitutionibus emendatis, ac impreſſis concedatur nouacula pro capite, nullo facto eiuſdem verbo pro barba, certiſſimum omninò eſt, perſiſtere Conſtitutiones in eo, quod fratres ad barbam nouaculis non vtantur, ſeu non radantur; non ſolùm quia, dum in lege quis vnum exprimit, & aliud tacet, cenſetur excludere, quod tacet ex *regul. iur. in cap. Nonne benedicimus. de præſumpt.* Murga, *diſquiſit. Paſtoral. de iur. Prior. annex. num. 42.* ſed etiam, quia ſemper lex noua etiam ab eodem legiſlatore, vel ab eamdem poteſtatem habente condita, ſecundum antiquam eſt interpretanda ex *l. Non eſt nouum. Et l. ſed & poſteriores ff. de leg.* Menoch. *centur. 6. caſ. 52. num. 67. verſ. Et quidem hæc opinio.* Caſtropal. *p. 1. tract. 3. diſp. 5. punct. 3. §. 3. num. 14.* quod adeò verum, quod per ius nouum, aut legem, non eſt recedendum ab antiqua, niſi expreſsè id contineatur in noua. Sà *verb. lex. num. 16.* Del Bene *de immunit. Eccleſ. p. 1. cap. 2. d. 4. ſect. 3. num. 30.* & omnes leges moderniores trahendæ ſunt ad ſenſum antiquarum, cum de eadem re diſponunt, & antiquiores non abrogant, Pellizzar. *tom. 1. manual. tract. 5. c. 4. num. 37.* & latè Murga in *Conſtit. Apoſt. ad Conſtit. 16. num. 53.* quibus omnibus euincitur ſenſum Conſtitutionum in illis verbis *poterunt ſuper pectinem in barba tonderi*, regulandum eſse cum diſpoſitione antiquarum, quæ raſuram barbæ prohibent, & ideò importare ſolùm modum ſeruandum in tonſione, nullatenùs verò raſuram.

733 Accedit etiam inueriſimilitudo; ſi namque ex eo, quod non adſtringamur à lege ad barbam ſupra pectinem tondendam, liberum eſſet eam radere; eadem ratione liberum eſſet & vſque ad digiti latitudinem eam nutrire; & ſic poſſent aliqui eam radere, & aliqui non: quod vtpotè diſſonum, & contrà vniformitatē, quæ circà omnia attenditur, quantum fieri poteſt in Reformatis Religionibus, inueriſimile omninò reddit, quod fuerit à Conſtitutionibus intenta huiuſmodi abraſio; & quod inueriſimile eſt, præſumitur non verum. Tiraqu. *in l. ſi vnquam. in princ. num. 4. C. de reuocand. donat.* Maſcard. de *probat.*, *concl. 740. nu. 35. & concl. 1364. num. 4.*; & ideò nec credendum, nec dicendum eſt. Rimin. Iun. *conſ. 362. num. 15. & 16.* Et tandem obſeruantia, quæ eſt legum interpretatiua; ab origine ſiquidem Reformationis vſque ad ann. 1683. inuiſa ſemper barbæ abraſio; & videre eſt in omnibus Religioſorū intra clauſtra expoſitis imaginibus, atq; picturis. Ex quo benè dignoſcitur huiuſmodi abraſionem non eſſe à Conſtitutionibus intentam.

734 Ex quo ſecundam aſſerti partem deduco; neque infrà, ſed ſupra pectinem eſſe tondendam; poſito ſiquidem, quod vltrà digiti latitudinem nutrienda non ſit, ly *ſupra pectinem* videtur appoſitum, & ſtare pro forma, quę in huiuſmodi attonſione ſeruari debet; cum namque infra digiti latitudinem poſſit adhuc magis, minuſque detruncari, ſicut aſſignatus fuit terminus longitudinis, quem excedere nemo debeat; ità præfixus eſt terminus exiguitatis, infrà quem non eam liceat detruncare, nempè pecten, tamquàm menſura attonſionis. Deindè talis eſt & Conſtitutionum Ordinis ſub Seripando de 1551. impreſſarum, vt vidimus *dub. præced.* antiqua diſpoſitio, ſcilicet in *cap. 28. Tonſuram autem tam barbæ, quam comæ ità fieri volumus, vt tantum de barba, & capillis incidatur, quantum forficibus mediante pectine incidi poteſt*; cui diſpoſitioni ſe conformare voluiſſe cenſendæ ſunt noſtræ Conſtitutiones, dum ſtatuunt, quod poterunt ſuper *pectinem in barba tonderi*: Si enim in hòc non intendiſſent idem, quod ſupradictæ Conſtitutiones Ordinis, certè mutaſſent; eo modo, quo variarunt circà capitis attonſionem præſcribendo nouaculā ad illud radendum; & propterea ſenſus noſtrarū Conſtitu-

ſtitutionum eſt, quod non infrà, ſed ſuprà pectinem ſit barba tondenda.

735 Nec refert, quod vbi Conſtitutiones Ordinis vtuntur verbo præceptiuo *volumus*, noſtræ vtantur verbo facultatiuo *poterunt*; quandoque enim verbum poteſt, exponitur per *debet*. Flam. *de reſign. lib.5. q.3. num.*84. Seraph. de *priuileg. iuram. priuil.*33. *num.*71. Peyrin. de *Prælat. q.3. cap.*1. *num.* 113. eo modo, quo non *poteſt* exponitur pro *non debet*, per text. in *cap. niſi cum pridem.* §. *perſonæ verò. de renunciat.*; & ibi notat Gloſs. *in verb. non potuerit*. Fagnan. in *cap. cum cauſam. de elect. nu.*30.; & in hoc ſenſu dico, intelligendum verbum, *poterunt*, de quo præſens ſtatutum, nempè pro *debebunt*, cum attonſio ſuprà pectinem aſſignata fuerit tamquàm forma in attonſione ſeruanda. Et patet euidenter ex eodem contextu ſtatuti, vbi pariter dicitur *Nouaculis vti poterunt ad caput*, & tamen non eſt ſenſus; quod libera ſit capitis raſura, ſed quod capitis capilli in modum coronæ debeant radi, vti demonſtrat conſuetudo, quæ eſt optima legum interpres. *l. minimè. ff. de legibus. l. ſi de interpretat. ff. eod. tit. cap. cum dilectus de conſuetud.* Menoch. *conſ.* 32. *num:* 44. Rot. *deciſ.* 74. *num.* 15. *in fin. apud Farinac. p.*1. *recen.* & in ſimili de barbæ attonſione Peyrin. in *Regul. Minim. cap.*3. §4. *q.*3. *nu.* 3. omnes enim nouaculis ad caput vtuntur, exceptis infirmis: quo benè dignoſcitur, ea verba, *poterunt vti nouaculis* accipi & poſita eſſe in ſtatuto prò *debebunt*; adeòque eodem modo & exponenda prò debebunt, & alia ſimilia verba *poterunt ſuper pectinem in barba tonderi*.

736 Vnde concluditur veroſimilius eſse iuxtà Conſtitutiones, non licere infrà pectinē tondere barbam. Verùm, cum non expreſſum hoc habeatur in lege, & aliàs verbum facultatiuum adhibeat, fruſtraneos puto hac ſuper reclamores. Aptius eſſet, ſi per Capituli generalis Definitorium declararetur ſtatutum, vt differentiæ tollantur; & omnes vniformitatem obſeruent, quæ etiam in hoc attendenda eſt, vt habet Peyrin. *ibid. cap.*3. §.4. *q.*1. *nu.*3., & 4. & *q.*3. *num.* 3., & 4. *in fin. reprehenſibile enim eſt* (ait Iſidor. *cap.*18. *Reg. Monach.*) *diuerſum habere cultum, vbi non eſt diuerſum propoſitum*. Et hęc de habitu, tonſuraque Eremitarum ſufficiant. A capite deſcendamus ad pedes.

QVODLIBETVM NONVM
DE
CHRISTI, APOSTOLORVM, ET EREMITARVM S. AVGVSTINI CALCEAMENTIS.

737 ET de hoc aliqua, cum Alphonſus Falcumbellus in ſua defenſione ſuper corrigiarum benedictione, & diſtributione *num.* 3.4. 5. *&* 6. & ex profeſſo Carolus Moreau in *Vindicijs &c.* nudipedium, quaſi ab Ordine Eremitarum alienum, impugnent. Vbi aduerto nullatenus meæ mentis eſſe Patrum meorum Obſeruantium calceos impugnare, aut quaſi Auguſtiniano inſtituto repugnantes reicere. Abeſt hoc enim æquè à mea mente, ſicut à veritate; Nec amplius intendo, quam nudipedium quoque S. P. Auguſtini Eremitis congruere; quandoquidem vtrumque incedendi modum, calceatè ſcilicet, & excalceatè ſuis, vt oſtendam, permiſit Auguſtinus; Nec vna per calceos, aut altera per nudipedium Familia magis, minuſue ſubſtantialiter Auguſtiniana, cum calceamenta accidentia ſint, ſeù, vt in ſuo *Apologet.* §.4. *num.* 5. habet Lucas Vadingus, non de habitus ſubſtantia. Pro quo aliqua de calceis, & caligis prænotanda; ſicut & de Chriſti, Apoſtolorumque nudipedio, cum non minus à Moreau impugnetur.

DVBIVM I.

Quid, & quotuplex calceamentum.

738 GEnericum eſt nomen hoc calceamentum, & vt ex Polluc. aduertit Scaliger, ſignificat *omne id, quod pedibus aptari poteſt*. Idem ſentit Abulenſis *q.67. in cap.3. Matth.* dicens: (*Calceamentum aliquando ſignificat non ſolum calceum, ſed quidquid calceamus*; adeò vt Equorum ferramentis conueniat; vndè Ambroſ. Calepinus *verb. calceus* ex Suetonio *in Veſpaſian.* & Angelus Rocca Palatij Apoſtolici Sacriſta in *Schol. ad S. Gregorij, & eius parentum imagines* dixerunt, *Calceati item dicuntur equi, cum pedes eorum aduerſus ſaxorum iniuriam ferramentis muniuntur*.

739 Hinc eſt, quod cum multæ ſint ſpecies eorum, quæ calceantur, omnes calceamenta dicuntur; & in primis caligæ de quibus fuſius *dub. ſeq. calceamenta ſunt* (ſecundum Papiã) *quæ non habent deſuper corium*. Item Soccus iuxtà eumdem Papiam, & Fungerum in *ethymol. verb. calceus*. & Victorium Marianum *Schol. in epiſt.* 8. *D. Hieronymi. n.36.*, & in *Epiſt. 23. nu. 7.* Item Crepidæ per eoſdem Papiam, & Funger. *ibid. verb. crepida*. Item Soleæ per Rauiſium Textorem. *tom.2. officin. de veſtim. gen. verſ. quid ſit ſolea*. Marian. Victor. ad *d. epiſt. 23. num. 9.* Calepinum *verb. ſolea*. Alexandrum ab Alexandro *dier. genial. lib. 5. cap. 18.*, & Gellium. *lib.13. cap.20.* quem ſequuntur Tiraquellus in *annot. ad dies genial. loc. dict. verb., & ſoleas*. & Balduinus de *calceo antiq. cap. 11.* Item Gallica per Hugonem Menardum in *concord. Regul. cap. 41. de ferramentis ex Regul. S. Pachomij cap. 65. in annot. pag. 605.* Iulium Nigron. de *caliga. cap.2. nu. 17., & 25.*, & Heribert. Roſueyd. in *Onomaſt. ad Vit. Patr. pag. 792.* Tiraquell. *ibid. verb. Gallica*. Item Cothurnus per Calepin. *verb. Cothurnus*, & Tiraquell. *ibid. verb. eod.* Item Perones per Ludouicum Cerdam

in

in *Tertull. de Pallio cap. 5. n. 28.* Et tandem Sãdalia eſſe calceamenta apertè habetur apud Iul. Polluc. *lib. 7. Onomaſt. cap. 22.*, Calepinum verb. *Sandalium.* Ioan. Baptiſtam de Balbis in *Summ.*, quæ dicitur Catholicon. *verb. Sandalia.* ibi: *Sandalia ſunt quoddam genus calceamenti, quod eſt ſuperius apertum, inferius tectum.* Alexandrum ab Alexandr. *ibid. lib. 2. cap. 18.* Carolum Moreau in *omniloq. Tertull. tom. 3. verb. Pallium Schol. 2.* aliosque complures, quibus præmitti debent Iuo Carnotenſis *ſerm. de ſignificat. veſtim. Sacerd.* D. Bonauentura in *expoſit. Regul. Fratr. Minor. cap. 2. poſt med.*, & in *epiſt. de eo quod Chriſtus, & Apoſtoli inceſſerint diſcalceati.* Albinus Flaccus de *Diuin. offic. cap. 34.* Carolus Magnus in *fragment. de ritib. vet. Eccles.* à Vuolfango Lazio collectis. Rabanus Maurus. *de inſtit. Cleric. lib. 1. cap. 22.* Albertus Rubenius de *re veſtiar. lib. 2. cap. 1.* Lezana in *annal. Carmelit. ad ann. 3322. n. 5. pag. 342.* Emanuel Sà in Marc. *cap. 6.* Iul. Nigron. *d. cap. 2. nn. 23. 24., & 34.* calceamenti nomen ſandalijs expreſsè tribuentes; omneſque ferè Patres ad ea verba *Actor. 12.* dicta Petro *Calcea te caligas tuas*, pro quibus Græcus habet, *Sandalia*; teſte Ioan. Stephan. Durant. qui *lib. 2. de ritib. Eccl. Cathol. cap. 9.* ſic Patrum mentem declarauit: *Sanè dubium nõ eſt, quin Patres eo loco Sandaliorum nomine intelligant genus quoddam calceamenti.* Sed quid plura, cum calceamenta appellentur ab ipſo lumine Eccleſiæ Auguſtino? *Proindè* (ait ipſe *lib. 2. de conſens. Euangeliſt. cap. 30.*) *Marcus dicendo calceari eos ſandalijs, vel ſoleis, aliquid hoc calceamentum myſticæ ſignificationis habet*; quem ſequentes Ianſenius in *concord. Euang. part. 4. cap. 55.* Alardus Gazæus in Caſſian. *lib. 1. de habit. Monach. cap. 10.* Franciſcus Biuarius de *veter. Monach. lib. 2. cap. 11. §. 2. n. 29.* Paulus Aringhus in *Rom. ſubterran. lib. 2. cap. 10. pag. 284.* ſandalijs *calceamenti* nomen tribuerunt.

Hæc ſparſim ex diuerſis ſcriptoribus de varijs calceamentorum ſpeciebus. Vnum vel alterum ſubnecto plures eorum ſpecies ſub eadem appellatione comprehendentes. Primus eſt Renat. Laurent. in *annot. ad Tertull. de Pallio*, hoc modo: *Sandalia, Sicyones, Phecaſci, Embades, Crepidæ, Mullei, & id genus calceamenta reliqua.* Secundus Proſper Stellartius in Auguſtinomachia *lib. 2. diſſertat. 17.* ſic: *Soleæ, Crepidæ, Callones, Gallica, Calepodium, Soccus, Cothurnus, Pero calceamenta ſunt.*

740. Et non ſolum calceamenti, ſed & ipſu calcei nomen genericum eſt; *Calceatus* (verba ſunt Theodori Marcilij in *annot. ad critic. ad Tertull. de Pallio cap. 5.*) *commune nomen ad omnia pedum tegmina, ſiuè calcei dicuntur quidquid pedibus inducitur.* Quod tenet, & Franciſcus Biuarius loc. ſupr. *n. 30.* vbi de crepidis, cothurnis, caligis, & ſoccis: *quæ omnia calceorum genera ſunt*; & fuſius tum Iulius Pollux *d. cap. 20.* dicens: *Sed calceorum ſpecies ſunt Crepida, Embades, Arbyla, Sichas, Conipedes, Solea, Sandalium, Blauta, Crupezia, Carbaſina, Dipodia, Polynsia, & multa alia*, tum Alexand. ab Alexandr. *d. lib. 5. cap. 18.* ibi: *erant enim veteribus calcei ſpecie variæ; nam & gallicæ, & ſoleæ, & cothurni calceorum ſpecies ſunt.* Et ſigillatim de ſandalijs ſic *lib. 2. Pedagog. cap. 11.* Clemens Alexandrin. *Calceorum enim vſus eſt alius quidem ad tegendos pedes: alius autem ad propulſandas offenſiones, & à montanis aſperitatibus plantam pedis conſeruans.* Conſentiunt item Iun. Mayus. *de propriet. verbor.* ſic, *Sandalium calceorum genus.* Angelus de Pas in *c. 6. Marci. lib. 6. cap. 9.* præcipuè verò Balduinus de *calceo. antiq. cap. 7.*

741 Quandò ergò auditur, ſiuè legitur quis geſtaſſe calceamenta, vel calceos, neque per hoc, niſi aliundè conſtet, aſſerendum, quod integros calceos geſtauerit; cum & ſandalia ſub illis appellationibus comprehendantur. Verum, quia puto calceum hic non accipi ſpecificè à laudatis ſcriptoribus, ſed pro calceamento, quod *apud Latinos* (vt habet Claudius Salmaſius in *not. ad. d. Tertull. de Pallio*) *omne calceamentum, & quidquid pedibus inducitur, calcei nomine veniat*, teneo, vt ibi proſequitur idem Salmaſius, *propriè, ac ſtrictè* calceum *apellari id calceamenti genus, quod totum pedem infimè, & supernè tegit, eàque ratione diſtingui à ſoleis*, ſiuè ſandalijs, *quæ plantam pedis tantum veſtiunt, ſuperiore parte nuda.* Quod & habet Fungerus *verb. ſolea, vbi pars eius ſuperior vinciebatur habenis, vndè facilè intelligas à calceis fuiſſe diuerſam, qui totum tegebant pedem, et adſtringebant.* De calceamento autem loquendo, non pro ſolis integris calceis ſtare: ſed ipſis, & ſandalijs rationem communem ex dictis importare concludo. Quod adnotatum velim pro dicendorum intelligentia.

DVBIVM II.

De Sandalijs, Soleis, & Caligis.

742 SAndalium calceamentum eſſe deſuper corium non habens, ſeù ſuperius apertum, inferius tectum, iam inſinuauimus cum Ianuenſe *ſupr. num. 739.* ſub quibus terminis de eo locuti ſunt S. Anſelmus *tom. 1. in cap. 3. Matth.* Nicolaus Serrarius *tom. 1. de Apoſtol. n. 13.* Ioãnes Molanus *Hiſt. Sacr. Imagin. lib. 4. cap. 27.* Cornelius à Lapid. in *Matth. cap. 10. verſ. 10.*, & in Acta Apoſtol. *cap. 12. verſ. 8.* Ioannes de Haye in Biblia maxim. *annot. ad Matth. cap. 3. nn. 11.* Laurentius Beyerlinch. *Theatr. vit. human. verb. veſtis.* Balduinus *vbi ſupr. cap. 12.* Peyrinus in *Regul. Minim. cap. 3. §. 6. q. 1. n. 4.* præter S. P. Auguſtinum, Albinum Flaccum, Alardum Gazæum, Ianſenium, Io. Stephanum Durant. Paulum Aringhum *dub. præced.* adductos, & alios adducendos.

743 Hinc infero illud non eſſe calceamentum à ſolea diuerſum; tum quia, & hæc *Calceamenti genus, eſt quo pedis planta infimè tegitur*, ſuperiore nuda remanente, ſicut de ſandalijs dictum eſt; docentque Rauiſius Textor. *loc. ſupr.* Marianus Victorius in *d. epiſt. 23. D. Hieronym. n. 9.* Alexander ab Alexand. *cit. lib.*

5.

5. cap. 18. Tiraquellus ibid. verb., & ſoleas, Balduinus cit. cap. 11. Agellius lib. 13. cap. 20. dum ait: Omnia fermè id genus, quibus plantarum calces tantum infimè teguntur, cætera propè nuda, & teretibus habenis vincta ſunt, ſoleas dixerunt. & Georgius Ambianat in Tertull. rediuiu. tom. 2. obſeru. 2. in cap. 5. de Pallio pag. 560. ſic, ſandalia ſiuè ſandala ſoleæ ſunt, quibus, vt dixit Philoſtratus epiſt. 22. homines ſunt ſeminudipedes, ſeu pedibus ex ſemiſſe nudis; tum quia ſandalia, ſicut, & ſoleas pedibus alligari obſeruo; & quidem quo ad ſandalia ex illo Actor. cap. 12. Calcea caligas tuas, vbi Greca lectio, ſubliga ſandalia tua (ſic in Matth. cap. 10. Paulus de Palatio) Habebat igitur non calceos, ſed vilia ſandalia, quæ obliganda ſibi erant. & Alphonſus Salmeron tom. 4. p. 2. tract. 14. pag. 348. Sunt autem ſandalia ſoleæ tantum, quæ pedi alligabantur; & ex mente Patrum refert Ioſeph Vicecomes lib. 3. de Miſſ. apparat. cap. 13. dicens: alterum, quod de ſandaliorum forma veterum Patrum lectio mihi ſuppeditat, illud eſt, vinculis, ſiue, vt eorum verbis vtar, ligulis adſtringi conſueuiſſe; quorum ligaminum ſi qualitas inquiratur, eo corrigias fuiſſe tradunt Rupertus Abb. de diuin. offic. lib. 1. cap. 24., & Innocentius Papa III. lib. 1. Myſter. Miß. cap. 34. iiſdem penè verbis; Per ligulas, quibus ipſa pedibus ſandalia conſtringuntur, illud idem accipimus, quod per corrigiam calceamenti Ioannes Baptiſta ſignificauit. Angelus item de Pas. d. lib. 6. cap. 9. ex Arias Montan. Sandalia ſoleis conſtabant, quas corrigia circa pedem, & cruris extremam partem ligatæ cōtinebant; Peyrinus in Regul. minim. loc. ſupr., & tandem Paulus Aringhus. loc. cit. pag. 284. Sandalia ſoleas ſubtus habent deſuper autem aperta ſunt, & ligata corrigijs. Et quoad ſoleas, & ipſas pedi alligari tradit Cornelius à Lapid. in Actor. cap. 12. verſ. 8. Soleæ dum calceantur, pedi ſubligantur, hoc eſt corrigijs, vt præter Agellium vbi ſupr. Alexandrum ab Alexandr. d. cap. 18. Fungerum verb. calceus adſtruunt Balduinus ibid. cap. 11. Solearum enim proprium nullum tegmen habere, & pedibus habenarum corrigiarumue aptè adſtringi, & Ludouicus Cerda loc. ſupr. n. 33. Soleæ præter habenas, quibus religantur, nihil habebant, quod ſordidari poſſet; & repetit in comment. ad verſ. 558. lib. 8. Æneid. n. 8.

744 Atque adeo, tum ex definitione, tum ex ligaculis, ſandalijs, ſoleiſque communibus eadem eſſe, & non diuerſa calceamenta dignoſcuntur. Vndè Albinus Flaccus lib. 2. de diuin. offic. cap. quid ſignificent veſtimenta, dixit ſandalia dicuntur ſoleæ. Iulius Nigron. de calig. cap. 2. num. 25. ſandalia ſæpè vertuntur ſoleæ, & in genere ſolearum continentur. & cap. 4. nu. 3. Sandalia, quæ ſoleæ ſunt; & ità promiſcuè accipi video à S. P. Auguſtino de conſenſ. Euangeliſt. lib. 2. cap. 30. Beda, cum Aluaro Pelagio de planctu Eccleſ. lib. 2. cap. 58. Amalario Fortunato lib. 2. de Eccleſ. offic. cap. 18. Raban Maur. de inſtit. Cleric. lib. 1. cap. 22. D. Bonauentura epiſt. de eo quod Chriſtus &c. Claudio Salmaſ. in Tertull. de Pallio cap. 5. Theodoro Marcil. in annot. critic., & hiſtoric. ad c. 5. de Pallio. Ianuenſe in ſuo Catholicon. verb. Sandalium Toſtato in cap. 11. Matth. q. 40. Cornelio à Lapid. loc. ſupr., & in Matth. cap. 10. verſ. 10. Ioann. Haye in Bibl. max. Actor. 12. Balduino. ibid. cap. 12. Ioſeph Vicecomit eod. lib. 3. cap. 6. Benedicto Hæfteno diſquiſit. Monaſt. lib. 5. tract. 9. diſquiſ. 1. dum omnes ſandalia pro ſoleis accipiunt ſub his terminis ſandaleis, ſiue ſoleis.

745 Eiſdem rationibus idem aſſero de caligis, & eas non diſtingui à ſandalijs, & ſoleis, aliqua accidentali dumtaxat, ſi quæ adeſt, differentia excepta, pronuntio. Verum, ſiquidem nōn eſt, caligas ad crura, ſed ad pedes ſpectare, & eſſe propriè calceamenta: caligæ ſunt calceamenti genus ait Gherardus Voſſius in Ethymol. verb. calceus. Et iterum verb. caliga; Neque enim caliga eſt crurum tegumentum, ſed militare calceamentum. Concordat Io: Funger. verb. caligula; & tritum, ac vulgare dicit Ludouicus Cerda in Aduerſ. ſacr. ſcript. cap. 25. num. 6. Caligam eſſe calceamentum ſatis notum eruditis. & rurſum. cap. 124. num. 1. caligas ſignificare calceamenta tritum eſt in humanis litteris; & colligitur ex illo Actor. 12. calcea te caligas tuas; vbi Sanctius. num. 34. & in Cantic. cap. 5. num 100. aſſerit omnium penè Interpretum conſenſu caligas in hoc loco non tibiarum, ſed pedum ornamenta, & tegumenta eſſe; probantque fuſiſſimè Iulius Nigronus integro tractat. de caliga veter. & Lelius Biſciola tom. 2. Horar. ſubſecinar. lib. 17. cap. 21., adeò vt errare, & ex turbidis fontibus hunc errorem hauſiſſe eos, qui volunt caligas eſſe tibiarum, aut crurum tegumenta, vterque liberè pronuntiauerit. Quibus addi poteſt Balduini ibid. cap. 13. conſimilis cenſura; ſicut & hæc Franciſci Biuarij de veter. Monach. lib. 2. cap. 11. §. 29. Caligas multi de vulgò tibiarum, aut crurum exiſtimant eſſe munimenta; errant tamen toto cælo; enim verò caligas pedum indumenta fuiſſe, non tibiarum multa ſunt, quæ conuincant.

746 Hoc ergò ſuppoſito, caligas ſcilicet eſſe calceamenta, eas à ſandalijs non diſtingui ſubiungo; nec ſuſpicor malè, ex eo quod & ipſæ ſoleæ ſint pedum plantam tegentes vinculis, ſeù habenis, ſicut & ſandalia iiſdem pedibus alligare. Habeo hoc à Gloſſ. illud Actor. Calcea te caligas ſic exponente: Caliga eſt genus calceamenti non habens corium ſuprà pedem; ligatum tamen pedi, vt ex eius ethymologia S. Iſidorus lib. 19. origin. cap. 34. de calceamentis dicens: Caligulæ, caligæ vel à callo pedum dictæ, vel quia ligantur, & cum Beda, & Papia Aluarus Pelagius d. cap. 58. S. Bonauentura cit. epiſt. de eo, quod Chriſtus &c. Alphonſus Salmeron. tract. 35. in Acta ſic ſcribens, Caliga à ligando calce, ideſt, imo pede dicitur quaſi calciliga. Ioan. de Haye. ibid. ad cap. 12. Actor. verſ. 8. Laurentius Beyerlinch in Theatr. vit. hum. verb. calceus. Iulius Nigron. d. tract. de caliga cap. 4. nu. 1. Caliga non aliud eſſe videtur, niſi ſolea ſine obſtragulo habenis alligata, qui & cap. 2. num. 21. & 27. ex ſcriptura, & Patribus, alijſque Auctoribus corrigijs eas alligatas optimè probat. Et ideò ipſemet Iulius Nigron. ibid. cap. 2. num. 23. 25. & 42. & Biſciola loc. ſupr. num. 9.

num.9. ſandalia, & caligas idem eſſe dicunt, & oſtendunt. Sentitque S. Gaudentius Brixienſis *ſerm.5. de Exod.* vbi illud *Marci 6. Calceatos ſandalys* vertit *calceatos caligis*. D. Hieronymus, dum illuſtrans illud *Iſaiæ 20. Et calceamenta tua tolle de pedibus tuis*, calceamenta ſandalia, & caligas pro eodem accepit per hæc verba: *depoſitis calceamentis, quæ à ſeptuaginta ſandalia, id eſt caligæ vocantur*; Senſus enim eius fuit, vt interpretantur Nigron *d.cap.2.num.23.* & Hæſtenus *eod.tract.5. diſq.3.* *ſandalia ſunt illa calceamenta, quæ latinis caligæ nominantur*. Et confirmant Ioannes Druſius, dum *centur.1.cap.69.* iuxtà fidem Voſſij. *in Etymol. verb. caliga*, oſtendit ex B. Hieronymo, & veteri auctorum interprete caligas pro ſandalijs accipi; & Angelus Rocca in *Schol. ad S. Gregor. & eius paren. imagines*, vbi expendens imaginem Gordiani à Ioanne Diacono deſcriptam cum caligis ſic habet: *Per caligas autem nonniſi ſandalia intelligenda ſunt*; ſicuti & Ioſeph Vicecomes *d.lib.3.cap.6.* ſic: *Non eſt apud me dubium, quin caligarum nomine* (de Gordiani caligis loquitur) *ſandalia intellexerint*.

747 Quamuis autem vera ſint hæc non inficior caligas & pro tibialibus quandoque accipi. Vt ergo quid in præſenti ſentiendum ſit reſoluam; quidquid ſit de reſponſione, quę deſumi poteſt ab Angelo Rocca *ibid.* ſcilicet a recentioribus latinis caligas non interpretari pro ſandalijs, quaſi ſupponat antiquiores pro eodem vtrumque calceamentum vſurpaſſe, quod mihi non diſplicet, cum caligas, quę nunc tibialibus tegendis inſeruiunt, antiqui ignorauerint, qui nudis cruribus incedebant, non ſolum Romani, ſed etiam Iudęi, vt latè probat Nigronus *eod.cap.2. à num.9. vſque ad 13. & nu.28.* & Leſſius Biſciola *loc. ſup. num.7.* & de reſponſione P. Macedo. *tom.3. collat.* 8. *differ.1. cap.3. pag.586.* dicentis, interdum ſumi caligas pro tibiarum tegumentis, *ſed in profanis: verum in ſacris litteris, & Patrum, & Eccleſiaſticorum ſcriptis ſumuntur caligæ pro ſandalijs*. Quidquid inquam ſit de hiſce reſponſionibus, dico, ſaltem vbi ſermo eſt de caligis Monachorum, per eas ſandalia importari. Adſtruo clarè ex Caſſian. *de habit. Monach. cap.10. de calceamentis*, dum eorum calceamenta referens, dixit: *Calceamenta verò velut interdicta euangelico præcepto recuſantes, cum infirmitas corporis vel matutinus hyemis rigor, ſeù meridiani æſtus feruor exegerit, tantummodo caligis ſuos muniunt pedes*; nam caligę quę habent pedes munire, certè ſandalia ſunt, vt obſeruarunt eius commentator Gazæus *ibid.* & Iulius Nigronus *d.cap.2.n.42.* dicentes, Ille: *Quibus verbis, & ſequentibus apertè indicat* (id eſt Caſſianus) *ſe caligas pro ſandalijs, hoc eſt pro pedum, & non tibiarum tegumentis accipere*. Ille: *Senſus igitur Caſſiani eſt, illos Monachos in magno frigore, & æſtu munire pedes caligis permiſſis ab eodem Saluatore ſub nomine ſandaliorum*. Cohærent Heribertus Roſueyd. in *Vit. Patr. lib.4. cap.15.* Franciſcus Biuarius *loc. ſupr. num.29.* & Dadinus Alteſerra de *orig. rei monaſt. lib.5. cap.18.*

748 Confirmatur primò ex Regul. S. Benedicti *cap.55. de veſtim. & calcear. Fratr.* vbi pro Monachorum calceatu aſſignat *indumenta pedum pedules, & caligas*, id eſt ſandalia. Sic enim Smaragdus in *expoſit. ad d. verb. Caligas dicit ille* (id eſt S. Benedictus) *quod nos ſubtalares, vel ſoccos nominamus; caliga autem vel à callo pedum dicta, vel quia ligantur*. Vndè Nigronus *eod.cap.2. nu.44.* de eo loquens ſic habet: *Adeò clarè Smaragdus aſſerit caligas eſſe calcearios, hoc eſt aliquod genus calceorum, vt vehementer mirer, nonnullos recentiores Regulæ Benedictinæ interpretes, qui tibialia intelligunt in calceis*. Eiuſdem mentis eſt & Benedictus Hæftenus *d. lib.5. diſquiſit.4.* qui totus eſt in hoc probando; atque Alteſerra *loc. cit.* vbi *Benedictus vſum ſandaliorum, ſeù caligarum ſuis permiſit. Regul. cap.55. indumenta, pedules, & caligas*. Secundo ex Regula S. Fructuoſi *cap.4. §.17.* apud Hugonem Menardum. *cap.62. pag. 911.* in qua item habetur: *In ipſis quoque calcearijs hoc vtendum eſt, vt hyeme pedules calcient. Reliquis æſtiuis menſibus caligarum tantum ſolatijs muniendi ſunt*; nempè ſandaliorum beneficio, vt ex differentia caligarum pro æſtate, & pedulium pro hyeme, ſatis clarè colligitur contra eumdem Menardum *d.cap.62. & pag.890.* Et ità ſentiunt Nigronus *cit.n.44.* & Biſciola *ibid. nu.12.* dum conſideratis SS. Benedicti, & Fructuoſi adductis verbis ſic concludunt. *Cum igitur Monachi S. Benedicti non incederent pedibus nudis, & æſtate ſolas caligas geſtarent, liquidò apparet caligas eſſe calceamenta, quibus munirent pedes. Reor enim pedules tunc fuiſſe pedum tegmina ex panno laneo, tum ad arcendum frigus, tum ad nuditatem tegendam, cum domum exibant. Illis pedulibus indutos pedes in caligas inſerebant egreſſuri.*

749 Confirmatur tandem, quia in noſtro Eremitarum Ordine, licet his fortè temporibus crurum indumenta ſignificent caligæ, antiquitus tamen, ſeù ante vnionem generalem ſandalia denotabant, vt *dub.8.* dicetur. Affero nunc Herreræ auctoritatem, qui ſic Ludouico de Angelis *reſponſ. pacific.4. num.258.* habet: *Caliga autem, vt ait Ludouicus de Angelis lib.4. Vit. S.P. Aug. cap.4. ſunt ſandalia pedibus immiſſa: id quod antiquior, & doctior Bonauentura prius dixerat in epiſt. de eo, quod Chriſtus & Apoſtoli &c. vbi explicans illud Actor.12. calcea te caligas tuas, ſic ait; nam vbi latinus interpres dicit caligas, græcus dixit ſandalia*. Itaque etſi quandoque crurum integumenta ſignificentur per caligas; apud antiquos tamen, & vbi ſermo eſt de Monachorum caligis, per ipſas ſandalia importata tenendum eſt.

DVBIVM III.

An nudipedes, vel calceati Chriſtus, & Apoſtoli.

750 QVid ſit propriè calceatum, vel nudipedem eſſe, præmittendum. Et licet nudipedes, ſeù diſcalceati modò vocentur, qui ſandalijs pedis partem tegentibus vtuntur, ad differentiam eorum, qui cal-

ceos

ceos totos pedes tegentes geſtant; nihilominus ille propriè, & in rigore verborum dicitur calceatus, qui aliquid, quidquid illud ſit, pedibus inducit, vt cum Marcilio *num.* 740. vidimus; nudipes verò ille cenſetur, qui nihil pedibus inducit, ſeù nullum calceamentorum genus adhibet. Et indicat Clemens VII. in incipien. *In ſuprema militantis, 16. Kal. Decemb.* 1532. ad fauorem Fratrum S. Franciſci ſtrictioris obſeruantiæ apud Cherubin. *tom.* 1. *pag. mihi* 603. vbi §. 4. Generalis, ac Prouincialis Miniſtri & Commiſſarij eos Fratres à dicta ſtrictiori obſeruantia impedire cohibentur; & præcipuè; *Nec etiam impediant, quin nudis pedibus ambulent; Sed qui non potuerint, portent calepodia, vt cæteris conformentur.* Ex quo benè dignoſcitur ex Pontificis mente diſtingui hos ab illis, & qui calepodia portant, non nudis pedibus ambulare; & conſequenter nudipedem illū eſſe, ſeù nudis pedibus illum incedere, qui nihil geſtat in pedibus, & nudo pede ſolum premit. Hoc poſito.

751 Duplex eſt hac in re ſententia. Et nudis pedibus ambulaſſe Chriſtum, & Apoſtolos tradiderunt D. Gregorius Nazianzenus *Orat.* 12. D. Hieronymus in *Amos cap.* 3. & iterum *epiſt. ad Euſtoch. de cuſtod. Virginit.*, ibi *Moyſes, & Ieſu Naue nudis in Terram Sanctam pedibus iubentur incedere; & diſcipuli ſine calceamentorum onere, & vinculis pellium ad prædicationem noui Euangelij deſtinantur. Et milites veſtimentis Ieſu ſorte diuiſis, caligas non habebant, quas tollerent. Nec enim poterat habere Dominus, quod prohibuerat ſeruis, ideſt diſcipulis.* Dionyſius Carthuſ. in *Luc.* 21. D. Bonauentura in *opuſc. hac de re.* & in *Apolog. pauper. reſp.* 3. *cap.* 1. & tenere videntur Toſtatus *q.* 68. *in cap.* 3. *Matth.* & clarè *q.* 49. *in cap.* 20. *Exod.* Lyranus in *cap.* 1. *Marci.* Didacus Stella in *cap.* 3. *Luc.* Salmeron. *tom.* 4. *part.* 1. *tract.* 6. *&* 18. Angelus Pas in *Luc. cap.* 4. *lib.* 4. *cap.* 17. & nouiſſime Macedo *tom.* 3. *collat. pag.* 588.

752 Rationes autem ſunt, primò, quia Apoſtolis prohibita ſunt calceamenta *Matth.* 10. *Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque calceamenta.* & *Luca* 10. *Nolite portare, &c.* ergò neque Chriſtus illa geſtauit, cum, vt dixit Hieronymus: *Non poterat habere Dominus, quod prohibuerat Apoſtolis.* Et vt obſeruat S. Bonauentura *d. opuſc. de eo quod Chriſtus, &c. cœperit facere, & docere.* Secundò, quia in Crucifixione nudatus fuit Chriſtus veſtibus, & non calceis, quandoquidem de eis nulla in veſtium partitione mentio, vt dictum eſt ex Hieronymo. Tertiò quia ſi nudis pedibus non ambulaſſet, non rationabiliter conqueſtus fuiſſet de Phariſæo: *Aquam pedibus meis non dediſti*; nec Magdalena lachrymis illos irrigaſſet. Quartò, quia vt plurimum Chriſti effigies non aliter, quam nudis pedibus depictæ videntur; quod non leue argumentum eſt, Chriſtum perpetuò nudipedalia coluiſſe; prout etiam ſcripſit Gerſonius *conſiderat.* 3. *apolog. ad Carthuſ.* Et quintò, quia pluribus in lapidibus apparent Chriſti pedū veſtigia teſte Adricomio in *deſcript. Terr. Sanct. verb. Neptalim num.* 29. *verb. Zabulon n.* 84. *& verb. Hieruſalem num.* 192. quæ neutiquam imprimi potuiſſent, ſi calceatis pedibus Chriſtus inceſſiſſet. Quæ rationes quamuis excepta prima, Chriſti nudipedium ſolummodò probent, faciunt tamen & pro nudipedio Apoſtolorum, cum extrà dubium ſit, ſicut Chriſtus ambulauit, & ipſos ambulaſſe.

753 Calceatos è contra Chriſtum, & Apoſtolos quamplures arbitrantur, & docent. S. Io. Chryſoſtomus *hom.* 60. *ad Pop. Antioch.* dicens, *vellem ipſius Chriſti formam aſpicere, figuram, & calceamenta.* S. P. Auguſtinus, & S. Antoninus mox adducendi. Burgenſis in *Matth.* 3. *verſ.* 11. Caietan. in *Luc.* 3. Ianſenius in *concord. cap.* 55. Toletus in *Ioan.* 1. *annot.* 65. Barradius *tom.* 2. *in Euang. lib.* 1. *cap.* 6. Ioan. de Sylueira in *Euang. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. *q.* 24. *num.* 111. Suarez 3. *p. tom.* 2. *diſp.* 28. *art.* 3. *ſect.* 3. Paſſerinus de *ſtatib. tom.* 3. *q.* 188. *art.* 7. *num.* 23. *& ſeq.* Balduinus de *calceo. cap.* 26. cum alijs pluribus, qui fortè hic vel *ſeq. dub.* dabuntur. Mouentur potiſſimum ex eo, quod Ioannes de Chriſto loquens dixerit. *Marci* 1. *Non ſum dignus corrigiam ſoluere calceamentorum eius;* Vnde S. P. Auguſtinus *ſerm.* 42. *de Sanctis* intulit; *Si enim ipſe calceatus non eſſet, non de illo Ioannes diceret: non ſum dignus ſoluere, &c.* S. Antoninus item. 3. *p. Hiſt. tit.* 23. *cap.* 1. §. 2. ait: *Chriſtum calceatum videre poſſumus in eo, quod Baptiſta ait: non ſum dignus &c.* & Alardus Gazæus ad ea verba Caſſiani *lib.* 1. *cap.* 10. *Calceamenta vero, &c.* argumentatus eſt: *Neque verò credibile eſt, aut Chriſtum, aut Apoſtolos nudis omninò pedibus inceſſiſſe, cum de Chriſto Ioannes dixerit, cuius non ſum dignus, &c.*

754 Scio à negantibus calceatos Chriſti pedes reſponderi poſſe: Dum eius calceamenta portare, vel ſoluere indignum ſe dixit Ioannes, intendiſſe tantummodo propriam nihilitatem reſpectu Chriſti patefacere, & oſtendere, quod tantæ eſſet excellentiæ Chriſtus, quod ipſe nec minimum obſequium, aut famulatum illi exhibere dignus eſſet. Ità Angelus de Pas in *cap.* 3. *Luc. lib.* 4. *cap.* 17. & ex admittentibus calceatos Chriſti pedes, Barradius *loc. d.* & Sylueira *ibid. num.* 109. *&* 115. nec tamen indè inferri calceatum reuera fuiſſe Chriſtum; cum & illa humilitatis verba proferre potuerit Ioānes, & ſi Chriſtus calceamenta non habuerit. Quam interpretationem inuenio apud D. Bonauenturam, *d. opuſc. de eo quod Chriſtus &c.* Toſtatum in *cap.* 3. *Matth. q.* 68. Salmeronem in *Euang. tom.* 4. *p.* 1. *tract.* 6. *pag.* 55. *col.* 1. & *tract.* 16. *pag.* 156. *col.* 1. Ioannem de Haye in Bibl. max. *in not. ad eadem verb. Matth.* 3. *&* 11. & inſinuat Balduinus *loc. ſup.* dicens: *Nolim tamen inficias ire, potuiſſe Ioannem illa verba vſurpare etiamſi Chriſtus nudipes incederet; Sic enim prouerbiali loquendi formula ſignificaſſet, ſe non ſatis dignum eſſe, qui in Chriſti famulitio viliſſimum etiam munus obiret;* Verum, etſi huiuſmodi expoſitionem admittant adducta Ioannis verba; non eſt tamen, cur reuera calceamenta à Chriſto geſtata denegentur; Quando enim *proprietas litteræ retineri poteſt, non eſt cur ad alios ſenſus diuertamus iux-*

tà

tà Suarez *ibid. §. neque obſtant*; ſecus nullus ſcripturæ locus deberet litteraliter intelligi. Quin ex hac ipſa interpretatione argumentantur tum laudatus Suarez *ibid. §. cæterum contraria ſententia*, & Benedictus Hæſtenus *d. lib. 5. tract. 5. diſquiſit. 1.* calceatum inceſſiſſe Chriſtum, cum ex eo Ioannis dicto per modum prouerbij colligatur vſus communis calceamentorum apud illam gentem, cui ſe Chriſtum conformare voluiſſe veroſimilius eſt. Vnde ſentio calceatum reuera Chriſtum, & non nudipedem ex more inceſſiſſe, ductus maximè ſupra poſita S. P. Auguſtini auctoritate, quam pro calceamentis ſtare dubium non eſt.

755 Nec contraria me mouent argumenta. Non primum; quia etiam admitto, quod Chriſtus Apoſtolis calceos prohibuerit, non tamen ſequitur, quod nudis pedibus ambulare debuiſſent. Ita Balduinus *d. cap. 26.* Suarez *ibid. §. neque obſtant*; & Paſſerinus *loc. ſup. nu. 26.* quos *dub. 5.* referemus, vbi calceamenta à Chriſto prohibita, integros calceos eſſe dicemus, ſub quorum prohibitione cum non veniant ſandalia, ſtare vtique poteſt dicta prohibitio abſque nudipedio. Non ſecundum, quia, vt aiunt Suarez. *ibid. §. ad ſecundum.* & Paſſerinus. *num. 27.* non fuit facta mentio calceamẽtorum in Chriſti veſtium inter milites partitione, vel quia adeò vilia, vt de eis non curauerint, vel quia ſatis comprehendebantur ſub veſtimentorum nomine, vt cum multis Barboſ. *tract. de appellatiu. appell. 268. nu. 5.* vel quia ſatis probabile eſt, quod paſſionis tempore nudis pedibus Caluariæ montem aſcenderit, vt putat Balduinus *ibid.* cum prius expoliatus fuerit. Sed non propterea dicendum, & ante paſſionem nudipedem inceſſiſſe.

756 Nec tertium, quia ea omnia ſtare poſſunt, ſi dicatur Chriſtum geſtaſſe ſandalia; hoc enim modo benè percipitur potuiſſe eius pedes & facile ablui, & lachrymis irrigari, cum eſſent ex ſuperiori parte detecti. Ita Ianſenius in *concord. cap. 55.* Quin addo cum Nigron. *d. cap. 2. num. 34.* hoc Magdalenæ obſequium nullo modo Chriſti nudipedio fauere; ſiuè enim calceos dicatur geſtaſſe, cum diſcubuerit more Romanorum, vt bene ipſe Nigronus *ibid., & n. 35.* Ciacaonius lib. de *Triclin.* Fuluius Vrſinus in *append. ad eumd. lib.* Ianſenius in *concord. Euang. cap. 47.* fusè Villalpandus in *cap. 23. Ezech.* Balduin. *d. cap. 26.* ex Mercurial. *lib. 1. artis Gymnaſt. cap. 11.* alijque plures apud eumdem Nigron. *d. n. 34.* neceſſe eſt, vt dicamus, quod in recumbendo menſæ illos depoſuerit; mos ſiquidem erat veterum ſic diſcumbentium in conuiuijs diſcalceari, ne fortè calceorum ſordibus præt[i]oſa lectorum ſtragula inquinarentur, vt pluribus probant Dion. Lambinus in *ſcholijs Horatij Satyr. vlt. lib. 2.* Guilelmus Philander ſuper Vitruuium *lib. 6. cap. 5.* Balduinus *ibid. cap. 11.* & ſequitur Nigronus *d. n. 35.* qua fortè de cauſa, vt loquuntur Suarez *ibid. §. ad tertium.* & Paſſerinus *n. 28.* dictum eſt Iudæis *Exod. 12. Vt manducaturi agnum calceamenta haberent in pedibus, quia nimirum ſine calceis accumbere ſolerent*; & ſic per hoc, quod nudipes tunc fuerit Chriſtus occaſione prandij vel cœnæ, non eſt concludendum, quod ex more diſcalceatus incederet.

757 Nec quartum, quia *Quemadmodum* (reſponſio eſt Balduini *eod. cap. 26. in fin.*) *reliquo habitu Chriſtum pictores ab Apoſtolis diſtinguunt, veſtem nempè diſcinctam ſine ſuperiniecto pallio illi adpingentes, quod idem in cæteris Apoſtolis non ſeruant, licet ipſum cum ijs eadem vſum veſtiendi ratione ſit veroſimilius: ità nihil mirum ſi nudipedem illum repræſentent; vt ſic quoque magis extet ab Apoſtolis diſtinctus, quos ſandalijs calceatos delineare ſolent.* Præterquamquod & calceatum Chriſtum exhibet eius effigies à S. Luca depicta modo quo *dub. ſeq.* cui propterea maior fides adhibenda, & ſola ſufficit ad probandum, quod calceamenta admiſerit, & geſtauerit. Nec tandem quintum, quia eius pedum veſtigia, de quibus Adricomius, vel ſunt vt plurimum poſt Reſurrectionem efformata, & non faciunt ad rem, cum quæſtio ſit de Chriſto, dum viueret in Mundo; vel ſuadent ad ſummum, quod aliquando nudis pedibus inceſſerit: nos autem non inquirimus, an vna, vel altera vice nudipes apparuerit, ſed an ex more id præſtiterit. Quare Balduinus. *d. cap. 26. in fin.* ſic concludit. *Quod ſiquidem alias & Chriſtum Dominum, & Apoſtolos nudipedes interdum inceſſiſſe contendant, non obluctor, ſed de more propter antedicta repugno.*

758 Hæc ſunt, quæ calceatum Chriſtum Dominum oſtendunt, cui ſanè veritati ſubſcribo. Sed vt verum fatear, nec aliquando nudis pedibus inceſſiſſe Chriſtum, & Apoſtolos negandum puto. Argumenta ſiquidem, quæ pro eorum calceatura militant, non video quomodo probent nuſquam diſcalceatos fuiſſe; Et ſi quæ eos calceatos euincunt, vt admiſimus cum Auguſtino, certè non cogunt dicere, quod ſemper eodem modo proceſſerint; & aliàs non deſunt Sancti Patres hoc docentes; & ſatis ſuadent pro nudipedio rationes, & ea præcipuè deſumpta ex querela Chriſti de Phariſeo; ob quam S. Bonauentura in *Medit. de vit. Chriſt. cap. 28.* ſic concludit: *Vndè hic manifeſtè habere potes, quod Dominus Ieſus Diſcalceatus ibat*, ideſt nudis pedibus, vt explicauit in *Regul. Fratr. Minor. cap. 2.* dicens: *Obſecro, ſi Chriſtus nudis pedibus minimè inceſſiſſet, qualiter rationabiliter de Phariſeo conqueſtus fuiſſet, dicens: aquam pedibus meis non dediſti?*

759 Sicuti ergo argumenta, quæ Chriſti, Apoſtolorumque pedes calceatos probant, non id pro ſemper euincunt; ità nec ea, quæ nudos adſtruunt, id pro omni tempore ſuadent; & ità ſicuti calceatos eos, vt plurimum, & ex more cum Balduino *loc. ſup.* admittimus; ità aliquando nudos non denegamus. Nec hinc inconſtantiæ arguendus eſſet Chriſtus, vt innuere videtur ex conſimili admiſſione Alphonſus Salmeron. *tom. 4. p. 1. tract. 16. pag. 156. col. 1.* ſecus inconſtantia eadem eſſet Chriſto adſcribenda ex eo, quod ſacculum, & peram prohibuerit Apoſtolis *Lucæ, cap. 10.* & deindè

Digitized by Google

hæc omnia illis conceſſerit. *ibid. cap.* 22. quod tamen non eſt dicendum, cum vt ait S. P. Auguſtinus *lib.* 22. *contrà Fauſt. cap.* 77. *nulla inconſtantia præcipientis, ſed ratione diſpenſantis pro temporum diuerſitate præcepta, vel conſilia, vel permiſſa mutentur*. Quod de calceatura, & nudipedio poteſt item affirmari.

DVBIVM IV.

Quonam calceamenti genere vſi Chriſtus, & Apoſtoli.

760 CAlceatos ex more eos diximus; ſed quo calceamenti genere, cum calceamentum tum de calceis, tum de ſandalijs, vt *dub.* 1. vidimus, verificetur? In promptu eſt reſponſio. Sandalijs. Et probo; & in primis loquendo de Chriſto. Calceatum eum admiſimus *dub. præced.* quia Ioannes dixerat: *non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamentorum eius*. Sed huiuſmodi calceamenta, de quibus Ioannes, ſandalia erant. ergo. Minor probatur, quia corrigijs vinciri ſandalijs competere certum eſt, vt *num.* 743. oſtendimus. Nec dicendum & integros calceos corrigijs ligari ſolitos; calcei ſiquidem tunc temporis non eius formæ erant, qualem modò tenent, nec auriculas, quibus modò in ſuperiori parte ad ornatum religantur, habebant; ſed ità compacti erant, vt ad media crura aſcendentes ſine ligamento pedibus conſiſterent, quales & modò apud Orientales cernuntur, in quos, vt potè cauos, pedes immittuntur, & abſque ligamento ab ijſdem pedibus ſuſtinentur, & illis hærent; ſandalia verò corrigijs adligabantur, quia, cum ſoleæ eſſent, nequaquam ſine illis calceari potuiſſent, aut pedibus inhærere. Vnde benè Balduinus, *ibid. cap.* 11. quod eſt *magis neceſſarius in ſoleis, quam in calceis vinculórum vſus*; & melius dum addidit, corrigias ad ſoleas ideſt ſandalia tamquam earum proprietatem ſpectare: *Solearum* (ſic ille) *proprium nullum tegmen habere, & pedibus habenarum, corrigiarumque beneficio adſtringi*. Et hac fortè de cauſa vbi *Actor.* 12. dicitur Petro *calcea te caligas tuas*, Græcus habet, *ſubliga ſandalia tua*, quia ſandalia ſunt, quæ vtpotè corrigias habentia, ſubligantur: *Dico* (ait Nigronus. *d. cap.* 2. *n.* 27.) *calceis, qui corrigias habent, cuiuſmodi ſunt ſandalia, & caligæ, optimè conuenire* (intellige ſubligare) *quia dum calceantur, ſubligantur*; & hoc ad differentiam integrorum calceorum; *non enim ait* Cornelius à Lapid. *in Actor.* 12.) *integri calcei, ſed ſoleæ, dum calceantur ſubligantur*. Si ergò ſandalia ſunt calcei corrigiati, & ſubligantur, & non calcei integri, quarè non ſandalia Chriſti calceamenta, ſi corrigijs ſubligata? Videatur Ludouicus Cerda in Virgil. 8. *verſ.* 458. *nu.* 8. vbi tria ſpecialiter notat, primò veteres, ac Virgilium, Ouidium, & Tibullum, dum de vinculis loquuntur, de ſandalijs intelligendos eſſe; ſecundò ratione vinculorum, de quibus Ioannes, ſandalijs vſum fuiſſe Chriſtum; & tertiò hæc fuiſſe antiquorum calceamenta, quibus poſtea *addita ſunt tegumenta ex ſuperiore parte loco vinculorum*.

761 Fauet aſſertioni, quod vbicumque in veter. Teſtamento fit mentio corrigiarum, ſandalijs applicantur, & non calceis. *Geneſ.* enim 14. habetur *A filo ſubtegminis vſque ad corrigiam caligæ non accipiam &c.* quam caligam pedum, & non crurum integumentum, ſeù calceamentum iam vidimus *dub.* 2. & *Iſaiæ* 5. *n.* 27. ibi: *Nec rumpetur corrigia calceamenti eius*, vbi Sanctius in *Paraphraſ.* legit, *aut auferet è militari calceamento corrigiam*: militare autem calceamentum caligam eſſe nullus eruditus ignorat; vnde Militia à Tertull. *lib. de Idol. cap.* 19. *caligata* dicitur; & caligatus ità proprium militis Epitheton eſt, vt per ſè ſæpius pro milite accipiatur, vt Iuuenalis *Satyr. Cum duo crura habeas offendere tot caligatos*. Et Suetonius in *Auguſto cap.* 5. *Coronas murales ſæpè etiam caligatis tribuit*. De qua re Balduinus. *De calceo, cap.* 13., & Iulius Nigronus *ibid. cap.* 3., Vbi ergò ſermo eſt de corrigia in veteri Teſtamento, caligis applicatur; & has ſandalia, ad minus ſoleas ad inſtar ſandaliorum eſſe iam probatum eſt eod. *dub.* 2. Et ſic ſi calceamenta, quæ in ſcriptura corrigiata exhibentur, ſandalia, ſeù ſoleæ ſunt cum corrigijs, cur non idem dicendum de Chriſti calceamentis, quæ corrigijs ſubligata produntur à Ioanne?

762 Ità reuera. Et ità ratione corrigiarum de ſandalijs explicant Chriſti calceamenta Lucas Burgenſis in *Matth.* 3. *v.* 11., & *ad cap.* 10. *v.* 10. Aluarus Pelagius de *planct. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 58. & Georgius Ambianat in *Tertull. rediuiu. obſeruat.* 2. *in cap.* 5. *pag.* 560. ibi *Corrigiam calceamentorum* (ait Ioannes) *non quod calceatus eſſet; ſed quod ſoleas haberet habenis, ſeu, vt dixit Iſidorus, obſtrigillis aptatas, conſtrictaſque*. Nec omittendus Clemens Alexandrin. *Pedagog. lib.* 2. *cap.* 11. vbi, cum duo calceorum genera diſtinxiſſet, eorum qui totum pedem tegerent, & eorum qui plantam, addit *Tenuis, ac ſimplicis calceaturæ teſtis ſufficit Ioannes, qui dicebat, ſe non eſſe dignum ſoluere corrigiam calceorum Domini; non enim ſuperfluos, aut curioſos is habebat calceos, qui vera Philoſophia typum Hebræis oſtendebat*, ſignificans ſoleas Chriſtum geſtaſſe, & de his locutum Ioannem, quæ ſolù ſimplicis calceamenti nomen ſibi vendicant; vt illis tribuit Angelus Pas in *cap.* 6. *Marci. lib.* 6. *cap.* 9. *ſimpliciſſimum calceorum genus* eas vocans, ſicut & Carolus Moreau in *omniloq. Tertull. tom.* 3. *verb. Pallium Schol.* 2. ibi *per mundiſſimum intelligit ſimpliciſſimum, quale eſt ſandalium*. Cuius mentis fuiſſe item videntur Rupertus Abb. *de diuin. offic. lib.* 1. *cap.* 24. Innocentius Papa III. *lib.* 1. *Myſter. Miſſ. cap.* 34., & Guilelmus Durandus in *Rational. diuin. offic. lib.* 3. *Rubric. de caligis, & ſandalijs*, dum corrigias calceamentorum Chriſti ligulis ſandaliorum comparant.

763 Probo ſecundò. Chriſtus Dominus quoad victum communi modo cum alijs vſus eſt. Ità D. Thomas. 3. *p. q.* 40. *art.* 1. *in corp.*

ergò

ergò etiam quoad veſtitum, cùm non ſit maior ratio; ergò etiam quoad calceamenta, vt argumentatur Suarez *ad. d. q. 40. ſect. 3.* communi, inquam, modo cum alijs non diuitibus, ſed pauperibus, ex D. Thom. *ibid. art. 3.*, & conſequenter conſueta pauperum calceamenta portauit. Sic benè Paſſerinus de ſtatib. *tom. 3. q. 188. art. 7. n. 24.* dicens: *Chriſtus, & Apoſtoli in hoc communem vſum pauperum ſecuti ſunt; ſicut enim in victu, & alio veſtitu Chriſtus communem pauperum vitam aſſumpſit, vt D. Thomas 3. p. q. 40. art. 2., & 3. ità & in calceamentis ſe habuit, & pedes iuxtà communem vſum pauperum veſtiuit.* Sed pauperum calceamenta erant ſandalia; ergò & Chriſti. Minorem docent D. Thomas in *Matth. cap. 10.* vbi aſſignans rationem, cur Chriſtus Apoſtolis calceamenta prohibuerit, dicit, *vt apud omnes pauperes reputarentur; Pauperes enim in partibus Orientalibus vadunt Diſcalceati; vtuntur tamen quibuſdam, quæ ſandalia dicuntur, & ſiunt de paleis; ideò volebat, vt irent ſicut pauperes illius Patriæ.* Lucas Burgenſis, qui in *d. c. 3. Matth. v. 11.* ait: *Omninò autem hic intelligitur vulgarem inter Iudæos tunc vſum fuiſſe ſolearum, quem Chriſtus haud dubium, vt cætera ſimilia, eſt imitatus.* Paulus Aringhus in *Rom. ſubterran. lib. 2. cap. 10. pag. 284.* pariter ſic, *Calceati autem conſpiciuntur ſandalijs, quibus viles, et tenuioris fortunæ homines, quales in primis Dominus ſuos Apoſtolos videri volebat, in Palæſtina vtebantur.* Et præter hos Salmeron, Ianſenius, Serrarius, Molanus, Paulus de Palatio, & Gazæus, qui omnes locis *dub. ſeq.* adducendis idem ſentiunt. Quarè in dubium reuocari nequit ſandalia Chriſtum geſtaſſe, & in hoc pauperes imitatum.

764 Probo tertio ex pictura eiuſd. Chriſti Domini à S. Luca efformata, quæ Romæ colitur in Eccleſia S. Mariæ Maioris vbi *Imago Deiparæ puerum Ieſum exhibet cum ſandalijs, ideſt ſoleis, quæ supernè per ligatula circumligantur pedi, ità vt Chriſti pedes, et digiti pedum prorſus intecti ſint, & nudi,* vti teſtatur Cornelius à Lapide in *Acta Apoſt. cap. 12. ad v. 8. §. quæres ſecundò,* vbi dicit, ſe id ſæpius, & accuratè inſpexiſſe. Quæ pictura ita probat, quod ſi alia deeſſent argumenta, ex ipſa ſola euincitur ſandalia fuiſſe Chriſti calceamenta.

765 Idem dicendum de calceamentis Apoſtolorum. Certum eſt ſiquidem eos à Chriſto calceatos ſandalijs miſſos, vt habetur *Marci 6.* & de facto eis calceatus traditur Petrus *Actor. 12.* vbi legitur *calcea te caligas* pro quibus *ſandalia* habet Græcus, & ſequuntur D. Chriſoſtomus *tom. 4. in verba ad Roman. 16. ſalutate Priſcam* dicens: *Manifeſtum eſt autem Petrum habuiſſe ſandalia; vndè cum Angelus eum dormientem excitaſſet, vt è carcere educeret, ait calcea te ſandalibus tuis.* D. Bonauentura *epiſt. de eo quod Chriſtus &c.* Et adeò verum putat Cornelius à Lapid. vt illud Matth. *cap. 10. v. 14. excutite puluerem de pedibus veſtris,* de ſandalijs intelligat. & explicet ſic, *vel ſandalia excalceando, eaque inter ſe collidendo, vt puluis ex ijs excutiatur, vel ſandalia applodendo ad terram &c.* ſicut intellexerat & Toſtatus in *d. cap. 10. Matth. q. 83.*

766 Suadetur item primò, ex eo quod ſandalia communiter calcei Apoſtolici vocentur, vt aſſerunt Bayſius *lib. de re veſtiar.* Tiraquellus in *Alexand. ab Alexand. lib. 5. cap. 18. ad verb. & ſolea.* Cornelius à Lapid. *d. §. quæres ſecundo.* Hæftenus *dict. tract. 5. diſquiſ. 4.* Bordonus *reſol. 35. num. 67.* Iul. Nigronus *cit. cap. 2. nu. 26.* cuius tantum verba profero: *Calceos Apoſtolicos vocat Vulgus Italorum ſandalia, ſeù ſoleas Capucinorum ſine obſtragulis, quales interpretes dicunt fuiſſe caligas Petri, & pictas videmus in pedibus Apoſtolorum;* & repetit *cap. 4. nu. 3.* non enim Apoſtolicorum calceorum nomen ſortita fuiſſent ſandalia, ſi ijſdem non illi calceati inceſſiſſent. Secundò ex antiquis Apoſtolorum imaginibus, in quibus ſandalia exprimuntur; quo argumento vſi ſunt D. Bonauentura in *expoſit. Regul. cap. 2. poſt med.* dicens: *Propter quod antiqua pictura pariter, & ſculptura monſtrant Apoſtolos calceatos ſandalijs inceſſiſſe.* & iterum *opuſc. de ſandalijs.* Cornelius à Lapid. *loc. ſupr.* & Paulus Aringhus. *ibid.* ſic: *Partes einſdem Probi ſarcophagi* (ideſt marmorei ſepulchri) *laterales, Apoſtolorum, aliorumque Sanctorum Imaginibus, vt vides, exornantur: calceati autem conſpiciuntur ſandalijs,* & repetit *lib. 6. cap. 28. pag. 592. col. 1. §. 3. Sacratiſſima Chriſti, & Apoſtolorum imagines plerumque calceatos ſandalijs pedes præſeferunt, cuiuſmodi obſeruantiores potiſſimum Franciſcani Capucinorum familiæ, atque inſtituti deferre ſolent, quæ communi Italorum voce vulgò ſcarpe all'Apoſtolica appellantur.* Cum namque lapides iſti ſint è Cæmeterio Vaticano effoſſi, argumentum non leue ſunt pro Apoſtolorum ſandalijs.

767 Obſeruat tandem Salmaſius in *not. ad Tertull. de Pallio,* ſæpius horum ſandaliorum mentionem apud Abdiam fieri, dicens: *Sandaliorum, quæ Apoſtoli pedibus inducerent, ſæpè mentio fit in vitis Apoſtolorum apud Abdiam;* quo procul dubio dignoſcitur eos ſandaliatos inceſſiſſe. Quod ſi quis aſſerat cum Carolo Moreau *Vindic. p. 3. cap. 14. in fin.* Apocrypho Auctori nempe Abdiæ non eſſe credendum, reſpondeo, non omnia eius ſcripta inter apocrypha reputari; quandoquidem ex eo multa tamquam vera deſumpſerunt S. Antoninus, & alij Scriptores, quos affert Ribadeinera in *Vit. Sanctor.*, vt refert Scipio Angelus Maffæus in *annal. Mantuæ. lib. 1. cap. 1. pag. mihi. 30.* Nec ex eo, quod aliquis liber apocryphus citetur, ſequitur, quod apocryphū ſit, quod adducitur, vt aduertendum docent Cornel. à Lapid. in *epiſt. Iudæ. ad verſ. 14.* & Molanus *Hiſtor. Sacr. Imag. lib. 2. cap. 32.* & In præſenti, vt tamquam vera recipiantur, quæ de ſandalijs Apoſtolorum referuntur ab Abdia, ſatis eſt, quod ſint antiquis Apoſtolorum picturis: quin & S. Scripturæ, quæ eos ſandaliatos oſtendit, conformia.

768 Sed quid plura tam Chriſti Domini,

Digitized by Google

quam pro Apoſtolorum calceamentis indagandis, ſi iam oculis ipſis vtrorumq; ſandalia conſpecta? Ea Chriſti Romæ ſeruari tradunt Aluarus Pelagius mox adducendus, Ioannes Seueranus in *ſacr. monum. ſept. Eccleſ. Vrbis*, atque Cæſar Raſponus de *Baſilic. Lateran. lib. 4. cap. 19. pag. 370.* qui referunt, quod in Capella dicta *Sancta Sanctorum* in arca ærea ſubtus altare poſita multis clauibus occluſa contineantur Domini vmbilicus, & pars præputij, & ſandalia eiuſdem Saluatoris, ſuper quæ iuraſſe Ioannem Archiepiſcopum Rauennaten. in ſui cum Romana Sede reconciliatione ſcribit Baronius ad *ann.* 861. Et quoad Apoſtolos aſſeruari Romæ ſandalium D. Petri teſtatur D. Bonauentura. *dict. opuſc. de ſandalijs Apoſt*, & Treuiris aliud D. Andreæ aſſerit Benedictus Heſtenus *d. lib. 5. tract. 5. diſq. 1.* quod, ſe vidiſſe fatetur Cornelius à Lapid. tum *loc. ſupr.* tum in *cap. 10. Matth. ad v. 10. & in acta Apoſt. cap. 12. ad v. 8. Vnde dicendum eſt* (concluſio eſt Paſſerini. *loc. cit. num. 29.*) *quod Chriſtus, & Apoſtoli vſi ſint ſandalijs, ſecundum modum Regionis.*

769 Aliud reſtat argumentum deſumptum ex prohibitione calceorum facta Apoſtolis à Chriſto, quæ pariter ſandaliorum vſum confirmat. Sed de hoc *dub. ſeq.* Addo hic ſolum pro coronide, & ad vberiorem ſatisfactionem egregium Aluari Pelagij teſtimonium, qui *lib. 2. cap. 58. de planct. Eccleſ.* ſic de Chriſti, Apoſtolorumque calceamentis: *Ex quibus omnibus euidenter colligitur, quod Chriſtus Dei Filius exceptis ſandalijs, de quibus Marci 6. & quæ Romæ in Sancta Sanctorum cum capitibus Apoſtolorum Petri & Pauli, & alijs ibi Reliquijs conſeruantur; & quæ Papa Nicolaus IV. Romano Populo cum prædictis capitibus oſtendit, calceamenta alia non habuit, nec portauit; & per conſequens nec Apoſtoli eum ſequentes, quia valdè diſſonum fuiſſet, quod Chriſtus Diſcalceatus, & Apoſtoli calceati inceſſiſſent.* Et alterum Benedicti Hæfteni, qui *loc. ſupr.* poſtquam probauit ex illo Ioannis *Non ſum dignus &c.* calceatum inceſſiſſe Chriſtum, ſuper calceamenti qualitate ſic quærit: *Sed quomodò calceatus Chriſtus, vel Apoſtoli?* & reſpondet. *Non noſtratibus calceis, qui totum tegunt pedem, ſed ſandalijs, ideſt ſoleis, quæ ſolum muniunt pedum plantam, ne in ſaxa impingat: supernè autem pedem relinquunt nudum.* Quibus aliud addere ſuperfluum.

D.VBIVM V.

An aliqua, & quæ calceamenta Apoſtolis à Chriſto prohibita.

770 ET ex huius reſolutione veritas iam probatæ aſſertionis magis eluceſcet. Si enim oſtendetur prohibitos à Chriſto integros calceos, benè inferetur, nec ipſum, nec Apoſtolos eos geſtaſſe. Apoſtolos, quia vt *dict. opuſc. de ſandalijs*, ait D. Bonauentura *non tantum fuerunt Domini verba* (intellige prohibentia) *ſed & Diſcipulorum obtemperantium facta ſecuta ſunt*: Chriſtum verò ex adducta regula D. Hieronymi, ac eiuſdem Bonauenturę, quam quoque Carolus Moreau admiſit. *d. 3. p. cap. 9. & 10.* quod cæperit facere, & docere, & non admiſerit ipſe, quod Diſcipulis prohibuerat, & conſequentèr omnes ſandalijs inceſſiſſe calceatos. Probo ergo à Chriſto prohibitos; *Matth.* enim. 10. ſic præcipitur: *Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis, non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam.* Ergò prohibiti ſunt integri calcei. Procedit conſequentia ex ipſius Caroli Moreau principio, licet falſo, ſed ad hominem contra ipſum, qui per calceamentum integros calceos importari contendit *d. p. 3. pluribus in locis*. Et confirmatur, quia cum ſandalia ſint à Chriſto conceſsa, vt *Marci. 6.* calceamenta prohibita nequeunt certè eſse ſandalia, ſed integri calcei.

Concluſio in terminis plurium eſt, quorum verba libenter adducerem, cum ex eorum aliquibus præter intentum de prohibitione calceorum, & conceſſione ſandaliorum, adhuc conſtet non nudis omninò pedibus, ſed ſandaliatos iuxtà morem pauperum illius regionis Chriſtum, & Apoſtolos inceſſiſſe: ſed quia facile eſt in fonte deguſtare, loca ſolummodò adducam. Eſt ergò Lucæ Burgenſis in *Matth. cap. 10.* & *in Marcum. 6.* Cornelij Ianſenij in *concord. cap. 55.* Alphonſi Salmeron. *tom. 4. part. 2. tract. 14. pag. 349.* Pauli de Palatio in *d. Matth. 10.* Nicolai Serrarij *tom. 1. de Apoſt. num. 13.* Ioannis Molani in *Hiſtor. ſacr. Imag. lib. 4. c. 27.* Alardi Gazæi in *Caſſian. lib. 1. de habit. Monach. cap. 10.* Alphonſi Toſtati in *cit. cap. 10. Matth. q. 60., & q. 83.* Franciſci Suarij *tom. 2. in 3. p. diſp. 28. art. 3. ſect. 3.* Sebaſtiani Barradij in *Euang. tom. 2. lib. 9. cap. 11.* Claudij Salmaſij *ad cap. 5. Tertull. de Pallio.* Balduini de *calceo c. 26.* Ludouici Cerdæ in *dict. cap. 5. de Pallio. nu. 26.* Ioannis de Sylueira *lib. 5. in Euang. cap. 7. num. 15. & 33.*

771 Multa dicit, vt ab his ſe expediat Carolus Moreau *dict. p. 3.* & primò *cap. 10.* hanc prohibitionem myſticè, & non ad litteram eſse intelligendam iuxtà S. P. Auguſtinum, qui tum *ſerm. 42. de Sanctis* calceamenta in myſtico ſenſu interpretatur, dicens *Calceamenta quid ſunt? Coria mortuorum ſunt: nobis tegmina pedum. Per hoc ergò iubemur renuntiare mortuis operibus.* tum *lib. 2. de conſenſu Euangelis. cap. 30.* vbi quędam partim propriè, partim figuratè accipi poſse ſic docet: *Quiſquis autem putat non potuiſſe Dominum in vno Sermone quadam figuratè, quædam propriè ponere eloquia, cætera eius inſpiciat, & videbit, quam hoc temerè, atque ineruditè arbitretur.* Vnde infert calceamenta, de quibus hic Matthæus, in ſenſu myſtico, & non propriè eſse accipienda; & ſic non probari reuera prohibitos integros calceos. Ergò (retorqueo argumentum) nec benè ab ipſo probatur *ibid. cap. 5.* Chriſtum integros calceos geſtaſſe ex eius Ioãnis dicto: *Non ſum dignus, &c.* non enim appa-

ret, quarè calceamenta, de quibus hæc Matthæus, non litteraliter, ſed myſticè accipienda ſint, & non ea, de quibus Ioannes ibi Reſpondeo directè; & admitto quędam poſſe figuratè, & quædam propriè accipi in ſcriptura, Sed quid inde? Senſus myſticus fundatur per Doctores in litterali, & admittit ipſe Moreau *dict. cap.*5. nec per hoc, quod aliqua ſcriptura myſticè exponatur, tollitur veritas ſenſus litteralis. Quarè & ſi calceamentorum prohibitio, de qua Matthæus, poſſit figuratè exponi, non hinc fit, quod in ſenſu litterali non fuerint reuerà integri calcei prohibiti. Et trita eſt expoſitorum regula, quod Scriptura non ſit ad alterum ſenſum detorquenda *quando poteſt littera in rigore verborum ſeruari*; nec *extrà litteralem ſignificationem extrahenda, ſi ſecundum illam poteſt exponi*, teſte Abulenſe pluribus in locis, & ſignanter in *Matth. cap.*8. *q.*49., *& cap.*23. *q.* 259. Nullum autem abſurdum ex vera prohibitione calceorum, quo cogamur litterali ſenſu omiſſo, figuratè eam interpretari.

772 Auget vim reſponſionis D. Bonauenturæ auctoritas, & argumentum, quod prętererire nefas exiſtimo. In eod. *opuſcul. de ſandalys.* ad *dict. verba Matthæi neque calceamenta* ſic habet: *Matthæus, & Lucas memorant Dominum dixiſſe Diſcipulis, vt nec virgam ferrent: Marcus, ne quid tollerent niſi virgam tantum: ſed illi accipiunt realiter virgam. Marcus per virgam poteſtatem accipiendi neceſſaria à ſubditis. Ergò ſicut Matthæus, & Lucas virgam realiter accipiunt, ita & calceamenta.* Et poſt pauca. *Cæterum ſi præcepta Euangelica de non portandis calceamentis ſpiritualiter tantum ab Apoſtolis intellecta fuerunt, & ſeruata; ergò & illud, quod ibidem inſeritur*: Gratis accepiſtis, gratis date; *& illud*: Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, *& illud*: nolite poſſidere aurum, neque argentum; *quod quantum pernicioſum ſit, & Euangelicæ veritati aduerſum tua peritia non ignorat. Vbi queſò eſt illud Petri*, argentum, & aurum non eſt mihi? *& illud*: pecunia tecum ſit in perditione, quoniam donum Dei ęſtimaſti pecunia poſſideri? *& illud*: danſq; illi manum erexit eam in ſuſcitatione Thabitæ? *Hæc ergò ſi ab Apoſtolis fuerunt intellecta ad litteram, & ſeruata. Ergò & illud de calceamentis ab Apoſtolis non portandis, quæ prædictis ſine medio connectuntur.* Additur, quod interrogati in cæna à Chriſto Diſcipuli *Luc.* 22. *Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis?* reſponderunt *Nihil*; clarè enim hinc dignoſcitur ſine prædictis reuerà inceſſiſſe Apoſtolos, & litteraliter Domini præcepta obſeruaſſe; vt benè ponderauit Paulus de Palatio *loc ſupr.* & Caietanus in *Matth.* 10. dicens: *Hæc enim omnia ad litteram, vt ſonant, Chriſtum ordinaſſe Apoſtolis ſeruanda teſtatur ipſe Chriſtus Luc.*22. *dicens quando miſi vos ſine ſacculo &c. nunquid aliquid defuit vobis?* Et ante illos S. P. Auguſtinus *lib.*22. *contra Fauſt. cap.*77. ibi: *neque verba Domini tantum fuerunt, ſed obtemperantium quoque Diſcipulorum facta ſecuta ſunt. Nam & tunc ſine baculo, & pera ierunt, & nihil eis defuit, ſicut eius interrogatio, & eorum reſponſio declarat.*

773 Dicit ſecundò *cap.*11. non eſſe Matthęi ſenſum, quod calceos non portarent Apoſtoli: ſed quod non alios pręter illos, quibus calceati tunc erant, geſtarent, ad tollendam ſollicitudinem in craſtinum, eo modo, quo ob id, & duas tunicas illis vetauerat. Sed inſto. Ergò & duplicem peram, & duplicem ſacculũ prohibuit Chriſtus, & non ſimpliciter peram, & ſacculũ; quæ enim maior ratio? Deindè; ſi prohibentur duplicata integra calceamenta, vnum ſanè conceditur; & ſi eo calceati, quomodò poſteà miſit eos *calceatos ſandalijs?* Nec ſatisfacit Moreau dicendo *cap.* 10. à D. Marco poni ſandalium pro quolibet calceamento; gratis hoc enim dicitur; cum & ſi poſſit calceamentum venire pro ſandalijs, quia ipſum ad hæc genus eſt, & ſub ipſo comprehenduntur; non certè ſandalium pro integro calceo, cum ſint ſpecies diuerſæ, nec ſe comprehendant. Et repugnat communi Patrum ſenſui, qui ſandalia, de quibus Marcus exponunt, quod per illa *pes nec tectus deſuper, nec nudus ad terram*. Sed eſtò prohibita duplicata calceamenta, quid inde? Nunquid calcei? Non: ſed duplicata ſandalia, de quibus ac de calceis ſolliciti eſſe poterant; & dò Auctores, Caietanum ad eadem verba *Matth.*10. *neque calceamenta.* & iterum ad verba *Marci* 6. *calceatos ſandalijs*. Maldonatum pariter in *Matth.*10. & Barradium *d. lib.*9. *cap.* 11. cuius tantum ſenſum adducere ſufficit. *Matthæus ſcribit calceamenta Apoſtolis prohibita fuiſſe à Chriſto; & Marcus ait conceſſa ſandalia, quæ ſunt calceamenta. Quid ergò dicendum? Reſpondeo, ſenſum Domini eſſe, neque calceamenta portetis alia præter ſandalia, quæ in pedibus habetis. Apoſtoli ſandalijs calceati erant; ne alia præter ea calceamenta, ideſt ſandalia ſumant, prohibet.* Quomodò ergò ex prohibitione duplicium calceamentorum integrè calceati Apoſtoli?

774 Dicit tertiò *cap.* 12. prohibitos à Chriſto calceos: ſed hanc prohibitionem temporaneam fuiſſe, & in cæna antè paſsionem fuiſſe ab huiuſmodi prohibitione diſpenſatos ex eo, quod Chriſtus dixerit *Lucæ* 22. *ſed nunc qui habet ſacculum tollat ſimiliter & peram*; & adducit S. Io. Chryſoſtomum *tom.*4. *ad verb. ad Roman.*16. *ſalutate Priſcam &c.* vbi habet: *Chriſtus neque Apoſtolos ſemper huius legis neceſsitate obſtringi voluit, ſed eos abſoluit ab hac lege* (non deferendi calceos) *cum iam ad ſalutarem Crucem iturus eſſet. Et vndè hoc liquet? ex Saluatoris ſermonibus; nam paſſionem aggreſſurus vocatis illis dixit; Cum vos mitterem ſine ſacculo &c. ſed nunc qui habet marſupium tollat & peram.*

775 Sed contra eſt primò, quia dicta verba prætenſam diſpenſationem non indicant, ſed ſolummodo diuerſam temporum cõditionem, & quid in qualibet contingere potuiſſet, vt explicat Lucas Burgenſis *ad. d. verb. Lucæ.*22. Secundò, quia data prædictæ prohibitionis reuocatione, nullibi inuenitur reuocata calceorum prohibitio; Si enim & ſuper his diſpenſare

re voluiſſet Chriſtus, eos nominaſſet, ſicuti ſacculum, & peram: quod obſeruatum inuenio à D. Bonauentura. *d. opuſc. de ſandalijs* per hæc verba: *Gloſſa dicit ſic: Non eadem viuendi regula perſecutionis, quæ pacis tempore diſcipulos informat. Miſſis quidem diſcipulis ad prædicandum, ne quid in via tollerent, præcipit: inſtante autem mortis articulo, & tota illa gente Paſtorem ſimul, & gregem perſequente, congruam tempori regulam decreuit, permittens, vt tollant victui neceſſaria. Ex hac Gloſſa patet, quod ad regulam Apoſtolicam pertinet nihil in via tollere; & ſine calceamentis incedere; & licet perſecutionis tempore aliquid in via tollere permittatur, de calceamentis tamen comportandis etiam perſecutionis tempore nec textus innuit, nec Gloſſa.*

776 Et quod reuera non fuerit tunc calceorum reuocata prohibitio colligitur ex fine, quo Chriſtus facculi, peræque inhibitionem reuocauit; conceſſit enim poſſe ſacculum, & peram portare, vel quia perſecutionum tempore imminente præuidebat Ieſus non amplius tantam populorum charitatem experturos Apoſtolos, vndè ſicut anteà quoad victum, veſtitumque prouiderentur; & ideò ſupradicta permiſit, ne neceſſarijs deſtituerentur, vt docent Lucas Burgenſis *ibid.* D. Ioannes Chryſoſt. *loc. cit.* D. Bonauentura *eod. opuſc. de ſandal.* Cornelius à Lapid. ad eadem Lucæ verba; vel ob hanc D. Thomæ in *Matth.* 10. rationem: *Antè paſſionem miſſi ſunt Apoſtoli ad Iudæos: apud Iudæos autem conſuetudo erat, quod ſuis debebant prouidere Magiſtris. Ideò Chriſtus nihil ferre præcepit Apoſtolis, cum mitteret eos ad Iudæos. Sed iſta non erat conſuetudo in Gentibus; Ideò cum miſſi ſunt ad Gentes, data eſt licentia portandi ſumptus*: Quæcumque autem ex his rationibus admittatur, nulla apparet neceſſitas diſpenſandi ſuper calceis, vtpotè non neceſſarijs, ſed potius delicatorum proprijs, vt obſeruat Syluei ra *loc. ſup.*

777 Nec obſtat Chryſoſtomi auctoritas: quin potius ſandalijs ſuffragatur, cum pro calceis, quos in cæna Apoſtolis reſtitutos dicit, ſandalia ipſe intelligat; quandoquidem ipſe putat hæc à Chriſto prohibita, & iuſſos Apoſtolos nudis omninò pedibus incedere, vt patet ex eius *homil.* 34. & *vltim. in Matth.* & reſtitutio, ſeù diſpenſatio debet eſſe eorum de quibus erat prohibitio. Quod autem intendat prohibita ſandalia conſtat ex hoc ipſius diſcurſu. *Hoc dicebam morem Apoſtolicorum calceorum non nihil nobis conferre vtilitatis: ſed cum hoc dico incidit mihi lex, quam Chriſtus poſuit dicens: non poſſidete aurum, neque argentum, neque calceos, neque virgam in via. Manifeſtum eſt autem Petrum habuiſſe ſandalia; vndè cum Angelus cum dormientem excitaret, & è carcere educeret, ait calcea te ſandalibus tuis. Et Paulus Timotheo ſcribit: Penulam, quam reliqui, trade &c. Quid dicis Paule? Chriſtus iubet non habere calceos &c. Tu autem penulam habes, & alius ſandalia.* Quam difficultatem vt ſoluat, dicit prohibitionem ſandaliorũ fuiſſe temporaneam; & in ea cæna fuiſſe ſuper eis diſpenſatum, & permiſſa; adeòque Petrum citra præcepti violationem ea geſtaſſe. Quid ergò hinc pro calceis?

778 Dicit quartò *cap.* 12. & 14. prohibitos quidem calceos *Matth.* 10. pro prima miſſione tantum ad Iſraelitas, & per Iudæam; non verò pro ſecunda, & vniuerſali ad Gentes, & per Orbem vniuerſum; & probat ex neceſſitate integrorum calceorum ad propulſandas iniurias frigoris, maximè cum in gelido Septentrione verſarentur, & affert Cornelium à Lapid. in *Act. Apoſt.* 12. *n.* 8. dicentem: *An verò proficiſcentes, & diſcurrentes per Orbem contrà frigora, fatigationem, imbres, & cæteras aeris, terræque iniurias non mutauerint ſandalia, & ſoleas in calceos plenos, & integros meritò quis non tantũ quærere, ſed & ſuſpicari, opinarique poteſt, ac dicere illud de ſandalijs Chriſti præceptum temporaneũ tantum fuiſſe pro eo ſcilicet tempore, quo in Iudæa degerent.*

779 Verum Moreau ratio debilis. Et quot de facto ſandaliati Monachi, & frigidis in Regionibus? Nunquid minus tolerantes Apoſtoli, vt qui martyria ſubire debebant, ſuper nudipedio, vt minus fortes, diſpenſarentur? Audiatur D. Bonauentura in *Regul. Fratr. Minor. cap.* 2. *Fateor pœnam eſſe aſperam pedum nuditatem; in hyeme quidem propter frigiditatem: in æſtate autem grauior eſt propter duritiam maiorem; quia calor plus opprimit terræ glebas, quam frigus, & ſole aſcendente cum gelu reſoluitur in hyeme, exiccatur amplius in æſtate; calor etiam findit, & frangit pedes nudos; & tamen ipſi Fratres cum Apoſtolo in frigiditate, & nuditate ibant gaudentes, nec algoribus hyemis, nec ardoribus æſtatis hactenus dimiſerunt, quin nudis pedibus adierint remotiſſimas partes Mundi.* Inſuper, ſi pro prima miſſione iniuncta ſandalia, & pro reliquis miſſionibus eadem iniuncta dicendum, cum forma primæ miſſionis fuerit cæterarum regula, vt notat Barradius *loc. ſupr. cap.* 11. *in fin.* dicens: *Attamen hæc miſſio præluſio quædam fuit miſſionum omnium. Ideòque credendum eſt Apoſtolos hæc, quoad fieri poterat, ſeruaſſe in alijs miſſionibus.* Et comprobat tum obſeruantia ſubſecuta, de qua Paulus Aringhus *Rom. ſubterr. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 8. *nu.* 5. ſic: *Apoſtoli poſt iniunctum ſibi diuinitus præceptum, ſandalijs vti nullatenus deſtitere. Quod ex eorumdem Actis cap.* 12. *ſatis apertè conuincitur, vbi Angelus Petro dixit: calcea te caligas, vel vt ex Græco textu: ſubliga ſandalia tua*; tum communis forma eos pingendi cum ſandalijs; quibus omnibus hæc eis non pro prima tantum, ſed & pro cæteris miſſionibus iniuncta ſatis clarè dignoſcitur.

780 Et quoad Cornelium à Lapide, non nego ea apud illum verba legi: ſed non propterea id ipſe tenet; nec puto potuiſſe cohærenter loquendo tenere; ideò enim dicit prohibitos in Iudæa Apoſtolis calceos, & conceſſa ſandalia, *hoc eſt ſoleas, quæ plantam pedis dumtaxat muniunt, ne in ſaxa impingant. Iudæa enim aſpera, & ſaxoſa eſt Regio, æquè ac calida: Quarè ſandalia pedes contra ſaxa protegunt, & calorem arcent, eo quod supernè pedes relinquant nudos: cal-*

cei

cei verò pedem ſtringunt, & quaſi incarcerant, vt minus ſit liber, & expeditus ad iter, atque eundem ſæpè nimis calefaciunt. Calceos ergò vetuit Chriſtus Apoſtolis per Iudæam peregrinantibus, vt expeditiores forent ad iter, atque eis nimiam pedum curam adimeret. Quæ ratio à fortiori militare debet pro cæteris miſſionibus, in quibus magis neceſſaria erat, vt potè per vniuerſum Orbem, expeditio; & ideò & pro ipſis iniuncta ſandalia puto ſenſiſſe Cornelium; vel ſaltem ſi ipſe non intendit, ex ipſo eruitur fundamentum aſſerendi generaliter, & pro omnibus miſſionibus præcepta Apoſtolis ſandalia. Vnde concludo, ſi prohibiti Apoſtolis integri calcei, & conceſſa ſolummodò ſandalia, certum eſſe, quod ſandalijs calceati inceſſerint Chriſtus, & Apoſtoli.

DVBIVM VI.

An antichi Monachi calceati, vel diſcalceati.

781 SI à priſcorum Chriſtianorum calceatura modus incedendi Monachorum arguendus eſt, hos nudipedes fuiſſe facilè euincitur, cum priſci Fideles abiectis calceis nudis pedibus incedere conſueuerint. Tradunt hoc ex illis Tertulliani verbis de *Pallio cap. 5. Si quid calceatus inducitur, mundiſſimum opus eſt, aut pedes nudi magis certè viriles, quam in calceis*, & ex his Clementis Alexandr. *lib. 2. Pedagog. cap. 11. Pulchrè autem viro conuenit nullos habere calceos. Optimum quidem eſt exertitationis genus nudis vti pedibus, & ad ſanitatem, & expeditam facilitatem, vbi non prohibeat neceſſitas; quod ſi iter non aggrediamur, nec nudis incedere pedibus patimur, ſoleis vtendum eſt*; & ex Luciano, qui habitum Chriſtianorum in *Philop.* licet irridendo ſic deſcribit: *Pallium putre ſine calceis*: tradunt, inquam Palmerus in *Tertull.* aiens, *nempe calceatus Chriſtianorum, qui & Græcorum crepidæ, aut ſoleæ, quibus imæ tantum calces, ſeu plantæ tegerentur.* Ianſenius in *concord. cap. 55.* Ioannes Molanus *Hiſt. Sacr. Imag. lib. 2. cap. 27.* Ludouicus Cerda in *Aduerſ. Sacr. cap. 133. n. 23.* ſic: *Conſueuiſſe Chriſtianos nudis pedibus ambulare ſine calceis.* & iterum, *num. 26.* Baronius ad *ann. Chriſti. 57. pag. mihi 455. litt. D.* Benedictus Hæftenus. *d. tract. 5. diſq. 1.* & Chriſtianus Lupus *quodlib. de orig. Eremit. cap. 18.*

782 Et ſanè, ſi Pallium Chriſtianorum indumentum proprium erat, vt habent *dict. lib.* Tertullianus, Cerda *cit. cap. 133. n. 24.* Baronius *ibid.* & Io: Baptiſta Caſalius de *veter. Chriſtian. ritib. part. 2. cap. 5. pag. mihi 37.* ſequitur, quod nudipedium coluerint; vt enim notat Carolus Moreau *tom. 3. Omniloq. verb. Pallium ſchol. 2. magis Pallio conuenit pedum nuditas.* Vnde Georgius Ambianat. in *Tertull. redin. tom. 2. ad lib. de Pall. cap. 1. §. 3. obſeruat. 2. pag. 545. col. 1.* ait. *Tamen ſicut Pallium à multis* (loquitur de Chriſtianis) *aſſumptum eſt, ità & nudipedium pallij comes, indiuiduum.* Et Chriſtianus Lupus *ibid. cap. 20. Pallium verò ſaluum apud Monachos* (poſtquam dimiſſum fuit à primis Chriſtianis) *manſit, quomodo vita communis, nudipes, aliaque plura primorum Chriſtianorum.* Quod tamen eſt intelligendum non de nudipedio rigorosè, & vt ſonat omnimodam diſcalceationem; ſed de nudipedio admittente ſandalia, vt ex Tertulliano *ſupr. Si quid calceatus inducitur, mundiſſimum opus*, ideſt ſandalia, explicant præter Palmerum *ibid.* Cerda *eod. cap. 133. num. 33.* & Carolus Moreau *ibid. per mundiſſimum intelligit ſimpliciſſimum, quale eſt ſandalium.* Atque, vt dixi, ſi à primis Chriſtianis ad Monachos eſt trahenda conſequentia, & hos diſcalceatos ſaltem modo nuper explicato concludendum erit.

783 Dixi modo ſaltem nuper explicato, quia quandoque nudis omninò pedibus Monachos inceſſiſſe tradit Caſſianus *lib. 1. de habit. Monach. cap. 10.* dicens de eis: *Calceamenta verò velut interdicta Euangelico præcepto, recuſantes, cum infirmitas corporis, vel matutinus hyemis rigor, ſeu meridiani æſtus feruor exegerit, tantummodò caligis ſuos muniunt pedes*, ſcilicet ſandalijs, vt *num. 747.* explicuimus; haud enim obſcurè indicat præter eos caſus nudipedes fuiſſe dictos Monachos. Gregorius Nazianzen. *Orat. 1. de pace*, Monachorum veſtem deſcribens ſic meminit nudipedij: *Atque hæc etiam vitæ ad Dei normam exactæ luculenta indicia, & argumenta, tacitoſque præcones, ſordidam nimirum, & obſoletam comam, pedes nudos Apoſtolicíſque ſimiles, nihil mortuum circumferentes*; & in carmine *ad Hellenium*: *Excalceati, aridi, triſtes, vnam veſtem habentes.* Atque ex his, vel eorum altero idem affirmant D. Bonauentura *cit. opuſc. de ſandalijs*, vbi poſtquam adduxiſſet Gregoriũ Nazianz. ait: *Item in vitis Patrum in Monachorum perfectorum laudibus, legitur in pluribus locis, quod nudis veſtigijs incedebant. Item Hieronymus in lib. contrà Iouinianum reprehendit ipſum, quod, cum prius tamquam perfectus Monachus nudis pedibus inceſsiſſet, poſteà à perfectione apoſtatans Monachali calceamenta deaurata portabat.* Heribertus Roſuueyd. in *vit. Patr. lib. 4. cap. 15.* iiſdem Caſſiani verbis. Alardus Gazæus in *Caſſian. loc. dict.* dicens *Eadem verò imitatione conſueuiſse pleroſque Monachos olim ſine calceis, ſeu nudis pedibus, vel tantum ſoleis incedere teſtatur D. Gregorius Nazianz. orat. 1. de pace, vbi inter exercitia Monachorum ponit pedes nudos Apoſtolicis ſimiles. Idemque haud obſcurè indicat D. Hieronymus, dum Iouinianum Monachũ apoſtatam ità ſugillat: ante nudo eras pede; modò non ſolũ calceato, ſed & ornato.* Benedictus Hæftenus *d. tract. 5. diſquiſ. 1.* eiſdem ferè Gazæi verbis. Franciſcus Biuarius de *veter. Monach. lib. 2. cap. 11. §. 1. n. 9.* ex dictorum Clementis, & Hieronymi adductis textibus. Antonius Dadinus Alteſerra in *Aſcetic. lib. 5. cap. 18.* cum ex Caſſiano, & Gregorio modò nudipedes, modò ſandaliatos Monachos deſcripſiſſet, addit: *Et quidem vſum ſandaliorum in Monachis vtriuſque ſexus obſeruo. Hinc Monaſtrias Alexandrinas ſandalarias vocat Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 87. Nec miremur nudipedes Monachos veræ philoſophiæ ſectatores.* Petrus de Campo *Hiſt. general. Ord. S. Aug.*

p.1.

p. 1. lib. 2. cap. 22. *Los Monges antiguos Egiptianos dize Sulpitio deſcalços andauan, y quando daua vezes el rigor del tiempo ò la enfermidad abrigauan los pies.* Nec non Chriſtianus Lupus, qui *loc. ſupr.* ad ea S. P. Auguſtini verba ad *Quod vult Deum: Eſt & alia hæreſis nudis pedibus ſemper ambulantium &c. Indè ergò hæreſis eſt, quia non propter corporis afflictionem ſic ambulant, ſed quia teſtimonia diuina aliter intelligunt;* ſic ea aduertenda monet: *Benè notanda eſt hæc clauſula; propter corporis quidem afflictionem ità ambulare, antiquiſsimum, atque ſanctiſſimum eſt. Neque ſolum à Monachis, ſed etiam à quibuslibet olim Chriſtianis vſitatum. Pro Monachis teſtis eſt S. Hieronymus dicens aduerſus Iouinianum: ante nudo eras pede;* & proſequitur Sanctos Fulgentium, atque Alipium nudipedes adducens.

784 Faciunt inſuper pro hoc argumento primò aſperitas tam vitæ, quam ducebant ſolo pane, aqua, leguminibus, & in parua quantitate contenti, atque ab hisquandoque per dies abſtinentes, vt refert Palladius in *Lauſiac. Hiſtor. per tot.* & maximè *ſect. 1. 36. 44. & 68.* tum veſtitus, cum plerumq; pellem veſtirent ouillam, vt *ibid. ſect. 25. 35. 44. 64. & 76.* quod & aſſerit Chryſoſtomus *hom. 56. ad Pop. Antioch.* tum habitationis, incolendo ſpeluncas, & deſerta, vt idem Palladius *ſect. 41. 48. 81.* & Ioannes Moſcus in *Prat. ſpirit. cap. 1. 17. 78. & 95.* cum quibus auſteritatum experimentis non videtur poſſe conciliari mollities calceorum. Secundò conſuetudo inter eos hoſpitum pedes abluendi iuxta eumdem Palladium *ibid. ſect. 8. 42. & 63.* S. Hieronymum *epiſt. 4. ad Ruſtic. Monach.* & Marianum Vict. Reatin. in *vit. S. Hieronymi;* quam conſuetudinem liquet fuiſſe inductam, eo quia nudis pedibus ambularent. Et tertiò (vt eos reticeam, qui nudipedes in Vit. Patr. deſcribuntur) quod D. Oreſieſius in *inſtit. Monaſt.* & Eſaias Abb. *lib. 3. pariter Monaſt. inſtit.* inter Monachorum veſtes, cucullam, zonam, pellem, & ſandalia recenſent, vt teſtatur Iacobus Pamel. in Tertull. *lib. de Pallio:* quo ſine dubio denotatur & illis vſos fuiſſe; & ideò quando omninò nudipedes, quando ſandaliatos eos inceſſiſſe eſt procerto tenendum.

785 Quod ſigillatim affirmo de Monachis Mediolanenſibus ſub Ambroſio nutritore, quorum meminit S. P. Auguſtinus *lib. Confeſſ. cap. 6.* vbi: *Et erat Monaſterium Mediolani plenum bonis Fratribus extra Vrbis mœnia ſub Ambroſio nutritore, & non noueramus;* Ex D. enim Hieronymo *lib. 2. cap. 13. contra Iouinianum* habemus, quod ipſe Iouinianus, qui in eo Mediolanenſi monaſterio Monachus fuerat, diſcalceatus incederet, antequam ſe apoſtaſiæ crimine maculaſſet: *Ante nudo* (ſic eum pungit Hieronymus) *eras pede: modò non ſolum calceato, ſed & ornato.* Ad quæ ſubdit *ibid. p. 1. lib. 1. cap. 39.* Petrus de Campo: *Porque, quando Frayle andaua deſnudo el pie, oy calçado y con çapatos de gala.* Ex quo licet arguere, & alios eiuſdem loci Monachos nudipedium frequentaſſe.

Quod verò in eo Mediolanenſi monaſterio Monachus fuerit teſtantur Baronius ad *ann. 382. & 390.* & in *not. ad Martyrolog. Rom. 7. Decembr.* Et Spondanus in *Epitom. ad dictos ann. n. 7.* Io: Gabriel Biſciola *in epiſt. ibid.* Ripamontius *Hiſtor. Eccleſ. Mediol. lib. 4.* Simeon Starouolſcius in *Epitom. Concil. lib. 5. in* Syricio *pag. 47.* Bail. in *ſumm. Conciliar. tom. 2. Concil. Prouincial. ſæcul. 4. ſub* Syricio *ann. 390. pag. 93.* Io. Petrus Creſcentius in *Præſid. Roman. lib. 1. narrat. 5. nu. 56.* Lezana in *Annal. Carmelit. ad ann. 391. n. 3.* Placidus Pucinellus in *Zodiac. Eccleſ. Mediol. part. 3. cap. 23.* Pius Rubeus in *comment. ad vit. S. Hieronym. cap. 17.* & concedit Carolus Moreau in *Vindic. part. 1. q. 10.* Et benè, tum quia de hoc ſatis aptum teſtimonium dedit D. Ambroſius in *epiſt. ad Vercellenſes* dicens: *Fuerunt nobiſcum* (ſeu in Monaſterio) *ſed non fuerant ex nobis; neque enim pudet dicere, quod dicit Euangeliſta Ioannes. Sed hic poſiti ieiunabant; intrà monaſterium continebantur, nullus erat luxuriæ locus, &c. Hoc delicati non potuerunt ferre. Abierunt; deindè volentes redire non ſunt recepti. Pluraque enim audieram, quæ non déberent caueri. Monueram; nihil profeci. Efferueſcentes itaque diſſeminare illa cœperunt, quibus incentores eſſent vitiorum omnium. Miſerabiles &c.* De Iouiniano enim, & ſocijs locutum ibi Ambroſium intelligunt Baronius, Bail, & reliqui ſuprà laudati; & conſtat ex ipſis Ambroſij verbis: quibus horum errores deſcribit: *Qui dicunt nullum eſſe abſtinentiæ meritum, nullam frugalitatis, nullam Virginitatis gratiam, pari omnes æſtimari pretio &c.* qui ſunt ipſiſſimi errores Iouiniani. Tum quia Syricius Papa, cum Iouinianum, & ſocios Romæ damnaſſet, très ad Mediolanenſem Eccleſiam miſit Legatos, non tantum, vt de re tota eam, vndè Iouinianus exierat, vt loquuntur Starauolſcius, & Bail *loc. cit.* admoneret: ſed, vt ibi Conciliariter damnaretur, vnde hęreſis pullularat: *Quò & illic* (ſic clariſſimè Baronius, & Spondanus ad *ann. 390. n. 7.*) *etiam damnarentur, vbi cœperant hæreſum venena ſpargere,* vt mox ex Ambroſio audiuimus; Si namque Monachi Mediolanenſes non fuiſſent; nec opus fuiſſet tam ſpecioſa ad Eccleſiam Mediolanenſem, pro ea commonenda legatione; nec eos ibi ſpeciali Concilio iterum damnare.

786 Quia tamen id negat Ioannes Petrus Puricellus in *diſſertat. Nazarian. cap. 38. à nu. 7.* rationes eius perpendamus. Arguit ergò ille primò ex eo, quod S. P. Auguſtinus *lib. de Hæreſib. hæreſ. 82.* ſic ſcripſerit: *Iouinianiſtas quoque apud iſtum* (Anctorem cuiuſdam opuſculi ſibi non notum) *quos iam noueram. A Iouiniano quodam Monacho iſta hæreſis orta eſt ætate noſtra, cum adhuc iuuenes eſſemus &c.* cum alias de Mediolanenſe monaſterio loquens dixerit, vt vidimus, *& non noueramus;* ex quo benè infertur non ibi fuiſse Iouinianum. Secundò, quia vt *ibid.* Auguſtinus ſcribit, *in Vrbe Roma docebat* ſuos errores Iouinianus; quo etiam videtur indicari, quod Romæ primitus ſuas hæreſes diſſeminauerit; & confirmat ex S. Thoma in *tract. contra detractor. Relig. cap. 6.* ibi: *Sciendum*

eſt,

eſt, *Hæreticum quemdam fuiſſe Romæ antiquis temporibus Iouinianum nomine, qui in hunc errorem prolapſus eſt, vt diceret &c.* & ex Prateolo *de vit. Hæreticor. lib. 9. verb. Iouinianus*, vbi eum *Vrbis Romæ Monachum* vocat. Tertiò, quia Mediolanenſe monaſterium dicitur ab Auguſtino *plenum bonis fratribus*; non ergo ibi Iouinianus, & ſocij. Quartò quia à D. Hieronymo deſcribitur Iouinianus nigra veſte indutus, & nudipes, cum tamen Ambroſiani monaſterij fratres non iam nigro, ſed ferrugineo habitu vterentur, prout ex eorum Conſtitutionibus *cap. 10.* & nudipedium eſſet Mediolani inſuetum ex ipſo Auguſtino, qui *lib. 9. Confeſſ. cap. 6.* de Alipio loquens, *qui vſque ad Italicũ ſolum glaciale nudo pede* obtriuerat, addidit, *inſolito auſu*. Quod eſt & argumentum Caroli Moreau *d. q. 10.*) Ex quibus omnibus colligitur ex illis Iouinianum non fuiſſe.

787 Sed certè non probant intentum; quo enim ad primam. Vbi nam dicit Auguſtinus ſe Iouinianum cognouiſſe? Pro Iouinianiſtis, quos cognouiſſe dicit non veniunt perſonæ, ſed errores Iouinianiſtarum, de quibus agebatur in eo opuſculo, vt patet ex verbis; quod valdè diuerſum eſt. At dato, quod de Iouiniano ipſo locutus fuerit, vndè deducitur, quod eum Mediolani nouiſſe debuerit? Et quarè eum Romæ non agnouiſſe potuit, cum de 388. ibi fuerit Auguſtinus reuerſurus in Africam, & Iouinianus etiam ibidem ad octo annos commoratus fuerit, & tandem de 390. à Papa damnatus adnotetur à Starouolſcio, & Bail. *loc. cit.*? Non pugnat ergò, quod Mediolanenſe monaſterium ignotum fuerit Auguſtino ante conuerſionem, & quod Iouinianum cognouerit; cum verificari id poſſit de cognitione ſubſequente, & Romæ habita. Nec probat ſecunda ratio, quia quod Romæ docuerit Iouinianus, non tollit, quod prius in Mediolanenſi monaſterio fuerit. Fuit vtique; & indè, vel vt habet Baronius expulſus; vel vt Starouolſcius, Bail, & Rubeus, & cohærenter ad D. Ambroſium, qui *ſupr.* dicit *abierunt*, egreſſus, diſſeminare ibi cæpit ſuam hæreſim, *diſſeminare* (ſic Ambroſius) *illa cæperunt &c.*, & Romam profectus, liberiore, qua ſermonibus, qua ſcriptis audacia, eamdem publicauit; vbi cum diù vixerit, ibique Monachus fuerit, Monachus Vrbis Romæ dictus: non verò quia non prius Mediolanenſis monaſterij alumnus. Nec tertia, quia ſi Iouinianus, & ſocij iam longè ante Auguſtini conuerſionem à monaſterio Ambroſiano abierant, vt habet Ambroſius, quare, quando illud Auguſtino innotuit monaſteriũ, bonis fratribus plenum dicere non potuit, eo modo, quo ipſe Puricellus *ibid. nu. 10.* admittit hoc Auguſtini dictum, etiam ſi illud monaſterium Sarmationem, & Barbatianum pariter Iouinianiſtas aluiſſet; ea ſcilicet cauſa, quod iam ipſi abijſſent?

788 Non tandem vltima quoad primam partem de veſte nigra, quia Ordo S. Ambroſij, ad Nemus, qui ab Innocentio X. extinctus eſt, & qui veſte ferruginei coloris vtebatur, & de quo ibi loquitur Puricellus, non erat, aut fuit ille idem, qui erat tempore D. Ambroſij. Quod mihi clarum videtur, quia talis Ordo, ſeu de quo Puricellus, Regulam approbatam, hoc eſt, S. P. Auguſtini ſolum de 1375. à Gregorio XI. accepit, vt patet ex eiuſdem Gregorij Conſtit. *Cupientibus* apud Cherub. *tom. 1. Conſtit. 9.* ergò hic Ordo Regulam anteà non habebat; vndè ſequitur, quod nec ante 1274. ſeu ante Concilium Lugdunenſe eſſet, cum omnes Ordines, qui tempore dicti Concilij ſub approbata Regula non erant, aboliti fuerint, vt ex *cap. Religionum. de Religioſ. domib. in 6.* Ergò Ordo, de quo Puricellus, non ille eſt, qui erat tempore D. Ambroſij: ſed alius, qui longe poſt, & poſt 1274. cæpit occaſione aliquorum, qui in loco, qui *S. Ambroſij ad Nemus* dicitur, ſolitariè quamdiù viuentes, ſucceſſu temporis à Gregorio XI. Regulam acceperunt. Nec nos decipere debet denominatio *S. Ambroſij*, proùt decepit quotquot à S. Ambroſio hunc Ordinem inſtitutum ſcripſerunt; quandoquidem eatenùs eam ſortitus eſt denominationem, quatenus Eremitæ illi, qui, vt dixi, ſubindè S. P. Auguſtini Regulam à Gregorio XI. receperunt, eo in loco viuebant, qui dicebatur S. Ambroſij ad Nemus, eo quod ſe illuc quandoque recipere ſolebat S. Ambroſius, vt notat Barboſ. de *iur. Eccl. vniu. lib. 1. cap. 41. num. 154.* & ideò ob reuerentiam tanti Præſulis *Ambroſiani Ordinis* illis à præfato Gregorio aſſignatus eſt titulus, vt *ibid.* ſic ipſe Gregorius: *ob reuerentiam eiuſdem D. Ambroſij, qui antequam educeret eum Dominus de vitæ ergaſtulo, quandoque à multitudine ſe ſegregans ad huiuſmodi locum tunc ſolitarium ſe tranſferebat &c. concedimus, quod in præfata Eccleſia commorari valeatis, & Fratres S. Ambroſij ad Nemus nuncupemini*: non verò quatenus eſſet ille Ordo, qui erat tempore S. Ambroſij; ſecus id explicaſſet Pontifex, & adduxiſſet pro ratione talis tituli, loco reuerentiæ erga huiuſmodi Sanctum, quam pro ratione aſſignat; Et ſic, cum diuerſi fuerint Ordines, non bene ob diuerſitatẽ habituum excluditur ab eo antiquo Ambroſiano monaſterio Iouinianus. Eſtò tamen fuerit idem Ordo; nec per hoc euincitur intentum, quandoquidem & Auguſtiniana Religio, quæ prioribus ſeculis colore, vel albo, vel nigro, quem ſcilicet naturaliter lana daret, vtebatur in habitu, nunc ſolum nigro vtitur, & tincto; & quarè non potuit idem contigiſſe in eo Ordine? Quidquid tamen ſit, certum eſt, quod de 1375. à præfato Pontifice Fratribus illius Ordinis aſſignatus eſt color berettinus: *& totus habitus* (ſic ibi Gregorius) *ſit de panno, qui in partibus illis berettinus nuncupatur*. Et ſi hoc certum eſt, quomodò non eiuſdem monaſterij alumnus Iouinianus per hoc, quod mille ante annos diſſimilem, ſeù nigram veſtem induerit? Et rursùs, ſi ipſe Mediolanenſis monaſterij alumnus, & nudipes, quarè non idem de alijs Mediolani Monachis aſſerendum?

789 Reſpondet adhuc Carolus Moreau

loc. ſupr. non id ſequi; cum Iouinianus ex affectata hypocriſi, & ad captandam laudem nudipedium coluerit: non verò ex Mediolanenſium Monachorum conſuetudine; & probat primò ex eo, quod S. P. Auguſtinus, qui multa monaſteria ſe conſpexiſſe dicit *lib. de moribus Ecclеſ. Cath. cap. 33.* nihil de nudipedio habet: quin potius neminem eorum vrgeri *in aſpera, quæ ferre non poſſet, nulli quod recuſat imponi* ſcripſerit. Secundò ex iam memorato Alipij inſolito auſu, quod dici non poſſet, ſi talis fuiſset aliorum conſuetudo. Sed nec iſta concludunt, quia ex vna parte non apparet, quo fundamento, vt dicatur hypocrita, fingi debeat, quod ipſe ſolus, & non alij Monachi nudis incederet pedibus, ſecus liceret inferre, & ipſum ſolum ad captandam auram nigram tunicã induiſſe, & manibus laboraſse: non verò alios Monachos; nulla enim eſt maior ratio; Et ex alia certum eſt, quod tam & veſtis, & manuum labor, quam nudipedium æquè, vt vidimus, conuenerint Monachis Ægypti, ex quibus Monachatus Mediolani; quod ſatis eſt pro diſcernenda ratione nudipedij Iouiniani, & quoad hoc Mediolanenſium Monachorum conſuetudine.

790 Ad quod autem addit primò ex Auguſtino, dico ab argumento negatiuo nihil ſolidè deduci. Sed quis dicit Auguſtinum nudipedij Monachorum non meminiſſe? Et cum quo locutus eſt ipſe, quando illi dictum, *Ego Euangelium impleo, quia nudo pede ambulo*, reſpondit *ſerm. 42. de Sanctis. Tu potes, ego non poſſum*, niſi cum Monacho? Et vndè fluxit Monaſtica illa inſtitutio Africæ, quam iſte, cum quo hic loquebatur Auguſtinus, profitebatur, niſi à Mediolanenſi Monachatu, vt ſæpè vidimus? Et ſi indè fluxit, quis non videat ſatis hoc eſſe pro Mediolanenſium Monachorum nudipedio deducendo; & ſufficienter indicatam ab Auguſtino hanc eorum conſuetudinem, & ſi in *lib. de morib. Eccleſ.* de ea verba non fecerit? Aſt dato nullibi meminerit, quid indè? Et quot alia poterat de Monachis ipſe referre, quę non retulit? Numquid non vera? Nec obſtat, quod non vrgerentur Monachi *ad aſpera, quæ ferre non poſſent*, cum nudipedium huiuſmodi non ſit experientia duce; & ſi qui ferre non poterant, non propterea idem de omnibus; quin & ipſos debiliores mitius tamen, ſeù cum ſandalijs, illud obſeruaſſe iam cum Caſſiano *loc. ſup.* præmiſimus.

791 Et quoad Alipium dico primò, inſolitum eius nudipedium dictum ab Auguſtino, vel reſpectu ipſius Alipij, quatenus rem faciebat, quam nundum præſtiterat; vel reſpectu etiam ipſius Auguſtini; non quià non eſſent iam alij conſimiles: ſed quatenus, quando fortè vidit Alipium nudipedem, nundum ipſe alios nudipedes viderat, cum Mediolanenſis monaſterij, quin nec aliorum notitiam ante ſuam conuerſionem habuerit, vt ipſe *lib. 8. confeſs. cap. 6.* notat. *Indè ſermo* (ait) *deuolutus eſt ad monaſteriorum greges, quorum nos nihil ſciebamus. Et erat monaſterium Mediolani &c. & non noueramus.* Dico ſecundò, non vocaſſe Auguſtinum inſolitum Alipij nudipedium, ſed inſolitum auſum circà nudipedium, quod eſt diuerſum; quatenus ſcilicet nudis omninò pedibus incederet Alipius, quod in glaciali ſolo ſtuporem mouere poterat; nec fortè ab alijs Monachis ibi obſeruabatur, qui licet nudipedes eſſent, non tamen omninò, ſed ſandalijs pedum plantam contrà glaciem reparabant. Sed vt concludamus, mihi ſufficit, quod D. Bonauentura, Alardus Gazæus, Franciſcus Biuarius, Benedictus Hæftenus, Chriſtianus Lupus, quos ideò ſupra retulimus, hoc Iouiniani exemplo ex D. Hieronymo deſumpto, vtantur ad probandum vſitatum inter Monachos nudipediũ; Si namque hoc eis licuit inferre ex Iouiniano, licebit & mihi inferre nudipedes, vel ſaltem ſandaliatos ad inſtar Monachorum Ægypti Monachos Mediolanenſes, cum fuerit Iouinianus vnus ex illis. Sed de hoc ſatis.

DVBIVM VII.

An in Ordine Eremitarum fuerint antiquitus Diſcalceati.

792 FVIſſe calceatos ex infra dicendis ſuppono; Ideò de excalceatis ſigillatim inquiro; & duplex eſſe poteſt quæſtionis ſenſus: an fuerint omninò nudipedes, & an fuerint calceati aliquo calceamentorum genere, quo non totus pes tegeretur, nempè ſandalijs, aut ſimilibus. Et negare videtur Carolus Moreau *d. p. 3. Vindic. cap. 3. §. nono hinc*, vbi dicit: *Fratres Excalceatos in hoc à primorum Eremitarum vſu alienos*. Vtrumqe tamen dico antiquitus vſitatum in noſtro Eremitarum Ordine. Et probatur aſsertio quoad primam partem de totali nudipedio ex adductis *ſerm. 42. de Sanctis* Auguſtini verbis: *Ego inquis Euangelium impleo, quia nudo pede ambulo. Tu potes, ego non poſſum, quod ſimul accepimus cuſtodiamus, quomodo charitate flagremus, inuicem diligamus; ac ſic ſit; vt ego amem fortitudinem tuam, & tu portes infirmitatem meam.* Clarè ſiquidem apparet tunc ad fuiſse Monachos nudipedes, vt benè aduertit Thomas Herrera *reſp. pacific. 4. num. 167.*, qui indè colligit *permiſiſſe* ſuis Monachis Auguſtinum, *vt qui vellet, nudo pede ambularet.* & *num. 169.* nudipedes incedere ſolitos fuiſse dicit, qui bona fruebantur valetudine: *Communiter Monachos Auguſtinianos calceatos inceſſiſſe* (intellige tamen non omnes integris calceis, cum calepodijs, vterentur, vt infrà ipſemet declarat) *præter eos, qui pro ſua valetudine nudis pedibus poterant ambulare.*

793 Et quo ad nudipedium non totale, quale eſt eorum, qui aliquo calceamentorum genere totum pedem non tegente vtebantur, adhuc & hoc conſuetum in Ordine tradit *ibid.* idem Herrera ex ſermone quodam ad Fratres in eremo, quem adduxerat Ioannes de Saxonia, ſic dicens: *Vndè conſtat tempore Iordani, in*

quo

quo teſtimonium hoc, vt Auguſtinianum recipiebatur, communiter creditum fuiſſe Eremitas tempore Auguſtini calceis vſos fuiſſe; ſiuè ij eſſent ex corio, ſiue ex ligno, aliaue ſimili materia; vbi per calceos ex ligno certè calepodia veniunt ad inſtar ſolearum, & non integri calcei, de quibus iterum *dub. ſeq.* Habentur item hæc omnia ex Ludouico de Angelis celebri Ordinis Chroniſta, qui *de vit. & laud. S.P. Aug. lib 4. cap 4.* ſcribit: *Sic pedibus ambulauit Auguſtinus, vt ſuos informauit Africanos Monachos, qui ſi officio fungerentur clericali, calceamenta corij; Si laici eſſent, caligas geſtabant, quæ ſunt ſandalia pedibus immiſſa, aut caligulas, ideſt paruas ſandaliolas ſuper pectus pedum alligatas, aut ſoleas, vel ſi valetudo permitteret, nudos pedes*. Et cum duo claſſici ex Patrum Calceatorum numero ſcriptores (vt alios pro nunc omittam, qui tamen dabuntur in ſequentibus) aſſerant cõſueuiſſe Auguſtinianos Monachos, qui firmæ valetudinis eſſent, nudis pedibus incedere; & eorum alter affirmet, quod qui clericali Ordine inſigniti erant, calceis corij; qui verò non, ſandalijs vterentur: Alter verò calceos ex ligno adhibitos teſtetur, negari non poteſt, & totale nudipedium, & calceorum corij, & ſandaliorum vſum fuiſſe in Ordine conſuetum.

794 Suadetur vtrumque ſecundò, quià tum D. Alipium, tum S. Fulgentium, qui fuerunt ex primis Ordinis Eremitis, nudipedij cultores extitiſſe conſtat. De illo teſtatur ipſe S.P. Auguſtinus, vt *dub. præced.* dictum eſt. De iſto in eius vit. *cap. 18.* ſcripta ab eius Diſcipulo, vt in *Biblioth. PP. tom. 6.* ſic legitur: *Intrà monaſterium ſanè interdum ſoleas accipiebat, frequenter nudis pedibus ambulabat*; Sicut & apud Baroniũ *ann. Chriſt. 504. Vt nec vltima calceamenta ſuſcipiens Clericorum, aut vlcimis caligis in tempore hyemis, aut caligulis tempore æſtatis ſimpliciter vteretur*; & in antiquioribus officijs ſub die 19. Ianuar. *in ſexta ad matutin. lect.* diu recitare conſueuit Auguſtiniana Religio; licet in modernioribus fuerit (ò vtinam non) hoc virtutis exemplum ab oculis ereptum. Patet ergo præter calceos, vt iam dixi nudipedium quoque fuiſſe in vſu apud Auguſtinianos.

795 Neque hanc veritatem obnubilant, aut quod de S. Alipio tum ſcripſit Carolus Moreau, *d. p. 3. cap. 7. Benè hercle, quod Italicum ſolum, non Africam terebat, quò Monaſticum inſtitutum Auguſtinus necdum inuexerat*; quaſi Mediolani ſolum nudipes inceſſerit, & antequam Monachus eſſet, non verò & poſt inuectum in Africam Monachatum; tum ab alio quodam audiui; ſemel, ſcilicet, id feciſſe Alipium, & tunc ſolum, dum relicto rure Mediolanum remeauit: ex quo vnico actu non valet inferre, quod ſemper diſcalceatus ambulauerit, eo modo, quo nequit dici ſemper inter ſpinas verſatum D. Benedictum per hoc, quod ſemel inter illas ſe volutauerit. Aut quod, cum non alij in exemplum adducantur, non ſufficiant Alipius, & Fulgentius pro conſuetudine nudipedij in Ordine comprobanda. Quæ enim de S. Alipio dicuntur, preterquamquod probatione carent facilè euaneſcunt tum ex Chriſtiano Lupo, qui *d. quæſt. quodlib. cap. 18.* de hoc Alipij nudipedio loquens ait: *S. autem Alipius nudipes quandoque* (ſeù non ſemel tantum) *ambulabat Italiæ ſolum glaciale*; tum ex ipſo Auguſtino, primò, quia *ibid.* vocat hac de cauſa Alipium fortiſſimum ſui corporis domitorem, quod certè pro vno actu nequit verificari; ſecundò quia addit Auguſtinus *vſque Italicum glaciale ſolum*, dictio ſiquidem *vſque* inuoluit, & alibi nudipedem illum inceſſiſſe; & ſenſus eſt, quod non ſolum ibi, ſeù in Africa, vbi hęc ſcribebat Auguſtinus, ſed etiam in glaciali Italiæ ſolo nudis pedibus ambulauerit, ex quo fortiſſimus corporis domitor euaſit. Et dum alibi nudipes fuit, iam duo ſequuntur, & quod non ſemel tantum id egerit, & quod in Africa quoque Monachus nudipes fuerit, cum Mediolano illuc ſe tranſtulit. Nec ſatis percipio Moreau ſenſum in illis verbis, quod Italicum ſolum, & non Africanum teruerit; *quo Monaſticum inſtitutum Auguſtinus necdum inuexerat*; cum ex dictis *quodlib. 1.* in ſuo in patriam regreſſu in ſe ipſo, & ſocijs illuc ex Italia Monachatum detulerit, ſtatimque ac Tagaſtem peruenit, Monachicè vixerit; præterquamquod, & S. Fulgentium poſt ibi inſtitutum Monachatum nudipedem inceſſiſſe conſtat, quarè id non egerit S. Alipius, quem & antè baptiſmum nudipedium coluiſſe ſcimus? Exemplum verò D. Benedicti non eſt ad rem; quia ipſum iam extrà ſpinas apparuiſſe probatur, vndè ſupponitur ſemel ſe in illas inieciſſe: S. Alipium autem ſine fundamento dicitur ſemel nudipedium exercuiſſe, cum nõ probetur, nec probari poſſit calceatum poſtea inceſſiſſe; & proptereà talem incedendi modũ non ſemel ſed ſemper obſeruaſſe præſumitur.

796 Illud tandem, quod non alij adducantur excalceati verum non eſt, quandoquidem S. Hilarius, quem è primis pariter Ordinis alumnis ſemper tenuit Auguſtiniana Religio, vt probant Marquez. *de orig. Erem. cap. 10. §. 1.* Elſius in *Encomiaſt. litt. H. pag. 298.* Herrera in *Alphab. litt. H. pag. 327. & 328.* & Torellus ad *ann. 426. à num. 39. & ſeq. nec hyemis* (ità Vincentius Bareal. in *Hiſt. Inſul. Lerin. lib. 1.*) *quidem rigore, quo ſolent torrentia flumina glaciali algore conſtringi, pedes indumento adiecto texit*. ac S. Seuerinus nudis etiam pedibus ambulauit, vt refert Ambroſius Staibanus in *Templ. Eremit. in eius vit.* Quod & ſaltem de alijs pluribus ſupponendum, cum Monachi Ægyptij, ex quibus, vt dictum eſt, Auguſtiniani, nudipedium frequentauerint; Et quando de ſolis Alipio, & Fulgentio conſtaret, ſatis hoc mihi eſſet pro vſu nudipedij in Ordine probando, cum non intendam omnes fuiſſe diſcalceatos; Eò magis, cum ex ſolo Alipij, & Fulgentij exemplo & ipſi laudati Ludouicus de Angelis, & Herrera locis *hic ſupracit.* & Aloyſius Torellus in *Centurijs centur. 1. cap. 1. pag. 30.* & in *ſæcul. Auguſt. ad ann. 390. n. 13.* colligant, & ingenuè fateantur permiſſum ab Auguſtino in Ordine nupedium.

dium. Quod ad rem noſtrâm ſatis eſt, & omnem tollit de vſu nudipedij difficultatem.

DVBIVM VIII.

An ſubſequentibus temporibus fuerint in Ordine Eremitarum Diſcalceati.

797 NEgari hoc non poteſt, cum adhuc poſt longa tempora inueniantur plures Auguſtiniani, qui nudipedes inceſſere. Do in primis S. Guilelmum, quem nudis pedibus non ſolum ad Summum Pontificem perexiſſe ſcribit Theobaldus, ſed & Hieroſolymã perexiſse docet Epitomator eius vit. antiq. apud Bollandum *ſub* 10. *Febr. pag.* 449. Et ne quis dicat eum tunc non fuiſse Auguſtinianum, ſubdo, etiam poſt Religionis ingreſſum vitam aſperrimam duxiſſe in *lect.* 4. *ad Matutin. pro ſext. infrà octauam die* inter priora officia haberi; quin in 6. *lect. pro die ſext.* in innouatis officijs, adhuc Religioſum lorica ſuper carnem ferrea indutum, & vt ſcribit Theobaldus nuda humo & ligno capiti ſuppoſito cubare ſolitum; quibus & nudipedem fuiſſe ſuadetur; cum tantę aſperitati, & inter deſerta viuenti hanc mortificationis ſpeciem defuiſse ſuſpicari non poſſim.

798 At quando hæc ſatis non probarent, euincit Congregatio Guilelmitarum copioſa ab eo inſtituta, & ſic ab eo denominata, licet verè Ordinis S. Auguſtini, quæ nudipedium colebat teſte Sampſone Hayo eiuſdem Congregationis Eremita, qui *lib. de verit. vit. & Ordin. S. Guilelmi* rem verſibus exornans ait.

Vndecies centum ſi vis coniungere quinque
Vndecies annos poſt partum Virginis Almæ
Inuenies tempus, quo Dux Aquitanicus ante,
Pictauiſque Comes Guilelmus cultor Eremi
Fratribus impoſuit proprio de nomine nomen &c.
Hunc igitur Fratrum ſequitur non magna caterua
Nudipedum ſemper, ſubeant niſi lumina vulgi;
Sed præcepta videns tanto lapſura rigore,
Quæ Ducis ex Sancti vita decerpta fuiſſent
Gregorius Nonus plantas velare cothurnis
Mandat Eremicolis; permultaque prædia donat;
Imperat & Sancti Benedicti viuere normam.

Et iterum oratione ſoluta ſic. *Cumque ad illud vſque tempus ſcilicet Gregorij IX. Patres noſtri, qui à Diuino Guilelmo Religionis normam acceperant, & ſucceſſoribus ſuis tamquam per manus tradiderant, nudis pedibus domi, foris verò calceati incederent, & multa alia auſteritatis exempla ex vita eius, vt ex abſolutiſſimo virtutum omnium archetypo aſſumpta religiosè obſeruarent, quæ plurimos ab eodem inſtituto deterrebant; voluit ipſe Gregorius IX. authoritate Paſtorali tantum rigorem benignè temperare, quo facilior ad illud infirmioribus pateret acceſſus, & Ordo Guilelmitanus Monachorum, ac Cænobiorum numero magis, ac magis augeretur. Indulſit ergò Guilelmitis noſtris calceorum, & tibialium vſum, ac deinceps illis profeſſionem Regulæ Benedictinæ indulſit.* Quibus nihil clarius. Noto ſolum per hoc quod extra clauſtra calceati incederentur, non importari, quod integris calceis vterentur, cum benè potuerint calceari ſandalijs, quibus nomen calceamenti competere iam *num.* 739. ſtabiliuimus, & quibus Sanctum Fulgentium, alioſque calceatos *dub. præced.* adnotauimus cum Ludouico de Angelis.

799 Nec his obſtant, primò quod Albertus S. Guilelmi diſcipulus, vt Theobaldus in vit. S. Guilel. ſcribit. *relictis calceis* Caſtellionem ſe contulerit; ſecundò, quod, vt ex Conſtit. Innocentij IV. prout *num.* 566. Guilelmitæ Alemaniæ *calceati incedere* tenerentur *ſecundum ſui Ordinis inſtituta*, quibus comprobari videtur, tum in dicti Ordinis exordio, tum in progreſſu calceatos fuiſſe Guilelmitas. Non inquam obſtant, quia ſenſus Theobaldi fuit tantum, quod Albertus nudipes Caſtellionem acceſſerit, non quod calceos depoſuerit; non enim video ad quid memorare ſpecialiter voluerit relictos ab Alberto calceos, vel hic eos reliquerit eo tempore, quo *frigus perualidum* (ſunt verba Theobaldi) *ſolito aſperius inhorruerat, gelu nimium iter ſcopuloſum conſtrinxerat, & denſa nix omnia cooperuerat*; & quo ideo calceis potius vti debuiſſet; eo magis cum *tantus* (proſequitur Theobaldus) *inuaſerit Albertum horror, & pauor frigoris, quod vix explicare valeat ſermo doctoris*, vt opus fuerit, quod S. Guilelmus illum ad huiuſmodi iter ſpecialiter exhortaretur, & exitum felicem promitteret; & non alia certè de cauſa, niſi quia, cum calceos non haberet, quibus ſe in illo itinere contra gelu muniret, progredi timebat. Vndè Guilelmus Caualcantinus in *vit. S. Guilelmi cap.* 34. nullo facto calceorum verbo dicit, quod Magiſtri voce animatus Albertus iter illud nudipes arripuerit: *Sperando Alberto nelle parole di Guilelmo tutto zelante partì con i piedi nudi*; ſeù qualis erat. Cum ergò non ſit, cur hinc dicatur calceatus de more Albertus, nec eſt fundamentũ aſſerendi talem fuiſſe morem Guilelmitarum in Ordinis origine.

800 Nec item ſubſequenter, quia præfata Innocentij IV. verba, *calceati incedere tenentur*, benè interpretari poſſunt de ſandalijs, quæ item calceamenta ſunt, & de quibus, vt iam dictum eſt, verificatur *calceari*. Dato tamen, quod ſenſus ſit de integris calceis, ad ſummum infertur, quod quando è clauſtris egrediendum illis erat, ſic calceari debuiſſent iuxta dicta ex Sampſone Hayo, per quod non tollitur, quod intra clauſtra nudis pedibus, vt idemmet loquitur, ambularent. Et vlterius dato, & non conceſſo, quod iuxtà præfata inſtituta integrè calceati, & intrà clauſtra incedere debuiſſent, nec adhuc per hoc excluditur nudipedium ab Ordine Guilelmitarum, quia illa clauſula, *iuxta ſui Ordinis inſtituta*, non refertur ad inſtituta Ordinis Guilelmitarum, ſed ad inſtituta illius Congregationis, & poſt tranſitũ ad Benedictinam Regulã. Pro quo

801 Sciendum primò, quod cum aliquæ Congregationes Guilelmitarum (quas plures diximus *num.* 370. & *num.* 566.) ex conceſſione Gregorij IX. ad Benedictinam Regulam, &

Ciſter-

Ciſtercienſium ſtatuta tranſijſſent, vt *quodlib. 4. dub. 8.* oſtenſum eſt, hæc Alemaniæ Congregatio fuit vna ex illis, quæ huiuſmodi tränſitum fecerunt. Et probatur, quia inter Congregationes S. Guilelmi, quæ vnionem generalem Ordinis, impugnarunt, & ab ea reſilire voluerunt, hæc Alemaniæ Congregatio numeratur, vt ſcribit Torellus ad *ann.*1256. *n.*44. & *ad ann.* 1266. *nu.* 12. Et conſtat euidenter ex concordato inter Guilelmitas, & Eremitanos apud eumdem Torellum ad *d. ann.*1266. *n.*17. Marquez. *cap.* 13. §. 14. & Tamburin. de *iur. Abb. tom.* 2. *diſp.* 24. *q.* 4. *nu.* 35. Congregationibus autem, quæ ab vnione reſilierunt, conceſſit Alexander IV. *ſub Regula S. Benedicti ſecundum inſtitutiones S. Guilelmi remanere*, vt ex eius Conſtit. apud Tamburin. *ibid. n.* 37. Vnde ſequitur; quod & huic Congregationi Alemaniæ ſub eadem D. Benedicti Regula *remanere* conceſſum fuerit; adeoque quod & ſub eadem prius fuerit, ſeù ad illam prius tranſierit; ſecus ſi tunc primò illam accepiſſet, non verificaretur *remanere*. Ordo autem Guilelmitarum nunquam fuit totus ſub Regula S. Benedicti, vt *d. quodlib.*4. *dub.*8. probatum eſt.

802 Sciendum ſecundò, hanc Alemaniæ Congregationem poſt huiuſmodi ad S. Benedicti Regulam, & ad Ciſtercienſium inſtituta tranſitum, ſpecialia ſibi determinaſſe ſtatuta, & ab Ordine Guilelmitarum diuerſa; Et probo, quia cultellos deferre tenebantur, *Latis quoque circumamicti corrigijs deſuper, cum cultellis Religioni congruis, & baculos deferentes in manibus incedere teneantur ſecundum ſui Ordinis inſtituta*; Cultellos autem deferre, ſicuti ad Eremitarum Ordinem non ſpectat, cum neque in Regula, neque in Conſtit. Gregorij IX. *Dudum, &c.* in qua pro diſcernendis Iambonitis à Minoritis etiam baculi geſtatio demandatur; nec à Cardinale Ricardo, prout in Conſtit. Alexandri IV. incipien. *Pia deſideria*, in qua de conſilio ſeniorum Ordinis habitus forma præſcribitur; nec ab ipſo Alexandro in altera incipien. *Litteras noſtras*, in qua pariter agitur de Auguſtinianorum habitu, nullo modo cultelli nominentur, vt videre eſt in dd. Conſtitutionibus apud Empol. in *Bull. Ordin. pag.* 126. 15. *&* 18., Ità Benedictinam Regulam omninò ſapit, in qua eorumdem delatio ſupponitur; *cap.* enim. 22. legitur: *Veſtiti dormiant, & cincti cingulis, aut funibus, & cultellos non habeant ad latus, cum dormiunt, ne fortè per ſomnium vulnerentur dormientes*; prohibitio ſiquidem illorum pro quietis tempore fruſtranea eſſet, ſi per diem deferendi non eſſent. Et ſignanter, non ſpectare ad S. Guilelmi ſtatuta hanc cultellorum delationem, colligitur ex eo, quod Innocentius IV. abſoluens Guilelmitas Diæceſis Vrbis veteris ab obſeruantia ſtatutorũ S. Guilelmi, & illis Ciſtercienſium ſtatuta decernens, exceperit habitum, corrigiam, & baculum, nulla cultelliorum facta mentione; ſi namque Guilelmitæ eos ex ſtatuto deferre debuiſſent, & eos meo videri excepiſſet ſicuti baculum excepit. Ergo ſi cultellos deferre tenebantur Guilelmitæ Alemaniæ, euidens eſt, quod ad id tenebantur ratione particularium ſtatutorum, & à ſtatutis Ordinis S. Guilelmi diuerſorum, quæ poſt tranſitum ad Benedictinam Regulam ſibi ipſis condidere.

803 Ergò, infero modo, ſi Congregatio Alemaniæ erat ſub S. Benedicti Regula, & aliæ plures Guilelmitarum ſub altera D. Auguſtini; & vlterius illa ſibi ſpecialia ſtatuta condiderat à ſtatutis S. Guilelmi diuerſa, clauſula illa, *ſecundum ſui Ordinis inſtituta*, nequit ad S. Guilelmi, ſed ad illius tantum Congregationis inſtituta referri; præter rationem iam *nu.* 566. adductam, quod ly *ſui Ordinis* non benè applicatur Ordini S. Guilelmi in plures Congregationes, & cum diuerſis obſeruantijs diſtincto. Rurſus; cumque calceos, ac cultellos ſecundum ſui Ordinis inſtituta deferre tenerentur, ſequitur euidenter, quod ſi ad cultellos obligabantur ratione ſtatutorum prædictæ Congregationis, & non Ordinis S. Guilelmi; ità & calceati incedere deberent non vi ſtatutorum S. Guilelmi, ſed ipſius Congregationis Alemaniæ; Ex quo item apparet, non probari calceorum vſum apud alios Guilelmitas, per hoc quod poſt tranſitum ad Ciſtercienſium inſtituta calceati ambularent Guilelmitæ Alemaniæ.

Sed & hoc etiam dato, quod ea ſcilicet Innocentij verba intelligẽda ſint de inſtitutis totius Ordinis Guilelmitarum, nec item arguitur intentum; cum namque Gregorij IX. diſpenſatio ſuper nudipedio multò antè præceſſiſſet eam Innocentij Conſtitutionem, benè potuerunt Guilelmitæ inter ſua ſtatuta calceos ſubindè inſerere. Vndè ex verbis Innocentij ſolum probatur, debuiſſe eos calceatos incedere ſecundum ſui Ordinis inſtituta variata poſt Gregorij IX. diſpenſationem: numquam verò ſecundum eadem antè Gregorium IX. & ſic neque, quod antè ipſum diſcalceati non incederent, quod eſt id, quod cum Sampſone Hayo diximus, & intendimus.

804 Sanctum Guilelmum ſequitur B. Ioannes Bonus Ordinis pariter Eremitarum, tum nudipes, tum calceatus, non tamen integris calceis, ſed calepodijs; De eo enim ſcribit S. Antoninus in *Hiſt. p. 3 tit.* 24. *cap.* 13. quod *calceatus numquam ibat*; cum quo concordant Benedictus Gonon. *lib.* 5. *vit. Patr. Occid.* Abraham Bzouius ad *ann. Chriſt.* 1249. *num.* 10. Conſtantius Laudenſis in *eius vit. lib.* 1. *cap.* 2. & admittit Ioannes Gonzalez de Critania in *Epiſt. Vit. S. P. Auguſt. cap.* 2. §. 1. Henricus de Vrimaria verò in *tract. de orig. Ordinis* ait eum *ſubtelaribus vſum fuiſſe*: ſubtelares autem, ſiuè ſubtalares à ſub & talo dicuntur, & vocantur etiã ſandalia, ſiuè ſocci, aut calepodia, quæ ſunt calcei lignei ex Balb. ſiue Ianuenſi in *Catholic. verb. ſandalium*. Smaragdo in *expoſit. ad cap.* 55. *Regul. S. Benedict.* & Bordon. *reſolut.* 35. *num.* 67. ibi: *ſotularis notat ſoleas, quæ plantas pedis ſolum obtegunt, cæteris pedis partibus nudis relictis*, di-

cuntur

tuntur que ſcarpe all' Apoſtolica. Et concordant Ægidius Cardinalis Viterbienſis in *ſacul. lib*. 20. *ad ann*. 1192. & Thomas Herrera *reſp. pacif*. 4. *num*. 334. dicentes Ioannem Bonum calepodijs, vel ligneis ſotularibus vſum fuiſſe; & non ſolum, vt quidam dicunt, dum eſſet in Eremò, & antequam S. P. Auguſtini Regulam profiteretur; ſed etiam poſtquàm Auguſtinianum inſtitutum amplexus eſt; tum quia breui tempore in ſolitudine ſine prædicta Regula vt *dub*. 9. *quodlib*. 4. dictum eſt, vixit, & mox laudati ſcriptores eius nudipedium, & calceos ligneos referentes, ad modum, quem. 40. annorum ſpatio ſub Auguſtiniana Regula tenuit, non verò ad id, quod breui illo ſpatio egit, reſpexerunt. Tum quia de eo ſcribit Philippus Elſius in *Encomiaſt. Auguſtin. verb. Ioannes Bonus*, quòd, cum quidam à Diabolo tentatus vellet à Religione diſcedere ipſe *diutius ardentes prunas nudis pedibus calcans illæſus* eum in propoſito firmauit; & legitur in. 6. *lect. ad matutin. in eius die feſto* ſub hac forma: *Itaque de ſalute illius ſollicitus coram Fratribus loculentum ignem iuſſit excitari: mox nudis pedibus per prunas, atque inter flammarum volumina illæſus deambulans*; quo confirmatur & in Religione continuaſſe nudipediũ, vel ſolos calceos ligneos, ſeù calepodia adhibuiſſe, vndè mox, & facilè potuit prunas calcare, quas, niſi pedes nudos habuiſſet, eadem facilitate potuiſſet manibus tãgere, & palpare.

805 Idem dicendum de Congregatione ab eo inſtituta; & ne ex meo libito hoc videar aſſerere, teſtem adduco Hieronymum Romanũ in *Hiſt. Auguſtin. lib*. 4. *in vit. S. Nicolai*, vbi de hac Congregatione ſic ſcribit: *Algunos annos antes que S. Nicolas viniesſe ul mondo hauia començado en nueſtra ſagrada Religion una Congregacion de Religioſos de vida muy aſpera, y penitente, la qual ſe llamaua la Congregacion de la penitencia de Ieſus Chriſto. Fue principio deſta Congregacion el bien auenturado Padre S. Iuan Bueno de Mantua. Eſtos Religioſos en ſus principios andauan deſcalços, y veſtianſe de veſtiduras muy pobres, y humildes, y muy groſſeras*. Quod intelligendum puto de nudipedio non totali; ſed de compatiente calepodia.

806 Confirmatur ex eo quod eodem modo calceatus inceſſit D. Franciſcus, quem B. Io. Boni diſcipulum volunt quam plures è Patribus meis calceatis apud Marquez. *cap*. 21. §. 1. *& ſeq*. nempe Henricus de Vrimaria, Iordanus de Saxon. Philippus Bergomenſis, Ioſeph Pamphil. Hieronymus Roman. Gonzalez de Critan. Ægidius Viterbienſ. Bernardus Nauarrus, Angelus Antolinez, Ægidius à Præſentatione, quibus additur Cruſenius in *Monaſt. Auguſtin. p*. 2. *cap*. 25. vndè orta eſt controuerſia ſuper eius Auguſtiniano Monachatu, de quo nihil pronuncio: Sed hoc vtor exemplo, quia tali ſuppoſito Franciſci monachatu tenet mea de ea Congregatione ſuprapoſita illatio. Henricus de Vrimaria. *d. tract. de orig*. ſic ſcribit: *Tempore Innocentij Papæ III. fuit F. Ioannes dictus de Cella, circa quod tempus B. Franciſcus cum dictis Fratribus habitauit, & quidam aſſerunt, quod fuerit Frater dicti Ordinis in loco S. Iacobi de Aquauiua iuxtà Piſas: tandem petita licentia, & obtentu à Priore dicti loci, vt arctiorem vitam aſſumeret, dimiſſa zona, & ſubtelaribus ad nemus ſe ſolum tranſtulit*. Item Ægidius Viterbien. *d. lib*. 2. *ſacul. cap*. 13. §. 18. quem adducunt tum Marquez. *cap*. 21. §. 5. tum Herrera *reſp. pacif*. 5. *nu*. 539. ſic habet: *Habeo Authores, qui ſcribant, huius viri ſanctitate* (loquitur de Io. Bono) *ac fama illectum Franciſcum Aſſiſium magni Ordinis Authorem habitum induiſſe, baculum geſtaſſe, Eremitam egiſſe, ligneis calceis vſum eſſe, quam rem nec Vincentius quidem Scriptor Hiſtoriarum acuratiſſimus inficiatur*. Si ergò D. Franciſcus, vt B. Io. Boni diſcipulus ſubtelaribus, ſeù ligneis calceis vtebatur, antequam ſuæ Religionis fundamenta iaceret, vt volunt prædicti nobiles ex Eremitarum Ordine Scriptores, quis non videt huiuſmodi ſubtelaribus, ſeu calceis ligneis vſos & alios B. Ioannis Boni diſcipulos, eo magis cum & ex Herrera habeamus, quod huiuſmodi calepodia fuerint in vſu non ſolum tempore S. Auguſtini, ſed & in Congregatione ipſa B. Io. Boni, dum *cit. reſp*. 4. poſtquam *n*. 169. dixiſſet: *Vndè conſtat tempore Iordani communiter creditum fuiſſe Eremitas tempore Auguſtini calceis vſos fuiſſe, ſiue ij eſſent ex corio, ſiue ex ligno, aliaue ſimili materia*, ſubdit ſic de Congregatione B. Io. Boni: *Hæc etiam calceorum* (hoc eſt ſiue ex ligno) *delatio Fratribus Congregationis S. Io. Boni erat in vſu?*

807 Sed contra eſſe videtur primò, quod D. Franciſcus calceatus inceſſerit, cum de eo S. Antoninus *Hiſt. p*. 3. *tit*. 24. *cap*. 2. §. 1. ſcripſerit. *Habitum adhuc Eremiticum tunc temporis habuit, baculumque in manu geſtans, pedibus calceatis, & corrigia cinctus inceſſit*; vt tenent & Vincentius Belluacenſis. *lib*. 29. *cap*. 98. Philippus Bergomens. *ad ann*. 1209. Polidor. Virgil. *lib*. 7. *cap*. 14. & S. Bonauentura, dum in eius vita, quomodo eremiticum habitum depoſuerit, ſic deſcribit: *Soluit calceamenta de pedibus, deponit baculum, reiectaque corrigia pro cingulo funem ſumit*. Si namque ex S. Franciſco arguendum eſt ad alios B. Io. Boni diſcipulos, potius calceatos eos fuiſſe dicendum erit. Secundò, quod in Conſtitut. *Dudum &c*. vt vidimus *num*. 563. pro diſtinguendis Ianbonitis à Minoritis decreuerit Gregorius IX. quod illi *adeò ſuarum veſtium* temperarent *longitudinem, quod à quibuſcumque eorum calceamenta liberè* viderentur; Hinc enim ſupponi à Pontifice videtur, quod ea Congregatio calceata incederet.

808 Nullius tamen vigoris ſunt argumenta; quo enim ad S. Franciſcum concedo illum calceatum ſed calceis ligneis, ſeù calepodijs, quibus calceamenti nomen, & ratio competunt ex dictis *dub*. 1., & reuera ad exemplum Magiſtri huiuſmodi calceamenti genere vſus fuit S. Franciſcus, vt vidimus cum Henrico de Vrimaria, & Ægidio Viterbienſ; & quando Minorum Ordinem inchoauit benè dicitur calceamenta depoſuiſſe, quia ſubtelares, ſeu

cale-

calepodia, vt habet Henricus, dimiſit, & pede omninò nudo incedere incæpit, & poſtea in more habuit. At non probatur per hoc, quod integros calceos, aut ipſe, aut cæteri Ianbonitæ geſtauerint. Et quoad Gregorij IX. Conſtitutionem reſpondent aliqui, calceos (ſi tamen calceamentorum nomine venire hic debeant integri calcei, quod nego) Ianbonitis pro controuerſia cum Franciſcanis dirimenda fuiſſe tunc à Pontifice iniunctos, eo modo quo manicæ protenſæ, & alia eodem fine fuerunt tunc iniuncta. Et fauet reſponſioni Ægidius Viterb. dum *d. lib. 20. ætat. 8. pag.* 169. dicit: *Dat præterea* (ideſt vltra manicas, & alia) *illis calceos*, ſiue Ianbonitis: *his adimit; illos Zona, hos fune cingi iubet* ideſt Gregorius; quo ſtante verum non eſt, quod in ea Congregatione eorum vſus ſupponeretur. Reſpondeo ego, vt ſuprà, ſupponi ibi calceatam eam Congregationem non integris calceis, ſed ſubtelaribus, ſeù calepodijs, quorum vſum in Ordine, & pręcipuè in ea Congregatione ex Scriptoribus Ordinis iam vidimus. Qua de cauſa non dixit ſimpliciter Summus Pontifex, vt *videantur calceamenta*, ſed notanter addidit *ipſorum* ad indicandam qualitatem calceamentorum, nempe calepodia, quia dum hæc apparuiſſent, iuuaſſent vtique pro ipſis diſcernendis à Minoritis, qui ſi non nudis pedibus, cum ſandalijs, nullatenus verò cum calepodijs ambulabant, cum vſus calepodiorum in Religione Minorum incæperit tantummodò de 1368. per quemdam F. Paulucium de Trencis, vt ſatis clarè docent Lucas Vadingus in *annal. Minor. ad d. ann. n.* 12. & Franciſcus Haroldus in *Epitom. ad eundem ann. n.* 5., & pro re certa, & indubia refert Dominicus de Gubernatis in *Orb. Seraphic. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 32. *pag.* 488. *col.* 1. *n.* 11. Et ideò nihil ex his contra ſuprapoſitam cóclu ſionem, quod Ianbonitarum Congregatio fuerit diſcalceata, & ſi non omninò nudipes, non iam integris calceis, ſed calepodijs vteretur.

809 Altera Brictinenſium Congregatio ſubſequitur, quam Ordinis S.P. Auguſtini fuiſſe certiſſimum eſt ex Pontificum Bullis Gregorij IX. incip. *Cum olim de*. 1228. Innocentij IV. incipien. *Inſinuarunt* de 1246. Alexandri IV. *Religioſam vitam* ſub 1255. & alijs multis prout in Bullar. Ordinis, in qua pariter caligarum vſũ inuenio. In Conſtit. enim *Quæ omnium Conditoris*. 3. Idus Martij de 1228: vt placet Laurentio de Empol. in *d. Bullar. pag.* 123. per quam Brictinenſium Conſtitutiones à Gregorio IX. confirmantur, ſic §.8. diſponitur. *Super habendis caligis, calceis, & ſimilibus Prior ſecundum ſuum arbitrium poteſtatem habeat diſponendi*. Quod & legitur in Conſtit. conſimili Innocentij IV. dat. Lugduni 1251. patet namque eos iuxta Prioris diſpoſitionem tum calceis, tum caligis, quas ſandalia eſſe iam oſtendimus *dub.* 2. vti potuiſſe; ideſt in Prioris poteſtate, ſeù libertate fuiſse concedere calceos, vel ſandalia iuxta cuiuſque vires, ſeù calceos ſandalia pati non valentibus, cohærenter ad S.P. Auguſtini Regulam, in qua præcipitur, quod *calceamenta, quando fuerint indigentibus neceſſaria dare non differant, ſub quorum cuſtodia ſunt, quæ poſcuntur;* & ad normam primi Auguſtiniani inſtituti, quo alijs calcei, alijs ſandalia permittebantur, vt iam *dub.* 7. inſinuauimus, & iterum infrà *dub.* 10. & 11. Ergo & ſandalijs vſi ſunt Brictinenſes, ſi non omnes, illi ſaltem, quibus à Priore integri calcei, vtpotè fortioribus, non concedebantur.

810 Quod idem dicendum etiam in ſuppoſitione, quod pro caligis non ſandalia, ſed tibialia intelligere velimus; nam cum tam calceos, quã caligas concedere eſset in Prioris arbitrio, vtique nec eas concedere poterat; qui enim habet arbitrariam poteſtatem diſponendi de aliquo, poteſt & non diſponere de illo. Et confirmo, quia in *d. Conſtit. ibid.* conceduntur cuilibet ex Brictinis quatuor tunicæ, vna cuculla, duo ſcapularia: prohibentur linea indumenta, & de his non datur Priori libertas diſponendi pro ſuo libito, ſicuti conceditur diſponendi de caligis & calceis; Ergo, etſi pro caligis tibialia intelligantur, & hæc concedere, vel non, erat in Prioris arbitrio. Cum autem non alia de cauſa in Prioris arbitrio hæc relicta eſse poſſint, niſi vt ea iuxta Fratrum indigentiam, hoc eſt non valentibus nudipedium ferre, concederentur, benè ſequitur, quod illis, qui poterant, non concederentur; adeòque & excalceati incederent. Perſiſto tamen pro caligis non tibialia, ſed ſandalia ibi importari; & hinc clarè de eius Congregationis nudipedio conſtare. Pro quo mihi ſufficit Herrera, qui *d. reſponſ. pacif.* 4. *num.* 258. ſic de hiſce Brictinorum caligis: *Conſtat Priorem habuiſſe poteſtatem diſponendi ſuper habendis caligis, & calceis, & ſimilibus. Ex hoc vltimo patet prædictam Congregationem fuiſſe etiam vſam caligis, iuxta Prioris diſpoſitionem. Caligæ autem, vt ait Ludouicus de Angelis lib.* 4. *de vit. & laud. Aug. cap.* 4. *ſunt ſandalia pedibus immiſſa; id quod antiquior, & doctior Bonauentura prius dixerat in epiſt. de eo quod Chriſtus, & Apoſtoli inceſſerint diſcalceati, vbi &c.* Quo ad confirmationem aſserti nihil, aut clarius, aut deſiderabilius.

811 Aliam Excalceatorum inuenio in Ordine Congregationem, nempè S. Mariæ Conſolationis à V.P. Io: Baptiſta Poggio inſtitutã, vt teſtatur in annal. Ianuenſ. Auguſtinus Iuſtinianus per hæc verba: *Eo tempore* (anno circiter 1470. & 1471.) *floruit admodum Venerabilis Pater Baptiſta Genuenſis Poggius Ordinis S. Auguſtini de Obſeruantia, Religioſus quidem & vitæ integritate, & congruenti eruditione decoratus, vt ex multis dignis operibus perſpicuè intelligi poteſt: quandoquidem vt percupidus religioſæ, & reformatæ vitæ ſub titulo S. Mariæ Conſolationis inſtituit, & fundauit Congregationem Fratrum de Obſeruantia D. Auguſtini ſoccos ligneos geſtantium, maiori abſtinentia, & paupertate, quam aliæ multæ Congregationes.* Quem ſequens Odoricus Raynald. in *Epitom. annal. ad ann.* 1474. *nu.* 31. dicit eam à Sixto IV. confirmatam: *Confirmatus etiam eſt* (ſic ille) *à Sixto, vt refert Auguſtinus Iuſtinianus*

Ordo

Ordo Auguſtinianorum Diſcalceatorum adſtrictioris diſciplinæ, cuius conditor fuit Baptiſta Poggius Genuenſis doctrinæ fama, & pietatis opinione clariſſimus, multiſque à Deo muneribus ornatiſſimus. Et ex ſcriptoribus Ordinis Hieronymus Roman. *Centur.* 11. *ad ann.* 1474. & *lib.* 2. *Hiſt. Auguſt. cap.* 11. dicens: *la ſexta Congregacion fue de los Baptiſtinos deſcalços. Eſta comenzò en los annos* 1474. *por el ſanto Varon Fray Iouan Baptiſta da Genua &c. Hyzo vna Congregacion y maniera de viuir muy penitente andando deſcalço*. Philippus Elſius in *Encomiaſt. Auguſt. verb. Io: Bapt. Poggius*. Antonius à Natiuit. *lib. Montes Coroas. mont.* 2. *coro.* 2. §. 11. *fol.* 333. *col.* 1. Pamphil. in *Chronic. Ordin. pag.* 87. Cruſenius in *Monaſtic. part.* 3. *cap.* 29. Herrera in *Alphabet. Aug. litt.* I. *tit. Viri, & feminæ*. & Torellus in *Centurys. centur.* 4. *cap.* 3. & *in ſæcul. Auguſt. ad ann.* 1471. *nu.* 39.

812 Vt verò ad recentiora tẽpora me transferam; Quis negare poterit duas alias Congregationes nempè S. Adriani, & Centum Vrbium in Sicilia excalceatas, boc eſt ſine tibialibus, & cum ſolis ſandalijs inſtitutas fuiſse? Quis neſcit excalceatam Peruanam Prouinciam in Indijs? Patres illi, qui primi de 1531. Indiarum iter ſuſceperunt *En ſus principios* (teſte Hieronym. Roman. in *Centur.* 12. & *Hiſtor. lib.* 2. *cap.* 10.) *no trayan zapatos mas deſcalços ò con zandalias ò alpargates de las quales tambien vſan*. Idem ſcribunt Antonius à Natiuit. *loc. ſup.* §. 13. *pag.* 359. Ioannes Griſalua in *Hiſtor. Ordin. in nou. Hiſpan.* qui *lib.* 1. *fol.* 4. *col.* 1. vbi memorans P. Ioãnem Gallegos, qui primò pro ea expeditione à P. Gabriele Veneto Generali facultatem obtinuerat, licet morte præuentus exequi non potuerit, dicit: *Aſsi eſte Santo Varon mudò de trage veſtiendoſe de veſtiduras aſperas deſcalçoſe los pies*. & *fol.* 10. *col.* 4. de alijs ſeptem, qui poſteà illuc peruenerunt: *El caminar era à pie y deſcalços*. & Andreas a S. Nicolao *tom.* 1. *Chronic. in introduc. proæm. cap.* 7. *pag.* 69. de eiſdem loquens ait: *E partendoſe de alli s'embarcaron en Siuilla ſiete* (ideſt ſeptem Fratres) *veſtidos todos de vna xerga tan aſpra &c. con las mangas, capilla, manto y ſandalias*. Et non tunc ſolum, ſed & ſubindè excalceati inceſſerunt: quin, vt hic mos obſeruaretur, in primo Capitulo Prouinciali, quod ibi celebratum fuit, inter alia ſtatuerunt, vt obſeruat Ioachimus Brulius in *Hiſt. Peruan. lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 7. *Calceos portent ex chordis confectos*, hoc eſt ad formam ſandaliorum, vt notat ibi hæc in margine poſtilla (*Calçados alpargatas*. Et *ibid. cap.* 2. cui titulus: *Inſtructiones ituris ad Infidelium conuerſionem à noſtris datæ* ſub. *nu.* 3. ſic illis præſcribitur: *Pedibus iter inſtituerent, quos non aliter contra temporis iniurias, quam ſemicalceis* (in margine *ſandalias, ò zapatos abotinados*) *defenderent*. Quæ omnia refert & Antonius Calancha in *Chronic. Peruan. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 25. Et ità ſubſequenter obſeruatum vſque ad ann. 1574. affirmat Griſalua *ibid. fol.* 12. *col.* 2. dicens: *Quitaronſe todos los zapatos y calçaronſe alpargates, los quales vsò eſta Prouincia haſta el año de* 74. Adeo vt Auguſtinus de Corunna etiam poſt promotionem ad Epiſcopatum teſte eodem Griſalua *ibid. lib.* 2. *fol.* 97. *col.* 1. *Nunca mudò el habito y ſantos eſtatutos deſta Prouincia, vna tunica de yerga con vnos alpargatos ſobre el pie deſcalço*; Vndè ex diuina diſpoſitione poſt 30. annos integrum inuentum eſt eius corpus vna cum ſandalijs, ſicut ex Gaſpare Villaroel. *p.* 1. *q.* 2. *art.* 3. *n.* 25. aſſerit Andreas à S. Nicolao *loc. ſupr.*

813 Et adeò cordi fuit huic Prouinciæ mos iſte incedendi ſine tibialibus, & calceis, quod, teſte Bernardo de Torres in *Chronic. Prouinc. Peruan. lib.* 2. *cap.* 2. cum in Capitulo Prouinciali de 1614. ibi celebrato, in quo Prouincialis pronuntiatus fuit Michael Gutierez, dolentes Patres ſuper quaſi obliterata illius Prouinciæ primordiali obſeruantia, Reformationem iterum decreuiſſent, ſequenti, quæ eſt vndecima in ordine, deffinitione: *Deſeando que en eſta Prouincia hauieſſe algun Conuento de Recolleccion, d'onde los Varones eſpirituales ſe puedan recoger, y darſe mas a la vida contemplatiua, y mas eſtrecha penitencia, dando principio en eſta Prouincia à tan loable inſtituto ſeñalamos por primer Conuento, al que tenemos fondado en la Villa de Miſque, pues para ello dan licencia nueſtras Conſtituciones*. 6. *p. cap.* 24. §. *verum cum ſeſamus &c.* eam poſteà ad effectum demandaturus idem Prouincialis à nudipedio incæperit, P. Petrum Altamiranum cum ſocijs habitu reformato 4. *Auguſti*, 1716. induens, vt idem Torres *cap.* 4. hoc pacto: *Los habitos eran de Cordellate negro mas groſſero, y peſado, que el Sayal, cortos, ſancillos, eſtrechos, el calçado alpargates ſobre los pies deſnudos*. Ex quibus tam clarè, & manifeſtè conſtat ſemper nudipedium, ſi non totale, ſaltem cum ſandalijs inualuiſſe in noſtro Eremitarum Ordine, vt vel plura adducere ſuperfluum eſſet.

DVBIVM IX.

An probabile ſit, quod S. Nicolaus de Tolentino nudipedium coluerit.

814 DIxi, an probabile, ne eorum opinionem, qui eum calceatum volunt, per affirmatiuam, & abſolutã concluſionẽ videar excludere. Et quia reſolutio ab alijs dubijs pendet, an ſcilicet S. Nicolaus antè vnionem generalem, vel poſt illam Auguſtinianæ militiæ nomen dederit; & ſi antè illam, an in Ordine Eremitarum proùt ab alijs Congregationibus diſtincto, vel in aliqua earum Congregationum, quę verè Ordinis S. Auguſtini erant, & tunc maximè florebant, hæc in primis examinare incongruum non erit.

Et quoad primum. Vt ſincerè fatear, magnum eſt fundamentum aſſerendi antè vnionem generalem eum Religionis habitum aſſumpſiſſe. Deſumitur tum ex Cardinale Seripando, qui in *Comment. rer. Ordin. ad ann.* 1197 habet: *Hoc tempore D. Nicolaus de Tolentino noſtri Ordinis miraculorum multitudine mirificè coruſcauit*

ruſcanis; tum ex Petro de Natalibus, qui in *Appendic. cap.* 16. eum de 1194. obijſſe teſtatur; vndè benè eruitur eum antè vnionem, quæ de 1256. perſoluta eſt, religioſam vitam fuiſſe profeſſum. At quia tempora hic aſſignata in dubium vocari poſſunt, his omiſſis, oſtendo id clarius ex ipſis ſcriptoribus Ordinis. Marquez enim *cap.* 14. §. 8. *& cap.* 18. §. 8. vt probet contra P. Daza Ordinis Eremitarum approbationem Alexandri IV. & vnionis generalis tempora præceſſiſſe, argumentatur id ex eo, quod D. Nicolaus (qui vt apparet in Eugenij IV. ſuper eius canonizatione Bulla *in approbata Religione Fratrum Eremitarum S. Auguſtini ab eius pueritia educatus fuit*) de 1242. quatuordecim ante vnionem annos Religionis habitum ſuſceperit. Item Nicolaus Pleneuaulx in ſuo *Prim. Auguſtin. lib.* 5. *cap.* 4. ad ann. 1246. vt ſimiliter oſtendat Ordinem Eremitarum iam antè Gregorium IX. ab Eccleſia approbatum, argumentatur id ex D. Nicolao, dicens: *Prouinciæ Io. Boni præponitur Generalis Frater Hugo Mantuanus in Capitulo Ferrariæ celebrato, vt eſt teſtis Ægidius in ſummario vitæ Eremitarum; meminit Romanus Centur.* 9. *ad hunc annum. Hoc anno, vel circumcirca B. Nicolaus de Tolentino Ordinem Eremitarum S. Auguſtini Religionis habitu ſuſcepto ingreditur, quem completo probationis anno ſolemni pacto profitetur; etenim iuxtà veriorem ſupputationem naſcitur is anno Domini* 1224. *ſub Honorio III. moritur autem anno Domini* 1294. *ætatis ſuæ anno* 70. & poſt aliqua. *Illud quidem fateor non deeſſe, qui B. Nicolaum eſſe ea, quam poſſumus ætate antiquiorem: quippè quem aiunt obijſſe diem ſuum anno Domini.* 1197. *iuxtà quam ſupputationem naſcitur B. Nicolaus anno.* 1150. *Sed vt diximus ſuperior opinio communior eſt, & verior.* Et iterum *lib.* 7. *cap.* 12. §. 1. *ſect.* 1. ſic: *Porrò, ſi decurſus annorum numerando debitè recenſeamus, B. Nicolaum Tolentinatem inuenimus ſuſcepto Religionis habitu ſe addixiſſe anno Domini, plus minus,* 1240. *quo adhuc tempore Gregorius IX. ad S. Petri nauiculam Gubernator ſedebat; etenim B. Nicolaus vixit annos.* 70. *natus anno* 1224. *mortuuſque anno* 1294. *induit habitum puerili ætate, vt ex iam citatis Eugenij IV. verbis.*

815 Huius ſententiæ præter Hieronymum Roman; de quo infrà, fuerunt quoque Genebrardus *lib.* 4. *ann. Chriſt.* 1294. Philippus Bergomen. ad *ann.* 1446. Ioſeph Pamphil. in *Chronic. pag.* 33. Cruſenius in *Monaſtic.* 3. *part. cap.* 7. *pag.* 140. Angelus Rocca in *Cathalog. Sanctor. verb. Nicolaus Tolentin.* Ludouicus Zacconus in *compend. vit. Sanctor.* ferè omnes Auguſtiniani, qui omnes D. Nicolai obitum ſub anno 1294. ponunt; à quibus parum differt Volaterranus, dum illius morti annum 1293. aſſignat. Vndè cum ſeptuaginta annos vixerit, ſequitur eum de 1224. natum, & vel de 1242. vt volunt Pamphil, Marquez, & Pleneuaulx; vel, vt melius Cruſenius *ibid. p.* 2. *cap.* 28. *pag.* 115. de 1234. (vtroque tamen modo ſemper ante vnionem generalem, quæ fuit ſolum de 1256.) in Ordinem ingreſſum fuiſſe.

816 Video diuerſum ſentire aliquos, ſcilicet tribus, vel quatuor poſt vnionem annis eum Religionis habitum ſuſcepiſſe, & ad ſuperos anno Domini. 1305. euolaſſe, ex eo quod, vt in eius Canonizationis proceſſu, à Teſt. XC. IC. colligatur B. Nicolaum anno Domini. 1249. natum, anno 1259. Ordini Eremitarum adſcriptum fuiſſe. Sed an ex 370. vt in illo proceſſu teſtibus, duorum aſſertio ſufficiat, iudicare quilibet poterit. Hoc ſcio, quod Ambroſius Frigerius in *vit. S. Nicolai*, ſiuè Iacobus Albericius, qui eam vitam ampliauit, propè *fin. cap.* 1. teſtatur, ſe ex gratia ſpeciali vidiſſe, ac legiſſe librum grandem Proceſſus ſuper vitam S. Nicolai ab Epiſcopis Senogalien., & Ceſenaten. de mandato Ioannis XXII. formati, vt apparet ex Breui Apoſtolico ſub ann. 1325. quod in Archiuio monaſterij Tolentinaten. aſſeruatur, vbi vltrà. 370. teſtes recepti ſunt, quorum depoſitionibus. 300. S. Nicolai miracula probantur; quem librum in Archiuio conuentus S. Auguſtini Romæ cuſtodiri dicit; & vlterius ſecundum librum in conuentus Tolentinatenſ. archiuio aſſeruatum, in quo omnes prædictæ depoſitiones regiſtrantur, perlegiſſe. In fine poſteà *cap.* 2. ſic habet: *Tempus natiuitatis huius glorioſi Sancti è ſupradictis Romæ, & Tolentini archiuiorum libris præcisè haberi non poteſt; cum quot annos ſuperuixerit certum non ſit. Certum eſt quidem tempus mortis, quæ euenit de* 1306. 5. *Septembr. die; & prout depoſuerunt aliqui, ætatis annorum.* 50. *& prout alij.* 60. *& ſecundum alios.* 81. *iuxtà quorum aſſertionem de* 1224. *temporibus Sanctorum Dominici, & Franciſci eius ortus acciderit.* Si ergò hic, qui oculis proprijs dictorum proceſſuum libros legit, eius natiuitatis annum colligi indè non poſſe affirmat, quomodò ex duobus teſtibus firmari poteſt, eum de 1249. in lucem prodijſſe?

817 Do nihilominus ab vno, vel altero teſte id colligi poſſe: ſed hoc non ſufficit, vt firmetur illum reuerà fuiſſe eius natiuitatis annum; teſtes enim, eum, vt obſeruat *ibid.* Frigerius, in hoc varij fuerint, deponentes aliqui de maiori, & alij de minore ætate, nihil certi ſuper hoc, etiam ſi certus ſit dies mortis, ab illis haberi poteſt; Nec puto circà hoc ſollicitos fuiſſe Epiſcopos illos, hoc eſt ſatis curaſſe, vt eius natiuitatis annus præcisè dilucidaretur, vni ſanctitati, miraculiſque comprobandis intentos. Et licet aſſerant ibi Frigerius, & Albericius certum eſſe, quod de 1305. obierit; non tamen mihi certum videtur, quia ſi conſtaret, in officijs ſaltem innouatis appoſitus fuiſſet iuxtà morem Eccleſiæ, quæ in lectionibus ad matutinum eum apponit, quando de eo conſtat, etiam quoad Sanctos antiquiores, vt in Feſtis SS. Raymundi de Penafort, & Nonnati, Petri Nolaſco, Io. Gualberti, Eduardi, Henrici Imperatoris, Petri Martyris & aliorum. Vndè adhuc viget, quod antè vnionem vitam religioſam ſub Auguſtino inchoauerit.

818 Sed eſto dè 1305. obierit, vt vult To-

rellus ad hunc annum *num.* 5. vel de 1306. vt volunt Surius in *eius vit.* Baronius in *not. ad Martyrolog.* 10. *Septemb.* Ferrarius in *Cathalog. Sanct. Ital. ſub ead. die* Raynald. in *epitom. ad ann.* 1306. *nu.* 19. Herrera in *Alphab. litt. N*, Philippus Elſius in *Encomiaſt. verb. Nicolaus de Tolen.* & videtur deduci ex F. Petro de Monte Rubiano Lectore, qui vitam D. Nicolai ſcripſit anno .1326. ſub Ioanne XXII. quam videre eſt apud Bonin. Mombritium *tom.2. in cap. de eius miraculis poſt mortem*, & hæc habet: *Iam anni* 20. *præteriere, ex quo tempore huius Sancti innumera miraculorum genera dignatus eſt Dominus ſuis fidelibus oſtendere*; Eo enim ipſo quod à morte miraculis coruſcauit S. Nicolaus, & à tempore, quo hæc Petrus ſcripſit, ſcilicet de 1326. iam viginti fluxerant anni, ſequitur, quod de 1305. vel 1306. vltimum diem obierit. Hoc inquam eſtò; nec adhuc probatur, eum antè vnionem generalem non fuiſſe ad habitum admiſſum. Et in primis aſſentiri non poſſum opinioni eorum, qui decimum octauũ ætatis annum aſſignant D. Nicolao, quandò eſt Religioſam vitam auſpicatus, inter quos Marquez *cap.* 18. §. 8. Pleneuaulx. *d. lib.* 5. Moreau *p.* 4. *Vindic. cap.* 7. Herrera, atque Elſius, quorum duo vltimi locis ſupr. de 1246. eum natum volunt, & de 1264. adulta ætate, hoc eſt decimo octauo anno habitu Religionis indutum. Aſſentiri inquam non valeo, cum teſte Eugenio IV. in Canonizationis Bulla *Licet militantis &c.* legatur apud Empol. *pag.* 112. quod fuerit à pueritia educatus in Ordine: *eximium* (ſic ibi) *Nicolaum de Tolentino in approbata Religione Fratrum Eremitarum S. Auguſtini ab eius pueritia educatum, puritate candidum &c.*, ſtare enim non poteſt, quod à pueritia ibi educatus fuerit, & decimo octauo ætatis anno habitum ſuſceperit. Quæ ratio adeò vera eſt, vt & ipſe Torellus, qui ſub anno 1264. *num.* 24. ſcripſerat, ætatis annum vigeſimum ſecundum egiſſe tunc Nicolaum, poſtea ſub *ann.* 1305. *nu.* 14. dixerit, eum decimo ætatis anno habitum ſuſcepiſſe.

819 Deindè ad eius vitæ curſum deſcendens, cum in pluribus Conuentibus diù vixerit, & tandem ad triginta annos Tolentini commoratus fuerit, eorum mihi ſententia probatur, qui ſeptuaginta annos eum vixiſſe ſcribunt, ſcilicet Marquez. *cap.* 18. §. 8. Pleneuaulx *d. lib.* 5. *cap.* 4. *& lib.* 7. *cap.* 12. Cruſenij. 3. *p. cap.* 7. *pag.* 140. ex Pamphil. in *Chronic.* Moreau. *cit. cap.* 7. Io. Petri Creſcentij in *Præſid. Rom. lib.* 1. *narrat.* 8. *n.* 17. Mauritij à Matre Dei in *S. Erem. lib.* 1. *cap.* 1. §. 2. *pag.* 40. Quibus modò inter ſe comparatis, nempè D. Nicolaum in puerili ætate, vt ait Eugenius, decimo ſcilicet, vt approbat Torellus, ætatis anno educatum in Religione, & ſeptuagenarium exceſſiſſe, rectè deducitur, de 1234. vt iam obſeruauimus cum Cruſenio *ſupr.* ad Religionis habitum admiſſum fuiſſe. Verum quia non poteſt probari, quod præcisè decennis fuerit, cum ad plus, minuſue poſſit pueritia reſtringi, vel extendi, ſiuè dicatur de 1234. ſiuè de 1236. aut de 1242., vt habent Pamphilus, Marquez, & Pleneuaulx, Religioſam vitam inchoaſſe, adhuc ſtat fundamentum dicendi, quod antè generalem vnionem, quæ de 1256. contigit, S. P. Auguſtini Ordinem ingreſſus fuerit, vt item argumentatur Io. Petrus Creſcentius *ibid.* & apertè fatetur Marquez. *d. cap.* 14. §. 8. *cap.* 18. §. 8.

820 Quo verò ad aliud de Ordine, in quo ad habitum receptus fuit, an ſcilicet in aliquo tunc temporis Ordinum, qui vel Guilelmitarum, vel Brictinorum, vel Io. Boni nuncupabantur, vel in eo, qui vt ab illis diſtinctus Eremitarum Ordo dicebantur, P. Mauritius à Matre Dei *loc. nuper adduct.* aſſerit, id eueniſſe in Brictinorum Ordine, qui tunc temporis in Marca Anconitana efflorebat, & affirmat Pius de Rubeis in *Apparat. ad Lupum de Vlmetto n.* 16. apud Ioann. Petr. Creſcent. in *Præſid. Roman.* Nec improbabilis opinio, vt patebit ex dicendis. Carolus Moreau in *Vindic. p.* 4. *cap.* 7. vt ab hac Congregatione S. Nicolaum excludat, plura dicit. Primò: *S. Nicolaum eodem anno habitum ſuſcepiſſe, quo Biſtrinenſes, & Ianbonitæ, aliæque Congregationes Ordini Eremitarum S. Auguſtini vnitæ ſunt; vndè apparet nullo fundamento aſſeri D. hunc Tolentinatem apud Brictinenſes educatum.* Probat autem hoc ex eo, quod habitum Religionis anno 1254. vel ſequenti induerit; quo tempore nempe 1254. creatus fuit Papa Alexander IV. qui ſub Pontificatus initio de Ordinis vnione generali cogitare cæpit, eamque ſecundo Pōtificatus anno perſoluit. Quod verò eo anno, vel ſequenti habitum ſuſceperit, deducit ex eo, quod, cum D. Nicolaus obierit de 1306., & ſeptuaginta annos vixerit, & decimo octauo, vel decimo nono ætatis anno religioſam vitam auſpicatus fuerit, ſequitur, quod de 1254. vel 1255. fuerit Religionem ingreſſus.

821 Sed an hæc ſubſiſtant, videamus. S. Nicolaus anno ſalutis 1306. & ætatis ſuæ ſeptuageſimo, vt ipſe dicit, ab hac vita migrauit. ergo de 1236. natus eſt. Ergò corruit, quod de 1254. habitum ſuſceperit; Et probo quia vt, iam vidimus, non decimo octauo, vel decimo nono, ſed iuxtà Eugenij IV. verba, *in pueritia*, hoc eſt iuxta Torellum decimo ætatis anno ad habitum admiſſus fuit. ergo de. 1246. Sed vnio generalis fuit de 1256. ergò ante illam iam Religionem profeſſus fuerat S. Nicolaus. Et quare non potuit apud Brictinos educari? Et dato quod de 1254. vt vult Moreau habitum ſuſceperit, quomodo non antè vnionem generalem, quæ ſolum de 1256. ſecuta eſt? & quarè non inter Brictinos?

822 Dicit ſecundo, non potuiſſe hoc eſſe, quia Eugenius IV. eum dicit educatum *in approbata Religione*; quod non verificatur de Brictinorum Ordine, vt patet ex Gregorij IX. incipien. *Cum olim.* in *Bullar. Ord. pag.* 123. in qua ſic: *Dilectis Filijs Fratribus Eremi de Brictinis Fauenſ. Diœceſ. Cum olim ſicut intellleximus motu*

proprio

proprio quemdam nouum Ordinem inueneritis &c. Quia tandem, cum non eſſet de Ordinibus approbatis, &c. Sed nec hoc ſubſiſtit, quia etſi ante. 1228. quo emanauit hæc Conſtitutio, non eſſet Brictinorum Congregatio approbata, cum tamen per eamdem Conſtitutionem fuerit tunc illi ſub S. P. Auguſtini Regula militare à Gregorio IX. conceſſum, & vlterius de 1235. per aliam Conſtit. *Quæ omnium Conditoris* apud Empol. *d. pag.* 123. ab eodem Pontifice approbatæ fuerint eorumdem Conſtitutiones, dubium non eſt, quod ab eo tempore approbatus fuerit ille Ordo: quin ex huiuſmodi approbatione antiquam Ordinis Eremitarum approbationem deſumunt plures Ordinis ſcriptores, inter quos Marquez. *cap.* 14. §. 8. Vnde etſi habitum ſumpſerit D. Nicolaus de 1254. vt vult Moreau, vel vt Marquez, & alij de 1242. per ea verba *in approbata Religione*, non fit, quin minus in Brictinorum Congregatione id præſtare potuerit, à quo tempore iam illa erat approbata.

823 Putant alij, & fortè melius, Auguſtinianæ Religioni nomen dediſſe B. Nicolaum in Congregatione B. Io. Boni. Dux eſt claſſicus Ordinis ſcriptor Hieronymus Roman. qui *lib. 6. de Republ. Chriſtian. cap. 6.* hæc habet. *El San Iuan Bueno Mantuano començò en Italia a illuſtrar la Religion fondando una Congregacion llamada de la penitencia de Ieſu Chriſto: en la qual tomaron el habito muchos claros Varones, aſſi como San Nicolas de Tolentino, y S. Franciſco de Aſſis.* quem ſequitur Io. Petrus Creſcentius in *Præſid. Roman. lib. 1. narrat. 8. n. 16.* Vnde patet non rectè ſcripſiſſe Cruſenium *p. 2. cap. 28. pag. 115.* quod *nullus Auctor vmquam illum alicui Congregationi adſcripſit Eremitarum, ſed ſemper Ordini Eremitarum*. Et aduerto per Ordinem Penitentiæ Ieſu Chriſti, non ſumi hic quemdam Ordinem eiuſdem denominationis, de quo controuerſia eſt, an comprehenſus fuerit in vnione generali: ſed ipſam Congregationem B. Io. Boni, cui Hieronymus Roman. eam appellationem tribuit; prout tribuit de eadem loquens in *Hiſt. Auguſt. lib. 4. in vit. S. Nicolai*, vt vidimus *ſup. nu.* 805. & in hac dicit D. Nicolaum ſub Io. Bono educatum eo modo, quo idem aſſerit de S. Franciſco:

824 Et certè cum Brictinenſes, & Ianbonitæ tunc maximè floreſcerent, & in Marchia Anconitana plures Cōuentus haberent, eſſentque ſanctitate, rigore vitæ ac obſeruantia conſpicui, mihi valdè probabile, quod vnum ex illis Ordinibus eorum virtutibus allectus amplexus fuerit D. Nicolaus; non obſtante, quod Eugenius IV. in cit. Conſtit. *Licet militans*, neutrum ex his Ordinibus nominauerit, ſed *in Religione Eremitarum S. Auguſtini* dixerit, quia ex vna parte erant & illæ Congregationes Religionis Eremitarum S. Auguſtini; & ex altera, cum data fuerit illa Bulla de 1446. longè poſt vnionem generalem, in qua per vnionem abolitæ ſunt denominationes Brictinorum, Ianbonitarum, &c. & remanſit ſola denominatio Eremitarum; & ideò non deberet extincta nomina repetere, appellationem, quæ tunc vigebat, adhibuit. Et ſic alterutrum ex his duobus, ſcilicet in Brictinorum, vel Ianbonitarum Ordine Religioni Auguſtinianæ adſcriptus aſſeratur D. Nicolaus, vtrinque ſequitur, eum nudipedium modo tamen explicato, & iuxtà morem earumdem Congregationum, coluiſſe. Nec indè vllum Auguſtinianæ Religioni præiuditium; cum adhuc verificetur, quod fuerit Ordinis Eremitarum, eo modo quo Sancti Guilelmus, & Ioannes Bonus ſunt verè eiuſdem Ordinis Eremitarum, etſi in diſtinctis Cōgregationibus vixerint.

825 Aſt dato, & non conceſſo, quod tribus poſt vnionem annis Religionis habitum ſuſceperit, quis indè probare poterit ipſum ſandalijs, aut Calepodijs non vſum? Non enim conſtat, quod ſtatim poſt vnionem generalem de 1256. vel Ianbonitæ calepodia, vel Brictinenſes caligas dimiſerint, cum ex Alexandri IV. Bullis, de quibus *nu.* 559. ad cucullas nigras & non ad alia tenerentur; quo in reliquis videtur permiſſum, excepta cuculla nigra, priſtinū morem & quoad calceamenta ſequi, ſiue ſubtalaribus, ſiue ſoleis, aut calepodijs vti. Et ſaltem vſque ad 1284. quo primò editæ, & publicatæ Conſtitutiones pro toto Ordine ex illis diſtinctis Congregationibus ampliato; veriſimile eſt, quod per viginti, & octo poſt vnionem annos liberum fuerit cuique calceamenta, quæ magis libuiſſet, & penitentiæ feruor ſuaſiſſet, deferre. Dixi ſaltem, in ſuppoſitione, quod in dictis Conſtitutionibus integri calcei præſcripti fuerint; de quo *dub.* 11. & ſic D. Nicolaum, quoque caligas, aut ſoccos ligneos & poſt vnionem geſtaſſe. Sed remouetur omne dubium; cum & præfatæ Conſtitutiones ſubtalarium, ſeu ſandaliorum vſum, vt *d. dub.* 11. videbimus præſcribant. Supponendum ſiquidem, quod vir Sanctus & hanc obſeruantiam perfectè adimpleuerit, & ſic ſiuè antè, ſiuè poſt vnionem ſit Religionem ingreſſus, magnum eſt fundamentum aſſerendi, quod nudipedium coluerit. Addo non leuem coniecturam ex pluribus antiquis picturis, vt in noſtro Archiuio Romano, in quibus ſandaliatus apparet, quæ pro huiuſmodi rebus probandis non ſunt modicæ virtutis.

DVBIVM X.

An huiuſmodi nudipedium ſit Auguſtiniano inſtituto conforme.

826 SIC intellige dubium, vt probata nudipedij cum Auguſtiniano inſtituto vniformitate, non indè inferatur integros calceos eidem aduerſari; eorum vſum conformem, vt iam dixi, ſuppono, & *dub.* 7. clarè effatus ſum. Hoc ſolum intendo nudipedium quoque modo explicato eidem conforme oſtēdere. Et quamuis affirmatiua reſolutio ſufficientiſſimè habeatur ex dictis *d. dub.* 7. quia tamen Sanctos Alipium, & Fulgentium ex particu-

titulari eorum, ac arbitraria cum Superiorum licentia mortificatione; non verò ratione inſtituti illud obſeruaſſe dicunt Gonzalez de Critan. in *Epitom. vit. S. P. Aug. cap. 2. §. 1. pag. 30.* Torellus ad *ann. 390. num. 13.* & Carolus Moreau *4. p. Vindic. cap. 6.* id in præſenti ſpecialiter declarandum.

827 Et in primis quis non videt ipſum nudis pedibus de Superiorum licentia incedere Auguſtiniano inſtituto conformitatem importare; quandoquidem hæc eatenus dabatur, quatenus aut nudis pedibus, aut ſandaliatus iuxtà vires vnuſquiſq; incedere poterat? Deindè quis neſcit Monachos ad inſtar Monachorum Ægypti ab Auguſtino inſtitutos, adeoque non ſolum in habitu, ſed & in calceamentis, quæ ſandalia erant, conſimiles? Non ne, vt *dub. 7.* cum Ludouico de Angelis, Herrera, atque Torello vidimus, & iterum cum Marquez *nu. 839. dub. ſeq.* tum calceos, tum nudipedium totale, tum & ſandalia ſuis permiſit Auguſtinus? Et quarè non iuxtà Auguſtini inſtitutum ſandalijs vti, aut non ex inſtituto illis antiquiores Ordinis vſi? Ecce quoad Alipium; quod cum à nudipedio laudauit Auguſtinus, fortem ſui corporis domitorem appellans, ſeù vt habet Ludouicus de Angelis *lib. 4. cap. 4.* di*cebat aptiſſimum ad Monaſticam conuerſationem*, quod non concluderet, ſi huiuſmodi nudipedium ad inſtitutionem Monaſticam non pertineret. Et quoad D. Fulgentium, en quam apertè ad obſeruantiam Monaſtici ſtatus eum diſcalceatum exhibent Patres ipſi calceati.

828 Primò Petrus de Campo, dum *Hiſtor. general. Ordin. S. Auguſt. part. 1. lib. 2. cap. 22.* ſic: *Los Apoſtoles vnas vezes andauan calçados, otras no, affirma S. Bonauentura en vna apologia, que hizo en fauor de los pobres. Lo meſmo dize el Venerable Beda: eſſo ſeguieron noſtros Religioſos ſegun ſe puede inferir de la vida de S. Fulgencia de quien eſcriue ſu diſcipulo, que aun deſpues de Obiſpo en obſeruancia del eſtado Monaſtico andaua deſcalço, y tal vez con alpargates, ò ſandalias*. Et adeò verum tenet id à ſtatu Monachali peti, vt addat. S. P. Auguſtinum, ne quis admiraretur, ſi ipſe non ſic incederet, ſe publicè eſcuſaſſe: *Y ſi nueſtro S. Padre Auguſtin traya çapatos, obligauanle los achaques, y aun con todo buſcaua conſuelo de ſu eſcrupulo en Chriſto nueſtro Senor, que por andar calçado dixo de el Battiſta: nò era digno de deſatar la correa de ſu çapato; y pienſo que ſu dolor era el eſcandalo paſſiuo de algun inconſiderado, que en las commidades no ſon los menos, y anſi parece ſe purga en el pulpito y deja por eſcritto ſu deſcargo: Tu potes ego non poſſum*. Et rurſum, vt reſpondeat Pennoto aſſerenti S. P. Auguſtinum Clericum fuiſſe, & non Monachum, eo quia ſi Monachus fuiſſet nudo-pede inceſſiſſet, ſicut D Fulgentius, idem ſic repetit: *Luego ſigueſe con euidencia que eran Frayles los dos Pontifices, S. Auguſtin çalçado porque no podia, ne le dauan lugar ſus achaques: a lo contrario S. Fulgencio deſcalço, que lo ſufria ſu ſalud, y por el conſiguiente ninguno dellos Clerigo; eſto porque junto con todo el habito, que lo denota, lo demoſtraua en la deſnudez de ſus pies, y el otro por el dolor, y pena que ſentia, o la eſcuſa que daua de ſu impoſſibilidad a los que pareceiſe hazia mal eño andar deſcalço, como pedia ſu eſtado de Frayle aunque Obiſpo: Tu potes ego non poſſum*.

829 Secundò Ludouicus de Angelis dum *d. lib. 4. cap. 4.* poſtquam declaraſſet vt *num. 793.* vidimus, ab Auguſtino inſtitutum nudipedium, id ex S. Fulgentij obſeruantia ſic confirmat: *Hæc autem ſatis patent ex vita S. Fulgentij Monachi plenè Auguſtinenſis, qui tantum monaſterialia ſeruauit exercitia etiam Epiſcopus; vt nec ipſa calceamenta ſuſcipiens Clericorum, viliſsimis caligis in tempore hyemis, aut caligulis in tempore æſtatis vteretur; intra monaſterium ſanè interdum ſoleas accipiebat, frequenter nudis pedibus ambulans*. Tertiò Thomas de Herrera *reſp. pacific. 4. num. 258.* dicens: *Prædictus autem caligarum vſus* (loquitur de ſandalijs Brictinorum) *pro arbitrio Prælati permiſſus valdè conformis erat inſtructioni Auguſtinianæ; legimus enim de S. Fulgentio hæc verba; vt nec ipſa calceamenta ſuſcipiens Clericorum viliſsimis caligis vteretur*. Quartò Torellus ad *ann. 504. num. 11.* ſic de eod. S. Fulgentio: *Nunquam calceos geſtare voluit more Clericorum: ſed ſemper in omnibus, vt ſimpliciſsimus Monachus, & Eremita ſe gerere voluit*; hoc eſt iuxta inſtitutũ Eremitarum. Addi poteſt Baronius. *tom. 6. ad ann. 504.* prout *ſupra num. 509.* in illis verbis: *Aliorum verò* (ſcilicet claſſem Eremitarum) *qui procul à Ciuitatibus degentes, eius vita & veſtitus, cuius hic vides Fulgentium eſſe cultorem*; Significat enim & ipſe Eremitanum inſtitutum nudipedium quoque comprehendere, cuius cultor erat S. Fulgentius; Vnde repetit: *Nec ità factus eſt Epiſcopus* (ſcilicet Fulgentius) *vt eſſe deſineret Monachus: ſed accepta Pontificis dignitate profeſſionis præteritæ ſeruauit integritatem*; Quo rurſus percipitur ad Auguſtinianum inſtitutum caligas ſpectaſſe, cum ad ſuæ profeſſionis integritatem illis vſus fuerit. Ergò clariſſimè apparet etiam ex ipſis Auctoribus calceatis nudipedium quoque eſſe Auguſtiniano inſtituto conforme.

830 Duo tamen adhuc ſuperſunt pro hoc argumento pariter ex Patrum Calceatorum ſententia. Alterum; quod Congregationes Ianbonitarum, & Baptiſtinorum, quas diſcalceatas *dub. 8.* vidimus, agnoſcunt ipſi, & admittunt in hoc eas antiquo inſtituto vniformes. De prima ſiquidem Hieronymus Roman. *eod. lib. 2. Hiſt. Aug. cap. 9.* hæc habet: *En Italia el Santo Varon Iuan Bueno començo vna Congregacion llamada de la Penitencia de Ieſu Chriſto, y por eſta via començo à reformar muchas coſas y voluerla al antiguo inſtituto*. De altera verò, & Io: Baptiſta Poggio eius Inſtitutore ſic in *Comment. rer. Ordin. ad ann. 1474.* Cardinalis Seripandus: *Frater Baptiſta Ianuenſis Congregationis inclitus Pater, & Auctor, Religionem noſtram magno, & Religioſorum, & conuentuum numero breui tempore mirabiliter auxit, Congregationemque ab ipſo fundatam ad inſtar illorum priſcorum Patrum paupertate, ſobrietate, pietateque viuentium eſſe voluit, atque vigi-*

lan-

lantiſsimè, ſanctiſsiméque inſtituit, ne ijs quoque temporibus deeſſet, qui in deterius quotidiè labentem Regulæ obſeruantiam reſtitueret. Quæ iiſdem formalibus verbis confirmat Philippus Elſius in *d. Encom. verb. Io: Bapt. Poggius*. Ex quibus, cum appareat per eas Congregationes diſcalceatas reſtauratam labentem obſeruantiam, & ad inſtar illorum priſcorum Patrum Ordinis inſtitutam, & ad antiquum inſtitutum regularem diſciplinam reuocatam, non video, quo fundamento controuerti poſſit, an Auguſtiniano inſtituto conformetur nudipedium.

831 Alterum eſt, quod pro nouiſſimis Reformationibus ſcilicet Peruana, Hiſpanica, & hac, quæ Italiæ dicitur ſtabiliendis ipſimet Patres Calceati nudipedium licet non totale, ſed cum ſandalijs inter cætera ſtatuta demandarunt. Quoad Peruanam conſtat ex dictis *num.* 812. *& ſeq.* Quoad Hiſpanicam en ſuper hoc ordinationem, quæ à Patribus Calceatis vt *num.* 391. *& num.* 536. dictum eſt, cum alijs pluribus ſupra veſtium qualitatem condita fuit: *El calçado ſea alpargatas.* Et quoad tertiam do verba Conſtitutionum antiquarum die 30. *Ianuarij* 1599. ab Alexandro Senenſi Generali, vt *diximus num.* 451. confirmatarum: *Nulli* (ſic ibi *part. 2. cap. 5.*) *Fratrum vnquam concedatur cuiuſcumque qualitatis, & conditionis ſit, niſi in extrema neceſſitate, vtpote infirmitatis, caligas, & crepidas, vel ſimile portare in pedibus, ſed tantum ſandalia Apoſtolorum more, ſecundum quorum vitam S. P. Auguſtinus ſuam inſtituit Regulam*; Cum namque ſandalia pro Reformationibus inſtituendis, & ab ipſiſmet Patribus Calceatis non iam exteris, ſed in Ordine domeſticis, & conſequenter antiqui inſtituti benè conſcijs, ordinata, & præſcripta fuerint, ſolus negare poterit ea ad Auguſtinianum inſtitutum ſpectare, qui Reformationes de ſui natura ad priſtinum ſtatum reſtitutionem ignorauerit importare; iuxtà tamen ab initio poſitam declarationem, quod non propterea intelligatur illi integros calceos aduerſari, cum vt iam dictum eſt, & illi ſint ab Auguſtino permiſſi.

DVBIVM XI.

An Regulæ, vel Conſtitutionibus dictum nudipedium repugnet.

832 ET hoc quæritur, vt nonnullis dilucidatis dictorum veritas magis appareat; & dubitandi occaſio procedit quoad Regulam ex illis verbis: *Calceamenta, quando fuerint indigentibus neceſſaria dare non differant, ſub quorum cuſtodia ſunt, quæ poſcuntur*, pro quibus integri calcei venire videntur; tum ex eo quod de ſuis calceamentis loquens S. P. Auguſtinus *ſerm. 42. de Sanctis*, vt *dub. ſeq.* videbitur, ea ſpecificat *tegmina pedum*; tum ex eo, quod quicumque ſub S. Auguſtini Regula militant nempè Canonici Regulares, Prædicatores, Seruitæ, Præmonſtratenſes, nullibi calceamenta, de quibus Regula, expoſuerunt pro ſandalijs. Sed facilis eſt ſolutio; & ad primam, quia etiam ſandalia pedum tegmina ſunt, eum pedum plantam, ſeù pedem infime tegant, vt ex Agellio, Alexandro ab Alex. Fungero, Cerda initio *dub. 2.* apparet: Quin & ratione corrigiarum pedis partem ſuperiorem aliqualiter tegant, vt de Chriſti ſandalijs ſic *de calig. cap. 2. nu. 34.* Iulius Nigronus: *Non fuiſſe partem ſupernam prorſus nudam, cum ſoleæ corrigijs pedibus colligarentur, vt patet in forma caligæ militaris, & in ſandalijs Capucinorum*; quod ſatis eſt, vt dicantur tegmina; nec vllibi reperiatur, quod ad hunc effectum debeant totum pedem tegere, vt patet in pileo, qui dicitur *Capitis tegmen*, etſi non totum caput, nempe *omne illud, quod collo ſuſtentatur* (in quo per Calepinum *verb. caput.* capitis ratio conſiſtit) hoc eſt oculos, faciem, mentumque tegat. Qua de cauſa tegmina pedum abſolutè dicuntur à Cornelio Tacit. *lib. 1. Annal. vbi de Caio*, Nigrono *d. cap. 2. n. 1. 24. 25. & 26.* Alardo Gazæo in *cap. 10. lib. 1. Caſsian.* Lelio Biſciol. *Horar. ſubſeciuar. tom. 2. lib. 17. cap. 21. nu. 9. & 10.* quod ſatis eſt, vt & de ſandalijs ibi dici poſſit locutus Auguſtinus.

833 Et quoad ſecundam, quia Seruitæ Reformati, vt habet Tamburinus *tom. 2. de iur. Abb. diſp. 24. q. 4. num. 62.* Reformati SS. Trinitatis Redemptionis Captiuor. vt idem. *ibid. n. 75.* Reformati S. Mariæ de Mercede pariter Redemptionis Captiuor. vt videre eſt apud eumdem Tambur. *nu. 77.* omnes nudipedium profitentur, ſandalia tantum calceantes. Item Ieſuatorum Ordo à B. Io: Colombino inſtitutus calepodiorum tantum vſum admiſit. Ordo Apoſtolorum ſub nomine D. Barnabæ ſandalia geſtauit. B. Laurentius Iuſtinianus ſic ſuos informauit, vt ſi eſſent Nouitij, calepodijs calceati incederent. Quo bene oſtendunt, ſe per calceamenta in S. P. Auguſtini Regula, quam omnes ipſi profitentur, ſandalia intelligere, vt Sanctum Fulgêtium, Guilelmitas, Ianbonitas, Brictinos, Baptiſtinos, & Peruanam Congregationem omittam, à quibus omnibus & S. Auguſtini Regula obſeruata, & pro calceamentis vel calepodia, vel ſandalia intellecta. Vnde ad argumentum dico per ly *calceamenta* Regulæ non præſcribi hoc, vel illud calceamenti genus: ſed vtrumque ſub illo comprehendi, ſiuè integros calceos, ſiuè ſandalia, vt dictum eſt *dub. 1.* qua de cauſa aliqui Regulæ ſe adſeribentes per calceamenta integros calceos acceperunt, & alij ſandalia: vtrique tamen verè & propriè.

834 Præter ergò dicta *cit. dub. 1.* probo ſpecialiter per calceamenta in Regula venire, & ſandalia. Ex Ludouico de Angelis *loc. ſup.* oſtendimus *dub. præced.* calceamenta ab Auguſtino pro ſuis Monachis inſtituta alia fuiſſe pro Eremitis ſeu laicis, nempe ſandalia, & alia pro Clericis, nempe calceos, quod confirmauimus tum ex Auctore vitę S. Fulgêtij; tũ ex Baronio, atq; Torello ad *ann. 504. n. 11.* Sed S. P. Auguſtinus tũ Eremitis, tũ Clericis ſuã Regulã cõſcripſit; ergo calceamentorũ nomine cõprehenduntur in Regula tum integri calcei, tum sãdalia.

835

835 Confirmatur, quia S. P. Auguſtinus Regulam ſuam moribus, & Regulæ viuendi Apoſtolorum conformare intendit, teſtibus Lanſpergio in *opuſc. de ver. Relig., & inſtit. Monach. cap.*10. per hæc verba: *Succeſſit his* (nempè Paulo,& Antonio) *inſignis Doctor Auguſtinus, qui eamdem formam vitæ Apoſtolorum introducere, & inchoare in Africam ſtuduit.* Ludouico de Angelis *loc. ſupr. cap.9.* Cornelio Lancellot. *de Vit. S. Aug. lib.2. cap.4. 12. & 15.* & ideò in ſequentia ad Miſſam *Monachalis vitæ formam conquadrauit iuxta normam cætus Apoſtoli*. & Poſſidius *cap. 5. Monaſterium intrà Eccleſiam inſtituit, & cum Dei ſeruis viuere capit ſecundum modum, & regulam ſub Sanctis Apoſtolis conſtitutam*. Apoſtoli autem ſandaliati incedebant, vt iam fusè probatum eſt. Ergò in ſua Regula per *calceamenta*, Apoſtolica calceamenta, nempè ſandalia intellexit Auguſtinus; & ne dicatur, vitam Apoſtolicam verificari de ſola vita communi, en occurrit idem Poſſidius, qui dicens, *maximè, vt nemo quidquam proprium haberet*, ſignificat, in cęteris Apoſtolos imitatum Auguſtinum, & maximè in vita cõmuni, cum dictio maximè ſit implicatiua per adductos à Barboſ. in *diction. vſufrequ. dict.*197. adeòque & in calceamentis, ſeù ſandalijs, vt ex Proſpero Stellartio, atque Macedo infrà *num.* 847.

836 Et ſi inſtetur, tum Auguſtinum non præſcripſiſſe in Regula ieiunia quartę, & ſextę feriæ, quæ ex Cornelio à Lapid. in *Act. Apoſt.* 1. obſeruabant Apoſtoli; adeòque neque cum illis conformaſſe Regulam quoad nudipediũ; tum in Regula S. Birgittæ, quæ vtpotè à Saluatore dictata ad Apoſtolorum normam ſupponitur, perfecta calceamenta decerni, ex quo pariter colligitur conformitatem cum Regula Apoſtolica non trahere ſecum ſandalia. Dicam ad primam inſtantiam, ieiunia, de quibus ſupra, fuiſſe pro fidelibus ab Apoſtolis inſtituta, non verò pro ipſis Apoſtolis, cum hi plerumq; maiorem abſtinentiam obſeruauerint, vt colligitur ex eodem Cornelio *ibid.*, & in *Idea vit. Apoſtol. ante d. cap.1. Actor.* & in hoc illis ſuam Regulam conformaſſe Auguſtinum, dum ſtatuit: *Carnem veſtram domate ieiunijs, & abſtinentia eſcæ, & potus, quantum valetudo permittit*; Vndè ſubſummam, arguendum hinc potius, quod & quoad calceamenta, ſiue ſandalia illam conformare intenderit. Et ad Regulam S. Birgittæ, quid ad rem, ſi Chriſtus noluit ſandalia præſcribere? Numquid propterea non ſandaliati Apoſtoli? Certum hoc eſt; & ideò ſandalia ad Regulam Apoſtolicam ſpectare notauit S. Bonauentura in *expoſit. Regul. Min. cap.2.*, & in *epiſt. de ſandalijs Apoſtol.* ibi: *Ex hac Gloſſa patet, quod ad Regalam Apoſtolicam pertinet ſine calceamentis incedere*, ſcilicet integris; vt *dict. cap.2.* ibi *dicitur in Regula Apoſtolorum: Neque calceamenta, &c. patet hic vſum ſandaliorum minimè prohiberi*. Et ſenſiſſe oſtendit Alexander Senenſis Generalis Ordinis in approbatione noſtrarum Conſtitutionum, vt dictum eſt *num.* 451. in quibus: *Sed tantum ſandalia Apoſtolorum more, ſecundum quorum vitam S. P. Auguſtinus ſuam inſtituit Regulam*. Vndè iterum infero calceamenta, de quibus S. P. Auguſtinus in Regula, non dico calcéos integros non importare, ſed & ſandalia ad normam Regulæ Apoſtolicæ includere.

837 At eſto, quod ſolum integri calcei importentur ibi per *calceamenta*, adhuc dici poteſt, non eos ibi abſolutè præſcribi, ſed pro indigentibus, & in caſu neceſſitatis, *quando fuerint indigentibus neceſſaria*, ſeu ſandalia, aut nudipedium tolerare non valentibus, iuxtà morem Religionis Auguſtinianæ, prout *dub.7.* & mox iterum: ſecus clauſula hæc ſuperflua fuiſſet, ſi omnibus indiſtinctè concedi debuiſſent. Et ne Carolus Moreau hanc explicationem *cit. p.4. cap. 4.* ſic irrideat: *An etiam indumenta tum ſolum promentur è veſtiario, cum infirmi fuerint Fratres, aut corpore imbecillo? Quid igitur alij rectè valentes? An ſicuti pedibus, ita ſcapulis nudi erant, niſi cum ægrotarent, vt tum ſicut calceamenta, ita demum ſuppeditarentur indumenta?* Obſeruo conceſſiſſe Auguſtinum ſuis Religioſis duplicata veſtimenta, quorum vnum poteſt deponi pro temporum diuerſitate, & penes cuſtodem ſeruari, & reaſſumi: *Veſtes veſtras* (ſic in Regul.) *in vnam habeatis ſub vno cuſtode, vel quot ſufficere poſſint ad eas excutiendas, ne à tinea lædantur. Si fieri poteſt, ad vos non pertineat, quod vobis indumentum pro temporũ congruentia proferatur, vtrum hoc recipiat vnuſquiſque, quod depoſuerat, an aliud, quod alter habuerat, &c. tamen, ſi veſtra tolleratur infirmitas, vt hoc recipiatis, quod depoſueratis, in vno tamen loco ſub communibus cuſtodibus habete, quod ponitis*. Hoc poſito; de quibus peto veſtimentis Auguſtinus loquitur, cum dicit: *Veſtimenta verò, & calceamenta quando fuerint indigentibus neceſſaria, dare non differant?* De his, quæ penes cuſtodem aſſeruantur; ſic ipſe immediatè ſubdit: *Sub quorum cuſtodia ſunt, quæ poſcuntur*. Ergò loquitur hic de veſtibus duplicatis, & iam depoſitis, quæ apud cuſtodem aſſeruantur. Hæ ergo, quando quis illis indigeat, vtpotè vrgente frigore, concedendæ ſunt à cuſtode. Non ſequitur ergò, quod ſi veſtimenta, de quibus ibi Auguſtinus, danda ſunt ſolum indigentibus, nudas ſcapulas habeant, cum iam vna veſte ſupponãtur induti. Vndè ſubſiſtit aſſertio, quod ſuppoſito, veniant in Regula pro calceamentis calcei, non abſolutè præſcribantur, ſed tantum intuitu indigentiæ, ſeu debilitatis.

838 Habeo hoc à Petro de Campo, qui *dict. lib.2. cap.22. part.1. hiſt. Ordin.* ad illa verba: *Tu potes, ego non poſſum*, de quibus *dub. ſeq.* ſic ſcribit: *O prudentiſſimo Padre nueſtro entre en rigor el que lo puede lleuar, y no menoſpreie con ſoberuia el flaco, ni pienſe que deja de cumplir con el Euangelio el Religioſo, que por neceſſidad s'accomoda a la blandura: aì mirò el Santo Dotor para no hazer precepto las deſcalçes, antes manda ſe den zapatos ſin dilacion eſcrupoloſa del que los vuiere de dar' al neceſſidado: calceamenta verò, quando fuerint indigentibus neceſſaria, &c.* Per quæ patet ſupponere

Au-

Auguſtinum nudipedes ſuos Fratres; ne tamen ad id impotentes adſtringantur, his calceos in caſu neceſſitatis concedere.

839 Habeo item, & clarius ab altero Ordinis ſcriptore Io. Marquez, qui *cap. 22. §. 3.* cum ſuppoſuiſſet calceos ad Eremitarum habitum ſpectaſſe etiam antè Gregorij IX. tempora, ſic ſubdit: *Ab aliquo ſcrupoloſo hic opponi vidi D. Fulgentium, qui Ordinis noſtri fuit, non eos* (ideſt calceos) *detuliſſe; Sed hic error eſt ab eo procedens, quod ſine attentione eius vita legatur; quia S. P. Auguſtinus in ſua Eremitani Ordinis fundatione permiſit calceos deferre, vt conſtat ex illis Regulæ verbis: veſtimenta verò, & calceamenta, quando fuerint indigentibus neceſſaria dare non differant; & ipſemet S. Pater eos detulit, prout in ſerm. 42. de ſanctis enarrat: non tamen ſuos Eremitanos Fratres ad eos ſemper deferendos obligauit, iuſtum eſſe concipiens, non eum defraudare à mortificatione nudipedij, qui ſpiritum, & ſanctitatem pro eo obſeruando haberet.* Ex quo pariter patet non eſſe calceos in Regula (poſito quod veniant per ly *calceamenta*) abſolutè præſcriptos, tamquam ab omnibus deferendos, & eo fine, vt nudipedium conſeruaretur, hoc eſt pro indigentibus, & in ſolatium neceſſitatis permiſſos. Vndè concludo tam ſandalijs, quam integris calceis vti, non contrariari, ſed eſſe Auguſtinianæ Regulæ conforme.

840 Quo verò ad Conſtitutiones difficultas oritur ex illis Ratiſponenſium Conſtitutionum de 1284. verbis: *Præter hæc autem vnum ſcapulare, & calceamenta neceſſaria iuxta poſſibilitatem loci, alicuiuis ex dictis Fratribus non negentur*, quibus calcei demandari videntur. Verum & hoc ſtatutum nihil plus explicat, quam præcedens ex Regula *Calceamenta, quando fuerint indigentibus neceſſaria &c.* nomen quippe commune tum ad calceos, tum ad ſandalia. Eſto tamen, quod abſolutè integri calcei hic omnibus demandentur, parum de his curandum, cum agatur de Conſtitutionibus poſt ſeptem centum, & amplius annos, & poſt vnionem generalem innouatis, in quibus iuxtà temporum diuerſitatem potuerunt quoad hoc ſtatuta mutari. Satis eſt, quod *vt num.* 447. vidimus cum Cardinale Seripando, multa, quę in Auguſtinianorum antiquioribus legibus continebantur, *bona illa, & quidem iuſta mandata, ſed quæ cum Eremo potius, & auſteriore illa Eremitarum ſancta ruſticitate, ac diſciplina congruerent, quam cum Ciuitatibus, & locis* (in quibus nunc degunt) *illa quidem tamquam diù antiquata*, abrogata fuerint, & ex legum codice expuncta, vt concipiamus inter ea abrogatum nudipedium, quod alias in Ordine viguiſſe certum ex dictis.

841 Sed quid ſi nudipedium à ſuprapoſitis Conſtitutionibus magis permitti, & ſupponi, quam negari oſtendam? Sic in ipſis *cap. 24. de num., & qualit. veſt.* diſponitur: *Subtelares omnium ſine ſubere erunt aperti, niſi qui deferuntur intrà clauſtrum, qui poſſunt eſſe clauſi. Planellas nullus portare præſumat. Inhibemus autem caligas cum pedulibus, & curioſa.* Et iterum loquendo de Priore: *Prouidere omnibus in pelliceis, vel nocturnalibus calceis niſi infirmi fuerint, non cogetur: debent tamen Priores, & Procuratores illis intendere, qui vacant aſſiduè diuino operi, vt habeant nocturnales calceos, ſi facultas domus permiſerit.* In additionibus poſtea Thomæ de Argentina ſic. *Iam concedimus Prioribus, vt cum ſuis Fratribus indigentibus poſſint diſpenſare de portanda pellicea de pellibus Syluestribus, ità tamen cooperta, quod non videatur, & vt calceamenta cum ſubere portare poſſint.* Quid modò hæc importent, perſcrutemur. Et iam ſubtalares calepodia, ſiue ſoccos oſtendimus *num.* 804. *&* 806. ex ipſis Auctoribus calceatis Henrico de Vrimaria, Ægidio Viterbienſi, ac Herrera, præter Ianuenſem in *ſuo Catholic.*, Bordonum, & Smaragdum, qui ad *cap. 55. Regul. S. Benedicti* caligas pro ſubtalaribus, ſiuè ſoccis explicat. Caligæ per ipſos Patres Calceatos ad tibias ſpectare prętenditur. Pedules verò ſunt pedum tegmina, vt pluribus probat Nigronus de *Calig. cap. 2. num.* 43. Nocturnales calcei certè commodiores eſſe debebant, & diuerſi à ſubtalaribus, ſeu integri. Si ergò ſubtalares omnium aperti eſſe debebant, & clauſi, ſeu integri ſolum intra clauſtra permittebantur. Si caligæ longæ, & quod magis eſt cum pedulibus inhibentur. Si calceos nocturnales ſolis infirmis prouidere tenentur Priores; ſi ſuper calceamentis cum ſubere diſpenſare Prioribus conceditur, quis non videat in his omnibus expreſſum nudipedium? Pedes, quos caligis longis, & cum pedulibus cooperire non permittitur, & quorum ſubtalares ſunt aperti, ſunt ne calceati, an diſcalceati modo explicato?

842 Probo modo id ex duplici capite, primò ex Patrum Calceatorum ſenſu. In Prouincia Peruana cum ageretur de Reformationis conuentu deſignando, vbi ſolis ſandalijs vterentur Fratres, vt vidimus *num.* 812., *&* 813. quia nonnulli aduerſabantur, inter alia, quæ ad talem Recollectionem decernendam fuerunt adducta, hoc argumento, quod Conſtitutionibus Ordinis, (quas quoad rem præſentem videre eſt *num.* 451.) ea Reformatio Diſcalceatorum non repugnaret, reſoluta fuit, & decreta iuxta Bernardum Torres, qui in *d. Chronic. Peruan. Prou. lib. 2. cap. 2.* refert Recollectionis propugnatorem ſic locutum fuiſſe: *No bo de embaraçarme Padres nueſtros in probar lo que ſe dee ſuponer; porque ſaria conſondir la luz con las tinieblas, y ponerſe en preſencia del Sol à diſputar ſe es de dia. Que el inſtituto Recoleto aſſi en N. Religion como en las de mas, que le han admitido ſea ſantiſſimo, y vtiliſſimo a la Igleſia Catolica, que no ſea contrario a nueſtras ſagradas Conſtituciones, ni a las Bulas Apoſtolicas, eſto no ſe deue perſuadir como dudoſo, ſino creerſe como cierto.* Et iterum: *Si la nueua Recolecion deſamparaſſe la obſeruancia de nueſtra Regla, conſtituciones, y leyes, ſeria cierto que deſtruia nueſtra antigua Religion introduciendo otra nueua: pero no es aſſi, porque principalmente profeſſa obſeruar nueſtras miſmas* le-

leyes con mas ſeuero rigor que nos otros &c. A eſte mira la deſcalçez, a eſte la aſpreza del habitio &c. Vnde hoc intuitu, quod non repugnaret Conſtitutionibus, fuit inquam ea decreta Reformatio; *Sennalamos por primer Conuento al que tenemos fondado en la Villa de Miſque pues para ello nos dan licencia nueſtras Conſtituciones: 6. part. cap. 24. §. verum cum ſciamus*. Ergò ex Patrum Calceatorum ſenſu ſandalijs calceari non repugnat Ordinis Conſtitutionibus.

843 Quod ſi dicatur eumdem ſcribere *cap. 7.* nudipedium poſteà ſublatum, *porque à luz mas ſoſegada ſe a conocido que eſtas auſteridades no ſon de nueſtro inſtituto confirmado por la Sede Apoſtolica ſegun que generalmente ſe obſerua en la Religion, que abſolutamente ſe llama de Eremitaños de N. P. S. Aguſtin, y ſe contiene en las Conſtituciones generales d' eſta Orden*; iam ex ſe quilibet prudens dignoſcet id ab eo dictum pro tam laudabilis conſuetudinis reuocatione excuſanda; cum ex vna parte non ſit aſſignabile quid de nouo emerſerit, per quod cognitum fuerit aduerſari nudipedium Conſtitutionibus, quod illis prius conformari reſoulutum fuerat; eo quod hæc permittant, vt dictum, & videre eſt *cit. num.* 451. Prouincijs, & Congregationibus ſtatutis particularibus rigoroſiorem vitam, & auſteritates ſibi præſcribere; & ex altera, cur nudipedium ibi abolitum non iam in cauſa fuerit repugnantia cum Conſtitutionibus, ſed vniformitas in modo incedendi, vt in eiuſdem Prouinciæ Peruan. *Hiſt. fol. 12. col. 2., & 3.* teſtatur Ioannes Griſalua *porque la neceſſidad hauia obligado a que algunos traxeſſen çapatos, parecio conueniente para la vniformidad el mandar que todos vſaſſen dellos*. Vnde firma manet aſſertio, quod nudipedium Conſtitutionibus Ordinis non contrarietur.

DVBIVM XII.

An probabile ſit, quod S. P. Auguſtinus aliquandò nudipes inceſſerit.

844 De probabilitate quęro, & quia eodem fine loquor, quo locutus ſum *dub. 9.* & quia calceatū eum fuiſſe probant Marquez *cap. 22. §. 3.* Herrera *reſp. paſific. 4. num. 167. &* 168. Petrus de Campo *d. p. 1. lib. 2. cap. 22.* Io. Gonzalez de Critan. in *epit. vit. S. Aug. cap. 2. §. 1.* Carolus Moreau in *Vindic. p. 3. cap. 2. & 3.* M. Lupus *d. quæſt. quodlib. cap. 18.*, Torellus in *centur. centur. 1. cap. 1. pag. 29.*, & in *ſæcul. Auguſt. 390. num. 9.* tum ex Poſſidij in eius vit. *cap. 22.* verbis: *Veſtis eius, & calceamenta, & lectualia ex moderato, & competenti habitu, nec nitida nimium, nec abiecta plurimum*; tum ex alijs eiuſdem S. Patris *ſermon. 42. de Sanctis*, ibi: *Calceamenta quid ſunt? calceamenta, quibus vtimur coria mortuorum ſunt nobis tegmina pedum*. Et iterum: *Ego, inquis, Euangelium impleo, quia nudo pede ambulo: tu potes, ego non poſſum*. Nec repugno.

845 Probabile nihilominus dico, & ſaltem quandoque excalceatum inceſſiſſe; primò, quia mox adducta nō minus verificari poſſunt de integris calceis, quam de ſandalijs, cum calceamentum ſit ex dictis *dub. 1.* vtriſque commune; nec eſt maior ratio, cur ea verba intelligenda ſint in vno ſenſu potius, quam in alio; non obſtante quod dicantur *tegmina pedum*; quandoquidem id & de ſandalijs dici poſſe iam eſt *num.* 832. probatum; nec vnquam probabitur locutum ibi Auguſtinum de calceamentis totum pedem tegentibus; etiam ſi *lib. 2. de conſenſ. Euangeliſt. cap. 30.* de ſandalijs loquens dixerit, quod *per eaneque tectus ſit pes, neque nudus ad terram*: quin potius, cum verba *neque nudus ad terram* indicent, & per ſandalia pedem quoad illam partem tegi, quod vt *d. num.* 832. diximus, ſufficit, vt pedum tegmina dicantur; & hæc in mente habere potuit, dum eſt ibi locutus; eo magis cum ad ſuum intentum, quod erat ex calceamentis, quæ ſunt coria mortuorum, ad mortuis operibus renuntiandum hortari, parum referret, quod totū, aut partem pedis tegerent. Et ſi de integris calceis intelligenda ſint, ad ſummum probant pro tempore, quo fuit Epiſcopus eos geſtaſſe, cum & Poſſidius ibi loquatur de Auguſtino Epiſcopo, vt ſupra *num.* 531. cum Marquez, & Barboſa adnotauimus; & ipſe Auguſtinus ea de ſe iam Epiſcopo dixerit; ex quo non ſequitur, quod & in ſtatu Monachi eos geſtauerit, vel in Eremo, atque in Hipponenſi monaſterio ſandalijs non vſus fuerit; eo modo quo contra Canonicos Regulares in *Vindic. pro D. Auguſt. Monach. lib. 3. §. 6.* ſic argumentatur Ioſeph Sabbatinus: *Sed eſto Sanctiſſimus Pater Birris, ac linteo iam Epiſcopus vſus ſit. Num propterà eumdem Monachum egiſse aliquando negabimus? Nam quæ ſit hæc Aduerſariorum illatio indicio permittimus candidi Lectoris. Auguſtinus Epiſcopus Birro coopertus linteatus inceſſit. Ergò numquam alio habitu, & moribus, quam Clericorum vſus eſt. Non ne potuit antequam Epiſcopus inauguraretur eſſe Monachus, alioque cultu, ac veſtibus vti? ita ſanè*; & etiam argumentantur Pleneuaulx in *Prim. Auguſt. lib. 2. cap. 7.* & Herrera *reſp. 4. n. 29.* Et ea tandem verba *Tu potes, ego non poſſum*, cū illa protulerit Auguſtinus, vt reſponderet cuidam ſe Euangelium implere iactanti, eo quod nudipes omninò incederet iuxtà Matth. & Lucam, apud quos calceamenta prohibita leguntur, & totale nudipedium demandari videtur iuxta dicta *dub. 3.* vel ſaltem demandari intellexerunt Monachi, vt ad illa verba Caſſiani *lib. de habit. Monach. cap. 10. Calceamenta verò veluti interdicta euangelico præcepto recuſantes*, obſeruat Alardus Gazeus. *Quæ verba* (ſic ille) *Monachi illi ſic accipiebant, vt indè colligerent calceamentorum vſum Apoſtolis, & eorum ſectatoribus, ideſt Monachis fuiſſe interdictum, & proindè nudis, & diſcalceatis pedibus incedendum eſſe*. Cum inquam protulerit vt illi, qui totale nudipedium obſeruabat reſponderet, ſtare poteſt, quod ſandalijs vteretur Auguſtinus; illis namque calceatus potuiſset vtique, & verè reſpondere: *Tu potes, ego non poſſum*, ideſt pede omni-

nò

nudo incedere; Ita ſic ex ſuprapoſitis rationibus non minus probabile eſt, quod ſandalijs, quam quod integris calceis vſus fuerit S. P. Auguſtinus.

846 Secundò, quia calceamenta, quibus calceatum ſe dicit Auguſtinus, ſandalia potius videntur, quàm integri calcei. Et probo, quia; cum d. ſerm. 42. dixerit; *Nam de his calceamentis, quibus calceati ambulamus, conſolatur me idem ipſe Dominus meus; ſi enim ipſe calceatus non eſſet, non de illo Ioannes diceret; Non ſum dignus corrigiam ſoluere calceamentorum eius*; oportet, quod fuerint calceamentis Chriſti, ſeu de quibus ibi Ioannes, vniformia; Secus ſi diuerſa fuiſſent, non benè ea in exemplum adduxiſſet Auguſtinus; nec eſſet quomodo poſſet indè ſuper proprijs calceamentis conſolari. Sed calceamenta Chriſti, & de quibus ibi Ioannes, erant vera ſandalia, vt toto *dub.* 4. probatum eſt, Ergò dicendum videtur, quod Auguſtini calceamenta, in quibus ſe ipſum conſolabatur exemplo calceamentorum Chriſti, ſandalia fuerint. Corobborat illationem Benedictus Heftenus *diſquiſit. Monaſt. lib.* 5. *tract.* 5. *diſq.* 1. ibi. *Apertè colligitur communem fuiſſe morem calceos portandi, cuius etiam Chriſtus tenax, & obſeruator fuerat. Quæ Auguſtini collectio eſt ſerm. 42. de ſanct. De ijs calceamentis, quibus calceati ambulamus conſolatur me idem Dominus meus; Si enim ipſe calceatus non eſſet, non de illo diceret Ioannes. Non ſum dignus &c. Sed quomodo calceatus vel Chriſtus vel Apoſtoli? non noſtratibus calceis, qui totum tegant pedem, ſed ſandalijs, ideſt ſoleis, quæ ſolam muniunt pedis plantam.* Sicut & Sebaſtianus Baradius eodem modo in *concord. Euangel. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 9. Auguſtini, & Ioannis verba explicans.

847 Tertiò, quia cum Monaſtica vita, quam ipſe amplexus eſt, & in Africam inuexit, fuerit ad inſtar Monachorum Ægypti, & Mediolani, vt *dub.* 3. *quodlib.* 6. qui nudipedes, ſaltem ſandaliati incedebant per dicta hic *dub.* ratio ſuadet, quod & in hoc illis ſimilis fuerit; nec apparet fundamentum aſſerendi, quod in habitu, & non in calceamentis eos ſit imitatus. Quartò ex imitatione vitæ Apoſtolicæ, ad quorum Regulam etiam quo ad calceandi formam ſe ſuoſque inſtituit Auguſtinus teſte Proſpero Stellartio Auguſtiniano calceato in ſua *Auguſtinomachia lib.* 2. *diſſert.* 7. vbi quærens qualitatem calceamentorũ Auguſtini, ſic habet. *Sed quæ, & quæ formæ? Nempè qualia aſſumere iuſſus Petrus in carcere, cum intempeſta nocte monentis Angeli vocem audijt: Præcingere, calcea caligas tuas, circunda tibi veſtimentum tuum. Solutam togam cingulò ſtringit, calceos induit, pallium ſumit. Togam, cingulum, pallium qualia fuerint hactenus oſtendi ſatis. Calceos nondum. Quos ſi in Apoſtolorum Principe inuenero, de Auguſtini calceamentis nulla penitus dubietas relinquetur, quandoquidem ſtatuit viuere ſecundum regulam ſub Sanctis Apoſtolis conſtitutam.* Cum enim Apoſtolorum calceamenta, & Petri caligæ ſandalia fuerint, vt iam ſæpè probatum eſt, his & Auguſtinum vſum fuiſſe euincitur. Et hoc adeò benè ſequitur ex dicto modo viuendi ſecundum Regulam Apoſtolorum, vt Macedo *tom.* 3. *collat.* 8. *diff.* 11. *cap.* 3. *pag.* 587. *col.* 2. idem puta uerit de Auguſtino dicendum, etiam ſi Canonicus Regularis, & non Monachus per ipſum (non tamen ſcitè) extiterit; *Cum enim (ſic ille) Auguſtinus Canonicus Regularis fuerit, iiſque Regulam dederit ad formam viuendi Apoſtolicam comparatam, oportebat eas ſe inueſtitu, & calceatu conformare. Vide probabile indico Auguſtinum ſandaliatum inceſſiſſe, eumque incedendi modum ſuis etiam Canonicis præſcripſiſſe.*

848 Confirmo dupliciter. Primò, quia ſic teſtatur Scriptor inſignis ex Patrum calceatorum numero, Ludouicus de Angelis *lib.* 4. *de vit. & laud. S. P. Aug. cap.* 4. dicens; *Sic pedibus Auguſtinus ambulauit, vt ſuos informauit Africanos Monachos, qui ſi officio fungerentur clericali, calceamentis corij; ſi laici eſſent caligas geſtabant; quæ ſunt ſandalia pedibus immiſſa, aut caligulas, ideſt planas ſandaliorum ſuper ſe talis pedum alligatas, aut ſoleas ſi velleſt vel nudos per mitteret; nudos pedes.* Hinc enim apparet, quod in ſtatu clericali calceamenta corij, in ſtatu laicali monaſtico ſandalia adhibuerit. Secundò, quia alter item celebris calceatus Scriptor Petrus de Campo *p.* 1 *lib.* 2. *cap.* 22. *Hiſt. Ordin.* dum Auguſtini excuſationem publicam, & dolorem ſuper eo, quod non poſſet Epiſcopus excalceatus incedere vt *ſup. num.* 828. diximus, ſic explicat *I pienſo que ſu dolor era el eſcandalo paſſiuo de algun inconſiderado que en las communidades no ſon los menos, i anſi parece ſe purga en el pulpito i deja por eſcrito ſu deſcargo.* Et iterum *I el otro por el dolor, y pena, que ſentia, o la eſcuſa que daua de ſu impoſſibilidad a los que pareciesſe hazia mal eño andar deſcalço como pedia ſu eſtado de Frayle aunque ya Obiſpo,* haud obſcurè inſinuat, quod ſaltem in monaſterio Tagaſtenſi, vbi Eremitam agebat, nudipes inceſſerit, vt ſtatus Monaſticus poſcebat.

849 Poſſet & idem colligi ex eadem reſponſione, *Tu potes, ego non poſſum*; ſiue enim hic accipiatur pes omninò nudus, ſiue ſandaliatus, deducitur, quod aliquando nudipedium hoc vel illo modo acceptum coluerit, cum nemo cordatus ſit, eo magis ſi Monachus, quid aliquam aſperitatem, ſe ſubire non poſſe declaret, quam nunquam ſit expertus. Poſſet & alijs tum rationibus, tum coniecturis comprobari; Sed quia Auguſtiniani nudipedij probabilitatem tantummodo intendo; & hæc ex dictis ſufficienter apparet; ne alia adducendo quid plus probare videar, non vltra progredior. Et concludo, quod quandò conſtaret Auguſtinum inceſſiſſe ſemper integrè calceatum, *quia non poterat nudis pedibus ambulare* (verba ſunt Herreræ *reſp. pacif.* 4. *nu.* 168.) *permiſiſſe tamen alijs, qui poſſent*; Et ſic etiam nudipedium eſſe Auguſtiniano inſtituto conforme, vt hactenus probatum eſt.

850 Quod adhuc & tandem ſuaderi poteſt ex pluribus, varijſque antiquis picturis, tum

Sanctorum, tum aliorum Ordinis Religioſorũ, quarum cum ſandaliis integrum volumen in noſtro Romano Archiuio aſſeruatur; cum enim illis ſit multum deferendum per Menoch. *conſ.* 1110. *n.* 26. Molan. *Hiſtor. Sacr. Imag. lib.* 2. *cap.* 5. *col.* 2. *in princip.* & Rot. in *Florentin. Porticus.* 12. *Iunij.* 1629. *coram Querpo*... Vndè non ſolum probatio ducta ab armis ſculptis, vel pictis in monumentis, domibus, & Capellis attẽditur. Bald. *conſ.* 310. *lib.* 5. quem ſequitur Rota in *Comen. habitus Iunij* 1610. *coram Pirouano.* & in *Tolecan. habitus.* 14. *Martij* 1625. *coram Merlino.* Barboſ. in *cap. cum cauſa. de teſt. & atteſt. num.* 7. & ſi fuerint in Eccleſia patronata, valdè iuuant ad probandum beneficium eſſe de iurepatron. eius familiæ, cuius armorum, ſiuè inſignium ſunt picturæ. Anchar. *conſ.* 113. *nu.* 4. Rip. in *cap. Cum Eccleſia Sutrina. nu.* 97. *de cauſ. poſſeſs. & propriet.* Lambert. *de iur. patron. lib.* 3. *q.* 5. *art.* 4. *n.* 2. Rot. *deciſ.* 13 *nu.* 3 *verſ. & plurimũ mouebant p.* 1 *recent.* Barboſ. *de poteſt. Epiſt. lib.* 3. *allegat.* 72. *n.* 52. Sed etiam ex ipſis, antiquis ſcilicet picturis veneratio Sanctorum probatur, Pignatellus *conſultat. canon. conſ.* 242. *n.* 11. Vbi ex ipſis non minus, quàm ex ſcripturis, ac libris aliiſque monumentis deſumi validum argumentum ſanctitatis alicuius, & exemplicat in pluribus, & S. Iſidoro Agricola, quem ſitienti Domino ſuo excitaſſe fontem aquæ ſtimulo bouis, quem gerebat, ex antiquis imaginibus id exprimentibus, probatum fuit ex Fortunat. Scacch. de *not. & ſign. ſanctit. ſect.* 9. *cap.* 6. Et in ſpecie ad probandum Chriſti, & Apoſtolorum nudipodium argumentantur ex eorum Imaginibus, ac picturis antiquis. S. Bonauentura, Cornelius à Lapid. Paulus Arringhus *vt ſupr. dub.* 4. & præter eos Molan. de *Sacr. Imagin.* Balduinus de *calceo cap.* 26. & alij. Cum inquam præfatis Sanctorum Ordinis ſandaliatis antiquis imaginibus ſit deferendum, probant vtique conſuetum in ordine nudipedium etiam poſt vnionem generalem, qua Imagines prædictæ ſunt omninò poſteriores; & conſequenter Auguſtiniano inſtituto conforme, ſicut ab initiò diximus; Et ſic tam ſandalia, quam calceos Eremitarum Ordini congruere.

QVODLI.

QVODLIBETVM DECIMVM
DE
LEGIBVS EREMITARVM S. AVGVSTINI.

851 NOmine legum intelligimus hic cum Suario *de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 1. cap. 2. n. 2.* normam quamdam, quæ neceſſitatem aliquam operandi imponit; per hoc enim lex diſtinguitur à puro conſilio, vt præter alios ipſemet Suarez probat *lib. 5. de Leg. cap. 4.* Atque adeò agendum de Regula, quæ propter dictam rationem nomine legis nuncupatur ab eodem Suarez *d. cap. 2. nu. 2.* Lezan. *qq. Regul. tom. 1. cap. 7. nu. 2.* Caramuel in *Regul. S. Bened. lib. 1. diſp. 2. nu. 15.* Donat *rer. regul. tom. 3. tract. 1. q. 4., & 5.*, & alijs apud Iulium Nigronum in *Regul. communior. Societ. Ieſu in tit. part. 1. Regul. n. 4.* Deinde de Conſtitutionibus, & Statutis, quæ idem cum legibus ſunt, & ſolo nomine differunt, vt Donatus *ibid. tom. 1. tract. 1. de legib. in genere. q. 3.* Quibus tandem aliqua de Ordinationibus, & præceptis ſubnectentur. Et vt à prima exordiamur, ſit

DVBIVM. I.

Quid, & quotuplex D. Auguſtini Regula?

852 ETſi ferè omnes ſupponant cum D. Iſidoro 6. *Æthymolog. cap. 16.* relat. in *diſt. 3. cap. Canon.* Regulam ab eo dici, quod rectè ducat, neque aliquem aliorsùm trahat; vel cum alijs apud eundem Iſidorum, ab eo quod regat, vel quod normam viuendi præbeat, vel prauum corrigat. Quod coincidere videtur cum eo; quod habet Beda *tom. 8. in comment. ſuper lib. Boetij de Trin. col. 2.*, quod nempè Regulæ dicantur à regendo, quod nos regant, docendo quid vitare, quid facere debeamus, vt ſupponunt inter alios quamplures Suarez *d. tract. 8. lib. 1. cap. 1.* Lezan. *eod. cap. 7. nu. 2.* Donat. *ibid. tom. 3. tract. 1. q. 1., & tom. 4. tract. 14. q. 15. num. 5.*, & Nigronus *loc. ſupr. num. 5.* Vnde poſſumus idem de hac S. Auguſtini Regula firmare, ſicuti in terminis de ea ſentiunt Hugo de S. Vict. *in cap. 1. eiuſd. Regul.*, & Humbertus *in Proem. cap. 7.* qui eam à regendo modo iam dicto, Regulam appellant. Quia tamen, vt bene obſeruat Suarez *eod. cap. 1. nu. 4.* iuxtà hanc S. Iſidori explicationem poteſt ratio Regulæ competere, & Religionum Conſtitutionibus, cum & ipſæ ſint norma perfectè viuendi, ſeu habeant dirigere, ac corrigere, aſſignanda videtur ratio ſpecialis eius normæ viuendi, quæ per antonomaſiã Regula vocatur.

853 Et omiſſa definitione, quam tradit Antonius à Spiritu Sancto in *Director. Regul. tract. 3. diſp. 6. ſect. 2. n. 178.* nempe quod ſit *menſura eorum, quæ ex vi votorum tenentur exequi Religioſi*; & quia non ſatis explicat Regulæ formalitatẽ, & quia Conſtitutionibus eſt, & ipſa applicabilis; ſicuti & alia, quam refert Donatus *d. q. 1. Conſtitutio, ſcilicet, Eccleſiaſtica approbata à S. Papa, qua omnes actus Religioſorum diriguntur ad finem Regulæ*; nam licet verum ſit, quod Papæ approbatinnem Regulæ inuoluere debeant, cum à nullo, præterquàm ab ipſo poſſit norma vlla rectè viuendi prò Regula approbari *cap. nimia. de Religioſ. domibus*; plures ſunt Ordinum Regularium Conſtitutiones, quæ à Sede Apoſtolica approbatæ ſunt, & tamen à Regula diſcernuntur. His, inquam, omiſſis, videtur ſic cum Thoma à Ieſu *de var. regul. Carmel. part. 2. dub. 1. in fin.*, & Peyrin. *in regul. Minim. in tit. q. 3. n. 1.* poſſe in ſpecie deſcribi: *Norma recta viuendi à S. P. Auguſtino tradita, & ab Eccleſia approbata, dirigens ad charitatis perfectionem ſecundùm vota eſſentialia, & alias obſeruantias ipſius proprias.* Hæc enim formalitas ſolius Regulæ propria eſt, quatenùs Regula importat, vt habent Suarez

rez *d. nu.* 4., & Bordon. de *profeſſ. regul. cap.* 2. *nn.* 13. *in tom.* 5. ſpecialem normam, ſeu collectionem præceptorum à primo Fundatore Religioſi ſtatus traditam, & tanquàm fundamentum modi viuendi in tali Religione.

854 Quo autem ad numerum Regularum difficile eſt, quid certi aſſerere. Et præter eam, quæ modò circumfertur, & de qua ſacri Canones, communiſque eſt pluribus Ordinibus, duas alias ab Auguſtino traditas tenent ex Eremitana familia non inferioris notæ homines, & quas videre eſt in fine *tom.* 1. Operum D. Auguſtini. Magiſter Ambroſius Coriolanus inter cæteros enixè docet tum in *Vita S. Auguſtini*, tum in Commentarijs ſuper eiſdem Regulis, tum in Defenſorio., atque in *Chronica Ordinis* tres ab eo compoſitas: primam, prò Eremitis in Monte Piſano: Secundam, quam ſimul cum prima fecit, & eiſdē primò tradidit, ſubinde alijs Eremitis in centum cellis exiſtentibus, & tertiò Fratribus in primo, & ſecundo monaſterio ex Aphrica congregatis; quamque propter primam, cum adhuc exiſteret in Monte Piſano, feciſſe dicit, quoniam in prima formam, & modum orandi prætermiſerat: & tertiam, poſtquàm factus eſt Epiſcopus, quam Fratribus Eremitanis, & Clericis, voluit eſſe communem.

855 His tamen eius dictis non adhæreo, tum quia de duabus primis Regulis nil certi habetur, tum quia tertiam fuiſſe ab Auguſtino iam Epiſcopo conſcriptam non probo, vt infrà oſtendetur. Verum illis duabus prioribus Regulis ſuppoſitis, dicere poſſumus cum Torello *ad ann.* 389. *num.* 76. très Regulas D. Auguſtini circumferri, quia tribus vicibus Regulam ſuam ille Eremitis conſcripſit, ſubſtantialiter tamen vnā eſſe, hoc eſt ex duabus illis completā tertiam, vt iam obſeruauerat idem Coriolanus, dum in *Præfat.* ad primam Regulam, ſic, eo quod vna complementum alterius eſſet, omnes vnam ſolam Regulam appellauit: *Sic iſtas duas regulas* (primam ſcilicet, & ſecundam) *cum vna ſit ſupplementum alterius, & vtriuſque vnus ſit finis, vnam Auguſtinus nuncupauit* in quodam ſermone de moribus Clericorum, *& tertia edita fuit in vtriuſque ſupplementū. Ideo illa acceptata, approbata, & confirmata, & vtriſque tàm Eremitis, quàm Canonicis obſeruāda tamquàm veris, & legitimis Auguſtini filijs ab Eccleſia tradita eſt; etenim ſicut in retractatione exordij interpretationis noſtræ in ſecundam Regulam in calce eiuſdē interpretationis poſita aſſeruauimus, hæc perfectior, complectior, diſcretior, & humanæ fragilitati coaptabilior eſt: quarè abſonum non foret, vt ſimul cum alijs vna Regula diceretur, quia quamquàm tria ſint Opuſcula, vnum tamen ad aliud ordinatur, & duo prima ad tertium, & tria omnia ad vnum eumdem finem contendunt.* Nec improbabile eſt, quod Auguſtinus aliquam viuendi normam primò, & ſecundò Eremitis tradiderit, & tandē vtramq; ſub meliore forma in tertia concluſerit, vt idem Coriolanus in Vit. S. Auguſtini ſic ſcripſerat: *Et duos priores viuendi modos, quos ſuis dederat Fratribus, in vnam redegit Regulam, quam & Fratribus, & Canonicis iuſſit eſſe communem. Hæc nempè tertia eſt, quæ à Maximis Pontificibus inter Canones recepta eſt, & approbata.*

856 Hoc certum, quod illæ duæ Regulæ *nihil ſpeciale continent* (ſunt verba Suacij *tom.* 4. *de Relig. tract.* 9. *lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 14.) *quod in certa*, ſeu tertia, *Auguſtini Regula non contineatur præter ea, quæ in Regula ſecunda habentur de Ordine pſallendi, & recitandi Diuinum Officium, quæ ſtatui fortaſsè potuerunt ab Auguſtino: ſed propter illa non oportet Regulas multiplicare; ſatis eſt enim, quod in ſua Regula Auguſtinus poſuit: Orationi inſtate horis, & temporibus conſtitutis &c. & infrà: Pſalmis, & hymnis cum oratis Deum &c. & nolite cantare niſi quod legitis eſſe cantandum &c.* Quo vltimum Coriolani dictum non improbabile redditur. Siue ergò ità fuerit, ſiue hanc ſolam, quæ tertia dicitur, Auguſtinus compoſuerit de hac ſola eſt ſermo in præſenti.

DVBIVM II.

An ſub ea vixerint primi Auguſtiniani.

857 NEgari id poſſe non credo, quotieſcumque conſtiterit eos ſub Regula vixiſſe, cum alia aſſignabilis non ſit, quam obſeruare potuerint. Et quod ſub Regula vixerint, conſtat euidenter ex Poſſidio, ſic de Auguſtino in eius *vit. cap.* 5. loquente: *Factus ergò Presbyter monaſterium mox inſtituit, & cum Dei ſeruis viuere cœpit ſecundum modum, & Regulam ſub Sanctis Apoſtolis conſtitutam.* Si enim vixit ibi Auguſtinus ſecundum Regulam cum Dei ſeruis, ſcilicet Monachis, tum propter dicta *quodlib.* 1. *dub.* 6. tum quia nondùm erant inſtituti Clerici, vt patet *ibid. dub.* 11. *num.* 100., & tot. dubitandum non eſt ibi Regulam aliquam ab eis Monachis obſeruatam. Vnde S. Birgittæ dictum à B. Virgine, vt in *Reuelat. lib.* 5. *cap.* 18. regularitèr, & ante Epiſcopatum vixiſſe Auguſtinum: *Nam B. Auguſtinus regulariter vixit ante Epiſcopatum: ſed in Epiſcopatu non reliquit regularem vitam, quamuis aſcendit ad maiorem honorem*; hoc eſt ſecundum Regulam, à qua regularis vita denominatur. Et ita ex hoc Poſſidij loco tenent Suarez *d. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 18. & Riccard. Cenoman, *in antidot. contrà Eraſmi cenſuram in fin. tom.* 1. *Oper. D. Auguſtini impreſſ. Venetijs* 1552.

858 Suadetur etiam, quia, vt ex eodem Poſſidio *ibid. cap.* 25. habemus, indiſciplinationes, & tranſgreſſiones ſuorum, ideſt Clericorū à *regula recta, & honeſtate arguebat*, ſcilicet Auguſtinus. Quo apparet, fuiſſe apud eos Regulam, vt infert Pennotus *Hiſtor. tripart. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 11., ex cuius tranſgreſſione poſſent illius violatores argui. Nec ſatisfacit reſponſio Nicolai Deſnos in ſuo *Canonic. Sæcul. & Regul. lib.* 3. *cap.* 22. dicentis, hic non accipi à Poſſidio Regulam monaſterij, eo quia Poſſidius non habeat ſimpliciter indiſciplinationes à

Re-

Regula, ſed à *regula recta*, *& honeſtate*: non inquam ſatisfacit, primò quia potius à ſpeciali adiectiuo, *recta*, declaratur ibi ſermonem eſſe de Regula Monaſtica, quæ ex eo quod dirigat, & regat, *recta*, fortaſsè, & propriè ibi dicitur. Secundò, quia conſtat ex contextu Poſſidij, habuiſſe tunc Clericos D. Auguſtini normam certam viuendi, quæ ſanè monaſterij Regula dici debebat; ſic enim ibi *dict. cap.* 25. *Suos inſtituerat, ne quis iuraret, nec ad modicum quidem. Quod ſi prolapſus fuiſſet, vnam de ſtatutis perdebat portionem; numerus enim erat ſuis ſecum commorantibus, & conuiuantibus poculorum præfixus*; vbi patet, eos ſub certa lege vixiſſe. Quare, dum ſtatim ſubdit Poſſidius, indiſciplinationes à regula recta redarguere ſolitum Auguſtinum, non eſt, cur de Regula monaſterij nequeant ea verba intelligi; ni fortè accipiat in ſua aſsertione Deſnos pro Regula monaſterij hanc Regulam indiuidualem, quæ modò tertia dicitur, & quæ modò à tot Religionibus obſeruatur; in hoc enim ſenſu puto & ego veriſſimè negatum à Deſnos importari hanc Regulam à verbis Poſſidij, cum in Regula Auguſtiniana nullatenùs præfigatur poculorum numerus, nec iuranti vnum ex illis detrahatur: cum quo tamen ſtat, quod aliquam certam normam, & viuendi legem habuerint Clerici, vt eadem Poſſidij verba ſatis conuincunt, & ex eiſdem benè argumentatur Cœnomanus in *allegat. antidot.*; Sicut & ex his ipſiuſmet Auguſtini in *ſerm.* 1. *de commun. vit. Cleric.* verbis *Noueram, & noui omnes, qui mecum viuerent, noſſe propoſitum noſtrum, noſſe legem vitæ noſtræ*: quæ pariter Regulam aliquam apud tales Clericos viguiſſe, haud obſcurè inſinuant. Qua fortè de cauſa de Canonicorum Regularium Ordine loquens Eugenius IV. in Bulla quadam apud Tamburin. *de iur. Abb. tom.* 2. *diſp.* 24. *q.* 4. *num.* 1., & de qua Scipio Lancellot. apud eumdem Tambur. *tom.* 1. *diſp.* 25. *q.* 1. *num.* 51. dixit, *Et glorioſus Doctor Auguſtinus Epiſcopus diuinis regulis, & doctrina decorauit*.

859 Suadetur, hinc inquàm, & Eremitas Auguſtinianos Regulam aliquam habuiſſe, cum credibile non ſit, quod Clericis in Epiſcopio degentibus modum viuendi præſcripſerit Auguſtinus, & Eremitis, ſeù Monachis in monaſterio in horto Valerij conſtitutis legem pariter viuendi non ſtatuerit, & normam. Quod & probat Cœnomanus *loc. ſupr.* ex alia conſimili inueriſimilitudine, ex eo inquàm, quod Auguſtinus degens in monaſterio ab ipſo conſtructo, poſtquam factus eſt Presbyter, ſeu in horto Valerij, (vt oſtenſum eſt *d. quodlib.* 1. *dub.* 11. & 16.) vixerit cum ſocijs ſecundùm Regulam ſub Sanctis Apoſtolis conſtitutam ex voto. Vnde ſubinfert, incredibile eſſe propterea eos caruiſſe legibus, ſeu Regula. *Nam ſi perſuaſum eſt* (ſic ipſe) *ex Superioribus tractatibus Auguſtinum, & ſibi adhærentes Regulam primitus ſub Apoſtolis conſtitutam voto firmaſſe, quomodò in tam ſancta Congregatione ſine lege, & ſanctis inſtitutis viueretur?*

860 Poteſt item ſuaderi ex eo, quod alij plerique Monachorum Inſtitutores, vt præter Pachomium, Baſilium, Caſſianum, Sancti Cæſarius, Aurelianus, Ferreolus, & Columbanus ſuis Monachis ſinguli ſingulas Regulas præſcripſerunt, vt optimè obſeruat eruditiſſimus Henricus de Noris in ſua celebri *Hiſtor. Pelagian. cap.* 3. Quarè pariformiter credendum & idem egiſſe cum ſuis Monachis Auguſtinum, quos ante Presbyteratum inſtituiſſe liquet ex dictis *eod. quodlib.* 1. *à dub.* 9. *& ſeq.* Vnde Suarez *loc. ſupr. num.* 17. ſic idem concludit: *Oſtendimus enim Auguſtinum, antequàm eſſet Presbyter, Monachorum monaſterium inſtituiſſe; ergò per ſe credibile eſt virum tam valdè doctum, & perfectū ſtatim eis dediſſe Regulam, & normam viuendi*.

861 Sed clarè deducitur tum ex D. Fulgentio, quem Regulæ Auguſtinianæ obſeruatorem fuiſſe admittit, & benè Baronius dum ad *ann.* 505. de eo loquens, ait *Vt planè intelligas, quam S. Fulgentius profeſſus eſt monaſticam Regulam, ab ipſo Auguſtino deriuaſſe*: tum ex Valentino altero Eremitarum Præfecto, qui *epiſt.* 256. *apud Aug.* ſic Patrem ſuum Auguſtinum ſuper Regula inſtrui ſciſcitante, *Si quid famulus tuæ Sanctitatis Frater ſuggeſſerit Florus pro Regula monaſterij Pater petimus libenter accipere, ac per omnia nos infirmos inſtituere*. Ex quibus patet Regulam aliquam à tunc temporis Eremitis ſub Auguſtino obſeruatam; ad quam & reſpexiſſe Licentium *epiſt.* 39. & 40. *apud Auguſtinum*, dum de eius Monachis ait

Bibulam qui ponitis aurem
Legibus inuictis contundite pectora palmis,
Sternite membra ſolo, meritiſque ciete dolores.
Et prohibete nefas, Deus imperat; Omnibus vnum
Admonet Antiſtes.

tenet Ludouicus de Angelis *lib.* 4. *de vit.*, & *laud. S. Aug. cap.* 10. eo quod ibi attendatur ad Regulam præcipientem *ſit vobis anima vna, & cor vnum in Deo*; & per leges inuictas eadem Regula intelligatur, quæ per D. Bernardum in *tract. de præcept.*, & *diſpenſat. cap.* 3. firma, & ſtabilis eſt. Quod idem dicendum de alijs Africæ monaſterijs, quę plurima diximus cum Baronio *quodlib.* 2. *dub.* 1. ab ipſo Auguſtino fundata, quæ ſine Regula regi potuiſſe omninò incredibile eſt. Et cum nullam aliam Regulam aſſignare ſit, quæ à Fulgentio, cæteriſque Eremitis, ſeu Monachis tum in Valerij horto, tum in alijs Africæ monaſterijs obſeruaretur, præter hanc, quæ tertia dicitur, & ſub qua tot Religiones militant, bene infertur cum Suarez *d. num.* 17. *in fin.* ſub ea vixiſſe primos Auguſtinianos. Quæ omnia adhuc magis patebunt *dub.* 5. vbi Regulam hanc ab Auguſtino pro Monachis primò factam oſtendemus.

DVBIVM III.

An hæc Regula fuerit ſcripta, vel purè verbalis.

862 NVllam fuiſſe pro primis ſuis Monachis ab Auguſtino conſcriptam Regulam vulgarunt Bernardus Vindingus *in Critic. caſtigat, obſeruat. 3. ad tom. 1. Oper. D. Auguſt.* & Proſper Stellartius in *lib.* cui titulus: *Fundamina Religionum* eiſdem penè verbis, vbi ſic habet *Neque verò abſurdum eſt monaſterium à D. Auguſtino conditum ſine peculiari forma viuendi ſcripta dirigi: Quanamque Regula olim in Ægypto, & Palæſtina Cænobitæ ſimul, & Eremitæ fuerunt vſi ſub Antonio, & Hilarione? Quibus legibus ſubditi Turonenſes Martino? Mediolanenſes Simpliciano & Ambroſio? Bethlemitici Hieronymo? Nulla ne viris tam Regularibus Regula? Nulla quod legatur præter Euangelium, vel Apoſtolicos Actus.*

863 Verùm his obſtant, quæ *dub. antecedente* produximus, ex quibus non tantum apud Clericos, ſed & Auguſtinianos Monachos Regulæ alicuius vſum, & aliqualem neceſſitatem intulimus. Et quoad exempla facilè redarguuntur, cum adſint Regulæ SS. Antonij, Iſaiæ Abb., Serapionis, Macharij, Paphnutij, Pachomij, vt videre eſt apud Lucam Holſteniū in *Codic. Regul.* & de Regulis Carithonis, & Sabbæ teſtatur Tamburin. *de iur. Abb. tom. 2. diſp. 24. q. 2.* & de his, & alijs Benedictus Hæftenus *diſquiſit. Monaſtic. lib. 1. tract. 3. diſqu. 2. 3. & 4. & tract. 4. per tot.* Ex quibus cum Monachatus ab Antonio Romam deductus fuerit opera D. Athanaſij, & inde ad Mediolanenſes per S. Euſebium, & ad Turonenſes per S. Martinum, poteſt & non ſine fundamento dici, quod per eoſdem vna cum Monachatu Antonij fuerit, & ipſius Regula tranſuecta; & rurſum retorquendo argumentum, quod & primi Auguſtinenſes ſcriptam Regulam habuerint. Et dato quod nullam ſcriptam Regulam præfati Monaci habuerint, cum antecedenter ad Auguſtinum ſuis Monachis Regulam præſcripſerit S. Baſilius, credere non poſſum, quod & idem non præſtiterit cum ſuis Monachis Auguſtinus vir adeò inſignis, & doctus; eo magis, cum ipſe ad eorumdem concordiam librum de Opere Monachorum texuerit, & Monachatum per totam Africam diffundere peroptauerit, prout *ſupr.* 152. *& num.* 190. Quod ſanè ſine certa, & ſcripta Regula, ſeù viuendi norma præſtari nequaquàm poterat.

864 Ab his non differt Franciſcus Biuarius, dum in *Comment. ad Chronic. Marci Maximi ann. Chriſti. 575. num. 7.* Regulam primorum Auguſtinenſium non ſcriptam, ſed verbalem inſtructionem fuiſſe commentus eſt dicens: *Ego verbo tenùs Auguſtinum ſuos docuiſſe diſcipulos Eremiticos, ſeu Monaſticos rigores non ambigo,* & hoc propter ſequentes rationes, *cum videam nec ab Auguſtino, nec à Poſſidio, qui vniuerſa eius ſcripta ad Indiculi formam redegit vſquam, vel leuiter Regulæ fieri mentionem, quam tamen, ſi eſſet, quia omnium ſuorum manibus, & ipſius Poſſidij tereretur, minimè poſſet præterire. Inde eſt, quod in Codicibus veteribus, vbi Regulæ Patrum collecta in vnum exarabantur ad vſum Monachorum, de Regula S. Auguſtini nulla mentio fiat, cum tamen ibi ſint Regulæ Pachomij, Macharij, Baſilij, Caſſiani, Benedicti, Fructuoſi, & Iſidori.* & horum duo exemplaria Gothicis caracteribus exarata extare dicit in Cænobijs Caradigenſi, & Aralanzano, iuxtà relationem Yepij *in Chronic. Benedict. tom. 1. ann. C. 546. & tom. 2. ann. C. 646.* & illud à ſe viſum teſtatur in Tabulario Karadignę. 600. annos, & amplius ætatis habens. Vnde infert *Ergòne, ſi Auguſtinus Regulam dictaſſet, inter cæteras condignum non habuiſſet locum?*

865 Verùm eam ſcriptam fuiſſe dedocitur ex dictis *dub. antecedente.* Poſito ſiquidem, quod Regulam habuerint, gratis aſſeritur eam verbalem fuiſſe, & non ſcriptam; eo magis cum ipſo viuente eius Monachatus adeò fuerit per Africam diffuſus, vt de eo Poſſidius *c. 31.* ſcripſerit: *Clerum ſufficientiſſimum, & monaſteria virorum, & fæminarum continentium cum ſuis Præpoſitis plena Eccleſiæ dimiſerit:* de qua re videnda quæ dicta ſunt *num.* 190. *&* 191. Ex quo per neceſſe infertur, Regulam ſcriptam eos habuiſſe, cum impoſſibile videatur, quod, ſi verbalis fuiſſet, in tot diſtinctis monaſterijs potuiſſet obſeruari. Et argumenta Biuarij, pace tanti viri, non probare intentum oſtendo.

866 Quo enim ad ſecundum (nam de primo in *dub. ſeq.*) vellem ſcire, an dicti Codices ſint vnum ex Euangelijs, vel an Euangelium ſit, quod debuerit vna cum alijs Regulis, & iſta connecti; & quam fidem faciant in Eccleſia Dei libri illi priuati, & particulares; & quis eorum collector, vt poſſit indè aliquid ſolidi deduci? ſed tranſeat, quod alicuius ſint auctoritatis, & quod ibi non reperiatur Regula D. Auguſtini; negatur hæc conſequentia: ergò ab ipſo formata non fuit: argumenta enim negatiua nullius ſunt efficaciæ; & patet, nam neque refert ipſe Biuarius, quod ibi legantur Regulæ SS. Antonij, Iſaię, Serapionis, Paphnutij, & Monachorum Tarnatenſium; & tamen non licet inferre: ergò tales Regulæ non fuerunt conſcriptæ, cum eas videre quiſquis poſſit apud Lucam Holſtenium. Ergò falſa quoque illatio quoad D Auguſtini Regulam, eo quia in dictis Codicibus de ea nulla ſit mentio. Prę terquamquod, ſi in dictis Codicibus non reperitur, legitur in alijs æquè antiquis; refert enim Suarez *d. cap. 8. num. 16.* in quodam libro antiquo de quatuor Regulis ab Eccleſia approbatis in eius principio ſic legi. *Regula tertia S. Auguſtini*: quin & in antiquioribus, vt *dub. ſeq.* patebit. Et his omiſſis, ſatis eſt, quod de ea teſtentur Sacri Canones, & ſignanter *cap. Perniciosam. 18. 2. & cap. Final. de religioſ. domibus*, vt probat Lancellot. *in cauſ. præcellen. Canonic. Regul.* apud Tambur. de *iur. Abb. tom. 1. diſp. 25. num. 152.* ſitque per DD. communiter vna ex quatuor approbatis ab Eccleſia Regulis,

lis, vt de eius exiſtentia dubium omne tollatur. Pace tamen Binarij, en quid de Regulis in dicto Codice Yepes ipſe in *dict. tom. 1. Chronic. ad ann. 546. cap. 3.* ſcriptum reliquit. *Librum charactere Gothico ſcriptum in antiquiſſimo monaſterio Arlanzæ à me inuentum: Fronte hoc titulo imbutus erat: Regulæ Patrum, etiam hodiè mihi in manibus eſt; exhibetq; SS. Macharij, Pachomij, Caſſiani, Baſilij, Iſidori, Auguſtini, Benedicti, & Fructuoſi Epiſcopi Regulas.* Quomodò ergò de Auguſtini Regula nulla ibi mentio? Nulla ergò ratio denegandi eam ab Auguſtino conſcriptam.

867 Probatur viterius auctoritate Marci Maximi in *Chronic. ad ann. C. 575.* vbi de S. Donato loquens habet: *S. Donatus, qui Regulam Eremitarum S. Auguſtini locupletiorem, mitioremq; primus in Hiſpaniam inuexit.* Ergò (benè infertur) ſcripta erat hæc Regula, & non verbalis tantummodò inſtructio; ſi enim ſcripta non fuiſſet, non apparet quomodò potuerit in Hiſpaniam deferri, cum ſpatio centum annorum, & amplius, qui ab Auguſtini obitu ad tranſitum Donati in Hiſpaniam effluxerunt, & ipſa effluxiſſet ab hominum memoria. Scriptam ergò eam fuiſſe dicendum; & ideò perdurasse, ac propterea potuiſſe in Hiſpaniam transferri.

868 Quia autem ex hoc textu M. Maximi infert ibi Binarius non eſſe ibi ſermonem de hac Regula S. Auguſtini, quæ tertia dicitur, eo quia, cum in ſe ſit mitis, non indigeat mitigatione per hæc verba *Et vel hinc certò tibi, lector, elicias D. Auguſtinum non eam Regulam, quæ nunc à ſuis obſeruatur, priſtinos diſcipulos docuiſſe, cum hæc & breuiſſima, & mitiſſima omnium ſit, & eremum incolentibus parùm idonea; ſed longè aliam, idest ſtrictiorem, & duriorem, quam S. Donato viſum fuerit temperare, ne ſcilicet homines ex Arrianorum conſuetudine luxu delitiis ab eius obſeruatione terrerentur.* Et Gabriel Pennotus *in Hiſtor. triparti. lib. 2. cap. 53. num. 3.* hanc M. Maximi auctoritatem abſolutè negat, quia *Regula Auguſtiniana, vt Eremitis accomodetur non mitigatione egebat, cum ſit omnium latiſſima, vt vel etiam ſacri Canones aduertunt cap: quod Dei timorem. de ſtat. Monach.*, ſed maxima reſtrictione, quod repetit *cap. 56. nu. 4.*, vt æquiuocatio tollatur, obſeruandum eſt S. Auguſtini Regulam, & mitem, & valdè auſteram eſſe iuxta diuerſas eius acceptiones: mitem, quoad præcepta, cum nihil ſub præcepto iniungat, *vt dub. 8. dicetur;* & in hoc ſenſu locuti ſunt Canones: auſteram verò, quoad conſilia, obſeruare ea volentibus. Videatur ad huius rei notitiam, quę diximus *quodlib. 5. dub. 8.*

869 Interim vnum ex ipſa Regula præ ceteris ſeligo: *Carnem veſtram domate ieiunijs, & abſtinentia eſcæ, & potus quantum valetudo permittit.* Quid hoc auſterius, ſi obſeruandum ſit, vt ſonat? Vi huius certè nec carnes comedere, nec vinum bibere debent Regulam profitentes, qui valetudine fruuntur. Amplum ſanè conſilium, & dum inſinuat cum valetudine menſuranda ieiunia, & abſtinentias, ſæpiùs abſque dubio ieiunandum, & pluries à vino abſtinendum eſſe declarat, & plura mortificationum genera amplectitur. Ità Regulam intelligebant primi Auguſtinenſes, eis ſcilicet ipſius Auguſtini exemplo explicante, qui teſte Poſſidio *cap. 22. menſa vſus eſt frugali, & parca*, hoc eſt oleribus, atque leguminibus, carnes tantummodò propter hoſpites & infirmiores admittens, *quæ quidem inter olera, & legumina etiam carnes aliquando, non ſemper, propter hoſpites, vel quoſque infirmiores,* non propter ſe, *continebat;* & hinc quotidiè & ipſi ieiunabant, abſtinebant à carnibus, vinum niſi raro guſtabant, vt habet Iordanus de Saxonia *lib. 4. vit. Fratr. cap. 9.* & antè illum S. Fulgentius *lib. 6. de fide ad Petrum cap. 31. Propterea humiles ſerui Chriſti,* (de ſuis Monachis loquitur) *qui cupiunt Domino ſine impedimento, & abſque animi noxia occupatione ſeruire, coniugia omninò non appetunt, & à carnibus, & vino abſtinent, quantum valetudo permittit* hoc eſt, iuxta Regulæ præſcriptum.

870 Hoc item pacto hanc S. Auguſtini Regulam intelligit Benedictus Hæftenus *lib. 10. diſquiſit. 8. pag. 945. col. 1.* dum, poſtquàm dixit, *Carnium abſtinentiam, aut ſaltem earum vſum parcum S. Auguſtinus ſuo exemplo commendauit; veſcebatur enim vt ſemper oleribus, aut leguminibus; interdùm autem hoſpitibus aduenientibus pauxillum carnis adhibebat: in Regula verò carnem ieiunijs & abſtinentia domandam, mandat quantum valetudo permittit*, ſubdit: *Atq; ex hoc capite* (ſeu hac de cauſa) *credidenim Nicolaum Tolentinatem Eremitam Auguſtinianum etiam in morbo tam conſtanter carnes, à quibus abſtinebat, reieciſſe, vt nec medicorum conſilio, nec Prioris ſuaſu obedientia Prioris Generalis conſtrictus vix modicè guſtauerit eas:* inſinuans eas à D. Nicolao recuſatas, vt magis, ac magis ſui Patris Regulam impleret. Nec id tantùm primi Auguſtinenſes præſtiterunt, ſed & Canonici Aroaſienſes, qui eodem modo Regulam intelligentes carnes reiecerunt, vt idem Hæftenus ex Vitriaci relatione teſtatur *ibid.* per hæc verba: *Sed laudandi cumprimis inter Auguſtiniana Regulâ profeſſores Canonici Aroaſienſes, quorum præteritis ſæculis in Artenſia floruit Congregatio, de qua Vitriacus in Hiſtor. Occident. cap. 23. ait: Regulares Canonici, qui de Aroaſia nuncupantur, fundamentum Regulæ S. Auguſtini retinentes, vt carnem ſuam cum vitijs crucifigerent, carnes à Refectorio ſuo ſubtraxerunt.*

871 En itaque quomodò potuerit S. Auguſtini Regulam mitiorem, & locupletiorem in Hiſpaniam transferre S. Donatus: quatenus ſcilicet, dum boni illi Patres, aut putantes ſe ad ieiunia, & ad carnium, vinique abſtinentiam, dum infirmi non eſſent, ex præcepto teneri; aut omninò, etſi ex conſilio ea tantummodò inhærentur, adimplenda nihilominùs eſſe ducentes, Regulam experiebantur ſatis auſteram, S. Donatus moderamine vtens, determinauit ieiunia, abſtinentias limitauit, mortificationes præſcripſit, orationum tempora deſignauit, nonnullaque alia veluti quibuſ-

buſdam adiectis Conſtitutionibus, vel addidit, vel declarauit, eo modo, quo & de facto iuxta variam Regulę acceptionem, in varijs Religionibus ſub ea militantibus, plura, minoraue ieiunia, mortificationes, abſtinentiæ, & rigores definiuntur. Quo pacto optimè apparet, & ſubſiſtit, quod Regulam locupletiorem, mitioremue in Hiſpaniam tranſiuerit. Vnde non eſt, cur verum non ſcripſerit M. Maximus, vt volebat Pennotus, aut quod de alia Regula fuerit in ſenſu Biuarij ipſe locutus.

Addo modo honoris gratia aliam Mag. Ioſeph. Sabbatini in *Vindicijs lib. 2. cap. 4. §. 5.* reſponſionem; intelligenda ſcilicet Maximi verba de Regula mitiore, vel particularibus quibuſdam ſanctionibus facilioribus, & mitioribus præſtitis, quibus Monachi Hiſpanenſes adſtringebantur; vel de Regula ipſa, quæ cũ alijs quibuſcumque collata mitior eſt; ita vt Regulæ, quam Donatus intulit in Hiſpanias mitior fuerit illis, ex quarum præſcripto Monachi viuebant, antequàm illuc ipſe appuliſſet.

872 Suadetur tandem intentum ex ipſo Auguſtino, qui eam ſcripſiſſe ſignificauit S. Norberto; Sic enim ſub die 16. *Iunij.* rem enarrat Surius, & Ioannes le Paige in *Bibliothec. Præmonſtratenſ. part. 1. lib. 1. cap. 4. & lib. 2. cap. 16.* *Viſus eſt* (Ideſt S. Norberto Præmonſtratenſium Inſtitutori) *B. P. Auguſtinus, qui & auream Regulam à latere dextero illi porrexit, ſeque luculento ſermone ei inſinuauit, dicens; quam vides, ego ſum Auguſtinus; ecce habes Regulam, quam ipſe conſcripſi; ſub qua ſi bene militauerint Fratres tui, filij non adſtabunt ſecuri in extremo tremendi Iudicij.* Non ergo fuit verbalis inſtructio, ſed verè ab Auguſtino compoſita ſeu ſcripta Regula, quam primi ſecuti ſunt Auguſtiniani. Et ita præter S. Antoninum, qui *3. p. Hiſtor. tit. 24. cap. 14. §. 2.* apertè de S. Auguſtino loquens ait: *in horto, quem ſibi conceſſit B. Valerius, aliud monaſterium in eius area conſtruxit, in quo cum Religioſis viuebat, & Regulam eis deſcripſit*, ſentiunt quotquot Auguſtinum Regulam ſuis Monachis dediſſe tenent, quos enumerare ſuperfluũ.

Audio quoſdam inſtantes: Quamuis hæc, & quoad Regulæ mentionem, quã de ea faciunt Sacri Canones, & quoad eius tranſuectionem in Hiſpaniam per S. Donatum, & quoad teſtimonium ipſius Auguſtini, dum dixit ſe eam conſcripſiſſe, verificari poſſe, & ſubſiſtere, quatenus verum eſt, quod eam conſcripſerit Auguſtinus pro fœminis, ſeu ſanctimonialibus in *epiſt. 109.* vnde poſtea cum & viris applicata fuerit, ſubinde ab Eccleſia approbata eſt, & de ea meminerint Canones: non verò quatenus fuerit viris primò tradita; Et ideo, licet hoc gratis dictum appareat, ex eo quod, vt viſum eſt *dub. 2.* ſub Regula vixerint, quo deducitur ſub hac commilitaſſe, cum alia nequeat aſſignari, nihilominus fit ...

DVBIVM IV.

An prò viris, vel fœminis ab Auguſtino conſcripta.

873 NON prò viris, ſed prò Sanctimonialibus factam S. Auguſtini Regulam, & eam eſſe, quæ in *epiſt. 109.* legitur, & quæ poſteà viris accommodata fuit, vnum ſecuti Eraſmum, tenuerunt Simon Verlinus in *Emendatione Regulæ D. Aug. excuſſ. Monachij 1618.* Bernardus Vindingus in *Critic. caſtigat.* Proſper Stellartius in *lib. Fundamin Religion.* Nebridius à Mondelheim, in *antiquar. Monaſt.* Franciſcus Biuarius ad *Chronic. M. Maximi*, Hugo Menardus in *lib. concord. Regul. pag. 56.* Lucas Holſtenius in *Codic. Regular. in princip. ad Regul. S. Auguſt.*; quibus addi debet, & Nicolaus Deſnos in ſuo *Canonic. ſecul. & Regul. lib. 3. cap. 22.* Mirum tamen, quod relicta antiqua Doctorũ ſententia, vni nouatori Eraſmo tot ſubſequenter adhæſerint. *Denique* (verba ſunt Cenomani in *Antidot. ad d. Eraſmi cenſuram*) *cum tot retrò ſæculis tam multi Doctores, & præclari viri hanc crediderint Regulam Auguſtini traditam viris, quam & Commentarijs illuſtrarint, ſimul & Sedes Apoſtolica approbauerit; neſcio ſi tot prætoribus Eccleſiæ neglectis quiſpiam inueniatur vſque adeò inſani cordis, vt vni Eraſmo Monachorum nomen tam grauiter infeſtanti, adhæreat.*

874 Cæterum, cum leuibus coniecturis innitantur, facile erit contrarium oſtendere. Et in primis intelligere nequeo, quomodo benè inferatur ex eo quod in *epiſt. 109.* prò Monialibus reperiatur, Regulam hanc non fuiſſe prò viris conſcriptam, ſicuti præter nonnullos ex adductis inferunt Bellarminus *de Scriptoribus Eccleſiaſticis, verb. S. Auguſtinus in obſeruat. ad tom. 1.* dicens *Et quidem ex tribus Regulis ſola tertia eſt certa S. Auguſtini, ſed fœminis data non viris; habetur enim in epiſt. 109.* & Philippus Labbe pariter in *diſſert. de Scriptor. Eccleſiaſt. tom. 1. verb. S. Auguſtinus ad tom. 1. editionis Antuerpienſ. 1577.* vbi *Regula S. Auguſtini fœminis data, non viris ex epiſt. 109.* Et enim modo quo valet affirmatiua, datam ſcilicet eſſe fœminis quia in d. epiſtola legatur; ita non videtur ſubſiſtere negatiua, ſeu non datam eſſe viris, cum his potuerit prius dari, deinde & illis. Admittitur ergò ex epiſtola illa probari datam eſſe Sanctimonialibus, ſed nequaquam concedam non datam proptereà viris.

875 Dicent fortaſsè, valere conſequentiam, quia cum eius Regulæ, quæ prò viris circumfertur, nec meminerit Auguſtinus in Retractationibus, nec Poſsidius in Indiculo Operum D. Auguſtini; atque adeò nullibi habeatur, quod viris data fuerit; & aliàs reperiatur ſolummodò in d. *Epiſt. 109.* optimè inferri datam fœminis, & non viris. Et hæc eſt tota eorum vis. Verùm non probant hoc intentum. Et quoad S. P. Auguſtinum patet, quia alia, & multa non ſunt in Retractationibus comprehen-

prehenſa, quorum tamen auctor admittitur Auguſtinus; *Tractatus enim, & Sermones* (ità Bellarminus *loc. ſupr. in obſeruat. ad lib. 6. tomi*) *ſiue homilias S. Auguſtinus teſtatur ſe non recognouiſſe fortaſsè ob nimiam multitudinem, & varietatem*; ni velimus dicere, non factam in dictis Retractationibus Regulæ mentionem, quia, cum mens Auguſtini fuerit ibi corrigere ea, quæ ſibi aliqua moderatione, aut cenſura indigere videbantur, non opus erat Regulam tali examini ſubijcere, cum talis perfectionis ipſa ſit, vt nec Eccleſia quid in eâ corrigere, vnquàm inuenerit, teſte Antonino. *3. p. tit. 24. cap. 14. §. 7.*

876 Idem dicendum quoad S. Poſſidium, quem pariter conſtat non omnia Opera, quæ verè Auguſtini creduntur, ad indicem reduxiſſe, vt videre eſt apud Bartholomæum Vrbinatem in *Milleloq. Auguſtinian. præfat. ad Indicem Poſſidij*, & Bellarminum *loc. ſup.* in pluribus obſeruationibus, & ſignanter in fine dictæ obſeruationis ad libros *tom. 6.* vbi loquens de Tractatibus de Stoicis, & Epicureis, quos ipſe pro Auguſtini partu cognoſcit, licet in Indiculo Poſſidij non legantur, ait: *Poſſidius quoque non ſingulos Tractatus in indicem redegit*; & in obſeruatione *ad libros tom. 7.* de libro contra Fulgentium Donatiſtam, ſic: *Et certè nihil eſt in hoc Dialogo, vndè probari poſſit Auctorem eius non eſſe Auguſtinum, niſi quod eius mentio, non habetur in Retractationibus, neque in Indiculo: Sed fieri poteſt, vt in tanto numero librorum tum ipſe Auguſtinus, tum Poſsidius vnius libelli oblitus fuerit.* Addo ità tunc temporis vulgatam fuiſſe Auguſtini Regulam, cum in tot monaſterijs obſeruaretur, vt de ea non dubitaretur, quin ab Auguſtino proceſſerit; & ea propter nec Poſſidium fortè curaſſe in ſuo Indice eam regiſtrare, vt potè rem notam, & ſua fide non indigentem. Ex eo ergò, quod nec in Retractationibus, neque in Indiculo Poſſidij quid de ea legatur, non ſatis hoc eſt, vt aſſertiuè inferatur Regulam, quæ modò pro viris ſub Auguſtini nomine circumfertur, non fuiſſe ab eodem pro eiſdem compoſitam, ſed pro fæminis. Sed ad quid hæc, cum ſufficienter Regulæ meminerit Poſſidius, dum in Vit. *S. Auguſt. cap. 5.* dixit, eum vixiſſe ſub Regula. *Cæpit viuere ſecundum Regulam ſub Sanctis Apoſtolis conſtitutam*, vt dictum eſt *quodlib. 1. à n. 81. & ſeqq.* & ad quid iterum repetere?

877 Nil item magis euincunt aliæ eorum rationes ex ijs deſumptæ, quæ in Regula ipſa viris minus quadrare videntur, vt potè, vbi de modeſtia cultus præcipitur: *Non ſit notabilis habitus veſter, nec affectetis veſtibus placere, ſed moribus.* Item vbi iniungitur, quod duo, vel tres ſimul procedant: *Nec eant ad balnea, ſiue quocumque ire neceſſe fuerit minùs quam duo, vel tres.* Et cum agitur de proprijs lauandis veſtibus: *Indumenta veſtra lauentur ſiue à vobis, ſiue à fullonibus*; ſicut & de operando in communi: quæ omnia fæminas magis afficere videntur, quam viros; Sicuti & comparatio conuerſationis cum odoribus, & Regulæ cum ſpeculo, *Et bono Chriſti odore de bona conuerſatione fragrantes &c. Vt autem in hoc libello tamquam in ſpeculo &c.* quibus fæmineum genus peculiariter delectatur. Quibus addi poteſt prohibitio acceptandi litteras ſine licentia, *Quicumque autem in tantum progreſſus fuerit malum, vt occultè ab aliquo litteras acceperit*, quæ propriè fæminas reſpicit, vt habet Deſnos *d. cap. 22.* per hæc verba: *Præclarè quidem pro mulierculis, ac puellis, quarum ſemper magnum imminet caſtitatis periculum, periclitaturque ſæpius per litteras amoris obſides pudicitia: Sed pro viris non video tantam integritatis aleam, nec tam imminens ex epiſtolis periculum.*

878 Nil, inquàm ampliùs euincunt; non enim ſolæ fæminæ veſtium munditiem, ſed & viri quandoque affectant; & ò vtinam hoc morbo non laborarent Religiones! Non opus fuiſſet S. Bernardo eorum luxum in *Apolog. ad Guilelmum Abb. cap. 9.* ſic deplorare *Ecce enim ipſe habitus noſter (quod & dolens dico) qui humilitatis eſſe ſolebat inſigne, à Monachis temporis noſtri in ſignum geſtatur ſuperbiæ. Miles & Monachus ex eodem panno partiuntur ſibi cucullam, & clamydem. Quæritur non quod vilius, ſed quod ſubtilius inuenitur, non quod repellat frigus, ſed quod ſuperbire compellat: non denique iuxtà Regulam, quod vilius comparari poſsit, ſed quod venuſtius, immò vanius oſtentari.* Scio S. Dacrianum Abbatem ſic in *Specul. Monachor. in Biblioth. PP.* Monachum allocutum fuiſſe: *In veſtitu, ſicut & in victu ſobrius eſto. Quidquid Monaſticæ ſimplicitati contrarium eſt, reyce, conſpue deteſtare; neque vaniſsimos quoſdam, infælicisſimoſque fratres imitatus fueris, quos ſui ſtatus pudet, & ſuæ iniquitatis non pudet. Si quando egredi, vel ad conſpectum Sæcularium venire debuerint, videas eos ad inepta, curioſaque proruere, tales & tales veſtes, ſic, & ſic aptatas tunicas induere velle.* Et quarè Monachos ſuos præmonere non potuit & Auguſtinus, ne notabili vterentur habitu, & ne affectarent veſtibus placere; eo magis cum ipſemet Auguſtinus *lib. 2. de ſerm. Domini in monte cap. 12.* & legitur in Matutino *Feriæ IV. Cinerum*, ſic ſcripſerit: *In hoc autem capitulo maximè aduertendum eſt, non in ſolo rerum corporearum nitore, atque pompa, ſed etiam in ipſis ſordibus luctuoſis eſſe poſſe iactantiam, & eo perículoſiorem, quo ſub nomine ſeruitutis Dei decipit.*

879 Non item arguit fęminis datam, & non viris Regulam, quod ad euitanda pericula bini iubeantur incedere, cùm & diſcipulos binos, & binos legamus à Chriſto miſſos, & ſapiens *Eccleſ. 4. 9.* doceat melius eſſe duos ſimul quam vnum; & in Regula S. Pachomij in fine Operum Caſſiani à S. Hieronymo latinitati data, pariter decernatur *num. 30.* quod egreſſurus Monachus *permittente eo* (Præpoſito) *accipiet comitem egreſsionis ſuæ, cuius fides probata eſt; & ſic mittetur ad fratrem videndum, vel ad proximum; & num. 34. Nullus ſolus mittatur foris ad aliquod negotium, niſi adiuncto ei altero.* Et in Concilio Eboracenſi apud Baronium *tom. 12.* ſub ann. 1194. ad occaſionem euagandi Monachis, & Canonicis Regularibus adimendá, ita ſancitú

fuerit: *Decernimus, ne extrà monaſteria ſine certa, & rationabili cauſa, nec abſque ſocietate, cuius certa ſit honeſtas, & indubitata proficiſcantur.* Quod antiquos Patres docuiſſe teſtatur Smaragdus in *cap.67.* Regul. S. Benedicti, dicens: *Sed ne frater in via dirigatur ſolus, ſententia Patrum* (inter quos Macharius in *Regul. num.* 40. apud Biuarium *de veter. Monach. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 3. §. 2.) *nos docet, quæ dicit: Ad neceſſaria quærenda bini egrediantur, vel terni fratres.*

880 Non lotio veſtium, niſi probetur à lege præſcriptum, vel quod niſi à fœminis hæc fierent, vel quod id viris fuerit inhibitum: quod tamen probari non poteſt, cum veſtes ſuas lauare Monachis permiſerit S. Pachomius *ibid. num.* 37. vbi, *ſi quis lauare voluerit veſtimentum, commonebit Præpoſitum ſuum, & ille mittet cum eo alium, & lota veſte reuertentur domum*; quin & ab ipſis Religioſis lauandas ſuadeat propter multa B. Humbertus in *Expoſit. Regul. cap.* 121., & de facto plerumque ipſi Religioſi eas lauare conſueſcant, prout inſinuat Iulius Nigronus in *Regul. comm. Soc. Ieſ. regul.* 19. *num.* 8. *in fin.*; vbi de munditia religioſa loquens, ait *Spectant huc in omnibus Ordinibus, loca, vaſa, tempora certa lauãdis indumẽtis, & interioribus præſertim, conſtituta.*

881 Nec quod additur de operando in communi, cum conſtet, integrum librum de opere Monachorum ab Auguſtino conſcriptum; de qua re iterum *dub. ſeq.* ſicuti neque ſimilitudines ex odoribus, & ſpeculis, cum & viris dixerit Apoſtolus *Chriſti bonus odor ſumus*, & ipſe Auguſtinus *epiſt.* 81. *ad Eudox.* de eius Monachis idem ſic pronuntiauerit: *Nam & ante iam fama, & nunc fratres, qui venerunt à vobis Euſtatius, & Andreas bonum Chriſti odorem de veſtra ſancta conuerſatione ad nos attulerunt*; & pro viris etiam librum alium ex varijs ſcripturæ ſententijs conflatum ſub nomine ſpeculi pariter compoſuerit, prout *tom.* 3. legitur.

882 Nec tandem prohibitio acceptandi litteras, cum idem ſuis Monachis, teſte Smaragdo in *cap.* 54. *Regul. S. Benedicti* præſcripſerit S. Baſilius: *Munus quodlibet, ſeu epiſtolas nemo Monachus accipiat, nec dare ſine iuſſione Abbatis cuiquam præſumat.* S. Benedictus *in Regul. cap.* 14. *Nullatenùs liceat Monacho neque à parentibus ſuis, neque à quoquam hominum, nec ſibi inuicem litteras, aut eulogias, vel qualibet munuſcula accipere, aut dare ſine præcepto Abbatis ſui.* S. Fructuoſus in Regul. apud Tritemium *tract. de propriet. Monach. cap.* 5. §. 5. *Munus denique quodlibet*, ſiuè Epiſtolas nemo Monachus accipiat. S. Iſidorus Hiſpalen. in *Regul. cap.* 23. *Neque ſine iuſſu Abbatis quiſquam accipere epiſtolam, vel dare cuiquam præſumat*; & ferè omnium Religionum Conſtitutiones litteras accipere, aut dare ſine ſuperioris licentia prohibuerint, vt fusè Nigronus in *tract. de rara, prudenti, ac pia ſcribendar. litterar. ratione. cap.* 2. Non eſt ergò, cur ex his, quæ & viris communia vidimus, deducatur Regulam fuiſſe a S. P. Auguſtino pro fœminis, & non viris conſcriptam, atque ab epiſt. 109. deſumptam.

883 Aliud, ſed eiuſdem farinæ reſtat argumentum ex nomine Præpoſiti, & Presbyteri, *quod quidem in fœminis* (ità Biuarius *loc. ſup. ind. Chronic. M. Max.*) *facilè intelligitur, ait enim: Præpoſitæ tanquàm Matri, multò magis Presbytero &c. at in viris quem ſenſum reddere valent verba hæc?* Quandoquidem Sanctimonialium proprium eſt præter Præpoſitam ab vno regi Presbytero. Sed quis non videat & hoc in antiquos Monachos apertiſſime, quadrare? Cum etenim tunc Monachi laici eſſent, vt dictum eſt *num.* 123. in ſuis monaſterijs præter Præpoſitum, ſeu Superiorem laicum, habebant quoque Presbyterũ, qui eis Sacramenta miniſtrabat, vt tritum eſt in Hiſtorijs, & teſtantur Auguſtinus *lib. de morib. Eccleſ. cap.* 31. & 33. & *epiſt.* 81. *ad Eudox.* S. Epiphanius in *epiſt. ad Io. Hieroſolymit.* dicens, ſe Paulinianum ordinaſſe Presbyterum Monaſterij Bethlemitici, quia S. Hieronymus eiuſdem Præpoſitus Fratribus Sacramenta miniſtrare, illo gradu ſe indignum exiſtimans, quem & inuitus ſuſceperat, recuſabat, prout dictum eſt *num.* 12. & 22. & haud obſcurè habetur ex Pelagio Diacono *lib.* 4. *num.* 55. *lib.* 7. *num.* 14. *lib.* 9. *num.* 4. *lib.* 10. *num.* 28., vbi clare, & ſæpè horum Presbyterorum meminit; & ex Palladio in *Lauſiac. Hiſtor. cap.* 7. vbi de Eccleſia Monachorum Nitriæ loquens habet: *Sunt autem octo Presbyteri, qui præſunt huic Eccleſiæ*, quæ erat Monachorum ipſorum in eodem Nitriæ monte, *in qua quandiù viuit primus Presbyter, nullus alius offert, nec indicat, nec habet ſermonem ſed tacitè ſolum cum eo ſedent.* Ad quæ ſubdit Biuarius de *veter. Monach. p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. §. 2. *nu.* 11. *Non negat*, ideſt Palladius, *omnes adminiſtrationi Sacramentorum incubuiſſe, aliàs qui poſſit vnus pænitentiã, & Euchariſtiam viris quinque millibus miniſtrare*, quales erant illi Monachi; & docet apertiſſimè Bellarminus de *Monach. lib.* 2. *cap.* 6. § *hic eſt duplex mendacium.* Suarez *de Relig. tom.* 4. *tract.* 9. *lib.* 2. *cap.* 8. *nu.* 19. Dadinus Alteſerra *de Orig. rer. monaſt. lib.* 1. *cap.* 8. & Mag. Chriſtianus Lupus in *not. ad Can.* 6. *Concil. Calcedon.*, qui proptereà in *quæſt. quodlibet de Orig. Eremit. S. Auguſtini cap.* 15. dixit: *Fratres itaque Auguſtini gradatim ſubijciebantur tribus laico Præpoſito, Presbytero, & Epiſcopo.* Quare cum Presbyteri miniſterium Monachis viris non modò non diſſentiat, ſed inter eos apertè locum habeat, neque ex hoc capite dici poterit fœminis, & non viris Regulam fuiſſe conſcriptam: Sed potiùs è contra, quod pro iſtis eam contexuerit Auguſtinus, concludendum eſt, vt *loc. cit.* concludit Suarez, vt *ſeq. dub.* videbimus.

884 Hoc vnum certum, omnia, quæ adduximus viris, & fœminis eſſe communia; adeò vt ipſe Eraſmus in ſua cenſura dixerit: *Poſtremò vt nihil ſit, quod non poſſit ad Clericos detorqueri, certè nihil eſt hic*, ſcilicet in Regula, *quod illis, & fœminis non ſit commune.* Non ergò eſt maior ratio, cur non fuerit ab Auguſtino pro viris compoſita, & ab eodem fœminis ſubinde applicata eo modo, quo formam viuendi ſecundùm regulam ſub Sanctis Apoſtolis conſtitutam, quam primò tenuit in Hipponenſe Monaſterio, deinde

Digitized by Google

de extendit ad Monaſterium Clericorum in Epiſcopio: quam quod fuerit primò ſcripta pro mulieribus in *epiſt*. 109. & ſubinde adaptata viris; eo magis, cum non dicatur his applicata ab ipſo Auguſtino, ſed neſciatur à quo; quod ſatis eſt ad leuitatem opinionis reijciendam, falſiq; arguendâ. Sed de hoc iterùm paulò poſt.

885 His modò eliſis coniecturis, alias contrarias, & fortiores adducamus & nos. Et primò titulum Regulæ, quo ipſa inſcribitur, ſcilicet *Regula B. Auguſtini ad Seruos Dei*, qui ſanè oſtendit eam pro viris factam. Nec valet dicere fuiſſe additum ab eo, qui Regulam pro fœminis ſcriptam viris accommodauit, quia hoc falſum conſtabit infrà. Quem titulum licet omiſerit Eraſmus ratione illorum verborum *Seruos Dei*, quæ Monachos important, & exprimunt, vt dictum eſt *quodlib*. 1. *dub*. 6.; cum Monachatum ipſe execraretur, approbauit tamen Louanienſis Academia, quod in præſenti ſufficit, apertis inſuper verbis declarans eam pro viris factam per hæc verba: *Regula hæc continetur etiam in epiſt*. 109. *ad fœminas ſcripta. Bernardus de præcepto, & diſpenſatione bis meminit Regulæ Auguſtini, in eamque viris datam* (non accommodatam) *expoſitionem ſcripſit Hugo de S. Victore*; Secundò confeſſionem expreſſam ipſius Auguſtini S. Norberto factam; cum namque illi dixerit, vt *num*. 872. vidimus ſe eam Regulam conſcripſiſſe, certè de Regula, quam eidemmet dedit, locutus eſt: Regula autem quam Auguſtinus Norberto dedit, non eſt, quę in *epiſt*. 109. legitur, ſed hæc, quæ tertia dicitur, & a tot Religionibus obſeruatur, cum in ea, quæ eſt pro Monialibus in dicta epiſtola, ſeptuaginta fermè vocabula mutata, & ſaltem ſex ſententiæ omninò diuerſę reperiantur, quę in hac Regula, quæ tertia, & ad Seruos Dei dicitur, non leguntur; ergò hæc ipſa cum hac, & tanta diuerſitate ab ea, quæ in *epiſt*. 109. legitur, & data eſt Norberto, fuit ab Auguſtino conſcripta: Sed hæc eadem cum hac, & tanta diuerſitate eſt pro viris, vt patet; ergo & pro eiſdem eam Auguſtinus conſcripſit.

886 Aliam clauſulam eiuſdem Regulæ tertio loco produco: *Siue autem qui cellario, ſiue qui veſtibus, ſiue qui codicibus præponuntur, ſine murmuratione ſeruiant fratribus ſuis. Codices certa hora ſingulis diebus petantur: extra horam qui petierint, non accipiant*. Ex qua B. Humbertus *cap*. 4. ſic deducit: *Vult ergò* ſcilicet Auguſtinus *diſcipulos adeò ſtudioſos eſſe, quod nulla dies prætereat, quin codices reuoluantur*; & *cap*. 129. iterùm: *Auguſtinus, qui tot libros proprio labore compoſuit, & ſic voluit à profeſſoribus ſuæ Regulæ fieri, cum velit eos ſtudere quotidiè certa hora, & ad hoc libros petere, quod eſſe non poteſt niſi habeantur*. At quid hæc cum fœminis? Nunquid & apud ipſas Bibliothecæ? Nunquid & illæ libros componere debebant? Niſi hæc & in *d. epiſt*. 109. mutatis tantummodò in fœminina maſculinis nominibus legerentur, propter dicta non crederem eſſe ab Auguſtino mulieribus præſcripta. At ex eo quod ibi legantur, ad rem noſtram ſatis potentem elicio conſequentiam: Regulam, ſcilicet, ab Auguſtino pro viris primò conſcriptam, & deinde eamdem fœminis applicatam; nequeo enim concipere ad quid voluerit ad fœminas directè ſcribens eis Bibliothecarum curam, librorumque diſtributionem præſcribere: è contra verò huius ſtatuti finem percipio, ſi dicatur primò pro viris conditum; tunc enim intelligitur voluiſſe Auguſtinum ſuos Monachos, vt explicuit Humbertus, ſtudijs vacare, & ad ſui exemplum, qua voce, qua libris alios erudire. Pro viris ergo ſcriptam Regulam indicat hæc clauſula, quæ ſi adhuc in *epiſt*. 109. legitur, ideò euenit, quia cum in Regula pro viris iam eſſet appoſita, in eius ad Moniales applicatione, aut irrepſit Auguſtino, aut incidenter inter cæteras eiuſdem Regulæ inſtructiones eſt ad fœminas translata.

887 Quartò dicta *dub*. 2. ſcilicet, quod primi Auguſtiniani ſub Auguſtini Regula viuebant cum Adrumentini Monachi vt *nu*. 861. dictum eſt, pro Regulæ declaratione, ſeu inſtructione, non ad proprium Epiſcopum, ſed ad ipſum Auguſtinum, tanquàm eius Authorem adierint. Hinc enim ſequitur, eos hanc Regulam habuiſſe multò antequam dictam *epiſt*. 109. ad Sanctimoniales dirigeret Auguſtinus: quandoquidem nonniſi ſenex eam ſcripſit; adeòque verum non eſſe, quod ab ea *epiſt*. 109. fuerit extracta Regula, ſed potiùs è contra, pro viris conſcripta, & ab eodem Auguſtino ad fęminas accommodata, vt putat etiam Suarez *d. tom*. 4. *de Relig. tract*. 9. *lib*. 2. *cap*. 8. *num*. 15.

888 Tandem probatur ex eo, quod gratis dicatur deſumpta hæc Regula ab ea *epiſt*. 109. & viris applicata; non enim aſſignare eſt tempus, quando, locum, vbi, Auctorem, occaſionem, aut finem huius applicationis; & ſic dicere quod non fuerit pro viris compoſita, ſed ex *epiſt*. 109. deſumpta, merum reputatur inuentum. Prodit modo Nicolaus Deſnos *loc. ſup. lib*. 3. *cap*. 23., & nodum ſoluiſſe putans dicit ex Hugone Menardo apparere Auctorem, ſcilicet S. Benedictum Anianę Abbatem; Sic enim Hugo in *Præfat. ad lib. concordiæ Regular. S. Benedicti pag*. 56. habet: *Regula S. Auguſtini nulla alia eſt, quam ea, quæ vulgò obſeruatur à Canonicis Regularibus, Eremitis Auguſtinianis, & cæteris huius Inſtituti profeſſoribus ſumpta ex eiuſdem Doctoris epiſt*. 109. *ad Sanctimoniales, quam quidem vt accommodaret ſuo propoſito huius concordiæ Auctor Benedictus, nomina fœminina in maſculina mutauit, vt fecit in Regulis S. Cæſarij, & S. Aureliani Epiſcopi, quæ à ſuis Auctoribus ad Sanctimonialium vſum ſcriptæ ſunt*.

889 Ego tamen nullo modo de huius Regulæ translatore conſtare ſuſtineo. Et quoad Hugonem Menardum facilè ex eius dictis hoc ipſum eius dictum refuto; ſubſequitur enim ibi Menardus, *ſed & in Bibliotheca Corbeienſi extat M.S. vetuſtiſſimis caracteribus exarata*, ſcilicet, S. Auguſtini Regula, *ſine vlla capitum diuiſione, etiam ad vſum virorum mutato genere accommodata*. De huiuſmodi autem vetuſtiſſimo Codice

Corbeienſe PP. Benedictini in *Annot.* ad Regulam in nouiſſima Operum S. Auguſtini Pariſienſi impreſſione, ſic habent: *Quodque è re noſtra eſt hic admonere in Codice Corbeienſi mille annos præferente continetur viris accommodata, & in vnum Regulæ corpus coacta cum ea, quæ inſcribitur Regula ſecunda.* Vnde ad oculos deducitur, hunc Corbeienſem Codicem vetuſtiſſimum ſi à tempore, quo hæc adnotarunt PP. Benedictini in d. impreſſione Pariſien., quæ de 1679. peracta eſt, mille annos præferebat antiquitatis, de anno 679. vel circiter conſcriptum fuiſſe, hoc eſt, ſeptuaginta ad minus annos ante S. Benedicti Anianenſis natiuitatem, qui teſte Bollando in Commentar. præuio ad eius vitam ſub 12. *Februarij num.* 7. de 750. natus eſt, & de 821. obijt. Quomodò ergò Regula hæc, ſi in d. Corbeienſi Codice mille annos præferente, & ſeptuaginta ante Benedictum ipſum ſcripta, reperiatur iam viris adaptata, dicere modò poteſt Menardus, quod fuerit à Benedicto Anianenſi viris accommodata? Non ſubſiſtit ergò Menardi aſſertio; & propterea cum oſtendi nequeat, quis hanc Regulam viris adaptauerit, firmiter repeto gratis dici fuiſſe ex ea epiſtola viris accommodatam. Nec refert, quod tam Hugo Menardus, quam laudati PP. Benedictini *loc. ſup.* de Codice Corbeienſi, & mille annos præferente, loquentes dicant, legi ibi Regulam viris accommodatam, quia cum nequeat oſtendi, à quo fuerit accommodata, ex libito ſuo accommodatam eam appellauit Menardus: PP. verò Benedictini in alio ſenſu eadem dictione vſi ſunt, ad indicandum ſcilicet antiquitatem Regulæ virorum Auguſtinenſiũ, vt infrà dicetur.

890 Præſcindendo autem à dicto Codice, nil adhuc veriſimilitudinis habet Menardi aſſertum, cum non appareat, cur eam viris voluerit S. Benedictus adaptare; vel enim id pro ſuis Monachis Anianenſibus, vel Indenſibus egit, vel pro Auguſtinianis: non primum quidem, cum ab ipſis, & in toto Franciæ Regno Sancti Benedicti Caſſinenſis Regula obſeruaretur, teſte Bollando *loc. ſup. num.* 15. & habetur ex Concilio Cabilonenſ. II. *de ann.* 813. *cap.* 22. infrà *num.* 896. adducendo. Vnde fruſtraneum fuiſſet pro eis Regulam S. Auguſtini ex *epiſt.* 109. viris applicare. Neque ſecundum, quia aſſignare non eſt, cur id egerit, aut à quo id illi commiſſum, cum ei cura non eſſet de Eremitanis; nec putandum, quod falcem in alienam meſſem voluerit immittere. Vel tandem id egit, vt ad S. Benedicti Caſſinenſis Regulam *amplectendam animi omnium*, vt loquitur Bollandus *ibid. beneuoli redderentur*, oſtendendo cæteras Regulas *cum S. Benedicti Regula concordare*; vel, vt in eius vita à S. Ardone conſcripta *cap.* 8. *num.* 41. (& ipſe S. Benedictus Anianenſ. in Præfatione concordiæ ſuggerit) *vt oſtenderet contentioſis nulla friuola, caſſaque à S. Benedicto edita fore, ſed ſuam ex aliorum fultam eſſe Regulam, alium collectis Regularum ſententijs compoſuit librum, cui nomen, Concordia Regularum, dedit.* Sed neque ex hoc euincitur intentum. Ad quid enim applicare viris S. Auguſtini conſcriptam Monialibus Regulam, vt oſtenderet & cum illa S. Benedicti Regulam concordare? Nonne idem aſſequi poterat, oſtendendo ſuæ Regulæ cum eadem epiſtola concordantiam abſque eiuſdem ad viros accommodatione? Sed quomodò probatur per hoc, quod voluerit oſtendere, & cum Auguſtiniana Regula S. Benedicti Regulam concordare, quod illam ex epiſt. illa 109. ad viros tranſtulerit? Et quare non potiùs dicendum illam cum eadem Auguſtini ad Seruos Dei iam exiſtente Regula concordaſſe? Certè ex huiuſmodi Regularum concordia non eruitur, quod iam non fuerit hæc, quæ tertia dicitur, S. Auguſtini Regula; & multo minùs quod fuerit ex *epiſt.* 109. ad viros accomodata; Quin argumentum retorquendo, eam præextitiſſe dicimus, cum ipſe S. Benedictus Anianen. S. Auguſtini Regulam laudauerit, & nullatenùs eam à dicta Epiſtola 109. deſumptam inſinuauerit: quo eam præextitiſſe ſupponit.

891 His addi debet, quod vt videre eſt apud Lucam Holeſtenium S. Auguſtini Regula in Tarnatenſium, ſiue Agaunenſium Monachorum Regula, quaſi ex integro, & ad verbum reſcripta legitur, mutato tantummodò Capitulorum Ordine. Vnde tales Monachos Auguſtinianos fuiſſe deduxit non ſatis laudatus Henricus de Noris in *dict. Hiſtor. Pelag. lib.* 2. *cap.* 3. *pag. mihi* 179. Quare, cum Tarnatenſes Monachi longè præceſſerint S. Benedictum Abbatem Anianenſem, quandoquidem *illi* ſupponuntur ante annum ſalutis quingenteſimum, vt *ibid.* oſtendit idem de Noris, vanum eſt dicere S. Auguſtini Regulam, quæ iam in Tarnatenſium Regula legebatur, fuiſſe à S. Benedicto Anianens. ex epiſt. 109. viris accomodatam.

892 Vnus adhuc ab animo Yepij remouendus eſt ſcrupulus, qui in *Chron. S. Benedict. tom.* 2. *ad ann.* 615. *in fin.*; non Regulam hanc, quæ Regula D. Auguſtini dicitur, ſed epiſtolam, & conſequenter pro Monialibus vult debere cenſeri, ex eo quod ibi nulla votorum mentio habeatur, prout ad rationem Regulæ putat requiri. Et, vt facilè id præſtemus, omiſſis alijs, hoc vnum mihi dicat. An ſaltem modò ſit ab Eccleſia approbata pro Regula, & pro tot Religioſorum Ordinibus abſque huiuſmodi votorum expreſſione? Et ſi ita eſt, quarè non verè Regula, & pro viris, vt ab Auguſtino prodijt?

893 Concludendum ergò, & dicendum eſt primò, S. P. Auguſtinum non Sanctimonialibus tantum, ſed & viris ſuam Regulã conſcripſiſſe, ſicuti tenent præ cæteris Riccardus Cœnomanus, Choppinus in Monaſtic. *lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 6., vbi *Ac propterea B. Auguſtinus, vt Cœnobiticam piæ ſectæ ſuæ Regulam condidit, ſic domeſticam hanc viuus ſeruauit diſciplinam*, & alij multi adducti à Marquez de Orig. Eremit. *cap.* 7. §. 10. Cruſenio *in Monaſt. Auguſtin. part.* 1. *cap.* 19. & Carolo Mo-

Moreau *in Vindicijs p.1. q.14.*, & ſignanter vniuerſitas Pariſienſis, quæ ſola ſufficeret, dum ſub die 31. *Ianuarij de* 1539. Eraſmi cenſuram, in qua pro ſolis fęminis hanc Regulam formatam ipſe ſcripſerat, publico Decreto damnauit, & Riccardi Cęnomani contra illam antidotum approbauit. Et reuerà, cum & Catalogus librorum expurgatorum à S. Officio editus iuſſerit, illud Eraſmi dicterium, vt periculoſum, & ſuſpectum deleri, prout teſtantur Cruſenius, & Moreau *loc. ſupr.* & illud idem damnauerit S. Hiſpaniarum Inquiſitio, vt refert Ioan. Trullus de *Ordin. Canonic. lib. 1. cap. 9.* hæ ſolæ prohibitiones ſatis ſunt ad cuique ſuadendum, & pro viris factam Regulam. Addere nihilominus lubet iam laudatorum PP. Benedictinorum ſenſum, qui *loc. ſup.* ad hanc Regulam ſub hoc titulo *S. Aurelij Auguſtini Hipponenſis Epiſcopi Regula ad ſeruos Dei*, ſic admonent lectores: *Hæc eadem Regula, quæ dictione, ſententijs, præceptionibus, demùm pia humanitate conditis, Authorem refert Auguſtinum, extat in epiſt. 109. Sanctimonialibus ab ipſo ſcripta. Inde eam depromptam, viriſque aptatam fuiſſe obſeruant præter alios Bernardus Vindingus, & Proſper Stellartius ambo Auguſtinianæ Familiæ alumni, ac nouiſſimè vir eruditus Nicolaus Deſnos ex Ordine Canonicorum Regularium S. Auguſtini. Quæ res vt ità habeat, certè iam diù eſt, cum virorum inſtituendis moribus adhiberi cæpit: quippè perantiquæ Tarnatenſis Regulæ partem facit potiſſimam; laudatur in concordia Regularum à Benedicto Anianæ Abbate. Quodque è re noſtra eſt hic admonere, in Codice Corbeienſe mille annos præferente &c. vt ſup.* Libuit, inquam hęc eorum verba apponere, quia & ipſi approbantes titulum *ad Seruos Dei*, pro viris factam ſubſcribunt, & dum dicunt *Hæc eadem Regula*, ideſt pro viris *extat in epiſt.* 109. eumdem ſenſum habere cum Louanienſibus oſtendunt. Et dum poſt relatam opinionem Vindingi, Stellartij, & Deſnos, dicunt, *Quæ res vt ità habeat*, non ei aſſentiri declarant, quin ſubdentes *certè iam diù eſt &c.* talis opinionis inueriſimilitudinem inſinuant.

894 Dicendum ſecundò: Et primò pro viris factam, & ſubinde ab eodem Auguſtino fæminis accomodatam, cuius rei aliquale indicium eſt, quod Regula cum titulo *ad Seruos Dei* in primo tomo Operum D. Auguſtini fuerit poſita, & Regula pro Monialibus in ſecundo, quaſi illis primò, iſtis, verò ſubſequenter data. Sed melius ſuadetur ex dictis *dub.* 2. & hic in coniecturis 2. 3. 5. Quod & tenuit Louanienſis Academia, vt iam vidimus, dum dixit hanc Regulam contineri etiam in *epiſt.* 109., quo dicendi modo clarè inſinuauit eam pro viris à S. P. Auguſtino compoſitam, & inſuper in d. epiſtola ad fæminas translatam; & tenere cenſentur omnes, qui ſentiunt hanc tertiam Regulam fuiſſe pro viris à S. P. compoſitam; hoc ſiquidem poſito, fuit certè pro illis primò edita, & ſubindè Sanctimonialibus ab eodem Legiſlatore communicata. In quorum omniū confirmationem vnum adduco Suarium, cum quo & claudo Quæſtionem. *Omitto enim* (ſic ipſe *d. tract. 9. lib. 2. cap. 8. num. 15.*) *cenſuram Eraſmi ab omnibus pijs, & doctis viris meritò damnatam, qui negauit Auguſtinum ſcripſiſſe illam Regulam pro viris Religioſis, ſed tantum illam, quæ virtute habetur in epiſt. 109. Auguſtini, quæ eſt ad Monachas, quæ reuerà eadem eſt: ſed ſine dubio fuit pro viris ſcripta, & facile potuit ab eodem Auctore ad fæminas accomodari; & in hoc ſenſu communiter recepta eſt, & citatur à D. Bernardo in lib. de præcept., & diſpenſat., & expoſita ab Hugone de S. Victore, vt notarunt DD. Louanienſes in fin. primi Tomi Auguſtini, tacitè contempta cenſura Eraſmi, quam Pariſienſis Academia iam damnauerat.*

DVBIVM V.

Cur de Regula non actum in Concilijs ſub annis 813., & 816. celebratis.

895 REſtat & hęc ſoluenda difficultas (& eſt argumentum, quod magnificat Yepes in *Chronic. Benedictin. tom. 2. ad ann. 615.*) vt omnis coniectura pro Regulæ ex *epiſt.* 109. extractione eneruetur, quod in Concilijs celebratis ſub annis 813. ſcilicet Turonenſe III. Cabilonenſe II. Moguntiaco I. Rhemenſi, Aquiſgranenſe de 816. nulla fiat mentio Regulæ Auguſtinianæ, ſed ſolummodò Benedictinæ, quo dignoſcitur illam tunc non extitiſſe. Quin optans Ludouicus Imperator cognomine Pius, aliquam pro Canonicis viuendi formam ſtabiliri, apud dicti Concilij Aquiſgranenſis Patres inſtauit, *vt quia Canonicorum vita ſparſim in ſacris Canonibus, & in Sanctorum Patrum dictis erat indita, propter ſimplices quoſque, minuſque capaces aliquam ex eiſdem ſacris Canonibus, & ſanctorum Patrum dictis, inſtitutionis formam pari voto, parique conſenſu excerperent, per quam patenter Prælatorum, & ſubditorum vita monſtraretur, quatenus omnes, qui Canonica cenſentur profeſſione, per viam propoſiti ſui inoffenſo greſſu incederent, prout de facto ex Canonica auctoritate, & ſanctorum Patrum dictis veluti ex diuerſis pratis quoſdam floſculos carpentes, hanc inſtitutionis formam* excerpſerunt: quo labore non opus fuiſſet, ſi tunc Regula S. Auguſtini extitiſſet; ad quid enim pro Canonicis nouam inſtitutionis formam ex ſacris Canonibus, & Patrum dictis contexere, exiſtente S. Auguſtini Regula, quæ Canonica dicitur? Signum ergò eſt, quod ad ea vſque tempora Regula, quæ modò tertia S. Auguſtini dicitur, non erat viris accomodata. Ergò benè dicitur fuiſſe ex *epiſt.* 109. deſumptam, & à d. S. Benedicto viris adaptatam.

896 Leuis tamen coniectura; cum aliæ eſſe potuerint huius ſilentij cauſæ, inter quas hæc, quod tunc temporis ferè omnia earum Regionum monaſteria eſſent Ordinis S. Benedicti, vt ſuprà inſinuauimus, & docet Cabilonenſe Concilium II. de 813. *cap.* 22. his verbis: *De Abbatibus verò, & Monachis idcircò hic pauca ſcribimus, quia penè omnia Monaſteria Regularia in his Regio-*

nibus

nibus conſtituta ſecundùm Regulam S. Benedicti ſe viuere fatentur; in cuius Ordinis comparatione iniuria temporum, & perſecutione Barbarorũ Ordo Eremitanus in Africa vexatus iam videbatur exiguus, ac penè exhauſtus, adeoùt & multa poſteà Auguſtinianorum monaſteria vacua à Monachis S. Benedicti fuerint occupata, vt pluribus in locis oſtendit Torellus in Sęculis Auguſtinianis. Et hinc factum eſt, quod tantum S. Benedicti Regulæ tum celebrata Concilia meminerint; non tamẽ propterea dicendum, non pręextitiſſe Regulam S. Auguſtini, cum certum ſit SS. Pachomij, Baſilij, & aliorum Regulas quamplures præextitiſſe, licet de eiſdem in dd. Concilijs nulla ſit habita mentio.

897 Item ſi non eſt actum de eadem Auguſtiniana Regula, dum tractabatur de conſtruenda inſtitutionis forma pro Canonicis, ſed ex varijs ſacrorum Canonum, & Patrum dictis excerpta eſt; non id accidit (reſpondent aliqui) quia S. Auguſtini Regula tunc temporis non eſſet; ſed quia agebatur de inſtituenda forma pro vniuerſo Clero, & Canonicis ſæcularibus, non verò pro Canonicis Regularibus; ſic enim ibi. *Vigilanti ergò ſtudio eamdem inſtitutionis formam colligere ſtuduerunt, in qua pleniſſimè continetur, qualiter & Prælati viuere, & ſubiectos regere, eiſque Eccleſiaſticos ſumptus adminiſtrare, & in Dei ſeruitio conſtringere, benè operantes quoſque ad meliora prouocare, proternos quoſque, & negligentes debeant corripere*. & *in cap.* 145. ſeu vltimo eiuſdem Concilij. *Quamquàm à Sanctis Patribus in Superioribus huius libelli partibus ſatis ſit dilucidatum, qualiter Clerici viuere debeant*: quibus dignoſcitur, pro vniuerſo Clero eam inſtitutionis formam contextam fuiſſe; & ſic à ſanctorum Patrum dictis, quæ Clericis omnibus quadrare potuiſſent, eam fuiſſe excerpendam; adeòq; non opus fuiſſe S. Auguſtini Regulam producere, quæ non pro vniuerſo Clero, ſed pro Eremitis, & ad ſummum etiam pro Canonicis Regularibus eſt inſtituta.

898 Verùm non videtur poſſe ſubſiſtere, quod prò Clero Sæculari, & non Canonicis Regularibus ea inſtitutionis forma componenda ſiue compoſita fuerit propter hæc, quæ habet Binius in *not. ad Concilium* ſeu Conuentum Abbatum in Aquiſgranen. Palatio de 817. ſub Paſchali I. *Congregatis enim Epiſcopis* (ſic ibi Binius de præfato Aquiſgranenſi *Concilio* de ann. 816.) *nobiliſſimoque S. Eccleſiæ Clero fecit componi, ordinarique librum Canonicæ vitæ normam geſtantem, in quo totius illius Ordinis perfectio continetur, ſicut recluſus ipſe fatetur. In quo etiam inſeri iuſſit cibi, potuſque, atque omnium neceſſariorum ſummam, vt omnes TAM VIRI, QVAM SANCTIMONIALES SVB HOC ORDINE Chriſto Seruientes, nullis præpediti neceſſitatibus libera Seruitute Domino omnium militare meminiſſent. Quem librum per omnes Ciuitates, & Monaſteria CANONICI ORDINIS ſui imperij miſit per manus Miſſorum prudentium, qui illum in omnibus ſupradictis locis tranſcribi fecerunt*; hæc enim haud obſcurè inſinuant dictam inſtitutionis formam prò Canonicis Regularibus factam cum ibi de viris, & Sanctimonialibus, & Monaſterijs ordinis Canonici, & *cap.* 121. de æquali cibo, atque potu; & *cap.* 122. de eorumdem menſura agatur, quæ nõ prò Clericis Sęcularibus videntur inſtituta. Pro quò etiam facit textus *in c. in omnibus de conſecrat. diſt.* 5. dum enim ibi decernitur, *vt Canonici Clerici* (pro quibus intendit Gloſſa, Canonicos Regulares) *canonicè viuant, obſeruantes diuinæ Scripturæ doctrinam, et documenta Sanctorum Patrum*, videntur hæc verba referri ad normam viuendi ex Scripturis, & Sanctis Patribus in d. Concilio Aquiſgranenſi decerptam; adeòque & prò Canonicis Regularibus eam fuiſſe compoſitam. Quod & tenent S. Petrus Damianus *Opuſc.* 24. contrà Clericos Regulares proprietarios, Ioan. Maubúrnus in *Roſet. Spiritual.*, Antonius Caracciolus *in not. ad Conſtit. Theatin. pag.* 19. Ioannes le Paige in *Biblioth. Præmonſtrat. lib.* 1. *ſect.* 14. Buſius de *Statib. homin. verb. Monachus*. Suarez *tom.* 4. *de Relig. tract.* 10. *lib.* 8. *cap.* 8. *num.* 6. Pennotus in *Hiſtor. tripart. lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 5. & *cap.* 21. *nu.* 3. Dadinus Alteſerra de *Orig. rei Monaſt. lib.* 1. *cap.* 15. Nebridius à Mundelbeim in *Antiquar. Monaſt. epiſt.* 140. & 142.

899 Reſpondet ergò ipſe Pennotus *ibid.* non factam in d. Concilio Regulæ S. Auguſtini mentionem, cum ageretur de reformatione Ordinis Canonici, quia, vt habet Aimonius *lib.* 5. *cap.* 10. & 17. *de rebus geſtis Francorum*, Concilium illam ſupponebat tamquàm notiſſimã, ſub qua omnes Canonici tunc viuerent, ſed quaſdam inſtitutiones ſuperaddere volebat, quæ totius vitæ Canonicæ perfectionem comprehenderent, quæ non ità diſtinctè in ipſa Regula deſignabantur, ſicut deſignantur quæ ſpectant ad Monachos in Regula D. Benedicti; & ideò illas ex Sanctorum Patrum dictis extraxit: ac ſi diceret, eas inſtitutiones ex Sanctis Patribus collectas fuiſſe veluti quaſdam Conſtitutiones Regulæ Auguſtinianæ explicatiuas.

900 Sed nec hæc reſponſio ſufficiens eſt, quia quando Concilium ſuppoſuiſſet S. Auguſtini Regulam à Canonicis obſeruari, & tantum intẽdiſſet aliquas inſtitutiones particulares, quæ in Regula non deſignabantur, ſuperaddere, ſaltem Regulæ eiuſdem obſeruantiam eis ad memoriam reuocaſſet, & Regulam ipſam nominaſſet, ſicuti reſpectu Monachorum actum eſt in Concilio Turonenſe III. ſub Leone Papa III. de 813. vbi *cap.* 25. ſic habetur: *Monaſteria Monachorum, in quibus olim Regula B. Benedicti Patris conſeruabatur, ſed noua fortè qualicumque negligentia ſubrepente remiſſiùs, ac diſſolutiùs cuſtoditur, vel certè penitùs abolita negligitur, bonum videtur, vt ad priſtinum reuertantur ſtatum, & Abbates eorumdem in eodem habitu, ac vita, qua ipſa Regula præcipit eos incedere, viuere ſtudeant*; & in Concilio Cabilonen. II. *cap.* 22. ibi: *De Abbatibus verò, & Monachis idcircò hic pauca ſcribimus, quia penè omnia Monaſteria Regularia in his*

Re-

Regionibus conſtituta ſecundùm Regulam S. Benedicti ſe viuere fatentur; quæ B. Benedicti documenta per omnia demonſtrat, qualiter eis viuendum ſit. Inquiratur ergò diligenter, vbi ſecundùm ipſum Ordinem (ideſt Regulam) *viuitur, & vbi ab ipſo Ordine digreſſum eſt, & iuxtà eiuſdem B. viri inſtitutionem viuere curent, qui ſe, vt ità viuerent, cum atteſtatione profeſſi ſunt*. Item in Moguntino de 813. *cap.* 11. *Abbates autem cenſuimus ità cum Monachis ſuis pleniter viuere ſecundùm doctrinam S. Regulæ Benedicti quantum humana permittit fragilitas*. Cum ergò nec verbum factum fuerit in eo Concilio de S. Auguſtini Regula, nequit cũ fundamento dici, quod Concilij mens fuerit eidem Regulæ inſtitutiones, quæ in ipſa non ità diſtinctè deſignabantur, ſuperaddere. Præterquamquod ex concluſione libri dictarum Inſtitutionum, quæ eſt huiuſmodi: *Finit in Dei nomine fæliciter Regula Canonica, ſimiliter & Concilium Aquiſgrani celebratum Anno* 816. conſtat intentionem Concilij fuiſſe ex SS. Canonũ, & Patrum dictis veram Regulam prò Ordine Canonico componere, & non tantùm Regulæ Sanctiones aliquas ſuperaddere; de qua re iterùm *dub. ſeq.* Sed ad quid hæc? Si S. Auguſtini Regula tunc fuiſſet, ſaltem & ipſa vna cum alijs ſanctionibus, ſeu inſtitutionibus ibi incluſa fuiſſet, eo modo quo ſermones de communi vita Clericorum, quos pro ipſis Canonicis compoſuit Auguſtinus, inter dictas inſtitutiones eiuſdem Concilij Patres inſeruerunt. Adhuc ergò libertas eſt dicendi non id actum, quia S. Auguſtini Regula nondùm erat à S. Benedicto Anianen. ad viros ex *epiſt*. 109. tranſlata.

901 Quid ergò dicendum? Vt verum loquar & omni ſecluſa animi ſiniſtra affectione, de S. Auguſtini Regula in dictis Concilijs non actum puto, dum prò Canonicis viuendi formæ inſtitutio intendebatur, quia prò eis non ipſa fuit ab Auguſtino conſcripta, vt *dub. ſeq.* oſtendetur. Vnde non erat, cur ibi aut adduceretur, aut nominaretur tanquàm quid ad ipſos non pertinens; ſicuti è contrà actum eſt de ſermonibus de communi vitâ Clericorum, & ibi incluſi ſunt, quia prò ipſis re vera habiti ſunt ab Auguſtino; & licet temporibus dictorum Conciliorum præfata S. Auguſtini Regula eſſet, & obſeruaretur à Fratribus Auguſtinianis etiam in Regno Franciæ, vt probat Torellus in *præfat. ad tom. 4. ſæcul. Auguſt. à nu.* 50. *& ſeq.* nec opus fuit eam inſerere in dictis inſtitutionibus prò Canonicis, cum in ea nihil contineatur, quod ſpecialiter Canonicos afficiat. Atque adeò non video, quo ſolido fundamento poſſit dici, ex eo quod de ea nihil actum in dictis Concilijs, eã fuiſſe propterea ex *epiſt*. 109. prò Sanctimonialibus ad viros tranſlatam. Et quatenùs non ſit hæc vera ratio, cur dicta Concilia S. Auguſtini Regulam ſub ſilentio præterierint, aut eiuſdem reticentiæ cauſa omninò ignoretur, nec inde fas eſt negare eam pro viris factam, aut dicere eam fuiſſe à d. epiſtola per præfatum Annianenſem ad viros conuerſam, cum ex iam dictis quoad eius tranſuectionem in Hiſpaniam per S. Donatum, codicem Corbeienſem, & Tarnatenſium Regulam, & in Concilio Romano approbationem, vel ſaltem receptionem ex dicendis nu. 936. de antiquiore eius exiſtentia ſatis appareat.

DVBIVM VI.

An pro Fratribus, vel Clericis, ſiuè Canonicis edita Regula.

902 Licet eam prò viris conſcriptam dixerimus, dubium adhuc eſt, an prò Fratribus, vel prò Clericis fuerit à S. P. compoſita. Prò iſtis ſtant acriter Pennotus *d. lib.* 1. *à cap.* 18. *nu.* 4. *& ſeq.* & Ioan. le Paige in *Bibliothec. Præmonſtrat. lib.* 1 *ſect.* 8., & prò ipſis omninò volunt ſcriptam Regulam, non prò Eremitis. Adhæret Franciſcus Macedo *tom.* 3. *collat.* 9. *differen.* 2. *cap.* 4. *à pag.* 681. *& ſeq.* & eiſdem fermè Pennoti, & Paige argumentis vtitur. Sed contrarium puto clarè conſtabit ex dicendis: primò ex argumentorum, quæ ab ipſis producuntur ſolutione; & deinde ex noſtris, & efficacioribus in contrarium rationibus.

903 Sic ergò Pennotus (ex cuius ore locutus eſt & Paige) *d. nu.* 4. B. Auguſtini Regula non fuit ſcripta niſi poſt inſtitutionem Clericorum, ergò non prò Eremitis, ſed prò Clericis: ſecus ſi prò illis, ſtatim eam poſt illos inſtitutos ſcripſiſſet; & non poſt inſtitutos Canonicos componere expectaſſet. Quod verò ſic fuerit, probat primò ex Coriolano, & Iordano de Saxonia dicentibus, eam ab Auguſtino Epiſcopo compoſitam. Secundò, quia hæc Regula vocatur *Sermo tertius de communi vita Clericorum* (qua ratione *cap.* 19. *n.* 2. probat iterùm quinto loco prò Clericis eam factam) ſicuti in iure citatur à Gratiano, quin & à Correctoribus Gregorianis, qui tanta diligentia textus, gloſſas, & notas marginales emendarunt, nempè *cap. quando neceſſitas diſciplinæ. diſt.* 86. *Cap. non vos indicetis.* 5. *q.* 5. *Cap. non dicatis.* 12. *q.* 1. *& Cap. nec ſolo.* 32. *q.* 5. vbi dicitur, quod textus illi deſumpti ſunt à ſermone *de vit. Cleric.* Et ad corroborationem addit *cap.* 19. *n.* 1. in Concilio Romano ſub Eugenio II. in quo totius Ordinis Canonici generalis Reformatio eſt attentata, prò eadem reformatione libellum editum fuiſſe quinque Capitulorum, ſiue librum Canonicum nuncupatũ; ex quo libello depromptum dicit textum *cap. in omnibus de conſecrat. diſt.* 5. & in eo libello tres reperiri ſermones D. Auguſtini de *comm. vit. Cleric.* quorum tertius eſt ipſamet Regula S. Auguſtini; & proptereà cum hæc Regula ſit tertius ſermo, ſequitur, quod ſcripta ſit poſt alios duos ſermones primùm, & ſecundùm de *comm. vit. Cleric.* qui ab Auguſtino iam ſene conſcripti ſunt; adeoquè & propter Clericos.

904 Sed negatur facilè antecedens vna cum eius probatione. Quod enim dicit de libro Canonico formato in Concilio Romano ſub Eugenio II. mihi videtur gratis dictum, cum

in d. Concilio, vti videre eſt, tum apud Barònium *ad ann.* 826., tum apud Binium *tom.* 3. *Concilior. p.* 1. à quibus d. Concilij Canones regiſtrantur, nec verbum reperire ſit, à quo talis libelli Canonici notitia valeat erui; & puto deceptum ex eo, quod dicit textum *cap. in omnibus de conſecr. diſt.* 5. ab eo libello deſumptum; cum deſumptus ſit ex *lib. Capitular. lib.* 5. *cap.* 115. vt notatur in *tit. de cap. in Omnibus*. qui eſt longè diuerſus.

905 Nec item curandum, quod à Gratiano citentur in iure ea verba ſub titulo ſermonis tertij *de vit. Cleric.* cum ex nota poſt *cap. quando neceſſitas d.* 86. à Correctoribus Gregorianis addita habeatur reſponſio. *Inter Opuſcula* (ſic ibi) *B. Auguſtini anno Domini* 1481. *Parmæ impreſſa, ſunt tres ſermones de communi vita Clericorum, ex quibus in vulgatis tomis Operum B. Auguſtini, tomo decimo referuntur duo ſub num.* 52. & 53. *ad Fratres in Eremo: tertius autem cum epiſtola* 109. *omninò conuenit. Sed quæ in epiſtola diriguntur ad Monachos, in ſermone diriguntur ad viros. Ex iſtis tribus ſermonibus de comm. vit. Cleric. multa capita accepit Gratianus, vt ſuis locis notabitur, & hoc quidem ex tertio.* Ex his enim tria habemus. Primò, ſermonem hunc tertium haberi in Operibus vulgatis D. Auguſtini. Secundò, horum trium ſermonum inter dicta Opuſcula, primũ, & ſecundùm haberi in vulgatis D. Auguſtini Operibus inter ſermones ad Fratres in Eremo *n.* 52. & 53. tertium verò non haberi ibi inter ſermones, ſed concordare cum epiſtola ad Moniales. Tertiò, ex hoc tertiò ſermone inter dicta opuſcula Parmæ impreſſa deſumpſiſſe Gratianum plura capita. Iùdicet modò lector, an per hoc, quod Gratianus ex Regula incluſa in quodam ſermone ſub titulo tertij ſermonis de vita Clericorum inter Opuſcula D. Auguſtini impreſſa ſemel Parmæ, debeat dici, aut credi, quod tertia Regula ſit reuera ſermo tertius *de comm. vit. Cleric.* ab Auguſtino conſcriptus, quando alias certùm ſit, quod in eius vulgatis operibus, & reiteratæ impreſſionis ſermo hic tertius nullatenus reperiatur. Nec eſt quod Pennotus iactet Correctores Gregorianos, cum ipſi nullatenus per hoc approbauerint Gratiani dictum, vel dixerint Regulam tertiam eſſe Sermonem tertium *de comm. vit. Cleric.*, ſed ſolum oſtenderint, vndè Gratianus motus fuerit ad inſcribendum illud caput, vel ea capita *ex Sermone* 3. *de comm. vit. Cleric.* quod eſt quid longè diuerſum ab approbatione: quin potius dum dixerunt in vulgatis D. Auguſtini operibus talem ſermonem concordare cum epiſtola 109., tacitè inſinuarunt, eum non eſſe re vera Sermonem *de comm. vit. Cleric.* Præterquam quod etiam poſt Gregorianam correctionem non eſt ita emendatus Gratianus, quod in pluribus reemendari non poſſit, vt ex Antonio Auguſtino (qui duos libros de Gratiani emendatione conſcripſit) Poſſeuino, & Bellarmino notat eruditiſſimus Eccleſiaſticæ antiquitatis illuſtrator Emanuel à Schelſtrate in *lib. antiquit. illuſtrat. part.* 2. *diſſertat.* 2. *cap.* 13. *n.* 238.

906 Tranſeat ergò, quod produxerit ea capita Gratianus ſub titulo ſermonis, vel tertij ſermonis *de comm. vit. Cleric.* nègo ita eſſe. Do in primis negationis tutorem Suarium *tom.* 4. *de Relig. tract.* 10. *lib.* 8. *cap.* 8. *num.* 16. ſic ad rem ſcribentem. *Suppoſito ergò Auguſtinum pro Religioſis viris illam ſcripſiſſe* (ſcilicet Regulam) *dicunt aliqui primò, & præcipuè pro Canonicis, & Clericis, eam tradidiſſe, quod ſenſiſſe videtur Gratianus in titulo cap. non dicatis.* 12. *q.* 1. *quod conſtat ſumptum eſſe ex Regula. Gratianus verò citat ſermonem.* 3. *de comm. vit. Cleric. & in Decreto Gregoriano in quodam Scholio eodem modo dicitur caput illud ſumptum ex ſermone* 3. *de comm. vit. Cleric. in quo Regula D. Auguſtini continetur. Verùm tamen inter Opera, quæ Auguſtini eſſe creduntur, non inuenio tertium ſermonem de comm. vit. Cleric., ſed primum tantum, & ſecundum: fieri tamen potuit, vt illa Regula per modum concionis aliquando imprimeretur, & ità adnotatur in quodam libro antiquo de quatuor Regulis ab Eccleſia approbatis, vbi in principio ſic dicitur: Regula tertia Auguſtini, in qua latiùs tradidit ea, quæ ad communem vitam Clericorum pertinent, quæ à nonnullis inter ſermones de comm. vit. Cleric. enumeratur.* Quod idem dicendum in caſu noſtro: non tamen propterea eſſe verè tertium ſermonem de ea *comm. vit. Cleric.*

907 Addo rationes, quarum prima: quod nec in impreſſionibus Operum D. Auguſtini tam antiquis, quam modernis inuenitur ſermo hic tertius de *comm. vit. Cleric.* licet inueniatur in ipſis Regula; nec Bellarminus, nec Philippus Labbe, nec alij, qui Opera D. Auguſtini regiſtrarunt, huius tertij ſermonis meminerunt, non ſolum approbando, ſed nec reprobando, vt de alijs tractatibus fecerunt. Et Regula, quæ in ipſis legitur, non iam inſcribitur titulo tertij ſermonis *de comm. vit. Cleric.*, ſed ſolum Regulæ, adeò vt illum mutare non ſit auſus Eraſmus, cognoſcens hunc eſſe eius proprium titulũ; quin eum approbauerunt DD. Louanienſes, & laudati PP. Benedictini, dum omnes eam non ſermonem tertium *de comm. vit. Cleric.* ſed Regulam inſcripſerunt. Secunda; quod S. P. Auguſtinus nominat Regulam libellum: *Vt autem vos in hoc libello tamquàm in ſpeculo &c.* quæ dictio importat aliam à ſermone formalitatem. Tertia; quod nec verbum in hac Regula inuenire ſit, per quod dignoſcatur, eam ab Auguſtino habitam per modum ſermonis, vti patet in duobus ſermonibus *de comm. vit. Cleric.*, quorum primus incipit: *Propter quod volui, & rogaui heſterno die, vt hodiè frequentius conueniretis: hoc eſt, quod dicturus ſum.* Altero verò: *Charitati veſtræ de nobis ipſis hodiè ſermo reddendus eſt &c.* Sed potius ex notata dictione *Libello* conſtat ſcriptam fuiſſe, & non oretenùs habitam. Pro quo facit, quod idem Auguſtinus, dum eam tradidit S. Norberto, vt dictum eſt, non dixit: Eccè habes ſermonem meum tertium de *comm. vit. Cleric.* ſed dixit: *Ecce habes Regulam, quam ego ſcripſi.* Quarta; quia, vt dicemus, non eſt hæc Regula pro Cle-

ricis

ricis facta. Ex quibus omnibus nec eſt, nec fuit ab Auguſtino inſcripta ſermo tertius *de comm. vit. Cleric.*, quod à nobis attendendum eſt, & ſi ſub tali titulo fuerit ſubindè aliquando impreſsa. Vndè corruunt, quæ indè deduxit Pennotus, quod ſcilicet, vt potè ſermo tertius factus fuerit poſt primum, & ſecundum, & conſequenter ab Auguſtino Epiſcopo, & poſt inſtitutos Clericos; & quod propterea, vt in *d.5. argument.* prætendit, non fuerit compoſita pro Eremitis.

908 Eſto nihilominùs, quod ab Auguſtino Epiſcopo ſcripta fuerit, & poſt ſecundum *de comm. vit. Cleric.* ſermonem, quid indè? Ergò non pro Eremitis? Falſa prorſus conſequentia. Admittunt ſiquidem primum Iordanus, & Coriolanus (quibus tamen tot alios, & claſſicos opponere poſſumus), ſed tamen explicitè ſtatuunt, eam fuiſſe ab Auguſtino Epiſcopo pro Fratribus Eremitis, & Clericis compoſitam, & quod vtriſque voluerit illam eſſe communem: quin Coriolanus in fine *Defenſor. in fiu.3. Regul.* addidit Eremitis potius eam conuenire, quàm Canonicis, ſic: *Hæc quidem tertia Regula, quam quàm B. Auguſtinus tàm Clericis ſuis, quàm Eremitis voluerit eſſe communem, ex multis tamen verbis tum in iſta Regula, tum in alijs eius dictis apertè colligitur, qualiter hæc Regula magis conuenit Fratribus Eremitanis, quam eius Clericis*. Quomodò ergò infertur, quod, cum fuerit ab Auguſtino Epiſcopo confecta, non fuerit facta pro Eremitis?

909 Nec ad rem certè dicitur, quod ſi pro ipſis facta fuiſſet ſtatim eam illis inſtitutis, & antè Clericorum inſtitutionem conſcripſiſſet, quia ſi per ipſum Pennotum, licet eam velit confectam pro Clericis, non ſtatim ac eos inſtituit, ſed longè poſt, ſcilicet, in ſenio eam compoſuit Auguſtinus, quare ex eo, quod non ſtatim illam dederit Eremitis, dicendum non factam, & pro illis ab Auguſtino iam Epiſcopo. Certum eſt, eam ab eodem iam Epiſcopo traditam Sanctimonialibus in *epiſt.* 109., & multos poſt annos ab earumdem inſtitutione, vt hæc eiuſdem epiſt. verba indicant *ſub illa*, ſcilicet Perpetua, *in Monaſterio per tam multos annos perſeuerante, & numero, & ætate creuiſtis*; & quare & poſt totidem tempus ab inſtitutis Eremitis nou potuit eam ipſis inſcribere? Non ergò benè dicitur non facta prò Eremitis per hoc, quod fuerit ab Auguſtino Epiſcopo, & poſt inſtitutos Clericos compoſita. Quod adeò verum eſt, vt etſi dicatur facta poſt Clericorũ inſtitutionem, & poſt ſecundum ſermonem de communi vita eorumdem, adhuc poteſt verificari, quod non fuerit facta prò ipſis, ſed prò ſolis Eremitis; quandoquidem cum intenderit Auguſtinus Monachatum per totam Africam diffundere, bene potuit illis formam viuendi ſpecialem, ſeu Regulam factus Epiſcopus, & ante mortem conſcribere: vbi cum in Clericorum reformatione intenderit ſolùm ad vitam communem eos perducere, ſermones *de comm. vit. Cleric.* potuerunt ad hoc ipſis ſufficere. Quin, ſi adhuc concedatur inſcriptam fuiſſe ſermonem tertium, ſolùm inferri poteſt applicatam tunc fuiſſe Clericis, non verò non factam priùs prò Eremitis; ſicut ſi rursùs detur, tunc ſolùm factam ſub eo ſermonis titulo, adhuc ſuſtinetur factam & prò Eremitis, cum ex vna parte tempore dicti tertij ſermonis paſſim & ipſi ad Clericatum promoueri conſueuerint, & ex alia nihil in ipſa Regula legatur ſpeciale prò Clericis, ſed omnia communia ſint & Eremitis.

910 Argumentatur ſecundò, ex eo quod in Feſto S. P. Auguſtini canitur, & ante 400. annos canere ſolebant & Patres Eremitani *Tu de vita Clericorum Sanctam ſcribis Regulam*, quo prò iſtis, & non prò illis factam fuiſſe declaratur. Eodem tamen modo reſpondet Marquez *cap.7.* §.15. ad ſummum verificari & prò Clericis factam, nullatenùs verò non prò Eremitis; qui enim affirmat de vno, non propterea negat de altero. Vel dicendum nomine Clericorum venire & Monachos, vt habet Iordanus de Saxonia *lib.2. Vit. Fratr. cap.* 14. *ex cap. ſi Clericatus.* cum alijs pluribus 16. *q.* 1. & ſignanter in Eccleſia Africana, vt expreſsè Card. Baronius ad *ann.*398. *nu.* 74. & ſic etiam Eremitas ſub ea dictione comprehendi; vel ſaltem authorem illius hymni reſpexiſse ad tempus, non quo Regula facta fuit à S. P. Auguſtino, ſed ad tempus, quo talis hymnus compoſitus eſt; quo tempore iam Religiones omnes, & Monachales ſacris initiabantur; & ſic omnes Clericos ſiue ex Canonicis, ſiue ex Eremitis ſub ea voce comprehendiſse: quod eſt maximè dicendum, ſuppoſito quod illius hymni auctor fuerit S. Thomas, ne ſibi contrarius videatur, ſi ly *de vita Clericorum* explicetur de ſolis Canonicis Regularibus, cum aliàs ipſe Angelicus Doctor *Opuſc.*19.*cap.*2. docuerit Auguſtinum vna cum ſuis adhuc Tagaſte vitã Monaſticam duxiſſe.

911 Reſpondet tertiò Torellus ad *ann.*389. *n.*38., quod quando D. Thomas intendiſſet in illis verbis Regulam fuiſſe prò Canonicis Regularibus, potuiſſet vt homo decipi; & hac de cauſa Sixto V. & Clemente VIII. approbantibus, emendatum fuiſſe hymnum, & loco, *Clericorum*, poſitum *Tu de vita Monachorum*, cum mos ſit Eccleſiæ emendare quandoque in Officijs Sanctorum, quæ minus veritati quadrare dignoſcuntur. Sed reſponderi poteſt & quartò, negando conſequentiam, quod Regula nõ fuerit prò Eremitis, quia in adductis verbis *Tu de vita Clericorum*, non eſt ſermo de hac tertia Regula, quæ ad Seruos Dei inſcribitur: ſed de ſermonibus, qui inſcribuntur *de comm. vit. Cleric.*, qui ad Clericos & prò Clericis re vera habiti ſunt, in quibus Regula viuendi Apoſtolicè, hoc eſt, in communi, & ſine proprio traditur: in quo ſenſu verum eſt, hanc Regulam viuendi Apoſtolicè in dictis ſermonibus iniunctam fuiſſe prò Clericis, & ideò benè dici *Tu de vita Clericorum*; & in hoc ſenſu conſueuerunt & PP. Eremitani idem canere (& hoc ad laudem S. Patris, qui etiam Canonicos

Regulis imbuiſſet) quia modo iam explicato verum id erat: ſed non propterea ſentiebant Regulam veram, quæ tertia dicitur, non fuiſſe prò ſe ipſis ſcriptam, cum de hac in dictis verbis *Tu de vita Clericorum* non agatur; & ideò quando cæptum eſt à Clericis Regularibus promulgari, in dicto hymno accipi prò Regula hanc, quæ tertia dicitur, meritò ad tollendam æquiuocationem legere cæperunt *Tu de vita Monachorum*.

912 Tertiò arguit ex auctoritatibus Summorum Pontificum, Conciliorum, & Doctorum (quas omnes breuitatis gratia ad vnum reduco, quià omnium vnus ferè eſt ſenſus) quibus habetur primò S. P. Auguſtinum Canonicos Regulares ſuis informaſſe Regulis; & ſecundò hanc tertiam Regulam vocari à Concilijs Regulam Canonicam; & ideò prò eis, non verò prò Eremitis eſſe factam. Neganda ergò prò reſponſione conſequentia; & quoad primam partem antecedentis dico, quod Summi Pontifices, & Auctores non ſunt locuti de hac tertia Regula: ſed ſenſus eorum eſt, quod Auguſtinus Clericos Regulis inſtituerit, quatenus ſermones de *comm. vit. Cleric.* propter eos fecit, quibus cum eis vitam Apoſtolicam iniunxerit, benè dicuntur ab eo regulariter inſtituti, regulis decorati, informati &c., & ſic non rectè deducitur Regulam, quæ tertia dicitur, & diuerſa ab eis ſermonibus, non fuiſſe prò Eremitis. Et eſtò admitteremus Summos Pontifices, & Doctores à Pennoto adductos de hac ipſa tertia Regula fuiſſe locutos, nec adhuc teneret conſequentia, quia ad Summum, vt iam ſuprà dictum eſt, poſſet inferri, & prò eis factam Regulam: nunquam verò non factam prò Eremitis.

913 Quo verò ad ſecundam partem, item dico ad ſummum probari, & Canonicis applicatam fuiſſe, vel & prò eis factam, nullatenùs verò non prò Eremitis, eo modo quo, vt oſtendimus, ex eo quod applicata fuerit ſanctimonialibus, non probatur non fuiſſe factam prò viris: ſed addo, verum non eſſe, tertiam D. Auguſtini Regulam dici Canonicam à Concilijs, quæ adducit Pennotus: non à Concilio Romano ſub Innocentio II. de 1139. apud Baronium *tom.* 12. ſub eodem ann. cum hæc ibi *Can.* 9. tantùm legantur: *Praua conſuetudo inoleuit, quod Monachi, & Regulares Canonici poſt ſuſceptũ habitum, & profeſſionem factam, ſpreta Beatorum Magiſtrorum Benedicti, & Auguſtini Regula leges temporales, & medicinam gratia lucri temporalis addiſcunt*; & poſt aliqua *Vt ergò Ordo Monaſtichus & Canonicus Deo placens &c.* quæ longè diuerſa ſunt ab appellatione Regulæ Canonicę; licet enim quandoque Ordo accipiatur prò Regula, nõ poteſt hic accipi in hoc ſenſu propter ſequentia verba, *Vt ergò Ordo Monaſticus, & Canonicus Deo placens in ſancto propoſito inuiolabiliter conſeruetur, nec hoc vlterius præſumatur, auctoritate Apoſtolica interdicimus &c.*, per quæ Ordo accipitur non prò Regula ſed prò perſonis illius Ordinis, de quibus ſolis, & non de Regula verificatur poſſe *in propoſito* conſeruari. Vnde miror, quomodò dixerit Pennotus *cap.* 19. *in fin. n.* 1. Regulam B. Auguſtini explicitè vocari ab hoc Concilio Regulam Canonicam. Næc à Concilio Ticinenſe de 855., cum ibi apud Binium *tom.* 3. *p.* 1. *Concilior.* ſolùm legatur: *De Monaſterijs autem virorum, ſeu fæminarum, quæ ſecundum Regulam S. Benedicti, vel ſecũdum Canonicam auctoritatem diſpoſita eſſe debent*, in quibus conſpicuum eſt, nec per vmbram Regulam D. Auguſtini dici Canonicam, cum nec ipſa Regula nominetur. Similiter nec à Concilio Rhemenſe ſub Eugenio II., (de quo tamen infrà) licet enim ibi legatur: *Statuimus, vt Sanctimoniales, & mulieres, quæ Canonicæ nominantur, & irregulariter viuunt, iuxtà Beatorum Benedicti, & Auguſtini Regulam vitam in melius corrigant, & emendent*, non eſt ſenſus, quod Regula S. Auguſtini ſit Regula Canonica, ſeù prò Canonicis, ad differentiam Regulæ Benedictinæ, quæ ſit Monaſtica, & prò Monachis, vt vult Pennotus: ſed quod Sanctimoniales, & Mulieres, quæ regulares nominantur, & irregulariter viuunt, iuxta Beatorum Benedicti, & Auguſtini Regulam vitam reforment; ly enim *irregulariter viuunt*, afficit, & ſanctimoniales ſub D. Benedicti Regula militantes: ſecus non iuberentur ad normam Regulæ D. Benedicti vitam emendare; & ideò hoc illis iubetur, quia cum & ipſæ Canonicæ nominentur, ſeu Regulares, irregulariter viuant: in quo ſenſu non minus dicitur Canonica Regula D. Benedicti, quam Regula D. Auguſtini, ſicut & SS. Baſilij, & Franciſci, cum omnis Regula *Canon* dicatur, vt ex *Cap. Canon. d.* 3. alijſque auctoritatibus probat Nigronus in *Regul. Commun. Societ. Ieſu, in explicat. titul. part.* 1. Vnde corruit argumentum ab hac denominatione deſumptum, quod D. Auguſtini Regula ſit propterea propter Clericos, ſeu Canonicos compoſita.

914 Nihilominus conceſſo ad maiorem abundantiam, quod aliquando, vel apud Cõcilia, vel Doctores inualuerit hæc denominatio Regulę Canonicæ, & per antonomaſiam ſic fuerit dicta, adhuc nego conſequentiam, quod fuerit facta prò Clericis, ſeu Regularibus Canonicis; quandoquidem hanc ſpecialem denominationem non eſt ſortita à ſui origine, hoc eſt, quando ab Auguſtino compoſita fuit, ſed longè poſt, hoc eſt, quando prò reformatione Canonicorum de anno 1100. vel circa, vt infrà *nu.* 918. dicemus, fuit ipſis aſſignata. Quo ſtante nequit propterea dici ab Auguſtino facta prò Clericis, eo modo quo per hoc, quod Ordini Prædicatorum fuerit aſſignata, nequit dici prò eis compoſita; & ſic cum non probetur facta pro Clericis, à fortiori ſine fundamento dicitur, quod non fuerit conſcripta pro Eremitis.

915 His ergò ſolutis probatur modò directè non prò Clericis eam prodijſſe, & hoc duobus coniecturis, quæ non leuem inducunt probationem. Primò, quod in tota Regula nihil

nihil de Altaris miniſterio, nihil de horis Canonicis, nihil de gradibus Subdiaconatus, & Diaconatus, egerit; quo certè ſuadetur non prò Canonicis, ſeu Clericis Regularibus illam ſcripſiſse Auguſtinum, ſed prò Eremitis. Secudò: quod, vt *nu.* 895. 898. *&* 900. dictum eſt, cum ageretur in Concilio Aquiſgrani de 816. celebrato, de ſtabilienda aliqua prò Canonicis viuendi forma, ſeu Regula, eam ex varijs Sanctorum Patrum ſententijs excerpſerunt, nulla S. Auguſtini Regulæ facta mentione, ſed tantummodò ſermonum *de comm. vit. Clericor.* vnde puto non aliam Regulam ipſis Clericis Regularibus præſcripſiſse Auguſtinū, quam vitam communem in dictis ſermonibus explicatam; nullatenùs enim mihi ſuadere valeo, quod in eo Concilio prò Canonicorum forma, ſeu Regula ſtabilienda, de Auguſtini Regula actum non fuiſſet, quando prò ipſis eam conſcripſiſſet Auguſtinus.

916 Nec dicendum primò, ad ſummum hinc deduci, quod tunc temporis Regula à Clericis, ſeu Canonicis non obſeruaretur: non verò quod ab Auguſtino pro illis non fuerit conſcripta; quia hinc fortius deſumo argumētum, ſcilicet, quod ſi fuiſſet ab Auguſtino prò ipſis reuera compoſita, & ſolùm temporis decurſu in deſuetudinem abijſſet, eam iterùm demandaſſet, & ſimul ad eam dictos Clericos adſtrinxiſſet dictum Concilium, vt à Concilijs Turonenſe, Cabilonenſe, atque Moguntino, cum Monachis S. Benedicti actum retulimus *d. nu.* 900. Nec dicendum ſecundò: eam viuēdi normam ex SS. Patrum dictis collectam fuiſſe veluti Conſtitutionum ſpeciem, quatenus intendebat Concilium exactam quamdam viuendi normam, ſeù diſtinctas inſtitutiones ſuperaddere, quæ diſtinctè vitæ Canonicæ perfectionem comprehenderent, quæ non ità exactè in Regula deſignabantur; quia præter dicta *eod. nu.* 900. ſuppoſuit Concilium, nullam Canonicos ſpecialem habuiſſe viuendi formam, ſed ſolùm quæ, pròut ibi, *ſparſim in ſacris Canonibus, & SS. PP. dictis erat indita*; & ideò intendit ex eiſdem Sacris Canonibus & SS. PP. dictis Regulam ipſam contexere, & formare. Et confirmatur, quia ſi ſolùm nouas inſtitutiones vltrà Regulam, & non Regulam ipſam cōdere intendiſset Concilium, Regulam ſaltem nominaſset, & illi tales inſtitutiones ſe addere indicaſset, eo modò, quo in Conuentu Aquiſgrani de *an.* 817. vbi nonnullæ ſanctiones prò Monachorum diſciplina conditæ ſunt, vt per eas agnoſceretur Regulam non conflari, declaratum eſt, ea eſse capitula, quæ obſeruari à Regularibus decreuerunt; & in primis duobus capitulis ipſius S. Benedicti Regulæ obſeruantiam, & ſtudium eis demandarunt: *Vt Abbates* (ſic ibi) *mox ad Monaſteria ſua remeauerint, Regulam per ſingula verba diſcutientes, pleniter legant, & intelligentes Domino opitulante efficaciter cum Monachis ſuis implere ſtudeant. Vt Monachi omnes, qui poſſunt Regulam memoriter diſcant.* Vnde de his Concilijs Aquiſgranen. loquens Sigibertus Gemblacenſis in ſua *Chronic. ad ann.* 420. ex hac ſupradicta differentia adnotauit, fuiſse tunc Regulam prò Canonicis formatam: illi verò Monachorum addita tantummodò capitula. *Aquiſgrani* (ſic ille) *generali Conuentu habito per diſpoſitionem Imperatoris Ludouici, Epiſcoporumque, & Abbatum aliqua Capitula ad vſum Regularium Monachorum addita ſunt: & multa Sanctarum Scripturarum compilatione facta, Clericorum, & Clericalium Sanctimonialium Regulæ conſtitutæ ſunt.*

917 Et vt id clarius innoteſcat, obſeruandū quod, & in alijs eorum temporum Concilijs, vbi actum de reformanda Canonicorum, ſeu Clericorum Regularium diſciplina, nunquam facta fuit mentio Regulæ D. Auguſtini, ſed ſolùm de Sacræ Scripturæ doctrina, & SS. PP. documentis. In Concilio ſiquidem Moguntino *de ann.* 813. *cap.* 9. *de vita Canonicorum* ſic habetur: *In omnibus, igitur quantum humana permittit fragilitas, decreuimus, vt Canonici Clerici* (ſcilicet Canonici Regulares, vt explicat gloſſa *in cap. In omnibus de conſecrat. diſt.* 5.) *canonicè viuant, obſeruantes diuinæ Scripturæ doctrinam, & documenta Sanctorum Patrum.* Et nihil de S. Auguſtini Regula. Item in Concilio Rhemenſi ſub eodem anno, dum ibi legerentur ea, quæ ad Canonicorum, & Monachorum ſtatum pertinebant, non eſt prò Canonicis lecta S. Auguſtini Regula, ſed Canones: vbi è contrà prò Monachis lecta eſt Regula S. Benedicti; ſic enim ibi *cap.* 8. *lecti ſunt ſancti Canones, vt quiſque Canonicus legem, vitamque ſuam minimè ignoraret;* & *cap.* 9. *lecta eſt Regula S. Benedicti, vt ad memoriam reduceretur Abbatibus minus ſcientibus, ſi qui forte adfuerint, qualiter & ſe, & ſuos ſecundùm eamdem Regulam cuſtodire valerent, atque gubernare.* Et in altero Aquiſgranenſi ſub Gregorio IV. de 836. *cap.* 15. ſic: *Modus autem ergà ipſarum Congregationum* (ſcilicet Canonicorum & Monachorum) *diſciplinam, hic eſſe debet: ideſt, vt Canonici ſecundùm id, quod continetur in libro, qui de eorum vita collectus* (nempè in primo Concil. Aquiſgranen. de 816.) *religiosè conuerſentur: Monachi verò ſecundùm traditam à B. Benedicto Regulam vnanimiter quantumcumque poſſe eſt, cuiuſque Religionis Regularem vitam in omnibus ſectentur.* Ex quibus omnibus, cum Canonicis Regularibus viuendum tunc eſſet iuxtà Canones, ſeu SS. Patrum documenta, hoc eſt, ſecundùm normam ex eorum dictis collectam, nulla facta Regulæ S. Auguſtini mentione: quin oppoſitiuè ad modum viuendi Monachorum, ſecundum D. Benedicti Regulam, patet non aliam vſque ad ea tempora habuiſſe Canonicos Regulam, præter ſcripturam, ſeu Acta Apoſtolorum, & dicta SS. Patrum; atque adeò non prò eis factam ab Auguſtino Regulam, cum, vt omnis recta ratio petit, eius obſeruantiam vna cum alijs inſtitutionibus demandaſsent Concilia, vel ſaltem eis ad memoriam illam reuocaſsent, quando prò ipſis facta, ſeu eorum Regula fuiſset, vt ingenuè fatetur Nebridius à Mundelheim Canonicus Re-

gularis in ſuo *Antiquar. Monaſtic. epiſt.* 140., *&* 142.

918 Nec his obſtat, quod dicit Pennotus *d. cap.*19. *nu.*1. ſcilicet, actum fuiſſe de Regula S. Auguſtini in Concilio Rhemenſe ſub Eugenio II., qui ſedit ab anno 824., dum Canoniſſis (quod militat & de Canonicis) iuxtà dictæ Regulę normam ſuos mores, ſic *cap.*3. componere iniungitur: *ſtatuimus, vt Sanctimoniales, & mulieres, quæ Canonicæ nominantur, & irregulariter viuunt, iuxtà Beatorum Benedicti, & Auguſtini Regulam vitam in melius corrigant, & emendent*. Quia nec eſt inuenire, vt etiam obſeruat Suarez *d. tom.*4. *tract.*9. *lib.*2. *cap.*9. *nu.*33. hoc Concilium Rhemenſe ſub Eugenio II. nec eius quis meminit, neque Baronius, neque Ciacconius, licet enim apud Binium *in tom.*3. *Concilior. part.*1. in fine vitæ Eugenij II. legantur aliqua eius decreta cum hac epigraphe, *eiuſdem Eugenij Papæ decreta ex Concilio Rhemenſi*, inter quæ eſt ſuprapoſitum caput tertium; nec tempore dicti Pontificis eſt celebratum tale Concilium, neque ſupra adductum caput tertium eſt ex prædicto Concilio Rhemenſe de 813. deſumptum: ſed huiuſmodi decreta, quæ Eugenio II. ibi adſcribuntur, ſunt decreta Concilij Rhemenſis ſub Eugenio III. de 1148. celebrato, inter cuius decreta *cap.*4. apud Baronium ſub dicto anno 1148. legitur illud idem ſuprapoſitum caput tertium, quod Eugenio II. tribuitur; & ideò in margine apud eumdem Binium *loc. ſup.* ea decreta ad Eugenium III. ſic ſpectare notatur: *Hæc Decreta ad Eugenium III. magna ex parte ſpectant*. Vndè non mirum, quod de S. Auguſtini Regula ibi agatur, & Sanctimoniales, quæ Canonicæ, ſeu Regulares dicebantur, ad eius normam ſe componere iubeantur; cum enim hoc Concilium ſub d. Eugenio III. celebratum fuerit de 1148., iam Canonici Regulares à S. Iuone Carnotenſe Epiſcopo Canonicæ diſciplinæ reſtitutore de 1100. vel circa S. Auguſtini Regulam acceperant, vt ipſe Nicolaus Deſnos, qui Canonicus Regularis eſt, *d. lib.*3. *cap.*23. teſtatus eſt, ſic quoad Regulæ originem in ſuo Ordine ſcribens: *Porrò eiuſmodi Regula Auguſtini à Schedis Benedicti Anianæ petita, & paſſim in varijs Monaſterijs exſcripta, cum latuiſſet aliquanto tempore, tandem ab Inſtauratoribus Ordinis Clericalis inuenta, hanc ipſis præſcripſere circà annum* 1100., *vt infrà oſtenſuri ſumus, dum de Iuone Carnotenſe Epiſcopo, & Geruaſio Rhemenſi Archiepiſcopo ſermo erit, qui ſua ætate diſciplinam collapſam reſtituere, & priſtino ſplendori reddidere*; à quo tempore poſtea vtpotè Canonicis applicata cępit dici Canonica. Nos autem loquimur de Reformatione Canonicorum in Concilio Aquiſgranenſi de 816., & alijs circa ea tempora, in quibus vidimus de ea Regula nihil actum. Quare adhuc reſtat, vel tunc temporis non fuiſſe Canonicos Regulares, quod dicere non audeo, vel non actum de dicta Regula, quia ad ipſos non ſpectabat, nec vſque ad ea tempora fuerat ipſis applicata.

919 Nec obſtat ſecundò: quod eorum Ordo dicatur à multis Summis Pontificibus, quos ex Pennoto, licet ſuppreſſo nomine, congerit Macedo *d. tom.*3. *collat.*9. *diff.*1. *cap.*4. *ſecundum Deum, & B. Auguſtini Regulam inſtitutus*; cum namque omnes Summorum Pontificum auctoritates ibi adductæ ſint poſteriores ad dicta Iuonis Carnotenſis tempora (quando conſtaret eos de hac tertia Regula fuiſſe locutos, cum aliàs eorum dicta poſſint verificari de Regula, ſeu forma viuendi Apoſtolica in ſermonibus *de comm. vit. Cleric.* contenta) pro eorum aſſertionis veritate ſufficit, quod tunc temporis talem tertiam Regulam obſeruarent, quod admittitur: non verò requiritur, quod ab initio pro eis talis Regula facta fuerit, eo modo, quo & PP. Prædicatorum Ordo dicitur verè ſecundum S. Auguſtini Regulam inſtitutus, licet nequeat dici, quod pro Prædicatorum Ordine ſuam Regulam fecerit Auguſtinus. Vndè poteſt libere concludi, non eam pro Canonicis Regularibus fuiſſe conſcriptam, nec aliam præter ſermones *de comm. vit. Cleric.* eos ab Auguſtino recipiſſe regulam.

DVBIVM VII.

Pro quibus, Fratribus ne, an Clericis ex ipſis Regulæ verbis conſcripta dignoſcatur.

920 EOdem quo præcedenti dubio procedemus ordine; argumenta, ſcilicet, prius contraria ſoluentur; & deindè vrgentioribus rationibus vera ſententia directè probabitur. Quia verò quæ protulit Pennotus, eadem repetijt Macedo, eo omiſſo, cum iſto erit concertatio. Probat ergò Macedo Regulam pro Clericis, non verò Eremitis factam *dict. tom.*3. *collat. primò pag.*681. ex eiuſdem Regulę verbis. *Non dicatis aliquid proprium, ſed ſint vobis omnia communia; ſic enim legitis in Actibus Apoſtolorum: quia erant illis omnia communia, & diſtribuebatur vnicuique, ſicut cuique opus erat*: per quæ paupertatis Apoſtolicæ modum deſcribi dicit, importantem ſcilicet poſſeſſionem bonorum in communi: qui paupertatis modus cum non conueniat Eremitis non habentibus in communi, ſed Clericis, ſeu Canonicis Regularibus, denotat Regulam hos reſpicere, non Eremitas. Et confirmat ex eo, quod PP. Eremitani probant alumnos monaſterij Hipponenſis in horto Valerij fuiſſe Monachos, & non Clericos Regulares, per hoc, quod ibi obſeruaretur, iuxta Poſſidium *cap.*11. paupertas profunda, quæ, vt & nos diximus *num.* 226. in eo conſiſtebat, quod venditis omnibus viuerent ex eleemoſinis: vbi è contrà Canonici viuebant ex redditibus. Ergò paupertas Eremitarũ eſt diuerſa ab ea, quæ dicit habere omnia in communi, ſine proprietate ſingulorum. Ergò Regula, dum talem paupertatem præſcribit, quæ *retinet, & vtitur communi dominio*, non eſt prò Cænobitis, ſeu Eremitis, ſed prò Clericis. Sed

quam

quam benè ſint hæc deducta, videamus. Nequeo in primis intelligere, quomodo ex adductis verbis inferatur, importari in Regula paupertatem cum poſſeſſione bonorum, ſeu ſtabilium in communi, vt ipſe intelligere dignoſcitur ex hoc ſuo diſcurſu, ſecus non eſſet ad rem inſtantia. Nunquid, vt in Religione aliqua ſint omnia in communi, vt ſonant dicta verba Regulæ, neceſſe eſt, quod poſſideantur bona, ſeù ſtabilia, licet in communi. Num PP. Franciſcani, ſiue Minores obſeruantes, quibus bona ſtàbilia interdicuntur, ſicut & noſtra Congregatio, exceptis locis, cum quibus fuerit à Capitulo generali diſpenſatum, non habent propterea omnia in communi, ſiue eleemoſinas, ſiue legata? Minus intelligo, quomodò paupertatem hanc cum poſſeſſione ſtabilium in communi, vocet paupertatem Apoſtolicam, cum notum ſit apud omnes, non vixiſſe ex redditibus Apoſtolos, hoc eſt, non poſſediſſe ſtabilia, ſed omnia apud illos vendi, & ex pretio in commune redacto iuxtà cuiuſque indigentiam prouideri conſueuiſſe. Senſus ergò Regulæ eſt in adductis verbis, quod nemo ſibi aliquid approprìet, ſed in commune reddantur omnia, ſiue eleemoſinę, ſiue legata, & iuxtà cuiuſque indigentiam diſtribuantur: non verò quod debeant ſtabilia poſſideri, licet in communi. Vndè non benè infertur, paupertatem, de qua in Regula, aut reſpicere Clericos, aut non reſpicere Eremitas, cum talia verba non importent, vt vidimus, poſſeſſionem ſtabilium. Fateor tamen ex alijs eiuſdem verbis permitti à Regula hanc poſſeſſionem ſtabilium in communi: Sed neque per hoc dicendum, quando Eremitæ non ea haberent, ipſos non reſpici à Regula, ſed Clericos; cum vt oſtenſum eſt *num.* 432. ſit propterea Regula tam habentibus, quam non habentibus bona ſtabilia, communis. Et certè cum talis bonorum poſſeſſio non præſcribatur, ſed ſolummodò permittatur, liberum eſt ea poſſidere, vel non; & ſic ſine fundamento dicitur Regulam aſpicere poſſidentes Clericos, non verò non poſſidentes Eremitas.

921 Hinc patèt reſponſio ad ea, quę ſubdit de paupertate profunda Hipponenſis monaſterij: & dico benè deductum ex tali paupertate à PP. Eremitanis, vt & ego deduxi *d. num.* 216. dicti monaſterij alumnos fuiſſe Monachos, ſeu Eremitas, non verò Clericos, quia viuerent ex proprijs laboribus, & eleemoſinis, & his in communi, non verò ex redditibus, vt Clerici; negò tamen propterea, talem paupertatem non eſſe conformem paupertati intentæ à Regula; cum, vt dixi, ex eo quod Regula non præcipiat, ſed permittat tantum ſtabilium poſſeſſionem, ſicut poterant illa tenere; ſic poterant illis renuntiare; quin dico, hanc paupertatis formam, vt cum Iordano de Saxonia *d. num.* 432. notaui magis conformari Regulæ, cum magis aſſimiletur paupertati Apoſtolorum, ac primorum Chriſtifidelium, quam intendi à Regula oſtendunt euidenter ea verba, *ſic enim legitis in actibus Apoſtolorum, quia erant illis omnia communia*: Apoſtolis autem, & primis Chriſtifidelibus abſque ſtabilium poſſeſſione, ſed ex eorum pretio, & in commune redacto iuxtà cuiuſque neceſſitatem prouidebatur. Iudicet modò Lector, an P. Macedo *loc. ſup. cap.* 3. *§.* 1. *pag.* 673. *col.* 1. ſapienter dixerit, *ſolem de medio tollet, qui hoc teſtimonium* (ſcilicet, vt nemo quidquam proprium in illa ſocietate haberet, ſed eis eſſent omnia communia) *ad Cænobitas detorqueat*, quando viderimus per ly eſſe *omnia communia* non importari poſſeſſionem ſtabilium; & an rectius ſubintulerit ex modo paupertatis cum poſſeſſione ſtabilium in communi Regulam pro Clericis, & non pro Eremitis factam, quando ſit hæc Regulæ pura, & ad contrarium indifferens permiſſio.

922 Probat ſecundò *ibid. pag.* 683. *col.* 2. ex illis Regulæ textibus, quibus conſortium, & aſpectus fæminarum cauetur, nempè *Quando proceditis ſimul ambulate, cum veneritis quo itis, ſimul ſtate*, quod ſupponit viſitationes mulierum; & ideò prouiſum de aſſiſtentia ſocij. Similiter, *In inceſſu, ſtatu, habitu, & in omnibus motibus veſtris nihil fiat, quod cuiuſquam offendat aſpectum*, quæ referuntur ad frequentiam in populo; hæc enim omnia non quadrant in Monachos Cænobitas, cum ſupponant exitus è monaſterio, euagationes per Vrbem, & Oppida, quæ non decebant illius temporis Monachos; ſicuti neque colloquia cum fæminis Vrbanis, & exteris, cum ijs licitum non eſſet matres, & ſorores ad ſe venientes alloqui; & è contra quadrant in Clericos, qui exibant è Clauſtris, & vijs ſe publicis dabant; vnde occaſiones incedendi, & incidendi in obuias mulieres, eaſque ſalutandi, & alloquendi. Et tertiò; *Quando eſtis in Eccleſia, aut vbicumque fæminæ ſunt inuicem veſtram pudicitiam cuſtodite*; quo pariter dum oſtendit, cauendum ab aſpectu mulierum, ſiue intrà, ſiue extra ſepta monaſterij, ſeu Eccleſiæ, denotantur domus, & Eccleſiæ Clericorum, non verò Monachorum, vtpotè remotæ à Ciuitatibus, & ſecluſæ à turbis.

923 Sed quarè hæc non congruant, & Monachis, ſeu Eremitis non video. Vnde enim habet Macedo, quod tunc temporis Monachis adeò arcta ſolitudo eſſet indicta, vt egredi è monaſterio, aut per vrbes diſcurrere, aut fæminas viſitare, vel colloqui non liceret? Vidimus *num.* 879. in Regula S. Macharij *num.* 40. apud Biuarium ſic Arſinoitis Monachis egreſſum permiſſum: *Ad neceſſariam rem perquirendam de monaſterio bini egrediantur, vel terni*. Item Monachis Nitriæ à Regula S. Athanaſij, quæ exhortatio ad Monachos inſcribitur: *neceſſarius è domo, & rarus egreſſus, quem aut Religionis ratio extulerit, aut ad ſubſtantiam victus cauſa exercendi operis ordinarit*. Item Tabenneſiotis à S. Pachomij Regula: *Nullus ſolus foras mittatur ad aliquod negotium, niſi iuncto altero*. Inuenio inſuper apud Philonem *lib. de Supplicibus* vna

cum

eum Therapeutis Monachis eiuſdem inſtituti fæminas ad collectas conuocari ſolitas: *Id commune Semneum, in quo ſeptima quoque die conueniunt ſepto clauditur duplici, ſeparatis virorum & mulierum cætibus; nam mulieres quoque ſimul auſcultant ex more dumtaxat quæ inſtitutum idem ſectantur*. Et iterum: *adhibentur menſæ fæminæ quoque anus plereque, ſed Virgines non coactæ caſtitatis, ſed ſpontè continentes*. Apud S. Athanaſium in *d. exhortat ad Monach.* item legitur: *Fæminas probas, & Religionis ſtudio vero deditas cum menſura venerationis honorate, vt nec auſteritas inhumana, nec ſedulitas ſit remiſſa*. In Regula S. Pachomij pariter legitur *nu.* 29. poſt Caſſianum: *Si ſæculares homines, aut debiles, aut vaſa infirmiora, id eſt mulierculæ veniunt ad oſtium, ſuſcipient ſingulos in diuerſis locis iuxtà ordinem præpoſiti, & ſexus ſui, præcipuè fæminas maiori honore, & diligentia curabunt, cum omni timore Dei & locum ſeparatum ab omni virorum vicinia eis tribuent*. Et rurſus *n.* 31. *Si fuerit nunciatum, quod de propinquis quis ægrotet, ianitor nunciabit Patri monaſterij & ille accitum interrogabit Præpoſitum domus. Videbunt virum, cuius fides, & diſciplina probata ſit, & mittent cum eo, vt viſitet ægrotantem*. Et *n.* 33. *ſi propinquus alicuius, aut conſanguineus mortuus fuerit proſequendi funus non habebit poteſtatem, niſi Pater monaſterij præceperit*. Et *nu.* 82. vbi de puellarum diſciplina: *nemo ad eas vadat viſitandas, niſi qui habet ibi matrem, vel ſororem, aut propinquam, & conſobrinas, ſeu matrem filiorum ſuorum*. In Regulis pariter fuſiùs diſputatis ad *interrogat.* 33. *Quæ ratio tenenda ſit in congreſſibus cum ſororibus faciendis*, aſſignat S. Baſilius modum, qui teneri debeat in collocutionibus cum ipſis; & in breuioribus ad *interrogat.* 311. *Nunquid rogati ab aliquibus ad eos viſitandi gratia abire nos conueniat?* reſpondet: *omninò viſitandi officium vnum eſt ex ijs, quæ grata ſunt Deo*. Vndè non apparet, quomodò tam conſtanter aſſeruerit P. Macedo, Eremitis Cænobitis non licuiſſe aut è monaſterio egredi, aut cum mulieribus colloqui.

924 Verùm quorsùm hæc? Nonne Monachi ſtatutis temporibus, hoc eſt, diebus feſtis Sabbato, & Dominico ad publicam loci Eccleſiam ex more conueniebant, vt tradunt Rufin. *lib.* 1. *vit. Patr. cap.* 7. Palladius in *Lauſiac. cap.* 52. Socrates *lib.* 6. *hiſtor. cap.* 8. *& vna cum plebe communicabant, & Sacra Myſteria percipiebant*, vt teſtatur Dadinus Alteſerra *rer. Monaſt. lib.* 3. *cap.* 8. & iterum ex Theodoret Nicephor; & Caſſian. probat *lib.* 7. *cap.* 2? Nonne Africæ Monachi ad Vrbes accedebant; vndè, dum videbantur à populo, conuitijs excipiebantur, vt dictum eſt *num.* 193? Quid amplius? Si fæminis, ſeu ſanctimonialibus egredi permiſsū ab Auguſtino, vt ex *Epiſt.* 109. *Nec eant ad balneas, ſiuè quocumque ire neceſſe fuerit, minus quam tres; nec illa, quæ habet aliquo eundi neceſſitatem, cum quibus ipſa voluerit, ſed cum quibus Præpoſita iuſſerit, ire debebit*, quare egredi non congruū Cænobitis? & ſi egredi illis licebat, inuiſere ſaltem propinquos ægrotos, ad Eccleſiam vna cum Populo conuenire, non ne poterant, & ipſi in fæminas obuiantes incidere? & quarè non pro eis ſtatuta Regulæ de oculorum, & pudicitię mutua cuſtodia, eo modo, quo in ſimili prò Monachis Nitriæ in *d. exhortat ad Monach.* ſcripſerat S. Athanaſius: *Sit igitur pudoris, & reuerentiæ veſtræ tuta, ac circumſpecta cuſtodia?* Quin retorquendo argumentum ex vltimo loco adducto textu, *Quando ſimul eſtis in Eccleſia, aut vbicumque fæminæ ſunt*, dignoſcitur cum ſuis Eremitis locutum fuiſſe Auguſtinum, & non cum Clericis: quandoquidem cum Clerici in Eccleſia ſtarent intrà cancellos à plebe ſeiuncti: Monachi verò extrà, vel vna cum plebe, vel propè, vt cum eodem Dadin. Alteſerr. *num.* 127. *diximus*, Monachis facilius erat in Eccleſia conſpicere fæminas; atque ideò illos propriè reſpicit ſtatutum Regulæ de cuſtodia oculorum, maximè in Eccleſia.

925 Tertium argumentum profert *pag.* 685. ex verbis: *Indumenta veſtra ſecundum arbitrium Præpoſiti lauentur ſiuè à vobis, ſiuè à fullonibus*, & alijs: *Non ſit notabilis habitus veſter, nec affectetis veſtibus placere*; & non adaptari Monachis prętendens, illa ex vnius Hilarionis ſententia, qui ait, non eſſe quærendas munditias in cilicio (licet intelligendus ſit de ſuperfluis, & affectatis) iſta, quia nec Bernardus ſuis Ciſtercienſibus veſtium nitorem prohibuit, quaſi incapaces eſſent ob ſui vilitatem, & aſperitatem: ſed Clericis, quorum veſtes, eo quod ſpeciem, & elegantiam præferant, prouocare poſſunt oculos ad aſpectum curioſum, ſubdit: *Num hæc* (ſcilicet adducta verba *Non ſit notabilis &c.*) *conuenire poſſunt veſtibus Monachorum, horrorem quemdam, & auſteritatem affectantium? Citiùs tu Æthiopem dealbes, quàm iſtam particulam Monachis eius Inſtituti, ac æui accommodes*. Verùm an hæc adaptentur Cænobitis conſtat ex dictis *n.* 878. vbi quoad affectationem veſtium vidimus, hoc eſſe vitium commune, quod quemque inficere poteſt: quin à Bernardo ipſo in ſuis Monachis deploratum; & *nu.* 880. quo ad veſtium lotionem, vbi eam vidimus à SS. Machario, Pachomioque Monachis ſuis permiſſam. Vnum addo, quo Monachos affectationem & in vilibus veſtimentis habere dignoſcitur, reſponſionem ſcilicet S. Baſilij in *Regul. breuior.* ad hanc interrogationem. 50. *Si quis in veſtitu, quæ maioris ſint ſumptus reyciat, ipſum autem id, quod vile ſit, veluti veſtimentum, calceamentumue velit ſe decere, in vitio ne eſt is? & ſi eſt, cuiuſmodi illud eſt? ℞ Qui idcircò vult, quod ſe deceat, vt hominibus placeat, hunc perſpicuum eſt vitio illo laborare, quod placere hominibus ſtudet, & propterea mentem habere auerſam à Deo, & in ipſis etiam quæ vilis pretij ſunt, perperia, hoc eſt, oſtentationis vitio indulgere*. Et quoad veſtium lotionem, ipſum quoque S. Antonium Monachorum Patrem ſuas veſtes lauiſſe, cum de eo ſcripſerit S. Athanaſius in eius *Vit. cap.* 23. *lauit Ependiten ſuum*, ſcilicet Scapulare; quæ ſatis ſunt, vt colligatur, ea Regulæ verba poſſe Monachis, & rudibus indutis veſtibus adaptari.

926 Arguit quartò à corporum lauacro, & balneorum permiſſione: *lauacrum etiam corporis, cum infirmitatis neceſſitas cogit, minimè denegetur; fiat tamen ſine murmure de conſilio medicinæ. Nec eant ad balnea minus quàm duo vel tres*, quod à Monachali inſtituto diſſonare dicit, cum ſit remedium delicatius, quàm prò ſeueritate diſciplinæ Cænobiticæ; nec ſibi in lectione veterum Patrum verſatiſſimo occurunt exempla huiuſmodi lauationis proprij corporis: quod remedium proprium Clericorum eſt, quia vt communi proximorum ſaluti ſeruirent, curare corpora, & morbos arcere debebant. Miror tamen ab homine adeò in lectione veterum Patrum verſato non obſeruatum ſtatutum S. Pachomij in ſua Regula, vt videre eſt apud Biuarium *de veter. Monach. Ægypti, lib.3.cap.6.§.2.n.44.* vbi dicitur: *Nec lauabitur, aut aqua omninò nudo corpore perfundetur, niſi languor perſpicuus fuerit*; vel ſaltem hoc eiuſdem Pachomij in eadem Regula ſtatutum 29. poſt Caſſianum; *Nullus lauare poterit alterum, aut inungere, niſi fuerit imperatum*. Sed quidquid ſit de hoc. Vel loquitur Macedo de Monachis antiquis ante Auguſtinum, vel de Monachis ab Auguſtino inſtitutis, dum Cænobitis balnea non congruere dicit. Si de illis, quid ad rem? Si de iſtis, vnde habet? Dicet fortaſſe, quia & antiquis Cænobitis vetita. Sed negatur conſequentia, quia Auguſtinus non ad illos, ſed ad ſuos reſpexit; & quia diſcretionis ſpiritu ducebatur, voluit eiſdem balneorum vſum permittere, & indulgere neceſſitati. Nihil enim tunc balneis vſitatius, vt obſeruat oculatiſſimus Henricus de Noris in prædict. *Hiſt. Pelag. lib.2.cap.3. §. de Tarnatenſium*, etiam ſanctioris inſtituti viris, adeò vt teſte æquè diligentiſſimo M. Chriſtiano Lupo in *d. q. quodlibet. cap. 34.* cenſerentur non minùs neceſſaria, quàm *cibus, & potus*; & hac de cauſa S. Fulgentio exhibita, vtpote tunc temporis licita, vt obſeruat Nigronus *loc. ſup. ad Regul. 17. nu. 24.* licet ea ipſe recuſauerit eo modo, quo quis ob maiorem mortificationem poteſt & rebus neceſſarijs renunciare. Et quia poterat quis eis indigere, noluit Auguſtinus, quod charitatis erat, denegare, cum his tamen (ne videretur indulgere voluptati) limitationibus, quod adeſſet non tantùm infirmitas, ſed neceſſitas, & non vtcumque, ſed quæ cogeret, & de conſilio medici, quo ſenſu ea quibuſcumque Religioſis licere docet Gloſſ. in *cap. omnis 24. q. 1.*, vbi *Et ita etiam Religioſi poſſunt intrare balnea: quod intelligo in neceſſitate*, & probat Iacobus Middendorpius in *hiſtor. Monaſtic. cap.21. de balneis*; tenetque Lezana *tom.1. part. 1. cap. 9. n.24.* cum *Graff. 4. p. decis lib. 3. cap. 5. nu.115.*, & de facto permiſſa Monachis Monaſterij Viuarienſis ex Caſſiodoro *lib. diu. inſtit. cap.29.* & à S. Benedicto in ſua Regula *cap.36.* vbi *Balneorum vſus infirmis, quoties expedit offeratur*; ſicut à S. Iſidoro Hiſpalen. in *Regul. cap. 21.*, & à Concilio, ſeu Conuentu Abbatum Aquiſgrani *de 817. cap.7.* licet ad arbitrium Superiorum, vbi: *Vt balneorum vſus in arbitrio Prioris conſiſtat*, de qua re videndus Biuarius *de veter. Monach. lib.3. cap.6. n.44. & lib.4. cap.4. nu. 67.* Quarè ergò congruere non poterant, maximè in caſu neceſſitatis, & S. Auguſtini Cænobitis?

927 Duo alia ex proprio marte, ſed ex eadem Regula promit argumenta. Primum; quia verba: *Et nolite cantare, niſi quod legitis eſſe cantandum*, inſinuant modulationem harmonicam, artificioſum vocum concentum referentem; quæ ratio pſallendi non erat Monachorum, quia cum plangentis haberent officium, abhorrebant à cantu pſalmorum, ſolùmoda, & ſimplici recitatione contenti: ſed Clericorum, qui vbi opus erat, pro varietate rerum, & temporum melodiam exercebant, & modulatis vocum inflexionibus vtebantur ad artis muſices conformationem, iuxtà Auguſtinum, qui hunc pſallendi modum approbarat, & ex eius auditione ad lachrymas ſe commotum dixerat. Secundum: quia ſtudium ſacrarum litterarum, ſeu ſcripturarum, quod ibidem iniungitur in illis verbis *Codices certa hora ſingulis diebus petantur*, erat proprium non Monachorum, vt ex geſtis aliquorum SS. Patrum colligit, qui propriæ perfectioni ſtudere ſolebant, per collationes cum ſenioribus, & exempla Sanctorum: ſed Clericorum, quorum erat docere proximos per lectionem ſacrorũ codicũ.

928 Et quoad primum, dato, & non conceſſo, quod talem cantum intenderit Auguſtinus, qualem prætendit Macedo, quomodò improprius Monachorum? Scio de Therapeutis Monachis ſic ſcripſiſſe Philonem: *Cantant hymnos in laudem Dei compoſitos, varijs metrorum, carminumque generibus, nunc ore vno nunc alternis*; & infrà: *Hic Therapeutarum, Therapeudritumque chorus compoſitus, & mixtis ad graues virorum acutis fœmineis vocibus concinnè temperatus cõcentum reddit ſuauiſſimum, verèque muſicum.* Item de ſui temporis Monachis Chryſoſtomum *Hom. 59. ad Popul.* dixiſſe: *Mox ſtatim ſurgentes ſtant hymnos cantantes propheticos, multa cum vocis conſonantia, cum aptè compoſitis concentibus. Neque cythara, neque fiſtula, nec aliud muſicum inſtrumentum talem emittit vocem*, & iterùm *ſerm. de laud. Monach. Hymnos propheticos concinnitate ſumma, & modulatis carminibus decantant eo modulatu, & ſymphonia, vt neque cythara, neque fiſtula vllæ talem edant vocem*. Scio Baſilium cum ſuis Monachis eadem canendi methodo vſum, adeò vt illi probro obiectum fuerit à Sabellio, & Marcello, vt ipſe refert *epiſt.73.* vbi: *Si quando cauſam indicti iſtius, & irreconciliabilis belli rogantur, pſalmos cauſantur, & modum melodiæ, quo ſit vetus apud nos immutata canendi conſuetudo*. Et quomodò improprius Cænobitarum talis cantus? ſed his omiſſis; ſi Monachi plangentis habent officium, quod eſt arguentis fundamentum, quomodò non proprius Monachorum S. Auguſtini modulatus hic cantus, qui eodem teſte Macedo, eſt exemplo Auguſtini ad ciendas lachrymas opportunus? En ergò, quod ex ipſa

ipſa eius ratione potiùs probatur cantum de quo Regula,(in eius tamen ſuppoſitione) reſpicere Monachos. Verùm corruit omninò argumentum ex dictis *quodlib.* 5. *dub.* 10., dumque namque ibi probatum eſt, cantum, de quo Auguſtinus in Regula, non eſſe, quem intendit Macedo, cum nota, ſed eſſe, qualem ipſe ſupponit in Monachis, potiùs euincitur ex tali cantu Regulam eſſe pro Cænobitis.

929 Quo ad ſecundum de Codicibus: Petam ab ipſo, an admittat ab Auguſtino eadem verba *Codices certa hora &c.* Sanctimonialibus ſcripta in *epiſt.* 109.? Et ſi admittit, vt admittere debet, quarè in eo ſaltem ſenſu, quo Auguſtinus fæminis codices conceſſit, non potuerunt eos habere & Cænobitæ, & conſequenter in eos quoque ea verba quadrare? Sed fæminis relictis: quis dixit P. Macedo in præfato quo ad codices ſtatuto intendiſſe Auguſtinum ſtudium Sacrorum codicum, quo exteri eſſent edocendi? Certum eſt nihil Monachis vſitatius fuiſſe ſtudio Sacrarum litterarum. De præfatis Therapeutis, *ſic lib. de vit. contemplat.*, ſiuè *de ſupplicib.* ſcribit Philo: *Verſantes enim Sacra volumina, dant operam Philoſophiæ per manus acceptæ à maioribus ſcrutantes eas allegorias. Habent etiam priſcorum commentarios, ſeu vt* explicat Biuarius *de vit. Monach. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 28. *libros* ſcriptorum Eccleſiaſticorum, qui ante Philonem prodierant. De Monachis Nitriæ *ſic epiſt.* 22. S. Hieronymus: *Quotidiè aliquid de ſcripturis diſcitur*; ad quæ ſubdit. *ibid. lib.* 3. *cap.* 3. §. 3. *num.* 7. Biuarius: *Id ſanè omnibus Monachis vſitatiſsimum ſemper fuit*. Pro Tabenneſiotis ſic in ſua Regula *num.* 7. diſpoſuerat S. Pachomius. *Diſputatio autem à Præpoſitis domorum per ſingulas hebdomadas tertiò fiat*; & *num.* 82. *Omninò nullus erit in monaſterio, qui non diſcat litteras, & de ſcripturis aliquid teneat, quod minimum eſt vſque ad nouũ teſtamentum, & Pſalterium*; & hac de cauſa *Collectæ agebantur* (ita Biuarius *ibid. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 19.) *vt de ſacris ſcripturis diſſererent, & diſputante Præpoſito, cæteri audirent*. Quodque ſacrarum litterarum ſtudium vſitatum dicit *lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 19. apud Monachos Palæſtinæ ſub Euthimio; & *cap.* 7. *num.* 42. ſub Saba; & *num.* 95. ſub Theodoſio, & *cap.* 8. *num.* 41. apud Monachos Arabiæ ſub Climaco, vbi *num.* 42. oſtendit ab eo non prohibita Theologica ſtudia, ſed tantummodò ſtrepitũ argumentorum, Doctoratus pompam, & cathedræ faſtum; & *lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 163. apud Monachos Syriæ ex S. Ioanne Chryſoſtomo, & *cap.* 2. *num.* 26. apud Monachos Meſopotamiæ ſub S. Ephrem; & apud Monachos Italiæ ipſemet Auguſtinus *lib. de morib. Eccleſiæ. Cathol. cap.* 31. vt vidimus *num.* 79. Et ſi apud Monachos tam vſitatum ſacrarum litterarum ſtudium, & de eis diſceptationes ſaltem domeſticæ, quarè non idem potuit intendere Auguſtinus in Regula, & ad hunc finem ſuis Cænobitis opportunam codicum diſtributionem præſcribere?

930 Aſt admitto P. Macedo, & libenter, præſcriptum per ea verba ab Auguſtino ſacrarum ſcripturarum ſtudium etiam in ordine ad alios, vt exteri quoque poſſent edoceri, vt *num.* 886. dictum eſt. Num propterea non afficit Monachos, quando ferè omnes à monaſterijs prodierint Eccleſiæ Doctores? *Sane tanta fuit* (do Biuarij *loc. ſup. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 20. hac de re teſtimonium) *olim Monachis aſſiduitas vacandi lectionibus diuinis, vt ex monaſterijs præcipui Eccleſiæ Doctores prodierint, ne dicam penè omnes ſiue Orientalem, ſiue Occidentalem Eccleſiam inſpiciamus*. Recolantur quæ diximus *quodlib.* 1. *dub.* 1. & 2. vbi eorum ſtatui hæc ſtudia non repugnare probauimus. Sufficiat prò nunc producere ſenſum S. Hieronymi *epiſt. ad Ruſtic. Monach.*, qui habetur *cap. Sic viue.* 16. *q.* 1. *Sic viue in monaſterio, vt Clericus eſſe merearis: multa tempore diſce, quæ poſtmodum doceas*; ex hoc enim ſolo patet dicta ſtudia non excludi à Cænobijs Monachorum. Et tandem quando adhuc Monachi antiqui ſtudijs huiuſmodi non vacauerint, quid ad rem de Cænobitis Auguſtinianis ab Auguſtino de nouo inſtitutis? Vidimus *quodlib.* 2. *dub.* 5. Monachos ab Auguſtino inſtitutos fuiſſe vitæ mixtę, hoc eſt ad proximorum ſalutem per ſacrorum ſtudiorum exercitia ordinatos; & ſignanter *n.* 219. Fratres, de quibus in *lib. de oper. Monach.* huiuſmodi ſtudijs vacaſſe. Prò ipſis ergò prouiſum in Regula de codicum diſtributione.

931 En igitur, quod nullo ſolido fundamẽto dicitur, non prò Monachis, ſeu Cænobitis, ſcriptam fuiſſe ab Auguſtino Regulam: quin potiùs ex eiſdem oppoſitis rationibus Cænobitis ipſis debet adiudicari. Producamus modò nonnulla, quibus poſitiuè probetur, eam prò Eremitis, & non prò Clericis contextam. Et primo loco ſit antiquiſſimus Regulæ titulus *ad Seruos Dei*, à Louanienſibus, & nouiſſimè à PP. Benedictinis approbatus, qui ex ſe ipſo prò Monachis eam factam declarat, quandoquidem ipſi propriè veniunt nomine *Seruorum Dei*: non quod ſolos Monachos eo nomine decorari prætendamus, & nullo modo Clericos, vt non benè nobis imponit Pennotus *ibid. cap.* 21 *n.* 1. ſed quatenus appellatio *Serui Dei* ſubſtantiuè prolata importat genus ſpeciale perſonarum, quarum ſit ipſa propria, ad differentiam eiuſdem adiectiuè pronunciatæ, quæ alijs poteſt competere. In præſenti autem non eſt adiectiuè poſita quo ſenſu poſſet, & Clericis applicari: ſed ſubſtantiuè, & ſic ſtat prò genere ſpeciali perſonarum, quarum ſit propria, nempè Monachorum, vt explicat Torellus in *Præfat. ad tom.* 7. *ſecul. Auguſtin. num.* 29., & facilè ſuadetur ex dictis *quodlib.* 1. *dub.* 6. vbi latè oſtendimus etiam in ſenſu Auguſtini *Seruitutis, & Seruorum Dei* nomine Monachatum, & Monachos venire.

932 Et vt tollatur omnis dubietas, cum iuxtà *ibid.* dicta *n.* 49. prò dignoſcendo, quando nomen *Seruorum Dei* (poſito quod ſit indifferens ad Monachos, & Clericos) ſupponat prò illis, debeat vel à circumſtantijs, comitantibus, vel aliundè coniectura deſumi, nonnulla

la nobis in præſenti occurrunt, quæ Regulæ titulum *ad Seruos Dei* coarctaot ad Monachos. Primò, quod in tota Regula nec ſemel *Clerici* nomen inueniatur: è contrà verò non ſemel *illud famulorum Dei*; Sic enim ibi: *Dicenti famulo Dei, quod ſibi doleat &c. Quæ famulos Dei tanto amplius decet &c.* licet namque Auguſtinus quandoque Clericos Seruos Dei appellauerit, cum in antecedentibus, vel in ſubſequentibus ipſos Clericos nominauerit, dignoſcitur, quod tunc cum eis fuerit locutus: hic autem, cum nullo modo eos io tota Regula nominet, benè dicitur, noo ad eos illum titulum *Ad Seruos Dei* referri, ſed ad eos, quos ſimpliciter in Regula famulos Dei appellat, nempè Monachos. Secondò, quia tum epiſtolæ, tum libri nunquàm inſcribuntur ſigno aliquo commnoi, vel iodifferenti, ſed proprio perſonæ, cui ſcribitur; quarè titulus Regulæ *ad Seruos Dei* ooo debet accipi in communi quadam ſignificatione, ſed particulari, & propria perſonarum, quæ ſecuodum communem, & proprium loquendi modum veniant ſub appellatione *Seruorum Dei*, quales ſunt Monachi: non verò Clerici, cum hi propriè Clerici nuncupentur. Et confirmatur, quia ſi Auguſtinus prò Clericis Regulam ſcripſiſſet, *ad Clericos* inſcripſiſſet, eo modo quo ſermones, quos ad ipſos habuit *de comm. vit. Cleric.* titulo diſcriminauit: quo adhuc fit, quod dum Regulam inſcripſit *Ad Seruos Dei*, alios à Clericis diuerſos iotellexerit, nempè Monachos. Et tertiò; quia titulus hic Regulæ *Ad Seruos Dei* regulari debet cum eo, quod Poſſidius *cap. 5. de vit. Auguſtin.* de ipſo Auguſtino ſub Regula viueote ſcripſit; nihil enim aptius excogitari poteſt prò inueſtigando, quid iotelligatur per hunc titulum Regulæ *Ad Seruos Dei*, quam illud, quod conſtat de ipſo Auguſtino ſub Regula viuente. Poſſidius autem ſic ibi de Auguſtino: *Factus ergò Presbyter monaſterium mox inſtituit, & cæpit viuere cum Seruis Dei ſecundum Regulam ſub Sanctis Apoſtolis conſtitutam*; quod, vt cum Iordano de Saxonia diximus *num.* 87. intelligendum eſt de Regula ab ipſo formata; nam viuere ſecundum Regulam nō formatam, ſeu ſimpliciter ad normam modi viuendi Apoſtolorum, iam ante cæperat, nempè Tagaſte. Secundum ergò Regulam ab ipſo formatam iuxtà normam Apoſtolicam cæpit viuere cum Dei Seruis in Hippooenſe mooaſterio: ſed quibus? non iam Clericis, cum monaſterium Clericorum non inſtituerit, niſi poſt aſcenſum ad Epiſcopatum; ergò cum Monachis; Dum ergò Regula inſcribitur *Ad Seruos Dei*, certè ad illos Seruos Dei refertur, cum quibus ſub Regula viuere cæperat; ergò non ad Clericos refertur, ſed ad Monachos; ergò prò iſtis, & non prò Clericis facta eſt.

933 Probari item ſolet ex alijs eiuſdem Regulæ verbis. Primò: *Nec erigant ceruicem, quia ſociantur eis, ad quos foris accedere non audebant*; & rurſus: *Qui ad hanc Sanctam Societatem ex paupertate venerunt*, quæ in ſolis Monachis verificari poſſunt, inter quos, cum olim diuitibus, atque oobilibus pauperes, & genere viliores admixti degebant: non verò in Clericis ab Aoguſtino reformatis; cum enim ante huiuſmodi reformationem tales eſſent omnes, ſcilicet Clerici, & Canonici, eiuſdem ſcilicet gradus, nulli eorum locus erat ex aliorum conſortio ceruicem erigendi; & cum ex redditibus Caoonicatuum, vel Patrimooio ſaltem viuerent, noo poteſt dici, quod ex paupertate venerint. Secuodò; ex alijs: *in Oratorio nemo aliquid agat &c.* Cum namque tunc temporis magna eſſet differentia inter Oratoria, Eccleſias, atque Baſilicas, vt habetur ex Canonibus additis in Trullo poſt ſextam Synod. videtur in illis verbis locutus Auguſtimus ad Monachos, qui, cum laici eſſent, Oratoria propriè habebant, in quibus pſalmos & Hymnos recitabant; noo ad Clericos, qui in Eccleſijs, aut Baſilicis ſua munera perſoluebant. Tertio ex illis: *nemo ſibi aliquid operetur, ſed omnia opera veſtra in vnum fiant*, quibus manuum labor, licet non præcipiatur, vt reſpondet Pennotus *d. cap. 21. n. 3.* ſaltem ſupponitur ab Auguſtino tamquam quid vſitatum inter eos Seruos Dei, ad quos ſcribit; quique cum proprius Monachorum eſſet, vt quoque notat in *d. Cenſura* Cænomaous per hæc verba: *de operando autem in commune, tam eſt conueniens ſtatui Monachorum, vt illud maximè commendauerit Auguſtinus edito peculiari libro, & inſcripto de opere Monachorum*: non verò Clericorum (tum qnia illi ex lucro dictorum laborum viuebant, & iſti ex redditibus Eccleſiæ; tum quia Canonici, quin & Clerici in Sacris conſtituti his maouum operibus iotendere non tenebantur, vt habet ipſe S. P. Auguſtinus *d. lib. de oper. Monach. cap. 21.* de aliquibus laicis Monachis laborare recuſaotibus ſic loquens: *Iſti autem Fratres noſtri temerè ſibi arrogant, quantum exiſtimo, quod huiuſmodi habeant poteſtatem, ſcilicet non laborandi. Si enim Euangeliſtæ ſunt, fateor, habent; ſi miniſtri Altaris diſpenſatores Sacramentorum, benè ſibi iſtam non arrogant, ſed planè vendicant poteſtatem*) arguit ad Monachos, & noo ad Clericos directam Regulam.

934 Efficaciùs tamen probatur ex eo, quod iſti Serui Dei, ad quos eſt Regula, ſub vnius Præpoſiti, atque vnius Presbyteri obedientia regebantur: *Præpoſito, tamquàm Patri obediatur, multò magis Presbytero*; & iterùm: *Conuictus verò ſecundum arbitrium Præpoſiti, vel etiam Presbyteri*; & item: *Ad Præpoſitum præcipuè pertinebit, vt ad Presbyterum*; quod ſolos Monachos afficere poteſt, cum ipſi, vtpotè laici vni Præpoſito laico, & inſuper vni Presbytero, vtpotè animarum Parocho, & Sacramentorum adminiſtratori ſubdereotur, vt dictum eſt *num.* 883. non verò Clericos, quorum Prælatus ipſe Epiſcopus: quin, cum omnes eſſent in Sacris, & maiori ex parte Sacerdotes, nec laicum Prælatum, ſeu Præpoſitum habere poterant, nec verificari poteſt, quod ioter eos vnus Presbyter eſſet. Vnde Suarez *d. lib. 2. cap. 8. num. 19.* ſic

ad rem: *Ex quibus verbis colligo Religioſos illos, ad quos primò Auguſtinus illam Regulam direxit, fuiſſe Monachos ſimiles illis, qui tunc erant in Oriente, & per Italiam, qui ordinariè, & per ſe ratione ſtatus non erant Clerici, ſed laici Monachi. Nam ſingulare nomen Presbyteri apertè indicat vnum tãtum fuiſſe in illa Congregatione, & conſequenter illam non fuiſſe Congregationem Clericorum; Item colligitur, Præpoſitum non fuiſſe Presbyterum, quamuis haberet ordinarium regimen, & adminiſtrationem monaſterij, vt ex alijs locis eiuſdem Regulæ ſatis conſtat. Denique colligitur reliquos omnes, regulariter loquendo, fuiſſe Monachos laicos.* Et, quod magis conſiderandum eſt, Deſnos ipſe, qui Canonicus Regularis eſt, *d. cap.* 22. ſic de quibuſdam, quæ in Regula Clericis impropria ſunt, *ad Clericos autem nullo modo detorqueri poſſunt veluti cum dicitur: Præpoſito tamquàm Patri obediatur, multò magis Presbytero, qui omnium veſtrum curam gerit. Qui enim quadret id Clericis, apud quos nullus vmquàm Præpoſitus fuit, qui non eſſet Presbyter?* Vnde non eſt opus vlteriore probatione, vt dignoſcatur Regulam nõ ad Clericos, ſed ad Monachos fuiſſe directam.

935 Hæc ſunt, quæ Regulam hanc non prò Clericis factam ſuadent, ſed prò Eremitis. Verùm quia ſunt & claſſici Authores, qui & eis communem illam volunt, ne videar hanc illis gloriam demere; ex dictis ſaltem colligam cum Suarez de *tract.* 9. *lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 17. & 19. *verſ. nihilominùs* factam fuiſſe primò prò Eremitis, & ſubinde ad eodem Auguſtino & Clericis applicatam, quod propter dicta negare non intendo, deſiderans tantummodò erudiri de cauſa, cur in prædictis Concilijs de ea actum non fuerit, cum eam ſcriptam, & præextitiſſe probauerimus *dub.* 3. & 4. Ex quo tandem concludam, vt à *n.* 195. §. *probari item* & *n.* 200. §. *Alia ſuperſunt* præmonuimus, Monachum fuiſſe, & Monachatus inſtitutorem Auguſtinum, contrà P. Macedo, qui *loc. ſup. diff.* 2. *cap.* 7. §. 3. *pag.* 723. contrarium volebat, ex eo quod Regulam non prò Monachis, ſed prò Clericis ab eo ſcriptam ipſe prætenderet.

DVBIVM VIII.

De eiuſdem Regulæ approbatione, & excellentia.

936 ET prò prima parte faciunt ea omnia, quæ de Ordinis approbatione dicta ſunt *quodlib.* 2. *dub.* 11. & 12. cum eadem ſit ratio approbationis Ordinis, & Regulæ, vt notat Suarez d. cap. 9. *n.* 32. & 33. ſed in ſpecie quæ ibid. *nu.* 275. relata ſunt, vbi ab Innocentio I. & Zoſimo Summis Pontificibus eam approbatam vidimus ex Illeſcas, & Miræo, quibus addendus Franciſcus Padilia, qui in *Hiſtor. Eccleſ. Hiſpan. centur.* 5. *cap.* 11. ſic diſertis verbis idem de Innocentio I. ſcripſit: *Innocentius I. confirmauit nonnulla Concilia habita tempore ſui Pontificatus, approbauitque Regulam, quam S. Auguſtinus Eremitis, cum quibus vixerat, tradidit.* Nec prætereundum, eam non ſolum receptam fuiſſe in Concilio Romano ſub Gelaſio Papa, qui anno 492. ſedit. Iacob. Pignatell. *Conſult. Canonic. tom.* 1. *Conſult.* 195. *nu.* 20. ſed quoque approbatam, vt notant Caſſaneus in *Catalog. glor. mund. part.* 4. *conſiderat.* 71. & laudatus Miræus in *codic. Regul. de Regul. & Societat. Ieſu. cap.* 3. dum namque S. Auguſtini opera approbauit in *cap.* 5. *Rom. Eccleſia. diſt.* 15. & illam approbauit, quia approbatio indefinita comprehendit omnia *l. ſi quibus. de leg.* 2. Præpoſ. in *d. cap. S. Romana. n.* 2. *verſ. nota quod, nedum.* adductus à Lancellot. in *cauſa præceden. inter Canonicos, & Monachos*, apud Tamburin. *de iur. Abb. diſp.* 25. *q.* 1. *n.* 151. & non ſolùm, vt vult Antonius Yeppes *tom.* 1. *Chronic. Benedict. centur.* 2. *ad ann.* 595. *cap.* 3. tamquàm librum catholicum: ſed tamquam librum compoſitum ad inſtructionem Religioſorum; non enim illud Opuſculum approbare poterat, niſi illud approbando, vt erat, & vti ab eo compoſitum fuerat; adeòque cum illud compoſuerit, vt eſset Regula prò Monachis, vti Regulam approbauit, vt benè ex *l. diximus. de excuſ. tut.* Lancellot. *ibid. n.* 152. Hoc vnum certùm, quod vna eſt ex quatuor Regulis ab Eccleſia approbatis: quin & ante Concilium Lateranenſe, vt probauimus *d. quodlib.* 2. *dub.* 12., & ſignanter a *n.* 293. & cum non ſit aſſignare quando, & à quo alio Summo Pontifice fuerit approbata, ſine fundamento negatur, eam fuiſſe à prædictis Summis Pontificibus Innocentio I. Zoſimo, & Gelaſio I. approbatam.

937 Hinc ſatis rationabiliter infertur, eius approbationem præceſſiſse approbationem Regulæ S. Benedicti, cum hanc à S. Gregorio Magno ſub anno 595. approbatam ſcribat Baronius ad *d. ann.* Nec contrarium euincitur ex eo, quod in *cap. perniciosſam* 18. *q.* 2. ab Innocentio II. primo loco nominata fuerit Regula S. Benedicti; hoc enim ideò euenit, quia, cum intenderet Summus Pontifex abolere pernicioſam conſuetudinem quarumdam mulierũ, quæ religioſæ videri volebant, & nullam Regulam Sanctorum neque Benedicti, neque Baſilij, aut Auguſtini obſeruabant, primo loco eam S. Benedicti protulit, quia cum præ alijs eſſet tunc magis dilatata, & communior, ei primò ſe ſe obtulit: neque prò exprimenda dicta Summi Pontificis intentione neceſſe erat in Regularum nominatione ſeruare ordinem approbationum earumdem; quamcumque enim primò loco nominaſſet, ſuam mentem æque explicaſſet: nec ibi intendit Summus Pontifex declarare prioritatem dictarum Regularum; & ſic non infertur ex ordine nominationis ibi prò dicta pernicioſa conſuetudine abolenda priùs approbatam S. Benedicti Regulam; non enim attenditur ordo litteræ, quando certi ſummus Legiſlatorem non dare ordinem prioritatis, per Felin. in *cap. cum dilecta. col.* 10. *n.* 21. *verſ. quintò declara. de reſcript.* Lancellot. *loc. ſup. n.* 154. & Bordon. *in theatr. præceden. nu.* 134. prout in *d. cap. cap. pernicioſam*

ſicuti

ſicuti dictum eſt : ſed attendendus eſt, quando conſtat de mente diſponentis ipſum ſcilicet intendere dare, ſeu declarare ordinem prioritatis per text. *in cap. vt lex continentiæ 27. q. 1. cap. vbicumque. 13. q. 2.* quod non poteſt dici intentum ab Innocentio II. in eo *cap. pernicioſam*; & propterea adhuc priùs approbata cenſeri debet S. Auguſtini Regula, cum S. Antoninus in *3. p. tit. 16. cap. 1. col. 10. verſ. notandum.* teſte Lancellot. *ibid. nu. 157. verſ. & hunc,* magiſtraliter, & per viam doctrinæ ponens Regulas à S. Sede approbatas, inquit: *Quatuor ſunt Regulæ ab Eccleſia approbatæ, ſub quarum aliqua militant omnes Religiones Eccleſiæ Catholicæ: prima fuit Baſilij, ſecunda Auguſtini, tertia Benedicti*; & ità ſentiunt ferè omnes, dum de Regulis ab Eccleſia approbatis loquentes prædicto ordine eas enumerant.

938 Quoad ſecundam partem de excellentia, magna quidem eſt, cum ſit prima inter Regulas latinæ Eccleſiæ, vt notat Suarez *d. lib. 2. cap. 8. num. 13.* facta ab Epiſcopo, Doctore, & Sancto, vt conſiderat Humbertus in ipſam Regulam *cap. 2.* vbi & ſubdit: *Prætereà multæ ſunt Regulæ, quæ imponunt multas obſeruantias corporales: Regula verò B. Auguſtini conſiſtit circà ſpirituales actiones, vt ſunt, Dilectio Dei, & proximi, vnitas cordium, concordia morum, & ſimilia: quis autem neſciat exercitia ſpiritualia præcellere exercitationibus corporalibus, ſicut ſpiritus præeminet corpori, & lex ſpiritualis legi carnali?* Et quia ſpecialiter ad normam vitæ Apoſtolicæ, vt præter Humbertum *ibid.* declarat Nicolaus Pleneuaulx in *Prim. Auguſtin. lib. 3. cap. 7.* dicens: *Nullus tamen* (loquitur de antiquis Monachis) *docuit viuere ſecundum Regulam Apoſtolicam, vt omnia eſſent communia; nam licet Baſilius Monachis Regulam ſcripſerit, & veterem, agreſtemque viuendi rationem ad meliorem formam traduxerit, vt Nazianzenus dicit: tamen, quod omnia Monachis eſſent communia, nec eorum quiſque aliquid proprium diceret, ac haberet, id verò primus omnium docuit Auguſtinus.* Et quia *Planior, & clarior* (verba ſunt Antonini *3. p. tit. 24. cap. 14. §. 7.*) *aliquibus alijs in limpitudine contentorum in ea, quia de nonnullis alijs, quantum ad contenta in eis apud Apoſtolicam Sedem varia dubia exorta fuerunt, & diuerſæ declarationes poſtulatæ. Sed contrà in iſta Regula tanta ſunt conſideratione digeſta, quod nullo tempore apud Apoſtolicam Sedem fuit dubitatum de contentis in ea. Eſt etiam ſuauior, & lenior in moderamine; nunquàm enim fuit dubium apud quemquam, an in Regula Auguſtini ſit aliquod præceptũ necdum impoſſibile ad ſeruandum, ſed nec ſuprà modum humanæ fragilitatis difficile, ſicuti de quibuſdam alijs Regulis.* Et quia tot, & inſignes Religioſi, & tum Regularium, tum Militarium Ordines, vt videre eſt apud Torellum *ad ann. 389. à num. 131. & ſeq.* Tamburin. *de iur. Abb. tom. 2. diſp. 24. q. 4.* & Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 41.* ſub ea glorioſiſſimè militant. Ex quibus omnibus hanc S. Auguſtini Regulam alijs præſtantiorem eſſe cum M. Petro Martyre Feſto in *ſum. Ord. part. 2. cap. 37.* concludit Hyacinthus Donatus in *prax. rer. regul. tom. 3. tract. 1. q. 2.*

DVBIVM IX.

De Conſtitutionibus, & earum approbatione.

939 ETſi ſecundùm aliquam conſiderationem Conſtitutiones quoque Regula dici poſſint, quatenùs ſcilicet, vt notant S. Antoninus *in ſum. 3. p. tit. 16. §. 4.* & Suarez *d. tom. 4. tract. 8. lib. 1. cap. 1. num. 4.* & in illis conſiſtit norma perfectè viuendi in aliqua Religione; nihilominus ſumpta Regula, prout *dub. 1.* diximus pro ea norma perfectè viuendi, quæ antonomaſticè Regula dicitur, ſeu collectione præceptorum à primo Fundatore Religioſi ſtatus tradita, & tamquàm fundamento modi viuendi in tali Religione, Conſtitutiones dicuntur ea particularia ſtatuta, quæ ſpeciales obſeruantias in Regula non expreſſas, ad ipſam tamen ordinatas continent. Lezana *tom. 4. conſult. 6. n. 21.* Iul. Capon. *diſcept. forenſ. tom. 2. diſcept. 83. num. 14.* & à Religione ipſa conduntur: Idem Lezan. *conſult. 36. nu. 5.* Bordon. *tom. 5. de profeſſ. cap. 2. num. 27.* quæ proindè comparantur cum Regula, ſicuti in naturalibus perfectiones, ſeu formæ accidentales cum forma ſubſtantiali, ſeù anima, quæ eſt perfectio ſubſtantialis compoſiti. Idem Lezan. *tom. 1. part. 1. cap. 8. num. 1.* Antonius à Spiritu Sancto in *DirectLor. tract. 3. diſp. 6. num. 463.*

940 In hoc ergo ſenſu accipiuntur Conſtitutiones in præſenti pro collectione ſcilicet earum obſeruantiarum, quæ in ordine ad S. P. Auguſtini Regulam ſunt in Capitulis generalibus ſancitæ. Et differunt à Regula, vt habet idem Suarez *ibid. num. 5.* ratione originis; vel quatenùs illa prior, iſtæ poſteriores. Bordon. *d. cap. 2. num. 19.* & per hoc, quod Regula eſt quaſi generalis, & communis: Conſtitutiones autem ſpeciales, & propriæ. Principalior tamen differentia eſt, quia Regula ſicuti à Legiſlatore condita eſt, Conſtitutiones verò à Religione; ita illa perpetua eſt, & nequit mutari ſine Papæ auctoritate: Conſtitutiones verò iuxtà facti contingentiam poſſunt ab ipſis Capitulis variari. Ità ex Ioan. Andr. in *nouell.* S. Antonius *3. p. tit. 16. cap. 1. §. 4.* Azorius *inſtit. moral. tom. 1. lib. 13. cap. 11. §. ſeptimo.* Bartholomæus à S. Fauſto in *theſaur. Relig. lib. 6. q. 4.* Lezan. *d. cap. 8. num. 2.* A Spiritu S. *ibid. n. 181. & 469.* Donatus *eod. tom. 3. tract. 1. q. 3.* & Nigronus in *Regul. communior. Societ. Ieſ. Tit. part. 1. num. 5.*

941 Et licet Suarez *loc. ſup. num. 5.* dubitet de hac differentia per hoc, quod non conſtet, Regulas ſcilicet SS. Baſilij, Auguſtini, & Benedicti ità fuiſſe à Papa confirmatas, vt non poſſint à Religinnibus, quæ illas profitentur, communi conſenſu, & auctoritate mutari, quoad aliqua tamen, quia mutare in totum, eſſet mutare Religionem; ſuſtinetur nihilominus prædicta differentia, quia clarum eſt, Regulam nullatenùs poſſe mutari à Religione, licet poſſint

Conſtitutiones; & ratio eſt, quia Regula non eſt Regula, niſi à Papa approbata per DD. communiter; Ergò nequit à Religione mutari, & eſſe Regula; quod non militat in Conſtitutionibus, cum de ſe poſſint eſſe tales etiam præciſa Papæ approbatione. Et confirmatur, quia Regula ab eius Auctore nullas recipit vires, cum illam condens ſit priuata perſona; ac proinde recipit primum eſſe ſubſiſtens, & firmum ab Apoſtolica Sede per approbationem; vnde legis Pontificię denominationem ab eadem Sede recipit: Conſtitutiones verò ſuum eſſe perfectum recipiunt à Capitulo Religionis earum conditore, cum habeat ius condendi ſtatuta, & Conſtitutiones; adeòque & eo ipſo quod ſunt conditæ, habent ex ſui natura vim obligandi Religioſos (pręſcindendo à Statutis particularibus contrarijs) etiam ante Apoſtolicam approbationem. Roderic. *qq. regul. tom.* 1. *q.* 10. *art.* 1. Miranda *tom.* 2. *q.* 29. *art.* 1. *concl.* 2. Peyrin. *de ſubdit. q.* 1. *cap.* 8. §. 3. Iul. Capon. *tom.* 1. *diſcept.* 53. *num.* 13. Vnde fit, quod Conſtitutiones, cum habeant per ſe vim à Religione, ab eadem mutari & poſſint: non verò Regula, quæ habet vim ſolùm à Papa, & ideò lex Pontificia dicitur, quia nullus inferior poteſt ſuperioris legem tollere, vel mutare. Ità & benè Bordon. *loc. ſup. cap.* 1. *à num.* 173. *& ſeq. & cap.* 2. *à num.* 64. *& ſeq.* Capon. *ibid. num.* 14. Quod tamen intelligendum eſt de Conſtitutionibus, quantum eſt ex ſe; nam ſi fuerint & ipſę approbatæ à Sede Apoſtolica, ità quod nec ipſę mutari poſſint, vt de noſtris dicetur, *num.* 954. hoc erit per accidens, & non de natura Conſtitutionum, cum ipſæ talem approbationem non petant, ſicuti petit Regula.

942 De bis autem Conſtitutionibus Ordinis Eremitarum plura diximus *quodlib.* 5. *dub.* 12. vbi de earum origine, & iterata mutatione; & eas non eſſe à S. Sede approbatas, ſed tantùm benedictas notauimus ex Iordano de Saxonia *num.* 300., ſicuti & illas ſub Seripando Decretis Capitulorum generalium de 1543. & 1547. reformatas, & iterùm à Summo Pontifice benedictas teſte Cardinali Ceruino Protectore in Præfatione ad eaſdem Conſtitutiones, vt pariter dictum eſt *d. num.* 300., & clarè legitur in Bull. Innocentij III. incipien. *Ex debito Paſtoralis officij.* §. 2. *&* 5. apud Empol. in *Bullar. Ord. pag.* 215. Et ex illis tandem maiori ex parte deſumptas, quæ in noſtra Congregatione obſeruantur, & à P. Generali Alexandro Senenſi confirmatas præmonuimus *n.* 445. *&* 451.

943 Et quoad eas huius Excalceatorum Congregationis ſub ea forma, quam modò habent, aliqua breuiter notanda occurrunt; & in primis, licet deſumptæ ſint vt plurimum a PP. Calceatorum Conſtitutionibus, modo tamen, quo eod. *num.* 445. dictum eſt, ex ea parte, qua differunt, antiquioris obſeruantiæ reformationem, & vitæ rigores importare, prout *quodlib.* 5. *dub.* 8. 9. *&* 12. Secundò: taliter ab eadem Diſcalceatorum Congregatione compilatas, vt habet Paulus V. in earum prima confirmatione de 1610. ſub die 28. *Septembris.* in incipien. *Chriſtifidelium.* per hæc verba: *Cum itaque, ſicut accepimus, non ità pridem dilecti filij Fratres Congregationis Diſcalceatorum Italiæ Ordinis Eremitarum S. Auguſtini quaſdam ordinationes, & Conſtitutiones regulares pro fælici eiuſdem Congregationis regimine, & gubernio iuxtà illius vitæ regularis inſtituta ediderint &c.* Tertio poſt longam controuerſiam ſuper earumdem validitate vt *ſequen. quodlibet. dub.* 9. dicetur; iuſſu eiuſdem SS. D. Pauli V. per DD. Cardinales Saulium Verallum, & Lancellotum exactam diſcuſſionem, & examen denuo ab ipſomet Summo Pontifice die 5. *Maij* 1620. (vno tantùm moderato ſtatuto vt *d. dub.* 9.) cum earumdem inſeritione confirmatas fuiſſe per litt. *Sacri Apoſtolatus.* vt in noſtris *litt. Apoſt. litt.* 7.

944 Ex quibus habetur præfatam confirmationem fuiſſe ex certa ſcientia, tum quia ex præcedenti cauſæ cognitione per Cardinales Saulium, Verallum, & Lancellotum de mandato Pauli V. Abb. *in cap.* 1., *&* 2. *num.* 6. *verſ. quædam confirmatio*; & ibi Dec. *num.* 47. *de confirmat. vtil. vel inutil.* Barboſ. *in cap. cum dilecta tit. eod. num.* 15. tum quia cum inſeritione totius tenoris Conſtitutionum *cap. Venerabiles. eodem tit. de confirmat. vtil. vel inutil.* vbi Barboſ. cum multis *nu.* 2. *& in clauſul. vſufrequ. clauſul.* 59. *num.* 61. Fagnan. in *cap. ſi quis eodem tit. num.* 12. Rot. *decìſ.* 102. *num.* 3. *part.* 1. *recen. & decìſ.* 157. *num.* 8. *part.* 6. Murga in *Conſtit. Apoſt. ad conſtit.* 15. *in fin.* Adeòque eſſe verè in forma ſpecifica iuxtà Gloſs. in *cap. Paſtoralis. §. Præterea. verb. ex certa ſcientia. de offic. deleg.* Abb. in *cap. Inter dilectos. de fid. inſtrum. col.* 7. item *conſil.* 62. *col.* 3. Roman. *conſ.* 327., *&* 336. Rot. *decìſ.* 222. *num.* 12. *&* 13. *part.* 7. *recent.* & coram Merlino *decìſ.* 743. *num.* 12. Fagnan. in *d. cap. Si quis. n.* 12. Bordon. *reſol.* 149. *& tom.* 5. *de profeſſ. regul. cap.* 1. *num.* 166. & conſequenter præualere iuri communi Suarez. *de Relig. tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 12. Donat. *tom.* 1. *part.* 2. *tract.* 9. *q.* 1. *num.* 26., & *tom.* 3. *tract.* 12. *q.* 92. *num.* 2., Ludouicus à S. Raymund. *reſol. moral. p.* 2. *tract.* 5. *num.* 11. Habetur ſecundò, non ſolum eſſe has Conſtitutiones confirmatas, ſeu tributum illis per hanc confirmationem ius obligandi, ſed inſuper declaratas, vt opportunas, & conuenientes, cum Summus Pontifex vſus fuerit non ſolum verbo confirmandi, quod pertinet ad clauem iuriſdictionis, ſed etiam verbo approbandi, *approbamus*, quod pertinet ad intellectum, & clauem ſcientiæ Anton. à Spirit. Sanct. *tract* 4. *diſp.* 8. *n.* 40. cum Suarez de Relig. *tract.* 10. *lib.* 1. *c.* 4. *n.* 12.

DVBIVM X.

De facultate condendi, & abrogandi Conſtitutiones, & in his ſeruandis.

945 ET quoad hęc obſeruandum primò Capitulum generale eas condere poſſe tum

tum de iure communi, cum quælibet Vniuerſitas, Eccleſia, & Collegium hoc ius habeat, vt ſupponitur in *cap. cum omnes cap. cum acceſſiſſent cap. cum M. de conſtit. cap. cum aliquibus. de reſcr. in. 6.* & in terminis in *cap. In ſingulis de ſtat. Monach.* & cuilibet Communitati inſit facultas condendi ſuas leges, ſine quibus ſubſiſtere non poteſt per Bonacin. *de leg. q. 1. punct. 3. nu. 15.* & communiter; adeòque id preſtari poſſe à Capitulis Generalibus, quæ Religionem repreſentant, ex Mirand. *tom. 2. quæſt. 29. art. 1. concl. 2.* Peyrin. *de Prælat. quæſt. 1. cap. 8. num. 5.* Tamburino *de iur. Abb. tom. 3. diſp. 1. q. 1. nu. 3.* Lezan. *tom. 1. part. 1. cap. 8. nu. 3. & part. 2. cap. 12. num. 6.* A Spiritu Sancto *tract. 4. diſp. 8. num. 41.* Donat. *tom. 2. tract. 12. quæſt. 2., & tom. 3. tract. 1. q. 8.* Vecch. *diſp. 4. dub. 1. num. 4.* Bordon. *reſol. 149. n. 152.* Paſſerin. *de ſtatib. tom. 3. q. 189. art. 10. num. 310.* tum iure particulari, cum ad id in noſtris Conſtitutionibus Apoſtolicis facultas expreſsè ei concedatur, vt infrà. Secundò ſolum Capitulum generale eas condere poſſe, tum quia regulariter hæc poteſtas, quæ meri, & mixti imperij vocatur à Iuriſconſultis Bald. *in l. prima ff. de iuſt. & iur.* reſeruatur communitati D. Thomas 1. 2. *q. 90. art. 3.* ſeu Capitulo generali. Suarez *d. lib. 2. cap. 8. nu. 4.* Mirand. *ibid. concl. 3.* Tamburin *loc. ſup.* cui omnes ſubduntur, etiam ipſe Generalis. Suarez *dict. num. 4., & tract. 10. lib. 10. cap. 4. num. 16.* Cordub. *q. 3. in cap. 8. Regul. D. Franc.* Peyrin. *d. cap. 8. num. 15.* Tamburin. *ibid. nu. 3.* A Spiritu Sancto *loc. ſup. num. 37. & 42.* Bordon de *profeſſ. cap. 2. num. 39.* tum quia ab eiſdem Conſtitutionibus eidem Capitulo eſt hæc reſeruata facultas, vt mox dicemus.

946 Aduertendum eſt autem, quod dum dicitur, ad Capitulum generale ſpectare Conſtitutiones condere, non importari per ſe, quod à toto Capitulo generali fiant, hoc eſt à Superiore Generali, & cæteris vocalibus; licet enim in *cap. cum acceſſiſſent de Conſtit.* habeatur *De communi aſſenſu Canonicorum Tullenſium fuerit conſtitutum*; hoc tamen non importat neceſſitatem conſenſus totius Capituli, cum oppoſitum ſit clarè reſolutum in terminis de Regularibus in *cap. In ſingulis. de ſtat. Monach.* vbi *Et quod ſtatutum fuerit illis quatuor approbantibus inuiolabiliter obſeruetur omni excuſatione, contradictione, & appellatione remotis.* Vnde quantum ex natura rei, & de iure communi poſſe fieri leges pro tota Religione à ſolo Definitorio generali docent Lezana *tom. 1. part. 1. cap. 8. n. 3.* & Iul. Capon. *tom. 1. diſcept. forenſ. diſcept. 53. num. 21.* nomine ſiquidem Capituli generalis venit Definitorium generale; & quod ab hoc fit, à Capitulo generali factum cenſetur. Antonius à Spirit. Sanct. *tract. 3. diſp. 3. num. 61.* cum totam repreſentet Religionem, habeatq; ſupremam quamdam poteſtatem. Paſſerin. *de elect. Canonic. cap. 37. num. 2.* & de facto in aliquibus Religionibus hoc munus quibuſdam ſpecialibus perſonis de Capitulo demandatur, vt de ſuo Ordine aſſerit Bordon. *d. reſol. 149.* à *num. 155. & ſeqq.* Ita & in noſtra Congregatione ſoli Definitorio Capituli tamen generalis reſeruatur hęc facultas ab ijſdem Conſtitutionibus. *3. part. cap. 2. num. 13. de Capitulo generali,* per hęc verba: *Ad hoc Definitorium ſpectat iuxtà iuris formam Conſtitutiones, ordinationes, declarationes, inchoationes condere, annullare, alterare, diſpenſare, declarare, & facere; & in his omnibus maxima cum maturitate procedendum eſt, & quantum fieri poteſt, abſtinendum à nouis Conſtitutionibus, ordinationibus, & cæteris.* Et poteſtas Capituli generalis regulanda eſt ſemper iuxtà modum præſcriptum in cuiuſque Ordinis Conſtitutionibus. Suarez *d. nu. 16. & tract. 8. lib. 2. cap. 8. num. 10.* A Spiritu Sancto *dict. diſp. 8. nu. 36.* Ludouicus à S. Raymund. *reſol. moral. part. 2. tract. 5. num. 33.* Cum quo nihilominus ſtat, quod poſſint alij PP. vocales admitti ad huiuſmodi condenda ſtatuta, cum in dictis Conſtitutionibus non adſit particula excluſiua aliorum vocalium. Bordon. *d. reſol. 149. num. 156.* eo modo, quo & ſi ſolis de Capitulo competat ius eligendi, poteſt nihilominùs de iure communi, & cum Nauarr. *lib. 5. conſ. de Simon. conſ. 9.* Lezan. *tom. 1 part. 1. cap. 15. n. 20.* toto conſentiente Capitulo, & extraneus vna cum alijs admitti ad eligendum.

947 Obſeruandum eſt etiam ad rationem Conſtitutionum; ſeu vt aliquod ſtatutum habeat in noſtra Congregatione vim Conſtitutionum, tria requiri: primò, quod ad ſtatutum per modum ordinationis concurrant ſeptem ex nouem PP. Definitorij: Secundò, quod per duo Capitula generalia, vt talis approbetur: tertiò, quod iterum confirmata in tertio Capitulo à Sede Apoſtolica approbetur; ſic enim *d. cap. 2. num. 14. Quarè præcipimus, quod ordinationes, quæ acta vulgò dicuntur, fieri non poſſint, niſi ſeptem ex nouem PP. concurrant; & niſi in Capitulo ſequenti denuò examinatæ confirmentur, eo ipſo expirent;* & *num. 15. Solæ Conſtitutiones perpetuò durabunt: ut verò in corpus Conſtitutionum aliquid redigatur, prius per ſexennium, ut ordinatio à duobus Capitulis approbabitur; & ſi in tertio Capitulo ſeptem ex nouem PP. confirmauerint, vim Conſtitutionis habere incipiat, dummodò fuerit à Sede Apoſtolica approbata; & idem dicimus de abrogatione, ſeu alteratione alicuius Conſtitutionis.*

948 Sed quia ſuper his nonnullæ oriuntur difficultates, placet hic breuiter eas reſoluere. Et primò, dum dicitur, quod ſtatutum aliquod, ad hoc, vt in corpus Conſtitutionum redigatur, debeat approbari per duo Capitula generalia tamquam ordinatio, & in tertio confirmari &c. dubitatur, an neceſſe ſit, quod huiuſmodi approbationes, & confirmationes fiant in Capitulis immediatè ſuccedentibus, vel ſufficiat, quod fiant in tribus Capitulis ſiue imediatis, ſiue diſcontinuis. Et dico approbationes huiuſmodi debere eſſe continuas, hoc eſt in capitulis immediatè ſuccedentibus: tum quia ordinationes, ſi non confirmentur in capitulo immediatè ſubſequenti, eo ipſo expirant ex diſpoſitione ſuprapoſita Conſtitutio-

num

num; vndè eſt, quod ſi modo dicto non confirmentur, non amplius cenſendæ ſunt in rerum natura; adeòque nec poſſunt in altero capitulo diſparato confirmari, quando confirmari non dicuntur, quæ non exiſtunt; & ſi contingant confirmari, non iam confirmatæ, ſed potius innouatæ dicendæ ſunt; & ad effectum acquirendi formam Conſtitutionum, requiritur, quod habeant eſſe, & approbentur per tria capitula, hoc eſt, quod vigeant toto illo tempore in ratione ordinationis, quod nequit verificari ſine confirmatione in capitulo immediatè ſubſequenti, cum hac ſublata iam ex ſe expirent. Tum quia ibi indicitur *prius per ſexennium, vt ordinatio à duobus Capitulis approbabitur, & ſi in tertio Capitulo ſeptem ex nouem PP. confirmauerint*; Sexennium enim formalitatem quamdam dicit vltrà ſex annos, ſcilicet continuationem, quæ non importatur per ſex annos ſimpliciter; & tertium Capitulum refertur ad primum, & ſecundum immediatè antecedentia, quia ſi alia intermediauerint, iam non tertium erit, ſed vel quartum, vel quintum; Et ſic liquet, huiuſmodi ordinationes eſſe condendas, & confirmandas in tribus immediatè ſibi ſuccedentibus Capitulis generalibus, ad hoc vt ſortiri valeant rationem Conſtitutionum; nam temporis ordinatio poſita à ſtatuto dicitur eſſe de forma. Roland. *conſ.72.num.71. lib.3.* Ozaſc. Pedem. *deciſ.163. num.9. cum ſeq.*: quæ tamen intelligenda ſunt, quando Religio vult vti ea triplici approbatione, quod tunc ſcilicet ea temporis ordinatio ſit de forma, hoc eſt, debeat fieri per tria Capitula ſibi immediatè ſuccedentia, & non per interpolata propter dicta; non verò quod ipſa triplex approbatio ſit de forma pro nouis Conſtitutionibus; hoc eſt, quod non poſſit aliqua ordinatio redigi in Conſtitutionem, niſi præcedente illa triplici approbatione propter inferius dicenda.

949 Dubitatur item circà approbationem Pontificiam. Primò: an confirmata ordinatione per tria Capitula generalia, poſſit ipſa habere vim Conſtitutionis, & obligare, vt Conſtitutio, ante impetrationem Pontificię approbationis? Et dico, quod non; licet enim taliter approbata non expiret, cum ſit in ſubſequentibus immediatè Capitulis confirmata: quin perſeueret in vi obligandi, quouſque fuerit expreſsè à Definitorio ſeptem ex nouem concurrentibus reuocata iuxta declarationes Capitulorum generalium de 1659. *ſeſſ.* 14. *de* 1662. *ſeſſ.6. de* 1665. *ſeſſ.7.* nequit tamen formam Conſtitutionis induere, donec fuerit à Sede Apoſtolica approbata, vt denotat illa clauſula *Dummodò fuerint à Sede Apoſtolica approbata*, quia dictio *Dummodò* ſiue importet modum, ſiue conditionem, ſemper requirit, quod adimpleantur ea, quibus iſta dictio adiungitur: ſecus actus non aſſequitur effectū, vt cum multis Barboſ. in *diction. vſufrequ. diction.95. num.8.* & in terminis de reſeruatione Confirmationis Apoſtolicæ ad validitatem ſtatutorum Lezana *conſult. 5. num.6.* vbi ex Rot. in *Piſana Bonorum 28. Octobr. coram Brauo*. Et in *Aretina Capellaniæ, 16. Ianuar. 1616. coram Burat.* & alijs, fruſtrari deciſionem non habito beneplacito Apoſtolico, vbi illud eſt neceſſarium. Nec in præſenti videtur habere locum, quod dicit Antonius à Spiritu Sancto *loc. ſup. nu.40.* leges ſcilicet conditas in Capitulis generalibus ſtatim cenſeri Apoſtolica auctoritate approbatas, ex quadam Bulla Pauli III. de qua Suarez *d. tom.4. de Relig. tract.10. lib.1. cap.4. num.12.* ſicut ex alijs Summis Pontificibus Roderic. *qq. canonic. & Regul. tom.1. quæſt.41. art.2.* Peyrin. *tom.1. de priuil. ad Conſtit. Pirrh. nu.10.* cum per eam clauſulam *Dummodò fuerint à Sede Apoſtolica approbata* exigatur ſpecialis Papæ approbatio: ſecus ſi cenſendæ eſſent apud nos eò ipſo approbatæ, ſuperflua eſſet dicta clauſula, quod tamen non eſt admittendum. Verumtamen eſt, non neceſſariò requiri, quod ab Apoſtolica Sede approbentur ſtatim ac fuerint in tertio Capitulo confirmatæ, cum hoc à lege non præſcribatur; & ideò eam procurare remanet ſub arbitrio: cum hoc tamen, quod tunc ſolum quando continget haberi eiuſdem Sedis approbationem, & non prius Conſtitutionum formalitatem conſequentur.

950 Secundò: an antequam à Sede Apoſtolica confirmentur, neceſſe ſit, quod per præfatum ſexennium approbentur vt ordinationes, & in tertio Capitulo iterum confirmentur; vel ſi contingat confirmari ab eadem Sede, antequam per tria Capitula generalia approbentur, habeant veram rationem Conſtitutionum, & vt tales obligent? Et reſpondeo, ſi contingat aliquam ordinationem in Capitulo auctoritate Apoſtolica fieri, ſeu ab eadem Sede approbari, ſtatim ac condita eſt, & à dicta Sede approbata, inter Conſtitutiones computandam, & vt talem obligare abſque eo quod per Capitula ſubſequentia approbetur, quia Apoſtolica Sedes nec legibus noſtris ſubijcitur, nec tenetur deferre, vt in ſimili de ſui Ordinis Conſtitutionibus Donatus *tom.3. tract.1. q.8. num.3.* Et licet nobis præſcribatur ea forma trinæ approbationis, non eſt tamen neceſſaria in ordine ad Apoſtolicam confirmationem, quaſi debeat per tria Capitula generalia ordinatio aliqua prius approbari, antequam à Sede Apoſtolica approbetur: ſed eſt tantummodo preſcripta ad effectum, vt, ſi non placuerit Religioni eam approbare, liberum illi ſit eam dimittere, antequàm à Papa confirmetur, vt patet ex adductis verbis Conſtitutionum; & ſic cum ſit ea forma trinæ approbationis præſcripta in fauorem Religionis, poteſt Religio illi renunciare, & ſtatim ac aliquàm ordinationem condidit, illam Apoſtolicę Sedi pro confirmatione ſubijcere. Et inſuper aliud eſt non poſſe ordinationem aliquam euadere Conſtitutionem, niſi à Sede Apoſtolica fuerit approbata, quod verū eſt, & à Conſtitutionibus ibi intenditur; & aliud non poſſe ordinationem aliquam confirmari à Sede Apoſtolica, niſi per tria Capitula

fuerit

fuerit priùs approbata; & ideò, ſi ſine illa trina approbatione fuerit à Summo Pontifice approbata, veram rationem Conſtitutionis habebit. Quod idem dici debet de abrogatione, aut alteratione alicuius Conſtitutionis, valere inquàm, ſi à S. Sede fuerit confirmata, etiamſi non præceſſerit ea trina Religionis approbatio.

951 Et ſuadetur ex verbis Conſtitutionum: *Dummodò fuerint à Sede Apoſtolica approbatæ*, quę poſita ſunt ad reſeruationem iudicij ipſius Sedis Apoſtolicæ, quæ ſicuti confirmauit Conſtitutiones, ita ad earum perpetuitatem reſeruauit ſibi iudicare, an expediat quandoque nouas addere, vel antiquas abrogare; & ſic, cum reſeruatio Apoſtolicæ approbationis ſit prò habendo eius iudicio ſuper nouis Conſtitutionibus, & abrogatione antiquarum, & Sedes Apoſtolica in ſuo iudicio non pendeat ab approbationibus Capitulorum poterit etiam ſtatim ac facta aliqua ordinatio, vel in ordine ad nouam Conſtitutionem, vel in ordine ad abrogationem alicuius antiquæ, ab eadem Sede iudicari, & approbari abſque vlteriore Religionis approbatione.

952 Confirmatur item à pari: quamuis enim in alienatione neceſſe ſit, quod interueniat conſenſus Capituli, Prælati Regularis, & demùm Sedis Apoſtolicæ: quando tamen interuenit Papæ auctoritas, tunc non requiritur neque conſenſus, neque tractatus inferiorum, quia Papæ auctoritas facit ceſſare auctoritatem inferiorum. Tamburin. *de Iur. Abb. tom. 3. diſp. 13. q. 4. num. 9.* Lezan. *tom. 1. part. 2. cap. 19. n. 62.* Ita à pari in noſtro caſu.

953 Hinc patet, ſine fundamento affirmaſſe olim aliquos, non ſubſiſtere Statutum illud, quo alterata fuit Conſtitutio *loc. ſup. num. 2. & cap. 9.* quoad numerum vocalium, dum vbi priùs quilibet Prior cum ſuo Diſcreto prò quolibet Conuentu accedebant ad Capitulum, ordinatum fuit, quod in poſterùm præter Prouinciales, duo tantùm ex qualibet Prouincia Diſcreti vocem in eodem haberent; eo quia non fuit prius in triplici Capitulo generali approbatum illud ſtatutum antequam à Sede Apoſtolica confirmaretur; patet inquam ex iam dictis non ſic eam trinam approbationem prærequiri, quin & ſine illa poſſit Apoſtolica confirmatio procurari, & obtineri.

Nihilominus; etſi vera ſint hæc, quando Religio conſentit, vt aliqua ordinatio pro Cõſtitutione admittatur, & petatur à Sede Apoſtolica approbatio ante trinam Capitulorum confirmationem; non tamen id fieri poteſt, nec à Capitulo generali ſine Religionis totius conſenſu. Explico. Decreta eſt ea trina Capitulorum approbatio tamquam forma, vt patet ex verbis ſub. *num.* 947. & in fauorem Religionis; hoc eſt, vt Religioſi omnes, qui Capitulis intereſſe non poſſunt, dum eis Capitulorum acta publicantur, ſibi conſulant, & conſiderent, an talis ordinatio expediat, & placeat, nec ne; cum namque profeſſi ſint has Conſtitutiones, non poſſunt ipſis non conſentientibus, & minus inauditis, aut nouæ Conſtitutiones addi, aut quas profeſſi ſunt abrogari; tritum ſiquidem in iure eſt, quod omnes tangit, ab omnibus approbari debere; & ſic antè Apoſtolicam confirmationem tria decurrere debent Capitula generalia, vt hoc intermedio tempore quiſque ſciat, quid Conſtitutionibus addi, vel ab ipſis expungi debeat, & ipſis aut tacitè aſſentientibus, aut per litteras Capituli Definitorio directas, vel per Diſcretos, qui eorum nomine Capitulis interſunt, diſſentientibus, poſſint in ſequentibus Capitulis iuxta maioris partis mentem, vel iuxtà meliorem ſenſum huiuſmodi ordinationes confirmari vel non. Vndè abſolutè dicendum, non poſse nec Capitulũ generale alicuius ordinationis Apoſtolicam confirmationem procurare antè trinam Capitulorum approbationem, quæ eſt de forma, nec expoliandi ſunt hoc iure Religioſi: ſecus in manu eſſet cuiuslibet Definitorij generalis ordinationem aliquam, & in materia v. g. gubernij ſubditis onerosam, & ſolis ipſis Superioribus Generalibus fauorabilem Apoſtolica confirmatione munire, & multa Religioſis, & Religioni præiudicia inferre. Excipiendum tamen, niſi publicata ordinatione acceptent illam Conuentus, & conſentiant, vt ſtatim per Sedem Apoſtolicam confirmetur; vti actum eſt in ſupradicta Vocalium reductione, cui non ſolum Definitorium, vt ex actis Capitulorum generalium, ſed vocales omnes etiam Diſcreti, vel ſaltem maior pars per ſecreta ſuffragia conſenſerunt; per huiuſmodi enim conſenſum trinæ approbationis priuilegio renuntiare cenſentur.

954 Alia difficultas eſt; an ſtante, quod noſtræ Conſtitutiones ſint à Papa in forma ſpecifica confirmatæ; & ideò Apoſtolicæ dicantur, poſſint à Capitulo generali abrogari, ſeù mutari de eius ſola facultate. Et licet affirmet Bordon. *reſol. 149. nu. 157. & de profeſſ. Regul. cap. 2. nu. 68.* quia res, per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur. 1 *de regul. iur.* tum quia Papa per ſuam confirmationem non dicitur facere ſtatutum ſuum in ratione ſtatuti, ſed tantùm in ratione firmitatis, quatenùs, ſi eſt inualidum, facit illud eſſe validum per talem confirmationem in forma ſpecifica; vnde eſt, quod in ratione legis, & Statuti ſit eorum, à quibus primum eſſe recepit; & proptereà eius deſtructio, & annullatio adhuc dicitur remanere ſub eorum arbitrio, & poteſtate; prò quo adducit Roderic. Mirand., & Portell. Nihilominus contrarium dicendum, quia noſtræ Cõſtitutiones, vtpotè confirmatæ ex certa ſcientia, vt dictum eſt, cenſentur Conſtitutiones Apoſtolicæ, & factæ ab ipſo Papa, vt ex *cap. 1. de confirmat. vtil. vel inutil, & cap. ſi Apoſtolicæ. de præbend. in 6.* Gloſſ. *ibi* Marta *de iuriſdic. 4. p. cent. 1. caſ. 99.* Donat. *tom. 1. tract. 13. q. 6. nu. 4.* Barboſ. *in vot. deciſ. vot. 52. nu. 12.* cum Tamburin. *de Iur. Abb. t. 1. diſp. 5. q. 1. n. 3.* & Rot. *deciſ. 204. n. 2. part. 2. recent.* & facta Superiorum nequeunt per inferiores *tolli*.

Ne-

Nauarr. lib. 1. conſtit. tit. de conſtit. conſ. 8., & cum Pellizzario Antonius à Spiritu Sancto ibid. tract. 4. diſp. 8. nu. 49. Peyrin. de priuil. ad Conſt. Pirrh. n. 8. Murga in Conſtit. Apoſt. conſtit. 15. n. 22. vbi n. 9. id de nobis docet in terminis, ex infra n. 958. adducendo Decret. Viſit. Apoſtol. Et confirmatur, quia cum præſens confirmatio, vt in d. Conſtitutione *Alias prò parte. &c.* Pauli V. concepta ſit per hæc verba: *Omnia, & ſingula in eis contenta apoſtolica authoritate tenore præſentium perpetuò approbamus, & confirmamus, ac illis perpetuæ, & inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adycimus: Decernentes modernos, & prò tempore exiſtentes dictæ Congregationis Fratres ad pleuariam earumdem Conſtitutionum obſeruantiam, prò vt illæ eos concernunt, teneri, & obligatos eſſe, & fore, & ad id etiam ſub Cenſuris Eccleſiaſticis, & alijs in Conſtitutionibus prædictis contentis pænis, cogi, & compelli poſſe*, & cum decreto irritante, *ac irritum, ac inane quid quid ſecus ſuper his &c.* non eſt confirmatio accidentalis, qua ſcilicet Summus Pontifex collaudet, vel approbet ſolùm Conſtitutiones, vt legitimè factas: ſed eſſentialis, qua nempe tribuit eis robur, & nomine ſuo vult eas ſubſiſtere, appoſito inſuper decreto irritante, quibus eas ſuas facere oſtendit; adeòque ſine Sede Apoſtolica mutari nequeunt, aut tolli, vt benè Tamburin. d. tom. 3. diſp. 3. q. 7. nu. 6. & Lezan. tom. 1. part. 1. cap. 8. n. 22. & conſult. 6. n. 49. & conſult. 13. n. 57. & Rot. in Toletan. Monaſterij. 24. Febr. 1668. coram Carpineo poſt Murga loc. ſup. deciſ. 20. n. 9. vbi ipſe Murga in addit. §. 3. n. 6. & latè probat Ludouicus à S. Raymund. in reſol. moral. p. 2. tract. 5. reſol. 2. à n. 15. & ſeq. Et tandem, quia ità diſponitur in eiſdem Conſtitutionibus Apoſtolicis; nam quamuis in ipſis concedatur facultas alterandi, annullandi Conſtitutiones, additur tamen: *Dummodò fuerint à Sede Apoſtolica approbata. Quod idem dicimus de abrogatione, ſeu alteratione alicuius conſtitutionis*; quibus importatur, non valere ſine dictæ Sedis approbatione alicuius Conſtitutionis abrogationem, ſiue alterationem, cum dictio *idem* repetat qualitates in præcedenti diſpoſitione expreſſas, per allegat à Barboſ. diction. 143. n. 1.

955 Obſeruandum tandem eſt, præfatas ordinationes, ſeu Conſtitutiones, quæ condi poſſunt, & ad hoc, vt obligent in conſcientia, debere eſſe de concernentibus explicitè, vel implicitè Regulam, per Lezan. d. cap. 8. num. 4. & Bordon. d. cap. 2. de profeſſ. nu. 46. Mallet. de Eccleſ. Hierarch. lib. 3. part. 1. tit. 59. n. 5. quia Religioſi non tenentur ex vi voti obedientiæ, niſi ad ea, quæ aliquo ex dictis modis concernunt Regulam, ſecundum quam viuere profeſſi ſunt. D. Thomas quodlibet. 10. art. 10. Sylueſt. verb. Religio. 6. n. 6. Cordub. in expoſit. Regul. D. Franc. cap. 10. q. 2. concl. 6. Leſſius de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 41. dub. 9. n. 77. vnde dictum eſt num. 344. & ſeq. poſſe Conſtitutiones arctiores condi, dummodò neceſſariæ ſint ad Regulæ obſeruantiam. Et ad hoc vt ſubſiſtant, nullatenùs eſſe debere iuri communi, & Bullis Summorum Pontificum contrarias Cap. Inſtitutionis. 25. q. 2. tum quia inferiores non habent poteſtatem ſuprà ſuum Superiorem cap. Inferior 4. diſt. 21. cap. Quod ſuper his. & cap. Cum inferior. de maiorit. & obed., & clarè Clem. 2. de elect. ibi. lex Superioris per inferiorem tolli non poteſt. tum quia ſtatuere eſt actus iuriſdictionis. cap. Cum acceſſiſſent. de Conſtit. D. Thomas 1. 2. q. 90. Bartol. in l. omnes populi. de iuſt. & iur. num. 3. & in l. Imperium. n. 8. de iuriſdic. omn. Iudic. Roman. conſ. 218. nu. 2. Dec. in cap. Quæ in Eccleſiarum. de conſtitut. nu. 38. vnde poteſtas ſtatuendi regulatur à iuriſdictione ex eodem Dec. in cap. Eccleſia eod. tit. de conſtitut. n. 38. Bordon. de profeſſ. d. cap. 2. nu. 98. Donat. tom. 2. tract. 10. q. 8. nu. 1. & ideò cum Religioſi careant poteſtate, & iuriſdictione agendi contra dictum ius, neque poterunt illi contraria ſtatuta condere. Et ita Nauarr. lib. 4. tit. de Regul. conſ. 5. Suarez de leg. lib. 4. Mirand. tom. 2. q. 29. art. 5. concl. 2. Roderic. tom. 1. q. 10. art. 3. & tom. 3. q. 17. art. 20. Peyrin. tom. 1. in Conſtit. Pyrrhi. §. 4. Portell. in dub. Regul. verb. ſtatutum. n. 9. latè Tamburin. d. tom. 3. diſp. 3. q. 2. Lezan. d. part. 1. cap. 8. n. 6. & part. 2. cap. 12. n. 3. & 6. Donat. tom. 1. part. 1. tract. 13. q. 20. n. 13. Diana coordinat. tom. 7. reſol. 13. n. 4. Barboſ. de off., & poteſt. Epiſcop. allegat. 93. à n. 29. & ſeq. Murga ad dict. Conſtit. 15. n. 9. & ad Conſtit. 6. n. 464. & ad calcem Quæſt. Paſtoral. diſquiſit. de iur. Prior. annex. n. 83. & clarè nobis indicitur in Conſtitutionibus ipſis vt ſup. per illa verba: *Iuxtà iuris formam.* Quo fit, inualida eſſe ſtatuta, ſi aliqua contrà hanc iuris formam condantur, ex regula 64. in 6. quod facta contrà ius prò infectis habentur; & quia facta ſine poteſtate, & iuriſdictione non valent. Dec. in cap. Cum in cunctis. de elect. n. 23. Bald. in l. omne verbum C. commun. delegat. Tamburin. ibid. nu. 3. Bordon. loc. ſup. n. 100. & reſol. 149. n. 142. Quod tamen intelligendum eſt de Statutis contrarijs iuri communi poſitiuè, non verò negatiuè, quia contraria negatiuè valent, vt cum Suarez, Lezana, & alijs Paſſerinus de Statib. tom. 3. q. 189. art. 10. n. 305.

DVBIVM XI.

De praxi ordinationum, quæ ſunt via ad Conſtitutiones.

956 Dictum eſt ſtatutum aliquod antequàm in corpus Conſtitutionum redigatur debere per duo Capitula, vt ordinatio approbari. Dubium eſt, an ſtatim ac condita eſt aliqua huiuſmodi ordinatio ſit practicanda. Et reſpondeo cum diſtinctione. Vel loquimur de ordinationibus nouis, & in ordine ad nouas Conſtitutiones non contrarias Conſtitutionibus iam exiſtentibus: vel de ordinationibus nouis, & in ordine ad abrogationem alicuius Conſtitutionis præexiſtentis. Et ſi in primo ſenſu, dico quod ſic, & quia talis eſt conſuetudo Congregationis; & quia eatenùs non ſtatim

ſtatim ac conduntur, euadunt Conſtitutiones, ſed requiritur, quod per ſexenium ante tertiam confirmationem approbentur, vt interim magis clareſcat, an expediat eas tandem confirmare & in corpus Conſtitutionum redigere; & ideò ad hoc ſunt per dictum tempus practicandæ, nam ex earum obſeruantia poteſt melius dignoſci, an debeant nec ne inter Conſtitutiones admitti. In ſecundo ſenſu verò, dico quod non; quia donec antiqua lex non eſt per poſteriorem legitimè abrogata, in ſua poſſeſſione eſt, & debet obſeruari. Fagnan. *in cap. Qui Presbyterum de pænit. & remiſſ. nu.* 50. non poteſt autem dici abrogata antiqua Conſtitutio, niſi per nouam contrariam Conſtitutionem; quare cum hæc non habeat ſuum eſſe, niſi per ſexennium approbata, vt ordinatio, & in tertio tandem Capitulo fuerit, ſicut & à Sede Apoſtolica confirmata, ſequitur, quod non poſſint practicari tempore intermedio tales ordinationes antiquis Conſtitutionibus contrariæ.

957 Nec valet in contrarium dicere, practicandas eſſe ex dictis ordinationes in ordine ad nouas Conſtitutiones, quia diſpar eſt ratio; hæ enim nullam aliam legem contrariam ſupponunt, & ideò poſſunt practicari: vbi autem agitur de ordinationibus in ordine ad abrogationem antiquæ legis, nequeunt practicari vigente antiqua lege contraria, donec ipſa lex antiqua ſit legitimè abrogata (ſecus eſſet agere contra legem) quod nequit fieri, niſi modo ſupradicto, niſi per Sedem Apoſtolicam ea trina Capitulorum generalium confirmatio ſuppleatur propter dicta *nu.* 950. *& ſeq.* Neque neceſſe eſt, quod ſtatim ac condita eſt ordinatio pro abrogatione alicuius Conſtitutionis, practicetur, vt ex praxi dignoſcatur, an expediat illam confirmari; quia cum ſit in ordine ad abrogationem antiquæ legis, neceſſitas eam abrogandi magis practicatur, & dignoſcitur, quo plus obſeruatur ipſa antiqua lex; & ſic ex hoc capite potiùs ſequitur, non eſſe practicandam nouam ordinationem pro abrogatione alicuius Conſtitutionis, ſed ipſam antiquam Conſtitutionem omninò obſeruandam, donec ſit omninò legitimè abrogata.

958 Et confirmatur, quia ſic ſequenti decreto reſoluit rem S. Congregatio viſitationis Apoſtolicæ ſub die 21. Iunij 1627. *Ad tollendas dubitationes, quæ circà Conſtitutionum intellectum poſſunt exoriri, S. Congregatio facto verbo cum Sanctiſs. declarat hactenùs non licuiſſe, neque licere huius Congregationis Superioribus, etiam in Capitulis generalibus nouas ordinationes, aut ſtatuta quouis nomine contrarias, ſeu cõtraria Conſtitutionibus Apoſtolica auctoritate confirmatis, facere, eaſque non potuiſſe, neque poſſe practicari, antequam à tribus Capitulis generalibus diſpoſitæ, & à Sede Apoſtolica fuerint confirmatæ.* Et quamuis decreta Viſitationis Apoſtolicæ fuerint ſub die 23. *Auguſti* 1636. ab eodem SS. ad formam Conſtitutionũ, & Decretorum Capitulorum generalium reducta, non ſequitur poſſe ordinationes contrarias Conſtitutionibus, ſeu tendentes ad abrogationem alicuius Conſtitutionis practicari ſtatim ac conditæ ſunt, & antequàm per trium Capitulorum approbationem, & S. Sedis confirmationem fuerit præcedens Conſtitutio abrogata, quia reductio illa dictorum decretorum ad formam Conſtitutionum, & decretorum Religionis intelligenda eſt quoad ea, quæ à S. Viſitationis Apoſt. Congregatione diſpoſita fuerant contraria Conſtitutionibus, & decretis Religionis, qualia ſunt, non poſſe Capitula generalia condere ordinationes cõtrarias Conſtitutionibus, & debere in Vicarij Generalis præſentia ſedere poſt Priorem Definitores, & alia huiuſmodi dictis Conſtitutionibus contraria: non verò quoad declarationem huius puncti, quę nec Conſtitutionibus, nec Religionis decretis aduerſatur; quin ex ipſa eadem reductione decretorum S. Congregationis ad formam noſtrarum Conſtitutionum benè infertur, non eſſe practicandas præfatas ordinationes, niſi &c. cum namque Capitulum generale nequeat quid decernere contra iuris formam, vt dictum eſt ſuprà, & de iure ſit, quod lex donec fuerit abrogata, obſeruetur ex hoc potius ſequitur, non debere practicari ordinationes Conſtitutionibus contrarias, quæ ad earum abrogationem tendunt, niſi poſt trium Capitulorum generalium, & Sedis Apoſtolicæ confirmationem; quo ſolùm pacto cenſetur abrogata antiqua Conſtitutio.

959 Facit etiam pro hoc, quod cum Vrbanus VIII. in incip. *Alias pro parte* ſub die 8. *Aprilis* 1628. vt in noſtris *litteris Apoſt. litt.* 7. mandaſſet, quod in Capitulo generali proximè celebrando determinaretur per viam Conſtitutionum modus expediens in Capitulis generalibus, & prouincialibus inpoſterum ſeruandus, cum hac conditione, quod huiuſmodi Conſtitutiones ad Sedem Apoſtolicam pro cõfirmatione tranſmitterentur; & cum ſubindè ipſæ formatæ, fuiſſent ad praxim redactæ ante huiuſmodi Pontificiam confirmationem, omnia acta cum electionibus inde ſequutis nullius valoris eadem Sedes adiudicauit, dum proptereà auctoritate Apoſtolica validata fuerunt, prout in incipien. *Militantis Eccleſiæ* die 23. *Maij* 1631. vt in *d. noſtris litteris Apoſt. litt.* 12. licet enim ibi legatur, *quatenus electiones, & acta huiuſmodi ex eo capite nulla ſint, quod nouæ conſtitutiones ab Apoſtolica Sede confirmatæ non fuerint*, ſeù, licet ly *quatenus* videatur ſonare incertitudinem; cum tamen vſurpetur etiam pro *quia* vt ex *l. cum Filius* & ibi *Gloſſ. ff. de verbor. oblig. & l. in perſonam in princ. ff. de pænis* Barboſ. in *dictionibus. dict.* 302. *num.* 7. ita ibi vſurpari dignoſcitur ex validatione, & defectuũ ſuppletione. Ex quibus omnibus ſequitur non poſſe reduci ad praxim ordinationes Conſtitutionibus contrarias ſine beneplacito Apoſtolico.

✠ ✠ ✠

Digitized by Google

DVBIVM XII.

Vndè Regularum, & Conſtitutionum obligatio, & quomodo diſcernenda.

960 IN omni Regula, quod & de Conſtitutionibus diei poteſt, quatuor rerum genera continentur ex mente D. Thomæ 2.2. q.186.art.9. & Caietani ibi, quos ſequitur Sanchez in Decalog. lib.6.cap.6.num.4. Tamburin. tom.2.diſp.21.q.7. & tom.3. diſp.4.q.1. nu.4.fin. Lezan. d.tom.1.part.1.cap.7. à num. 7. & ſeq. A S.Fauſto in theſaur. lib.6.q.121. Donat. tom.3. tract. 1.q. 11. à num. 2. & ſeq. Et primò: quæ præcipiuntur de iure diuino, naturali, & Eccleſiaſtico, vt diligere Deum, vel proximum, non occidere, obſeruare feſta &c. Secundò: quæ ſpectant ad vota Religionum, nempè eſſentialia. Tertiò: quæ ſunt purè ſupererogationis, & de conſilio, qualia ſunt, abnegatio ſui ipſius, præſentia Dei &c. Et quartò: quæ nec vt conſilia proponuntur, nec ſunt directè de votis promiſſis, aut de rebus aliàs præceptis, ſed ſtatuuntur tamquàm obſeruantiæ particulares externæ, vt ieiunia, mortificationes, abſtinentiæ, qualitas veſtium, orationes, ſilentium, ſolitudo, & ſimilia.

961 Quo igitur ad horum obligationem, ſtatuta primi generis regulariter loquendo eo modo obligare videntur Religinſos, quo ex ſe ſunt obligantia talia præcepta. Peyrin. tom.1. de ſubdit.cap.5. Donat. tom.3.tract.1. q.13. nu.2. ac ſi in Regula, vel Conſtitutionibus non apponerentur. Sanchez ibid. num.5. Lezan. cod. cap.7.num.9. & cap.8.num.5. cenſentur enim ibi proponi non tamquàm præcepta noua, ſed ſolùm cum intentione reducendi in memoriam ea, quę alias pręcepta ſunt à Deo, vel Eccleſia, & illa commendandi, ex Caiet. loc. ſup. dub.1.& Valentia. 2.2.diſp.10.q.4.punct.5.idem Sanchez num.6. A S.Fauſto cod.lib.6.q.122. Lezan. d.n.9. & ex omnibus Antonius à Spiritu S. vt ſup. nu. 189. vndè dicuntur eſſe in Regula non verò de Regula Bordon. de.profeſſ. cap.23. num. 67. niſi aperte conſtet fuiſſe in Regula, vel Conſtitutionibus propoſita eum intentione nouam imponendi obligationem, ſeu præceptum, quià tunc duplex argueretur in tranſgreſſore malitia, non ratione duplieis præcepti, ſed ratione oppoſitionis ad duplicem virtutem, nempè ad virtutem Religionis, ſeù voti, & ad illam, cui opponitur ipſa res præcepta. Caietan. d. art.9. paulo poſt princip. §.dubium circa hanc. Valentia & Sanchez. loc. ſup. A S.Fauſto ibid. q.123.nu.2. Lezan. cod.num.9. Donat. ibid.q.23.num.1. dixi, niſi apertè conſtet, quia in dubio præſumendum eſt, non fuiſſe appoſita cum intentinne nouiter obligandi Paſſerin. de ſtatib. tom. 1. q. 186. art.9. num.7.

962 De ſtatutis item ſecundi generis ſcilicet circa res pertinentes ad ſubſtantialia Religionis vota, certum eſt ex genere ſun obligare ſub mortali, vt docet D.Thomas d. art.9. ab omnibus receptus. Caietan. ibid. Donat. tom.3.tract. 1. q.13. num.2. niſi fortè ratione paruitatis materiæ dignoſcantur obligare ſolum ſub veniali. Sanchez. in decalog. lib.4. cap.4. num. 1. & 2. & lib.6. cap.6.num.8. Lezan. cod.cap.7.num.7. Peyrin. d.cap. 5. §. dixi in hoc.

963 Quæ ſunt tertij generis, adhuc extra dubium eſt non obligare ad eulpam. Suarez. d.relig. tom.4. tract.8. lib.1.cap.2. nu.11. & cap. 3. num. 8. Ledeſma de ſtat. religioſ. in commun. cap.4.concl.11. quia hæc opera non proponuntur, vt præcepta ſed ſolum pertinent ad maiorem charitatis perfectionem ex S.Thoma; Caietan. Sanchez. ibid. num.10. Lezan. ibid. num. 8. licet poſſet peccare mortaliter Religioſus in horum tranſgreſſione per comptemptum, eo modo, quo diſcurrunt Peyrin. ibid. §.noto quintò & Donat. d.tom.3.tract. 1. q. 15. & q. 18. Vnde ad res quarti generis, difficultas tota reduci videtur, quomodò ſcilicet, obligent, cum de his potiſſimum verificetur tam Regulam, quã Conſtitutiones obligare poſſe vel ad culpam mortalem, vel ad venialem, vel ad ſolam pænam, vt docent Suarez d. tract. 8. de relig. lib. 1. cap.1.nu.5. & cap.2. à num.3. vſque ad 7. Palaus. tom.3. tract.16. diſp.4. punct.3. num. 1. Lezan. d. tom.1.part.1.cap.7.n.6.& cap.8.num.8. A Spiritu S. tract.3. diſp.6. num. 183. & num. 470. Mallet. d.Eccleſ.Hierarch.d.tit.59.num.1.& 5.

964 At quia totum hoc pendet à legislatorum intentione, cum tota legis obligatio pendeat à legislatoris voluntate, concurrentibus tamen alijs neceſſarijs ad legis valorem per l.1. ff.d.conſtit. vbi dicitur *Quod Principi placuit legis habet vigorem*. l. ſi quis nec cauſam. Et l. non omnis. ff. ſi cert. pet. Leſſius lib.2. cap.41. dub.9. num.96. & de communi tradit Azor. tom. 1. Inſtit.moral. lib.5.cap.6.q.4. §.in hac controuerſia, & ab eius voluntate tamquam à forma intrinſeca ipſi legi, adeò vt ſi legislator non habeat animum obligandi, ſed tantum fictè in propoſitione alicuius legis, hæc vera lex non erit, ſed tantùm ficta, & ſimulata, vt tradit Donat. tom. 1.part.1. tract.1. q.28. num.5. tenendum erit legem, ſeu Regulam, & Conſtitutiones obligare ad mortale, vel veniale tantum, vel ad nullum peccatum, prout legislator ſub vno, vel altero modo obligare intenderit, prout Abb. cap. Nam concupiſcentiam.n.2.de Conſtit. Nauarr. in ſumm. cap.23.nu.49. Caietan. in ſumm. verb. præcepti tranſgreſſio.§.pœna præcept. Suarez.tom.5. in 3. p. D.Thom. diſp.4. ſect.6. num.11. Sanchez loc. ſup. lib.6. cap.4. num.25. Paulus tom.1.tract. 3. diſp.1. punct.15. num.6. § ad vltimum. Fauſtus cod. lib.6. q.10. Donat. d.tom.1.tract.1. q.32. nu. 1. & tom.3. tract.1. q.5. num.3. vel ad ſolum veniale, etiamſi in materia graui, dummodò talis fuerit legislatoris voluntas, vt tenent Valentia 1.2. diſp.7.q.5.punct.6. quæſtiunc.2. Sanchez cum alijs d.num.25. Palaus cod.tom.1. tract.2. diſp. 2. punct.8. num.4. & tom.3.tract.16. diſp.4. punct. 3. num.2. Suarez de legib. lib.3. cap.27. & de relig. tom.4.tract.8.lib.1.cap.2. num.4. Thomas à Ieſu de varijs Regulis Carmelit. p.2. dub.8. p.1. ad 3. regul.

Digitized by Google

gul. §. contrarium tamen verius & ſeq. Diana in coordinat. tom.7.tract.1.reſol.131.n.2. A S.Fauſto ibid.q.10. Lezan. eod.cap.7.nu. 12. A Spiritu S. tract.3.diſp.6.num.188. Angel.Piſtach. tom.1. de votis tract.7.cap.1.num.37. Paſſerin. d.tom.1. q.186.art.9.num.55. & 56.

965 Quarè pro diſcernendo, quomodo leges, ſeu Regula, & Conſtitutiones obligent, perſcrutanda erit legiſlatorum intentio, vt admonent præter Suarium, Azorium, Sanchez, Palaum, locis ſup. Gabriel. 4.diſt.16.q.3.art.1.ad fin. Sylueſt. verb. præceptum q.3. Caiet. d. verſ. pæna præcept. Ledeſma 2. part.41.q.17. art.2. dub.6. Roderic. tom.1.q.6.art.13.Mirand. tom. 2. q.25.art.15.concl.4. Donat. tom.4. tract.17.q. 14.num.1.in fin. Paſſerin. d. art.8. num.57. & vbi legiſlator ſe declarauerit, nolle obligare ad culpam mortalem, vel tantum ad venialem, vel ſolum ad pœnam, certum eſt, ad nihil ampliùs obligare Regulam vel Conſtitutiones, quia tunc ſumus in claris. Roderic. d. art.13. Sanchez d.cap.4.nu.11.&25. Lezan. eod.cap.7. num.10. & cap.8.num.8. A Spiritu S. ead.diſp.6. num.183. 471. & 472. Donat. tom.1. tract.1.q. 31.num.2. verſ.dico.& q.32.num.1. in fin. Quod habet locum, etiamſi legiſlator poſteà vtatur verbis præceptiuis, ſtrictè mandamus, præcipimus, mandamus ſub præcepto; quando enim adeſt prędicta declaratio, non inducitur obligatio per talia verba præceptiua, aliàs fruſtranea, & ſine effectu eſſet dicta declaratio, vt benè Suarez d. cap.2.num.15. Valentia tom.2. diſp.7. q.5.de leg. hum. punct.6. §. 3. verſ. ſecundò circa idem ſextum ſignum. Thomas à Ieſu ibid. §. quarta regula. Palaus tom.1.tract.3. diſp.1. punct.15. num. 9. A S. Fauſto eod.lib.6.q.11.Donat.tom.3.tract.1.q.12.

966 Vbi verò de legiſlatoris mente non conſtet, & ſi in tali caſu diſcernere quomodò Regula, & Conſtitutiones obligent, ſit valdè difficile, vt ait Caiet.2.2.q.186.eod.art.9.§.in eod. artic.9.ad reſponſ.ad 2. nihilominus dignoſci poterit ex eiſdem regulis, quibus vtuntur DD. ad diſcernendum, an leges Eccleſiaſticæ obligent ad culpam, & ad qualem; ſic Abb. d. cap. Nam concupiſcentiam. num.4. & rubric. de obſeruat.ieiun. fine. & cap. Relatum num.6.ne Clerici, vel Monachi. Sanchez d.cap.4. num.23.

967 Et quia iuxta Fagnanum in cap. cum venissent. de iudicijs n.87. prò legum interpretatione recurrendum eſt primo loco ad conſuetudinem, deinde ad verborum propriam ſignificationem: ita quando mentem ſuam non explicarunt Legiſlatores Regularum, & Conſtitutionum, pro dignoſcenda earum obligatione attendenda erit in primis obſeruantia, ſeu communis conſuetudo ipſarum Religionum; quia conſuetudo eſt optima legum interpres. cap. cum dilectus. de conſuetud. l. ſi de interpretat. ff. de leg., nec lex aliter obligat, quam prout communiter ab omnibus accipitur. Nauarr. in ſumm. cap.23. & ità ad rem tenent Caietan. loc. ſup. in reſponſ.ad 2. Suarez de Relig. tom.4. tract.8. lib.1. cap.2.n.8. Roderic. tom.1.q.11.art. 7. Thomas à Ieſu loc. ſup. in vltima Regula. Cordub. in regul. cap.10.q. 3.punct.1. in primo modo cognoſcendi. Lezan. eod. cap.7.n.11.& cap. 8.n.8. & conſult.13.n.73. Donat. tom.1.part. 1. tract.1. q.30.n.8. & tom.3. tract. 1.q.12. num.2. Tamburin eod.q.6.n.5. Palaus d. tom.1. tract.3. diſp.1. punct.15. n.10. in fin. Peyrin. eod. cap.5.de ſubdit. §.4. verſ. dico ſecundò. A Spiritu S. loc.ſup. n. 194. Paſſerin. d. diſp. 186. art.9. n.59. præter adductos à Barboſ. in d. cap. Cum dilectus nu.6. & in axiom.56. n. 6. Nec prætereundi Valentia 1.2.diſp.7.q.5.punct.6. quæſtiunc. 3. in quinto ſigno; & ad fin. eiuſd. quæſtiunc. 3. verſ. ad eamdem verò quæſtionem, vbi ait hoc eſſe vnicum ſignum dignoſcendi obligationem legis, & 2.2. diſp. 10.q. 4. punct. 5. verſ. circà tertiam circumſtantiam, vbi ſubdit, vix aliam regulam vniuerſalem præter hanc poſſe tradi; & Sanchez ibid.n.27.& 28. dicens, attendendam eſſe conſuetudinem Religionis quibuſcumque verbis exprimatur præceptum, ſeu ſtatutum pro dignoſcenda obligatione Regularum, & illis ſtandum. ibid. n.68.

968 Quod ſi conſuetudinis beneficium deficiat, conſideranda ſunt verba, & ſi non ſint præceptiua, nec æquipolleant præcepto, vt, volumus, decernimus, ordinamus, ſtatuimus, intendimus, ſancimus, de quibus Sanchez ibid.n.40.& 41. certum eſt non obligare, ad culpam mortalem. Abb. d.cap. Nam concupiſcentiam. nu.4. Tabien. verſ. lex.n.28.q.29. Azor. d.cap.6. q.5. quin fortè neque ad venialem, vt volunt Vaſquez. 1.2.q. 96.art.4.diſp.158. cap.3.num. 33. Sanchez ibid. nu. 42., quia legiſlator tunc procedit modo directiuo, & non præceptiuo. Thomas à Ieſu ead.part. 2 cap.7. dub.8. ad ſecundam regulam, §. ſecundò colligo. Si autem ſint præceptiua, vt præcipimus, teneantur, ſtrictè mandamus, ſub præcepto mandamus, nec adhuc ſufficiunt ad denotandam obligationem ſub mortali, quia ex ſe indifferentia ſunt tum ad mortalem culpam, tum ad venialem, vt cum multis Sanchez d. cap.4.n.29. 30.& 35. Suarez eod. tract. 8.lib.1.cap.3.n.6. Lezan.d. cap.8. n.11. Thomas à Ieſu d. dub.8. part.1. §.1. in fin. Donat. tom. 3. tract.1.q. 13. nu.1. A Spiritu S. ead. diſp. 6. nu. 474. Et videmus in Scripturis vſurpata ſine intentione obligandi ad mortale, vt ex Luc.5. notat Mirand. tom.2.q.25. art.4. & item Marc.7. vbi præcepit eis, ne cui dicerent. Super quæ Humbertus in Regul. cap. 10. & ex illo S. Antonin. 3.p.tit.16. cap.1. §.5. ſic: Non enim dicendum eſt, quod intenderit Dominus eos ligare ad mortale, illud miraculum prædicando; & Clem.I. epiſt.5. inquit: Doctrinis, & exemplis Apoſtolorum obedire præcipimus, ideſt, monemus, explicat Gloſſ. in cap. Dilectiſſimis.12.q.1. vnde Nauarr. cap.23. Summ. n.50. dixit illa verba ex originaria ſignificatione non indicare obligationem ad mortale. Et propterea in his caſibus attendenda eſt materia ſuper quam dicta verba cadunt, & ſi grauis illa ſit reſpectu finis à legilatore intenti, lex obligabit ſub mortali, & ſi leuis obligabit ſub veniali, ità Medin. 1.2. q.96. art. 4. verſ. ſecunda regula Azor. d. cap.6.q.5. Carbon. de leg. lib.

Digitized by Google

DVBIVM XII.

Vndè Regularum, & Conſtitutionum obligatio, & quomodo diſcernenda.

960 IN omni Regula, quod & de Conſtitutionibus dici poteſt, quatuor rerum genera continentur ex mente D. Thomæ 2. 2. q.186.art.9. & Caietani ibi, quos ſequitur Sanchez in Decalog. lib.6.cap.6.num.4. Tamburin. tom.2.diſp.21.q.7. & tom.3. diſp.4.q.1. nu.4. fin. Lezan. d.tom.1.part.1.cap.7. à num. 7. & ſeq. A S.Fauſto in theſaur. lib.6.q.121. Donat. tom.3. tract. 1.q. 11. à num. 2. & ſeq. Et primò: quæ præcipiuntur de iure diuino, naturali, & Eccleſiaſtico, vt diligere Deum, vel proximum, non occidere, obſeruare feſta &c. Secundò: quæ ſpectant ad vota Religionum, nempè eſſentialia. Tertiò: quæ ſunt purè ſupererogationis, & de conſilio, qualia ſunt, abnegatio ſui ipſius, præſentia Dei &c. Et quartò: quæ nec vt conſilia proponuntur, nec ſunt directè de votis promiſſis, aut de rebus aliàs præceptis, ſed ſtatuuntur tamquàm obſeruantiæ particulares externæ, vt ieiunia, mortificationes, abſtinentiæ, qualitas veſtium, orationes, ſilentium, ſolitudo, & ſimilia.

961 Quo igitur ad horum obligationem, ſtatuta primi generis regulariter loquendo eo modo obligare videntur Religioſos, quo ex ſe ſunt obligantia talia præcepta. Peyrin. tom.1. de ſubdit.cap.5. Donat. tom.3.tract.1. q.13. nu.2. ac ſi in Regula, vel Conſtitutionibus non apponerentur. Sanchez ibid. num.5. Lezan. eod. cap.7.num.9. & cap.8.num.5. cenſentur enim ibi proponi non tamquàm præcepta noua, ſed ſolùm cum intentione reducendi in memoriam ea, quę alias pręcepta ſunt à Deo, vel Eccleſia, & illa commendandi, ex Caiet. loc. ſup. dub.1. & Valentia. 2.2.diſp.10.q.4.punct.5. idem Sanchez num.6. A S.Fauſto eod.lib.6.q.122. Lezan. d.n.9. & ex omnibus Antonius à Spiritu S. vt ſup. nu. 189. vndè dicuntur eſſe in Regula non verò de Regula Bordon. de. profeſſ.cap.23.num. 67. niſi apertè conſtet fuiſſe in Regula, vel Conſtitutionibus propoſita cum intentione nouam imponendi obligationem, ſeu præceptum, quià tunc duplex argueretur in tranſgreſſore malitia, non ratione duplicis præcepti, ſed ratione oppoſitionis ad duplicem virtutem, nempè ad virtutem Religionis, ſeù voti, & ad illam, cui opponitur ipſa res præcepta. Caietan. d. art.9. paulo poſt princip. §.dubium circa hanc. Valentia & Sanchez. loc. ſup. A S.Fauſto ibid. q.123.nu.2. Lezan. eod.num.9. Donat. ibid.q.23.num.1, dixi, niſi apertè conſtet, quia in dubio præſumendum eſt, non fuiſſe appoſita cum intentione nouiter obligandi Paſſerin. de ſtatib. tom.1.q. 186.art.9. num.7.

962 De ſtatutis item ſecundi generis ſcilicet circa res pertinentes ad ſubſtantialia Religionis vota, certum eſt ex genere ſuo obligare ſub mortali, vt docet D.Thomas d. art.9. ab omnibus receptus. Caietan. ibid. Donat. tom.3.tract. 1.q.13. num.2. niſi fortè ratione paruitatis materiæ dignoſcantur obligare ſolum ſub veniali. Sanchez. in decalog. lib.4. cap.4. num.1. & 2. & lib.6. cap.6.num.8. Lezan. eod.cap.7.num.7. Peyrin. d.cap.5. §. dixi in hoc.

963 Quæ ſunt tertij generis, adhuc extra dubium eſt non obligare ad culpam. Suarez. d. relig. tom.4. tract.8. lib.1.cap.2. nu.11. & cap. 3.num. 8. Ledeſma de ſtat. religioſ. in commun. cap.4.concl.11. quia hæc opera non proponuntur, vt præcepta ſed ſolum pertinent ad maiorem charitatis perfectionem ex S.Thoma; Caietan. Sanchez. ibid. num.10. Lezan. ibid. num. 8. licet poſſet peccare mortaliter Religioſus in horum tranſgreſſione per comptemptum, eo modo, quo diſcurrunt Peyrin. ibid. §.noto quintò & Donat. d.tom.3.tract. 1. q. 15. & q. 18. Vnde ad res quarti generis, difficultas tota reduci videtur, quomodò ſcilicet, obligent, cum de his potiſſimum verificetur tam Regulam, quã Conſtitutiones obligare poſſe vel ad culpam mortalem, vel ad venialem, vel ad ſolam pænam, vt docent Suarez d. tract. 8. de relig. lib. 1. cap.1.nu.5. & cap.2. à num.3. vſque ad 7. Palaus. tom.3. tract.16. diſp.4. punct.3. num. 1. Lezan. d. tom.1.part.1.cap.7.n.6.& cap.8.num.8. A Spiritu S. tract.3. diſp.6. num. 183. & num. 470. Mallet. d.Eccleſ.Hierarch.d.tit.59.num.1.& 5.

964 At quia totum hoc pendet à legiſlatorum intentione, cum tota legis obligatio pendeat à legiſlatoris voluntate, concurrentibus tamen alijs neceſſarijs ad legis valorem per l.1. ff.d.conſtit. vbi dicitur *Quod Principi placuit legis habet vigorem*. l.ſi quis nec cauſam. Et l. non omnis. ff. ſi cert. pet. Leſſius lib.2. cap.41. dub.9. num.96. & de communi tradit Azor. tom. 1. Inſtit.moral. lib.5.cap.6.q.4. §.in hac controuerſia, & ab eius voluntate tamquam à forma intrinſeca ipſi legi, adeò vt ſi legiſlator non habeat animum obligandi, ſed tantum fictè in propoſitione alicuius legis, hæc vera lex non erit, ſed tantùm ficta, & ſimulata, vt tradit Donat. tom. 1.part.1. tract.1. q.28. num.5. tenendum erit legem, ſeu Regulam, & Conſtitutiones obligare ad mortale, vel veniale tantum, vel ad nullum peccatum, prout legiſlator ſub vno, vel altero modo obligare intenderit, prout Abb. cap. Nam concupiſcentiam.n.2.de Conſtit. Nauarr. in ſumm. cap.23.nu.49. Caietan. in ſumm. verb. præcepti tranſgreſſio.§.pœna præcept. Suarez.tom.5. in 3. p. D.Thom. diſp.4. ſect.6. num.11. Sanchez loc. ſup. lib.6. cap.4. num.25. Paulus tom.1.tract. 3. diſp.1. punct.15. num.6. § ad vltimum. Fauſtus eod. lib.6.q.10. Donat. d.tom.1.tract.1. q.32. nu. 1. & tom.3. tract.1.q.5. num.3. vel ad ſolum veniale, etiamſi in materia graui, dummodò talis fuerit legiſlatoris voluntas, vt tenent Valentia 1.2. diſp.7.q.5. punct.6. quæſtiunc.2. Sanchez cum alijs d.num.25. Palaus eod.tom.1. tract.2. diſp. 2. punct.8. num.4. & tom.3.tract.16.diſp.4. punct. 3. num.2. Suarez de legib. lib.3. cap.27. & de relig. tom.4.tract.8.lib.1.cap.2. num.4. Thomas à Ieſu de varijs Regulis Carmelit. p.2. dub.8.p.1. ad 3. regul.

gul. §. contrarium tamen verius & ſeq. Diana in coordinat. tom.7.tract.1.reſol.131.n.2. A S.Fauſtlo ibid.q.10. Lezan. eod.cap.7.nu. 12. A Spiritu S.tract.3.diſp.6.num.188. Angel.Piſtacb. tom.1. de votis tract.7.cap.1.num.37. Paſſerin. d.tom.1. q.186.art.9.num.55.& 56.

965 Quarè pro diſcernendo, quomodo leges, ſeu Regula, & Conſtitutiones obligent, perſerutanda erit legislatorum intentio, vt admonent præter Suarium, Azorium, Sanchez, Palaum, locis ſup. Gabriel. 4.diſt.16.q.3.art.1.ad fin. Syluest. verb. præceptum q. 3. Caiet. d. verſ. pæna præcept. Ledeſma 2. part.41.q.17. art. 2. dub.6. Roderic. tom.1. q.6.art.13.Mirand. tom. 2. q.25.art.15.concl.4. Donat. tom.4.tract.17.q. 14.num.1.in fin. Paſſerin. d. art. 8. num.57. & vbi legislator ſe declarauerit, nolle obligare ad culpam mortalem, vel tantum ad venialem, vel ſolum ad pænam, certum eſt, ad nihil ampliùs obligare Regulam vel Conſtitutiones, quia tunc ſumus in claris. Roderic. d. art.13. Sanchez d.cap.4.nu.11.& 25. Lezan. eod.cap.7. num.10. & cap.8.num.8. A Spiritu S. ead.diſp.6. num.183. 471. & 472. Donat. tom.1. tract.1.q. 31.num.2. verſ.dico.& q.32.num.1.in fin. Quod habet locum, etiamſi legislator poſteà vtatur verbis præceptiuis, ſtrictè mandamus, præcipimus, mandamus ſub præcepto; quando enim adeſt prędicta declaratio, non inducitur obligatio per talia verba præceptiua, aliàs fruſtranea, & ſine effectu eſſet dicta declaratio, vt benè Suarez d. cap.2.num.15. Valentia tom.2. diſp.7. q.5.de leg. hum. punct.6. §. 3. verſ. ſecundò circa idem ſextum ſignum. Thomas à Ieſu ibid. §. quarta regula. Palaus tom.1.tract.3. diſp.1. punct.15.num. 9. A S. Fauſto eod.lib.6.q.11.Donat.tom.3.tract.1.q.12.

966 Vbi verò de legislatoris mente non conſtet, & ſi in tali caſu diſcernere quomodò Regula, & Conſtitutiones obligent, ſit valdè difficile, vt ait Caiet.2.2.q.186.eod.art.9.§.in eod. artic.9.ad reſponſ.ad 2. nihilominus dignoſci poterit ex eiſdem regulis, quibus vtuntur DD. ad diſcernendum, an leges Eccleſiaſticæ obligent ad culpam, & ad qualem; ſic Abb. d.cap. Nam concupiſcentiam. num. 4. & rubric. de obſeruat.ieiun. fine. & cap.Relatum num.6.ne Clerici, vel Monachi. Sanchez d.cap.4. num.23.

967 Et quia iuxta Fagnanum in cap. cum venissent. de iudiciꝭs n.87. prò legum interpretatione recurrendum eſt primo loco ad conſuetudinem, deinde ad verborum propriam ſignificationem: ita quando mentem ſuam non explicarunt Legislatores Regularum, & Conſtitutionum, pro dignoſcenda earum obligatione attendenda erit in primis obſeruantia, ſeu communis conſuetudo ipſarum Religionum; quia conſuetudo eſt optima legum interpres. cap. cum dilectus. de conſuetud. l. ſi de interpretat. ff. de leg., nec lex aliter obligat, quam prout communiter ab omnibus accipitur. Nauarr. in ſumm. cap.23. & ità ad rem tenent Caietan. loc. ſup. in reſponſ. ad 2. Suarez de Relig. tom. 4. tract.8.lib.1.cap.2.n.8. Roderic. tom.1.q.11.art. 7. Thomas à Ieſu loc. ſup. in vltima Regula, Cordub. in regul. cap. 10.q. 3.punct.1. in primo modo cognoſcendi. Lezan. eod. cap.7.n.11.& cap. 8.n.8. & conſult.13.n.73. Donat. tom.1.part. 1. tract.1. q.30.n.8. & tom.3. tract. 1.q.12. num.2. Tamburin eod. q.6.n.5. Palaus d. tom.1. tract.3. diſp.1. punct.15. n.10. in fin. Peyrin. eod. cap.5.de ſubdit.§.4. verſ. dico ſecundò. A Spiritu S. loc.ſup. n. 194. Paſſerin. d. diſp. 186. art.9. n.59. præter adductos à Barboſ. in d. cap. Cum dilectus nu.6. & in axiom. 56. n. 6. Nec prætereundi Valentia 1.2.diſp.7. q.5.punct.6. quæſtiunc. 3. in quinto ſigno; & ad fin. eiuſd. quæſtiunc. 3. verſ. ad eamdem verò quæſtionem, vbi ait hoc eſſe vnicum ſignum dignoſcendi obligationem legis, & 2.2. diſp.10. q. 4. punct. 5. verſ. circà tertiam circumſtantiam, vbi ſubdit, vix aliam regulam vniuerſalem præter hanc poſſe tradi; & Sanchez ibid.n.27.& 28. dicens, attendendam eſſe conſuetudinem Religionis quibuſcumque verbis exprimatur præceptum, ſeu ſtatutum pro dignoſcenda obligatione Regularum, & illis ſtandum. ibid. n.68.

968 Quod ſi conſuetudinis beneficium deficiat, conſideranda ſunt verba, & ſi non ſint præceptiua, nec æquipolleant præcepto, vt, volumus, decreuimus, ordinamus, ſtatuimus, intendimus, ſancimus, de quibus Sanchez ibid. n.40. & 41. certum eſt non obligare, ad culpam mortalem. Abb. d.cap. Nam concupiſcentiam. nu.4. Tabien. verſ. lex n.28.q.29. Azor. d.cap.6. q.5. quin fortè neque ad venialem, vt volunt Vaſquez. 1.2.q. 96. art.4.diſp.158. cap.3.num. 33. Sanchez ibid. nu. 42., quia legislator tunc procedit modo directiuo, & non præceptiuo. Thomas à Ieſu ead.part. 2 cap.7. dub.8. ad ſecundam regulam, §. ſecundò colligo. Si autem ſint præceptiua, vt præcipimus, teneantur, ſtrictè mandamus, ſub præcepto mandamus, nec adhuc ſufficiunt ad denotandam obligationem ſub mortali, quia ex ſe indifferentia ſunt tum ad mortalem culpam, tum ad venialem, vt cum multis Sanchez d. cap.4. n.29. 30.& 35. Suarez eod. tract. 8.lib.1.cap.3.n.6. Lezan. d. cap.8. n.11. Thomas à Ieſu d. dub.8. part. 1. §.1. in fin. Donat. tom. 3. tract.1. q. 13. nu. 1. A Spiritu S. ead. diſp. 6. nu. 474. Et videmus in Scripturis vſurpata ſine intentione obligandi ad mortale, vt ex Luc.5. notat Mirand. tom.2.q.25. art.4. & item Marc.7. vbi præcepit eis, ne cui dicerent. Super quæ Humbertus in Regul. cap. 10. & ex illo S. Antonin. 3.p.tit.16.cap.1.§.5. ſic: Non enim dicendum eſt, quod intenderit Dominus eos ligare ad mortale, illud miraculum prædicando; & Clem.I. epiſt.5. inquit: Doctrinis, & exemplis Apoſtolorum obedire præcipimus, ideſt, monemus, explicat Gloſſ. in cap. Dilectiſſimis.12.q.1. vnde Nauarr. cap.23.Summ. n.50. dixit illa verba ex originaria ſignificatione non indicare obligationem ad mortale. Et propterea in his caſibus attendenda eſt materia ſuper quam dicta verba cadunt, & ſi grauis illa ſit reſpectu finis à legilatore intenti, lex obligabit ſub mortali, & ſi leuis obligabit ſub veniali, ità Medin. 1.2. q.96. art. 4. verſ. ſecunda regula Azor. d. cap.6. q.5. Carbon. de leg. lib.

7. *diſp.*4. *propoſit.*1. Mirand. *tom.*2. *q.*25. *art.*15. *concl.*3. Sanchez *ibid. nu.* 31. Lezan. *eod. cap.* 7. *n.*12. Donat. *tom.*1. *tract.*1. *q.*30. *nu.*6. & *tom.*4. *tract.*17. *q.* 14. *n.*8. A Spiritu S. *loc. ſup. nu.* 195. 196. & 477. Quæ autem ſit materia grauis explicat idem Donat. *tom.*1. *tract.*1. *q.*29. & breuiter ex Suarez. *tom.*5. *in* 3. *p. diſp.*4. *ſect.* 6. *nu.* 11. & 12. & *diſp.*18. *ſect.* 3. *à num.* 16. & Vaſquez 1.2. *diſp.* 18. *cap.*6. *n.* 59. Lezan. *d. nu.* 12. dicens grauem eſſe, quæ vel ratione ſui, vel ratione circumſtantiarum boni communis multùm conducunt ad finem à legiſlatore intentum: è contra verò leuem eſſe, quæ nec ratione ſui, nec ratione talium circumſtantiarum, ad prædictum finem multùm conducunt.

969 Si verò verba ſint præceptiua, & ſub hac forma *In virtute Spiritus Sancti; vel S. Obedientiæ* ex communi indicare mentem legiſlatoris eſſe obligandi ſub mortali culpa, tenent D. Antonin. 2. *p. tit.* 4. *cap.* 2. §. 3. *p.*3. *tit.* 16. *cap.* 1. §. 9. Caietan. 2. 2. *q.* 186. *art.* 9. *circà ſolut. ad.* 2. Mirand. *d. art.* 15. *concl.*2. Valentia t. 2. *diſp.* 7. *q.* 5. *punct.* 6. *q.* 3. *in.* 3. *ſign.* & 2. 2. *diſp.* 10. *q.* 4. *punct.*5. *col. antepenult. verſ. præter hanc autem* Azor. *d. q.* 5. Suarez *cit. cap.* 3. *n.* 10. Sanchez cum multis *ibid. n.* 43. Lezan. *eod. cap.* 8. *n.*11. Donat. *tom.*1. *tract.*1. *q.* 30. *n.* 1. & *tom.* 3. *tract.* 1. *q.* 13. *nu.* 2. tunc enim, vt ait Suarez ibi expreſſe ſignificatur, actum illum conſtitui intrà propriam, & rigoroſam materiam voti obedientiæ, ſeu exigi à Religioſo, vt proprium obedientiæ debitum, quod ex genere ſuo obligat ad mortale. Quod idem dicendum de verbis, & *ſub præcepto formali*, nam per hæc ſatis etiam indicatur animum ſuperioris velle obligare ad mortale. Ledeſma. 2. *p.*4. *q.* 17. *art.* 2. *dub.* 16.

970 Quod, & valere quando verba per ſe non ſunt præceptiua, vel ſunt indifferentia dummodò illis adiuncta reperiantur hæc ipſa *in virtute Spiritus S. vel S. Obedientiæ*, volunt Gabr. 4. *diſt.* 16. *q.* 3. *art.* 1. *ad fin.* Palaus *tom.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 1. *punct.* 9. *n.*4. & A Spiritu S. *ibid. n.* 200. quia tale additum quibuſcumque verbis ſatis indicat mentem ſuperioris eſſe obligare grauiter, & in quantum poteſt. Sanchez *eod. loc. nu.* 44. cum hoc tamen, quod tale præceptum ſit in materia graui, quia materia leuis, ſeu exiguæ inobedientiæ, aut tranſgreſſionis voti non eſt capax obligationis ſub mortali, etiamſi Prælatus hoc intendat. Caſtro *lib.* 1. *de leg. pæn. cap.* 5. *docum.* 2. Sanchez *loc. ſup. n.* 24. & *lib.*1. *cap.*4. *n.*4. vbi alios adducit. Peyrin. *de ſubdit. cap.*5. §. 4. *verſ. dico quartò.* Thomas à Ieſu *eod. loc.* §. *prima regula. in fin.* & §. *tertia regula*; etiamſi præcipiat in virtute S. Obedientiæ, vel ſub pæna excommunicationis. Paſſerin. *d. tom.* 1. *q.* 186. *art.* 9. *n.* 52. cum multis, quos allegat. Vnde ſi Prælati, vel aliqua Conſtitutio, vel ſtatutum Religionis præciperent rem parui momenti, & circà materiam leuem, ſeu exiguam prædictis modis, ſcilicet in virtute S. Obedientiæ, vel Spiritus S., tranſgreſſio non erit mortalis, ſed tantùm venialis. Cordub. in *d. Regul. cap.*10. *q.* 3. *punct.*1. Sanchez *lib.*6. *cap.* 4. *n.*46. Lezan. *eod. cap.* 8. *nu.*13. Peyrin. *d. verſ. dico quartò.* Bordon. *de profeſſ. cap.*23. *nu.* 24. de qua re iterùm *dub. ſeq.*

971 Altera regula dignoſcendi legis obligationem, eſt ex adiectione pænarum, vtpotè ſi aliquid præcipiatur ſub pæna excommunicationis, quia hæc pæna nonniſi prò mortali infligitur. *Cap. Epiſcopi.* & *cap. Nemo.* 11. *q.* 3. vnde & taliter obligare dum ſub ea aliquid in Religionibus præcipitur, docent S. Antonin. *d. cap.*1. §. 9. Caietan. *eod. art.* 9. *in reſponſ. ad* 2. Mirand. *loc. ſup. concl.* 3. & *concl.* 4. Suarez *eod. lib.*1. *cap.*2. *nu.*10. Sanchez. *ibid. num.*49. Bonacin. *diſp.*1. *q.*1. *punct.*7. §. 4. *nu.*30. Mallet. *d. lib.*3. *p.*1. *tit.*59. *n.*6. Lezan *cit. n.*13. Bordon. *de profeſſ. cap.*2. *num.*91. Donat. *eod. q.* 30. *num.* 5. A Spiritu S. *loc. ſup. n.*201. Et licet explicent de excommunicatione latę ſententiæ, verius eſt legem omnem præcipientem aliquid ſub pæna excommunicationis licet ferendæ obligare ſub peccato mortali. Caietan. *in d. reſponſ. ad* 2. & Mirand. *ead. concl.*4. & reſoluit Sanchez *nu.* 50. vbi prò hac re multos adducit, & huius ſententiæ eſſe ſubdit alios quamplures, qui tenent legem, quando fertur ſub excommunicatione, inducere obligationem ſub mortali, cum talis excommunicatio tunc ſit ferenda. Quibus addi poſſunt Donat. *tom.*3. *tract.* 1. *q.*13. *nu.* 5. vbi contrariam Suarij ſententiam reijcit, & Tamburin. *de iur. Abb. tom.* 3. *diſp.*3. *q.*6. *nu.* 6. qui de vtraque excommunicatione idem ſtatuens, ſic concludit: *Vnde à fortiori in Religionibus, in quibus raro proponitur hac cenſura excommunicationis ad oſtendendum rigorem præcepti, procul dubio erit ſufficiens ſignum ad indicandum voluntatem Superioris ad obligationem ſub peccato mortali.* Quod intelligendum eſt, dummodò aliquo indicio externo conſtet, talem excommunicationem non eſſe meram comminationem externam, vt *ibid.* Tamburin. & ad terrorem, vt cum Caſtro *d. cap.* 5. *docum.* 4. Vaſquez t. 2. *q.*96. *art.*4. *diſp.*158. *cap.*5. *n.*45. Sanchez *eod. loc. n.*53. Diana in coordinat. *part.*5. *reſol.* 119. *n.*2. & quod prò leui non imponatur, ſecùs eſſet inualida, loquendo de maiori Corneio *tom.* 2. *in* 3. *p. tract.* 5. *de excommunic. diſp.*3. *dub.* 3. & cum pluribus Tamburin. *ibid. tom.* 2. *diſp.* 14. *q.* 1. *num.* 1.

972 Item de ſuſpenſione dicendum ex eadē ratione, quod pæna grauiſſima ſit, adeòque & pro mortali culpa ſolùm imponatur D. Antonin. 2. *part. tit.* 4. *cap.*2. §. 3. Sylueſt. *verb. Præceptum. q.*3. Vaſquez *d. cap.*5. *num.* 48. Suarez *tom.*5. *in* 3. *p. diſp.* 4. *ſect.* 4. *num.*7. Ledeſma 2. *part.*4. *q.*17. *art.*2. *dub.*6. Palaus *tom.*1. *tract.* 3. *diſp.*1. *punct.*15. *num.*4. niſi ſuſpenſio ſit alicuius actus particularis, & ad breue tempus. Sanchez *num.*54. Lezan. *eod. cap.* 8. *num.*14. Et à fortiori de pæna depoſitionis, quia grauiſſima. Syluest. *d. q.*3. Azor. *eod. lib.*5. *cap.*6. *q.*5. ſicuti & perpetui carceris. Ledeſma *ibid.* Cordub. *eod. cap.*10. *q.*3. *punct.* 1. aut grauis infamiæ Caſtro *cit. lib.*1. *de leg. pæn. cap.*5. *docum.*4.

Sa-

Salon. 2.2. *quæſt.77. art.1. controu.8. notabil. penult. fin.* Carbon. *de legib. lib. 7. diſp. 4. paulò poſt. princip.*

Et hæc omnia quoad prædictas ſiue cenſuras, ſiue pænas, etiamſi verbis præceptiuis, aut præcepto ęquipollentibus non infligantur, ſed tantummodò indifferentibus, ſiue communibus, quia magnitudo pænæ tranſgreſſoribus adiunctæ, quæ pro ſolo mortali infligi poteſt, indicat tranſgreſſionem eſſe mortalem, vt cum multis Sanchez *ibid. nu.55. & 65.* quæ omnia ſi benè adnotentur, facilè erit diſcernere, qualis, & quanta ſit cuiuſque Regulę, & Conſtitutionum obligatio.

DVBIVM XIII.

De Regulæ Auguſtinianæ obligatione.

973 SVppoſitis ergò quæ dubio pręcedente adnotata ſunt, videndum eſt quomodò quoad ſtatuta quarti generis, quæ ſunt illa, de quibus dubitatur, obligent noſtra Regula, & Conſtitutiones. Et quoad primam, quia de Conſtitutionibus *dub. ſeq.* communis ſenſus DD. eſt eam non obligare ad mortale; & ſignanter Humberti in *expoſit. Regul. cap.*10. & S.Antonin. *3.p. tit.16. cap.1.§.6.*, dum diſtinguentes inter ea, quæ pertinent ad vota, & ea, quæ ad alias obſeruantias, dicunt ad illa intendiſſe obligare S.P. Auguſtinum: non verò ad iſta. Caietan. *d. q.186. art.9. in ſolut. ad 2.* dum in eodem ſenſu ſcripſit, non omnia, quæ ſunt in hac Regula eſſe ſubiecta præcepto ſcilicet obligante ad mortale. Iordan. de Saxon. *lib.2. vit. Fratr. cap.*14. Azor. *tom.1. inſtit. moral. lib.13. cap.11. q.7.* Sanchez *dict. lib.6. cap.6. num.3.* Suarez *tom.3. d. Relig. lib.*10. *cap.7. num.*18. & *tom.4. lib.1. cap.3. nu.6.* Hieronymi Garziæ *Politic. Regul. part.5. tract.5. difficult.2. dub.* 1. Thom. à Ieſu *loc. ſup. ad vltimam regulam. §. ſecundò probatur* Ioan. Payge in *Bibliothec. Præmonſtrat. lib.1. ſect.9.* Caramuel. in *Regul. S. Auguſtini tom.1. Theol. Regul. nu.*1898. Donat. *tom.3. tract.1. q.7. & q.13. num.3. & tom.4. tract.17. quæſt.14. num.5.* & Io. Andr. vt refert Fagnan. *in cap. Relatum. ne Clerici, vel Monachi. n.5.*

974 Nec obſtat, quod in principio Regulæ his verbis vſus fuerit Sanctus legislator: *Hæc igitur ſunt, quæ vt obſeruetis, præcipimus.* quia verbum *præcipimus* non inducit ſimpliciter culpam mortalem, vt præter adductos *num.* 968. probat multis Roderic. *tom.1. q.26. art.4.* & Leſſius *lib.2. de iuſt. & iur. cap.41. dub.9. nu.71.* quos ſequitur Peyrin. *dict. cap.5. de ſubdit. §.4. verſ. dico tertiò. in fin. Nec eſt probabile* (verba ſunt Humberti *loc. ſup.*) *quod vir tam ſapiens* (ſcilicet Auguſtinus) *& ſi per modum præcipiendi loquatur, intenderet omnia ponere ſub præcepto, & tantam damnationis materiam miniſtraret accedentibus ad Regulam ſuam pro ſalute quærenda.* Vndè dicendum, vſum fuiſſe verbo *præcipimus*, quia, vt explicat Iordanus *ibi*, loquebatur, vt præceptor; vel vt putat Suarez *d. cap.7. num.*18. more paterno; vel quia, vt vult Humbertus, *licet non intendebat omnia ponere ſub præcepto, tamen ſuæ intentionis eſt, quod multum vult omnia ſeruari; & ideò ad expreſſionem ſuæ voluntatis vtitur verbo præceptorio, potius quàm alio verbo ſimplici, ne daretur ex tenui modo loquendi pigritiæ humanæ occaſio minus curandi de mandatis Regulæ:* vnde poſteà concludit, *Quod modus tradendi mandata huius Regulæ licet ſecundùm verba ſit præceptorius, tamen iuxtà intentionem non eſt præceptorius vniuerſaliter.* Et talis eſt ſenſus Auguſtinianæ Religionis, dum in Prolog. ad Conſtitutiones impreſſas Romæ apud Franciſcum Caballum de 1649. §.5. ſic declarauit. *Vt autem Fratrum quieti, & animorum tranquillitati prouideamus, declaramus, quod Regula, & Conſtitutiones noſtræ non obligent nos ad culpam, ſed ad pœnam, niſi propter præceptum, vel contemptum. Præceptum autem in Regula noſtra nullum contineri declaramus, niſi ratione diuinæ, aut Eccleſiaſticæ legis, vel ratione trium votorum. Idem de Conſtitutionibus dictum eſſe volumus, excepto, vbi ponitur ſententia excommunicationis, aut præceptum exprimitur per iſta verba, vel alia eis æquipollentia: Præcipimus in virtute S. Obedientiæ; & hoc idem in ordinationibus, & litteris, vel verbis Superiorum intelligi volumus.* Quæ declaratio benè ſubſiſtit etiam quoad primam partem de Regula, cum in ipſa tota Religione inſit poteſtas ad huiuſmodi declarationem, ſeu moderationem etiam reſpectu Regulæ faciendā, vt reſoluunt Suarez *dict. tom.4. tract.8. lib.1. cap.1. num.5. & cap.2. n.13.* & Donat. *eod. tom.1. tract.1. q.7.*

975 Puto tamen obligare ad veniale (demptis ijs, quæ patet eſſe pura Conſilia) alias Regula non differet à mero conſilio, quod ad nullam culpam obligat, vt obſeruat Donat. *tom.3. tract.1. q.4.* & habetur ex *cap. Quiſquis.14. q.1.* vbi ſic: *Vbi conſilium datur, offerentis conſilium eſt: vbi præceptum, neceſſitas eſt ſeruientis;* præter rationem tum communem, quod lex dummodò iuſta, obligat in conſcientia, per D. Thom. 1.2. *q.96. art.2.* quod intelligendum eſt, niſi aliter legislator declarauerit. Valentia 1.2. *diſp.7. q.5. punct.6. quæſtiunc.3. in 2. ſign.* Sanchez. *dict. cap.4. num.67.* vbi quod præciſa hac declaratione omnis lex iuſta abſolutè lata obligat ad culpam, vel mortalem, vel venialem; quarè cum excluſa ſit ab Auguſtini Regula obligatio ad mortale, reſtat altera ad veniale; tum particularem Regularum, quod omnes earum tranſgreſſiones ſecundùm D. Thomam 2.2. *q.186. art.9.* in ijs, quæ non rigoroſè, & ex voto præcipiuntur, ſunt peccata venialia. Thom. a Ieſu *d. dub.8. p.2. §. ſecunda Concluſio. & §. hanc D. Thomæ,* vbi id commune eſſe apud Canoniſtas, niſi expreſsè declaretur, intentionem Fundatorum eſſe hanc etiam obligationē excludere, vt notat Suarez *d. tract.8. lib.1. cap.3. num.4.* quod non habetur quoad D. Auguſtini Regulam.

976 Et deducitur etiam ex verbo *Præcipimus*, quo vſus eſt in principio Regulæ Auguſtinus, quod vtpotè ex ſe indifferens ad infe-

ren-

rendam culpam mortalem, vel venialem, vt ſuprà dictum eſt *num.968.* de ſui natura babet obligationem aliquam in conſcientia ſemper inducere, Suarez *d.cap.3. num.4.* Thom. à Ieſu *ibid. §. ſecunda Regula*: vnde cum in præſenti non inferat mortalem, vt iam concluſum eſt, ſequitur, quod obliget ad venialem. Ità in terminis Caietan. *d.art.9.circà reſponſ.ad 2. in fin.* tenentque Humbertus *loc.ſup.*, & Io. Dominicus in *expoſit. Regul.* quos refert S.Antonin. *cod. cap. 1. §. 5. & 6.* Thom. à Ieſu. *dict. §. ſecunda concluſio* Suarez *cod.cap.3. num.1.* vbi etiam confirmat ex verbis in fine Regulæ: *vbi vos inueneritis ea, quæ ſcripta ſunt, ſacientes agite gratias Domino &c. Vbi autem quicumque veſtrum viderit aliquid deeſſe, doleat de præterito, caueat de futuro, orans, vt ſibi debitum dimittatur*; ſignificant enim, ait Suarez *hunc defectum in Regula non eſſe abſque culpa coram Deo*. Quod benè compatitur cum adducta Religionis Eremitanæ declarationæ, cum ibi ſit ſermo ſolùm de eulpa mortali, vt patet legenti. Vnde remanet altera nempè venialis, quando enim per declarationem aliquam excluditur præciſè à Regula obligatio ad culpam mortalem videtur planè tota alia obligatio, quæ ex vi legis poteſt inferri, nempè venialis admitti. Suarez *loc. ſup. cap. 2. num. 11., & cap. 3. num. 4., & 8.* vbi quod ſi expreſsè, non excludatur, ſemper ineſt ex vi Regulæ; & à Spiritù Sancto *ead. diſp. 6. num. 190.*

DVBIVM XIV.

De obligatione Conſtitutionum.

977 Circa Conſtitutiones autem; ſi loquamur de illis, quas obſeruant PP. Calceati, iam patet ex ſupra poſita declaratione, vbi & quando obligent ad culpam mortalem: an autem in reliquis obligent ad venialem, crederem idem dicendum, quod de Regula, vbi non ſint pura conſilia, ſcilicet vbi adhibeantur verba præceptiua, cum declaratio illa excludat tantummodo obligationē ad mortale. Et quoad noſtras, enex ipſarū Apoſtolicarum Conſtitutionum declaratione *part. 1. cap. 5. n. 4.* prò obligatione diſcernenda regula: *Admonemus autem Conſtitutiones, Ordinationes, aut quæuis ſuperiorum præcepta ad culpam non obligare, niſi in virtute Spiritus Sancti. S. Obedientiæ, & ſub formali præcepto ijs verbis, & inſcriptis præcipiantur; Veri tamen obedientes omnia obſeruare debent, ac ſi ad mortalem culpam obligarent*. Quæ omnia intelligenda ſunt de ijs, in quibus non ſtatuuntur res aliàs de iure, vel diuino, vel naturali, vel Eccleſiaſtico præceptæ; quo enim ad hæc non pendet earum obligatio ab huiuſmodi declaratione. Donat. *tom. 1. part. 1. tract. 1. q. 32. nu. 3., & tom. 4. tract. 17. q. 13. num. 2.*

978 Quoad puras Conſtitutiones ergò, tunc ipſæ obligant ſub mortali, quando quæ præcipiuntur, ea forma qualificantur, ſed quia nonnulla in Conſtitutionibus ordinantur ſolùm *in virtute Spiritus Sancti*; Nonnulla *in virtute S. Obedientiæ* tantum; & nonnulla ſolùm ſub pæna excommunicationis, dubium, & graue inſurgit, an ad obligationem ſub culpa mortali neceſſaria ſint ea omnia verba, vel an ſub eadem culpa adhuc obligent, & vbi quid præcipitur diſiunctiuè *vel in virtute Spiritus Sancti, vel S. Obedientiæ, vel ſub præcepto, vel ſub pæna excommunicationis*; Et quod non obligent Conſtitutiones ad mortale, vbi non ſunt ea omnia verba, poſſet probari; quia ex vna parte dubium non eſt, quod Conſtitutiones ea omnia verba ad obligandum præſcribere potuerint; eo enim modo, quo ad ipſas ſpectat (in rebus tamen aliàs non obligantibus) obligare, vel non, vt vidimus *num. 964.* ità potuerunt his, vel illis verbis, & non niſi ſub omnibus illis obligare; & ex altera, cum ly *præcipiantur* ſit poſitum in fine omnium eorum verborum iam ea omnia complecti, & in vnam formam coniungi dignoſcitur, & ſenſum eſſe, niſi ijs verbis omnibus præcipiantur. Et cum talis ſit præceptorum forma à Conſtitutionibus præſcripta, eſt vtique de genere indiuiſibilium, vt notatur *in l. ſi veritas. C. de fideicommiſſ.* & cū multis Barboſ. *in axiom. 101. nu. 14.*, Lezana *conſult. 10. n. 17., & in addit. in appanag. dub. 1. num. 8.* adeòque ſi tota non adimpletur, totus actus corruit. *l. cum bi. §. ſi Prætor ff. de tranſact. l. Qui Romæ. §. Flauius ff. de verb. obligat.*, & quamplures apud Barboſ. *ibid. num. 15., & in cap. Piſanis. de reſtitut. ſpoliat. num. 3.* Lezan. *d. dub. 1. nu. 8.*, Palaus *tom. 1. tract. 3. diſp. 2. punct. 13. nu. 2.* Et propterea, cum nullibi in dictis Conſtitutionibus aliquid præcipiatur ſub omnibus illis verbis, ſed ſolùm diſiunctiuè, vel *in virtute Spiritus Sancti*, vel *S. Obedientiæ*, nulla videtur eſſe in Conſtitutionibus obligatio ad culpam mortalem ex defectu formæ, per legem ad talem obligationē requiſitæ: ſed ſolùm ad venialem propter rationem ſupradictam, quod exeluſio culpę mortalis relinquit obligationem ſub veniali.

979 Quod ſi dicatur, non requiri ea omnia verba ad obligandum per hoc, quod in Capitulo generali de 1641. *ſeſs. 9. nu. 12.* declaratum fuerit dictam præceptorum formam debere intelligi diſiunctiuè, ſeu ſufficere prò obligatione ad mortale, quod quid ſcripto præcipiatur, vel in *virtute Spiritus Sancti*, vel *S. Obedientiæ* ſub hac forma. *Circà formam imponendi præcepta ad culpam obligantia, quæ habetur part. 1. cap. 5. §. 4. declaratum fuit, illa obligare, etiam ſi ſcripta concipiantur, ſub vno tantum ex infraſcriptis modis, videlicet, in virtute Spiritus S. aut in virtute S. Obedientiæ, aut ſub formali præcepto*; ſi hoc, inquam, dicatur reſpondetur ex ipſis verbis *circa formam imponendi præcepta* patere reſponſionem, ſcilicet, declarationem illam reſpicere præcepta à ſuperioribus imponenda: non autem præcepta iam in Conſtitutionibus impoſita: quod longè diuerſum eſt; & ſic prò illis ſufficere, quod cum illis verbis ſub diſiunctione aliquid præcipiatur; non verò prò iſtis.

980 Sed adhuc clarius ſuadetur aſſumptū; Primò ex ipſis Conſtitutionibus, quæ in *3. p.*

cap. 5.

cap. 5. de Viſitatione num. 4. hanc præſcribunt formam præcepti imponendi à Viſitatoribus: *Authoritate D.N.I.C. & officij, quo fungor, omnibus huius Conuentus Fratribus præcipio in virtute Spiritus S. & S.Obedientiæ, & ſub præcepto, vt vnuſquiſque, cum rogatus fuerit, aperiat, an in hoc Conuentu, vel Fratre quouis aliquam culpam &c.* Vbi iam apertè patet, quod Conſtitutiones ad formalitatem præcepti obligantis ad mortale, ea omnia verba coniunctim requirunt, & non aliquam ex illis ſub diſiunctione. Ergò dum in prima parte declararunt *Conſtitutiones, ordinationes, aut quæuis Superiorum præcepta ad culpam non obligare, niſi in virtute Spiritus S. S.Obedientiæ & ſub formali præcepto ijs verbis, & in ſcriptis præcipiantur*, intenderunt re vera declarare nō obligari quemquam ſiue à Conſtitutionibus, ſiue a pręceptis ſuperiorum, niſi vbi, & quando ſub omnibus illis verbis fuerit aliquid præceptum, cum iura debeant iuribus concordare, vt in *cap. cum expediat de elect. in 6.* & verba vnius capituli legis declarent dicta alterius capitis. Papponius *conſ. 141 num. 4. per l. vtrum ff. de per. hæred. l. Quemadmodum nec verba. ff. ad legem. Aquil.* Bordon. *reſol. 149. num. 116.* & in dubijs ſēper ea interpretatio amplectenda ſit, qua vitetur contrarietas, & repugnantia Crauet. *conſ. 70. num. 5.* & cum alijs Barboſ. *axiom. 58. num. 1. & axiom. 130. num. 4.*

981 Secundò ex obſeruantia, quæ pro diſcernendis hiſce obligationibus ex Regula, & Conſtitutionibus debet in primis attendi, vt adnotauimus num. 967. nam non obſtante dicti Capituli declaratione quando tum in Capitulis generalibus, tum in Definitorijs, tum à Superioribus ſubinde impoſitum fuit, & in dies imponitur aliquod præceptum, ſemper ſub omnibus illis verbis copulatim cōceptum fuit, & concipitur: quo benè dignoſcitur, ſenſum Religionis eſſe neminem obligari ad mortale, niſi vbi ſub ea integra forma aliquid iniungitur; adeoque, cum nulla res ſub ea præcipiatur in Conſtitutionibus, neque ipſas ad mortalem culpam obligare, quia ex hac antiqua, & diuturna obſeruantia interpretatur talem & fuiſſe legislatorum intentionem. Mirand. *tom. 1. q. 25. art. 4. in concl.*

982 Et parum refert, quod quandoque addantur ea verba *in virtute Spiritus S. vel S. Obedientiæ:* tum quia de ſe non arguunt ſemper obligationem ad culpam mortalem v. g. ſi addantur præcepto in materia leui, vt in terminis Lezan. *d. cap. 8. nu. 12.* & alij vt *num. 970.* cum quibus ſentire videntur omnes, qui ſuſtinent, præcepta Superiorum in re leui, non poſſe obligare ad mortale, vt dictum eſt eod. *num. 970.* & videbimus *dub. ſequ.* tum quia, ſicuti quando conſtat de mente legislatoris eſſe non obligare ad culpam, parum refert, quod poſteà verbis præceptiuis quid iniungatur, vt diximus *num. 965. in fin.* ita dum conſtat de mente noſtrarum Conſtitutionum eſſe non obligare ad mortale, niſi ijs verbis *in virtute Spiritus S. S.Obedientiæ, & ſub præcepto*, non eſt attendendum, quod poſteà aliquid ordinetur ſolum *in virtute S.Obedientiæ, vel Spiritus S.*, cum non adſit ea forma, quam ad præceptum cum vi obligandi ipſęmet Cōſtitutiones determinant. Et quæ dicta ſunt ſup. *num. 969.* de verbis *in virtute Spiritus S. vel S. Obedientiæ* ea ſcilicet obligare ad mortale, habent locum ſolummodo quando legislator ſecus non ſe declarauerit, vt præter Suarium, Valentiam, Palaum, à S.Fauſto, & Donatum adductos *ſup. nu. 965.* Thomas à Ieſu *loc. ſup. p. 2. §. quarta regula*, vbi: *Dum legislator explicat ſuam voluntatem non eſſe obligandi ad culpam etiam ſi verbis præceptiuis in materia graui vtatur, eius Conſtitutio nullatenùs etiam in materia graui obligat. Hæc regula conſtat clarè ex communi omnium ferè Religionum conſenſu, in quibus Conſtitutiones variæ verbis præceptiuis, & in materia graui traduntur, & tamen quia ab eorum conditoribus declaratum eſt, ſuæ intentionis non eſſe ſubditos obligare in conſcientia, fit, vt ab hac obligatione omnium liberi maneant:* quæ poſſunt intelligi de omnibus verbis præceptiuis etiam *in virtute Spiritus S.*, vel Sanctæ obedientiæ; non enim apparet, cur non poſſit legislator intendere etiam ſub his diſiunctiuè poſitis nolle obligare; cum non ſit maior ratio, cur, ſi ſtante declaratione non obligandi ad mortale, non ſequitur talis obligatio, etiam ſi ſubindè quid verbis præceptiuis imperetur, debeant poſtea obligare verba præceptiua tantum *in virtute Spiritus S.* quando iam declarauit, nolle obligare, niſi ijs verbis, *In virtute Spiritus S. Sanctæ Obedientiæ, & ſub præcepto præcipiantur.* Addo tandem talem eſſe, vt dictum eſt *num. 981.* ſenſum Congregationis, quod ſcilicet non obligent ad mortale præcepta niſi ſub omnibus illis verbis collectiuè concepta. Et quibuſcumque verbis præcepta imponantur; non obligant ad mortale, ſi pro obligantibus ad talem culpam non ſint à Communitate accepta Sanchez *d. cap. 4. num. 28.* A S.Fauſto *eod. lib. 6. q. 11. num. 6.* Paſſerin. *loc. ſup. art. 9. num. 60.*

983 Idem dicendum, ſi præcipiatur ſub pęna excommunicationis propter eandem rationem, quod legislator declarauerit Conſtitutiones ad culpam non obligare, niſi vbi ſub illis verbis præciperetur, inter quæ verba nulla prorſus excommunicationis mentio; & ideò, & ſi ſub iſta quid demandetur, non obligare dicendum ex defectu formæ à legislatore requiſitæ, quæ per æquipollens adimpleri non poteſt. Gloſſ. *verb. tranſponentes. in cap. Cum dilecta de reſcript.* Tiraq. *de retract. lign. §. 1. gloſſ. 21. num. 11. verſ. hæc & §. 3. gloſſ. 38.* Maſcard. *de general. ſtatut. interpret. concl. 9. n. 62.* & benè lateque Paſſerin. *d. q. 186. art. 9. n. 102.* Prò quo facit communis DD. ſententia, quod regula interpretandi leges deſumenda ſit ex legislatoris intentione ſufficienter cognita, de qua ſi conſtet, ea attendenda eſt, quidquid in contrarium ſignificent verba legis, iuxtà *l. Non dubium. C. de leg.* vbi dicitur *In legem committit, qui verba legis complectens contrà legis nititur voluntatem*; & propterea, cum declarauerint legisla-

Digitized by Google

giſlatores non obligare Conſtitutiones, niſi ſub eis verbis, non eſt attendendùm, quod poſteà quid ſub pæna excõmunicationis præcipiatur.

984 Quod item confirmatur ab obſeruantia, nam quando Capitula generalia decernunt aliquid, vel prohibent ſub pæna excommunicationis, ſemper præponunt verba taxata à Conſtitutionibus prò præceptis, ſcilicet. *Præcipimus in virtute Spiritus S. Sanctæ Obedientiæ, & ſub præcepto, & ſub pæna excommunicationis*: qua de cauſa ſi quis ex noſtris Superioribus præciperet aliquid tantum ſub pæna excommunicationis non obligaretur ſubditus ad culpam mortalem propter dictam rationem, nec Prælatus poteſt alijs verbis vti ad obligandum, nec alia forma, quàm præſcripta à Conſtitutionibus. Caſtellin. in *prælud. ad tract. de elect. Canonic. nu.* 23. Paſſerin. *d. n.* 102. *in fin.* & eodem modo diſcurrendum de præceptis Conſtitutionum ſub ſola excommunicatione, ac Superiorum, cum de vtriſque eamdem declarationem habeamus in illis verbis: *Admonemus autem Conſtitutiones, ordinationes, aut quænis Superiorum præcepta &c.* & ità in terminis de præcepto ſub excommunicatione latæ ſententiæ, quod nulla incurratur, quando conſtet de contraria præcipientis mente. Batholom. à S. Fauſto *d. lib.* 6. *q.* 11 *n.* 3. Nec dicatur ſatis conſtare de legiſlatoris mente, quod ſcilicet intendat obligare ad mortale, eo ipſo quod præcipit ſub excommunicationis pæna, quià hoc valet, vbi non aliàs declarauerit ſuam mentem nolle ſcilicet obligare, niſi ſub talibus verbis. Et ideò, quia in Conſtitutionibus PP. Calceatorum, vt vidimus *nu.* 974. declaratur ad culpam non obligare, niſi vbi præcipitur in virtute S. Obedientiæ, vel per æquipollentia verba, ne per dictam declarationem intelligeretur excluſa eadem obligatio à præceptis ſub excommunicatione, ſic expreſsè id quoque declaratum eſt, *excepto, vbi ponitur pæna excommunicationis*: quarè à contrario ſenſu, dum in noſtris ea deſignantur verba pro obligatione ſub mortali, non facta excommunicationis mentione, ſi ſub iſta quid præcipiatur, relictis verbis illis ad præcepti formam requiſitis, non videntur ad talem culpam obligare, & eſt potiùs cenſenda excommunicatio ad terrorem, de qua ſub *nu.* 971.

985 Nec contra dicta facit, quod *in* 4. *part. Conſtit.* vbi de pænis, ſemper in titulis Capitulorum additur *culpa* v. g. *Cap.* 5. *de graui culpa & pæna. cap.* 6. *de culpa, & pæna grauiori. cap.* 7. *de grauiſſima culpa, & pæna*, quaſi his denotetur re vera ſupponi culpam, & ad culpam Conſtitutiones obligare; quia hoc verùm eſſet, niſi per legiſlatorem contrarium fuiſſet expreſſum, nolle ſcilicet obligare ad culpam niſi ſub præfata forma. Sotus *de Iuſt. & iur. lib.* 1. *q.* 6. *art.* 4. Medina. 1. 2. *q.* 96. *art.* 4. *dub.* 4. Sylueſt. in *Summ. verb. Inobedientia in fin.* Sayrus *in Clau. Reg. lib.* 3. *cap.* 9. *per tot.* Auerſa 1. 2. *q.* 96. *ſect.* 1. *verb. verùm*; quos adducit, ſequiturque Donat. *tom.* 1. *d. tract.* 1. *q.* 32. *n.* 6. Lezan. *tom.* 2. *verb. Pæna Eccleſiaſtica. n.* 7. vbi quod impoſitio grauis pænæ, v. g. priuationis Officij, inhabilitatis &c. non arguit, aut ſupponit culpam ex legiſlatoris declaratione; quod ſemper intelligendum eſt quoad ea, quæ aliàs ex ſe non cadunt ſub præcepto, vel Diuino, vel naturali, vel Eccleſiaſtico, vt bene aduertit Sayrus *loc. ſup.* §. *quoad Religioſos*. Nec curandum de voce *culpa*, quia non ſumitur hic prò culpa Theologica, qua anima grauetur, ſed prò ciuili, & politica, ſeu legali, quæ non inducit obligationem in conſcientia, proùt in ſimili Palaus *tom.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 1. *punct.* 15. *n.* 12. & 14. §. *ad ſecundum dico*. Anton. à Spiritu S. *tract.* 4. *diſp.* 3. *n.* 330. & patet ex diuerſitate ipſius culpæ, leuis, mediæ, grauis, grauioris, & grauiſſimæ, quæ ciuilis, & politica eſt; Vel dicendum cum Paſſerin. *d. art.* 9. *num.* 44. accipi culpam largè prò omni tranſgreſſione, vel taliter denominari ea capita, quia in illis continentur aliqua, quæ aliàs ſunt peccata, vel leuia, vel grauia, & ratione illorum totum capitulum obtinere titulum *de leui*, aut *graui*, aut *grauiori*, aut *grauiſſima culpa*; ex quibus tamen non ſequitur, omnia cadere ſub culpa.

986 Hæc ſunt, quæ prò hac, & exercitij gratia probanda ſententia mihi adducenda ſunt; Contrarium tamen reſoluo, ſcilicet Cõſtitutiones obligare ad mortale, etiam quando ſub diſiunctione, vel *in virtute Spiritus S. vel S. Obedientiæ*, & ſine omnibus illis verbis, vel etiam *ſub pæna excommunicationis maioris, & latæ ſententiæ* quid præcipitur; & hac ſola ratione: quod Conſtitutiones intendunt re vera aliquando ſub mortali obligare, vt patet ex verbis: *Admonemus autem Conſtitutiones ad culpam non obligare, niſi &c. præcipiatur*; Si namque non intendiſſent ad eam culpam aliquando obligare, ſuperfluum fuiſſet dicere: *Admonemus autem Conſtitutiones ad culpam non obligare, niſi &c.* Et ſatis fuiſſet dicere: *Admonemus autem Conſtitutiones ad culpam non obligare, ſed ad pænam*; ergò cum dicant *ad culpam non obligare, niſi vbi præcipiatur &c.* Signum eſt, quod aliquando intendunt ad talem culpam obligare. Hoc ergò poſito ſequitur, quod obligent etiam vbi ſub diſiunctione, vel in virtute Spiritus S. vel S. Obedientiæ aliquid præcipiunt. Probo conſequentiam; quia, ſi dicatur omnia ea verba requiri, cum in nullo Conſtitutionis præcepto ipſa reperiantur, nullibi obligabunt ad culpam mortalem Conſtitutiones; quod tamen, vt iam adnotauimus, eſt contra ipſarum Conſtitutionum intentionem, quæ in legibus magis attendenda eſt, quàm ipſa verba. *l. Scire leges. ff. de leg. l. Nominis, & rei.* §. *verbum ex leg. ff. de verb. ſignificat.* Surd. *decis.* 35. *num.* 14. M. Anton. Genuenſ. in *Pract. Eccleſ. q.* 144. *n.* 3. & ſecundùm eam facienda eſt interpretatio. Angel. *conſ.* 261. *nu.* 4. Abb. *conſ.* 78. *circà primum. in princ. lib.* 2. *& dictum eſt in fin. n.* 983.

987 Et confirmatur, quia non videtur veriſimile, quod noluerint obligare ad culpam, & poſteà præceperint *in virtute Spiritus S.*, vel

S. Obe-

S. Obedientiæ, & aliquando *in virtute* vtriuſque ſimul; & propterea dicendum, intendiſſe Conſtitutiones, & ſub illis verbis diſiunctiuè ſumptis obligare, cum veriſimilitudo attendenda ſit in interpretationibus, & dicatur ideò ſuccedere menti. Alexand. *conſ.* 179. *Viſo n.* 13. *verſ. ex quibus. lib.* 5. Crauet. *conſ.* 363. *nu.* 26. *& ſeq.*, quos refert Card. Thuſc. *tom. 4. litt. I. concl.* 330. *n.* 10. Doctrinæ autem adductæ in contrarium, quod quando legiſlator declarat ſe ad culpam non obligare, non ſit poſteà attendendum, quod verbis præceptiuis aliquid iniungat, habent locum, vbi ſint verba præceptiua, v. g. *Mandamus, ordinamus, ſtrictè præcipimus, omninò volumus*, & ſimilia, quæ ſtante tali declaratione cenſendæ ſunt ad culpam non obligare: non verò vbi adſunt verba *Præcipimus in virtute Spiritus S.* vel *S. Obedientiæ*; nec Doctor aliquis adducetur, qui de his terminis id dicat: quin potiùs ſenſus communis DD. eſt, quod vbi hæc verba reperiuntur, intentio præcipientium ſit obligare ſub mortali, vt diximus *num.* 969. & *num.* 970.

988 Et quando mens Conſtitutionum in dicta declaratione eſſet, quod ea omnia verba collectiuè requirantur ad obligationem ſub mortali (quod tamen non admitto) dicerem, per ea verba: *Admonemus autem Conſtitutiones ad culpam non obligare, niſi &c.* non venire ipſas Conſtitutiones, quæ propriæ Conſtitutiones ſunt, & leges noſtræ: ſed Conſtitutiones impropriè, quales ſunt ordinationes Superiorum: tum quia non dicunt, *Admonemus autem Conſtitutiones, Ordinationes, aut quæuis præcepta ad culpam non obligare, niſi ijs verbis*, ſed addunt *Superiorum*, quo patet Sermonem eſſe ibi de alijs Conſtitutionibus, ſcilicet ordinationibus, quæ fiunt ab alijs Superioribus; & non de ipſis Cõſtitutionibus, quæ leges ſunt ad ipſos Superiores: tum quia illa verba *Et in ſcriptis*, cum non poſſint referri ad ipſas Conſtitutiones, quæ iam ſcriptæ ſunt, & reſpectu quarum ſuperfluum eſt dicere, quod ad hoc vt obligent, debeant eſſe in ſcriptis; referuntur vtique ad Conſtitutiones, ſiue Ordinationes, vel præcepta Superiorum, de quibus potuit ſtatui, quod vt obligent, fiant in ſcriptis; quamuis enim Superiorum ordinationes, & præcepta nequeant dici Conſtitutiones, cum tamen ex illis verbis; *Et in ſcriptis*, manifeſtum ſit ſermonem eſſe ibi de ordinationibus & præceptis Superiorum, non verò de ipſis Conſtitutionibus propriè dictis verbum illud *Conſtitutiones* debet potiùs impropriari, quàm vt ſit ſuperfluum per adducta à Barboſ. in *axiom.* 222. *n.* 17. *&* 22. Et ſic etiam dato, quod mens Conſtitutionum eſſet ea omnia verba requiri ad obligandum ſub culpa, cum non ſit ibi ſermo de ipſis Conſtitutionibus, quæ leges noſtræ ſunt, ſed de ordinationibus Superiorum, manet quoad ipſas Conſtitutiones quod obligent ſub mortali, quoties *in virtute Spiritus S.* vel *S. Obedientiæ* iuxtà communem DD. ſententiam ſub *d. nu.* 969. *&* *nu.* 970. aliquid præcipiunt.

989 Hinc patet idem dicendum de præcepto ſub pæna excommunicationis latæ ſententiæ; quia licet verum ſit, quod Superior aliquis præcipiens quid ſolùm ſub dictæ excommunicationis pæna, non obligaret, ex eo quod Conſtitutiones requirant in Superiorum præceptis ea verba, quæ per æquipollens nequeunt ſuppleri, vt oſtenſum eſt *n.* 983. & 984. cum tamen ibi non ſit ſermo, vt dictum eſt, de ipſis Conſtitutionibus, non eſt, cur ipſæ in tali caſu nõ obligent ad culpam iuxtà dicta *n.* 971.

990 Nec verum eſt (in quo eſſet maior vis fundamenti contrarij) quod obſeruantia ſit talis: quamuis enim ſit verum, quod Superiorum præcepta non obligent ad culpam niſi ſub omnibus illis verbis, *Et in ſcriptis* præcipiant, cum id expreſsè habeatur in Conſtitutionibus ibi, *& in 3. part. cap. 5. de Viſitat.* vbi ad præceptum à Superiore imponendum ea omnia verba requirunt, & talis ſit Religionis obſeruantia: non eſt tamen verùm, quod talis ſit & obſeruantia quoad præcepta Conſtitutionum, quod eſt longè diuerſum; & ex obſeruantia reſpectu præceptorum, quæ fiunt à Superioribus, non bene arguitur eamdem eſſe obſeruantiam reſpectu præceptorũ, quæ ſunt in Conſtitutionibus; quin ſenſus communior Congregationis eſt, quod vbi Conſtitutiones, vel *in virtute Spiritus S.* vel *Sancta Obedientia*, vel ſimili aliquid præcipiunt, re vera ad culpam obligent; & ità docentur in dies Nouitij, & quotieſcumque ante electionem Diſcretorum prò Capitulo generali, & etiam ante electiones alias eiuſdem Capituli leguntur præcepta Conſtitutionum prout *p. 3. cap.* 1. *nu.* 5. *& cap.* 9. *n.* 1. pro dignioribus eligendis, & practicis non faciendis, omnes vocem habentes genuflectunt in ſignum obedientiæ ergà talia præcepta, & acceptationis eorumdem, quamuis in ipſis non reperiantur ea omnia verba collectiuè; quod ſatis eſt ad indicandum talem eſſe, & non diuerſam Religionis obſeruantiam. Ex quibus patent reſponſiones ad rationes in contrarium.

DVBIVM XV.

De Ordinationibus, ſeu præceptis Superiorum.

991 QVo ad ordinationes nihil aliud ſubdere neceſſe eſt, quàm aduertere eas eſſe, quæ à Definitorio Capituli generalis, & Conſtitutiones adhuc non ſunt, vel quæ à P. Vicario Generali prò tota Congregatione, vel à Prouinciali pro ſua Prouincia in ordine ad bonum regimen conduntur, nec per ſe habent obligare in conſcientia; quia tamen quandoque habent annexam obligationem ad culpam mortalem, & tunc conſiderantur propriè vt præcepta, de his in præſenti aliqua quoad hæc declaranda ſunt. Et omiſſa eorum forma, quæ debet eſſe ea, quam conſiderauimus *num.* 977. cum omnibus illis verbis

coniunctim ſumptis, prout ibi. Obſeruandum eſt primò: ad hoc, vt obligent, debere eſſe in ſcriptis: tum quia præcepta Prælatorum, quæ oretenùs fiunt, non cenſentur ex vſu ſub mortali obligare, quantumuis materia ſit grauis, & verba ſint præceptiua, oiſi fortè adſit contemptus io tranſgredieote, vt notat Suarez *d. tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 9. num. 25.* Tamburin. *de iur. Abb. tom. 3. diſp. 3. q. 6. nu. 5.* A Spiritu Sancto *eod. tract. 3. diſp. 6. n. 168.* tum quia ſic præcisè in noſtris Conſtitutionibus, prout d. *num. 977. niſi ijs verbis, & in ſcriptis præcipiatur*: in quo differunt à Coostitutionibus PP. Calceatorum, per quas admittitur, vt vidimus *nu. 974.* & oretenùs præcepta fieri.

992 Obſeruandum ſecundò: ad hoc vt obligent io conſcientia, debere eſſe de concernentibus Regulam, ſiue directè, & explicitè, ſiuè iodirectè, & implicitè; quia, cum Prælati ooo habeant ius præcipieodi oiſi ratione voti obedientiæ Religioſorum. Vaſquez 1. 2. *q. 95. art. 2. diſp. 154. cap. 4. nu. 21.* Sanchez *d. lib. 6. cap. 2. n. 2.* oam ex hoc ſolo voto conſurgit obligatio Religioſi. Caramuel *Theol. Regul. tom. 1. n. 92. & 690. §. obedientia.* Lezao. *tom. 1. p. 1. cap. 4. n. 4.* Bordon. *de Profeſſ. cap. 23.* & hoc ſit ſolùm ſecundùm Regulam Bonacin. *tom. 2. de leg. diſp. 1. q. 1. punct. 3. n. 16.* nequeunt obligare ad obediendum, niſi in eis, quæ ad Regulam ſupradictis modis ſpectant, ex D. Thom. *quodlib. 10. art. 10. & 2. 2. q. 104. art. 5. ad 3. & 2. ſent. diſt. 44. q. 2. art. 3.* Sanchez *d. cap. 2. nu. 15.* Peyrin. *de ſubdit. q. 1. cap. 8.* Lezan *tom. 1. part. 1. cap. 4. n. 9.* A Sancto Fauſto *eod. lib. 6. q. 82.* Tamburin. *d. tom. 3. diſp. 4. q. 3. in princ. & nu. 6.* Bordon. *reſol. 58. n. 1. & tom. 5. de profeſſ. cap. 2. n. 46. & cap. 23. n. 12. & ſeq.* Donat. *tom. 2. part. 1 tract. 10. q. 13. & tom. 4. tract. 17. q. 16. n. 1.* Aogel. Piſtach. *tom. 1. de Votis tract. 7. cap. 1. num. 8. 11. & 12.* & cum multis Paſſerio. *d. tom. 1. de Stat. q. 186. art. 8. nu. 118. & 119.* Quod quoad nos ampliandum eſt, & ad Conſtitutiones, quod ſcilicet præcepta fiot quoque de rebus ſpectantibus explicitè, vel implicitè ad Conſtitutiones, quia io profeſſione promittitur obedieotia Prælato ſecuodùm Regulam, & Conſtitutiones. Vnde nequeunt eſſe de rebus ſuprà Regulam, & Conſtitutiones. D. Thom. *ibid.* S. Bernard. *lib. de diſpenſat. & præcept.* Roſella *verb. Obedientia. num. 10.* Caietan. *2. 2. q. 88. art. 8. dub. vlt. verſ. ad primum dicitur.* Paſſerio. *d. art. 8. nu. 140.* oiſi forſan imponatur tale præceptum in pœnam alicuius delicti, vel ſit hoc oeceſſarium ad ſeruãda vota, vt cum adductis Tamburin. *ibid. n. 7. & tom. 2. diſp. 21. q. 7. num. 3. & 4.* A S. Fauſto *ibid. q. 85.* Peyrin. *loc. ſup. verſ. dico ſecundò.* Donat. *d. q. 16. n. 11.* Neque contrà Regulam, vel Conſtitutiones, niſi ſint de rebus, ſuper quibus poſſit Superior diſpenſare, ex eod. D. Thom. *d. q. 104. art. 5.* & *quodlib. 10. art. 10.* Tolet. in *ſumm. lib. 8. cap. 16. n. 2.* Syluest. *verb. Religio. 6. q. 6.* Leſſio *de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 41.* Valent. *2. 2. diſp. 2. q. 3. punct. 2. in fin.* Sanchez. *eod. lib. 6. cap. 3. nu. 8.* Mirand. *tom. 1. q. 26. art. 8.* A Sancto Fauſto *ibid. q. 83. num. 2.* Tamburin. *d. tom. 2. diſp. 21. q. 7. n. 2.* Donat. *ead. q. 16. nu. 3. 5. & 6.* Paſſerin. *ibid. nu. 303.* Neque de rebus omninò præter Regulam, vel Conſtitutiones D. Thom. *ead. diſp. 44. art. 3. in corp.* Tabien. *verb. Obedientia. nu. 5.* Cordub. *in Regul. cap. 10. q. 2. in 4. & 5. punct.* Mirand. *ibid. art. 9.* Si enim aliquo modo poſſint ad illas reduci, teneret tuoc præceptum. Peyrin. *ibid. verſ. dico quartò; cum ſeq. probatur.* Tamburin. *d. q. 7. n. 5.* & *tom. 3. d. diſp. 4. q. 3. n. 11.* Neque de rebus infrà Regulam, vel Conſtitutiones, ideſt, quæ laxiora præcipiant, quàm ab eiſdem præſcribatur: dummodò non ſubſit aliqua cauſa rationabilis taliter præcipiendi. D. Bernard. *loc. cit.* D. Gregor. 35. *Moral. cap. 10.* & habetur *cap. Quid ergò. 11. q. 3.* Leſſius *d. cap. 41. dub. 9. num. 76. verſ. quintò Si præcipiat.* Miraod. *eod. art. 9.* Donat. *eod. tom. 4. tract. 17. q. 17.*

993 Obſeruandum tertiò: non poſſe poni hæc præcepta formalia in materia omninò leui, vt dictum eſt. *num. 970.* & præter ibi adductos docent Suarez *lib. 3. d. leg. cap. 25. num. 2.* Vaſquez *1. 2. tom. 2. diſp. 158. cap. 4. num. 34.* Valeot *1. 2. diſp. 7. punct. 6.* Azor. *tom. 1. lib. 5. cap. 6. q. 5.* Caramuel in *Regul. S. Benedicti lib. 1. diſp. 7. art. 4.* & communiter DD., & ratio eſt, quia cum vis præcepti limitetur oeceſſariò à ſuo obiecto, ſi hoc leue ſit, nequit grauem inducere obligationem. Saochez io *Decalog. lib. 1. cap. 4. num. 5.* oec Prælatus facere poteſt, quod id, quod de ſe capax non eſt mortalis culpæ, ſit capax per ſuum præceptum. Peyrin. *de ſubdit. q. 1. cap. 5. §. 4. verſ. dico quarto*, cum eius intentio debeat eſſe iuxtà regulam rectæ rationis, à qua valdè alienum eſt, vt leuia ſub mortali præcipiaotur, maximè cum Prælatorum poteſtas ſit in ædificationem, & commodum ſubditorum, & oon in damnum, & deſtructiooem, vti eſſet, ſi res nullius momenti ſub mortali obſeruare tenerentur. A S. Fauſto *d. lib. 6. q. 9.* adeò vt tale præceptum eſſet indiſcretum, vt Peyrin. *ibid.* quio iniuſtum, & iniquum, vt Palaus *tom. 1. tract. 2. diſp. 2. punct. 8. num. 2.*, eo modo, quo iniuſta ciuilis lex, ſi pro re leui pœnam mortis imponeret. A S. Fauſto *ibid. num. 2.*

994 Circà quod tamen aduerteodum hoc procedere, vbi materia, vt dixi, omninò leuis eſt, ſcilicet tum in ſe, tum ex circumſtantijs; nam ſæpè contingit, vt materia præcepti ſit ſecundùm ſe leuis, & incapax obligationis ſub mortali: ex circumſtantijs verò boni communis adiuncti, quas Superior inteodit, fiat, ſitque grauis, & cadat ſub obligatione ad mortale; vt ratione vitaodi ſcandali, etiamſi illud non eſſet ex ſe lethale, aut ratione iacturæ boni communis Religionis, periculi etiam non proximi tranſgreſſionis votorum, bonæ famæ, vel ſimilium, vt cum Suarez *tom. 5. in 3. p. diſp. 4. ſect. 6. num. 11. & 12. & diſp. 18. ſect. 3. num. 16. & 17.* Sayr. in *Clau. Reg. lib. 3. cap. 7. num. 14. & 17.* Valent. *1. 2. diſp. 7. q. 5. punct. 6. quæſit. 3.* & alijs Sanchez *d. lib. 1. cap. 4. num. 3.* Mirand. *tom. 3. q. 25. art. 2.* Tamburin. *d. tom. 3. diſp. 3. q. 6. num. 4.*

Peyrin.

Peyrin. loc. ſup. verſ. hæc tamen intelligenda: Bordon. reſol. 58. num. 46. Donat. tom. 1. part. 1. tract. 1 q. 29. nu. 6. & 7. & tom. 2. part. 1. tract. 12. q. 4. & tom. 4. tract. 17. q. 13. num. 4. A Spiritu Sancto eod. tract. 3. diſp. 6. num. 90. & ſeq. & de communi Diana in coordinat. tom. 7 tract. 1 reſol. 132. nu. 1. Paſſerin. loc. ſup. art. 9. nu. 53; adeout teneat etiam præceptum ſub excommunicatione abſolutè poſitum à Prælato licet ſit de re leui, in ſe, ex qua tamen præuidet, vel dubitat aliquod graue malum euenturum, vt Tamburin. ibid. tom. 2. diſp. 21. q. 2. num. 2. Bordon. reſol. 78. nu. 138. & cum Fabr. de conſ. in 4. diſt. 25. q. 1. diſp. 4. cap. 2. num. 55. tenet idem Diana in coordinat. tom. 5. tract. 1. reſol. 13. n. 3. & nos inſinuauimus n. 467. quamuis ſubdat Diana ab huiuſmodi præceptis ex leuibus cauſis, & cum excõmunicatione majori, ſeu ſimpliciter, abſtinẽdũ.

995 Et ratio omnium eſt, quia materia grauis non eſt illa tantum, quæ per ſe, & abſolutè ſpectata, ſemper, & in omni euentu talis eſt; ſed etiam illa, quæ, vt dictum eſt, licet ſecundum ſe præcisè conſiderata ſit leuis, ingraueſcit tamen ex circumſtantijs temporis loci, & ſimilium. Caramuel. Theol. Regul. tom. 2. nu. 2794. Diana iterùm tom. 6. tract. 1 de leg. reſol. 58 nu. 3. & quæ valdè conducit ad finem à legiſlatore intentũ, vt ſtatuunt Vaſquez d. q. 158. cap. 6. n. 59. & 60. Sanchez d. lib. 1. cap. 4. num. 2. Suarez de leg. lib. 3. cap. 25. num. 4. & 12. Palaus ead. diſp. 2. punct. 7. num. 4. Donat. d. tom. 1. tract. 1. q. 29. & tom. 4. d. tract. 17. q. 14. in fin. vbi id intelligendum de fine intento à legiſlatore, & non à proprio arbitrio; Et ſic cum res in ſe leues poſsint in his, vel illis circumſtantijs valde conducere ad finem intentum à Prælato, valida erunt huiuſmodi præcepta; quia vt docent Bonacin. de leg. diſp. 1. q. 1. punct. 7. §. 4. num. 21. Palaus ead. diſp. 2. punct. 8. num. 3. Diana d. tom. 7. tract. 1. reſol. 131. num. 5. tunc res leuis fit grauis materia capax obligationis ad mortale.

996 Vnde infertur eum Valent. tom. 2. diſp. 7. §. 3. verſ. tertiò colligitur. & Donat. d. tract. 17. q. 13. num. 4. valdè decipi eos, qui exiſtimant non obligare ad mortale Prælati præceptum, v. g. de ſeruando ſilentio, non ingrediẽdo aliorum cellas, non colloquendi cum tali perſona &c. quæ ex ſe non magni momenti apparent; quippè fieri poteſt, vt circumſtantia aliqua ex ſupradictis, aut ſimilibus ei materiæ grauitatẽ addat, & ideò obligent ſub mortali, vt benè Caramuel. ibid. num. 2796. & cum Medina, Salas, & alijs, Diana ibid. reſol. 132. num. 1. Angel. Piſtach. de Votis tom. 1 tract. 7. cap. 1. num. 36. A S. Fauſto d. lib. 6. q. 11. num. 5. vbi addit, ſi occaſio circumſtantiæ ceſſet, tunc ceſſare & obligationem præcepti, & ſi Prælatus præceptum non reuocauerit, ſed velit adhuc illud vigere cum eadem obligatione; quia ſi ſine tali circumſtantia qualificante rem præceptam non tenuiſſet ab initio pręceptum, ea ceſſante ceſſat & vis obligandi, cum ceſſante cauſa ceſſet effectus, ex cap. Poſt tranſlationem de renunciat. quod tamen intelligendum ſubdit, quando ceſſat tota cauſa præcepti.

997 Quia verò vt in Summ. verb. Præceptum 2. ait Caietan. impoſſibile videtur in iure humano ex ſola materia diſcernere pręcepta ſub mortali, cum res, quę leuis videtur, ac ſit talis in ſe conſiderata, ſit magni momenti attentis circumſtantijs, quas ſuperior ſpectat, & ſubditi ignorant, ad confuſionem eorum, qui facillimè Superiorum pręcepta, quia in re leui, non tenere ſibi ſuadent, obſeruandum cum Suarez d. tom. 5. in 3. p. diſp. 4. ſect. 6. num. 11. debere ſatis certò, & indubitanter conſtare leuem eſſe materiam, vt iudicemus pręceptum, quod alias ex tenore verborum ad mortale obligaret, non ſic obligare; & ratio eſt, quia in dubio non eſt ſpoliandus Superior ſua poſſeſſione, nec quando non conſtat de iniuſtitia præcepti Cap. quid culpatur 23. q. 1. Sanchez d. lib. 1. cap. 4. num. 3. Diana ead. reſol. 132. num. 1. Bordon. reſol. 58. num. 47. Alexand. Peregrin. in Conſtit. Cleric. Regul. in Proœm. concl. 5. & in dubio præſumendum, finem eſſe grauẽ, & rem præceptam grauiter ad illum conducere. Palaus loc. ſup. punct. 7. num. 4. §. ex his conſtat.; adeoque & ſuperiorem rectè, & ordinatè præcipere. Lezan. tom. 1. part. 1. cap. 8. num. 12. & conſequenter teneri ſubditum obedire. Cordub. d. cap. 10. q. 3. punct. 1. Sanchez lib. 6. cap. 4. num. 46. Peyrin. eod. cap. 5. §. 4. verſ. dico quintò à S. Fauſto d. lib. 6. q. 9. nu. 3. in fin. Quod idem dicendum in dubio, an res præcepta ſit contra Regulam. Sanchez d. lib. 6. cap. 3. num. 8. cum ibi adductis. Donat. tom. 4. tract. 17. q. 16. Paſſerin. ibid. num. 303., vel ſupra Regulam. Sanchez ibi num. 4. Paſſerin. d. art. 8. nu. 290. propter eandem rationem, quod in dubio mandatum ſuperioris præſumitur iuſtum, nec limites ſuæ poteſtatis excedens, vt fusè Sanchez ibid. num. 3. Bordon. d. num. 47. & ſeq. & de profeſſ. cap. 23. num. 34. Lezan. loc. ſup. cap. 4. num. 24. vſque ad 28.

998 An autem huiuſmodi pręcepta ad culpam obligantia poni poſſint pro re, pro qua iam in Conſtitutionibus taxata eſt pęna: quamuis communiter ſcribant DD. non poſſe in vniuerſum fieri, quia eſſet hoc ſupra Regulam obligare, & ſolum poſſe cum aliquibus priuatis, & particularibus, quando ad aliorum exẽplum, & correctionem illius, qui minùs parere conſueuit, id expedire iudicatur; quia cum Prælatus ſit cuſtos obſeruantiæ regularis, ad eam conſeruandam poteſt relaxatum ſubditum præceptis, & excommunicationibus conſtringere, vt Vaſquez 2. 2. diſp. 154. cap. 4. nu. 21. Sanchez d. lib. 6. cap. 2. num. 46. Ledeſm. de ſtat. relig. in comm. cap. 4. concl. 8. dub. 2. Salas de leg. diſp. 8. ſect. 12. num. 57. Bonacin. tom. 2. diſp. 1. q. 1. punct. 3. num. 17. Peyrin. d. cap. 5. §. 3. verſ. dico ſecundò. A S. Fauſto d. lib. 6. q. 115. num. 3. Donat. tom. 2. part. 1. tract. 12. q. 8. Bordon. reſol. 58. nu. 5. vbi id eſſe agere contrà intentionem legiſlatorum, qui, ſicut noluerunt ſub culpa obligare, ſed ad pænam, ità intenderunt, ne inferiores talem ſibi vſurparent poteſtatem compellendi ſuos ſubditos ſub eadem culpa ad obſeruantiam regularem, ſi poſſent eoſdem vrgere pæ-

nis temporalibus; & *reſol.*78 *num.*118. *& ſeq.* & de *profeſſ.cap.*2.*num.*90.*&* 131.*& cap.*23. *nu.*23. A Spiritu Sancto *ead.diſp.*6.*num.*92. & Paſſerin. fusè *de ſtat. tom.*1.*q.*186.*art.*8.*num.*116. Nihilominus verum eſt, poſſe & cum toto Collegio, ſiue Communitate id præſtari à Prælato, ſi ipſa tota eſſet relaxata in obſeruantia non ſolum Regularum, & Conſtitutionum, ſed etiam alicuius ſtatuti Regulę, vel Conſtitutionum; quia ad Prælatum ſpectat curare totis viribus obſeruantiam Regulæ; & ſic ne diſſoluatur, ſub mortali eam præcipere. Ità & benè Ledeſm. *d.cap.*4.*concl.*8.*dub.*2. Peyrin. *loc. ſup. verſ. dico tertiò.* A Spiritu Sancto *ibid. num.* 102. Paſſerin. *eod.art.*8 *num.*114. Bordon. *reſol.*85.*nu.*34. Aduertendum tamen cum Peyrin. & A Spiritu Sancto *loc.ſup.* & Tamburin. *tom.*2.*diſp.*21.*q.*3. *num.*2. non debere eſſe in his nimis faciles Prę latos, & ijs medijs non vti, niſi vbi adhibitis diligentijs viderint ſine huiuſmodi præceptis inobſeruantias tolli non poſſe: Pro culpa autem duorum, vel trium numquàm poſſe à Pręlato ſub pręcepto totam Communitatem obligari, vt pro certo tradunt Vaſquez *d. num.*21. Sanchez, & Donat. locis ſupracit. Peyrin. *eod. verſ. dico* 2. *& verſ. tertia pars.* A Spiritu Sancto *num.*101. Paſſerin. *ibid. num.*115. quia propter particulares inobſeruantes non ſunt aggrauādi alij; & obſeruātibus hoc eſſet ſupra Regulā.

999 Hinc, licet pro præceptis reſpectu particularium perſonarum, & de rebus ordinarijs conſilio non egeant Prælati, & quia non ſunt magni momenti, & quia alias valdè oneroſum eſſet illis gubernium: benè tamen dicitur, teneri Prælatos procedere in bis cum conſilio etiam reſpectu particularium, quando agitur de rebus grauibus, & extraordinarijs, vt habetur *in cap. Nouit, cap. Quanto, & cap. Ea noſcitur, de his, quæ fiunt à Prælatis.* Barthol. de Vecchijs in *Prax. Nouit.diſp.*6.*dub.*2.*num.*2., & à fortiori, dum agitur de præcepto toti Communitati imponendo. Ita indiſcriminatè de conſilio petendo pro præceptis circà res graues Roderic. *tom.*1.*q.*10.*art.*2., & quoad omnia hic explicata Suarez *d. tract.*8. *de Relig.lib.*2. *cap.* 8. *num.* 6. Lezan. *tom.*1.*p.*1.*cap.* 18. *num.* 90. Tamburin. *tom.*3. *diſp.* 3.*q.*5. Donat. *tom.* 2. *p.*1. *tract.* 10. *q.*10. & hoc etiamſi à lege non præſcribatur, quia in tali caſu prudentia poſtulat, vt res grauis non fiat ſine maturo conſilio; adeoùt, ſi aliter fiat peccari poſſit ratione periculi errandi. Suarez *d. num.* 6. Donat. *ibid. num.* 2. Et in noſtra Congregatione clarum eſt, tam quoad præcepta Capituli generalis, cum pendeant ab examine nouem Patrum, quàm quoad P. Vicarium Generalem, cum pro ſuo prudenti gubernio quatuor Definitores adiutores habeat à Conſtitutionibus *part.*3.*cap.*4. vt in rebus grauioribus de eorum conſilio, & conſenſu reſpectiuè procedat. Clarum eſt id etiam quoad Viſitatores Generales, cum enim duo ſint, & nihil niſi de communi conſenſu determinare valeant 3. *p. Conſtit. cap.*5. *num.*8., ſequitur neceſſario ſine conſultatione præcepta ab eis imponi non poſſe. Et quoad Priores, item liquet; cum ſic *ibid. cap.* 7. *num.* 8. diſponatur: *Nullus Prior, toti Conuentui præceptum imponere valeat, niſi de conſenſu Vicarij Generalis, aut etiam de conſenſu Diſcretorum Conuentus.* Et licet quoad Prouinciales id in Conſtitutionibus non decernatur, cum Prouincialis officium ſubſequenter ad eas erectum ſit, eodem tamen modo diſcurrendum eſt, quo de ſupradictis, debere & eos propter eandem rationem in imponendis præceptis, cum Definitores non habeant, aliquorum Priorum, vel ſaltem ſeniorum conſilio vti.

1000 Quia tamen hoc videtur procedere, quando agitur de imponendo præcepto toti Communitati, vel Congregationis, vel Prouinciæ, vel Conuentus reſpectiuè, non verò vbi de præcepto pro particularibus perſonis; Nihilominus & in hoc caſu, ſi ſit de re graui, & extraordinaria, puto & P. Vicarium Generalem, ſi non Definitorij, alicuius ſaltem Definitoris, vel Prioris localis, & Priores Diſcretorum conſilium adhibere debere (quod idem dicendum de Prouinciali modo, vt ſuprà, cum quoad Viſitatores de hoc nō ſit difficultas) eo modo quo, prout in dict. Conſtitutionibus *p.*4. *c.*1. *num.*4. tam Vicarius Generalis, quam Priores pro punitione culpæ, pro qua non ſit in Conſtitutionibus taxata pæna, & in caſibus ſuam reſpectiuè facultatem excedentibus, ille de conſilio alicuius Definitoris, vel Prioris localis, & iſti de conſilio Diſcretorum eam taxare, & imponere debent. Valet enim argumentum à taxatione pænæ in re graui de conſilio ad obligationem ſub graui culpa cum eodem conſilio.

1001 Horum autem omnium præcepta certum eſt non eſſe perpetua; Et ſi ſermo ſit de præceptis Capituli generalis iam dictum eſt *num.* 947. vigere ſolùm vſque ad ſubſequens Capitulum, niſi confirmentur: Si verò de præceptis aliorum Superiorum, durare ſolùm durante officio, ſeu vita Prælati præcipientis. Gloſſ. *cap. Dudum* 18. *q.* 2. Thuſc. *litt. P. concl.* 480. *num.*4. Syluest. *verb. Mandatum nu.*3. Bordon. *reſol.*149.*num.*40. *& deciſ.*68. Donat. tom. 1. *part.*1.*tract.*1. *q.*3. *num.*5. *& tract.*12. *quæſt.*5. *num.*32. *& tom.*2. *part.*1. *tract.*10. *q.* 15. *num.* 5. Et quamuis in Conſtit. *p.* 3. *cap.* 2. *num.* 14. ſic habeatur: *Quod idē dicimus de vniuerſis præceptis quorumcumque Superiorum, quæ vſque ad Capitulum tantum perdurent in vi obligandi: Scripta tamen permaneant vnicuique ſucceſſori oſtendenda,* non eſt ſenſus, quod præcepta Superiorum debeant vſque ad Capitulum generale perdurare, quaſi velint, quod mortuo, vel amoto ab officio Prælato, qui præcepit adhuc vigeant eius præcepta: ſed ſenſus eſt, quod non perdurent vltrà Capitulum generale; quia, ſi non amoueatur quis, vel pereat, eius officium vſq; ad Capitulum generale perdurat; & ideò ad indicandum, quod non durent, niſi durante officio, declaratum eſt, hæc perdurare vſq; ad Capitulum; vndè ſequitur, quod non durante officio, vel ab eo amoto Prælato, nullius momenti

menti

menti ſint eius præcepta.

1002 Debent item ſufficienter proponi, ſeu promulgari, ad hoc, vt obligent *ex cap. in iſtis. diſt.* 4. A' S. Fauſto *d. lib. 6. q. 6.* non enim alio modo tenetur ſubditus legi obedire, quin prius ſibi fuerit conuenienter propoſita; & de præcepto particulari dubium non eſt, quin debeat illi indiuiduæ perſonæ denunciari: in quo quoad vim obligandi ſufficit vel quod per Superiorem, vel per tertiam perſonam intimetur, Suarez *d. lib. 2. cap.* 8. *num.* 14. & quando teſtes adhibentur, non eſt quia ad talem obligationem requirantur, ſed ad ſubditum de traſgreſſione conuincendum, ſi occurrat: & vt conſtet in foro exteriori de impoſito præcepto. De præceptis autem Capituli generalis pro tota communitate quamuis Suarez *ibid. nu.* 16. Lezan. *eod. cap.* 8. *nu.* 27. Donat. *tom.* 1. *de tract.* 1. *q.* 9. *num.* 3. ſentiant ſufficere promulgationem in ipſo Capitulo, vbi reſidet Religio, eo modo, quo lex Pontificia ſufficienter promulgatur Romæ, & Regia in Regis Curia; quia tamen vt idem Lezan. *tom.* 2. *verb. leges Regularium*, explicat, ex illa promulgatione in Capitulo obligantur ſubditi ſolùm in actu primo; & in actu ſecundo non obligantur, niſi ipſius notitiam habeant, per S. Thom. 1.2. *q.* 90. *art.* 4. Nauarr. *in Man. cap.* 23. *num.* 44. 45. *&* 46. dicendum eſt debere in omnibus Conuentibus publicari. Caſtellin. in *prælud. ad tract. de elect. Canonic. num.* 22. ſaltem quoad nos, cum talis ſit noſtra conſuetudo, quam etiam in puncto promulgationis præceptorum ſeruandam docent Suarez *d. num.* 14. & Donat. *eod. num.* 3.

1003 Vtrum verò debeat in eis exprimi cauſa, vt volunt cum Nauarr. Moronus *reſponſ.* 21. *num.* 19. & Peyrin. *tom.* 1. *de ſubd. q.* 1. *cap.* 12. *dicto ſecundo*, & *cap.* 26. §. 2. *dicto.* 5. *& ſeq.* vel non, vt tenet Bordon. *reſol.* 58. *num.* 46. de qua re Anton. à Spiritu S. *d. diſp.* 6. *ſect.* 1. §. 4. *à num.* 104. *& ſeq.* & Paſſerin. *d. art.* 8. *à num.* 121. *& ſeq.* dico debere exprimi ſaltem ad oſtendendum, non ex mero arbitrio, & ad grauamen, ſed rationabiliter præceptum imponi: eo magis cum, talis ſit etiam Congregationis obſeruantia.

1004 Obſeruandum tandem, valere præcepta poſita à Prælatis ſuis ſubditis etiam abſentibus, ſiue extrà Clauſtra exiſtentibus; quia Monachus, vbicunque eſt, ſemper eſt de iuriſdictione Abbatis ex *cap. ſtatuimus.* 19. *q.* 3. *cap. ſi Religioſus de elect. in* 6. & fictione iuris ſemper eſt in Clauſtro. Angel. *verb. ſententia nu.* 5. & ratio eſt, quia cum ratione voti obedientiæ ſit illi ſubditus, vbicumque ſit illum ſequitur, & tenet obligatio erga ſuum ſuperiorem; & propterea iuriſdictio Prælatorum dirigitur in perſonas, & non coarctatur à loco: vnde dicitur, eorum teritorium eſſe totum Mundum; & ideo poteſt Prælatus Regularis, vbicumque ſit ſuus ſubditus, valide præceptis eum ligare, & excommunicare, ſi aliàs excommunicandi facultatem habeat; Et ità communiter DD. Sylueſt. *verb. excommunicatio* 2. *n.* 5. Tamburin. *de iur. Abb. d. tom.* 2. *diſp.* 14. *q.* 2. 4. *&* 5. Roderic. *tom.* 2. *q.* 59. *art.* 1. Mirand. *tom.* 2. *q.* 35. *art.* 8. *concl.* 3. Ioan. de la Crux. in *Director. conſcien. de cenſ. art.* 2. *concl.* 2. Peyrin. *in Conſtit.* 7. *Pij V. nu.* 20. *&* 21. Lezan. *d. tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 4. *nu.* 37. *& in Mar. magn. Prædicat. num.* 61. Bordon *reſol.* 110. *à num.* 20. *& ſeq. & reſol.* 145. *num.* 25. *& de profeſſ. regul. cap.* 11. *à num.* 25. *& ſeq.* Donat. *tom.* 2. *part.* 1. *tract.* 10. *q.* 15. *& tom.* 4. *tract.* 17. *q.* 34. & cum multis Diana *in coordinat. tom.* 5. *tract.* 1. *reſol.* 98. *nu.* 12. A' Spiritu S. *d. diſp.* 6. *num.* 35. Paſſerin. *ibid. art.* 8. *num.* 79. Et de hac materia ſatis.

QVODLI-

QVODLIBETVM VNDECIMVM DE PROFESSIONE, ET VOTIS.

1005 IN Profeſſionis definitione aſſignanda non moror, cum inter cæteros videri poſſint de ea ſcribentes Bordonus *de profeſſ.cap.1. in tom.5.& reſol. 57.& 85.* & Paſſerin. *de ſtat. tom. 3. q. 189. art. 10. inſpect. 1. & 2.* Et prò ea modò intelligens actum illum, quo quis in approbata Religione tria vota ſubſtantialia emittit, quique vel eſt in ſua formalitate contractus vltrò, citròquè obligatorius inter profitentem, & Religionem, vt volunt cum Nauarr. *conſ. 26. de Regul.* Portellus *verb. Profeſſio nulla num. 7.* Bordon. *d. reſol. 57. num. 4.* Peyrin. *in Formular. litt. Z. cap. 3. nu. 6.* & Donat. *tom. 2. part. 2. tract. 10. q. 1. à num. 2.*; vel, quando non ſit talis formaliter, connotat ſaltem huiuſmodi contractum, & reciprocam obligationem ſeruiendi Religioni ex parte profitentis, & alendi profitentem ex parte Religionis, vt docent Paſſerin. *loc. ſup. nu. 20.* & Fagnan. *in cap. Porrectum. de Regularibus num. 19.* Et qui propterea matrimonio in pluribus comparatur *cap. Quæ Chriſto 27. q. 1.* Bordon *ead. reſol. 57. num. 3. & de Profeſſ. cap. 17. num. 1.* Vecchius *diſp. 12. in Prax. Nouit. dub. 1. num. 6.* Fagnan. *ibid. num. 20.* Hæc inquam, ſupponens, de quibuſdam ad profeſſionem requiſitis agemus in præſenti, requiſitis inquam ad profeſſionem expreſſam, cum tacita in noſtris Conſtitutionibus, nec nominetur; ſicuti & de quibuſdam circà vota Paupertatis, & Humilitatis tantummodò, cum quoad Caſtitatis, & Obedientiæ vota nihil peculiare occurrat, quod alijs Religionibus commune non ſit.

DVBIVM I.

De ſeruandis in admiſſione ad habitum, & profeſſionem.

1006 ADmiſſio ad profeſſionem non eſt dubium, quod ſupponat admiſſionem ad habitum; cum hæc ad illam ordinetur, & ab hac illa dependeat. Suarez *de Relig. tom. 4. tract. 10. lib. 2. cap. 1. num. 20.* Lezan. *tom. 1. p. 1. cap. 2. num. 55.* & ideò extra rem non erit aliqua prò admiſſione ad habitum requiſita prius adnotare. Et præter, approbationem eius, qui ad Religionem petit admitti, quæ in Capitulo facienda eſt per ſecreta ſuffragia, & cum conſenſu maioris partis Capituli, ex vi Conſtitutionum *p. 2. cap. 1. num. 13. in fin.* vbi *ſi quis verò mediam partem ſuffragiorum tantum habeat reprobatus cenſeatur*; & in qua approbatione obſeruandę ſunt diſpoſitiones earundem Conſtitutionum ibi *à num. 5. ad. 8.* & ea, quæ decernuntur in Decreto S. Congregationis Deputatæ incipien. *Ad propagandam,* ſub die 11. *May* 1655. prout in noſtris litteris Apoſtolicis *Decret. 4.* Cuius decreti diſpoſitiones omnes prę fatis Conſtitutionibus conformes aduerto prę ter illam de ſtudentibus in eodem Conuentu Nouitiatus educandis, cum à Conſtitutionibus part. 2. *cap. 1. num. 2.* litterarum exercitia ibi caueantur, & Conuentus ſtudiorum ſupponantur alij à Conuentu Nouitiatus.

1007 Obſeruatis ergò, quæ à Conſtitutionibus, & prædicto decreto præſcribuntur, qui recipiendi ſunt ad habitum, debent per eaſdem Conſtit. *d. cap. 1. num. 12.* ad cohabitandum in

Con-

Conuentu Nouitiatus, & ex conſuetudine in loco ipſo Nouitiatus adhuc in habitu ſæculari per aliquot dies admitti (qui tamen quindecim excedere non debent) vt obſeruantiæ exercitio, alijſque experimentis eorum vocatio magis exploretur; & deinde rurſus approbari modo, quo ſuprà per Capitulum eiuſdem Cõuentus Nouitiatus, & tandem de P. V. Generalis licentia Religionis habitu indui. *Poſteà iterùm*, ſic ibi, *Capitulo proponantur & approbati per ſecreta ſuffragia de Vicarij Generalis venia induantur*. Quæ P. V. G. licentia quidem neceſſaria eſt, prout in *d. Conſtit. p. 3. cap. 3. de offic. & auctorit. P. V. Generalis num. 2.* vbi: *Nemo abſque illius venia habitu noſtro indui, profiteri poterit*: non tamen eſt neceſſaria alia ſpecialis licentia eiuſdem poſt hos dies probationis, & poſt hanc ſecundam approbationem, ſed ſufficit illa, quæ antecedenter ab eo datur in prælectione recipiẽdorum iuxtà diſpoſitionem decreti Sac. Congregationis in illis verbis: *Moxque prælectorum nomina mittat ad Priorem Nouitiatus, qui tunc demùm, & non priùs coſdem prælectos ad habitum probationis ſuſcipiat*; cum enim præeligantur à P. V. Generali, vt ad habitum admittantur, hoc ſufficit, vt obſeruatis, quæ per Conſtitutiones ſanciuntur, nempè aliquorum dierum experientia, & reiterata approbatione, de eius licentia indui dicantur.

1008 Cum autem iuxtà Conſtitutiones *p. 3. cap. 11. n. 1.* & vigore ſupradicti S. C. decreti, in quolibet Conuentu fieri poſſint recipiendorum ſcrutinia, & approbationes: duo alia ſuper hoc eiuſdem S. C. decreta oportet adnotare.

S. Congregatio ſuper ſtatu Regularium perſpecta narratorum veritate, mandauit, vt de cætero qui prò Clericis ad habitum probationis recipi poſtulauerint, in Congregatione FF. Eremitarum Diſcalceatorum Ord. S. Auguſtini, licet examinati, & approbati fuerint in Scrutinio FF. alicuius Conuentus prò Nouitiatu non deſignati, nihilominùs quoad ſcientiam iterùm examinentur ab Examinatoribus deputatis in Conuentu Nouitiatus; & ſi habiles inuenti fuerint, tunc demùm, & non priùs ſeruatis alijs ſeruandis ad habitum recipiantur. Dat. Romæ die 31. Ianuarij 1673.

V. Card. Carpineus.

Loc. ✠ *Sigilli.*

P. Fagnanus Secr.

Sacra Congregatio ſuper ſtatu Regularium cenſuit in illis Ciuitatibus, in quibus ſunt duo Conuentus Congregationis FF. Eremitarum Diſcalceatorum S. Auguſtini vnus ſcilicet deſignatus pro Nouitiatu, & alter deſignatus prò Profeſſorio, examen, ſeu ſcrutinium eorum, qui ad habitum probationis in dictâ Congregatione ſe recipi poſtulauerint, faciendum eſſe in loco Nouitiatus dumtaxat. Dat. Romæ die 16. Maij. 1675.

V. Card. Carpineus.

Loc. ✠ *Sigilli.*

P. Fagnanus Secr.

1009 Super quibus decretis tria ſunt aduertenda; Et primò hoc ſecundùm examen quoad ſcientiam, quod faciendum eſt in ipſo Conuentu Nouitiatus, poſſe fieri poſt tranſmiſſa ſcrutinia, & etiam poſt factam à P. V. G. recipiendorum determinationem, antequàm tamen in Nouitiatum prò probatione admittantur; quia eſſet recipiendis nimis oneroſum, ſi antequam mitterentur eorum ſcrutinia ad P. V. Generalem, deberent è partibus remotis ad Conuentum Nouitiatus accedere prò hoc ſecundo examine; & eo completo recedere, donec à P. V. G. fiat electio, & facultas habeatur; & iterùm poſt illam habitam redire; ad hoc enim expenſarum incommodum præcauendũ, in quolibet Conuentu permittuntur recipiendorum approbationes. Deindè talis eſt Religionis conſuetudo. Nec per S. C. decretum diſponitur, quod tale examen habeatur, antequàm fiat à P. V. Generali recipiendorum prę electio: ſed antequàm ad habitum admittantur; & ſic poterit etiam poſt dictam prælectionem fieri.

1010 Secundò, etiam poſt factam à P. V. Generali prælectionem poſſe alicui ex approbatis in alijs Conuentibus, & prò inhabili fortè quoad ſcientiam inuento in nouo examine in Conuentu Nouitiatus, Religionis habitum denegari; prælectio ſiquidem, & licentia P. V. Generalis non eſt arctatiua, ſed facultatiua; & concipitur cum clauſula *ſeruatis ſeruandis*, hoc eſt, ſeruato S. C. decreto, cuius diſpoſitio, *& ſi habiles inuenti fuerint, tunc demùm, & non priùs ad habitum excipiantur*, reſoluitur in hanc non recipiantur niſi, vel donec habiles inuenti fuerint. Vnde etiam facta à P. V. G. prælectione, & data Priori facultate, ſi inhabilis quoad ſcientiam inuentus quis fuerit, poterit, & debebit à Religione arceri. Cauendum tamen quoad hoc, non eſſe à Conſtitutionum *ibid. Cap. 1. n. 9.* verbis recedendum: *Choro deputandus non recipiatur, niſi Grammaticam, & linguam latinam ità calleat, vt ad vlteriora procedere poſſit*; iuxta etiam diſpoſitionem Clem. VIII. *in Inſtit.* ſuper *educat. Nouit. §. quiſque*: quapropter non erit ſuper hoc ſubtiliter metaphyſicandum, dummodò ſciat legere, & aliquid intelligere cum ſpe proficiendi in litteris. Bordon. *reſol. 54. n. 20. & 21.* & hoc ob bonum pacis, ne alter Conuentus, à quo fuit iam etiam quoad ſciẽtiam approbatus, iniuria afficiatur.

1011 Tertiò hoc ſecundum iudicium de idoneitate quoad ſcientiam faciendum eſſe à Capitulo vna cum ipſis Examinatoribus; quia decretum, & ſi dicat, examen faciendum eſſe ab Examinatoribus Conuentus Nouitiatus, non dicit tamen, quod iudicium de idoneitate fiat ab ipſis Examinatoribus, neque diſponit à quibus formandum ſit; & ideò regulandum erit iuxtà formam iudicij ſimilis idoneitatis, quæ in alijs Conuentibus quoad recipiendos Nouitios obſeruatur: nempè, quod examen quoad ſcientiam fiat in Capitulo ab Examinatoribus, & approbatio quoad eandem ſcientiam à toto Capitulo, vt ſupponunt Conſtitutiones *d. cap. 1. n. 8.*, & clariùs *nu. 13.* & decernitur in dicto S. C. decreto, ibi: *A Priore, &*

Exami-

Examinatoribus diligenter examinentur, ac per vota ſecreta ipſorum, & totius Capituli approbentur quotquot idonei reperti fuerint, natalibus, ætate, vita, & moribus anteactis, litteratura reſpectu Clericorum &c. per quæ patet, approbationem, ſeu iudicium etiam quoad litteraturam ſpectare ad Capitulum.

DVBIVM II.

De qualitatibus recipiendorum ad habitum, & profeſſionem.

1012 Recipiendorum qualitates continentur ex parte in Conſtitutionibus *d. p.2. cap. 1. à num.5. ad.* 8. & ex parte in decretis Sixti V. & Clem. VIII. & ideo in *d. cap.1. nu.6,* ſic; *In primis autem diligenter examinetur* (ſcilicet recipiendus ad habitum) *an habeat impedimenta, quæ continentur in Bulla fel. record. Sixti Papæ V. & Decretis Clemen. VIII.* quin, & ſuper illis publicè iurare tenetur. *Præter informationem &c.* (ſic *ibid. nu.* 8.) *petatur iuramentum coram Capitulo de prædictis omnibus impedimentis*. Et cum impedimenta, quæ ibi ponuntur pro admiſſione ad habitum dicantur poni maxime propter ipſam profeſſionem, Suarez. *de Relig. tom.4. tract.*10. *lib.2. cap.1. nu.*20. eaſdem qualitates requiri ſequitur in admittendo ad profeſſionem, ac in recipiendo ad habitum, quà fortè de cauſa pro admittendo ad profeſſionem, hoc ſolum diſponunt Conſtitutiones *ibid. cap. 3. n. 1. & ne in Eccleſia iuramentum de impedimentis præſtetur, nec impedimenta proponantur, hoc fiat in Capitulo Conuentus profeſſionem antecedente;* nulla facta impedimentorum explicatione, eadem ſine dubio ſupponentes eſſe, ac in *d. cap.*1. pro recipiendis ad habitum indicata. Ex his ergò impedimentis, & alijs, quæ à Conſtitutionibus ibi præſcribuntur, dignoſcitur, quas qualitates habere debeat admittendus primò ad habitum, deinde ad profeſſionem; de quibus cum fusè præ cæteris tractent Barthol. de Vecchijs in *Prax. Nouit.* Bordon. *de profeſſ. cap.3. & cap.*17. & Donat. *tom.2. p.1. tract.2. & 3.* ſuperfluũ eſt vlteriorem texere diſputationem.

1013 Quia tamen in *d. cap.1. Conſtit. nu.6.* inter cæteras qualitates requiritur in admittendis ad habitum, & conſequenter ad profeſſionem, *valetudo corporis, membrorum ſanitas, & quod aliquo morbo contagioſo, aut communes Congregationis labores non ferente non laboret,* oritur difficultas; an profeſſio facta ab aliquo præfato morbo ex. g. gallico laborante, qui talem morbum interrogatus ante profeſsionem tacuerit, ſit valida necne. Et quamuis probabilius, valida putetur, eo quòd attento iure cõmuni nulla ægritudo etiam mortifera annullat profeſſionem, nec ab vllo textu irritatur. Sanchez in *præcept. Decal. lib.5. cap.4. num.* 57. A S. Fauſto *in Theſaur. lib.5. q.*211. Lezan. *tom. 1. part.1. cap.2. nu.* 23. non obſtante quod Religionem ipſe deceperit, quia deceptio circà infirmitatem etiam mortiferam non cenſetur ex ſubſtantialibus de iure communi, vt ſumitur ex *cap. Sicut nobis. & cap. ſicut tenor. de Regular.*, & docetur à Cardin. *in cap. Ex tranſmiſſa de renunc.* Barthol. de Vecch. *loc. ſup. diſp.*13. *dub.*15. *n.*3. Bordon. de *profeſſ. cap. 3. nu.* 64., eo modo, quo non omnis error, ſeu deceptio, ſed ſolius perſonæ irritat matrimonium Sanchez *d. n.*57. A S. Fauſto *ibid. nu.* 3. Paſſerin. *de ſtat. tom.3. q.* 189. *art.* 10. *de profeſs. nu.* 118. Nihilominùs, ſi ei proteſtetur tempore profeſſionis, quod ſi tali defectu laboret, profeſſio nulla habenda ſit; tali caſu ex defectu conſenſus requiſiti ex parte admittentium, nullam eſſe docent Cordub. in Regul. *c.2. q.* 13. *p. 6. & q.*21. *p.*4. Leſſius *de iuſt. lib.2. cap.* 41. *dubit. 7. n.*62. *§. Nonò* Sanchez *lib.7. de matrim. diſp.* 37. *n.* 30. Roderic. *tom. 3. q.* 11. *art.*2. Mirand. *tom.1. q.* 30. *art.4. concl.*1. Suarez *tom. 3. de leg. lib.6. cap. 5. n.* 10. *& tom. 4. de Relig. tract.* 10. *lib.2. cap. 1. nu.*29. Portell. *verb. Profeſſio. n.*10. Lezan. *cit. num.*23. *&* 35. *& ſeq., & tom.2. eod. verb. Profeſſio Regul. num.* 18. Paſſerin. *d. art.*10. *inſpect.3. n.*120.

1014 Quod idem à fortiori dicendum eſt, quando in Religione aliqua adeſt Statutum prohibens tales profeſſiones, & eas annullans, quod à Religionibus condi poſſe benè tradunt Suarez *d. tract.*10. *lib.2. cap. 2. à num. 3. & ſeq.* Sanchez *eod. lib.5. cap.4. n.* 73. de Vecchijs *ibid. diſp.4. dub. 1. & d. diſp.*13. *dub.*15. *n.*2. Portell. *in reſponſ. moral. part.2. cap.*27. *num. 7. cum multis.* Lezan. *tom.4. conſult.*27. *à nu. 2. & n. 4. ex mente Rot.* Bordon. *reſol.*57. *nu.*80. *& de profeſſ. cap.3. n.8. & cap.*16. *n.* 35. A Spiritu S. *tract. 3. diſp. 3. à n.*55. *& ſeq.* Paſſerin. *d. art.*10. *inſpect.7. n.*310. Et maximè ſi tale Statutum ſit à Papa confirmatum. Sanchez *d. n.*57. & ex mente Nauarr. *lib.3. conſ. de Regul. conſ.*48. Roderic. *tom.3. q.*17. *art.*9. Peyrin. *tom.1. q.1. cap.*25. *§. 3. & tom. 2. q.3. cap.1. nu.*68. Tamburin. *de iur. Abb. tom. 3. diſp.6. q.3. nu.*26. tenentque A S. Fauſto *loc. ſup. q.*210. Donat. *tom.2. part.2. tract.3. q. 25. n. 6. & 19. & tract.11. q.* 29. Paſſerin. *ibid. inſpect.4. n.*158. ſtante enim huiuſmodi decreto irritante ſemper deficit conſenſus Religionis, etiam caſu quo præſtetur apparenter; nam vel ſupponendus eſt conditionatus, quatenus nempè non adſit impedimentum à lege prohibitum, & conſequenter nullus deficiente conditione ex *cap. Si prò te. de reſcript. in 6. & cap. Prætereà. il 2. de appellat.* Suarez *d. tract.*10. *lib.2. cap.1. n.*29. de Vecchijs *eod. dub.*15. *num.*4. Bordon. *de profeſſ. cap.3. nu.* 10. *&* 11. Donat. *tom.2. part.2. tract.*11. *q.*29. *vbi n.*24. quod Capitulum, quod ſtat prò Religione numquàm præſumitur cõſentire contrà Statuta Religionis, ſed ſemper ad præſcriptum Conſtitutionum ſaltem tacitè, nec aliàs, nec alio modo; & taciti, & expreſſi eſt eadem virtus. *l. cum quid. ff. ſi cert. petat.* Gloſſ. *in l. expreſſa de regul. iur.* Vel, vt à lege prohibitus, eſt eo ipſo nullus. Bordon. *ibid. cap.* 16. *n.*34. quatenùs ſcilicet per Statutum cum decreto irritante annullatur. Suarez *d. nu.*29. Bordon. *ibid. num.* 33. *&* 35. A Spiritu Sancto *tract. 3. diſp.2. n.*36. *& diſp.3. n.*74. *&* 116. Paſſerin.

rin. *ibid. inſpect.3. nu.* 125. *& 126. in fin.*, vbi id habere locum etiam in caſu, quo Superior admittens ad profeſſionem abſolutè conſentiret, cum per decretum irritans auferatur poteſtas aliter faciendi, ſeu inhabilitetur perſona ad aliter faciendum, & nullitas actuum importetur per latè deduct. à Barboſ. *clauſul.* 40. *à nu.* 2. *& ſeq.* Quarè, cum in noſtris Conſtitutionibus *loc. ſup. cap.* 1. *n.* 8. poſt iuramentum de impedimentis à profiteri volente præſtandum, ſtatim ſubdatur: *Et ei intimetur, eijciendum fore, quandocumque de aliquo prædictorum contrarium conſtiterit*, dicendum eſt profeſſionem eius, qui morbum ſupradictum, vel aliud conſimile impedimentum occultauerit, in noſtra Congregatione nullam eſſe.

1015 Nec ſubſiſtit, quod per dicta verba non importetur decretum irritans; & quod aliud ſit, poſſe à Religione expelli, quod denotant adducta verba Conſtitutionum, quod in pœnam periurij, & deceptionis fieri poſſe inſinuat ex Nauarr. Sorb. Roderic. & Vega, Peyrin. *loc. ſup.* A'S. Fauſto in *Theſaur. lib.* 5. *q.* 212. & cum alijs multis tenet Diana *in coordinat. tom.* 7. *tract.* 1. *reſol.* 179. (quod tamen reijcitur, & rectius à Graffio *tom.* 1. *lib.* 3. *de Reg. conſ.* 4. *nu.* 9. Sanchez in ſumm. *tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 58. Bordon. *reſol.* 57. *num.* 127. Coton. *lib.* 4. *contr.* 4. *cap.* 1. *num.* 11. Paſſerin. *d. inſpect.* 3. *num.* 128. quia præter alias rationes ex decreto Vrbani VIII. nullus poteſt expelli, niſi ratione incorrigibilitatis; ad quod tandem ſe remittit & idem Diana) & aliud eſt, profeſſionem eſſe nullam, quod per ſuprà adducta Conſtitutionum verba non habetur.

1016 Non inquam, obſtat; quia eo ipſo quod in profeſſione valida Religio præſtans aſſenſum profitenti ſe obligat ad eum retinendum, vt videre eſt apud Sanchez *lib.* 7. *de Matrim. diſp.* 25. *num.* 12. Reginald. *lib.* 18. *cap.* 29. *num.* 415. Suarez *tom.* 3. *de Relig. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 9. *& lib.* 6. *cap.* 21. *num.* 5. Leſſium *lib.* 2. *cap.* 41. *dubit.* 7. *num.* 61. cum aliqua Religio in ſuo aſſenſu declaret ſe non eſſe obligatam ad retinendum eum, qui morbum prædictum celauerit, apertè patet, ſe declarare non præſtare conſenſum, in eius profeſſione, per quem teneretur eum retinere; cum ſicut ex aſſenſus conceſſione conſurgit obligatio retinendi: ità ex declaratione non ſe obligandi ad retinendũ, apertè conſurgit negatio conſenſus. Ità de Vecchijs *d. dub.* 15. *nu.* 8. de ſtatuto ſuæ Religionis, in quo *cap.* 2. *Conſtit.* per æquipollentia verba idem ſic decernitur: *Et ſi quis talis receptus fuerit, eo quod interrogatus talem infirmitatem manifeſtare noluerit, declaretur Religionem ad eum retiñendum minimè eſſe obligatam*; ex quo huiuſmodi ſtatutum continere propterea decretũ irritans ſcribit Bordon. *de profeſſ. cap.* 3. *num.* 9. *& cap.* 16. *n.* 33. Adeòque cum per noſtras Cõſtitutiones adhuc in fortioribus terminis declaretur eijciendum eum eſſe, qui ſupradicto modo profeſſus fuerit, iam patet Religionis conſenſum non interueniſſe, & conſequenter nullum cum Religione contractum, & ex ipſo ſtatuto irritam eſſe profeſſionem; & ita in terminis de hoc noſtro ſtatuto Diana *cit. reſol.* 179. *num.* 2. Coton. *ead. contro.* 4. *cap.* 1. *num.* 10. & ex eo Paſſerin. *ibid. inſpect.* 4. *num.* 158.

1017 Obſeruandum eſt autem non ſufficere, quod profiteri volenti fiat proteſtatio tacita de nullitate profeſſionis, ſeu de eius eiectione in caſu occulti morbi: quod ſcilicet ipſe audiat v.g. in refectorio, vel ſciat tale ſtatutum, dum Conſtitutiones vel ibi publicè leguntur, vel ipſe priuatim conſiderat: ſed requiri ſaltem prò foro externo, quod aliquo actu poſitiuo, & iuridico proteſtetur ei de eiectione, ſeù profeſſionis nullitate in dicto caſu, vt ex Rot. *deciſ.* 346. apud Farinac. de Vecchijs *prædict. dub.* 15. *num.* 7. Et apud nos eſt certum, cum præfatæ Conſtitutiones decernant intimandum eſſe profiteri volenti: *Intimetur ei eijciendum fore*, hoc eſt faciẽdam eſſe ſpecialem proteſtationem, & in Capitulo antecedenter ad profeſſionem, vt *ibid. p.* 2. *cap.* 3. *num.* 1. vbi: *Et ne in Eccleſia iuramentum de impedimentis præſtetur, nec impedimenta proponantur, hoc fiat in Capitulo Conuentus profeſſionem antecedente*. Vnde in caſu, quod omitteretur talis ſpecialis proteſtatio, validam cenſeo fore profeſſionem, vt in ſimili de ſuo Ordine Paſſerin. *loc. ſup. inſpect.* 3. *num.* 126. cum à lege requiratur hæc ſpecialis proteſtatio, qua ſolùm præmiſſa, diſſentire ſe declarat Religio.

1018 Cum inſuper in præfatis noſtris Conſtit. *d. p.* 2. *cap.* 1. *num.* 7. diſponatur, quod nullus ad habitum recipiatur, qui alterius Religionis, ſiue etiam Ordinis eiuſdem S. Auguſtini habitu indutus fuerit: poteſt dubitari, an etiam nulla ſit profeſſio illius, qui habitu alterius Religionis fuerit alias indutus, & in iuramento ſuper impedimentis id occultauerit. Et ex dictis concludendum eſt affirmatiuè, ſi enim, vt nuper vidimus cum Barthol. de Vecchijs, & in terminis cum Diana, & Cotono, dictum noſtrum ſtatutum eijciendi profitentem cum occulto morbo contagioſo eſt annullatiuum profeſſionis, ſeu includit decretum irritans; idem dicendum erit de profeſſione eius, qui alterius Religionis habitum induiſſe occultauerit, cum ſub eodem decreto comprehendatur. Sic namque *d. cap.* 1. *num.* 8. *Petatur iuramentum coram Capitulo de prædictis omnibus impedimentis, & intimetur ei eijciendum fore, quandocumque de aliquo prædictorum contrarium conſtiterit*; vbi Clauſula *de prædictis omnibus impedimentis*, amplectitur & hoc, quod eſt alterius Religionis habitum induiſſe, quod in ſuperiori *nu.* 7. cauetur; dictio ſiquidem *prædicta omnia* refertur ad omnia præcedentia impedimenta in ſuperioribus capitulis, & ea omnia complectitur, vt Barboſ. in *diction.* 276. *num.* 8. Quarè, ſi ſemel conſtiterit quem profeſſum fuiſſe, qui aliàs alterius Religionis habitum induiſſe tacuerit, & hic eijciendus erit; adeòque & eius profeſſio nulla, dummodò tamen facta illi fuerit modo dicto proteſtatio.

1019 Et hic duo obiter adnotanda. Primò,

vt quis non admittatur in noſtra Congregatione, qui alterius Religionis habitum indueꝛit,ſufficere,quod per vnum diem illum aſſumpſerit,dummodò animo aſſumendi Religionẽ, vel in ordine ad probationem,& Nouitiatum id egerit, prout in ſimili Suarez *d. tract.10. de Relig. lib.2. cap.1. num.16.*, & benè,cum & in eo, qui per vnam diem talem habitum geſtauerit,verificetur quod tali habitu fuerit indutus,quod eſt id, quod formaliter per Conſtitutiones prohibetur. Secundò: per ly *alterius Religionis* intelligendas eſſe ſolas illas, quæ propriè, verè, & ſecundùm communem loquendi modum Religiones dicuntur: non verò Religiones Militares,quæ ſub abſoluta appellatione Religionum non videntur comprehendi, ſaltem ſecundùm ordinarium, & communem modum loquendi,ſed ſemper cum addito Religionum Militarium; & ſaltem quoad vſum, & viuendi modum à ſæcularibus parùm differunt,prout Suarius *ibid. in fin.* de conſimili ſuæ Religionis ſtatuto. Quapropter poterit admitti,qui Religionis Militaris habitu indutus fuerit, & tenebit eius profeſſio; non enim comprehenditur ſub præfato decreto irritante, cum vtpotè ex parte odioſum reſtringendum ſit ad ſolas eas Religiones, quæ propriè,& ſecundùm communem loquendi modum prò talibus ſimpliciter habentur.

1020 Poſito modò, quod quis cum aliquo ex ſupradictis occultis impedimentis profeſſus fuerit, & temporis progreſſu dignoſcatur, ſeu appareat infirmitas contagioſa, v.g. morbus gallicus, poterit ne à ſuperioribus ipſis Religionis expelli? Affirmatiuè reſpondet Portell. *verb. Profeſſio nulla num.9.* cum Roderic. *tom.3. q.17. art.9. & q.11. art.2.* Nauarr. *lib.3. conſil. de Regul. conſ. 5. num. 12. & conſ. 26. num. 13.* Mirand. *tom.1. q.52. art.2. concl. 5.* Zacharia Giraldo *in conſ.* prò hac re. Peyrin. *tom. 1. q. 1. cap. 25. §. 4.* & Lezan. *tom. 1. p. 1. cap. 2. à nu. 35. & ſeq. & tom. 4. conſult. 27. num. 7. & 17.* vbi adducit Pellizarium *in Manual. Regul. tract. 2. cap. 3. q. 15. §. 28. & 29.*, nec diſſentire dicit Barboſam *in collect. ad Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. cap. 19. num. 6. §. vtrùm autem.* quod à fortiori tenere debent, qui putant eijci poſſe etiam ſtante validitate profeſſionis in pænam periurij, & de quibus ſuprà. Ratio autem eſt, quia cum Conſtitutiones noſtræ ſint auctoritate Apoſtolica approbatæ, ex vi huius auctoritatis, & approbationis poterit ſine vllo alio requiſito adimplere Religio,quod eſt illi à Sede Apoſtolica conceſſum. Secundò, ex Priuilegio Leonis X. apud. Peyrin. *ibid.* & Barthol. à S. Fauſto *loc. ſup. q.212.* per quod conceditur Regularibus facultas eijciendi ſimiles fraudolentos, & doloſos receptos ad Religionem. Tertiò, ex vulgato iure, quod actus à principio nullus nullum producit effectum. *l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. cap. præſertim de appell.*, cum namque profeſſio omninò nulla fuerit, non poteſt ex ipſa oriri obligatio illum retinendi in Religione. Et quartò, quia ſi ſententia valdè recepta eſt, poſſe propria auctoritate inualidè profeſſum exire à Religione, vt tenent Emanuel Sà in *ſumm. verb. Religio. num. 71.* Sanchez *lib. 7. de Matrim. diſp.37. nu. 9. & 11.* Sanctarell. in *reſol. var. q.48. num. 18.* Moron. *reſponſ. 82. nu. 116.* à fortiori poterit illum expellere Religio auctoritate Apoſtolica ſibi in Conſtitutionibus conceſſa.

1021 Nec obſtat Concilium Trid. *d. cap. 19.* vbi diſponi videtur,quod cauſæ nullitatis profeſſionis producantur intrà quinquennium, & coram ſuperiore ſuo, & Ordinario, quia præterquamquod decretum huiuſmodi procedit ſolùm in caſu reclamationis ipſius profeſſi. Lezan. *d. cap. 2. num. 50.* & in cauſis irritantibus profeſſionem de iure, prout exempla ibi allata de profeſſione ante tempus; vel ex metu, aut vi &c. non verò in profeſſione nulla, ſeu irrita ex ſtatutis Religionum à Papa confirmatis. Sanchez *d. diſp. 37. q. 4. num. 32.* Peyrin. *ead. §. 4.* A Spiritu Sanct. *d. tract. 3. diſp. 3. n. 176.* vt eſt in noſtro caſu. Non obſtat,inquàm,quia præter hæc, cum noſtræ Conſtitutiones ſint ipſo Concilio poſteriores, & Papæ auctoritate in forma ſpecifica approbatæ,& cum clauſulis derogatorijs, *non obſtantibus &c.* eſt per eas d. Concilij decreto ſatis derogatum, cum decretis eiuſdem Concilij ſufficienter derogetur per clauſulam generalem, *non obſtantibus Conſtit. Apoſtolicis.* Ricciul. *de iur. perſonar. lib. 5. cap. 14. num. 16. & lib. 8. cap. 4. num. 7.* vbi adducit eamdem Concilij Congregationem *in vna Abulenſ. de ann. 1593.* & Rot. *in cauſa S. Angeli, Penſionis 6. Decemb. 1594. coràm Pamphil.* & in *Bononien. Prioratus. 9. Iunij 1606. coràm Manzanedo*; quem ſequitur Barboſ. *in collect. ad d. Concil. ſeſſ. 1. n. 2.*, & maximè quando in Concilio reſeruatur expreſsè auctoritas Sedis Apoſtolicæ, vt fit in Concilio Trid. *cap. 25. ſeſſ. 25.* Mareſcot. *lib. 2. var. reſol. cap. 38. num. 41.* Lauor. *tit. 4. de elect. cap. 19. num. 26.* Bordon. *reſol. 23. num. 4.* Atque adeò non officit hæc Conciliaris diſpoſitio, quin poſſit eijci à Superioribus ipſis Religionis nempè Vicario Generali, vel Definitorio, aut Prouinciali,& abſque interuentu Ordinarij. Peyrin. *in d. §. 4.* & etiam poſt elapſum quinquennium proprer verba Conſtitutionum: *Et intimetur ei eijciendum fore, quandocumque de aliquo prædictorum contrarium conſtiterit*, nam dictio *quandocumque* omne tempus amplectitur, per allegatos à Barboſ. in *diction. 307. num. 1.*

1022 Sicuti non obſtat, non poſſe in præſenti quempiam eijci à Religione ſine interuentu Ordinarij, niſi ex cauſa incorrigibilitatis, vt ex decreto S. Congr. ſub die 21. *Septemb.* 1624. iuſſu Vrbani VIII. edito, vbi §. 6. ſic: *Ad hæc, vt inpoſterum è Religionibus nullus legitimè profeſſus eijci poſſit*, colligit Donat. *tom. 2. part. 2. tract. 12. q. 41. num. 4.* nec niſi producta à Superioribus in S. Congr. cauſa, vt ex alio eiuſd. Vrbani decreto ſub. 5. *Ianuarij* 1636. apud Nouar. in fin. *lucern. Regul.* incipien. *Ad occurrendum motibus* arguit idem Donat. *ibid.* Nec inquam hæc obſtant, quia primum decretum loquitur de legitimè

gitimè profeſsis; & ſecundum de eiectione profeſsi ex capite Nouitiatus, & profeſsionis emiſs. in loco non deſignato; quę diuerſa ſunt a præſenti cauſa de expulſione nulliter profeſsi ex defectu conſenſus Religionis vi Conſtitutionum auctoritate Apoſtolica confirmatarum.

1023 His tamen non obſtantibus, obſeruandæ ſunt ſequentes S. Congreg. Concilij deciſiones, quas *d. cap. 2. num. 53.* refert Lezana. *In Neapolitana die 16. Decemb. 1617. Em. PP. S. Concil. Trid. interpretes ex communi omnium ſententia cenſuerunt Decretum eiuſdem S. Concilij cap. 19. ſeſſ. 25. de Regul. vindicare ſibi locum, non modò cum profeſſus nullitatem ſuæ profeſſionis allegat, cauſaſque deducit; verùm etiam cum Superiores ipſi ex ſe illum eiecere tamquàm inualidè profeſſum. Referendum tamen S. D. N., qui die 28. eiuſdem in Conciſtorio approbauit ſententiam S. Congregationis.*

Petrus Aloyſius Caraffa Card. Præfectus.

Franciſcus Paulutius S. C. Secr.

Die 15. Nouembris 1653. S. Congregatio Em. Card. Concil. Trid. interpretum audito Procuratore Religionis Carmelitarum Diſcalceatorum S. Thereſiæ ore, & ſcriptis, necnon Conſtitutionibus d. Religionis, ac alijs deductis maturè perpenſis, cenſuit dimiſſiones, & eiectiones profeſſorum à Religione, quæ ab eadem Religione fiunt ex capite illegitimitatis vel ex alio defectu, fieri debere coniunctim coram Ordinario, & Superiore Regulari loci ad præſcriptum S. Concilij cap. 19. ſeſſ. 25. de Regularibus. Ideòque ſententiam cum proceſſu ſuper dimiſſione, & eiectione F. Caroli Mariæ à Ieſu ab ipſis latam minimè ſuſtineri.

Conſtitutiones autem PP. Diſcalceatorum S. Thereſiæ *p. 2. cap. 5. §. 3.* ſic diſponunt. *Sed, ſi quis aliquem defectum ex proximè enumeratis in §. 1. celauerit, ſtatim ac ſcietur, expellatur, etiamſi profeſſionem emiſerit. Congregationis quippè animus eſt, eos, qui prædictos defectus patiuntur, & celant, ad profeſſionem non admittere:* quod eſt ferè idem, ac ſuprapoſitum ſtatutum noſtrum. Vnde cenſeo, quod ſtantibus hiſce deciſionibus, nec nobis liceat quem propter ſupradicti impedimenti occultationem dimittere; niſi ad S. Concilij præſcriptum; & ità in ſimili obſeruandum docet Lezan. *d. nu. 53.* & de mente eiuſdem Congregationis approbata ab Vrbano VIII. vt ſcribit Fagnanus *in cap. Nullus de Regul. num. 42.*

1024 Quid ergò faciendum in tali caſu à Religione? Procedere & ipſa poterit via reclamationis contra ſic nulliter profeſſum; non enim debet eſſe deterioris conditionis; quod ſi licet profeſſo reclamare ſuper nullitate ſuæ profeſſionis contrà Religionem, nequeat ipſa pariter reclamare contra nulliter profeſſum; & deducitur ex cit. decreto Vrbani *Ad occurrendum.* vbi in ſimili decernitur, quod ſi Superiores extrà Religionem nulliter profeſsos ex capite Nouitiatus, ſeu profeſſionis in loco non deſignato, eijcere voluerint, coram S. Congregatione ſua iura producant. Et ſic tenent Bordon. *reſol. 23. à num. 6. & ſeq.* & *reſol. 69. num. 24.* & *de profeſſ. cap. 22. nu. 37.* Donat. *tom. 2. part. 2. tract. 12. q. 35.* Nouar. in *Summ. Bullar. part. 2. comment. 100.* quod ampliandum eſt etiam poſt quinquennium, quia quinquennium videtur ſolùm requiri à Concilio pro reclamatione profeſſorum, non verò Religionis. Peyrin. *tom. 1. q. 1. cap. 25. §. 4.* Lezan. *d. cap. 2. nu. 7.* ſecùs decretum de reclamando intra quinquenniũ, quod in fauore Religionum factum eſt, in earum vergeret præiudicium, vel ſaltem per viam reſtitutionis in integrum aduerſus lapſum quinquennij, vt Fagnanus *ibid. num. 43.* eò magis, quia cum per noſtras Apoſtolicas Conſtitutiones detur facultas eijciendi *quandocumque conſtiterit*, taliter nulliter profeſſum, poterit ad minus quandocumque contrarium conſtiterit, producere hoc ius illum eijciendi.

DVBIVM III.

De approbationibus in ordine ad profeſsionem, vel reprobatione.

1025 CVM Nouitiatus, ſeu probationis annus ſit inductus tàm in fauorem Nouitij, quàm in Religionis, vt ille huius aſperitates, & hæc mores illius experiri valeant, vt habetur *in cap. Ad Apoſtolicam. de Regul.*, dictumque eſt à Rot. *deciſ. 175. n. 1. part. 2. recent.*, refertque de Vecchijs *ibid. diſp. 11. dub. 2. num. 6.* docentque Donat. *d. tom. 2. part. 2. tract. 9. q. 11. num. 2.* Fagnan. *in cap. Porrectum de Regul. n. 25.* ter propterea debent eo tempore ad præſcriptum noſtrarum Conſtitut. *ead. part. 2. cap. 2. n. 7.* approbari Nouitij, antequàm ad profeſſionem admittantur: *Ter* (ſic ibi) *in Nouitiatus anno ſinguli Nouitij ipſis inſcijs Capitulo proponantur, per ſecreta ſuffragia approbandi, menſibus ſcilicet quatuor, octo, & decem expletis;* pro quarum prima approbatione ſufficit medietas ſuffragiorum. Vnde ſi ex ſeptem vocalibus quatuor ſuffragia contraria eſſent & tria tantum fauorabilia, cenſeretur exclusus: pro reliquis verò requiritur vltrà medietatem: *Si in prima* (ibid. *nu. 9.*) *approbatione poſt quartum menſem facienda, medietatem ſuffragiorum habuerit, approbatus cenſeatur: in ſecunda verò, & tertia niſi vltrà medietatem habuerit, ſtatim expellatur.* Super his autem nonnulla poſſunt agitari.

1026 Circa has autem approbationes maxima ponderatio, ac circumſpectio adhibenda eſt; ſicuti enim ſine cauſa denegare ſuffragium digno, & habili ad profeſſionem, & illum reprobare, peccatum mortale eſt ratione præiudicij, quod in re graui infertur Nouitio, & Religioni, dum priuantur ille tanto bono ſpirituali, & hæc vtilitate, quam ex idonei Religioſi receptione ſentiret. Suarez *tom. 3. de Relig. lib. 4. cap. 3. num. 7.* Mirand. *tom. 1. q. 25. art. 12. concl. 1. & 2.* Portell. *verb. Nouitius num. 55. & in addit. nu. 17.* A S. Fauſto *lib. 5. q. 213. & q. 214.* Peyrin. *de Prælat. q. 3. cap. 1. nu. 112.* de Vecchijs *diſp. 12. dub. 2.* Bordon. *reſol. 54. num. 135. & de profeſſ. cap. 9. num. 39. & cap. 13. num. 34.* Diana *in coordinat. tom. 7. tract. 1. reſol. 173. & 174.* A Spiritu Sancto *tract. 3. diſp. 2. num. 222.* Ità inhabilem, & indignum ſcienter approbare graue peccatum

inuoluit, cum cedat in graue Religionis damnum, & infideliter cum Religione ſic approbans ſe gerat. A S.Fauſto *d.q.*214.*n.*3. Ledeſm. *de ſtat. Relig. in comm. cap.*7. *concl.*2. *diff.*2. Peyrin. *ibid. num.*118. Bordon. *eod. cap.*13. *num.*34. Donat. *tom.*2. *part.*2. *tract.*5. *q.*15. A Spiritu Sancto *ibid. num.* 220.

1027 Obſeruandum tamen eſt, cauſam denegandi ſuffragium debere eſſe grauem, cum expulſio Nouitij ſit pæna grauiſſima. Bordon. *reſol.*54.*num.* 14. & grauem notam afferat Nouitio. A Spiritu Sancto *ibid. num.* 225. cauſas autem ſufficientes ad denegationem voti, & eiectionem, ad duplicem claſſem reducunt ijdem Bordon. à *d.num.*14. *& ſeq.*, & de *profeſſ. cap.*9. *per tot.* & A Spiritu Sancto *ibid.* à *nu.*227. *& ſeq.* vitioſas ſcilicet, & naturales, quas apud ipſos videre eſt *cit. locis*.

1028 Quod ſi quis dubitet de idoneitate, ſeu an approbare, vel reprobare debeat ſuo ſuffragio Nouitium, admonent Bordon. *ead. reſol.*54. *num.*161. & A Spiritu Sancto *loc. ſup. nu.* 237. poſſe ſic dubitantem recedere, vel abeſſe à Capitulo, dummodò alio prætextu id faciat, ne declarando ſe recedere, vel abeſſe ob illud dubium, noceat Nouitio, ponendo in diſcrimine probabilem opinionem, quam alij habent de eius idoneitate. Quod ſi nequeat recedere, debet deponere dubium, & maioris partis conſilium ſequi. Caramuel in *Regul. S. Benedicti nu.* 470. dicit in dubijs denegandum eſſe illi ſuffragium, quia præter alias rationes, quas ibi adducit, in dubijs magis obligamur erga Cõmunitatem, quam erga Nouitium; & qui in dubio Nouitium approbat, eſt ſui Monaſterij degener filius: cum hac tamen cautela, quod non ſint alij ad idem faciendum cogendi *d. nu.* 470. *&* 487. cui (& ſi impugnetur à *P. Bardi de conſcien. diſc.*6.*cap.*9.§.38. *num.* 2.) adhæreo propter ſtatutum noſtrum Apoſtolica auctoritate confirmatum, vbi *eodem cap.*2. *Conſtit. n.*11. ſic: *In approbandis, vel reprobandis Nouitijs, bono communi Congregationis, potiùs quàm priuato cuiuſcumque Nouitij conſulendum eſt: Spirituale bonum temporali omninò præferendum; & in dubio tutior pars eſt eligenda, reprobando, & expellendo eum, de quo timetur, an nociuus ſit Congregationi.*

1029 Difficultas eſt modò, an poſt tertiam approbationem poſſit quis expelli, cum iam acquiſiuerit ius ad profeſſionem? Et poſſe reſpondent de Vecchijs *ead. diſp.*12. *dub.*7. Peyrin. *d. cap.*1. *num.*117. Tamburin. *de iur. Abb. tom.*3. *diſp.*6. *q.*11. *num.*24. Bordon. *de profeſſ. cap.*9. *nu.* 27. *& cap.*16. *num.*58. A Spiritu Sancto *loc. ſup. n.* 242. Paſſerin. *d. art.*10. *inſpect.*3. *num.*129. dummodò tamen noua emergat cauſa grauis, vel etiamſi aliqua vetus ignorata de nouo ſciatur, v.g., ſi vnum de impedimentis, ſuper quo iurauit in receptione ad habitum occultaſſe deprehenſus fuerit; nam ſicut reuocari poſſunt ſponſalia ab altero contrahentium ſi aliquid ſuperueniat, quod ſi à principio innotuiſſet, non fuiſſent contracta *cap. Quemadmodum. de iureiuran.* Sanchez *lib.*1. *de Matrim. diſp.*62. *num.*3. ità & à Conuentu ante profeſſionem poteſt contrarijs ſuffragijs reuocari conſenſus iam datus, cum valeat argumentum à Matrimonio carnali ad ſpirituale, *cap. Inter corporalia. de translat. Epiſcop.* Barboſ. *tract. loc. commun. argum. loc.*70. Murga *in Conſtit. Apoſt. ad Conſtit.* 6. *num.* 1148. Nec conſiderandum eſt ius acquiſitum à Nouitio medio conſenſu Conuentus, quia haberet locum ſtante re integra, non verò vbi noua ſuperueniat ex parte ipſius cauſa; cum actus ſemper intelligatur rebus ſic ſtantibus *argum. l. qui in princip. ff. de ſolut.*, & cum alijs Vecchius *d. dub.*7. *num.* 3. & quando adeſt culpa poteſt quis quæſito iure priuari, *ex cap. ſatis peruerſum, diſt.*6. *Cap. Inuentum.* 16. *q. final. Cap. Conquerente de reſt. ſpol.*, & notat Sigiſmundus de *elect. dub.* 12. *num.*6. Quare adhuc poſt tertiam approbationem ſi quis talia geſſerit, propter quæ indignus profeſſione cenſeatur (intellige tamen, vt dictum eſt, in materia graui) reijciendus erit etiam ex noſtris Conſtitut. *d. part.*2. *cap.*2. *n.*10.

1030 Addit Paſſerinus *ibid.* citatis Cordub. *in Reg. cap.*2. *q.*11. *p.*2. Roderic. *tom.*2. *cap.*8. *nu.* 59. Sanchez *lib.*5. *in Decal. cap.*4. *num.*59. quod ſi cum defectu aliquo à lege prohibito, vel alio ſimili graui, & prudenter conſiderando fuerit admiſſus quis ad habitum, poterit illum Religio tempore profeſſionis attendere, & de errore commiſſo in eo admittendo ad habitum cum tali defectu reſcipiſcere, & Nouitium ad profeſſionem non admittere. Bordonus verò è contrà *reſol.* 54. à *num.* 42. & de *profeſſ. cap.*9. à *num.*9. *& ſeq.* contendit ſemel admiſſum ad habitum cum patente defectu, non poſſe reprobari, vel à profeſſione reijci: tum quia, quod ſemel placuit, non debet poſteà diſplicere; & quod ſemel eſt approbatum, non eſt vlterius reprobandum, *reg.*21. *in* 6., niſi noua ſuperueniat cauſa: *Gloſſ. v. de nouo. cap. Paſtoralis.* 4. *de except.* tum quia ſit iniuria Nouitio, ſi præcisè ratione notorij defectus, cum quo fuit admiſſus, reijciatur; quod & clarè docet Peyrin. in *Regul. Minim. cap.*2. §. 3. *q.*4. *num.*3. cum turpius eijciatur, quam non admittatur hoſpes. *cap. Quemadmodum*, *de iureiur.*

1031 Quarè putarem, ſi ſermo ſit de defectibus reparabilibus v. g. infirmitate aliqua curabili, vel etiam quoad mores de aliquo vitio manifeſto, poſſe Religionem cum his, vel ſimilibus admiſſos ad habitum, arcere à profeſſione, ſi non conualuerint, vel non ſe emendauerint; ſupponi ſiquidem poteſt admiſſos fuiſſe cum dictis notorijs defectibus animo experiendi, an ſalutem recuperent, vel mores corrigant tempore probationis. Dixi de infirmitate curabili; quia, ſi de incurabili patenti tamen. v.g. ethicia ſit ſermo, iam videremur eſſe extrà difficultatem, cum non poſſit conſentire Capitulum, vt quis cum tali infirmitate recipiatur non ſolùm ad profeſſionem, vt Peyrin. de *Subdit. q.*1. *cap.*25. §.5. Donat. *tom.*2. *part.*2. *tract.*3. *q.*25. *num.*22. & *tract.*11. *q.*28. ſed nec etiam ad habitum, vtpotè omninò prohibitum à ſtatutis Religionum. Si tamen ſupponatur

&

& eum tali infirmitate incurabili, & patenti quis receptus, dico hoc non obſtante ad profeſſionem nequaquàm admittendum propter mox dicta, ex defectu ſcilicet poteſtatis conſentiendi, qua priuatur Capitulum à ſtatutis ſui Ordinis; & in hoc, vel ſimili caſu habere locum ſententiam Paſſerini, & aliorum, quos ibi adducit, quod poſſit Religio reſcipiſcere. Si verò ſermo ſit de alijs defectibus, etiam incurabilibus v. g. ſi careat vno oculo, vel ſit gibboſus, vel ſimilibus, ſentio cum Bordono, non poſſe ex hac ſola cauſa ſemel admiſſum ſubinde reprobari; in admiſſione enim ad habitum cum tali defectu inuoluitur promiſſio Religionis admittendi etiam ad profeſſionem cum eodem defectu, ſi aliàs benè ſe geſſerit; & ſub hac ſpe ipſe habitum recepit; & ſic non poteſt hac de cauſa ſola reprobari.

1032 Nec eadem eſt ratio de iſto, ac de recepto cum patenti defectu ethiciæ; cum enim hic ſit inhabilis ad Religionis onera, & obſeruantiam ex eius profeſſione magnum reſultaret Religioni detrimentum; & ideò non potuerunt conſentire Capitulares in eius receptione, nec per receptionem ſe obligare ad eum admittendum ad profeſſionem; adeòq; nulla ſtante obligatione, poterunt retrocedere: quin & in fauorē Religionis debebunt. Prǽterquamquod, cum peccauerint recipientes ad habitum patenter ethicia laborantem, propter grauem læſionem ſtatutorum, magnum Religionis detrimentum, & indebitum, ac contrà rationem ſuffragium, vt ex D. Thom. 2. 2. *q. 189. art. 10. in calce corp.* Donat. *dict. tract. 3. q. 25. num. 4.* poſſunt vtique reſcipiſcere, & recedere à voto dato, ne iterum peccent ad profeſſionem admittendo inhabilem, vt dictum eſt *nu.* 1026. Vnde cum graue damnum non inferatur Religioni, & conſequenter nec huiuſmodi peccatum ſit in admiſſione ad habitum, nec ad profeſſionem eius, qui ſuprà dictis patentibus defectibus, v. g. læſionis oculi, vel ſimilibus aliàs cum obſeruantia regulari compatibilibus, laborauerit, non eſt, cur eum admittendo ad habitum nequiuerint ſe obligare capitulares ad eum admittendum ad profeſſionem, ſi rectè ſe geſſerit, & conſequenter non eſt, cur admiſſus ad habitum cum illis defectibus, debeat propter eoſdē arceri à profeſſione.

1033 Quid verò in hoc caſu iuxtà noſtra ſtatuta dicendum? Vetatur à Conſtitutionibus receptio eius, qui *membro aliquo, vel eius vſu caruerit*, abſque compenſatione inſigni virtutum: *Niſi virtutum inſigni compenſetur, nullo modo recipiatur*; vndè ſequitur permiſſam eſſe talem receptionem cum illa inſigni virtutum compenſatione, nam dictio *niſi* iuncta dictioni negatiuæ affirmat in caſu contrario, vt cum multis ponderauit Rot. coràm Bichio *deciſ. 288. nu. 6.* & ſic eum hac compenſatione admiſſus, nullo modo ratione præfati defectus erit à profeſſione reijciendus. Dato verò caſu, quod deficiente huiuſmodi inſigni compenſatione quis membro aliquo carens, vel eius vſu, admiſſus fuerit ad habitum, poterit ne hoc ex capite tantùm reprobari? Et videtur, quod ſic; cum eius receptio fuerit nulla ex defectu facultatis in recipientibus: nam clauſula, *nullo modo*, habet vim decreti irritantis. Donat. *tom. 1. part. 1. tract. 9. clauſul. 12. num. 14.* & negat omnem potentiam, & diſpenſationem, inducendo nullitatem actus, vt latè Barboſ. de *clauſul. vſufreq. clauſul. 40. num. 45.* & *clauſul. 92. num. 2.* & *diction. 228. num. 2.* Bordon. de *profeſſ. cap. 17. nu. 13.* Nec valet, quod multa facta teneant, quæ fieri prohibentur, quia procedit axioma, vbi eſt ſimplex prohibitio, non verò vbi agitur de decreto irritante, quod per DD. inualidat omnia acta contrà ipſum; & ſic cum fuerit nulliter receptus, videtur poſſe ex hoc ſolo capite reprobari.

1034 Cæterùm conſiderando non ſemper verum eſſe, quod prohibitio cum dictione virtualiter irritante annullet actum, ſed poſt factum teneat, vt de dictione *nullatenùs* (de qua in *cap. ſi vir, & vxor. 27. q. 1.* & quæ importat nullitatem actus ipſo iure per allegatos à Barboſ. *in Diction. 226. nu. 4.*) obſeruat Fagnanus *in cap. Qui Presbyterum. num. 82. de pænit. & remiſſ.* vbi valere profeſſionem factam contrà prohibitionem cum ea dictione *nullatenùs*. Et vlteriùs conſiderando ex vna parte, quod decretum irritans adiectum conditionali, vt in præſenti etiam ipſum conditionale redditur, & ſuſpenditur eius effectus in euentu conditionis, vt notant DD. per *text. in Clem.* vbi gloſs. *verb. per ordinarium de conceſſ. præbend.* Gonzalez. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 67. num. 51.* Monet. *de commut. vlt. volunt. cap. 7. num. 254.* & ex alia, quod difficile ſit ſtabilire, in quo conſiſtat hæc inſignis compenſatio, quæ cum à Conſtitutionibus non ſit declarata, videtur iudicio Capitulariū relicta, crederem eo ipſo, quod ſit quis cum ſupradicto defectu admiſsus à Capitularibus ad habitum, iam iudicatum fuiſse de ſufficienti compenſatione; & ideò non habere locum decretum irritans, ſeu non debere ſortiri ſuum effectum; & conſequenter valere admiſſionem ad habitum, & non eſſe hac de cauſa repellendum.

1035 Addo ſupradicta clauſula *nullo modo* prohiberi quidem receptionem ad habitum; ſed ea poſita, non prohiberi receptionem ad profeſſionē, vi cuius prohibitionis debeat eijci à Congregatione ſic receptus. Decretum enim irritans admiſſionem ad habitum in noſtra Congregatione, vi cuius debet Nouitius aliquis expelli, habet locum tantummodò in defectibus occultis: *Petatur iuramentum coram Capitulo de prædictis omnibus impedimentis, & intimetur ei eyciendum fore, quandocumque contrarium conſtiterit*: non verò in patentibus, quibus non applicantur verba ſtatuti, cum nequeat quis iurare, ſe carere defectu patenti, habere ſcilicet duos oculos, ſi patenter altero careat: ſicut nec intimatur ei eiectio propter defectum illum patentem, cum quo recipitur ad habitū. Quarè & ſi prohibita ſit admiſſio ad habitum tali, pa-

tenti

innoluit, cum cedat in graue Religionis damnum, & infideliter cum Religione ſic approbans ſe gerat. A S.Fauſto *d.q.214.n.3.* Ledeſm. *de ſtat.Relig.in comm.cap.7.concl.2. diff.2.*Peyrin. *ibid. num.*118. Bordon. *eod. cap.13. num.34.* Donat. *tom.2. part.2. tract.5. q.15.* A Spiritu Sancto *ibid. num.* 220.

1027 Obſeruandum tamen eſt, cauſam denegandi ſuffragium debere eſſe grauem, cum expulſio Nouitij ſit pœna grauiſſima. Bordon. *reſol.54.num.* 14. & grauem notam afferat Nouitio. A Spiritu Sancto *ibid. num.* 225. cauſas autem ſufficientes ad denegationem voti, & eiectionem, ad duplicem claſſem reducunt ijdem Bordon. à *d.num.14. & ſeq.*, & de *profeſſ. cap.9. per tot.* & A Spiritu Sancto *ibid. à nu.227. & ſeq.* vitioſas ſcilicet, & naturales, quas apud ipſos videre eſt *cit. locis*.

1028 Quod ſi quis dubitet de idoneitate, ſeu an approbare, vel reprobare debeat ſuo ſuffragio Nouitium, admonent Bordon. *ead. reſol.54. num.161.* & A Spiritu Sancto *loc. ſup. nu.* 237. poſſe ſic dubitantem recedere, vel abeſſe à Capitulo, dummodò alio prætextu id faciat, ne declarando ſe recedere, vel abeſſe ob illud dubium, noceat Nouitio, ponendo in diſcrimine probabilem opinionem, quam alij habent de eius idoneitate. Quod ſi nequeat recedere, debet deponere dubium, & maioris partis conſilium ſequi. Caramuel in *Regul. S.Benedicti nu.* 470. dicit in dubijs denegandum eſſe illi ſuffragium, quia præter alias rationes, quas ibi adducit, in dubijs magis obligamur erga Cõmunitatem, quam erga Nouitium; & qui in dubio Nouitium approbat, eſt ſui Monaſterij degener filius: cum hac tamen cautela, quod non ſint alij ad idem faciendum cogendi *d. nu.* 470. *&* 487. cui (& ſi impugnetur à *P. Bardi de conſcien. diſc.6.cap.9.§.38. num. 2.*) adhæreo propter ſtatutum noſtrum Apoſtolica auctoritate confirmatum, vbi *eodem cap.2.Conſtit. n.11.* ſic: *In approbandis, vel reprobandis Nouitijs, bono commum Congregationis, potiùs quàm priuato cuiuſcumque Nouitij conſulendum eſt: Spirituale bonum temporali omninò præferendum; & in dubio tutior pars eſt eligenda, reprobando, & expellendo eum, de quo timetur, an nociuus ſit Congregationi.*

1029 Difficultas eſt modò, an poſt tertiam approbationem poſſit quis expelli, cum iam acquiſiuerit ius ad profeſſionem? Et poſſe reſpondent de Vecchijs *ead. diſp.12. dub.7.* Peyrin. *d. cap.1. num.117.* Tamburin. *de iur. Abb. tom.3. diſp.6. q.11. num.24.* Bordon. *de profeſſ. cap.9. nu.* 27. *& cap.16. num.58.* A Spiritu Sancto *loc. ſup. n.* 242. Paſſerin. *d. art.10. inſpect.3. num.129.* dummodò tamen noua emergat cauſa grauis, vel etiamſi aliqua vetus ignorata de nouo ſciatur, v.g., ſi vnum de impedimentis, ſuper quo iurauit in receptione ad habitum occultaſſe deprehenſus fuerit; nam ſicut reuocari poſſunt ſponſalia ab altero contrahentium ſi aliquid ſuperueniat, quod ſi à principio innotuiſſet, non fuiſſent contracta *cap. Quemadmodum, de iureiuran.* Sanchez *lib.1. de Matrim. diſp.62. num.3.* ità & à Conuentu ante profeſſionem poteſt contrarijs ſuffragijs reuocari conſenſus iam datus, cum valeat argumentum à Matrimonio carnali ad ſpirituale. *cap. Inter corporalia, de translat. Epiſcop.* Barboſ. *tract. loc. commun. argum. loc.70.* Murga *in Conſtit. Apoſt. ad Conſtit. 6. num.* 1148. Nec conſiderandum eſt ius acquiſitum à Nouitio medio conſenſu Conuentus, quia haberet locum ſtante re integra, non verò vbi noua ſuperueniat ex parte ipſius cauſa; cum actus ſemper intelligatur rebus ſic ſtantibus *argum. l. qui in princip. ff. de ſolut.*, & cum alijs Vecchius *d. dub.7. num.* 3. & quando adeſt culpa poteſt quis quæſito iure priuari, *ex cap. ſatis peruerſum, diſt.6. Cap. Inuentum. 16. q. final. Cap. Conquerente de reſt. ſpol.*, & notat Sigiſmundus de *elect. dub.* 12. *num.6.* Quare adhuc poſt tertiam approbationem ſi quis talia geſſerit, propter quæ indignus profeſſione cenſeatur (intellige tamen, vt dictum eſt, in materia graui) reijciendus erit etiam ex noſtris Conſtitut. *d. part.2. cap.2. n.10.*

1030 Addit Paſſerinus ibid. citatis Cordub. *in Reg. cap.2. q.11. p.2.* Roderic. *tom.2. cap.8. nu.* 59. Sanchez *lib.5. in Decal. cap.4. num.59.* quod ſi cum defectu aliquo à lege prohibito, vel alio ſimili graui, & prudenter conſiderando fuerit admiſſus quis ad habitum, poterit illum Religio tempore profeſſionis attendere, & de errore commiſſo in eo admittendo ad habitum cum tali defectu reſipiſcere, & Nouitium ad profeſſionem non admittere. Bordonus verò è contrà *reſol. 54. à num. 42.* & de *profeſſ. cap.9. à num.9. & ſeq.* contendit ſemel admiſſum ad habitum cum patente defectu, non poſſe reprobari, vel à profeſſione reijci: tum quia, quod ſemel placuit, non debet poſteà diſplicere; & quod ſemel eſt approbatum, non eſt vlterius reprobandum, *reg.21. in 6.*, niſi noua ſuperueniat cauſa. *Gloſſ. v. de nouo. cap. Paſtoralis. 4. de except.* tum quia fit iniuria Nouitio, ſi præciſè ratione notorij defectus, cum quo fuit admiſſus, reijciatur; quod & clarè docet Peyrin. in *Regul. Minim. cap.2. §. 3. q.4. num.3.* cum turpiùs eijciatur, quam non admittatur hoſpes. *cap. Quemadmodum, de iureiur.*

1031 Quarè putarem, ſi ſermo ſit de defectibus reparabilibus v. g. infirmitate aliqua curabili, vel etiam quoad mores de aliquo vitio manifeſto, poſſe Religionem cum his, vel ſimilibus admiſſos ad habitum, arcere à profeſſione, ſi non conualuerint, vel non ſe emendauerint; ſupponi ſiquidem poteſt admiſſos fuiſſe cum dictis notorijs defectibus animo experiendi, an ſalutem recuperent, vel mores corrigant tempore probationis. Dixi de infirmitate curabili; quia, ſi de incurabili patenti tamen. v.g. ethicia ſit ſermo, iam videremur eſſe extrà difficultatem, cum non poſſit conſentire Capitulum, vt quis cum tali infirmitate recipiatur non ſolùm ad profeſſionem, vt Peyrin. de *Subdit. q.1. cap.25. §.5.* Donat. *tom.2. part.2. tract.3. q.25. num.22.* & *tract.11. q.28.* ſed nec etiam ad habitum, vtpotè omninò prohibitum à ſtatutis Religionum. Si tamen ſupponatur

&

& cum tali infirmitate incurabili, & patenti quis receptus, dico hoc non obſtante ad profeſſionem nequaquàm admittendum propter mox dicta, ex defectu ſcilicet poteſtatis conſentiendi, qua priuatur Capitulum à ſtatutis ſui Ordinis; & in hoc, vel ſimili caſu habere locum ſententiam Paſſerini, & aliorum, quos ibi adducit, quod poſſit Religio reſcipiſcere. Si verò ſermo ſit de alijs defectibus, etiam incurabilibus v. g. ſi careat vno oculo, vel ſit gibboſus, vel ſimilibus, ſentio cum Bordono, non poſſe ex hac ſola cauſa ſemel admiſſum ſubinde reprobari; in admiſſione enim ad habitum cum tali defectu inuoluitur promiſſio Religionis admittendi etiam ad profeſſionem cum eodem defectu, ſi aliàs benè ſe geſſerit; & ſub hac ſpe ipſe habitum recepit; & ſic non poteſt hac de cauſa ſola reprobari.

1032 Nec eadem eſt ratio de iſto, ac de recepto cum patenti defectu ethiciæ; cum enim hic ſit inhabilis ad Religionis onera, & obſeruantiam ex eius profeſſione magnum reſultaret Religioni detrimentum; & ideò non potuerunt conſentire Capitulares in eius receptione, nec per receptionem ſe obligare ad eum admittendum ad profeſſionem; adeòq; nulla ſtante obligatione, poterunt retrocedere: quin & in fauorē Religionis debebunt. Prçterquamquod, cum peccauerint recipientes ad habitum patenter ethicia laborantem, propter grauem læſionem ſtatutorum, magnum Religionis detrimentum, & indebitum, ac contrà rationem ſuffragium, vt ex D. Thom. 2. 2. *q.* 189. *art.* 10. *in calce corp.* Donat. *dict. tract.* 3. *q.* 25. *num.* 4. poſſunt vtique reſcipiſcere, & recedere à voto dato, ne iterùm peccent ad profeſſionem admittendo inhabilem, vt dictum eſt *nu.* 1026. Vnde cum graue damnum non inferatur Religioni, & conſequenter nec huiuſmodi peccatum ſit in admiſſione ad habitum, nec ad profeſſionem eius, qui ſuprà dictis patentibus defectibus, v. g. læſionis oculi, vel ſimilibus aliàs cum obſeruantia regulari compatibilibus, laborauerit, non eſt, cur eum admittendo ad habitum nequiuerint ſe obligare capitulares ad eum admittendum ad profeſſionem, ſi rectè ſe geſſerit, & conſequenter non eſt, cur admiſſus ad habitum cum illis defectibus, debeat propter eoſdē arceri a profeſſione.

1033 Quid verò in hoc caſu iuxtà noſtra ſtatuta dicendum? Vetatur à Conſtitutionibus receptio eius, qui *membro aliquo, vel eius vſu caruerit*, abſque compenſatione inſigni virtutum: *Niſi virtutum inſigni compenſetur, nullo modo recipiatur*; vndè ſequitur permiſſam eſſe talem receptionem cum illa inſigni virtutum compenſatione, nam dictio *niſi* iuncta dictioni negatiuæ affirmat in caſu contrario, vt cum multis ponderauit Rot. coràm Bichio *deciſ.* 288. *nu.* 6. & ſic cum hac compenſatione admiſſus, nullo modo ratione præfati defectus erit à profeſſione reijciendus. Dato verò caſu, quod deficiente huiuſmodi inſigni compenſatione quis membro aliquo carens, vel eius vſu, admiſſus fuerit ad habitum, poterit ne hoc ex capite tantùm reprobari? Et videtur, quod ſic; cum eius receptio fuerit nulla ex defectu facultatis in recipientibus: nam clauſula, *nullo modo*, habet vim decreti irritantis. Donat. *tom.* 1. *part.* 1. *tract.* 9. *clauſul.* 12. *num.* 14. & negat omnem potentiam, & diſpenſationem, inducendo nullitatem actus, vt latè Barboſ. de *clauſul. vſufreq. clauſul.* 40. *num.* 45. & *clauſul.* 92. *num.* 2. & *diction.* 228. *num.* 2. Bordon. de *profeſſ. cap.* 17. *nu.* 13. Nec valet, quod multa facta teneant, quæ fieri prohibentur, quia procedit axioma, vbi eſt ſimplex prohibitio, non verò vbi agitur de decreto irritante, quod per DD. inualidat omnia acta contrà ipſum; & ſic cum fuerit nulliter receptus, videtur poſſe ex hoc ſolo capite reprobari.

1034 Cæterùm conſiderando non ſemper verum eſſe, quod prohibitio cum dictione virtualiter irritante annullet actum, ſed poſt factum teneat, vt de dictione *nullatenùs* (de qua in *cap. ſi vir, & vxor.* 27. *q.* 1. & quæ importat nullitatem actus ipſo iure per allegatos à Barboſ. *in Diction.* 226. *nu.* 4.) obſeruat Fagnanus *in cap. Qui Presbyterum. num.* 82. *de pænit. & remiſſ.* vbi valere profeſſionem factam contrà prohibitionem cum ea dictione *nullatenùs*. Et vlteriùs conſiderando ex vna parte, quod decretum irritans adiectum conditionali, vt in præſenti etiam ipſum conditionale redditur, & ſuſpenditur eius effectus in euentu conditionis, vt notant DD. per *text. in Clem.* vbi gloſs. *verb. per ordinarium de conceſſ. præbend.* Gonzalez. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 67. *num.* 51. Monet. *de commut. vlt. volunt. cap.* 7. *num.* 254. & ex alia, quod difficile ſit ſtabilire, in quo conſiſtat hæc inſignis compenſatio, quæ cum à Conſtitutionibus non ſit declarata, videtur iudicio Capitulariū relicta, crederem eo ipſo, quod ſit quis cum ſupradicto defectu admiſsus à Capitularibus ad habitum, iam iudicatum fuiſse de ſufficienti compenſatione; & ideò non habere locum decretum irritans, ſeu non debere ſortiri ſuum effectum; & conſequenter valere admiſſionem ad habitum, & non eſſe hac de cauſa repellendum.

1035 Addo ſupradicta clauſula *nullo modo* prohiberi quidem receptionem ad habitum; ſed ea poſita, non prohiberi receptionem ad profeſſionē, vi cuius prohibitionis debeat eijci à Congregatione ſic receptus. Decretum enim irritans admiſſionem ad habitum in noſtra Congregatione, vi cuius debet Nouitius aliquis expelli, habet locum tantummodò in defectibus occultis: *Pœstatur iuramentum coram Capitulo de prædictis omnibus impedimentis, & intimetur ei eijciendum fore, quandocumque contrarium conſtiterit*: non verò in patentibus, quibus non applicantur verba ſtatuti, cum nequeat quis iurare, ſe carere defectu patenti, habere ſcilicet duos oculos, ſi patenter altero careat: ſicut nec intimatur ei eiectio propter defectum illum patentem, cum quo recipitur ad habitū. Quarè & ſi prohibita ſit admiſſio ad habitum tali, patenti

tenti tamen, defectu laborantis, ſine ea inſigni compenſatione, non erit propter hanc cauſam tantùm reijciendus à profeſſione; quia dicta clauſula *nullo modo* non habet in hoc caſu apud nos vim decreti irritantis, quod, vt dictum eſt, afficit ſolùm impedimenta occulta, cum per hæc ſola intimetur expulſio.

1036 Tandem, quia nullum graue damnũ poteſt concipi aduenire Religioni ex tali receptione ad profeſſionem: vnde ſtante quod iam habitum ſuſceperit, licet contrà prohibitionem legis, non videtur ex hac ſola cauſa reijciendus; habet enim hic locum axioma pręfatum, quod multa facta teneant, quæ fieri prohibentur; cum prohibitio hæc verſetur circa accidentalia, non verò circà ſubſtantiam: quo caſu factum coutra prohibitionem valere aduertit Barboſ. *Axiom. 93. num. 33. in fin.*

DVBIVM. IV.

Ad quos ſpectet quem ad profeſſionem approbare, vel reprobare.

1037 CLara eſt ex dictis Conſtitutionum diſpoſitio; ſpectare, inquam, ad Capitulum Conuentus Nouitiatus, quod coaleſcit ex Priore, ſiue eius Vicario, vel Suppriore in abſentia Prioris cum reliquis Patribus vocem habentibus (nam priuati voce actiua nequeunt in vllo, & ſi parui momenti negotio ſuffragari, per noſtras Conſtit. *p.4. cap.*10. *n.2.* & de his nulla difficultas. Dubitatum ſolum eſt ab aliquibus, an P. Prouincialis poſſit hiſce Capitulis intereſſe, & ſuffragium ferre. Et quamuis aliqui putauerint, quod non, nunquam tamen fundamentum aliquod probabile adducere valuerunt. Vndè ego ſemper tenui, & teneo, Prouincialem poſſe in dictis approbationibus ſuffragari. Cum enim ſit in ſua Prouincia Ordinarius. Suarez de Relig. *tract.* 10. *lib.*10. *cap.*5. Lezan. *tom.*1. *part.* 2. *cap.*13. *num.* 26. & totius Prouinciæ Prælatus generalis. Paſqualig. *deciſ. moral.*59. *num.*2. & omnia poſſit intrà Prouinciam, quæ Generalis in Religione, niſi ſit illiquid ſpecialiter probibitum. Mirand. *tom.*2. *q.*16. *art.*6. Bordon. *tom.* 5. *de Profeſſ. cap.*3. *n.*21. Donat. *tom.*2. *part.*1. *tract.* 10. *q.*5. *num.*4. vnde domicilium ſuum in omnibus Conuentibus, vt magis libuerit, conſtituere, & mutare poteſt, diciturque quoad ſuã poteſtatem in omnibus Conuentibus reſidere. Bordon. *reſol.* 88. *num.* 14. A'Spiritu Sancto in *Director. tract.*4. *diſp.*2. *num.*5. & hac de cauſa gaudere priuilegio celebrandi in quolibet Altari priuilegiato cuiuslibet Eccleſiæ ſuæ Prouinciæ. Bordon. *reſol.*25. *nu.*2. & *reſol.*91. *n.*1. Diana in *coordinat. tom.*1. *tract.*1. *reſol.*11. *n.*3. certè poteſt Capitulo Conuentuali præſidere. Pellizzar. *tract.*9. *cap.*8. *n.*116. A Spiritu Sancto *d. tract.* 4. *diſp.* 2. *num.*11. & *diſp.*8. *num.*93. & cum omnibus Superioribus localibus concurrere ad negotia non ſolùm Prouincię, ſed etiam in ſpecie cuiuſcumque Conuentus, & in quocumque Capitulo Conuentuali võtum ferre. Anton. de Sillis *annot.*2. *ſuper cap.*2. *Regul.* Bordon. *reſol.* 26. *num.* 44. & 65. & *d. reſol.* 88. *nu.* 14. A'Spiritu Sancto *ead. diſp.*2. *n.*6.

1038 Et ratio eſt: tum quia ius, quod habet quilibet Religioſus concurrendi ſimul cum Priore in omnibus negotijs ſui Monaſterij, cum oriatur ex eo quia eſt pars, & membrum illius Communitatis, locum habet & in Prouinciali, qui pars eſt, & caput cuiuslibet Conuentus ſuę Prouinciæ: quin præcipuus de illius familia, diciturque Superior localis cuiuſcumque Conuentus, vbi actu reperitur, licet non ibi reſideat. Peyrin. *de Prælat. quæſt.* 3. *cap.*1. *num.*116. Bordon. *cit. reſol.*88. *num.* 14. A'Spiritu Sancto *tract.*3. *diſp.*2. *num.*244. & *tract.*4. *diſp.*2. *n.*10. & 94. & Superior principalis. Portell. in *Dub. Regul. in addition. ad verb. Nouitia.* §. *Ego ſentio. verſ. Et propterea.* Tum quia, ſi eatenùs totus Conuentus ius habet ſuffragandi in approbationibus in ordine ad profeſſionem, quatenus, cum per profeſſionem, & incorporationem Religioni acquiratur à Nouitio ius, quod eſt commune alijs Religioſis, intrat Regula iuris, quod tangit omnes ab omnibus approbari debere. Pellizzar *tract.* 3. *cap.*3. *q.*7. *nu.*9. Bordon. *reſol.*54. *nu.* 62. à fortiori competere hoc debet Prouinciali, qui in huiuſmodi iure eſt alijs de Prouincia anteponendus. Tum etiam quia omnis facultas diſperſa in inferioribus Prouinciali ſubiectis, perfectiori modo reperitur collecta in ipſo Prouinciali, qui caput eſt ſingulorum de ſua Prouincia. Sanchez in *Decal. lib.* 5. *cap.*4. *nu.*71. Pellizzar. *tract.* 3. *cap.* 3. *num.* 8. Bordon. *reſol.*26. *nu.*43. & 79. & *reſol.*66. *nu.*13. Mallet. de *Eccleſ. Hierarch. lib.* 3. *part.* 1. *tit.* 46. *num.*19. A Spiritu Sancto *d. tract.* 3. *diſp.*2. *num.* 242. & *diſp.*3. *num.*54. & *tract.*4. *diſp.*1. *nu.*148. & *diſp.*8. *num.* 93.

1039 Ex quibus ſequitur, poſſe Prouincialē in approbationibus Nouitiorũ prò eis ad profeſſionem admittendis votum ferre, ſicut poſſunt Priores locales, & qui ſunt de familia Conuentus. Et ità in terminis reſoluunt Portell. in *d. addit. ad verb. Nouitia.* & in *reſponſ. moral. part.*1. *caſ.* 11. *num.*2. & *ſeq.* & *part.*3. *caſ.* 95. Peyrin. *eod. cap.*1. *num.* 116. Bordon. *reſol.* 57. *num.*48. & de *profeſſ. cap.*16. *num.* 51. & 52. A'Spiritu Sancto *tract.* 3. *diſp.* 3. *num.* 242. & *tract.* 4. *diſp.*2. *n.*7. & 49. Donat. *tom.*4. *tract.*12. *q.* 17. Quin neceſſe eſt aliquando interuenire cum voto Prouinciales, vel ad tollendas Capitularium differentias, vel ad bono Prouinciæ conſulendum in approbando, vel reprobando Nouitio.

1040 Et hoc adeò inconcuſſum habetur, quod hinc ex iuſta cauſa & in caſu ſaltem particulari poſſe Prouinciales pręcipere immediato Conuentus ſuperiori, ne quemquam, ipſo inconſulto, ad profeſſionem admittat, etiam decretum irritans apponendo, tradunt in terminis Sanchez *d. cap.*4. *num.*70. Peyrin. *de ſubdit. q.*1. *cap.*26. §.2. *verſ. dico.* 2. Bordon. *de profeſſ. cap.*16. *à n.*46. & *ſeq.* A'Spiritu Sancto. *tract.* 4.

*diſp.*2.

diſp. 2. nu. 97. Paſſerin. *d. tom. 3. q. 189. art.* 10. *inſpect. 7. num. 301. & 311.* Mallet. *loc. ſup.* reſeruando etiam ſibi in tali caſu conſenſum vna cũ Conuentu tali admiſſioni pręſtandum. Sanchez *ibid. num. 71.* A' Spiritu Sancto *d. tract. 3. diſp. 3. num. 54. 59. & 68. & tract. 4. diſp. 1. num. 148.* etiamſi talis poteſtas admittendi ad profeſſionem competat Priori ; nam quoad eius exercitium pendet à Superioribus , & poteſt ab illis ſaltem in caſibus particularibus coarctari , ex *cap. inferior. diſt. 21. cap. cum inferior. de maiorit. & obed. & cap. exijt. de verbor. ſignific. in 6. §. ſed quoniam.* & probant Palaus *de ſtat. Relig. tract. 16. diſp. 3. punct. 3. num. 5.* Pellizzar. *tract. 2. cap. 2. num. 14. & tract. 3. cap. 3. q. 10. num. 11.* Bordon. *reſol. 66. num. 39. verſ. reſpondeo.*

1041 Quod idem dicendum de Prouincialibus huius noſtræ Congregationis, cum ex vna parte omni gaudeant auctoritate aliorum Ordinum Prouincialibus, ſiue de iure, ſiue ex priuilegijs competente, vt declaratum eſt à Capitulo generali de 1628. vt ex eiuſdem actis, & in Bullar. Congregationis *pag. 16.* & ex alia tale ſuffragium nullo modo eis prohibeatur ; hoc eſt nec à iure communi, à quo non excluduntur Prouinciales, quin ſimul cum cæteris de Capitulo dent ſuffragium prò admittendo ad Profeſſionem , ſeu ab ea reijciendo Nouitio. Paſſerin. *ibid. num. 325.* quin potius de iure communi hoc illis competit. A Spiritu Sancto d. *tract. 4. diſp. 2. num. 49.* nec à iure ſpeciali huius Congregationis, cum in cit. decreto S. Congregationis prò recipiendis, & educandis Nouitijs ſub die 11. *Maij* 1655. nullum verbum ſit reperire, per quod huiuſmodi ſuffragium illis prohibeatur. Quo fit, vt talis facultas cenſeatur illis conceſſa *ex cap. ſunt nonulli. 16. q. 1. cap. Iam nunc. 28. q. 1.* quandoquidem conceſſum cenſetur Prouincialibus, quod non eſt illis prohibitum , vel alteri reſeruatum . Suarez *de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 13. num. 14. & 15.* A Spiritu Sancto *d. diſp. 2. num. 26.*

1042 Vlterius, cum ſit plus ſuffragium ferre in receptione ad habitum , quàm in admiſſione ad profeſſionem . Portell. *d. caſ. 11 n. 2. & caſ. 95. num. 2.* & poſſit Prouincialis ſuffragari, quando recipitur Nouitius, vt ex declaratione in noſtris litteris Apoſtol. *pag. 55.* & conceſſum eſſe à Siſto V. in ſua Conſtit. *Cum de omnibus.* Dat. *6. Kalend. Decembr.* 1587. ſcribit Pellizzar. *tract. 2. cap. 2. num. 4.* videtur & poſſe, quando approbatur in ordine ad profeſſionem ex *reg. in cap. cui licet. de regul. iur. in 6.* cui licet quod eſt plus , vtique licet quod eſt minus. idem Portell. *loc. ſup. d. §. Ego ſentio* ; quæ regula adhuc magis ſtringit , vbi hæc duo ſunt inter ſe connexa , & vnum ad aliud ordinatur , vel alterum dependet ab altero : connexorum ſiquidem idem eſt iudicium. *l. fin. ff. de mandat.* Barboſ. *axiom.* 51. & receptio ad habitum non eſt dubium , quod ordinetur ad profeſſionem, & hæc pendeat ab illa Peyrin. *de Prælat. q. 3. cap. 1. num. 3.* Bordon. *reſol. 54. nu. 42.* Lezan. *tom. 1. part. 1. cap. 2. n. 55.* Pellizzar. *tract. 2. cap. 2. nu. 1.* Quapropter Prouincialis , qui poteſt ferre ſuffragium in receptione Nouitij , poterit idem præſtare in approbationibus prò admiſſione ad profeſsionem . Portell. in terminis. *d. caſ. 11. num. 3. & caſ. 95. num. 2.* eo modo, quo per Suarez de *Relig. tom. 3. lib. 6. cap. 11. num. 2.* & Peyrin. *d. num. 3. ex cap. Ad Apoſtolicam. de Regul.* qui poteſt recipere ad habitum poteſt & admittere ad profeſsionem .

1043 Nec obſtat annum Nouitiatus ideò concedi , vt illo temporis ſpatio poſsint Religioſi mores Nouitij experiri, & ſubinde ſuffragium prò eo admittendo, vel reprobando dare; quod non militat in Prouinciali , qui quandoque diſcurrit per Prouinciam, & modico tempore in Conuentu Nouitiatus commoratur , & conſequenter nequit habere experimẽtalem notitiam ad ſufficienter ſuffragandum . Soluitur enim obiectum per hoc, quod Prouincialis etſi non ex more reſideat in Nouitiatus Conuentu , poteſt de moribus Nouitij informationem ſumere à Religioſis fide dignis eiuſdem Conuentus , quod ſufficit ad ſuffragium ritè ferendum; vt patet tum in Capitulis generalibus, in quibus plures ex vocalibus ſuffragantur homini penitùs ignoto , ſola ducti notitia , & relatione ab alijs accepta ; tum in Priore nouiter electo , & Religioſo de familia ibi nouiter aſsignato , qui die etiam ſequenti inſtante approbationis tempore ſuffragium ferunt, etſi nullam experimentalem notitiam de Nouitij moribus habeant . Ita in puncto Portell. *locis ſup.* Peyrin. *d. cap. 1. num. 116.* Bordon. *reſol. 57. num. 48.* & de *profeſ. cap. 16. nu. 52.* vbi expreſsè de Prouinciali in Conuentu Nouitiatus non commorante. Donat. *d. tom. 4. tract. 12. q. 17. à num. 4.* Caramuel in *Regul. S. Benedict. num.* 480. Et ità declaratum eſt me præſente, & inſtante in Capitulo generali de 1686.

1044 Quo verò ad reprobationem alicuius à profeſſione , eam de iure communi ad idem Capitulum Conuentus Nouitiatus ſpectare vna cum facultate Prouincialis aiunt Bordonus *reſol. 54. num. 11. & ſeq. & de profeß. cap. 9. num. 36.* & Antonius à Spiritu Sancto *d. diſp. 3. num. 131.* à Capitulo, quia cum ad Capitulum ſpectet recipere , ad idem ſpectabit & eijcere ; nam res , per quas cauſas naſcitur , per eaſdem & diſſoluitur: à Prouinciali verò, quia Tridentinum, dum *ſeſſ. 25. cap. 16.* de expulſione Nouitij loquitur, dicit: Superiores, Nouitios, quos habiles inuenerint, ad profitendum admittant, aut è Monaſterio eos eijciant; vbi videtur decerni , dum nominantur Superiores in plurali, non ſufficere Superiorem localem , ſed requiri auctoritatem Superioris maioris : Apud nos verò prout in Conſtitutionibus *d. part. 2. cap. 2. num. 7.* Si in ſecunda , & tertia approbatione vltrà medietatem ſuffragiorum non habuerit ſtatim expelli debet; & propterea non eſt quoad has expulſiones neceſſaria facultas alterius Superioris maioris ſupplente lege loco Superioris maioris; vt in ſimili idem A Spiritu Sancto *ibid. num. 132. in fin.* ſi autem extrà tempus approbationum , vel poſt vltimam approbationem

taliter

taliter ſe geſſerit Nouitius, vt alijs ſit ſcandalo, vel profeſſione indignus cenſeatur, per ſecreta ſuffragia Capituli debet expelli. Conſtit. *d.cap.* 2. *num.*10. vbi etiam non videtur exigi licentia alterius Superioris maioris propter eamdem rationem, cum *in d.c.*2.*nu.*13. ſic decernantur: *Cum verò decretum fuerit, vt Nouitius aliquis expellatur, ſtatim è Nouitiorum dormitorio in locum alium ſeparetur*; cum quo tamen ſtat, quod ſi velint, poſſint & Superiores maiores, ſcilicet Vicarius Generalis, & Prouincialis in huiuſmodi expulſione ſuffragium ferre. Si autem ob aliquod peccatum mortale, quod Congregationi nociuum poſſit eſſe, ſit expellendus, non erit hoc Capitulo propalandum: Sed collato negotio inter Priorem, Magiſtrũ, & Sociũ ſi ipſi conuenerint in explulſione, de licentia P.V. Generalis, vel nunc etiam Prouincialis: vel, ſi periculũ in mora fuerit, etiam ſine dicta licentia expellendus erit, ſed ſtatim de expulſione, & facti ratione erunt commonendi.

1045 Si verò hæc dimiſsio Nouitij facienda ſit ad inſtantiã ipſius, qui petat regredi ad ſeculum, quamuis Bordonus *d.reſol.*54.*n.*60. aſſerat faciendã eſſe de cõſenſu Capituli, cũ ſit de eiuſdẽ conſenſu receptus; neceſſariũ hoc non puto, quia, cum nequeat Capitulum retinere nolentem permanere in Religione, prout in *cap.*1.*&* 2. *de Regular. in* 6. nec eſt attendendus eiuſdem Capituli conſenſus, vt poſſit exire, qui vult diſcedere, & cum ſit liber non indiget ad hoc Superiorum licentia; ex Syluẽſt. & Panormit. Donatus *tom.*2.*part.*2.*tract.* 9.*q.*24. *n.*2. quarè ad ſummum ſolus Prior poterit regredi petentem licentiare, commonendo tamen Capitulum de Nouitij inſtantia.

1046 Circà quam tandem eiectionem, ſiue dimiſſionem aduertendum, quod licet iuxtà diſpoſitionem Concilij Trid. *ſeſſ.* 25. *de Regul. cap.*16. & noſtrarum Conſtitut. *part.*2.*cap.*1. *n. final.* debeant ei omnia reſtitui, quæ ſecum tulerit Nouitius ad Religionem; non ſunt ità omnia reſtituenda quin retineri poſſint expenſæ prò victu, & veſtitu prò eo tempore, quo manſit in Nouitiatu. Ità cohærenter ad d. Concilij diſpoſitionem expreſsè conceditur à ſuprapoſito S. Congregat. decreto. Quia autem iuxtà Conſtitutiones *ibid.n.*10. debet recipiendus ad habitum comparare ſibi veſtes, & vtenſilia perſonalia, quæ vſu conſumuntur, & fiunt deterioris conditionis; ſi contingat caſus eiectionis, vel diſceſſionis, non ſunt ei reddendæ veſtes religioſæ, ſed valor, vt ex S.Congreg. deciſione Barboſ. *in cap.ſuper.eo de Regul.nu.*5. *& de poteſt. Epiſc.allegat.*101.*n.*39. & in *collect. ad d. cap.*16.*Concil.n.*51. Nouar. *Lucern. Regul. verb. Habitus.nu.*6. Donat.*tom.*2.*part.*2.*tract.*9. *q.*26. Bordon. *ead.reſol.*54.*n.*152. & valor illius temporis, quo eas deponit, non quo factæ ſunt. Peyrin *de Prælat.q.*3.*cap.* 1. *n.*107. Barboſ. *de iur. Eccleſ.lib.*1.*cap.*42.*nu.*178. & ſic detractis à tali valore prò victu expenſis, reliquum pretium habitus erit reſtituendum: In caſu verò quod habitus non eſſet expenſis ipſius Nouitij factus: ſed ex pijs eleemoſinis, aut benefactoris, eo fine, vt ipſe Religionem ingrediatur, non eſt illi in exitu reddendus neque eius valor; quia cum tali habitus datus ſit eo fine, vt in Religione remaneat, iam non cenſetur, ſi egrediatur, ampliùs illi datus, ſed Religioni, cuius intuitu datus eſt. Peyrin. *ibid. nu.* 108. quem ſequuntur Tamburin. *d. tom.* 3. *de iur. Abb.diſp.*6.*q.*9.*n.*7. Donat. *d.q.*26.*nu.*3. Barboſ. *eod. nu.* 178. Bordon. *de profeſſ. cap.*9. *nu.* 35.

DVBIVM V.

De ætate, & probationis anno ad validam profeſſionem requiſitis.

1047 Plura ſunt ad Profeſſionis validitatem requiſita, & neceſſaria; & de quibus Barthol. de Vecchijs in ſua Praxi *diſp.*13.*dub.* 1. & Tamburin. *d. tom.*3. *diſp.*16. *q.*16. De aliquibus tantùm in præſenti, ſeù de ætate, anno probationis, loco Nouitiatus, & facultate admittendi ad profeſſionem. Et quoad primum de ætate, debet eſſe ſexdecim annorum expletorum. ex Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 15. *de Regul.* quoad Clericos inquàm; nam quoad laicos requiritur maior, nempè vigeſimus primus expletus, ex decr. Clem. VIII. de *recept.Nouit. de ann.* 1603. Vnde non ſufficit, quod dies, quæ eſt talis ætatis vltimus terminus, ſit incæpta, ſed debet eſſe completa; itàut nec vna hora deſit, quin nec vnum quadrans, cum anni *illi* currere debeant, & compleri de momento in momentum; & in anno biſſextili reputanda eſt duplex dies prò vna; ità quod, ſi ætas compleatur die 24. Februarij, in eo anno biſſextili non compleatur niſi die 25. Februarij in puncto horæ reſpondenti diei natiuitatis; ſecùs profeſſio erit nulla. Sanchez de *Matrim. lib.* 2. *diſp.* 24. *num.* 22. *& in Decalog. lib.*5.*cap.*4. *num.*4. Portell. *in dub.regul.verb.Profeſſio n.*14. Vecchius *diſp.*13.*dub.*1.*n.*1. Peyrin. *de ſubdit.q.*1.*cap.*26.*§.* 3. Donat. *tom.*2.*part.*2.*tract.*9.*q.*5. *& tract.* 11. *q.*38. Diana *coordinat. part.*7. *tract.*1. *reſol.* 158. Vidal. in *inquiſit.moral.de Relig.ſtat.inquiſit.* 6. *n.*9. Barboſ. *de iur.Eccleſ. lib.*1.*cap.*42.*n.* 137. *&* 139. Angel. Piſtach. *de Vot. tom.*1.*tract.*3.*cap.*8. *nu.* 33. *&* 34. Et hæc propter eaſdem rationes quas prò anno probationis adducemus: immò à fortiori, quandoquidem annus probationis debet eſſe expletus, vt mox dicetur, quamuis non id requirat Concilium, ſicuti requirit quoad ætatem. Portell. *d.nu.*14. & expletum non poteſt dici, cui aliquid deeſt.

1048 Quæ ætas non numeratur à conceptione, cuius initium eſt ſatis obſcurum, ſed à natiuitate. Bonacin. in *Decalog.diſp.*4.*q.*2. *punct.* 7.*§.*2.*n.*20. Sanchez item *in Decal.lib.*4. *cap.* 35. *n.*4. Tamburin. *eod.tom.*3.*diſp.*6.*q.*12.*n.*2. Bordon. *de profeſſ.cap.*7. *n.* 15. Lezan. *tom.*1. *part.* 1. *cap.*2. *n.* 10. Piſtach. *ibid.nu.*37. nec eſt neceſſe, quod numeretur à baptiſmo, niſi vbi natiuitatis dies ignoretur; in defectu ſiquidem talis notitiæ à baptiſmo computanda eſt: nam liber baptiſ-

baptiſmalis facit fidem quò ad ætatem. Rot. in *Taurinen. die 1. Iunij. 1629. coràm Duran.* poſt Bordon. *de profeſſ. tom. 5. deciſ. 38. nu. 2.* Quare, ſi in ipſo libro baptiſmali notata ſit dies natiuitatis, prout plerumque contingit, ab ea connumeranda erit ætas, ſecus à die baptiſmatis.

1049 Quoad probationis annum, hic pariter debet eſſe expletus: licet hoc complementum non legatur in Concilio; cum namque Concilium ſumat interpretationem à iure cõmuni; & ab hoc *cap. Non ſolùm de regul. in 6.* requiratur, quod annus probationis ſit elapſus ante profeſſionem, eodem modo intelligendum eſt Concilium de anno elapſo, adeòque & completo, ſeu de momento ad momentum: ità quod non ſolùm non ſufficiat dies vltima anni incæpta, ſed taliter compleri debeat, quod ſi vel quadrans horæ deſit, nullus ſit Nouitiatus, & inualida inde ſecuta profeſſio. ex Tridentin. ipſo ibi: *Nec qui minori tempore, quàm per annum poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit*; nam donec ſit completus annus, adhuc eſt minus tempus anno. *cap. Subdiaconus. 4. diſt. 77.* vbi: *Subdiaconus non minor viginti annorum ordinetur*, ſeu completorum vt Gloſſ. *ibi; it aut compleuerit annum vigeſimum*; & annus, cui aliqua minima pars deeſt, non poteſt dici completus. Et colligitur à pari ex *l. 3. §. minorem. ff. de minoribus.* vbi adhuc minor dicitur vltimo die anni 25. donec hora natiuitatis decurrat, quia ante illam horam nondùm compleuit 25. annos. Sed à momento in momentum tempus expectari debet. Et ità tenent Sanchez *d. cap. 4. num. 9.* A' S. Fauſto in *Theſaur. lib. 5. q. 160.* Portell. *loc. ſup. verb. Nouitij annus. n. 49.* Vecchius *diſp. 11. dub. 4.* Tamburin. *d. diſp. 6. q. 11. nu. 12.* Palaus *tom. 3. tract. 16. diſp. 1. punct. 12. §. 2. n. 2.* Donat. *dict. tract. 9. q. 4. & 5.* Diana *coordinat. tom. 2. tract. 2. reſol. 171. & tom. 7. tract. 1. reſol. 157.* Piſtach. *ibid. num. 41.* Barboſ. *de off. & poteſt. Epiſc. allegat. 101. num. 23. & de iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 42. num. 106. & 118.* & in *collect. ad Concil. ibid. num. 20.* & fusè Fagnan. in *cap. Ad noſtram. de Regul.*

1050 Nec habet hic locum axioma, quod parum pro nihilo reputatur; quia quando id, quod omittitur, eſt de forma, qualis eſt annus probationis à Concilio requiſitus, ratione annexi decreti irritantis, etiam leuis omiſſio vitiat actum, & irritat profeſſionem, vt benè Fagnan. *ibid. num. 22.* & Donat. *ead. q. 5.* ſicuti neque quod in fauorabilibus dies incæpta habeatur pro completa; quia (omiſſa quæſtione, an ſimus in caſu fauorabili, nec ne) ex hoc quod annus probationis ſit fauorabilis tam Nouitio ad deliberandum, quàm Religioni ad ſe obligandum, deducitur potius debere eſſe completam vltimam diem anni, & non ſolùm incæptam; nam fauor in eo verſatur, quod tempus protrahatur, nec vllum momentum præripiatur nec Nouitio, nec Religioni ex conceſſis ad deliberandum; & ſic vltima dies cæpta non eſt habenda pro completa, ſed debet vtriſque currere integer annus de momento in momentum. Vecchius cum multis *dict. dub. 4. num. 3.* Bordon. *de profeſſ. cap. 6. nu. 19. & cap. 7. num. 12. & 13.* Fagnan. *ibid. n. 33.*

1051 Non eſt tamen neceſſe, quod ad integritatem anni addatur altera dies, quia nullibi id cauetur: ſed ſatis eſt, quod qui annum probationis incæpit hora 16. profeſſionẽ emittat ſubſequenti anno poſt ipſam horam 16. Sanchez *d. num. 9.* A' S. Fauſto *ead. q. 160.* Palaus *cit. num. 49.* Donat. *eod. tract. 9. quæſt. 4. num. 5.* præterquam in anno biſſextili, in quo addenda eſt altera dies, & annus probationis conſtare debet 366. diebus; ità quod qui die 27. *April.* probationis annum incæpit, ſi ſubſequenti anno biſſextili die 26. *April.* computando dies 365. prò anno, profiteatur, nulla erit profeſſio, quæ, vt valida ſit, emitti debet eadem die 27. in puncto horæ, qua Nouitiatũ incæpit; quia illa dies intercalaris 24. quæ additur in Februario, accreſcit, & complet annum, & habetur in iure pro vna cum die 25. ex *cap. Cum ſicut. de verb. ſignific. & ex l. 3. §. minorem ff. de minoribus. l. cum bis ſextus. ff. de verbor. ſignific.*; ideòque & vtraque *ſexto Kal. Martij* pronuntiatur. Et ità tenent Sanchez *de matrim. lib. 2. diſp. 24. nu. 22. & in Decal. lib. 5. cap. 3. num. 31. & cap. 4. num. 4. & 9.* Roderic. *tom. 3. q. 15. art. 5.* Mirand. *tom. 1. q. 22. art. 3.* Vecchius *d. dub. 4. nu. 5.* A' S. Fauſto *ibid. quæſt. 161.* Tamburin. *eod. q. 11. num. 13.* Palaus *dict. §. 2. num. 3.* Bordon. *eod. cap. 6. num. 20.* Donat. *ibid. q. 6.* Diana *cit. tom. 7. tract. 1. reſol. 158. num. 3.* Vidal. *loc. ſup. num. 9.* Barboſ. *ead. allegat. 101. num. 14. & de iur. Eccleſ. d. cap. 42. num. 119. & de appell. verb. iur. appell. 17. num. 3.* & in *collect. ad Concil. ibid. num. 21.* vbi alios allegat; & refert à S. Congreg. id pluries deciſum.

1052 Quia verò, hoc non obſtante, poſſunt Nouitij ante completum probationis annum admitti ad profeſſionem, ſi fuerint in mortis articulo ex priuilegio Pij V. incipien. *Summi Sacerdotij &c.* quod, licet conceſſum primò Nouitijs Monialium Ordinis Prædicatorum, commune eſt omnibus Mendicantibus. Roderic. *dict. q. 15. art. 7.* Mirand. *ead. q. 22. art. 10.* Peyrin. ad hanc *Conſtit. 9.* Pij V. *n. 3.* Vecchius *diſp. 13. dub. 11. num. 2.* Tamburin. *cit. diſput. 6. q. 6. num. 14.* Donat. *eod. tract. 9. q. 15.* A' S. Fauſto *ibid. q. 167.* Caramuel. *ſup. num. 464.* & non ſolum per vnum tantum menſem ante profeſſionem, vt voluit Lopez de Texeda *contr. Theol. moral. tom. 1. lib. 1. contr. 8. nu. 17.* ſed quocumque tempore intrà annum probationis iſte mortis articulus eueniat, vt Diana *d. tract. 1. reſol. 162.* quia DD. de hac re ſcribentes ſolum requirunt ad vſum huius priuilegij, quod ſit Nouitius in mortis articulo; Dubitatur, an ſi conualeſcat Nouitius, teneatur annum Nouitiatus complere, & iterùm profiteri nec ne? Acerrimè defendit Bordon. *reſol. 54. à num. 49. & tom. 5. de profeſſ. cap. 6. à num. 42. & ſeq.* citatis Roderic., Miranda, Portell., Donat., profeſſionem illam fuiſſe conditionalem exiſtente ſcilicet mortis articulo, & ad effectum conſe-

quendi Indulgentias; & ideò in caſu conualeſcentiæ iterum poſt completum probationis annum eſſe emittendam. Diana verò *loc. ſup. reſol.* 160. *&* 161. *num.* 2. adductis Megala, Sanchez, Nazard. Peyrin. & alijs, ſuſtinet veram in eo caſu emitti profeſſionem, neque in caſu conualeſcentiæ neceſſe eſſe eam reiterare; licet enim finis conceſſionis priuilegij fuerit conſolatio ſpiritualis Nouitiorum, attamen vbi ſemel virtute talis priuilegij emiſſa eſt profeſſio, redditur inpoſterùm verè profeſſus, nec aliud ibi deeſt ad validam profeſsionem, quàm tempus probationis nondùm completū, quod cum de iure poſitiuo ſit, ſuppletur à Papa per ſuum priuilegium.

1053 Et reuera, dum Summus Pontifex requirit, non obſtante mortis articulo, quod ſit in ætate legitima conſtitutus, ſeu ſexdecim annos compleuerit, vt notant Vecchius *ibid. num.* 2. Caramuel. *eod. num.* 464. Barboſ. *d. cap.*42. *de iur. Eccleſ. nu.*112. videtur intendere validitatem profeſſionis; ſi enim ſolùm intendiſſet conſecutionem Indulgentiarum, non fuiſſet neceſſaria ad talem profeſſionem ætas ſexdecim annorum; adeòque dum requiſita eſt, non ad alium finem debet dici requiſita, niſi quia ipſa ad validam profeſſionem exigitur à Concilio; & conſequenter dicendum, mentē Summi Pontificis fuiſſe, quod in tali mortis articulo vera emittatur profeſſio, diſpenſando in eo, quod à morte compleri non datur, nempè in probationis complemento. Hanc ſententiam tenent etiam vt probabilem Lezan. *tom.* 1. *part.*1. *cap.*24. *num.*42. *& cap.*25. *num.*30. *& tom.*2. *verb. Profeſſio num.*12 & Anton. à Spiritu Sancto *tract.*2. *diſp.*2. *num.*218. licet ille *dict. num.*39. cautè procedendum aduertat, cum circumferatur, fuiſſe à S. Congreg. deciſum contrarium: de quo tamen non conſtare reſpondet Diana *eod. num.* 2. Quarè ad tollendum ſcrupulum abs re non erit, ſi completo anno ratificetur, vt admittit A Spiritu Sancto *ibid. num.*219.

1054 Poſito ergò, quod ad validitatem Profeſſionis hæc duo requirantur & ætas ſexdecim annorum, & annus probationis completus, dubitatur adhuc, an annus iſte probationis debeat immediatè præcedere profeſſionem, & fieri ab anno quintodecimo ad ſextumdecimum, vel poſſit fieri antecedenter v. g. in tertiodecimo, vel quartodecimo ætatis anno, quamuis profeſſio ipſa emittenda ſit ſolum poſt ſextumdecimum, cum à Concilio non prohibeatur Nouitiatum incipi, aut compleri ante ſexdecim annos, ſed ſolum reddatur irrita profeſſio ante eam ætatem ſexdecim annorum emiſſa, vt ait Sanchez cum alijs *in Decal. lib.*5. *cap.*4. *num.*22. Certum eſt Nouitiatum non valere ante pubertatem completam, cum detur ad experiendas difficultates Religionis, & maximè caſtitatis, quas impuberes ſatis experiri nequeunt, vt docent communiter omnes cum Gloſſ. *v. ætate. in Clem. fin. de Regul.* hoc eſt, antè quatuordecim annos completos, loquendo de viris. Sanchez *ibid.* Bordon. de *profeſſ. cap.*7. *num.* 5. quarè annus probationis in anno quintodecimo validus erit. Verùm non video, quomodò à Concilio non id prohibeatur: quandoquidem *ſeſſ.* 25. *de Regul. cap.* 15. requiritur ætas ſexdecim annorum, & probationis annus ad profeſsionem; *& cap.*16. decernitur, quod finito Nouitiatus anno, qui habiles inuenti fuerint, ad profeſsionem admittantur à Superioribus, vel eijciantur; vndè clarè apparet, ſi finito tempore Nouitiatus, quod ex *cap.*15. debet eſſe integer annus, admittendi ſunt ad profeſſionem, Concilij mentem fuiſſe, quod annus probationis fiat à quintodecimo ad ſextumdecimum annum. Saltem quoad nos hoc eſt certum, quia in ſupra cit. S. C. decreto ſic diſponitur: *Nec aliquis approbetur pro Clerico, qui decimumquintum, nec pro laico qui vigeſimum ætatis ſuæ annum non expleuerit*; vbi, ſi nequeunt approbari à Capitulo, niſi ea ætate expleta, liquet nec antè eam poſſe probationis annum incipere.

1055 His porrò ſtantibus, ſcilicet ſexdecim annorum ætate, & probationis anno completis, poterit ne adhuc profeſſio differri, ſi per Conſtitutiones *ead. part.*2. *cap.*3. *num.*1. præcipitur Priori, vt Nouitios expleto probationis anno profeſſionem ſolemnem emittere faciat ſub pœna priuationis officij? Et videtur, quod ſic ex iuſta cauſa: ſi enim non obſtante Concilio Trid. *d. cap.*16. vbi decernitur, quod completo tempore nouitiatus, ſiue probationis anno admittantur ad profeſſionem qui habiles inuenti fuerint, aut è Monaſterio eijciantur, nihilominus ex iuſta cauſa, vtpotè infirmitatis, vel quia hoc neceſſarium ad diſponendum de ſuis bonis, vel quia expectandi parentes, vel vt fiat in aliqua ſolemni die, profeſſionem differri poſſe tenent Sanchez *dict. cap.*4. *num.*21. Vecchius *diſp.*11. *dub.*5. A S. Fauſto *ibid. q.*168. Portell. *verb. Profeſſio. nu.* 1. Peyrin. *de Prælat. q.*3. *cap.*1. §. 5. *num.* 102. Tamburin. *d. diſp.* 6. *q.*18. Lezan. *eod. cap.*24. *num.* 41. *& tom.*4. *conſult.*8. *num.*10. *& conſult.* 9. *num.*33. Fagnan. in *cap. Ad Apoſtolicam de Regul. nu.*11. *verſ. Fateor.* Donat. *ibid. q.*18. cum multis Barboſ. *d. cap.*42. *num.*130. *& in collect. ad d. cap.*15. *Concil. nu.*39. & expreſſiùs Bordon. *reſol.*57. *num.*89. *& de profeſſ. cap.*18. *num.*33. ità ex eiſdem, vel ſimilibus iuſtis cauſis poſſe & idem præſtari à nobis non obſtante pœna prædicta, quia intelligenda eſt Conſtitutio, niſi iuſta ſubſit cauſa, vt in ſimili Portell. *d. num.*1. *in fin.*; & quia non præcipit, quod ſtatim expleto anno probationis admittantur ad profeſſionem Nouitij, vndè datur locus iuſtæ dilationi; & etiam quia pœna videtur potius poſita ad hoc, vt ad excluſionem profeſſionis tacitæ ſolemnis obſeruetur, vt indicant verba *Profeſſionem ſolemnem emittere faciat*, quam ad hoc vt ſtatim, & abſque vlla dilatione etiam iuſta poſcente cauſa emittatur. Putarem tamen, ſi cauſa ſit ex parte Conuentus (nam ſi ſit ex parte Nouitij, ſeu ad eius inſtantiam fiat dilatio, non videtur eſſe difficultas)

tas) requirendum ipſius Nouitij conſenſum, vt ab aliquibus licet ex alio capite requiri tradunt Vecchius *ibid. num.* 3. & Tamburin. *loc. ſup. num.* 5. quia cum præcedentia reguletur à profeſſione, & in concurrentia votorum æqualium in electionibus præferantur antiquiores ratione profeſſionis, iuſtū non eſt, quod huiuſmodi prçiuditio ſuccumbat inuitus, & ſine eius conſenſu Nouitius.

DVBIVM VI.

Vbinam facienda, vt valida ſit probatio.

1056 PRimum hac de re edidit decretum Clemens VIII. incipien. *Regularis diſciplinæ* ſub die 12. *Martij* 1596., quod videre eſt apud Vecchium *diſp.* 11. *in princ.* & Donat. *ibid. tract.* 8. *q.* 1. & in Bullar. Cherub. *tom.* 3. *pag.* 130. *& tom.* 4. *pag.* 269. quo prohibuit quem recipi ad habitum, niſi in Conuentibus deſignandis, ſuſpenſis interim receptionibus ad habitum, & ad profeſſionem cum decreto irritante in caſu contrauentionis. Et quia ſub vario prætextu, & præcipuè obtentæ facultatis in quibuſdam Ordinibus vtraquè receptio practicabatur, alio decreto incipien. *SS. in Chriſto Pater*, ſub. 20. *Iunij* 1599. quod pariter videre eſt *vbi ſup.* iterùm prohibuit Superioribus Religionum, quibuſdam tantùm exceptis, *ne ſub cuiuſuis licentiæ, & facultatis impetratæ, vel impetrandæ obtentu, niſi per litteras in forma Breuis dumtaxat, & non aliàs* quem ad habitū reciperent, aut receptum ad profeſſionem admitterent, niſi in Conuentibus deſignandis, irritando eas, ſi extrà dicta loca fieri contigiſſet. Cum autem tunc temporis in noſtra Congregatione admitteretur ex vna parte ad habitum, & profeſſionem, non facta huiuſmodi Conuentuum deſignatione; & ex altera non legeretur noſtra Congregatio inter exceptas à præfato Clem. VIII. decreto, nec litteras per modum Breuis ſuper hoc haberemus, dubitatum fuit, an huiuſmodi profeſſiones validæ eſſent.

1057 Sed vanum dubium: tum quia deſignatio Conuentuum prò recipiendis ad habitum, & profeſſionem Nouitijs intendebatur à Summo Pontifice prò Regularis diſciplinæ reparatione, vt patet ex præfationibus eorundem decretorum, ex quibus dignoſcitur mens diſponentis, per Panormit. *in cap. Aduerſ. num.* 2. *de Immun. Eccleſ.* Roderic. *tom.* 1. *q.* 1. *art.* 6. *verſ. prima Regula.* Donat. *tom.* 1. *part.* 1. *tract.* 8. *q.* 1. *num.* 9. quod motiuum cum deſiderari non poſſit in noſtra Congregatione, quæ prò reformatione Ordinis Eremitarum nuper inſtituta erat, currebat de ea eadem ratio, quæ de alijs Religionibus titulo reformationis, aut viridis obſeruantiæ exceptis; adeòque nec ipſa (licet inter eas ratione ſuæ tunc tenuitatis nominata non fuerit) comprehendebatur ſub dictis decretis de Conuentuum deſignatione; Cum à ratione expreſſa dignoſcatur, quid comprehendatur in diſpoſitione. Alder. Maſcard. *de gener. interpret. ſtatut. concl.* 2. *num.* 121. *verſ. quia ſtatuta, & diſpoſitiones*., & magis attenditur mens ex ratione reſultans, quam verba. Rot. *deciſ.* 537. *nu.* 10. *p.* 1. *recent.* Tum quia decreta prædicta loquebantur de Religionibus non iam dudùm erectis, ſed de eis, quæ habebant Prouincias iam diſtinctas, vt demoſtrant illa verba, *niſi in Conuentibus, & Monaſterijs, & Domibus auctoritate noſtra in vnaquaque Prouincia deſignandis*; & conſequenter non de noſtra Congregatione, quæ tunc temporis paucos, & eiuſdem omninò obſeruantiæ enumerabat Conuentus, & carebat Prouincijs. Tum quia vidente, quin poſitiuè conſentiente ipſo Summo Pontifice Clemēte, à quo fuerat in Vrbem admiſſa Congregatio, talis receptio ad habitum, & profeſſionem, ſcilicet abſque huiuſmodi Cōuentuum deſignatione practicabatur, ex qua obſeruantia benè interpretatur non fuiſſe ſub dictis decretis comprehenſam noſtram Congregationē. *l. Minimè. & l. ſi de interp. ff. de legibus*. Etità declarauit eadem Sanctitas ſua per litteras in forma Breuis incipien. *Decet Romanum Pontificem ſub.* 5. *Nouembr.* 1599. vt in Bullar. Congregat. *litt.* 3. dum profeſſiones hactenus emiſſas, licet non facta Conuentuum deſignatione, validas fuiſſe declarauit: quo ſanè conuincitur Congregationem hanc non fuiſſe comprehenſam ſub eo decreto de locis deſignandis, quo profeſſiones aliter factæ irritabātur; ſi namque comprehenſa fuiſſet, nullę fuiſſent profeſſiones, & reiterari mandaſſet, vt in ſimili mandauit Vrbanus VIII. in incipien. *Religioſos viros* ſub. 2. *Aprilis* 1631. non verò validas declaraſſet.

1058 Et cum pariter in dictis litteris Clementis VIII. de 1599. in conceſſione admittendi inpoſterùm ad habitum, & profeſſionem appoſita fuerit hæc clauſula: *Seruata tamen forma conſtitutionis fel. rec. Sixti Papæ V. Prædeceſſoris noſtri, ac decretorum noſtrorum* quæ videtur importare non eſſe recipiendos niſi in Conuentibus deſignandis, cum id ſit, quod per eiuſdem Clem. decreta vnicè diſponitur; & aliàs non fuerint deſignati huiuſmodi Conuentus prò Nouitiatibus, ſed ſemper admiſſi fuerint tum ad habitum, tum ad profeſſionem in Conuentibus à ſolo Capitulo generali deputatis: dubitatum iterùm fuit ſubſequētibus temporibus de huiuſmodi profeſſionū validitate. Augetur difficultas ex hac noſtrarum Apoſtolic. Conſtitut. *part.* 2. *cap.* 1. *num.* 1. diſpoſitione: *Cum conſtet bonū Congregationis à prudenti Nouitiorum receptione, & diligenti educatione pendere, ſtatuimus quod Nouitij Clerici in vno Conuentu tantummodò recipiantur, & èducentur. Quod ſi fauente Deo, multiplicatis Conuentibus plurimorum vocationes appareant, Capitulum Congregationis alium vel alios Conuentus Nouitiorum receptioni, & educationi deſtinabit, ſeruata tamen Bulla: Sixti V. & Decretis Clemen. VIII.* cum namque & hic diſponatur, quod ſint ſeruanda Clem. VIII. decreta, quoad domus Nouitiatuū, & nō fuerint à S. Cong. vel Sede Apoſtolica deſignati, videtur adhuc magis apparere de emiſſarū profeſſionū inualiditate.

 1059

1059 Verùm non ita eſt, quia verba Conſtitutionum, vt ab his incipiamus intelligenda ſunt de alijs decretis iuſſu Clem. VIII. ſuper receptione, & educatione Nouitiorum editis die 19. *Martij* 1603. quæ incipiunt: *Cum ad Regularem diſciplinam*; & quæ referunt Vecchius, & Donat. *loc. ſup.* non verò de illis, quibus prohibuerat admiſsionem ad habitum, & profeſſionem, niſi in Conuentibus deſignandis. Et probo, quia quoad deſignationem huiuſmodi Conuentuum prò Nouitiatibus per noſtras Conſtit. Apoſtolicas de 1613. & 1620. à S. Sede ſpecificè confirmatas, datur, vt vidimus Capitulo generali facultas eos deputandi. Ergò Clauſula, *Seruatis decretis Clem. VIII.* intelligēda eſt de alijs, & non de decretis huiuſmodi deſsigationem Sedi Apoſtolicæ vel S. Cong. reſeruantibus: ſecùs implicaret in terminis, quod Capitulum generale deberet ex ſpeciali facultate Sedis Apoſtolicę aſsignare hòs Conuentus, & quod eſſent aſsignandi à S. Cong. Et tales Clauſulæ intelligendæ ſunt de alijs, quàm de expreſsis vel reſultantibus ab expreſsis. Oldr. *conſ.* 330. *in fin.* Pariſ. *conſ.* 70. *num.* 12. *lib.* 1. Seraph. *deciſ.* 1445. *num.* 4.

1060 Et quoad clauſulā illam Clem. VIII. *ſeruata tamen forma noſtrorū Decretorum* (& ſi de alijs iam memoratis decretis in materia Nouitiorum intelligi nequeat, cum Breue hoc emanauerit de 1599. & prædicta decreta ſuper receptione, & educatione Nouitiorum de 1603.) nec ipſam validitati profeſsionum obeſſe dicendum, cum cenſenda ſit vel appoſita ex ſtylo, vt patet ex eo quod in conſimili facultate adhuc ſub clarioribus terminis facta ab eod. Clem. VIII. PP. Excalceatis Carmelit. ſub 13. *Nouembris* 1600. vt in Bullar. Cherub. *tom.* 3. *pag.* 101. *Conſtit.* 61. §. 6. in qua explicitè hæc eis cōceſsit, poſſe ſcilicet ad habitum, & profeſsionē admittere, & Conuētus prò Nouitiatibus deſignare, quæ prorsùs ſunt ea omnia, quæ per dicta ſua decreta fuerant prohibita; nihilominùs appoſita fuerit hæc clauſula: *ſeruatis in reliquis forma Sacrorum Canonum, Conſtitutionumque Apoſtolicarum, & Decretorum noſtrorū*; cum, & vt ex ſtylo poſita, intelligenda ſit, ſeruata forma decretorū in reliquis ſi quæ ſunt; & ſic nihil operetur circà deſignationem Conuentuum; vel appoſita inaduertenter, cum Clemens VIII. conceſſerit ibidem facultatem admittēdi ad profeſsionem liberè, & licitè ſine alia eiuſdem licentia, quod idem eſt ac ſine vlla conditione, vel qualificatione, & ſine aliquo impedimēto, vel obſtaculo præcedentis deputationis Monaſterij. Gonzal. ad *reg. Cancell. reg. de menſ. gloſſ.* 53. *num.* 14. 18. 21. & 25. eo magis cum prædictis decretis derogatum fuerit expreſsè per Clauſulam: *Non obſtantibus Decretis noſtris prædictis*; non enim poteſt compati obſeruantia decretorum cum derogatione decretorum, & proptereà conſideranda non eſt dicta clauſula *ſeruata tamen &c.* ac ſi appoſita non fuiſſet, & conſequenter, ea non obſtāte, validas ſemper fuiſſe profeſsiones, vt ſua Conſtit. *Aliàs à fel.* ſub die 20. *Auguſti* 1631. vt in Bullar. Congregationis *litt.* 13. declarauit Vrbanus VIII. & mox dicetur.

1061 At quia ex hac eadem Vrbani VIII. declaratione apertiſsimè conſtat, quod noſtra Congregatio non tantum de præterito prædicta decreta de Conuentuum deſignatione obſeruare, vel Sedis Apoſtolicæ, ſiuè S. Congregationis prò admittendis ad habitum, & profeſſionem facultatem expectare non tenebatur; ſed quod nec de futuro ad eadem teneatur ratione verborum, *ac Fratribus eiuſdem Congregationis ad habitum, & profeſſionem illarum vigore hactenùs admiſſis, & de cætero admittendis, pleniſſimè ſuffragari, earumque diſpoſitionem ſeruandam eſſe, & ſeruari debere in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi clauſula illa* (ac Decretorum noſtrorum) *appoſita nullatenùs fuiſſet*: adnotandum in præſenti id non licere, ſed obſeruandam eſſe diſpoſitionē S. Congregationis deputatæ ſuper ſtatu Regularium, prout in decreto ab eadem iuſſu Alexandri VII. edito, prout in noſtris litteris Apoſt. *pag.* 49.

1062 Remanet modò dubium, an ſtante dicta S. Congregationis diſpoſitione, liceat quem ad habitum recipere extrà Conuentum prò Domo Nouitiatus aſſignatum, dummodò ad locum deſignatum transferatur, & ibi annum probationis incipiat, & perficiat, ita quod ibi validè profiteatur, nec ne? Donatus *loc. ſup. tract.* 8. *q.* 2. tenet id non licere, ſed tam receptionem ad habitum, quàm probationis annum, & profeſſionem in Monaſterijs deſignatis fieri debere, ſecùs profeſſio nulla erit, cum decreta Clem. VIII. vtrumque complectantur, *Non recipiant, aut receptos ad profeſſionem non admittant*, ideſt, *niſi in locis deſignatis*. Bordonus *reſol.* 8. *n.* 19. & 50. & *reſol.* 54. *n.* 1. & *n.* 218. & *tom.* 5. *de profeſſ. cap.* 5. *n.* 25. ſuſtinet validam eſſe receptionem ad habitum, & profeſſionem extrà Conuentus deſignatos, dummodò, totus probationis annus in locis deſignatis perſolnatur, eo quia Summi Pontificis intentio fuerit, quod Nouitij probarentur in loco deſignato, in quibus ſcilicet obſeruantia vigeret, ad quod non eſt neceſſe, quod ſuſceptio habitus inibi fiat, aut emittatur profeſſio. Quod apud nos videtur extrà dubium, ſaltèm quoad receptionem ad habitum, cum in *eod. cap.* 1. *Conſtit.* §. 11. ſtatuatur, quod Nouitij in quolibet Congregationis Conuentu Religionis habitu indui poſſint, cum hoc tamen quod intrà menſem ad Conuentum Nouitiatus tranſmitti debeant.

1063 Verùm quoad rationem Bordoni, cū Clemens VIII. irritas expreſsè declarauerit receptiones, & profeſſiones non in locis deſignatis factas, dicendum cum Donato, cohærenter ad dicta Clementis decreta requiri ad validitatem profeſſionum, & receptionem ad habitum, & probationis annum, & profeſſionem in eiſdem deſignatis Conuentibus eſſe peragendas. Et ad rem noſtram deueniendo idem in præſenti à nobis obſeruandum puto; licet enim in Conſtitutionibus ſtatuatur, vt vidimus, poſt præfatum tamen decretum S. Congregationis

non

non videtur vigere huiuſmodi facultas; cum enim in Conuentuum aſſignatione prò Nouitiatibus, & facultate induendi Nouitios, hanc clauſulam appoſuerit S. Congregatio, *dum tamen hæc quæ ſequuntur, inuiolatè obſeruentur*, quæ formam importat, & præſcribit; & ſubindè diſpoſuerit, quod à P. V. Generali *electorum nomina* mittantur *ad Priorem Nouitiatus, qui tunc demùm, & non prius, eoſdem praelectos ad habitum probationis ſuſcipiat*, dignoſcitur mentem S. Cõgregationis eſſe, quod in Conuentu Nouitiatus ſolummodò recipiantur, & conſequenter ſublatam eſſe alijs Prioribus antiquam facultatem recipiendi ad habitum etiam in alijs Cõuentibus; eo magis cum in fine decreti addita fuerit hæc Conſtitutionum derogatoria, *non obſtantibus quoad præmiſſa omnia, & ſingula Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non prædictæ Religionis Statutis, conſuetudinibus & Priuilegijs, cæteriſque contrarijs quibuſcumque*.

DVBIVM VII.

De facultate admittendi ad habitum, & profeſſionem.

1064 QVoad hoc ſuppono eum poſſe admittere ad profeſſionem, qui poteſt admittere ad habitum, vt dictum eſt cum Suarez, & Peyrin *nn.* 1042. & clarius explicando, dico, quod vt valeant debent admitti ſpecialiter loquendo de profeſſione, ab habente facultatem; quia cum profeſſio ſit contractus onerosus vltrò, citròque obligatorius, vel ſaltem eum connotet, qui fieri non poteſt, ſine vtriuſque partis conſenſu, requirit ex parte Religionis perſonam idoneam, quæ habeat facultatem eam obligandi ex *cap. Porrectum; de Regul.* vbi Barboſ. *num.* 3. & Fagnan. *nn.* 18. & *cap. Ad Apoſtolicam eod. tit.* tenentque Suarez de *Relig. tom.* 3. *lib.* 5. *cap.* 11. Sanchez *d. cap.* 4. *nu.* 62. Vecchius *diſp.* 12, *dub.* 1. *num.* 1. Palaus *eod. tract.* 16. *diſp.* 1. *punct.* 3. *n.* 1. Tamburin. *eod. tom.* 3. *diſp.* 6. *q.* 14. Lezan. *tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 2. *n.* 25. Peyrin. *tom.* 1. *q.* 1. *cap.* 26. §. 2. & *tom.* 2. *q.* 3. *cap.* 1. *num.* 135. & communiter omnes. Certum eſt etiam de iure cõmuni hanc facultatem ſpectare ad Prælatum immediatum Cõuentus, vbi Nouitius probationis annum egit, cum conſilio dicti Conuentus *ex cap. Nullam.* 18. *q.* 2. & ex *d. d. cap. Porrectum* & *Ad Apoſtolicam* vbi Panormit. *num.* 11. & 12. Felin. in *cap Quoniam de Simonia. nu.* 3. Angelus verb. *Profeſſio n.* 1. Azor. *lib.* 12. *inſtit. Moral. cap.* 5. *q.* 3. immò verius cum conſenſu ſui Conuentus, ſeu maioris partis, vt tenere videtur Gloſſ. *d. cap. Porrectum verb. Monachum* & ibi Ancharan *n.* 6. & *Gloſ. cap. Final. verb. pertineat eod. tit. in* 6. Anton. Cuchus *lib.* 3. *Inſtit. Maior. tit.* 1. *nu.* 56. cum multis Sanchez *ibid. n.* 65. Mirand. *tom.* 1. *q.* 15. *art.* 2. Vecchius *ibid. n.* 9. & 10. Bordon. *reſol.* 57. *à n.* 14. & *ſeq.* & *de profeſſ. cap.* 4. *n.* 57. & *cap.* 16. *à num.* 17. & *ſeq.*, vel ſaltem ex conſuetudine ferè omnium Religionum, vt notant Peyrin. *d. cap.* 26. §. 2. *verſ. Verùm quidem.* & Bordon. *d. cap.* 16. *n.* 18. Et ita ex noſtris Statutis, quatenus ſuppoſitis approbationibus Capituli, admiſſio ad habitum, & profeſſionem fit à Superiore Conuentus, modò tamen prout in ſupracit. decreto, & prout hic dicetur.

1065 Quæritur modò an ſolus Superior localis poſſit id munus præſtare, vel an & idem valeant Prælati ſuperiores, v. g. Prouinciales, hoc eſt, an & hi poſitis tamen approbationibus Capitulorum poſſint ad habitum, & profeſſionem quem recipere? & ratio difficultatis eſt, quia tam Conſtitutiones, quam præfatum S. Congregationis decretum, dum de receptione, & admiſſione ad profeſſionem loquuntur, ſolũ Priorem memorant; ſic enim *d. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 14. de receptione: *Induendus ergò præſentetur Priori in Eccleſia, vel Oratorio corona facta*; & *cap.* 3. *n.* 1. de profeſſione: *Præcipimus autem ſub pœna priuationis Officij Priori, ut Nouitios expleto probationis anno profeſſionem ſolemnem emittere faciat*; licet enim hic non dicatur, quod admittatur ab ipſo Priore, ſed quod emittere faciat; quod videtur quid diuerſum; Supponitur tamen, quod ab ipſo acceptetur, cum ſubdatur *in profeſſione autem emittenda ſeruetur modus, qui in Cæremoniali continetur*, vbi pariter ipſe Prior nominatur: Decretum verò ſic: *mox que praelectorum nomina mittat ad Priorem Nouitiatus, qui tunc demùm, & non prius eoſdem praelectos ad habitum probationis ſuſcipiat, & anno elapſo, ſi eos habiles inuenerit ad profeſſionem admittat*: Vnde videtur ad ſolùm Priorem id munus ſpectare. Hac etiam de cauſa rurſus alios dubitaſſe audio, an poſſit recipere ad habitum, & profeſſionem ipſe P. Vic. Generalis; licet enim ad eum ſpectet dare licentiam recipiendi tum ad habitum, tum ad profeſſionem, cum tamen pro ipſa receptione, & admiſſione ad profeſſionem nominetur ſpecificè Prior, ad hunc, & non ad illum dicebant ſpectare ipſam actualem receptionem, & admiſſionem.

1066 Vrgebant: quia per Conſtitutionem Innocentij X. incipien. *Inter cætera* ſub die 17. *Decembris* 1649. prout in Bullar. Cherub. & apud Fagnan. *in cap. Relatum Ne. Cler. vel Monach. num.* 44. ſublata fuerat facultas tam Generalibus, quam Prouincialibus, & quibuſcumque Superioribus admittendi ad habitũ, & profeſſionem. Vnde nulla alia ſequitur conceſſa ad hæc ſubindè facultas, niſi quæ in ſupradicto S. Congregationis decreto dignoſcitur; in quo cum detur P. Vicario Generali facultas præeligendi induendos: Priori verò facultas admittendi ad habitum, & profeſſionem, tota facultas quoad hæc videtur penes ipſum Priorem, non verò P. Vicarium Generalem, aut Prouinciales.

1067 Dicendum nihilominus poſſe tam P. V. Generalem, quam Prouinciales id munus præſtare. Tum quia de iure communi tam Generalis, quam Prouinciales habent ius incorporandi in ſuis Religionibus, & Prouincijs. Roderic. *tom.* 3. *q.* 9. *art.* 1. Donat. *tom.* 2. *part.* 2.

tract.

*tract.*1.*q.*1. *num.*13. & *q.*3. *num.*1., & conformiter ad Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *de Regul. cap.* 16. quod in hac diſpoſitione, *Superiores, Nouitios, quos habiles inuenerint, ad Profeſſionem admittant,* dum loquitur de Superioribus in plurali, plures complectitur, hoc eſt, localem, & Superiorem maiorem. Bordon. *reſol.*54. *num.* 11. *& de profeſſ. cap.*9. *num.* 36. A Spiritu Sancto *tract.* 3. *diſp.*3. *num.* 132. & videtur deduci tum à Sixti V. *Conſtit.* 71. apud Cherub. incipien. *Cum de omnibus Eccleſiaſticis*, tum ab alia Innocentij X. *Inter cætera*. Sub 17. *Decembr.* 1649. in quibus ſupponitur, tum Generales, tum Prouinciales huiuſmodi facultate potiri. Tum de iure ſpeciali, primò Religionis Auguſtinianæ vigore indulti Innocentij IV. vt in *Mari magn. Eremitarum.*§.14.*&* 18. apud Empol. in *Bullar. Ordin. pag.* 335. dum Priori Generali, ac alijs Prouincialibus, ac alijs Conuentualibus Prioribus recipiendi ad Religionem Clericos, & laicos, liberos, & abſolutos à ſæculo fugientes, facultatem impartitus eſt; quod certè & PP. Vic. Generali, Prouincialibus, atque Prioribus noſtræ Congregationis conuenit propter dicta *quodlib.*5. *dub.*21. Secundò, Congregationis noſtræ ex conceſſione Clementis VIII. in Conſtit. *Decet Romanum Pontificem* ſub.5. *Nouembr.* 1599. apud Cherub. *tom.*3. *conſtit.* 63. in qua explicitè P. V. Generali id conceditur per hæc verba, *Præterea eiſdem Vicario, & Fratribus, vt in ipſa Congregatione alios Nouitios recipere, & expleto Nouitiatus anno ad profeſſionem etiam regularem admittere poſſint, licentiam concedimus*. Prouincialibus verò implicitè, cum & ipſi Fratres ſint, nec per Prouincialatum deſinant eſſe Fratres, eo modo quo nomine Monachorum venit etiam Abbas, qui per Abbatiam non deſinit eſſe talis vt patet ex *cap. final. de Simon.* Bartol. *in l.*4. *ff. de ſtipul. ſeru.* & cum alijs Barboſ. *de appellatiu. verb. iur. appell.* 154. *num.*1. Vnde priuilegium conceſſum Fratribus, ſiue Religioſis, aut Monachis, & Prælatis, hoc eſt Abbatibus, & Prouincialibus dicitur conceſſum. Roderic. *tom.*3.*q.*51.*art.*11. Tamburin. *de iur. Abb. tom.*1. *diſp.*16.*q.*3. Gomez ſuper. §. *final. regul. cancell. de expect. part.*2. *ante fin.* Donat. *tom.* 1. *part.* 1. *tract.*6.*q.*19. *num.*2.

1068 Et quoad P. V. Generalem additur, quod ad ipſum ſpectat dare licentiam Prioribus recipiendi tum ad habitum, tum ad profeſſionem; & quod in eius nomine à Priore profeſſiones recipiantur, vt infrà; quod eſt ſignum, quod & ipſe poſſit idem præſtare, cum non poſſit per alium, qui non poteſt per ſemetipſum. *l. Neque per ſe. C. de hæred. inſtit.* Menoch. *de arbitr. caſ.*459. *per tot.* Nidus *de regul. iur. in* 6. *reg.*67.*nu.*18. & latè Murga. *ad Conſtit.* 2. *n.*28. & ſupponitur in noſtro Cæremoniali *lib.*5. *cap.*3. vbi habetur, quod quando profeſſio emittitur in manu Prioris dicat qui eam emittit. *Promitto &c. tibi R.P. Priori nomine & vice Adm. R.P. V. Generalis.* Si verò in manu eiuſdem P.V. Generalis, omittantur ea verba, & dicatur *Promitto &c. tibi Adm. R.P.V. Generali* (de qua re *dub. ſeq.*) ex quo item dignoſcitur eum poſſe ad profeſſionem admittere.

1069 Et quoad Prouinciales, item additur alia ratio: nempè, quod ipſi, cum habeant omnem auctoritatem, quam ſiuè ex iure, ſiuè ex priuilegijs habent aliarum Religionum Prouinciales, vt diximus *num.*1041. vtroque titulo ea facultate gaudere debent: Ratione primi, quia hoc de iure competit Generalibus, & Prouincialibus, vt dictum eſt ſuprà; & inſuper, quia cum recipere ad habitum de iure ſpectet ad Prouinciales, vt ex cit. Sixti V. Conſtitutione Paſſerinus *tom.* 3. *de ſtatib. q.* 189. *art.*10. *inſpect.*7.*num.*299. maximè in Ordinibus Mendicantibus, & qui eis ſimiles ſunt, per Suarez *d. tom.*3. *de Relig. lib.*5. *cap.*10. *num.*6. vbi, & hanc eſſe eorumdem Ordinum conſuetudinem, ad eoſdem etiam de iure ſpectabit recipere ad profeſſionem, quia ad eos ſpectat ſecundum munus, ad quos primum, vt vidimus cum Suario, & Peyrin. *num.*1042. Ratione ſecundi, quia facultas admittendi ad profeſſionem fuit à Nicolao III. conceſſa Prouincialibus Ordinis Minorũ, vt referunt Roderic. *eod. tom.*3. *q.*9. *art.*1. & Mirand. *tom.*1.*q.*15.*art.*1.*concl.* 4. Rurſus, cum ex eodem principio, quod omni gaudeant auctoritate, qua fruuntur ſiue ex iure, ſiue ex priuilegijs aliarum Religionum Prouinciales, ſequatur, quod poſſint in ſua Prouincia quidquid in tota Congregatione P.V. Generalis, exceptis ijs, quæ ſpecialiter reſeruantur, ſicuti Prouinciales aliarum Religionum, vt *vidimus num.* 1041. ſequitur pariter, quod poſſint in ſuis reſpectiuè Prouincijs ad habitum & profeſſionem admittere, ſicuti poteſt P. V. Generalis in tota Congregatione.

1070 Nec obſtant ſupradicta, & primò: Non Conſtitutiones, quia aliud eſt id poſſe Priorem ex vi illius diſpoſitionis: & aliud id non poſſe Prouinciales; quamuis enim id his non competat ratione illius diſpoſitionis, competit tamen aliundè ex dictis: quod ſi nominati non ſunt, non ideò Prioribus collata ea facultas ad excluſionem Prouincialiũ, eo modo quo per nominationem Priorum, nõ nominato quoad hoc P. V. Generali, non intelligitur propterea ab ipſis Conſtitutionibus excluſus ipſe P. V. Generalis à facultate recipiendi ad habitum, & profeſſionem, cum illam habeat & à iure, & à præfato Clementis VIII. priuilegio. Præterquamquod, cum tunc non eſſent Prouinciales, non poteſt dici collata Prioribus talis facultas ad Prouincialium excluſionem, cum diſpoſitiones non trahantur ad incognita; cum quo tamen ſtat, quod inſtitutis Prouincialibus ſit illis collata & hæc facultas in collatione omnis facultatis, quæ alijs Prouincialibus ex iure, & priuilegijs conuenit.

1071 Nec ſecundò: Decretum S. Congregationis, quia licet ibi detur Priori Nouitiatus facultas, vt facta præelectione induendorũ à P. V. Generali, eos tunc, & non priùs ad habitum recipiat, & tranſacto anno probationis,

ad

ad profeſſionem; non propterea excluduntur ab huiuſmodi munere, aut P.V. Generalis, aut Prouinciales, cum nullum verbum ibi ſit inuenire, quod limitationem, aut taxationem ad ſolum Priorem inferat, aut excluſionem denotet alterius Superioris maioris. Nec verū eſt, quod per allegatam Innocentij X. Conſtitutionem fuerit ſublata facultas Generalibus, Prouincialibus, & alijs Superioribus: ſed ſolummodò ſuſpenſa. Nam poſtquam præcepit, quod fieret computatio omnium reddituum, & eleemoſinarum cuiuslibet Conuentus ſecūdum formam ibi præſcriptam, ſubdit: *Intereà verò prohibemus, & interdicimus omnibus Capitulis &c. necnon Superioribus Generalibus, Prouincialibus, & localibus, ne ad habitum Religionis recipiant, nec iam receptos ad profeſſionem admittant, donec ſcripturæ prædictæ, & præfixiones numeri familiæ cuiuſcumque Monaſterij, ac Domus Regularis huiuſmodi eidem Congregationi Cardinalium, & Prælatorum realiter, & cum effectu fuerint exhibitæ, ac deindè memorati Superiores licentiam recipiendi ad habitum & profeſſionem ab eadem Congregatione obtinuerint*: dictiones ſiquidem *intereà*, quæ eſt limitatiua temporis intermedij, *l. Qui ad certum ff. locati*. & vltrà illud tempus non protenditur, Surd. *conſ.460. nu.68.* & *donec*, quæ pariter eſt limitatiua, & reſtrictiua temporis, habetque naturam ſuſpenſiuam, vt colligitur ex *l. legatum ff. de annuis legat.* & notat Gloſſ. *verb. donec. in Clem.1. de Cenſibus.* de quibus Barboſa in *diction. vſufrequ. diction.93. n.3.* & *diction. 173. nu. 1.* indicant, non fuiſſe Generalibus, & Prouincialibus ſublatam prædictam facultatem, ſed ſolummodò ſuſpenſam, *donec &c.* Et cum per ſubſequens decretum S. Congregationis, deputatis Conuentibus prò Nouitiatibus conceſſa fuerit noſtræ Congregationi facultas recipiendi ad habitū, & profeſſionem, rehabilitati, cenſentur illi Superiores, qui fuerant ſuſpenſi, vt indicant ea verba, *ac deindè memorati Superiores*, hoc eſt, Generales, Prouinciales, & Priores; & ſic nullum ex capite Conſtitutionis Innocentianæ argumentum: quin potiùs retorquendo, dicendum indè probari eiſdem conceſſam facultatē.

1072. Quod ſi in præfato S.C. decreto ſpecificatur Prior, hoc ideò factum, quia, cum tam P.V. Generalis vi Conſtitutionum *ead. part.2. cap.1. nu.2.* quàm Prouinciales vi decretorum Capituli generalis nequeant ad hoſpitum euitandam moleſtiam in Conuentibus Nouitiatuum reſidere, & vt plurimùm aut Viſitationum gratia per Congregationem, & Prouincias diſcurrant, aut alijs negotijs ad gubernium ſpectantibus occupentur, congruum erat, quod Prior Nouitiatus, in quo hæc non militant, & qui ſemper ibi reſidet, ad hoc deputaretur: non verò, vt intelligeretur per hoc ſublata eadem facultas ipſis P.V. Generali, aut Prouincialibus; quin potiùs dicendum & ipſis vigore etiam dicti decreti conceſſam, cum Prouincialis ſit & ipſe Superior localis Nouitiatus, ſicut & omnium Conuentuum ſuæ Prouinciæ, vt dictum eſt n. 1038. quod idem dicendum de P.V. Generali, vt docet A Spiritu Sancto *tract.3. diſp.2. n. 244.* habeantque vtrique immediatam iuriſdictionem in quemcumque Conuentum Prouinciæ, vel Congregationis reſpectiuè. Suarez *de Relig. tract. 8. lib. 2. cap.2. nu. 15.* & quia omnis facultas diſperſa in inferioribus Prælatis perfectiori modo reperitur de iure collecta in maioribus, niſi ſit ſpecialiter aliquid prohibitum, vt vidimus *d. n.* 1038. & facultas collata Prælatis Regularibus intelligitur communicata ordine hierachico. Roderic. *tom.1. q.17. art.6. &* 7. Mirand. *tom. 1. q. 13. art. 6.* vnde eſt, quod priuilegium conceſſum Prælato inferiori, ſeu Conuentuali, cenſetur conceſſum & Prælato Superiori, Generali nempè, & Prouinciali. Suarez *d. lib.2. cap.22. n.2.* & Lezan. *tom.1. part.1. cap. 18. n. 3.* & *part.2. cap.12. n.7.* & quidquid poſſunt inferiores Prælati, poſſunt & Superiores. Suarez. *ibid. cap.2. nu.18. in fin.* Donat. *tom.1. part.1. tract. 10. q.2. nu. 5.* Bordon. *reſol.66. n.13.* vbi, quod facultas data à Papa inferiori Prælato, non priuando Prælatum Superiorem, ſi eamdem habeat quouis titulo, intelligenda eſt illi collata cumulatiuè, & non priuatiuè quoad Prælatum Superiorem, vt in caſu noſtri decreti, in quo nullum verbum, per quod deduci poſſit priuatos hac facultate Superiores maiores, quibus aliàs ipſa competit, vt probauimus; & in terminis profeſſionis idem clariùs docet in tractatu ſpeciali de profeſſ. impreſſ. *Mediolan. de 1635. cap. 3. q.13.* vbi ad hoc quæſitum *An in illis Religionibus, in quibus de iure ſpeciali, aut conſuetudine approbata ſpectat ad immediatum Conuentus Superiorem recipere ad profeſſionem nulla mentione facta de Superioribus maioribus, poſſint hi maiores recipere ad profeſſionem etiam contrà voluntatem localis, accedente tamen conſenſu Fratrum illius Conuentus?* Reſpondet. *Poſſe, quia ex eo quod iure ſpeciali ſimul & communi ſpectat ad localem, non inde tamen infertur, hanc facultatem maioribus eſſe ſublatam: quia omnis poteſtas exiſtens in minori, cumulatiuè, & eminenter ſupponitur in Prælato maiore; vnde Generales habent in ſe omnem eam poteſtatem, quam habent Prouinciales, & hi cum Generali eam totam; quam habent locales*; Quæ ſunt omninò ad rem noſtri decreti.

1073 Amplianda ſunt inſuper hæc quoad Suppriorem, quod ſcilicet, & ipſe valeat ad habitum, & profeſſionem, in abſentia tamen Prioris, vel in caſu mortis eiuſdem, recipere; Sicut & ad Vicarium electum à Priore prò tempore ſuæ abſentiæ; & ad Vicarium electum à Conuentu in caſu mortis Prioris. Quoad Suppriorem in prædictis caſibus, quia per Conſtitutiones *part. 3. cap. 7. num.* 10. ob Prioris mortem ad ipſum totum gubernium Conuentus deuoluitur vſque ad tempus Definitorij; ſicuti ad eumdem Suppriorem, vt *ibid. cap.* 10. *num. 3.* in caſu abſentiæ Prioris, niſi à Priore ipſo alius præficiatur Conuentui Vicarius; & ità propter dictam rationem Tamburin. *de iur. Abb. tom. 3. diſp. 6. q. 14. nu. 3.* Donat. *tom. 2. part. 2.*

tract.

tract. 1. *q.* 2. *num.* 12. Paſſerin. *d. art.* 10. *inſpect.* 7. *num.* 319. Quoad Vicarium electum à Priore, quia, cum per Conſtitutiones *d. cap.* 7. *num.* 4. & *cap.* 10. *num.* 3. poſſit ab eo in ſua abſentia quis præfici, ſupponitur præfici cum eadem auctoritate, quam habet ipſe Prior; nam ſubrogatus, ſiue ſubſtitutus habet omnem iuriſdictionem, & auctoritatem, quam habet is, cui ſubſtituitur, & ſubrogatur Gloſs. *cap. eccleſ.* 1. *de ſequeſtrat. verb. ſucceſſerunt*. Nauarr. *lib.* 3. *conſ. tit. de Regul. conſ.* 76. *num.* 6., & habetur ex *Regul.* 46. *de Regul. iur. in* 6. & ità Portell. *in Dub. Regul. verb. Prouincialis*. in *addit. num.* 5. & Bordon *reſol.* 57. *num.* 113. Et tandem quoad Vicarium electum à Capitulo ob mortem Prioris, (vt permittitur à Conſtitutionibus *eod. cap.* 7. *num.* 10. in caſu quod Conuentus Suppriorem non habeat) tum ob eandem rationem ſubrogationis, tum quia cum ſit Vicarius in capite eſt verus Prælatus ordinarius. Roderic. *tom.* 1. *q.* 12. *art.* 6. Portell. *ibid. verb. Vicarius in capite num.* 1. & ea omnia poteſt, quæ alij Prælati immediati Conuentus, vt notat Lezan. *tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 13. *num.* 39. *&* *tom.* 2. *verb. Vicarij num.* 7.

1074 Ex quibus ſequitur, hanc facultatem eſſe alteri delegabilem, cum poſſit facultatem ſuam delegare qui ex officio ſuo, ſeu qui auctoritate ordinaria agit. *cap. inter cætera de off. ord. cap. cum Epiſcopus. tit. eod. in* 6. Sanchez *de Matrim. lib.* 3. *diſp.* 31. *num.* 6. & etiam quia commiſſarius ex priuilegio perpetuo poteſt alteri ſuas vices committere. Suarez *de relig. tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 8. Lezan. *tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 18. *num.* 4. & in terminis facultatis admittendi ad profeſſionem, quod poſſit delegari, clarus eſt textus *in cap. ad Apoſtolicam de Regular.* & ibi Fagnanus *num.* 18. & in *cap. Inſinuante. Qui cler. vel. vouen. num.* 18. & Rot. *in antiquis. deciſ.* 4. *de Regul.* vbi dictum, profeſſionem fieri poſſe in manibus Abbatis, vel alterius ab Abbate poteſtatem habentis. Et ità docent Cuchus *lib.* 3. *inſtit. maior. tit.* 1. *de Regul. num.* 54. de Vecchijs *diſp.* 12. *dub.* 1. *num.* 17. Tamburin. *d. tom.* 3. *diſp.* 6. *q.* 18. *num.* 1. Bordon *reſol.* 57. *num.* 29. *&* *num.* 114. *&* *de profeſſ. cap.* 16. *num.* 10. Lezan. *d. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 25. Caramuel. *in Regul. S. Benedicti num.* 510. Paſſerin. *d. art.* 10. *inſpect.* 7. *nu.* 320. Diana *coordinat. tom.* 7. *tract.* 1. *reſol.* 177. vbi quod ſi forte Prior impeditus ea die, qua quis ad profeſſionem debet admitti, nequeat id ipſe præſtare, poterit Supprior de eius commiſſione talem profeſſionem recipere.

DVBIVM VIII.

De licentia ad profeſſionem requiſita.

1075 NEminem ad habitum, vel profeſſionem ſine P. Vicarij Generalis licentia recipi poſſe ſic *part.* 3. *cap.* 3. *num.* 2. diſponunt Conſtitutiones: *Nemo abſque illius venia habitu noſtro indui, aut profiteri poterit*, vt in ſimili de ſua Religione tradit Donatus *tom.* 2. *part.* 2. *tract.* 1. *q.* 5. *num.* 2. Quia verò ſuper hoc difficultatum fuit aliàs, ſaltem reſpectu admiſſionis ad profeſsionem; ideò rem in præſenti examinare non omittam. In ſupracit. S. Congregationis decreto ſuper facultate recipiendi Nouitios, ſic diſpoſitum legitùr: *Moxque præelectorum nomina mittat* (ideſt P. Vic. Generalis) *ad Priorem Nouitiatus, qui tunc demùm, & non priùs eoſdem præelectos ad habitum probationis ſuſcipiat, & anno elapſo, ſi eos habiles inuenerit, ad profeſſionem admittat*; Hinc deducebant aliqui, P. V. Generalis eſſe ſeligere admittendos ad habitum, & eorum nomina mittendi ad Priorem, quod licentiam importat eos ad habitum recipiendi: munus verò Prioris eſſe, admittere, & completo probationis anno ad profeſsionem recipere; & ſic facta ea præelectione, functum fuiſſe ſuo munere P.V. Generalem; nec indigere Priorem alia eius licentia prò eis ad profeſsionem recipiendis eo ipſo, quod ipſi ſit facultas, vt elapſo probationis anno ad profeſsionem recipiat nullo facto verbo de prædicta licentia P.V. Generalis, quia ſi fuiſſet neceſsaria, non eam omiſiſſet S. Congregatio; nec à nobis requirendum, quod lex non requirit.

1076 Attamen à verò longe aberrarunt. Ex eo enim, quod in decreto datur Priori talis facultas, non benè infertur, ergò nō neceſsaria P. V. Generalis licentia. Etiam in Cōſtitutionibus noſtris *part.* 2. *cap.* 3. *num.* 1. datur eidem *Priori* hæc facultas: quin præcipitur illi quod Nouitios *expleto probationis anno profeſſionem ſolemnem emittere faciat*; & tamen nemo dixerit ad hoc P. V. Generalis licentiam non requiri; cū, vt vidimus, ſtatuatur in *d. cap.* 2. *n.* 2. quod *nemo abſque eius venia poſſit profiteri*. Sicuti ergò Conſtitutiones, dum Priori præcipiunt, quod ad profeſsionem tranſacto probationis anno Nouitios recipiat, intelliguntur ſaluis requiſitis, ſeu ſuppoſita licentia P. V. Generalis; ſic & decretum præfatum. Et probo, quia in ipſo decreto imediatè ad hanc facultatem Priori tributam, ſequitur hæc clauſula: *ſeruataque forma ſacrorum Canonum Concilij Tridenti. Conſtitutionum Apoſtolicarum, & præcipue decretorum S. M. Clementis VIII. nec non ſtatutorum prædictæ Congregationis*, nomine quorum veniunt Conſtitutiones, vt ex finali derogatoria, *Non obſtantibus dictæ Congregationis ſtatutis*, nempè Conſtitutionibus: quæ Clauſula, vt diximus *num.* 1059. intelligenda eſt in reliquis, ſi quæ ſunt. Ergò admittere nequit quem Prior ad profeſsionem ſine P. V. G. licentia, quæ in noſtris Conſtitutionibus præſcribitur. Nec attendendum, quod ibi licentia non exprimatur, quia ſicuti ex eo, quod iuxtà hoc S. Congregationis decretum debeat in reliquis obſeruari forma noſtrarum Conſtitutionum, approbantur ter in anno probationis Nouitij, vt Conſtitutiones ipſe ſtatuunt, & iudicium de eorum habilitate fit à Capitulo, non obſtante, quod de hiſce approbationibus in

præ-

præfato decreto nulla ſit mentio; & Priori videatur remiſſum dictæ habilitatis iudicium, & *quos habiles inuenerit*, prout *ibi*. Ità ex eo, quod Prior debeat in reliquis obſeruare formã Conſtitutionum, debet obtinere P.V. Generalis licentiam à Conſtitutionibus requiſitam, non obſtante, quod ipſum decretum de hac licẽtia non loquatur, & dicat quod ipſe elapſo probationis anno eos ad profeſſionẽ admittat.

1077 Non eſt tamen cenſendum, neceſſariò requiri eius licentiam pro admiſſione tum ad habitum, tum ad profeſſionem, quod omninò debeat ab ipſo immediatè prodire: quia ſuam facultatem poteſt alteri delegare, vt ſuo loco dicetur, & conſtat ex dictis hic *num.* 1074. vbi vidimus facultatem admittendi ad profeſsionem eſſe delegabilem; adeòque & facultatem concedendi licentiam; & à ſimili de licentia Epiſcopi requiſita à Concilio Triden. *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *de Regul.* ad validitatem renunciationum, & obligationum Nouitiorum, quam tamen delegari poſſe tradunt Sanchez *in præcept. lib.*7.*cap.*5 *num.*73. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. allegat.* 99. *num.* 9. A S. Fauſto *d. lib.*5. *q.*199. Peregrin. *in comment. ad Conſtit. Cleric. Regul. part.*2. *cap.* 1. *litt.* C. §. 9.

1078 Poſita autem huius neceſsitate licentiæ quæritur; an, ſi à Priore quis ſine prædicta licentia ad profeſsionem admitteretur, eſſet valida, nec ne? Anceps fui quondam. Nunc pro validitate ſentio; cum etſi prohibeatur profeſſio ſine dicta licentia, nullibi tamen eam irritari inueniam; habet enim locum hic axioma, quod multa facta teneant, quæ fieri prohibentur. *cap. ad Apoſtolicam. de Regul. l. Patre furioſo. ff. de his quæ ſunt ſui, vel alieni iur.* Roman. *conſ.* 215. *nu.*5. Thuſc. *litt.* I. *concl.* 12. eo modo, quo ſimplex interdictum, ſeu prohibitio ſine tali irritante decreto expreſſo, aut implicito non irritat ſponſalia, nec matrimonium contractum, per Sanchez *lib.*7. *de Matrim. diſp.*2. *à num.* 9. valet ſiquidem argumentum à Matrimonio carnali ad ſpirituale, quale eſt profeſsio, vt ex multis text. Vecchius *diſp.* 12. *dub.*1. *num.*6. Et ita reſoluunt Sanchez *in Decal. lib.*5. *cap.*4. *n.*71. *in fin.* Portell. *in reſponſ. part.*2. *caſ.* 64. *per tot.* Bordon. *reſol.*8. *num.*8. *& tom.*5. *de profeſſ. cap.*3. *num.*18. *& cap.*17. *à num.*12. *& ſeq.* Lezan. *tom.*2. *verb. Nouitij nu.*16. *& tom.*4. *conſult.*14. *à nu.*16. & in ſimili ſuæ Religionis ſtatuto Antonius à Sp. S. *tract.*3. *diſp.*3. *num.*49. dum profeſsionem ſine Prouincialis licentia à ſuis Conſtitutionibus *p.*2. *cap.*2. *n.*9. requiſita emiſsã valere tenet.

1079 Confirmatur, quia ex communi DD. conſenſu approbante etiam S. Congregatione, profeſsiones factæ contrà ſtatuta Religionum, in quibus præcipitur, ne aliqui recipiantur ad profeſsionem niſi in ætate v.g. 18. annorum, factæ ſcilicet ad normam Concilij Triden. poſt completum decimum ſextum, validæ ſunt, ſi in ipſis ſtatutis non adſit clauſula tales profeſsiones expreſsè irritans. Roderic. *tom.* 3. *q.* 17. *art.*20. Sanchez *d. lib.*5. *cap.*4. *num.*3. 5. *&* 6. Mirand. *tom.*1. *q.*24. *art.*2. Portell. *in Dub. Regul. verb. Profeſſio. num.*14. & fusè Peyrin. *de Prælat. q.*3. *cap.*1. §.6. *per tot.* Bordon. *de profeſſ. cap.*7. *à num.*25. *& ſeq.* Lezan. *d. conſult.*4. *à nu.*5. *& ſeq.* Angel. Piſtach. *tom.*1. *de vot. tract.*3. *cap.*8. *n.*35. Ergò validæ erunt & emiſſæ ſine ſupradicta licentia propter eamdem rationem ob defectum ſcilicet decreti irritantis.

1080 Sed contra eſt, quod geſta ſine licentia requiſita nullius momenti ſunt. *Auth. licentia. C. de Epiſc. & Cler. l. ſi quis mihi §. iuſtum. ff. de acquir. hæred.* Tiraquell. poſt leges connubiales. *gloſ.*6. *num.*7. & quod actus geſtus contrà legis prohibitionem eſt ipſo iure nullus, quamuis lex non procedat vlterius ad irritationem actus. ex *l. Non dubium. C. de legibus.* Bartol. & DD. ibi. Fagnanus in *cap. Etſi vnanimiter. de poſtuland. Prælat. num.* 5. vbi dicit hanc legem canonizatam in *cap. Imperiali.* 25. *q.* 2. & concorditer ad vulgatam, & adductam iuris regulam, *quæ contrà ius fiunt, pro infectis habentur*; quã item fit, quod lex, ſeu ſtatutum aliquid prohibens fieri, reddat actum contra ius factum, nullum: quamuis eadem lex, ius, ſeu ſtatutum poſt prohibitionem actum expreſsè non annullet, vt eruditè Nidus *in comment. ad regul. iur. in* 6. *reg.*64. *à num.*10. & Barboſ. *in axiom.*12. *n.*26. vbi multos adducunt; vnde ſequitur, talem profeſsionem ſine prædicta licentia prohibitam nullius eſſe valoris.

1081 Reſpondetur tamen in iure Canonico actus contra legem prohibentem non cenſeri nullos, niſi adſit decretum irritans, vt latè Paſſerinus de *elect. canonic. cap.*9. *q.*1. *à num.* 3. & *de ſtatib. tom.*2. *q.*187. *art.*4 *num.*1227. *fin. &* 1228. & Iacob. Pignatell. *Conſult. Canonic. tom.* 4. *conſ.* 218. *num.*3. *& ſeq.* vbi de ſimili licentia Generalis, vel Prouincialis requiſita à decretis S. Congregationis Concilij de *celebrat. miſſar.* valere ſcilicet acceptationem oneris perpetui Miſſarum ſine ea licentia, quia ibi non eſt decretum irritans. Et in puncto profeſsionum non admitti nullitatem, niſi lex prohibens fulciatur decreto irritante, vt præter adductos *nu.* 1078. Diana *tom.*7. *tract.*1. *reſol.*159. *num* 6.

1082 Hinc inſtatur. Verba prohibitionis ſunt hæc: *Nemo abſque illius venia profiteri poterit*. Sed dictio *abſque* importat quod actus aliter factus non valeat Barboſ. de *diction. vſufreq. diction.* 321. *num.* 2. Item quando à lege quid per verbum *non poteſt* prohibetur, tunc inualiditas actus importatur, cum poteſtas, quæ fundamentum eſt valoris actus, per talia verba auferatur, vt volunt Bart. *in l. cum lex. ff. de fideiuſſoribus. & in l. vlt. num.*6. *ff. de ferijs.* & Felin. in *cap. cum dilecta. de reſcriptis in* 6. *verbo ſeptimum ſignum.* & latè Tiraquell. in *l. vlt. connub. gloſſ.*4. *per tot.* eruditè etiam Fagnanus in *d. cap. Etſi vnanimiter. num.*6. vbi quod verbum, *poteſt*, negatiuè conceptum priuat potentia, & inficit actum ipſo iure. ex Gloſſ. in *cap. Beneficium. de Regul. iur. in* 6. & fusè in *cap. Cauſam. de elect. à num.* 21. & in cap. *Porrectum. de Regular. num.*50., vbi quod & neceſsitatem importat, & omninò actum reddit nullum. Barboſ. *diction.*

268. *num*. 3. cum DD. ad ſatietatem ibi allegatis ergo &c. Item quando prohibitio eſt de re &c. cuius poteſtas pendet a lege, vel Principe; tunc per prohibitionem per verbum *non poſsit* cenietur limitata poteſtas, itá vt actus aliter factus ſit inualidus. Suarez de *leg. lib*. 5. *cap*. 31. *num*. 14. quem ſequuntur Lezan. *tom*. 2. *verb*. *Leges Regularium num*. 47. & Cotonus *lib*. 1. *controu*. 1. *cap*. 5. *num*. 116. Sed in noſtro caſu prohibitio admittendi ad profeſsionem per verbũ, *non poterit*, eſt de re, cuius poteſtas datur Priori ab ipſis Conſtitutionibus; ergò quando dicitur, *Nemo poterit abſque P.V.G. venia profiteri*, limitata eſt illi per talem probibitionem poteſtas; adeòque actus contra talem prohibitionem erit inualidus.

1083 Vrgetur primò ex decreto S. Congregationis; dum enim ibi datur Priori poteſtas admittendi ad profeſsionem, additur, *ſeruata tamen forma* noſtrorum *Statutorum*, ſeù Conſtitutionum: quo fit quod licentia P. V. G. per Conſtitutiones requiſita ſit ſaltem poſt huiuſmodi decretum conſtituta pro forma; deficiente autem forma actum nullum eſſe nemini dubium iuxtà allegat. à Barboſ. *axiom*. 12. *nu*. 24. & *axiom*. 100. *num*. 3. ergò &c. Vrgetur ſecundò, quia dicta prohibitio reperitur in *cap. de officio, & auctoritate Vicarij Generalis*; quo dignoſcitur Prioris facultatem limitatam hoc eſt ſine licentia eius, qui habet auctoritatem admittendi ad profeſsionem, nullam eſſe.

1084 Verum & bis reſpondetur profeſsionem nõ reddi nullam ex clauſula illa *non poteſt* primò, quia non ſemper verum eſt, quod ipſa priuet potentia vt notant ipſe Fagnan. in *d. cap. cauſam de elect. num*. 32. Anton. A Spiritu S. *tract*. 5. *diſp*. 1. *num*. 9. & fusè Suarez *d. cap*. 31. *lib*. 5. *de leg. num*. 13. & tunc ſolummodò ſortitur hunc effectum, vbi actus pendet tantum a poteſtate legislatoris; non verò vbi aliàs poteſt fieri ab inferiore; hoc enim caſu non auſertur per ly *non poteſt* potentia ab inferiore, nec per conſequens inualidatur actus; in quo ſenſu clare locuti ſunt Suarez, Lezana, Cotonus *locis ſup*. adducti ſub. *n*. 1082. & cum multis docet Bonacina de *leg. diſp*. 1. *q*. 1. *punct*. 7. §. 5. *n*. 17. admittere autem ad profeſsionem iam competit Priori, tum de iure cõmuni, vt diximus *n*. 1064. tum de iure ſpeciali tam Religionis Eremitanę prout *n*. 1067. quam Congregationis noſtræ ex priuilegio Clem. VIII. prout *d. nu*. 1067. & ex diſpoſitione noſtrarum Conſtitutionum *part*. 2. *cap*. 3. vt pariter dictum eſt *n*. 1065. Vnde ſequitur per eam clauſulam *non poteſt* nec priuari potẽtia Priorem, nec profeſsionem reddi nullã.

1085 Secundò, quia talis clauſula non habet per ſe anullare, ſeù irritare actum, cum per legem prohibentem tunc irritari dicatur, quãdo non ſolum actus prohibetur, ſed etiam per eam prohibitionem impeditur effectus talis actus, vt Suarez de *leg. lib*. 5. *cap*. 27. *n*. 6. Diana *d. reſol*. 159. *n*. 12. Coton. *controuerſ*. 1. *de leg. ſcript. cap*. 5. *n*. 117. *verſ. melius ergò*. Quod non apparet in dicta ſimplici Conſtitutionum prohibitione: *Nemo ſine eius venia profiteri poterit*, & patet ex *cap. Religioſus de teſtam. & vltim. volunt. in* 6. licet enim ibi caueatur, *Religioſus executor ab aliquo in ſua vltima voluntate deputatus, non poteſt, tum velle, vel nolle non habeat huiuſmodi officium ſuſcipere, vel exequi niſi à Superiore ſuo petita ſuper hoc licentia*, per clauſulam *non poteſt* non irritatur, aut inualidatur huiuſmodi executio ſine dicta licentia iuxtà Lezan. *tom*. 2. *verb*. *Teſtamentum*. *n*. 4. eo quia vltrà prohibitionem non proceditur ad irritarionem. Diana *coordinat. tom*. 6. *tract*. 9. *reſol*. 25. *n*. 2.

1086 Confirmatur etiam ex Conſtitutionibus, quia eodem modo in ipſis prohibetur admiſsio ad profeſſionem ſine P.V.G. licẽtia, quo ſine ipſa prohibentur promotio ad Sacros Ordines & alia. *Nemo (part. 3. cap. 3.) abſque illius venia habitu noſtro indui, profiteri, ad Sacros Ordines promoueri, de vno ad aliud Monaſterium transferri, Confeſſarij, aut Concionatoris, aut Lectoris ordinarij officio fungi poterit*: Sed non irritatur propterea promotio ad Sacros Ordines ſi ſine eius licentia contingat; ergò neque admiſſio ad profeſſionem, cum vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, debeat illa æqualiter determinare ex *l. quamuis. C. de impub. l. Iam hoc iure. §. fin. ff. de vulgar. text. in l. fin*. & ibi Bart. *C. de ſenten*. Dec. in *cap. Nouit. n*. 56. *de Iudic*. Fagnan. in *cap. cauſam n*. 34. *de elect*. Nec ſatis eſt dicere diuerſam eſſe rationem de promotione ad Sacros Ordines, ac de profeſsione ſine licentia, ex eo quod Sacri Ordines habeant originem ab inſtitutione diuina: profeſsio vero ab inſtitutione humanæ legis; & ſic illam promotionem non irritari ex defectu licentiæ, ſed valere ob indelebilitatem caracteris, vt obſeruat Nidus in *Comment. ad Regul. Iur. in* 6. *regul*. 64. *n*. 36. & 37. non autem profeſsionem, quæ vtpote poteſtatis bumanæ potuit ad dictam licentiam arctari, itá vt ſine illa reddatur nulla. Non inquam ſatis, quia ſi clauſula illa: *Nemo abſque illius venia poterit*, quæ determinat omnia illa determinabilia eſſet irritatoria, ita vt inferret profeſsionis nullitatem; licet non eſſet irritatoria ordinationis, inferret ſaltem ſuſpenſionem ab Ordinis exercitio, ac ſi irrita, & nulla fuiſſet ordinatio, iuxta explicationem Iacobi Pignatell. *tom*. 1. *conſult. Canonic. conſult*. 180. *n*. 18. quod nullibi cautum reperitur quoad ſine huiuſmodi licentia promotos; ex quo ſequitur clauſulam illam, *nemo poterit*, non eſſe irritatoriam, & nec per eam annullari profeſſionem.

1087 Pro omnium ergò ſolutione dicimus licentiam ibi requiſitam non eſse de forma, intellige ſubſtantiali, ſed de ſolemnitate, tum quia nõ declaratur de forma requiri. Paſſerin. *de ſtatibus tom*. 2. *q*. 187. *art*. 4. *num*. 1228. tum quia non additur decretum irritans, ſine quo, dum ſupponitur in Priore poteſtas admittendi ad profeſsionem, vt vidimus *num*. 1065. noua ſolemnitas, ſeù licentia addita in *d. cap*. 3. *p*. 3. eſt forma accidentalis, vt latè Suarez *de leg. lib*. 3. *cap*. 31. *num*. 10. Et ideo defectu licentiæ non reddi nullam profeſsionem, cum ommiſ-

ommiſsio formæ accidentalis non inficiat actũ. Per text. in cap. Dilectus. de præben. & l. 1. c. de appell. Portell. dict. caſ. 64. num. 5. Palaus. tom. 1. tract. 3. diſp. 2. punct. 9. num. 2. Lezan. d. tom. 2. verb. leges Regular. num. 46. & conſult. 5. num. 16. præter Antonium à Spiritu S. loc. ſup. & alios apud Dianam. dict. tom. 7. tract. 2. reſol. vnic. num. 21.

1088 Nec amplius euincunt verba decreti: Seruata forma Statutorum ſiue Conſtitutionum Congregationis; tantum enim abeſt, quod indè licentia P. V. G. ad profeſſionem requiſita transſierit ad eſſe formæ ſubſtantialis, quod (præter alia, quæ poſſunt dici) potius ex eo, quod ſeruandæ ſint Conſtitutiones, confirmetur in eſſe puræ ſolemnitatis, & formæ accidentalis, qualis eſt ex dictis vigore Conſtitutionum. Illud verò de dicta prohibitione in cap. de auctoritate P. V. G. bene ſuſtinetur per hoc, quod de eius licentia emittendæ ſint profeſsiones, & ſine ea emitti non debeant; nec nouum eſt in iure quod non poteſt accipiatur quandoque pro non debet, iuxtà cap. Niſi cum pridem. §. perſonæ verò. de Renunc. & notat ibi Gloſſ. verb. non poterunt Fagnan. in d. cap. Cauſam. de elect. nu. 30. Sed non indè infertur actus irritatio, & ſenſus eſt ſolum, quod ſine dicta licentia non ſit licita admiſsio per cap. Beneficium Eccleſiaſticum. de regul. iur. in 6. reg. 1. vbi Nidus nu. 4.

1089 Obijci adhuc poteſt. Profeſsionem emittendam, & acceptandam eſſe nomine P. V. Generalis, vt dicetur dub. ſeq. ergò inualidè ſine eius licentia. Sed reſpondetur, negando conſequentiam; quia ad hoc, vt emittatur nomine alicuius Prælati maioris, ſufficit, quod ita in forma a lege ſtatuta præſcribatur, vt patet in PP. Calceatis, qui omnes, & vbique emittere eam debent in nomine P. Generalis: non quia ad hoc eius ſpecialis licentia accedat, cum etiam de licentia Prouincialium in Conuentibus ſaltem non generalibus admittantur ad profeſsionem Nouitij; nec ſit credibile, quod à degentibus in Indijs talis licentia expectanda ſit: ſed quia ità præſcribitur in forma prò eorum profeſsionibus à Sede Apoſtolica approbata; & ſic emittere profeſsionem in nomine alicuius Prælati Superioris, non trahit ſecum neceſsitatem ſpecialis licentiæ eiuſdem; adeòque neque inualiditatem profeſsionis ſine tali licentia.

1090 Concludo ergò: requiri, vt iam probatum eſt, P. V. Generalis licentiam prò admiſsione ad profeſſionem, & non eſſe per decretum S. Congregationis illi derogatum, & poſſe puniri doloſè contrafacientes: ſed non taliter requiri, quod debeat cenſeri inualida profeſsio, ſi ſine ipſa fiat, cum in Conſtitutionibus, quæ quoad hoc per decretum ſeruandæ ſunt, non adſit decretum irritans, nec importetur per verbum non poteſt, vt vidimus. Ad cuius corroborationem addo, primò: talem eſſe obſeruantiam, & communem intelligentiam Congregationis, per quam dignoſcitur, an lex prohibens annullet actum nec ne; vt benè Præpoſit. in p. 2. D. Thom. q. 95. diſp. 3. dub. 8. n. 50. Diana d. reſol. 159. nu. 12. & tract. 2. de cingul. milit. n. 39. & Cotonus. ibid. d. num. 117. cum profeſsiones emiſſæ, à quodam Priore ſine huiuſmodi licentia non fuerint declaratæ inualidæ; & vlteriùs ſæpè profeſsiones emittantur in Congregatione tempore Sedis vacantis, & eo tempore, quod decurrit ab electione noui V. Generalis ad diem notitiæ eius electionis: quo caſu quandoque nullius Vicarij Generalis interuenit licentia, quæ tamen non cenſentur inualidæ, nec irritantur.

1091 Addo ſecundò: in cap. ſi vir, & vxor. 27. q. 1. præcipi Vt ſi vir, & vxor prò ſola religioſa vita diuertere inter ſe conſenſerint, nullatenus ſine Epiſcopi conſenſu, hoc eſt, licentia id fiat; & tamen profeſsionem emiſſam ſine ea licentia valere, vt notat Fagnan. in cap. Qui Presbyterum. n. 82. de pænit. & remiſſ. non obſtante prohibitione cum dictione nullatenùs, quæ decretum irritans continet, & ipſo iure irritat actum per allegatos à Barboſ. diction. 226. valere inquàm ea ratione, quod multa facta teneant, quæ fieri prohibentur. Et ſic à fortiori validas cenſendas ſine P. V. Generalis licentia emiſſas, cum in Conſtitutionum prohibitione non appareat decretum irritans.

1092 Et, vt quoad hoc omnis dubietas tollatur, ſaltem eſt res dubia, an prohibitio Conſtitutionis per verbum non poterit inferat inualiditatem actus, vel ſolum ipſum non licere. Et ſtante hoc dubio, omninò dicendũ valere profeſsiones ſine tali licẽtia factas, quia in materia profeſsionum in dubio præſumendum de validitate. Rot. deciſ. 1361. n. 7. coràm Card. Seraphin. & cum pluribus Barthol. de Vecch. diſp. 13. dub. 12. n. 22. Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 37. n. 12. ad fin. Tamburin. de iur. Abb. tom. 3. diſp. 6. q. 16. n. 16. Peyrin. de Prælat. q. 3. c. 1. n. 140. latè Lezan. tom. 4. conſult. 5. à num. 2. ad 8. vbi iura, & DD. & conſult. 8. n. 5. & conſult. 14. n. 2. 3. & 4. & conſult. 27. n. 14. & 15. Fagnan. in d. cap. Qui Presbyt. n. 102. Bordon. tom. 5. de profeſſ. cap. 18. n. 32.

DVBIVM IX.

De forma profeſsionis Eremitarum S. Auguſtini.

1093 FOrma profeſsionis, quam PP. mei Calceati emittunt, hæc eſt, quam refert & Bordonus reſol. 92. form. 12. *In nomine D. N. I. C. benedicti. Amen. Anno Natiuitatis eiuſdem milleſimo &c. die &c. menſis &c. Ego F. N. filius N. N. de Ciuitate &c. Parochiæ &c. facio profeſsionem, & promitto Obedientiã Deo Omnipotenti, & B. Mariæ ſemper Virgini, & B. P. Auguſtino, & tibi R. P. Fratri N. de N. Priori &c. nomine, & vice R. P. Magiſtri N. de N. Prioris Generalis Ordinis Fratrũ Eremitarum S. Auguſtini, & Succeſſorum eius canonicè intrantium, & viuere ſine proprio, & in Caſtitate ſecundum hanc Regulam eiuſdem P. N. Auguſtini vſque ad mortem.* Et eſt conformis formæ

profeſſionis, quam in prima vnione Ordinis, ſeu Fratrum Lombardiæ, & Romaniolæ obſeruari mandauit Innocentius IV. in ſua Conſtitutione *Admonet nos*, ſub 17. *Kalend. May* 1252. apud Empol. in *Bullar. Ordin. pag.* 180. §. 18. & quam in toto Ordine ſub excommunicationis pœna obſeruari pariter mandauit Iulius III. in altera incipien. *Ex debito Paſtoralis Officij*, ſub die 30. *Ianuary* 1551. apud eumdem Empol. *pag.* 217. §. 10. prout teſtatus eſt etiam Card. Marcellus Ceruinus in ſua præfatione ad Conſtitutiones de 1551. impreſſas.

1094 Sub eadem profeſſi ſunt & PP. noſtri in Congregationis exordio ante Superintendẽtis Apoſtolici deputationem: poſt quem mutata eſt, & adiecto quarto humilitatis voto, ſub nomine P. V. Generalis ab omnibus, qui tunc in Congregatione erant, iterùm emiſſa eſt, & vſque ad hanc diem emittitur, vt inſinuatum eſt *n.* 409. Vnde orta ſuper hoc controuerſia, conquerentibus ſcilicet PP. Calceatis, quod à nobis non ſeruaretur forma conſueta in Ordine, & non emitterentur profeſſiones nomine P. Generalis; & à S. M. Paulo Papa V. Cardinalibus Saulio, Verallo, & Lancelloto recommiſſa, vt inſinuauimus *n.* 943. & audita eorum relatione, declarauit idem Summus Pontifex validas fuiſſe, & eſſe ſub noſtra forma, quam Apoſtolicam appellat, profeſſiones; expedito inſuper Breui, quo in forma ſpecifica confirmauit Conſtitutiones; de quibus omnibus ſic teſtatus eſt ipſe Card. Saulius, vt ex Archiuio noſtro Romano:

Antonius Cardinalis Saulius totius Auguſtiniani Ordinis Protector.

CVM iam pridem Procurator Generalis Conuentualium Ordinis S. Auguſtini fel. record. Papam Paulum. V. ſupplicaſſet pro accommodanda forma emittendi profeſſionem in Congregatione Diſcalceatorum eiuſdem Ordinis, quam aſſerebat emitti in manibus Vic. Generalis eiuſdem Congregationis, non verò P. Generalis totius Religionis in hunc ſequentem modum. Ego N. facio meam profeſſionem, & promitto obedientiam, caſtitatem, & paupertatem Deo Patri Omnipotenti, S. Auguſtino, ac tibi P. Vicario Generali N., & omnibus ſucceſſoribus tuis canonicè intrantibus. Inſuper promitto, me neque directè, neque indirectè prætenſurum aliquod officium &c. ac etiam pro moderatione Conſtitutionum Diſcalceatorum 3. p. cap. 5. vbi auctoritas P. Generalis in hunc modum per ſequentia verba limitatur: Reuerendiſs. P. Generalis totius Ordinis S. P. Auguſtini in fine cuiuslibet ſexennij perſonaliter tantum, & cum interuentu, & conſenſu primi Definitoris eiuſdem Congregationis, & non alias, nec vllo alio tempore prædictam Congregationem Diſcalceatorum viſitare &c. Sanctiſſimus D. totum hoc negotium nobis remiſit, vt ſimul cum Illuſtriſs. DD. CC. Verallo, ac b. m. Lancelloto, auditis partibus rem totam diſcuteremus, ac noſtræ diſcuſſionis ipſi ſanctiſſimo relationem faceremus. Pro parte Conuentualium nobis expoſitum fuit prædictam formam profitendi Diſcalceatorum eſſe contrà Bullam Iulij III. ſub pœna excommunicationis, & nullitatis, ordinantem profeſſiones in toto Ordine fieri P. Generali: nec non exemptionem in prædicta Conſtitutione contentam eſſe directè contrà Bullas Iulij II. & III. Leonis X. ac Gregorij XIII. aliorumque Pontificum expreſsè derogantes quibuſcumque futuris impetrationibus contrà Regulam, aut Conſtitutiones prædicti Ordinis.

Ex aduerſo autem pro parte Diſcalceatorum reſponſum fuit fel. record. Clementem VIII. motu proprio, ac certa ſcientia prædictorum Reformatorum Apoſtolicum Superintendentem conſtituiſſe P. Petrũ à Matre Dei Carmelitanum Diſcalceatum cum auctoritate reformandi Conſtitutiones, ac introducendi regularem obſeruantiam, non obſtantibus quibuſcumque in contrarium Apoſtolicis Conſtitutionibus, quam auctoritatem Papa Paulus V. alio Breui ſimiliter confirmauit; ac ſic prædictum P. omnes profeſſos Congregationis prædictæ, qui anteà P. Generali profeſſi fuerant, Vicario Generali Congregationis denuò profiteri mandaſſe addito quarto humilitatis voto; ſicque Congregationem à libera, & abſoluta obedientia Generalis ſeparaſſe: nolentes verò dictam ſeparationem, neque acceptantes nouum profitendi modum, ad Conuentuales remiſiſſe; Sicque pro Regulari obſeruantia introducenda in his præſentibus Conſtitutionibus reformatis prædictam exemptionẽ à P. Generali ordinaſſe, & appoſuiſſe, nouamque prædictam formam profitendi ſoli Vicario per totum nouennium, in quo vſque ad ſuum obitum Superintendentis officium obiuit, introduxiſſe, & obſeruaſſe, eamque perpetuò obſeruandam dictis Fratribus Diſcalceatis tradidiſſe (quas Conſtitutiones, & quam formam profitendi poſt eius mortem hucuſque duodecim ferè annis Congregatio prædicta obſeruauit) & pro maiori validitate, ac ſecuritate dictæ formæ profitendi Clementem VIII. per Breue ſpeciale, ac ex certa ſcientia licentiam conceſſiſſe Vicario prædicto recipiendi profeſſiones eodem penè tempore, quo idem Pontifex eas recipere in toto Ordine Generali prohibuerat; ſicque validas eſſe, ac fore profeſſiones Diſcalceatorum, ac prædictam exemptionem eſſe Apoſtolicam, & legitimam. Quibus omnibus auditis, ac à nobis ſimul cum prædictis Illuſtriſs. DD. maturè diſcuſſis, & conſideratis, ac omnium prædictorum, noſtræque diſcuſſionis facta ſanctiſſimo ſ. r. Papæ Paulo V. relatione, ſanctiſſimus pronunciauit, ſententiauit formam prædictam profitendi Diſcalceatorũ factam Vicario, non verò Generali, eſſe validam, bonam, Apoſtolicam, legitimè, & Apoſtolicè introductam; ſicque dilectos filios Diſcalceatos S. Auguſtini Italiæ fuiſſe, eſſe, ac fore verè, ac legitimè profeſſos; ſicque tantam, ac ſolam obedientiã Generali præſtituros, quantam ſecundum ſuas Conſtitutiones promiſerunt; ac etiam exemptionem prædictam à P. Generali eſſe Apoſtolicam, & Apoſtolicè ordinatam, quam tamen pro bono pacis ità cenſuit moderandam, vt R. Generalis in toto ſuo ſexennio poſſit viſitare cum interuentu, ac conſilio primi Definitoris Diſcalceatorum: cætera autem in prædicta Conſtitutione contenta in ſuo robore relinquenda: non obſtantibus quibuſcumq; priuilegijs Apoſtolicis ex aduerſo ab vtraque parte allegatis, aut quibuſcumque alijs in contrarium: quin potius ex benignitate ſua pro maiori confirmatione, & corroboratione prædictarũ Conſtitutionum reformatarum, & ad tollendam om-

nem

mem futuram controuerſiam, ac litem circa prædicta oriendam, per Breue ſpeciale eas de verbo ad verbum inſertas confirmauit, ac corroborauit. In quorum fidem præſentes dedimus manu noſtra ſubſcriptas, ac noſtro ſigillo munitas. Romæ &c.

A. Cardinalis Saulius Protector.

1095 Forma autem profeſſionis non eſt, quã truncatam refert Bordonus *d. reſol. 92. form. 30.* ſed hæc proût in noſtro Cæremoniali *lib. 5. c. 3. In nomine D. N. I. C. Amen. Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo ſexcenteſimo &c. die &c. menſis &c. Ego Fr. N. de N. in ſæculo vocatus N. filius N. de N. & N. de N. Terræ, Ciuitatis, vel Opidi &c. Parochiæ &c. facio profeſſionem, & promitto Deo Patri Omnipotenti, B. M. Virgini, B. P. Auguſtino, & tibi R. P. N. de N. Priori huius Conuentus nomine, & vice Adm. R. P. N. de N. Vicarij Generalis huius noſtræ Congregationis Fratrum Diſcalceatorum S. Auguſtini Italiæ, & ſucceſſorum eius canonicè intrantium obedientiam paupertatem, caſtitatem, & humilitatem; Ideſt voueo, & promitto, me nunquàm directè, vel indirectè per me, aut per alium vllam Prælationem, aut officium per Conſtitutiones prohibitum prætenſurum, & pariter extrà Congregationem neque directè, neque indirectè per me, aut per alium vllam Prælationem prætenſurum, aut oblatam accepturum, niſi adſtringar præcepto eius, qui mihi iure præcipere, poſsit; & hoc ſecundùm Regulam S. P. N. Auguſtini, & iuxtà ſeriem noſtrarum Conſtitutionum vſque ad mortem.* Qua lecta Prior dicit *Et ego nomine, & vice Adm. R. P. F. N. à S. N. Vic. noſtri Generalis, & auctoritate, qua fungor, accepto profeſſionem tuam, & vniate corpori myſtico huius noſtræ Sacræ Congregationis: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amẽ.* Si verò fuerit ipſe P. V. Generalis, qui profeſſionem acceptet, dicit illam emittens, *Et tibi Adm. R. P. F. N. de S. N. Vic. Generali huius noſtræ Congregationis Diſcalceatorum S. Auguſtini;* & ipſe acceptando dicit, *Et ego auctoritate, qua fungor, accepto &c.*

Forma verò profeſsionis Fratrum Conuerſorum, & Tertiariorũ eſt omninò eadẽ quoad ſubſtantiam, & tria vota communia excepto, quod Clerici latino ſermone eam proferunt, Conuerſi verò vulgari, & quartum eorum votum, quod dicitur humilitatis, ſub hac forma exprimitur: *Et anco prometto il quarto voto di non ambire il ſtato Clericale, ne hauere voce attiua ne paſſiua, ſecondo la Regola, e forma delle noſtre Conſtitutioni.*

1096 Super qua forma notat Bordonus *ibid. ad form. 12. verſ. nota quod.* & dicit, eam eſſe perfectiſsimam, cum ex ea appareat contractus ex vtraque parte initus; quidem profitentis, dum promittit in Religione viuere ſub obedientia vſque ad mortem; & ex parte Religionis, dum Prælatus recipit, & acceptat profeſsionem Nouitij, incorporando illum Ordini; nam iuxtà *cap. Porrectum. de Regul.* Gemm. in *cap. Conſtitutionem. §. primò de Regul. in 6.* Nouarr. *conſ. 40. de Regul. nu. 2.* emiſsio profeſsionis accipit ſuam virtutem à Superiore acceptante, ex eo quod ſit cõtractus ſpiritualis vtrinque obligatorius, vt dictum eſt *n.* 1064.

Diuerſa eſt ergò à forma profeſsionis cõſuetę in Ordine Eremitarum; & quia non nomine P. Generalis emittitur; & quia quartum humilitatis votum continet. Non eſt tamen inde dicendum non eſſe Ordinis Eremitarum hanc Congregationem propter ea, quæ habet in dicta ſua Conſtitutione Iulius III. cum ad hunc effectum non ſit neceſſe, quod profeſsio emittatur nomine P. Generalis, vt oſtẽdimus *n.* 490.

1097 Eſt autem neceſſariò obſeruanda, quia ſic præſcribitur in Conſtitutionibus noſtris Apoſtolicis *part. 2. cap. 3. num. 1.* vbi *In profeſſione autem emittenda ſeruetur modus, qui in Cæremoniali continetur.* & huc maximè reſpiciũt verba decreti S. Congregationis de quibus *nu.* 1076. *ſeruata que forma ſtatutorum*, ſiue Conſtitutionum noſtrę Congregationis; cum enim dicatur ibi, quod Prior elapſo probationis anno, quos habiles inuenerit, ad profeſsionem admittat, ſeruata forma Conſtitutionum, hoc certè clariſsimè importat obſeruandam eſſe in admiſsione ad profeſsionem formam, quæ prò tali admiſsione à Conſtitutionibus præſcribitur. Sed quæ ab iſtis præſcribitur ea eſt de qua ſuprà, ergò &c. Quare cenſenda eſt forma ſubſtantialis, quæ det eſſe rei, eo modo, quo forma profeſsionum PP. Calceatorum eſt ſubſtantialis, vtpotè ab ipſis ſeruanda ex præſcripto Innocentij IV. & Iulij III. vt ſupra. Et ſemper in dubio prò forma ſubſtantiali habenda eſt, vt docent Vantius *in tract. de nullit. rubr. quot, & quibus nullitas in iudicio proponatur. num. 2.* Guttierez. in *Tract. qq. lib. 3. q. 30. num. 18.* Martha *de iuriſdic. part. 4. cent. 1. caſ. 94. nu. 18.* Caſtro Palaus *tom. 1. tract. 3. diſp. 2. punct. 9. num. 9.* & alij plures, quos refert, ſequiturque Diana *coordinat. tom. 7. tract. 2. num. 38.* Bordon. *reſol. 100. num. 60.* Barboſ. *in axiom. 100. num. 1. in fin.*

1098 Vnde qui emitteret profeſsionem tacito nomine P. V. Generalis, & diceret ſolùm *tibi R. P. Priori*, nullius eſſet valoris ex non ſeruata forma per Conſtitutiones Apoſtolicas præſcripta; cum actus ſit nullus non ſeruata forma in eo ſeruanda, vt dictum eſt *num.* 1083. & cum iuribus, & DD. fusè Diana *d. tract. 2. num. 1.* Neque dicendum, validam eſſe ex dictis ſine P. V. Generalis licentia emiſſam; ergò & non in eius nomine; negatur ſiquidem conſequentia, quia licentia non habet rationem formæ, licet ſit requiſita à lege; non enim omnia, quæ præcipiuntur, vel prohibentur à lege, ſunt de forma, niſi vbi adſit decretum irritans, vt Suarez *d. cap. 31. lib. 5. de leg.* Fagnan. *in d. cap. Qui Presbyterum. num. 80. de pænit. & remiſſ.*; quod non apparet in ea ſimplici prohibitione: *Nemo ſine P. V. Generalis venia profiteri poterit*, vt *dub. præced.* oſtenſum eſt. Emiſsio verò profeſsionis in eius nomine eſt abſque dubio ipſa forma præſcripta prò profeſsionum emiſsione, vt patet ex verbis *ſeruetur modus, qui in Cæremoniali continetur*; & ſic poteſt eſſe nulla profeſsio non ſeruata hac forma, & eſſe valida non obtenta ſpeciali P. V. Generalis licentia.

Et

Et patet à ſimili, de profeſsionibus PP. Calceatorum, quæ licet nequeant dici inualidæ ex defectu licentiæ P. Generalis, cum, vt dictum eſt *num.* 1089. hæc non requiratur; nihilominus ſi non eius nomine emittantur, inualidæ erunt ex defectu formæ.

1099 Aduertendum tamen, quod quamuis ſit ea ſeruanda forma, quam ſuprà poſuimus, ſi caſus contingat variationis verborum, valida erit profeſsio Gloſs. in *cap. Porrectum. verb. Profeſſio. de Regul.*, & cum alijs Sanchez *in Decal. lib.5. cap.3. n.4.* Vecchius *diſp.13. dub.2. n.1.* quod tamen intelligendum, dummodò idem exprimatur, & ſignificetur: quia mutatio accidentalis non vitiat actum, & ſubſtantia rei, & veritatis minimè mutatur mutatione nominum, & verborum. *l. Ridiculis. §. Labeo. ff. de aur. & argent. legat.* & ità Donat. *tom.2. part.2. tract.10. q.4. n.4.* Bordon. *de profeſſ. cap.18. n.16.*

1100 Et non ſufficit, quod ſcribatur: ſed debet ab ipſo profitente legi, vt de more communi Religionum requiri aduertunt Suarez *de Relig. tom.3. lib.6. cap.16. n.4.* & Tamburin. *d. tom.3. diſp.6. q.22. n.4.*, & noſtræ expreſsè, prout in Cæremoniali *d. cap.3.* vbi *Et voce clara, & alta, quæ facilè à circumſtantibus percipi poſſit, profeſſionem emittat ſequenti forma &c.* Qua lecta, & acceptata à Superiore, debet in libro particulari regiſtrari cum ſubſcriptione ipſius Nouitij, & teſtium ex præſcripto Sixti V. Clem. VIII. & S. Congregationis apud Vecchium *d. dub.2. n.3.* Tamburin. *eod. n.4.* & iuxtà noſtras Conſtitutiones *d. part.2. cap.3. n.4.* cum ſubſcriptione (poſt illam profeſſi) Prioris, Magiſtri Nouitiorum, & reliquorū Sacerdotum, qui profeſſioni interfuere, adnotando inſuper diem, & horam profeſsionis emiſſæ. Qui liber fidem facere debet in iudicio, eo modo, quo probāt libri baptiſmales, matrimoniales, & mortuorum. Bordon. *reſol.57. n.134.* cum ſit liber publicus, & authenticus à iure, ſeu lege Papali ad hunc effectum determinatus. Idem Bordon. *reſol.75. n.62.* & ſpecialiter ex noſtris Apoſtolicis Conſtitutionibus *ibid.* vbi: *Qui liber fidem faciet in iudicio.*

1101 Circa quem librum aduertit idem Bordon. *reſol.54. num.178.* quod quilibet Conuentus Nouitiatus debet habere ſuum peculiarem; ità quod ſi deſinat eſſe Nouitiatus in aliquo Conuentu, non poſſit liber iſte transferri ad Conuentum, in quo de nouo incipit Nouitiatus, ſed in hoc debeat alter liber adhiberi; & probat ex verbis Clementis VIII. *Superior cuiuslibet Conuentus, in quo Nouitiatus fuerit conſtitutus, particularem librum habeat, in quo cuiuſque Nouitij profeſſio regiſtretur*; ex quibus deducit; quemcumque Conuentum, in quo fuerit Nouitiatus, debere habere ſuum librum particularem. Deinde, quia liber hic fit proprius talis Conuentus, & illi incorporatur. Et etiam quia profeſſus reclamās ſuper nullitate profeſſionis, debet coràm Superiore Conuentus, vbi profeſſus eſt, reclamare; & ideò inibi liber hic aſſeruari. Verùm quoad hoc nulla neceſſitas, quia verba Clementis VIII. tendunt ad tradendam regulam obſeruandam in Conuentibus Nouitiatus prò quacumq; Religione; & ſic vtitur ipſe terminis *cuiuslibet Conuentus, & particularē librum*: non verò ad indicandum debere eſſe diuerſum librum in quocumque Cōuentu Nouitiatus, quia parùm hoc refert ad intentionem Summi Pontificis, quæ fuit ſolùm, vt de profeſſione conſtaret; & ly *particularem* non refertur ad Conuentum, ſed ad materiam, ſeu prò regiſtrandis profeſſionibus: Quare, ſi extincto in vno Conuentu Nouiatu transferatur liber profeſſionum ad alium Conuentum Nouitiatus, & iſte Conuentus dicetur habere ſuum librum, & librum particularem prò profeſſionibus regiſtrandis. Nec alia ſunt magni momenti: non illud de incorporatione, quia cum ſit liber deputatus ad tale munus, debet potiùs eſſe liber non huius, vel illius Conuentus, ſed illius, in quo profeſſiones emittuntur, ſiue Conuentus Nouitiatus: nec illud de reclamatione, quia quando in tali caſu eſſet neceſſarius ipſe liber, poſſet vel tranſferri, vel per authenticum tranſumptum ſuppleri.

1102 Quoad ſupradictam autem formam hoc vnum notandum; ex eius ſcilicet tenore apparere, non omnia, quæ in Regula, & Conſtitutionibus continentur, cadere ſub voto, cum non voueat Religioſus ſeruare omnia, quæ ſunt in dictis Regula, & Conſtitutionibus, ſed Regularem vitam, quæ eſſentialiter conſiſtit in tribus votis, Obedientia, Paupertate, Caſtitate (*& in noſtra Religione*) humilitate, ſecundùm Regulam, & Conſtitutiones. Vnde eſt, quod non ampliùs obligetur Religioſus ad obſeruantiam contentorum in Regula, & Conſtitutionibus, quàm eo modo, quo ipſæ ſub mortali, vel ſub veniali obligant. D. Thom. *2.2. q.186. art.9.* Tamburin. *d. tom.3. diſp.4. q.4. n.2.* Lezan. *tom.1. part.1. cap.7. n.6.* Peyrin. *tom.1. de ſubdit. q.1. cap.5. verſ. noto primò.* Donat. *tom.3. tract.1. q.9. n.5. & q.11. n.1.* Bordon. *reſol.85. n.34.* & cum alijs Paſſerin. *de ſtat. tom.1. q.186. art.9. n.38.* Quod totum benè dignoſcitur ex verbis *ſecundùm Regulam, & Conſtitutiones* iuxtà aduertentiam S. Thomæ *ibid.* D. Antonini *3. p. ſumm. tit.16. cap.1. §.4.* & Roderic. *tom.3. q.10. art.1.* vbi, propter hoc *profiteri ſecundùm Regulam* cautiorem profeſſionis modum appellant.

DVBIVM X.

De PP. Excalceatorum paupertate in communi.

1103 DE hoc puncto aliqua dicta ſunt *quodlib.2. dub.13.* vbi Ordinem Eremitarum ex Conſtitutionibus Mendicantem oſtendimus; & *quodlib.5. dub.9.* vbi pariter actum de noſtræ Congregationis paupertate, quam conformem antiquis Ordinis conſuetudini, & Conſtitutionibus probauimus. Nunc aliqua alia addenda. Et primò: rigoroſum ſatis eſſe noſtrū paupertatis modum, vt obſeruat etiam Flauius Cherub. in *Compend. Bull. tom.3. ad Conſtit.111.*

Schol.

Schol. 1. vbi ex eo, quod Clemens VIII. *in ſua Conſtit. Paſtoralis officij*; de qua *num.* 580. prohibendo habitum noſtrum à quoquam alio geſtari, contrauenientium ſandalia, & habitum vſui noſtræ Congregationis applicauerit, dicit applicata ea fuiſſe vſui Congregationis, non verò ipſi Congregationi: *Vt quiſque intelligat hos Diſcalceatos nullam etiam in rebus eis neceſſarijs proprietatem, ſed ſimplicem vſum facti tantùm habere, vt diſtrictè in eorum Regulis, & Conſtitutionibus explicatur*. Quod verum eſt quoad Religioſos quoſcumque ſingillatim ſumptos, cum quoad collectionem, ſeu communitatem ex Conſtitutionibus non ſit vniuerſaliter verùm, vt videbimus; neque ex applicatione ſupradictorum vſui Congregationis infertur negatio proprietatis in communi, ſed ſolùm intellexit Summus Pontifex ea applicare Congregationi, vt de ipſis ad proprium vſum diſponeret: non verò quod per hoc haberet Congregatio ſolùm ſimplicem vſum facti.

1104 Rigoroſum porrò ſatis dixi, quia cum ex Tridentini priuilegio *cap. 3. ſeſſ. 25. de Regul.* Mendicantibus omnibus, quibus per Conſtitutiones erat prohibitum, aut ex priuilegio non erat conceſſum, bona immobilia poſſidere, conceſſum fuerit, vt ea deinceps poſſidere valeant, exceptis PP. Capucinis, & Minoribus de Obſeruantia, vt Sanchez in *præcept. lib. 6. cap. 18. n. 11.* Lezan. *tom. 1. part. 1. cap. 6. n. 5. & part. 2. cap. 19. n. 1.* Fagnan. ad *cap. In præſentia. de probat. n. 67.* & ſcribunt communiter DD. noſtra Congregatio huic priuilegio ceſsit. Anton. Cotonius *controuerſ. 6. cap. 1. n. 11.* dum in Conſtitutionibus à Sede Apoſtolica in forma ſpecifica confirmatis non ſolùm bonorum ſtabilium poſſeſſio, ſed etiam annui redditus non tantùm in particulari, verum & in cõmuni prohibentur. Quare paupertas hæc arctiſsima vocatur à Thom. a Ieſu in *cap. Non dicatis. 12. q. 1.* ſeu in *tract. de paupertate religioſa part. 5. cap. 1. §. hi ergò Ordines*. Sic itaque vniuerſaliter Conſtitutiones *part. 1. cap. 7. de paupertate*: cum hoc tamen, quod ſi in aliquo Conuentu inſtitutum hoc nequeat obſeruari, poſsit Capitulum generale cum tali Conuentu diſpenſare. *Paupertatem Euangelicam* (ſic *ibi n. 1.*) *deſiderantes, non ſolùm proprietatem ſingulorum fugiendam, ſed etiam in communi redditus annuos prohibemus. Quod ſi in aliquo Conuentu aliter Inſtitutum noſtrum obſeruari nequeat, & Conuentus Inſtituto maximè conueniat, Capitulum Congregationis, re prudenter expenſa, cum illo Conuentu diſpenſare poſsit, tribus è quatuor ſuffragiorum partibus concurrentibus.*

1105 Atque adeò noſtra Religio eſt ſpecialiter Mendicans ex Inſtituto iuxtà *cap. vnic. §. confirmatos. de Religioſis Domibus in 6.* vbi quod Mendicantes ſunt, quibus ad congruam ſuſtentationem redditus, aut poſseſſiones habere Regula, ſeu profeſſio quælibet interdicunt, ſed per quæſtum publicum tribuere victum ſolet incerta mendicitas: maximè cum Conſtitutiones iſtæ ſint à Sede Apoſtolica approbatæ, vt ad hunc effectum requirit Sanchez in *Decal. lib. 6. cap. 7. n. 114.* non obſtante tali facultate diſpenſandi cum particularibus Conuentibus, quia eius naturæ cenſenda eſt vniuerſitas, cuius eſt eius maior pars, cum maior pars trahat ad ſe totum; vnde Collegium in quo ſunt ſimul Clerici, & laici, ſi maior pars ſit laicorum, cenſetur laicale. *l. Quod maior. ff. de municipal.*, & tenet Bart. in *l. fin. n. 15. ff. de Colleg. illicit.* Abb. in *cap. Ex litteris n. 3. de Conſtit.* Et ita ex his, & alijs motiuis ſentit Fagnanus *ind. cap. In præſentia n. 95. 96. & 97.* de inſigni Societate Ieſu, quod ſcilicet ſit verè ex ſui natura Mendicans, non obſtante, quod Collegia redditus, & poſſeſsiones admittant; vt de ſua Religione tenet Antonius à Spiritu Sancto *tract. 3. diſp. 4. à n. 18. vſque ad 24.* etiamſi eorum Collegia redditus annuos, & cẽſus habere poſſint, dummodò non ſint in bonis immobilibus, nempè domibus agris vineis, & cæteris huiuſmodi. Et poteſt à ſimili probari; nam licet aliqui ex PP. Minoribus S. Franciſci poſſint habere annuos redditus prò neceſsitatibus infirmorum, vt tenet Ioan. de Anan. *conſ. 20. n. 3. verſ. circà tertium*, & dicetur infrà cum Roderic. nemo dixerit per hoc eorum Ordinem non eſſe Mendicantem ex Inſtituto: ità non deſinet eſſe talis noſtra Congregatio per hoc, quod poſſit cum aliquo Conuentu diſpenſare Capitulum modo ſupradicto, prout de eadem Societate Ieſu reſpectu poſſeſsionis quoad Collegia idem Fagnanus *ibid. num. 114. in fin.*

1106 Permittuntur tamen annuæ eleemoſinæ prò Miſſis, officijs, alijſque ſimilibus; quin & prò Miſſis quotidianis, vt in *d. cap. 7. n. 2.* ſic: *Pro Miſsis, alijſue functionibus pijs annuæ eleemoſinæ recipi poterunt, dummodò nec plures, quam illæ, quibus breui ſatisfieri poſsit; nec onus perpetuum prò eleemoſina, quæ citò conſumatur, recipiant*. Dixi pro officijs, alijſque ſimilibus: quia tam ipſa, quam alia, v.g. conciones, præces ſuffragia, expoſitio Sanctiſſimi, anniuerſaria, & cætera huiuſmodi, quæ iuxtà ritum Eccleſiæ celebrari, & perſolui ſolent apud Fideles, veniunt ſub appellatione functionum piarum; & pro his omnibus eleemoſinas annuas poſſe recipere permittitur à Conſtitutionibus.

1107 Videndum modò eſt, quid in communi habere, vel non habere, acquirere, ſeu non acquirere poſſint noſtri Conuentus vi ſupradictarum prohibitionum, & permiſſionum. Et in primis: poſſunt acquirere in communi omnes Conuentus bona immobilia, non vt ea poſſideant, nec perpetuò retineant, ſed vt vendãt, & pretium conferant in ſuas neceſſitates; tum quia commune eſt id omnibus Mendicantibus exceptis Minoribus de Obſeruantia, & Capuccinis, cum per ſe non repugnet hoc mendicitati, nec religioſæ paupertati, vt tenet Gloſs. in *cap. 1. ad verb. Domum. de Relig. domib. in 6.* ibi Barboſ. cum alijs *n. 6.* quem ſequitur Felin. in *d. cap. In præſentia n. 51.* & de communi teſtantur Hieronym. Gabr. *conſ. 28. n. 3. lib. 1.* Nauarr. *in comment. 2. de Regul. n. 50. verſ. ſi autem aliorum.* & Menoch. *conſ. 1014. nu. 14.* & ſecuta eſt Rot.

apud

Digitized by Google

apud Put.deciſ.279.lib.1. Azor.Inſtit.moral.tom.1.lib.12. cap.23. q.11. & in ſpecie poſſunt tali modo acquirere Domus profeſſæ Societatis Ieſu, & ſi nequeant illa retinere,vt cum Menoch. d.conſ.1014.n.28.Mandoſ.de priuil.ad inſtar.§.11. n.12.Iul.Nigron.in cõment.Regul.dictæ Societat. part.3.n.7.Barboſ.in collect.ad Concil.Triden.ſeſſ. 25.cap. 3.de Regul.n.10. tum quia ſic à noſtris ſtatutis permittitur d.cap.7.n.3. vbi. *Si aliquod bonum ſtabile alicui Conuentui donetur,ex quo annui redditus, colligendi ſint, ante omnem eius poſſeſsionẽ V. Generalis de conſenſu Definitorum illud vendat iuxtà noſtræ paupertatis inſtitutum,& in vſus neceſſarios illius Conuentus, ſi indigeat,aut aliorum ipſo non indigente conuertat,& Conuentui, cum quo Capitulum generale diſpenſauerit, applicet.*

1108 Quæ verba debent intelligi non ſolùm de bonis ſtabilibus, quæ donantur donatione, quæ dicitur inter viuos: ſed etiam de ijs, quæ donari poſsũt donatione,quæ fit cauſa mortis, cum hæc quoque ſit donatio;& inſuper de bõnis ſtabilibus titulo legati relictis, cum etiam quod legatur, donũ ſit, ſeu donatio à defuncto relicta ab hærede præſtanda.§.legatum. Inſtit. de legat.& l.Regia.1.tit.9.part.6.Syluester in ſumm. verb.legatum.1.n.1.Lezan.tom.2. verb.legata Regular.n.2. Nec Conſtitutio diſtinguit de donatione vnò,vel altero modo tãtùm, ſed loquitur de bonis donatis indefinitè; adeòque de quocumque modo donatis, cum indefinita æquiualeat vniuerſali; & ſic bona ſtabilia ex legato relicta poteſt recipere noſtra Congregatio ad effectum tamen vendendi,& applicandi pretiũ, vt ſuprà,vel etiam applicandi eadem bona alteri Conuentui capaci. Et quando hoc non haberetur ex verbis Conſtitutionum, ſuaderi poſſet à pari non ſolùm de Domibus Profeſſis Societatis Ieſu,& Conuentibus PP.Carmelitarum Diſcalceatorum,ſed etiam de ipſis Minoribus, quibus omnibus competit capacitas acquirendi bona ſtabilia ex legato ad effectum tamen vendendi,& vtendi in neceſſarijs pretio, vt de primis Sanchez in Decal.lib.7.cap.7.n.15.de ſecundis Antonius à Spiritu Sancto tract.3.diſp.4.num. 40.& de tertijs Portell.in Dub.Regul.verb.hæreditas.n.4.& cum Bart.in tract.Minoritar.lib.1.diſt. 2.cap.2.n.16.& ſeq.Fagnan.loc.ſup.n.53. & in cap.Nimis praua.de exceſſ.Prælat.n.32.& ſi illis ex ſtatutis, vel renuntiatione fauoris Tridentini, & iſtis ſtabilia poſſidere interdicatur;quamuis quoad Minores admittatur concluſio cum aliquibus limitationibus. Suaderi,inquàm,poſſet ſimilium bonorum ſtabilium ex titulo legati, & nos modo quo ſuprà capaces eſse, cum talibus legatis non repugnet ex dictis incapacitas poſſidendi immobilia.

1109 Et non ſolùm acquirere poteſt Congregatio titulo legati bona immobilia; ſed etiã iure hæreditario, ſiue ex inſtitutione, ſiue ex ſucceſſione ad effectum ſemper ea vendendi,vel applicandi, vt dictum eſt: immobilia, ſcilicet, quia de mobilibus nulla eſt difficultas. Et ſatis conſtat poſſe non ſolum Monaſteria, ſed etiam Religioſos, exceptis Capuccinis, & Minoribus de Obſeruantia hæredes inſtitui, non vt ſibi, ſed vt acquirant Monaſterio. Et probatur ex l.fin. §. hoc etiam C.de Epiſc.& Cleric. vbi decernitur,quoslibet Religioſos eſſe ſucceſſionis capaces; ac proinde ſuccedere poſſunt ex Teſtamento,& ab Inteſtato parentibus;& cõſequenter capaces ſunt etiam cuiuſcumque ſucceſſionis hæreditariæ,ſi hęredes inſtituantur;ſi namque voto paupertatis repugnaret inſtitutio, repugnaret etiam ſucceſſio paterna cum ſit eadem ratio,quæ tamen non repugnat. Sed clarè habetur in l.regia.2.tit.3.p.6.vbi deciſum,Religioſum poſſe hæredem inſtitui; & docet cum Guid.Pap.deciſ.327.& Nicol.de Vbald.in tract. ſucceſſ.ab inteſt.Clericor.n.5. Fagnan.in d.cap.In præſentia n.65.fin., tenentque Roderic. tom.2.q. 77.art.1.Lezan.tom.1.part.1.cap.6.nu.45. Pellizar.tract.4.cap.2.n.35., & communiter DD. ità quod Iulius Clarus lib.3.recept.§.Teſtam.q.29. fin.dicat, de hoc neminem dubitare. Et quod item poſſint ſuccedere Monaſteria ab inteſtato oſtendit Thomas à Ieſu loc.ſup.d.p.5.cap.2.§.ſecunda concluſio. & Antonius à Spiritu Sancto tract.3.diſp.4.n.27.Quod totum intelligendum eſt,niſi obſtent ſtatuta particularia Religionũ, vt obſeruant A Spiritu Sancto ibid. & pluries eodem cap.2.idem Thomas à Ieſu: qua de cauſa,non obſtante incapacitate poſſidendi immobilia, poſſunt tum Domus Profeſſæ Societatis Ieſu inſtitui hæredes immobilium, modo tamen iam dicto,vt tradunt Sanchez ibid.cap.27. n.15.Lezan.tom.1.cap.19.nu.44. Ricciul. de iur. perſonar.lib.8.cap.4.n.22.23.26.& ſeq.& Fagnanus in d.cap.In præſentia n.66. ex deciſione Rot. coràm Burat. deciſ.245.& ex pluribus probat Antonius. Roſſ. Societ. Ieſu apud Caponum diſcept.forenſ.163.allegat.2.per tot. tum Conuentus PP.Carmelitarum Diſcalceatorũ, vt ijdem Thomas à Ieſu ibid. §.ſecundi verò generis, & A Spiritu Sancto eod.loc.n.32. eo quia ab eorum Cõſtitutionibus non id prohibeatur,proùt Sanchez,& Thomas ibid.Quod dicendum & de noſtra Congregatione, cũ per Conſtitutiones neutrum prohibeatur; licet enim per eas proſcribantur redditus annui,non prohibetur per hoc ſucceſſio in hæreditates, ad effectum vt ſuprà, quia cum ſtatuta cum huiuſmodi prohibitionibus ſint ſtricti iuris, non debent vltrà præciſam eorum prohibitionem, quæ eſt retinendi immobilia fructifera,extendi ad hæreditatem, quæ aliàs, modo tamen quo ſuprà, à iure conceſſa eſt. Thomas à Ieſu ibid.§.ſecunda concluſio. vltrà med. cum poſſint,ſi ſint immobilia, vendi: quin potius in adductis verbis Cõſtitutionum: *Si aliquod bonum ſtabile alicui Conuentui donetur*, videtur hæc capacitas quoad hæreditates includi, cum admitti ad hæreditatem ſit potiſſima donatio.

1110 Quod totum tamen quoad effectum vendendi immobilia,ſiue ex donatione, ſiue ex legato,ſiue ex ſucceſſione prouenientia, intelligendum eſt de ſtabilibus,ex quibus annui redditus colligendi ſint; vnde ſi donetur domus v.g. prò ampliando Conuentu, vel Eccleſia,

ſanè

ſanè vendenda non erit, & licebit eam retinere, ſiue vti, vt de Minoribus Cordub. in *Regul. S.Franciſci cap.6.q.11.punct.2.dub.1.ad fin.* quem ſequitur Sanchez *ibid. cap.26.nu.22.* Sicuti nec vendenda, ſi opportuna vel valdè conueniens ad habitationem, vt de Domibus Profeſſis Societatis Ieſu Ricciul. *loc. ſup.* (licet ex hæreditate eis proueniat) vel ad recreationem, vt idem Sanchez *cap.27.d.n.15.* & à fortiori, ſi relicta prò hoſpitio, quia diſpoſitio Conſtitutionum de vendendis bonis ſtabilibus afficit ea, ex quibus *annui redditus colligendi ſint*, quod nō verificatur quoad ſupradicta.

1111 Excipiuntur etiam viridaria, & horti, vineæ, & ſyluæ intrà clauſuram tamen Cōuentuum contentæ; hæc enim omnia ſupponuntur à Conſtitutionibus *part. 1. cap.10. nu. 5.* dum ordinant, quod Fratres *de licentia Prioris poſſint conſolationis, vel deuotionis gratia ad aliqua loca viridarij, horti, vineæ, ſyluæ, & ſimilia, intrà clauſuram tamen contenta pergere*. Ex quibus omnibus colligi poſſunt olera ad victum neceſſaria, ſicuti & vuæ ad edendum, vt in communi de Mendicantibus Azor. *tom.1.Inſtit.moral.lib.12. cap.23. q.12.* & de Minoribus in *Clement.Exiui.§.licet verè de verbor.ſignific.* Cordub. *in d. Regul. cap.6.q.10. punct. 2. & 4.* & Cyrillus Rubeus *de morient. eleemoſin.art.1.§.6.* & de Domibus Profeſſis Sanchez *d.cap.27.n.3.*

1112 An autem ſtante probibitione annuorum reddituum poſſint ex his viridarijs, hortis, ſyluis, vineis &c. fructus colligi, v. g. vinū ad bibendum, & ſimilia, poſſet quis dubitare, cum buiuſmodi fructus appropinquent redditibus. Sed cum permittantur buiuſmodi vineæ intrà clauſuram nulla facta prohibitione reſpectu vini, videtur poſſe ſimiles fructus colligi; maximè attenta conſuetudine, quæ & eſt interpretatiua legis, & potens eſt inducere licitum vſum quoad hoc, eo modo quo ex conſuetudine induci poteſt poſſeſſio immobilium reſpectu eorum Mendicantium, quibus ex Cōſtitutionibus id prohibetur, vt cum Abb. *conſ. 27. fin. vol.1.* Ancbaran. *conſ.56.n.6.& 7.* Azor. *d.lib.12.cap.23. q.8.* docet Sanchez *ibid. cap. 25. n.16.* Pellizzar. *eod.cap.2. nu.68.* vbi cum Caſtro Palao *tract.3.diſp.3.punct.4.§.2.n.1.ex cap.vlt. de conſuetud.* commune dicit inter DD.

1113 Quando ergò contingit acquiri aliquod ſtabile ex donatione, ſiue ex legato, ſiue hæreditate, ſi non adſit diſpenſatio, ſeu non applicetur Conuentui, cum quo fuerit diſpenſatum, procul dubio vendi debet à P. V. Generali cum Definitorum conſenſu: quarè teneo id fieri nō poſſe à Prouinciali, cum Definitorum conſenſus requiratur; poſſe tamen ab eodem P. V. G. habito Definitorum conſenſu committi, & vel Prouincialem, vel Priorem aliquem delegari, eò magis cum quandoque ob diſtantiam nequeat id à Supremo Prælato præſtari. Quin & vendi ante omnem poſſeſſionem: hoc eſt, antequàm per actus poſſeſſorios incorporetur; ad hoc enim vt vendi poſſit, ſufficit, quod ſit ſub dominio Religionis, & Conuentuum; quod dominium ſtatim acquirunt non ſolùm ſuper legata. Cyrillus Rubeus *loc.ſup.art.1.§.16.n.19.& §.17.n.3.* ſed etiam ſuper omnia bona, in quibus ſuccedunt, ſiue ex Teſtamento, ſiue ex donatione, non vt illa retineant, ſed vt vendant: quandoquidem non repugnat habere incapacitatem annuorum reddituum in communi, & capacitatem dominij in eadem Religione ad effectum tamen vendendi, vt notauit Pellizzarius *tract.4.cap.2. n.56.& 59.* quem ſequitur Antonius à Spiritu Sancto *ibid.n.62.* & tenet Sanchez *d.cap.27.n.19.* vbi, quod ideò Domus Profeſſæ habent ius ciuile ad ea repetenda; quod idem dicendum de alijs Religionibus etiam, bona immobilia poſſidere non valentibus, dummodò non aduerſentur Conſtitutiones. Et ſic vigore talis dominij poteſt à P.V.Generali vendi, & quando tale dominium non ſufficeret, eo modo quo, quando relinquitur aliquod ſtabile Minoribus, qui non ſunt capaces dominij, poteſt Epiſcopus, vel Iudex ſæcularis ex officio vendere (ſi in mora fuerit hæres, vel executor) vt habet Bartolus *in tract.Minorit.lib.2.diſt. 4. cap. 3.* poterit id & præſtare P.V.Generalis, cum ſit ad id à Sede Apoſtolica, ſeu per Conſtitutiones Apoſtolicas deputatus.

1114 Non eſt tamen neceſſe, quod ſtatim vendatur, ſed poterit expectari opportunitas temporis, ne vili pretio vendatur. Azor. *d. lib. 12.cap.23.q.11.* Sanchez *eod.cap.27.nu.17.* qui *n. 22. & 23.* ſubdit, poſſe interim locari, ſicut & domum relictam prò habitatione, ſi non adſit opportunitas illam optandi, dummodò ad modicum tempus fiat, ſcilicet infrà decenniū; quod cū Palao, & Pellizzar tenet, & Antonius à Spiritu Sancto *ibid.n.66.* quia quoad hoc militat eadem ratio de redditibus annuis, de quibus infrà: quo tempore elapſo, ſi emptores non inueniantur, debet dimitti, vel dari in eleemoſinam, cum ad illud retinendum ſupponatur incapacitas. idem Sanchez *ibid.cap.26.n.32. & cap.27.n.17.*

1115 Porrò in hac venditione non exigitur ſolemnitas à iure petita ad rerum Eccleſiaſticarum alienationem, eo modo quo non requiritur, vt babent Lapus *allegat.25.n.4.nou. edit.* & Rebuf. *de alienat.rer. Eccleſ.à nu. 29.* quandò ingrediens Religionem iuſſit in ſuo Teſtamento aliqua ſua ſtabilia vendi; nam & in noſtro caſu diſpoſitum eſt à lege, quod vendatur, & ex neceſſitate legis venditur, & cum Bald. Decio, & alijs Sanchez eiſdem *cap.26.n.30.* & *cap.27.n. 17.* A S.Fauſto in *Theſaur lib.8.q.50.* Pellizzar *d. cap.2.n.50.* Bordon. *reſol.27.n.43.* Barboſ. *de offic. et poteſt.Epiſc.allegat.95.n.59.* Donat. *tom.1.part. 2. tract. 14. q. 63.* & in terminis Fagnanus in *cap.Nulli.de reb.Eccleſ.non alien.n.27. & 28.* Paſſerin. *tom.1.de ſtatib.q.185.art.7.n.324.*

DVBIVM XI.

De quibus intelligenda annuorum reddituum probibitio.

1116 ANnuos redditus nobis vetitos vidimus *dub. præced.* Quid autem eorũ nomine veniat, inquirendum. Et dico venire redditus prò ſingulis annis. Barboſ. de *appellat. verb. iur. appell.* 231. *n.* 5. Tiraquell. *de retract. lign.* §. 1 *gloſſ.* 6. *n.* 1. Iul. Capon. *tom.* 2. *diſcept.* 125. *nu.* 20. ſeu redditus perpetuos, quia relictum, ſeu legatum factum Monaſterio ad tempus non venit nomine reddituum. Tuſch. *pract. cõcl. tom.* 6. *litt. R. concl.* 66. *nu.* 3. vel ſaltem redditus annuos ad longum tempus. Vnde PP. Minores, qui incapaces ſunt reddituũ annuorum, ſicut & Domus Profeſſæ Societatis Ieſu, capaces ſunt legati annui ad modicum tempus, vt de illis Sylueſt. *verb. legatum.* 2. *q.* 3. *dict.* 1. Tabien. *verb. eod. Legatum.* 1. *q.* 4. *n.* 5. Cordub. *vtſup. cap.* 6. *q.* 11. *punct.* 3. Sorbus in *compend. priuil. Mendic. verb. legata. in annotat. verſ. ſi verò aliquod annuum non perpetuum*. Emanuel Sà in *Summ. verb. Religio. num.* 57. & de Domibus Profeſſis Societatis Ieſu Sanchez *d. cap.* 27. *n.* 6. ſeu infrà decenniũ, quod ex communi ſententia modicum tempus eſt; ſicuti longum tempus decẽnium, & vltrà, vt ex multis allegatis idem Sanchez *cap.* 26. *num.* 39. Diana *eod. tom.* 7. *tract.* 1. *reſol.* 233. *n.* 3. Ioan. Anton. Nouarius in *Summ. Bull. comment.* 110. *nu.* 11. *tom.* 2. & ratio eſt, quia moraliter cenſetur legatum vnius eleemoſinæ ſoluendæ eo tẽpore ſucceſſiuè: quo non tollitur mendicitas. Lezan. *tom.* 2. *verb. legata Regul. n.* 6. A Spiritu S. *ibid. n.* 50. Sanchez. *eod. cap.* 26. *n.* 36., qui *num.* 40. ſubdit, quod licet incapaces ſint prædicti Minores legatorum perpetuorum, qui veri redditus annui ſunt, capaces ſunt legati ad vitam alicuius Fratris Minoris relicti, quia tale legatum neque dici poteſt perpetuum, neque ad longum tempus; non primum, quia & ſi perpetuum ſit reſpectu illius Fratris, cui relinquitur, non eſt perpetuum ſimpliciter; cum hæc perpetuitas ſimpliciter attendenda ſit reſpectu Religionis, cui immediatè tale legatum acquiritur, reſpectu cuius annui redditus dici non poſſunt perpetui, niſi ad centum annos ſint, cũ tempus centum annorum attendatur in relictis Eccleſiæ, aut Ciuitati *l. fin. C. de Sacroſ. Eccleſ.* Neque ſecundum, quia, cum nihil certius morte, & incertius hora, legatum poteſt quotidiè extingui; & ità nõ dicetur fieri ad longum tempus; quam ſententiam dicit eſſe etiam Federic. *conſ.* 12. Anton. *cap. In præſentia. de probat.* Abb. *conſ.* 66. *lib.* 2. & tenet Thomas à Ieſu *p.* 5. *cap.* 3. §. *Sed an fieri poſſit.* Diana *ibid. nu.* 5. Quod idem dicendum quoad præfatam prohibitionem in noſtra Congregatione.

1117 Non item veniunt ſub prohibitione reddituum annuorum redditus perpetui deputati non ad victum, & veſtitum, ſed ad certum diuini cultus vſum, vt ad frumentum, vel vinum neceſſaria materiæ conſecrationis, oleũ prò lampadibus, ornamenta altarium, calices &c. cum quoad hæc nec prohibiti cenſeantur PP. Minoribus; quia per huiuſmodi redditus non releuatur Fratrum mendicitas, quæ reſtringitur ad alimenta, & veſtes; Sed ſolùm cultus diuinus promouetur, vt tenent Federic. de Sen. *conſ.* 12. *num.* 4. & cum Nauarr. Cordub. Roderic. & alijs Sanchez *eod. cap.* 26. *n.* 42. Portell. *in dub. Regul. verb. hæreditas. n.* 5. & *verb. legatum n.* 3 Diana *eod. tract.* 1. *reſol.* 233. *nu.* 2. Lezan. *t.* 2. *d. verb. legat. nu.* 6. Pellizzar. *cit. cap.* 2. *n.* 61. & 103. Fagnan. *in d. cap. In præſentia. n.* 60. vbi affert Rot. *deciſ.* 365. *num.* 9. *part.* 5. *diuerſ.* & deciſum à Sac. Congreg. dicit. *n.* 52. *in cap. Nimis praua. de exceſſ. Prælat.* & reſoluit eadem Rot. coram Merlino in *vna Romana computorum. de* 1630. relata à Tamburino de *iur. Abb. tom.* 3. *diſp.* 11. *q.* 1. & eſt in impreſſis coram d. Merlin. *deciſ.* 456. *n.* 72. Valet enim argumentum quoad hæc à Religione Minorum ad noſtram; ſi enim illi, quibus non licet *redditus quoſcumque recipere*, vt ex *Clemen. Exiui.* §. *cumque annui redditus*, capaces ſunt ſupradictorum annuorum reddituum, capaces erunt, & noſtri quibus ſolùm annuos redditus abſque dictione illa *quoſcumque* prohibent Conſtitutiones. Qua ratione neque intelliguntur venire, & includi in hac noſtra prohibitione redditus annui prò libris, & reliquis ſtudio neceſſarijs coemendis, cum nec includantur in ea PP. Minorum, qui talium *reddituum* capaces ſunt, vt cum Abb. *conſ.* 63. *n.* 2. & Anton. Cuch. *lib.* 3. *Inſtit. maior. tit.* 1. *num.* 39. idem Sanchez *ibid. n.* 46. Fagnan. in *d. cap. Nimis parua. n.* 25. Diana *d. n.* 2. Nouarr. *eod. comment.* 110. *n.* 13. & cum Pellizzar, atque Palao Antonius à Spiritu Sancto *ibid. n.* 56. quia & hi non officiunt mendicitati, quæ in eo conſtit, quod quotidiè mendicentur alimenta, quorum nomine ſola veniunt corpori neceſſaria, vt eſus, potus, habitatio, veſtes, ligna, vt apud Barboſ. *de appellat. verb. iur. appell.* 15.

1118 Nec etiam veniunt ſub tali prohibitione redditus illi annui, qui proueniunt ex legatis, in quibus non iam Monaſterijs, ſiue Religioſis aliquid legatur in perpetuum, ſed quibus grauatur hæres ad aliquam eleemoſinam quotannis præſtandam; nam etiam ſtante dicta prohibitione poſſunt Conuẽtus recipere talem eleemoſinam, cum non recipiatur ratione iuris alicuius, quod habeat ad illam Monaſterium, ſed ex ſolutione eius, qui obligatus eſt, & tenetur Teſtatori, eo modo quo ſi quis voueret dare Conuentui PP. Capuccinorum quotannis certam eleemoſinã, abſque dubio poſsũt illam recipere, etſi nequeant redditus annuos poſſidere. Ità Sanchez *cap.* 27. *n.* 9. & Anton. à Spiritu Sancto *ibid. n.* 54. citatis Roderic. & alijs.

1119 Difficultas modo eſt: an in prohibitione reddituum annuorum comprehendãtur, & redditus annui, qui ſint prò Miſſis celebrandĩs v. g. prò anniuerſarijs, & Miſſis quotidianis, & perpetuis. Qua ſuper re quidam I. C. ſi non ità ſenſit, ſaltem ſcripſit comprehendi, & eorum

nos incapaces eſſe, cum à noſtro ſtatuto probibeantur redditus annui; nam eleemoſinæ prò huiuſmodi Miſſis quotidianis, vel anniuerſarijs perpetuis redditus annui ſunt: quapropter declarauit Rot. *coram Merlin. d. deciſ. 456. nu. 15. & ſeq.* & S. Congregatio deputata apud Pagnanũ in *d. cap. Nimis praua. n. 49. & 53.* & tenent alij quamplures, PP. Minores de Obſeruantia, & Capucinos eſſe talium redditaum annuorum licet pro Miſſis, & anniuerſarijs, incapaces.

1120 Verùm non comprehendi dicendum eſt. Primò, quia prædicta annuorũ reddituum prohibitio, de qua noſtræ Conſtitutiones, intelligenda eſt de redditibus, qui ſint puri redditus annui, liberi & gratuiti, non verò qui ſint eleemoſinæ, & ſtipendia prò Miſſis; & ſuadetur ex eiſdem Conſtit. *ibi n. 3.* vbi: *Si aliquod bonum ſtabile alicui Conuentui donetur, ex quo fructus annui colligendi ſint, Vicarius Generalis de conſenſu Definitorij vendat*; ex quibus verbis deſumitur intelligentia reddituum annuorum prohibitorum, quod nempè ſint, qui ſunt puri redditus annui; dum enim hic prohibentur redditus annui, qui ſint ex donatione, vtique prohibentur redditus annui, qui ſint tales, puri, liberi, & gratuiti non verò, qui cum onere Miſſarum; cum enim in his ſit imbibita, vt dicemus, ratio ſtipendij, non poteſt in ipſis conſiderari donatio, ſub cuius appellatione ea venit propriè, quæ fit ex liberalitate, non verò quæ fit ex cauſa. Hieronym. Gabr. *conſ. 3. nu. 3. lib. 1.* Put. *deciſ. 323. nu. 3. lib. 1.* Sim. de Pretis *de interpret. vltim. volunt. lib. 2. fol. 109. n. 1.* Cyrillus Rubeus *d. art. 1. §. 9. num. 2.* vbi *n. 3.* quod ſi detur prò eleemoſina, iam donatio non eſt; & ſic cum manifeſtè dignoſcatur vendẽda eſſe ſtabilia donata, ex quibus annui redditus colligendi ſint, ex hoc ſtatuto dignoſcitur pariter quinam redditus annui veniant in ea prohibitione ſub *n. 1.* *Sed etiã in communi redditus annuos prohibemus*, nempè qui ſint puri, & liberi, ſimplices, & gratuiti redditus annui; cũ vnum ſtatutum declaretur per aliud. Secundò quia in eiſdem Conſtit. *ibid. n. 2.* expreſsè habetur *Prò Miſſis, alijſue functionibus pijs annuæ eleemoſinæ recipi poterunt; nec onus perpetuum prò Miſſa, quæ citò conſumatur, recipiant*; ergò ſi prò Miſſis annuæ eleemoſinæ recipi poſſunt, redditus annui, qui prohibentur, ſub *n. 1.* ſunt puri redditus annui, nõ verò qui ſtipẽdia ſunt prò Miſſis, officijs &c.

1121 Nec valet reſponſio præfati I.C. quod ſermo ſit hic de Miſſis, quæ in dies per annum celebrantur, & de eleemoſinis, quæ prò eiſdem per annum pariter, ſeu infrà annum erogantur, non verò de eleemoſinis, quæ ſint redditus annui prò Miſſis, & anniuerſarijs in perpetuum. Non valet, inquàm, tum quia annuum dicitur, quod fit ſingulis annis, & non per dies infrà annum; qua ratione diſtributiones quotidianæ, ſeu quæ per annum fiunt, non veniunt nomine annuorum reddituum, per Barboſ. *de appellat. verb. iur. appell. 231. n. 5.* Iul. Capon. *d. diſcept. 125. n. 20. & 21.* tum quia tales eleemoſinæ prò Miſſis per annum ſunt propriè manuales, & quotidianæ, vt benè diſtinguit Em. Laurea in *Epit. Canon. verb. Miſſarum onera*, ex Decret. S. Congregationis Concilij *de celebrat. Miſſar. §. 8.* & eiuſdẽ reſponſ. *ad quæſit. 11. & 15.* tum quia, ſi tale ſtatutum intelligendum eſſet de eleemoſinis quotidianis prò Miſſis infrà annum, ſuperfluè appoſita fuiſſent verba *annuæ eleemoſinæ*; cum ſatis fuiſſet dicere *prò Miſſis, alijſue functionibus pijs eleemoſinæ recipi poterunt*; quin dici debuiſſet *prò Miſſis, alijſue functionibus pijs eleemoſinæ, quæ in dies erogantur, recipi poterunt*, quando intendiſſet legiſlator excludere annuas eleemoſinas, quæ eſſent prò ſingulis annis.

Sed remouetur omnis difficultas ex verbis illis: *Nec onus perpetuum prò eleemoſina, quæ citò conſumatur, recipiant*; eo enim ipſo quod prohibetur recipi onus perpetuum prò eleemoſina, quæ citò conſumatur, ſupponitur, ſiue conceditur poſſe recipi onus tale prò eleemoſina, quę non ità conſumatur, cum ex vulgato iure exceptio firmet regulam; ergò poſſunt recipi ſimpliciter eleemoſinæ prò Miſſis perpetuis; adeòque eleemoſinæ correſpondentes oneri; & ſic annui redditus prò Miſſis perpetuis.

1122 Confirmatur primò quia, decreta de celebratione Miſſarum iuſſu Vrbani VIII. à S. Congregatione Concilij ſub *die 12. Iunij* 1625. edita, etſi per triginta & amplius annos hac Excalceatorũ Congregatione poſteriora; non eam comprehenderunt inter Religiones, quæ onera perpetua Miſſarum recipere non cõſueuerunt, vt ad *q. 19.* actum eſt de Capuccinis & Societate Ieſu: quo benè dignoſcitur ſupponi ea ab Excalceatis poſſe acceptari. Secundò: ex conſuetudine recipiendi tales eleemoſinas prò anniuerſarijs, & Miſſis perpetuis, quæ ſemper viguit in Congregatione; vnde adhuc magis conſtat in prohibitione redituum annuorum venire ſolos, ſimplices, & liberos, non verò eos, qui ſint prò Miſſarũ ſtipendijs; conſuetudo enim eſt optima legis intrepres. *cap. Cum dilectus. de conſuetud. & cap. Certificari. de ſepultur.* & latè Paſſerin. *in cap. Conſuetudinem. t. de Conſuetud. q. 1. art. 10. à n. 244.*

1123 Ad rationem ergò in contrarium reſpondetur verum eſſe, nomine reddituũ annuorum venire poſſe eleemoſinas annuas prò Miſſis perpetuis: ſed non propterea ſequi, eas nobis eſſe prohibitas in prohibitione reddituum annuorum; quia ex dictis conſtat, prohibitionem hanc intelligendam eſſe de redditibus annuis puris, liberis, & gratuitis; tum quia prohibitiones ſtrictè ſunt interpretandæ, ſeu reſtringẽdæ, tum quia ſub *num. 2.* expreſsè permittuntur & annuæ eleemoſinæ prò Miſſis, & onera perpetua; quo fit, quod prohibitio illa intelligenda ſit de alijs redditibus præter expreſſos.

1124 Nec argumentum valet à Religione PP. Minorum ad noſtram; quia omiſſo, quod ipſi ſint incapaces legati annui cum onere Miſſarum, cum non deſint, qui eos capaces dicant, eo quia huiuſmodi non ſunt propriè legata, ſed Miſſarum ſtipendia, vt Antonius Cuchus *lib. 3. Inſtit. maior. tit. 1. n. 36.* ex Palludan. *in epiſt. ad Magiſtrum. Ordinis Prædicatorum*. Syluester in *ſumm. verb. legatum. 2. q. 3. n. 4.* Angelus *verb. eod.*

1.*n.*5. Tabien.*eod.verb.*1.*q.*4.*n.*5. D. Antoninus 3.*p.tit.*18.*cap.*1.§.12. Cordub. in *Regul. q.*16.*&* 17. Roderic.*tom.*2.*q.*126.*art.*4. Ribadeynera *de inſtit.Societ.Ieſ. cap.* 23. *pag.* 191. Thomas à Ieſu *loc.ſup.part.*5.*cap.*3.*verſ.poſſunt prætereà.* Texeda *in Theol.moral.tom.*1.*l.*2 .*tr.*2. *dub.*4. *controu.* 17. *n.*21.cum Mantica *de coniectur.vltim.volunt. lib.* 8.*tit.*6. Bonacin.*de contract.diſp.*3. *q.vlt. punct.* 3. *n.*8. Pellizzar.*tract.*4.*cap.*2.*n.*43.*&* 44. Diana *eod tract.*1 *reſol.*234.*n.*1. A Spiritu Sancto *d.diſp.*4.*n.* 42.*&* 43. Cyrillus Rubeus *cit.art.*1.§.23.*n.*25.*&* *à pag.* 548. (quamuis limitet præciſa actione procedendi iuridicè) ex quo capite etiam ruit argumentum,& illatio contrà noſtram concluſionem. Hoc inquam,omiſſo: non valet conſequentia ab illa Religione ad noſtram,quia modus paupertatis vnius Religionis non eſt menſurandus à modo paupertatis alterius, cum ſit diuerſus in Religionibus. Iul. Capon. *ibid. diſcept.*116.*n.*34.& Anton. Roſſ. apud eumd. *diſcept.*163.*verſ.reſpondetur ex Ricciul.*niſi vbi adſit maior ratio iuxtà illationem, quam feci ſuprà *n.*1117.à capacitate PP. Minorum quoad redditus annuos prò Sacriſtia,non obſtante prohibitione quorumcumq; annuorum redditnum ad capacitatem noſtræ Congregationis, in qua non reperitur talis prohibitio cum eo termino ſic amplo,qui omnes redditus amplectitur: Sed attendendus eſt modus paupertatis Religionũ à proprijs earumdem Conſtitutinnibus,vt aduertunt Thomas à Ieſu *ibid.cap.*1.§.*hi ergò Ordines.verſ.in his igitur Religionibus & cap.*3.§.*ſed dubium eſt in fin.* & Antonius à Spiritu Sancto *ibid. n.*67. maximè cum paupertas, quam nos profitemur,differat ab ea PP.Minorum, cum vi noſtrarum Conſtitutionum poſſit diſpenſari cum Conuentibus particularibus à noſtro Capitulo generali ſuper poſſeſſione ſtabilium;quod non militat quoad illos;& ſic à diuerſis non eſt faciẽda illatio,& ab æquiparatis non tenet argumentũ, niſi quando æquiparatio eſt in puncto æquiparato, vt in ſimili Ricciullus. *de iur. perſonar. lib.*8.*cap.*9. *n.*24. adeòque poterunt nobis eſſe prohibiti annui redditus,qui ſint ſimplices redditus, non verò qui ſint prò ſtipendijs Miſſarum,licet illis ſint vtrique prohibiti: prout ex cõſimili in *cit. n.*1117. prohibitione aliquorum reddituum, & non aliorum;& ità deciſum fuit à S. Congregatione in reſponſ. ad ſequentes preces prout ex authentico tranſumpto.

1125 *EEm. & RR. DD. Prior, & Capitulares Auguſtiniani Excalceati Conuentus S. Angeli Cuſtodis Ciuitatis Aſculan. EE. VV. humiliter exponunt, qualiter Boetius qu. Petri Petronij ſuo vltimo teſtamento ipſis Oratoribus quingenta ſcuta legauit, inueſtienda tamen ad effectum percipiendi fructus, & cum onere celebrandi tres miſſas ſingulis hebdomadis in perpetuum. At quia Franciſcus Petronius præfati Teſtatoris filius ſoluere recuſat eo prætextu, quod incapaces ſimus ſimilium legatorum: quod tamen verum non eſt, tum propter conſuetudinem ea acceptandi, tum propter ſpecialem conceſſionem noſtrarum Apoſtolicarum Conſtitutionum. p.* 1. *cap.*7. *de paupertate* §.2. *per hæc præciſa verba.* Pro Miſſis alijſue functionibus pijs annuæ eleemoſinæ recipi poterunt: dummodò nec plures quam illæ,quibus breui ſatisfieri poſſit, nec onus perpetuum pro eleemoſina, quæ citò conſummatur, recipiant. *Supplicant Oratores humiliter EE. VV. quatenus dignentur talis legati eos capaces declarare &c.*

S. Congregatio EE. S. R. E. Cardinalium negotijs, & conſultationibus Epiſcopor. & Regul. præpoſita; Veris exiſtentibus narratis, cenſuit Oratores poſſe ſimilia legata retinere. Romæ. 17. Iulij. 1676.

F. Card. Carpineus.

Loc. ✠. Sigill.

B. Panciaticus Secr.

DVBIVM XII.

De Excalceatorum paupertate in particulari, vbi de pecuniarum tactu.

1126 QVoad hoc eſſentialiora tantum promamus. Nequeunt ergò noſtri Religioſi habere annuos redditus, aut peculium vllum, cum hoc expreſsè prohibeatur à Conſtitutione; adeòque non ſolum ſi quid alicui Religioſo legetur, monaſterio acquiritur, & ſub abſoluta Prælati diſpoſitione ſubijcitur: ſed etiam quidquid acquirunt ſiue ratinne Concionum, ſiue Sacrificiorum, ſiue eleemoſinarum, ſiue quocumque alio titulo debet in communibus officinis reponi, vt indifferenter iuxtà cuiuslibet indigentiam diſtribuatur, etiamſi eſſet v. g. veſtis aliqua, ſiuè habitus particularitèr à parentibus donatus ex Conſtit. *part.*1. *cap.*12. *n.*10. *&* 19. vno verbo: nullius rei etiam minimæ dominiũ, vſum, vel vſufructum ſibi applicare poſſunt, niſi de licentia Superioris, Conſtit. *part.*4. *cap.*12. *n.*2. Quarè *in virtute Spiritus Sancti, & S. Obedientiæ* ibi præcipitur, *vt quilibet intrà* 24. *horarum ſpatiũ quidquid acceperit quouis modo donatum* (quod tamen intelligendum de re in quantitate ſufficienti ad peccatum mortale) *in officinis, & locis ad ea ſeruanda deputatis reponere curet ſub pœna grauiori, neque ab aliquo Confeſſore abſolui poſſit, antequàm prædicta repoſuerit, vt indè indifferenter in communes vſus expendantur.* Nec item quis ex noſtris poteſt alicubi retinere aliquid ſibi propriè deputatum, ſiue eorum, quæ ad victum, infirmitates, libros, & alios vſus ſunt neceſſaria, ſed omnia in promptuarijs,& officinis prędictis ad indifferentem omnium vſum de licentia Superioris à deputatis cuſtodibus conſeruari debent. *ibid. part.*1. *cap.*7. *nu.*5. vnde ſpecialis mos apud noſtros numquàm appellandi rem aliquam nomine *meam* iuxtà S. P. Auguſtini Regulam: *Non dicatis aliquid proprium,* quæ adducitur à Gratiano 12. *q.* 1. & iuxta conſuetudinẽ antiquam Eccleſiæ ex *Act. Apoſtol. cap.*4. de qua re, & in quo ſenſu valeat, videantur Thomas à Ieſu *loc. ſup. part.*2.*cap.*1. & A' S. Fauſto *d. lib.*8. *q.*91.

1127 Vlteriùs nemini quid eſculentum, aut poculentum retinere permiſſum in cellis *ibid. d.n.*5.

Digitized by Google

d.n.5. nec capſam, aut quid ſimile obſerratum, exceptis Prçlatis maioribus, & immediatis, quibus vnum tantummodò conceſſum oratorium ad recondendas ſcripturas ſecreto dignas; & officiorum ſigilla. *d. cap.7. n.7.* quæ cellæ non iam claui ferrea, ſed tantum exiguo ligno cum funiculo claudi poſſunt; nec quid in eis prçter tres, vel quatuor ad ſummum ex carta, & ſine colore imagines parietibus nudis affixas, lectulum cum paleariclo, & puluinari palea plenis, humile coopertorium, tabulam inelaboratam, ligneum ſedile, vel ex herbis contextum, permittitur, quod delicatum, pretioſum, aut curioſum appareat, *dict. cap.7. n.7.8.9.10. & 11.* ità quod nec Reliquias particulares intrà vaſa argentea, vel aurea, ſed intrà burſam nigri coloris abſque ornamentis ſecum deferre fas ſit. *ibid. cap.12. n.8.* ſicut nec cultellos deaureatos, aut inargentatos, aut aliquid aliud notabile *ibi n.13.* adeòque nec horologia, vt benè Lezana *tom.1. part.1. cap.6. nn.13.* Bordon. *reſol.43. q.16.* & *nu.43.* & quia ſuperflua, & quia incongrua noſtræ paupertati, cũ percipere nequeam licita eſſe horologia præcipuè argentea Religioſis reformatis, quibus in cella vix ex carta tres, vel quatuor imagines permittuntur, & Reliquias Sanctorum, niſi in vaſe oſſeo, vel ex ſimili materia, non verò argenteo deferre conceditur.

1128 Item nec litteras abſque licentia Superiorum recipere valent; dico recipere, quia & ſi per Conſtitutiones *part.1. cap.5. n.3.* prohibeantur tum illas mittere, tum ad eos miſſas aperire, vel legere ſine Superioris licentia, quod eſt potius contrà obedientiam, vt ex titulo *dict. cap.5.* qui eſt de *obedientia*; recipere tamen ſine dicta licentia ex vi Regulæ eſt contrà votum paupertatis, cum ibi, & in *eod. cap. Non dicatis*, ſic: *Quicunque autem in tantum progreſſus fuerit malum, vt occultè litteras, vel quodlibet munus acceperit &c.* vbi patet æquiparari receptionem litterarum munerum receptioni, vt benè Peyrinus *tom.1. de Subdit. q.2. c.2. §.9.* cum Nauarr. *comm.2. de Regul. n.13. & lib.3. conſ. de Stat. Monach. conſ.3. à n.43.* & A' S. Fauſto *d. lib.8. q.125.* & ideò ſaltem peccatum veniale eſſe, excepto tamen ſi litteræ ſint neceſſariæ, & in caſibus, in quibus iuxtà noſtra ſtatuta licet Religioſis inſcio Prælato immediato Superiorum maiorum litteras recipere, ſicut ex illis ſcribere.

1129 Tandem, nec pecunias non ſolùm retinere, vt conſtat ex dictis, ſed nec etiam tangere ſub pæna grauiori, & excommunicationis latæ ſententiæ. Conſtit. *part.1. d. cap.7. num.4.* Vndè ſtrictiſſimã hanc noſtram in particulari paupertatem dicere non verebor, ne dicam (citra tamen aliorum præiudicium) quod de paupertate particulari ſuæ Religionis ſcripſit Antonius à Spiritu Sancto *d. tract.3. diſp.4. n.71. in fin. Vt neſciam an alia ſtrictior in Dei Eccleſia inueniatur.*

1130 Super hoc autem tactu tria poſſunt quæri. Et primò de quonam tactu pecuniæ procedat prohibitio; de phyſico ne, vel politico? Et quamuis poſſit intelligi de tactu politico, & vſuario, ſeu ad emendum, vendendum &c. non verò naturali, & phyſico, hoc eſt de tactu pecuniæ tamquàm metalli, vt in ſimili quoad PP. Minores Politius Capuccinus in ſuo *Comm. ad cap.4. Regul. num.5 tit. Tangere.* Bartol. à S. Fauſto *d. lib.8. q.122.* Donat. *tom.4. tract.15. q.47.* Petrus Marchant. *in expoſit. eiuſd. Regul. S. Franciſci cap.4. q.2.* (licet & tactum phyſicum velit illis prohibitum Nicolius in *lucubrat. Iur. Ciuil. lib.3 tit.15 n.35. §. Item Cappucini*) & quoad Minimos Peyrin. in *Regul. S. Franc. de Paula cap.5. §.24. q.2. n.3. & 4.* vndè infert ſub *nu.6.* non eſſe contrà Regulam pecuniam tangere, & ſuper ſe deferre, ad hoc, vt ex ea fabricetur, vel deauretur calix. Tamen vtroque modo eſt ibi nobis prohibitus; & quia prohibitus abſolutè; vndè vtrumque modum complectitur, vt ex axiom. *vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.* Donat. *ibid. n.2.* tenetq; Pellizzarius *tract.4. cap.2. nu.317. §. circà cuius*; & quia iam tactus polyticus, ſiue moralis, qui conſiſtit in expendendo, eſt iure voti paupertatis prohibitus, in materia tamen ſufficienti ad peccatum; ex quo ſequitur, quod dum prohibetur ſpecialiter tactus pecuniarum, & per hæc verba: *Sed nec etiam tangere*, de alio tactu quam polytico, & morali, ſeù de phyſico intelligenda ſit prohibitio. Et quia in eadem Conſtit. *ibid.* habetur: *Commiſſi autem, vel Tertiarij eas tangere poterunt, & de licentia Superioris expendere*; ex quo dignoſcitur diſtingui à Conſtitutionibus *tangere* ab *expendere*; & inſuper permiſſum illis tangere ſine licentia Superioris, licet non expendere ſine tali licentia; adeòq; dum prohibetur earũ tactus, intelligendus eſt tactus ſimpliciter etiam non in ordine ad expendendum. Et ità ex obſeruantia, quæ eſt legis interpres. Pellizzar. *ibid.* & Paſſerinus de *ſtatibus tom.1. q.186. art.7. n.427.* Præterquamquod tam Corduba in *Regul. cap.4. q.4. p.2.* Politius *ibid. n.5.* & Cyrillius Rubeus *loc. ſup. art.1. §.20. nu.13.* quoad PP. Minores, quam Peyrinus *ibid. nu.6.* quoad ſuos Minimos dicunt, hunc tactum naturalem, & phyſicum, & ſi non prohibitum iure Regulæ poſſe illis eſſe prohibitum alio iure, ſcilicet naturali, vel diuino, vt ſi quis pecuniam ſolùm naturaliter tangeret ex curioſitate cum ſcandalo tamen aliorum, qui ſciunt eos non poſſe pecunias tangere; hoc enim caſu peccatum eſſet graue, vel leue iuxtà ſcandali qualitatem. Vel ſi ex ipſo actu naturali immineret ipſi tangenti periculum cupiditatis habendi pecuniam modo illicito.

1131 Secunda difficultas eſt: an in hoc tactu detur paruitas materiæ? Et licet Donatus neget *ibid. q.48.* quia res indiuiſibilis non admittit paruitatem materiæ, qualis eſt tactus pecuniæ, contrarium ſentit Politius *loc. ſup.* quem ſequitur Pellizzar. *d. n.317.* & ratione rei tactæ, & ratione temporis, quia in omni violatione præcepti datur paruitas materiæ, quæ excuſat, à peccato mortali, vel ratione rei materialis in ſe, vel ratione temporis, vt ſi retentio

Digitized by Google

pecuniæ non excedat biduum, eo modo, quo per Sanchez in *ſumm. cap.*10. *num.*55. retinens apud ſe librum prohibitum per vnam, vel alteram diem, excuſatur. Nec obſtat, quod, vt Donatus ait, verum non ſit, in omni tranſgreſſione præcepti dari paruitatem materiæ; nam licet hoc verificetur in blaſphemia, delectatione venerea, & alijs quibuſdam ex ſpeciali ratione; tamen vt plurimum admittitur à DD. aſſerta concluſio; nec eſt, cur prohibitio tactus pecuniarum ſit talis, quod ſit incapax omninò paruitatis materiæ, vt Paſſerinus *ibid.* Nec negatur, quod ſit ex genere indiuiſibilium, ſed dicitur, quod poteſt dari tranſgreſſio & non lethalis ob paruitatem materiæ, eo modo, quo propter eamdem rationem tot aliæ tranſgreſſiones etiam in genere indiuiſibilium, excuſantur à mortali. Et ità ſentiunt Cordub. *ibid. p.*1. Politius *loc. d. n.*4. Crouſerſ. *lect.* 2. *paran. in cap.*6. *Regul. Min. verb. dixi, pecuniæ*; quos allegat, ſequiturque Peyrinus *d. nu.* 6. Cyrillus Rubeus *eod. n.*13. dum dicunt, nullum eſſe peccatum, ſi cum honeſta cauſa tangatur, v.g. ſi ex vrbana humilitate, & honoris gratia è terrà leuetur, & reddatur Magnati, è cuius manu cecidiſſet.

1132 Tertia difficultas eſt; an ſtante tali prohibitione, violentur ſiuè Regula, ſiuè Conſtitutiones à tangente pecuniam mediatè, medio inquàm ſudario, vel charta? Et quidem Politius *eod. tit. Tangere. nu.*5. reſpondet negatiuè; primò ex ſuppoſitione, quod non ſit ipſis prohibitus tactus naturalis. Secundò ratione communi, quia ſcilicet, verſamur in materia pænali, in qua debet fieri reſtrictio, vt prohibitio intelligatur ſolum de tactu immediato, non verò mediato. Et poteſt confirmari à pari de laico, qui licet nequeat tangere immediatè res ſacras ob reuerentiam, poteſt tamen eas tangere mediatè, vt puta adhibito velo, vel ſimili. Pellizzarius è contrà *d. n.*317. *§. reſpondetur, ſecluſo*; & Donatus *ibid. q.*49. tenent, & tactu mediato violari ſtatutum, quia cum finis prohibitionis, qui eſt ad tollendum ſcandalũ ex poſſeſſione monetæ, vel deſiderium expendendi pecuniam, emanet ità à contactu mediato, ſicuti immediato, ex eadem finali ratione legis prohibitus cenſendus eſt vterque tangendi modus. Et ſubdit Donatus, in hoc tactu mediato interuenire fraudem legis; & perindè ſe habere, ac ſi dicatur, votum de non comedendo carnem abſolutè, non comprehendere eſum carnis ſalitæ. Et ad inſtantiam de tactu rei ſacræ, reſpondet, diſparem eſſe rationem, quia reuerentia debita rei ſacræ, ſaluatur per contactum mediatum, quod non poteſt dici de fine prædicti præcepti non tangendi pecunias ad euitandum ſcandalum ex eius poſſeſſione, & deſiderium expendendi; & etiam quia tangere res ſacras mediatè, reuerà non eſt rem ſacram tangere, ſed velum, quo res ſacra tangitur: at habere pecuniam ſiue in charta, ſiue in ſudario, ſiue pera, eſt propriè apud ſe pecuniã habere. Paſſerinus autem *loc. ſupr.* ſuperfluam hanc dicit quæſtionem, quia cum ſolus tactus moralis dicatur prohibitus, ad hanc moralitatem parum refert, quod pecunia tangatur mediatè, vel immediatè; & tactus phyſicè mediatus, eſt moralitèr immediatus, ſi Religioſus tangat pecuniam mediatè ad emendum.

1133 Verùm quoad Donatum, vltima eius reſponſio non ſatisfacit, quia non loquimur de habenda pecunia, quam certum eſt verificari ſiue in charta, ſiue in pera habeatur; ſed de eius tactu, qui mediante ſudario v.g. non videtur ſequi, eo modo, quo per ipſum tangens rem ſacram medio velo tangit non rem ſacram, ſed velum. Melior eſt ergò prima reſponſio, quod per illum tactum mediatum ſeruatur rei ſacræ debita reuerentia. Sed hinc reſtat probandum, cur non item ſaluetur obſeruantia ſtatuti per ſimilem tactum mediatum pecuniæ. Nec ſoluit difficultatem, quod dicitur de fine, nempè ad euitandum ſcandalum ex poſſeſſione pecuniæ; poteſt id namq; conſiderari, & in caſu licito; quando nempè expenduntur pecuniæ de conſenſu Superiorũ, & per tertiam perſonam dantur mercatoribus; tunc enim etiam poteſt interuenire præſuppoſitum ſcandalum ex poſſeſſione pecuniæ, quam poſſideri manifeſtum eſt, eo ipſo quod expenditur, etiam ſi nullo modo tangatur; & ſic non videtur hic eſſe finis talis prohibitionis quoad tactum mediatum. Præterquamquod non eſt dubium, quod poſſit intelligi prohibitus talis tactus ſub vno modo, & non ſub alio, ſicuti in aliquibus locis permiſsus eſt in Sabbato eſus carnium vnius rationis, & non alterius, nempè interiorum, non verò cæterarum. Quoad Paſſerinum verò: non videtur abſolute concedendum, eſſe ſuperfluam quæſtionem, quia adhuc quando tactus moralis eſt licitus, ſeù quando expenduntur pecuniæ, vel cum licentia Prælati, vel in quantitate citrà peccatum, adhuc poteſt eſſe illicitus, & prohibitus tactus earumdem pecuniarum; & in hoc caſu quæritur, an poſſint tangi mediatè abſque legis violatione. Quarè ad dignoſcendum, an tactus mediatus ſit à lege prohibitus, & per eum ipſa violetur, attendenda eſt Religionum conſuetudo, vt concedunt tum ipſe Donatus *ead. q.* 49. *n.*2. *in princ.* tum Pellizzarius *ibid.* dum in ſua aſſertione excludit vſum, ſi ſit legitimè introductus; vt in noſtra Congregatione, & ex Definitorij, ac Capitulorum declarationibus, ex quibus habemus noſtrum ſtatutum intelligendum de tactu immediato; & ideò etiam in caſu, quo ſit licitus tactus moralis, tangi non poſſunt, niſi mediatè.

1134 Obſeruandum eſt tamen primò, non eſſe contrà ſtatutũ in itinere periculoſo ſuper ſe deferre pecuniam ex charitate vſque ad locum; in quo ceſſaſſet periculum latronum, vt Marchant. *ibi. ead. q.*2. & cum Politio *ibid. n.*6. Crouſerſ. *eod. loc. verb. deducitur*. Peyrinus *cit. n.*6. multò magis; cum à noſtris ſtatutis non prohibeatur deferre, ſed *retinere*, quod indicat tenere ad proprietatem. Obſeruandum ſecun-

dò

dò: itinerantes ex obedientia, poſſe pecunias tangere ſaltem mediatè, & ſecum deferre, ac retinere: tum quia hic eſt caſus neceſſitatis. A S.Fauſto *ead. q.*122. & Peyrin. *ibid. n.*7. & Donatus ipſe *cit. q.*49. *nu.*3. *verſus fin.* quod non reprobat Pellizzarius *ibid. in fin.* tum quia Prælati maiores, qui poſſunt in his diſpenſare, per Cordub. *in cap.*10. *Regul. q.* 4. *ad fin.* & Peyrin. *tom.*1. *de ſubdit. q.*1 *cap.*8. *concl.*10. eo ipſo, quod obedientiam concedunt itinerandi, cenſentur ſuper eiſdem diſpenſare; idem Peyrin. *cit. n.*7. A quibus non diſſentit Paſſerinus dum *dict. n.* 427. dicens noſtrum ſtatutum à nobis violari ſiue mediatè, ſiue immediatè tangatur pecunia, excipit, niſi fiat de licentia, vel adſit neceſſitas grauis.

1135 Cætera, quæ circà paupertatem in particulari quæri poſſunt v. g. circà modum, quo poſſint Religioſi quid ex dono, aut alio titulo accipere, retinere, vel dare, & expendere, cum qua licentia, & ſimilia pertractare omitto, quia cum ſint communia, & paſſim de eiſdem DD. apud eos videri poterunt. Vnum tantùm ſubijcio quoad quantitatem ſufficientem ad peccatũ mortale in materia paupertatis. Nam intricatiſſima queſtio eſt, & de ea fusè Barthol. à S.Fauſto *d. lib.*8. *q.*193. & Donat. *tom.*1. *part.* 2. *tract.*15. *q.* 19. Et omiſſis diſceptationibus, dico, in Congregatione noſtra cenſendam eſſe materiam ſufficientem ad peccatum mortale duos, aut etiam vnum Iulium iuxtà Conuentuum qualitates. Ità ex Fauſto *ibi n.*18. *&* 19. & Donato *loc. cit. nu.*34. *&* 35. *& tom.* 4. *tract.* 15. *q.* 33. quia cum menſuranda ſit qualitas lethalis in materia paupertatis à quantitate eadem in materia furti, prefata quantitas cenſetur per ſe grauis in ratione furti quoad pauperes perſonas. Conſentit quoad duos Iulios Lezana *d. tom.*1. *part.*1. *cap.*6. *n.*57. & ante illum Thomas à Ieſu *loc. ſup. part.*3. *cap.* 8. *§. dubitationi igitur*, vbi: *In Religionibus verò, quæ ſtrictiorem ſeruant paupertatem, fortè minor, quantitas grauis materia iudicari poſſet*, vt eſt in noſtra, in qua debent omnia communia eſſe, & communitati deſeruire, & ad hunc effectum quidquid donatum fuerit, in communibus officinis ex præcepto reponi; & in qua furtum rei licet minimæ per Conſtit. *part.* 4. *cap.*12. *n.* 4. graui pæna punitur. Vnde, ſi in Congregatione PP. Fulienſium, quę Monachalis eſt, & gaudet ſtabilibus, atque redditibus, vnus Iulius ſufficit ad peccatum proprietatis teſte eod. Fauſto *ibid. n.*24. certè & in noſtra Religione vnum, vel ad ſummum duos iuxtà maiorem, vel minorem Conuentuum commoditatem ſatis eſſe dicendum, in qua ex dictis paupertas eſt ſtrictior; eo magis, cum, vt habet Thomas à Ieſu *ibid. §. reliquum igitur*, ea materia, quæ in furto dubium eſt, an ſit ſufficiens ad peccatum mortale, ſit certè talis reſpectu proprietatis.

✠
✠ ✠
✠

DVBIVM XIII.

De voto Humilitatis, ſeu non ambiendi, & eius conuenientia.

ET de hoc aliqua dicta ſunt *quodlib.* 5. *dub.*13. *& dub.*19. vbi probatum eſt tale votum non ambiendi ad Prælaturas, non contrariari Regulæ D.P. Auguſtini, ſed potius eſſe illi conforme; nec per illud deprauatum à nobis Ordinem Eremitarum, vt non benè ſcripſerat Carolus Moreau *part.*2. *Vindiciar. cap.* 2. *§. atque ex his*; nec noſtram Congregationem euaſiſſe Religionem ab Eremitarum Calceatorum Religione diuerſam.

1136 Quid autem tale votum importet, iam patet ex forma ipſa ſub qua emittitur in profeſſione, prout *num.*1095. iuxta Conſtitutiones, in quibus *p.*2. *cap.*3 *n.*2. *&* 3. ſic diſponitur: *Præter tria ſolemnia vota, quartum contrà ambitionem vltimo loco emittent, vouentes, ſe nunquàm directè, vel indirectè per ſe, aut per alium intrà Congregationem vllam Prælationem, aut officium per Conſtitutiones prohibitum prætenſuros; & pariter extrà Congregationem neque directè, neque indirectè per ſe, aut per alium vllam Prælationem prætenſuros, vel oblatam acceptaturos, niſi adſtringãtur præcepto eius, qui iure præcipere poſſit. Fratres verò laici quartum emittent, non ambiendi ad Fratres Clericos, neque habendi vocem actiuam, & paſſiuam.* Quod votum, cum emittatur in ipſa profeſſione vna cũ alijs, & vnico contextu, ſolemne eſt, ſicut & alia tria ſubſtantialia; hoc enim requiritur, & ſufficit ad voti ſolemnitatem, ex Leſſio *lib.*2. *cap.*49. Pellizar. in *Manual. tom.*1 *tract.*4. *cap.*1. *n.*11. Et ità in ſimili Azor. *tom.*1. *Inſtit. moral. lib.*12. *cap.*6. *q.*9. & ex Vrbani VIII. in Conſtit. 167. *Honorum, dignitatumque*, colligit Lezana *tom.*2. *verb. Votum prò Regul. n.*6. & in terminis tenent Bordon *reſol.* 92. *formul.*30. Theſaurus de pęnis *p.*2. *verb. Religioſus. n.*13. *§. rationes autem.* Pellizar. *ibid. cap.*5. *n.*473. Angel. Piſtach. de *Vot. tom.*1 *tract.*8. *cap.*2. *nu.*9. *& cap.*9. *nu.*1. Leander à SS. Sacram. *quaſt. Theol. part.*7. *diſp.*27. *q.*3. quidquid dicat Antonius Volpi in *reſol. moral. reſol.*199. *n.*19. eo fundamento, quod ſit promiſſio de puro negatiuo; ex quo tamẽ non ſequitur intentum, cum etiam de paupertatis voto idem dici poſſit, & tamen ſolemne eſt in profeſſione.

1137 Quod item votum, prout etiam per illud prohibetur acceptari Epiſcopatum ſine præcepto, licitum, & validum omninò eſt, vt præter D.Thom. 2.2. *q.*185. *art.*2. *ad* 3. Sanchez in *Decal. lib.*4. *cap.*8. *num.*37. fuſiùs *lib.*6. *cap.*18. *n.*33. vbi plures adducit. Suarez de *Relig. tom.*2. *lib.*2. *de iurament. cap.*13. *à n.* 13. & de *voto lib.*2. *cap.*11. *n.*10. *&* 11. & fuſiſſimè *tom.*4. *tract.* 10. *lib.*6. *cap.*7. *&* 8. *per tot.* Molfeſius in *ſumm. tom.* 1 *tract.*11. *cap.*15. *n.*38. Caſtro Palaus *tr.*15. *diſp.* 1. *punct.*8. *§.*5. *à n.*6. *& tract.*16. *diſp.*5. *punct.*5. *&* 6. Diana in *coordinat. to.*8. *tract.*4. *reſol.* 39. Ignatius à S.Maria in *Turr. Salut.*, ſiue *Propugnaculo* 1. *contrà ambitionem conſiderat.*156. *à n.* 46. Angel

gel Piſtach. *d.tract.8.cap.2.n.*10.Paſſerin.*tom.*1. *de ſtatib.q.*185.*art.*2.*n.*65.*& art.*8.*n.*14. maxime cum promiſſio non prætendendi, & non acceptandi ſit quantum eſt ex nobis,& ſemper dependenter à Summo Pontifici debita obedientia; quo ſenſu loquuntur ſupradicti DD.

1138 Nec audiendus præfatus Antonius Volpi cit. *reſol.*199. licet pluribus quoad Epiſcopatum contrarium probare nitatur; cum eius argumenta omnia ſoluta maneant ex his, quæ præcipuè Suarez tradidit *loc. ſup.* qua de cauſa non eſt opus ea repetere. Et omiſsis omnibus alijs rationibus, quibus probatur communiter concluſio, hæc ſola mihi videtur ad rem præſentem ſufficere: quod ſcilicet Summi Pontifices approbauerint huiuſmodi votum non prætendendi, nec acceptandi extrà Religionem Prælaturas, etiam reſpectiuè ad Epiſcopatum, niſi ex præcepto Sedis Apoſtolicæ; vtpotè Vrbanus VIII. in Conſtit. *Cum ſicut accepimus.* ſub 21.*Maij* 1635. quę eſt in Appendic. ad Conſtit. eiuſdem Pontificis *n.*30. alias 140.& in alia incipien. *Honorum,dignitatumque.* die 26. *Febr.* 1643. *ibid. in Appendic. nouiſſ. Conſtit.* 167. dum in prima tenere hoc votum etiam in tranſitu ad alteram Religionem, in qua tale votum emitti non ſoleat;& in ſecunda, ad ſolùm Summum Pontificem ab huiuſmodi voto abſolutionem, & diſpenſationem ſpectare declarauit. Quæ ratio non ſoluitur a d. Antonio Volp. per hoc, quod dicat *ibi n.* 13. *&* 22. declaratum quidem à Pontifice in prima Conſtitutione tenere votum etiam in tranſitu; & in ſecunda reſeruatam Sedi Apoſtolicæ diſpenſationem relaxationem &c. à tali voto: ſed hoc dictum ex ſuppoſitione, quod teneat tale votum, non verò per hoc declaratum tale votum valere. Quis enim non videat, eo ipſo, quod Summus Pontifex declarat per tranſitum non liberari quem à voto,& ſuper eo à nemine, niſi à S. Sede poſſe diſpenſari, ſupponi verum, & validum eſſe tale votum? Et quis poteſt cogitare, quod teneat votum, quod validum nõ eſt, aut quod diſpenſari poſsit à ſolo Summo Pontifice votum, quod eo ipſo, quod non valet, votum non eſt? Sed quid dicet Volpi de voto hoc in noſtris Conſtitutionibus à S. Sede ſpecificè approbato; ſicut & de Conſtitutione Pauli V. *Quæ piè, & ſanctè*: apud Cherubin. *Conſtit.*61. *vbi* §. 3. præcipit Summus Pontifex PP. Diſcalceatis Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captiuorum, vt qui in poſterum profitebuntur, huiuſmodi votum emittant ſub ea prorsùs forma, ſub qua emittitur vt ſupra *n.* 1095. in hac mea Congregatione? An non ſatis erit pro declaratione Apoſtolica ſuper huius voti validitate hoc eiuſdem Sedis Apoſtolicæ expreſſum iudicium? Nihil hoc mihi certius. Et ita in terminis Leander. *loc. ſup. q.*2.

1139 Nec item mihi videtur approbandũ, quod habet Gabriel à S. Vincentio in *tract. de remed. ignorantiæ. diſp.*14.*dub.*30. ſcilicet, non expedire tale votum, vbi in ea Religione, in qua emittitur, ſint alij, qui voti tranſgreſſores inter ſe diuidant Prȩlaturas,& officia, neglectis alijs, & fortè dignioribus, qui ratione voti non audent eas ſibi procurare: vnde reſultat Religionis detrimentum, quod non eueniret, ſi & illi poſſent idem præſtare, ſeu illas procurare. Non inquàm, mihi videtur approbãdum: tùm quia licet modis honeſtis ſe opponere indignorum electionibus, integro manente eo voto, & quamuis, ratione voti nemo poſſit pro ſe ipſo procurare, poteſt id facere pro alio digno; & etiam pro minus digno, qui tamen dignus ſit, ad excludendos indignos. Lezan. *tom.*2. *verb. electio canonica. n.* 181. vel ſaltem procurare excluſionem indigni vt dicetur *n.*1299. tum quia, ſi propter hoc tollendum eſſet votum, potiùs augeretur damnum Religionis, cum tunc omnes procurando Prælaturas, maiores rixæ; & factiones pullularent; & vbi inſudant Summi Pontifices ambitionem eradicare à Religionibus, tunc ſine obſtaculo ſerperet in omnibus. Et tandem, quia ſi hac de cauſa tollendum eſſet hoc votum, tollendum eſſet etiam votum paupertatis in ſuppoſitione, quod aliqui huius voti immemores, medijs pecunijs obtinerent Prælaturas cum excluſione digniorum, ad hoc, vt & iſti poſsint eiſdem medijs ipſas habere, quod tamen nemo dixerit. Et ideò ad alia.

DVBIVM XIV.

Quid, & quos actus importet votum hoc non ambiendi.

1140 TRia importat hoc noſtrum Humilitatis votum, & eſt virtualiter triplex: ſeu votum non prætendendi intrà Congregationem Prælaturas, & officia: Secundò non prætendendi extrà: tertiò, non eas acceptandi ſine præcepto. Ità Ignatius à S. Maria *d. conſiderat.*156.*n.*1.*in fin.*. Et quoad ipſam prętenſionem, obſeruandum eſt non venire ſub ea actus internos deſiderij, & voluntatis Prælaturarum; licet enim poſſit dari votum & de non eis appetendis, votum, tamen quod in præſenti emittitur, non eſt de non appetendis, ſed de non prætendendis: quo verbo indicatur actio externa, vt mòx dicetur, cum per actus internos deſiderij, & appetitus, non dicatur quis prætendere, vt habet Vaſquez *in* 2.2.*diſp.* 115.*cap.*3.*in fin.* & ideò per votum non prætendendi non comprehenduntur dicti actus interni. Sanchez in *Decal. lib.*6.*cap.*18.*nu.*18. Suarez *d. tom.*4.*tract.*10.*lib.*6.*cap.*7.*n.*9. Palaus *ead. diſp.* 5.*punct.*5.*n.*3. & quoad nos declaratum eſt in Capitulo generali de 1632. ſub his verbis: *Ipſo verò prætendendi verbo externos actus ambitionis cum intentione, & deliberatione procedentes intelligi*, vt refert etiam Pellizzar. *d. cap.*5.*n.*484. Aduertit tamen Sanchez *ibid. nu.* 18. quem ſequitur idem Pellizzar. *eod. loc. nu.*238. & Leander. *ibid. q.*6. quando dicitur, actus internos deſiderij dignitatum non contrariari voto, intelligendum hoc eſſe de ſimplici deſiderio,& appetitu; nam ſi ſit voluntas v.g. cum aduertentia,

pro-

procurandi has Prælaturas eo procurandi modo, qui ſit contrà votum, etiam talis actus voluntatis erit peccatum mortale contrà ipſum votum, quia cum actus internus, & externus eiuſdem obiecti, eadem bonitate, & malitia afficiantur, ſi contrà votum eſt procurare, cõtrà illud erit & voluntas procurandi.

1141 Prætendere ergò importat aliquem influxum, ſeu cauſalitatem circà effectum obtinendi dignitatem; & fit quando applicantur aliqua media; quod propterea, vt inſinuatum eſt, dicit actionem externam, quæ fit cum aliqua negotiatione, & inductione illius, qui poſſit Prælationem conferre. Suarez *ibid. nu. 9. &* 10. Piſtach. *d. cap.* 2. *n.* 11. vel ſit talis, vt ex ea in ijs circumſtantijs facta, poſſit prudẽter dignoſci ambitioſus operantis animus. Sanchez *ibid. n.* 19. Palaus *d. punct.* 5. *n.* 4. Hinc dupliciter poteſt contingere hęc prætenſio, directè, & indirectè: directè quando interior intentio Prælationis, aut officij explicatur: indirectè quando non exprimitur, ſed latet. Suarez *ibid. n.* 12. Piſtach. *d. cap.* 2. *n.* 12. Meliùs Sanchez *ibi n.* 24. & Pellizar. *eod. cap.* 5. *n.* 148. dicentes, directam eſſe, quando expreſsis ſignis, aut verbis dignitas prætenditur: indirectam, quando non ità expreſsè, ſed alio prætextu, alioque ſimulato colore, eo modo quo circà largitionem munerum à Clem. VIII. Regularibus prohibitam, directa donatio eſt, quæ claris verbis fit: indirecta verò quando re vera eſt donatio, ſed alio quæſito colore palliata, ac ſimulata, v. g. ſi Religioſus rem ſibi oblatam, tacitèque à ſe acceptatam iuberet alteri dari, vel ſi prętextu mutui, aut commodati aliquid donaret, animo non repetendi, vt docent Soſſa in *expoſit. d. Extrauag. de largit. muner. n.* 73. Sorbus in *Compend. priuileg. Mendic. p.* 1. *verb. dare in expoſit. eiuſd. Extrauag. §. tertia generalitas.* Palaus verò *ibid. n.* 5. putat prætenſionem directam eſſe, quando quis per propriam perſonam prætendit apud eum, qui Prælaturam poteſt concedere: indirectam, quando fit per tertiam perſonam, eo quod ipſi videatur, quod directè prætendat ille, qui ex intentione dignitatis ponit operationem ſufficientèr declaratiuam ſuæ intentionis, eſto non ſit ità expreſſa.

1142 His poſitis, videndum eſt, quinam actus, ſeu quid interdicatur per hoc votum. Et in primis non placet ſententia noſtri P. Ignatij à S. Maria *loc. ſup. n.* 10. prohiberi ſcilicet omnes illos actus, quibus aliquis inordinatè ambit honorem, quolibet ex his tribus modis, vel appetendo honorem ſuprà ſuam proportionem, vel non referendo illum in Deum, vel in ipſo honore quieſcendo, & non referendo illum ad vtilitatem aliorum. Non inquàm placet, quia licet ea omnia ſint ambitionis peccata, ſi aliud non addatur, non ſunt per ſe obiectum huius voti, cum poſſint omnia reperiri in actibus purè internis appetitus honoris: adeòque neque contrà votum non prætendendi, quod dicit actionem exteriorem; quin nullus ex illis tribus modis inordinati appetitus requiritur per ſe ad tranſgreſſionem voti, cum poſſit quis tale votum violare prętẽdendo actione extrinſeca, etiamſi nullus ex illis tribus modis inordinatis concurrat. Vera ergò erit tantummodò ſententia, ſi addatur contrariari vòto per ſupra poſitos actus, ſi fuerint cum actionę extrinſeca ſufficienti ad prætendendum coniunctl: ſed tunc non erunt contrà votum ratione ambitionis inordinatæ, ſed ratione prętenſionis, quę in ſua formalitate prohibetur à voto.

1143 Prohibetur itaq; prætenſio per quoſcumque actus exteriores, per quos ſufficienter, hoc eſt, directè, vel indirectè indicetur voluntas Prælationis. Quæ prætenſio extenditur ad omnes prætenſiones, etiamſi ex bono fine; cum promiſſio ſit de non prætendenda vlla Prælatione; ſub qua comprehenditur omnis prætenſio ſiue licita, ſiue illicita, eo modo quo vouens abſolutè caſtitatem, promittit, ſe abſtinere non ſolùm ab illicitis actibus venereis, ſed etiam à licitis Matrimonij. Suarez *d. cap.* 7. *n.* 6. Lezan. *tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 4. *num.* 12. Vnde peccaret contrà hoc votum, qui prætenderet aliquam Prælaturam etiam in bonum Religionis, & ad magis promouendam Regularem obſeruantiam. Pellizzar. *ibid. n.* 240. Piſtach. *loc. ſup. n.* 14. Leander *d. diſp.* 27. *q.* 19. & ſuaderi poteſt ex eo, quia ſi ſimiles prætenſiones prohibitæ non eſſent per huiuſmodi votum, omnibus facilè pateret aditus ad ambitionem, cum vnuſquiſquę ſibi rationabilem cauſam ſuæ prætenſionis confingeret; quod pugnat cum fine talis voti, qui eſt ad ablegandam ambitionem. Suarez *d. n.* 6. Ignatius *eod. n.* 10. Et ſimiliter peccaret contrà hoc votum, qui procuraret eligi ad aliquam dignitatem, vt reintegretur v. g. ſua fama, bona æſtimatio ex aliquo accidente fortaſſe grauiter læſa, etiamſi haberet animum non acceptandi eam dignitatem. Pellizzar. *d. cap.* 5. *n.* 239. Piſtach. *ibid. n.* 13. Leander. *ibid. q.* 18. quia votum non eſt de non ea acceptanda (intrà Religionem loquor) ſed de non prætendenda; quod vtique verificatur, ponendo media directè, vel indirectè prò electione ad illam: quin prætenſio prohibita eſt propriè reſpectu electionis, per quam confertur dignitas, & eſt per accidens, quod quis eam non acceptet, & dummodò quis influat in ſuam electionem, ſatis hoc eſt ad violandum votum. Non tamen peccaret contrà hoc votum, non ſolùm qui procuraret etiam directè non auferri ſibi dignitatẽ obtentam, cum hoc non ſit procurare eligi, vel promoueri, quod ſolùm prohibetur à voto. Pellizzar. *ibi. n.* 241. Piſtach. *n.* 15. Leander. *ibi. q.* 20. & qui ſciens alium prò ſe procurare, non illum impediret, & ſi facilè poſſet, quia habere ſe merè negatiuè, non eſt procurare. Pellizzar. *n.* 149. Leander. *q.* 13. ſed nec qui directè auferret impedimenta, quæ ſibi apponuntur, ne ſit Prælatus, iuſtificando ſe v. g. de exceſſibus ſibi obiectis, vel procurando diſpenſationem ſuper inhabilitate, in quam fortè incurrit, dummodò nihil aliud agat, vt Pręlationem obtineat, quia auferre impedi-

menta, non eſt influere circà effectum obtinendi dignitatem. Pellizzar. *ibi. n.* 150. *&* 154. & quia inhabilitas, aut impedimentum Prælationis eſt damnum diuerſum à priuatione Prçlationis, cum hæc non contineat dedecus, ſicut continet impedimentum. Sanchez *d. c.* 18. *n.* 21. Ignatius *ibid. num.* 13. *§ hinc deducit.* Leander. *q.* 14. *&* 15.

1144 Difficultas eſt modò, an actiones honeſtæ externæ, v. g. actus obſeruantię, vacare ſtudijs, debita ergà Superiores reuerentia, & ſimilia, ex intentione tamen, & animo, vt dignitas obtineatur, ſint peccata contrà hoc votum non prætendendi? Et communis ſententia eſt negatiua, quia licet interius, & apud Deum id ſit prætendere, & peccatum, non tamen eſt prætendere exterius, & apud homines; & votum debet ex dictis de prætenſione humana intelligi, quæ ſcilicet poſſit dignoſci per actus exteriores, & cum aliqua inductione eius, qui poſſit Prælaturam concedere. Suarez *d. n.* 10. Pellizzar. *eod. c.* 5. *n.* 233. Lezan. *d. part.* 2. *cap.* 4. *n.* 12. Piſtach. *eod. n.* 11. Ad quod, vt *ibidem* Suarez, non ſufficit, quod quis per actiones aliquas poſſit eum, qui Prælaturam valet conferre, mouere obiectiuè ſolùm ad eam conferendam, vt in ſupradictis caſibus, in quibus ſuperior mouetur tantùm obiectiuè, obſeruando ſcilicet capacitatem eius, qui ità benè operatur: ſed debet illum mouere per actionem effectiuè moraliter mouentem ad exercitium actus dandi Prælaturam: quod non reperitur in ſuprapoſitis actionibus, adeòque non ſunt peccata contrà hoc votum; quod idem dicendum videtur iuxta Suarez, de omni alia actione bona, & in ſe honeſta, quæ ſolùm vitietur ex dicta intentione, quia hæc eſt tantùm ambitio interior, & apud Deum, & non exterior, & apud homines.

1145 Diuerſum verò ſentit ipſe Suarez *nu.* 11. *&* 12. de alijs actionibus ad ſummum indifferentibus, quæ, ſi bono fine careant, ſtatim contrahunt ſpeciem quamdam ambitionis, v. g. fingere virtutem, oſtentare ſcientiam apud Generalem, vel alios, qui promotionem iuuare poſſunt, eorum beneuolentiam obſequijs, & beneficijs procurare, ſicut & apud eos bonam famam ex aliorum relatione; per quas dicit lædi votum, quia cum fiant animo habendi dignitatem, per eas prætenditur ſaltem indirectè: tum quia tales actiones non capaciorem reddunt ità operantem, vt de alijs actionibus vacandi ſtudijs, & obſeruantiæ dictum eſt; ac proindè non mouent tantùm obiectiuè, ſed effectiuè, excitando, inducendo ſuperioris voluntatem: tum quia nulla eſt efficacior negotiatio indirecta quàm, quæ ijs vijs paratur; & ſi hoc non eſt indirectè prætendere, nulla aſſignari poterit prætenſio, quæ ſit indirecta.

1146 Sanchez autem *d. cap.* 18. *n.* 19. quem ſequuntur Palaus *ibid. n.* 4. & Pellizzar. *eod. loc. n.* 151. 152. *&* 153. & Leander *q.* 9. negat per actus indifferentes directos ex intentione ad conſecutionem Prælaturæ contrariari voto, niſi hæc intentio dignoſci poſſit, ſeu niſi actio ſit talis, quod ex circumſtantijs temporis, occaſionis &c. prudenter poſſit ex ea dignoſci animus ambientis. Et probant: quia, cum votum ſit de non prætendendo, & non ſimpliciter, ſed de non prætendendo apud homines, qui poſſunt concedere Prçlationem, vel ad eam conſequendam iuuare, certè debet eſſe talis actio, vt probabiliter, & prudenter poſſit ex ea homo ſiniſtram ambientis intentionem colligere: Secùs, ſi lateat omninò intentio, non prætenditur apud homines. Ergò actus illi ex ſe indifferentes, ex intentione autem ſed latenti Prælaturæ facti, non contrariantur voto.

1147 Confirmant primò: quia ſi ab illis actionibus excluderetur intentio quærendi Prælaturam, & ob alios fines ponerentur, neque apud Deum, neque apud homines eſſet quis ambitioſus propter eas; ergò ex ſola ſuperaddita intentione interiore quærendi Prælationem, quę operanti ſolùm nota eſt, & Deo, non poteſt dari prætenſio exterior; ergò nec eſſe contrà votum. Secundò: quia hoc voto prohibetur ambitio, & prætenſio, ex qua fælix Religionum ſtatus perturbari poteſt litibus, & contentionibus: ſed ex ambitione ſecreta, nec hominibus manifeſta nequeunt lites, aut æmulationes oriri; ergò per votum non prohibentur actiones illæ ambitionis internæ; ergò ſolùm procedit votum de prætenſione, quæ per exteriorem actum dignoſcatur vt talis. Vnde nec ſimulans ſanctitatem, nec oſtentans prudentiam, aut doctrinam &c. coràm Superioribus etiam ex intentione obtinendæ dignitatis dicetur per hoc contrà votum operari; cum hæ ſimulationes, & dotium oſtentationes poſſint ex alio fine prodire, niſi adſint circumſtantię tales, ex quibus ſufficienter hęc ambitio iudicari valeat; nam votum eſt, vt diximus, de non prætendendo modo humano, & apud homines, hoc eſt actione externa ſufficienter manifeſtante ambitionem.

1148 Et ſi quæratur, qualis, & quanta debeat eſſe manifeſtatio intentionis ambitioſę, vt per actiones cum tali intentione dicatur prætendi contrà votum, reſpondent Sanchez *n.* 20. & Pellizzar. *nu.* 158. debere eſſe ità moraliter certam, vt conſideratis conditione, vita, & honeſtate agentis, & alijs circumſtantijs concurrentibus poſſet abſq; temeritate aliqua probabiliter, & prudenter ambitioſa iudicari. Verum contrà hanc ſententiam facit, quod ea oſtenſio ambitionis per actus exteriores, cum debeat, vt vult Sanchez, eſſe talis, vt ponderatis conditione, & vita operantis, poſſit abſque temeritate à Superiore de ambitione iudicari, videtur pendere potius ab intentione Superioris iudicantis, quàm ab intentione operantis; parùm verò refert, quod Superior iudicet nec ne de mea ambitione, & prætenſione, ad hoc, vt ego dicar operari ex ambitione, & pretendere; quia ſi dato caſu quod Superior, qui poteſt Prçlaturam conferre, vel alij, qui poſſent ad eam iuua-

re

ro, eſſent homines difficiles ad iudicandum ſiniſtrè, & rem potiùs in bonam partem interpretarentur, dicerer tunc non prætendere contrà votum, cum ipſi non iudicarent de mea prætenſione, licet reuerà ego operarer, & intenderem ea mea operatione inducere Prælatum ad meam promotionem. Deindè aliud eſt, quod prætendere, quia debet intelligi de humana prætenſione, debeat eſſe per actus exteriores, quod eſt verum; & aliud eſt, quod debeat poſteà innoteſcere alijs mea intentio ambitioſa, quod non videtur neceſſarium; quid enim ſi fingerem, & me alienum oſtentarem à Prælatione, eo etiam tempore, quo ad hunc finem conſequendi Pręlaturam, aliquid agerem; vel fingerē? Poſſet ne dici, quod tunc non eſſem voti trangreſſor?

1149 Nihilominus probabilior mihi adhuc videtur ſententia Sanchez, cui & adhæreo; quia reuerà promiſſio de non prætendenda dignitate, eſt promiſſio de non prætendenda more humano, ſeu apud homines, hoc eſt de non inducendo aliquem ad meam promotionem; quod non poteſt contingere ſine aliqua manifeſtatione meæ voluntatis; & ideò dico per actus ex ſola intentione interiori ad Prælaturam directos ſine exteriori indicio meæ voluntatis, non violari votum de non prætendendo, quamuis ſint aliàs peccaminoſi ex ambitione: quæ duæ rationes ſunt diſtinguendæ, & poteſt dari peccatum ambitionis, & non eſſe contrà hoc votum. Et ità videtur dicendum cohærenter ad dicta *nu.* 1144. de actibus alijs ſtudiorum, obſeruantiæ &c. cum eadem intentione ambitioſa, cum difficile ſit aſſignare maiorem rationem, quare & illi non ſint contrà votum non prætendendi, cum & ipſi ſint directi ab intentione ambitioſa purè interiore, ſicut & iſti.

1150 Nec habet vim prima obiectio, quia ad ſummum indè infertur peccari in dictis actibus peccato ambitionis, quod verum eſt: ſed non violari votum de non prætendendo, quod eſt quod inquiritur. Et vtiq; dico, quod vt quis dicatur prætendere, debet eius actio exterior eſſe talis, quod poſſit ex ea dignoſci prudēter ambitio operantis; & ſic aliquo modo dependere à iudicio Superioris potentis cōferre Pręlaturam, vel eorum, qui poſſunt adiuuare ad eam, ſiue eorum, apud quos exerectur iſta prætenſio. Quod ſi in facta ſuppoſitione Superiores, ſiuè alij, quos meis actionibus mouere intendo ad meam promotionem ex eorum rectitudine non iudicant de mea ambitione, ſed potiùs in bonum eam interpretantur, videtur dicendum nec tunc à me violari votum de non prætendendo, quia reſpectu eorum adhuc latet mea intentio, nec comprehendunt meum appetitum ergà dignitatem: quarè tales actiones ſunt reſpectu eorum ac ſi non eſſent factæ ex intentione Pręlaturæ, & ſic non poſſum dici prætendere apud eos; vt in ſimilibus caſibus Leander *d. diſp. 27. q. 9. 16. & 17.* quamuis enim ex eiſdem numero actionibus poſſent alij Superiores meam voluntatem dignoſcere, hoc non eſt ſatis, vt dicar prætendere apud hos, de quibus eſt ſuppoſitio; prętendere enim eſt operari apud eos, quorum eſt promouere. Pellizzar. *d. cap. 5. nu.* 148. & ad hoc, vt dicar apud hos prætendere, debeo eoſdem meis actionibus aliquo modo mouere ad Pręlaturam mihi conferendam; quod non fit, quando actiones meę non ſunt tales, vt ex eis ipſi dignoſcant me appetere dignitatem: & donec ipſis non innoteſcat aliquo modo hęc mea voluntas, nunquàm verificabitur, quod prætendam apud eos, non minus ac ſi eadem agerem reſpectu aliorum, à quibus Prælationem vllam aut ſperarem, aut optarem.

1151 Nec item ſecunda, quia vt ex dictis patet, ſi non innoteſcat aliquo modo ex actionibus ambientis animus, nunquàm poterit dici prætendere, cum prætendere importet aliquam motionem, ſeu inductionem in eos, qui poſſunt Prælaturam conferre, quæ concipi non poteſt ſine eo, quod dignoſcatur voluntas dignitatis in operante. Et in caſu, quo quis operans ad effectum conſequendi Prælaturam, fingat eodem tempore ſe ab illa alienum, dico vt ſuprà, ſi per iſtam fictionem reuerà inducit credulitatem, quod eam non appetat, nec certè peccat contrà votum, quia in tali ſuppoſitione non dicitur prætendere, cum tantum abſit, quod ea fictione indicet deſiderium dignitatis, quod potiùs oſtendit contrarium, & aliàs prætendere dicit mouere Prælatum actione manifeſtatiua voluntatis.

1152 Ad fundamenta ergò Suarij reſpondetur ad primum, quod quamuis tales actiones, de quibus ibi, non reddant operantem magis aptum, & capacem re ipſa dignitatis obtinendæ, in apparentia tamen, & æſtimatione hominum aptiorem reddunt; & ideò non mouent effectiuè voluntatem concedentis Prælationem, ſed obiectiuè tantum, quatenùs illis poſitis magis dignus iudicatur Prælatione. Et ad ſecundum patet ex dictis *nu.* 1141. *& infrà n.* 1154. *&* 1156. vbi quomodò poſſit indirectè prætendi.

1153 Vnum ſpecialiter remanet contrà nos, ſi hanc Sanchez ſententiam ſequamur; & eſt declaratio ſupradicta Capituli generalis, vbi explicatum *prætendendi* verbo *venire actus externos ambitionis cum intentione, & deliberatione procedentes*; ergò actus illi, de quibus Suarez ſuprà, erunt ſaltem in noſtra Congregatione contrà votum non prætendendi, cum ſint actus externi ambitionis, & cum intentione &c. Sed neque hoc obſtat, nec propter hoc tales actus ſunt etiam in noſtra Congregatione reputandi contrà votum non prætendendi, quia per actus externos ambitionis intelliguntur actus externi, quibus dignoſci poſſit ambitio, ſeu prætenſio. Ità Piſtachius *ibid. cap. 9. n. 7.* & benè, quia exterior ambitio debet dicere quid diuerſu ab eo, quod dicit ambitio interior; hoc eſt eſſe talis, quod ſit indicatiua appetitus dignitatis, quod non poteſt conuenire ambitioni interiori;

& ſic non obſtante tali declaratione, tenendum per votum non prætendendi prohiberi ſolùm actus externos, per quos indicetur aliquo modo voluntas Prælationis.

1154 Atque ex his infertur, non peccare contrà hoc votum, qui cum intentione Prælaturæ obſequia etiam vltrà morem præſtaret Superioribus, vel eis, qui poſſunt iuuare ad Prælaturam, dummodò nullo modo, hoc eſt neque ex circumſtantijs faciat hanc ſuam voluntatem innoteſcere. Dixi, contrà votum, quia aliundè peccatũ eſſet, & peccatum ambitionis ſed non ambitionis prohibitę à voto, à quo ſolũ interdicitur prætenſio, quæ fit per actus manifeſtatiuos, vt explicatum eſt: quod eſt benè obſeruandùm pro intelligentia huius ſententiæ. Peccaret è contrà, qui in hiſce obſequijs, & cum ea intentione &c. doleret v. g., quod non poſſit præſtare maiora ratione ſui ſtatus; hoc enim modo ſatis oſtenderet voluntatem mutandi ſtatum, & conſequendi Prælaturam, & ſaltem indirectè prætenderet; Sicut peccaret, qui procuraret in Superiorem eligi amicum eo fine, vt ex huius electione ſternat ſibi viam ad propriam, quia procuratio iſta eſt ambitioſa. Paſſerin. *de elect. cap.* 5. *n.* 94. & indirecta prætenſio, ſeu procuratio proprię electionis: quod tamen intelligendum, dummodò aliquo modo hanc ſuam intentionem eis apud quos amici electionem procurat, innoteſcere faciat. Pellizzar. *d. cap.* 5. *nu.* 156. vel ipſi amico, quem eligi procurat. Leander *ibid. q.* 16. ſicuti & qui procuraret ſibi hoc votum legitima poteſtate irritari, diſpenſari, vel commutari, quia eſſet indirecta procuratio, & quidem ſufficienter manifeſtata, quatenus talis procuratio natura ſua ordinatur ad obtinendas dignitates. Sanchez *d. cap.* 18. *n.* 27. Pellizzar. *ibid. n.* 273.

1155 An verò in Conuentu v. g. vbi ſint ſex tantum Capitulares, ſi quis videns in primo ſcrutinio data ſibi tria Suffragia, & alia tria alteri antiquiori, vndè debeant concurrere ad candidationem, & ſubſequenter poſſit iſte remanere electus ratione antiquioris profeſſionis: Si, inquàm, ne hoc ſequatur, nemini daret ipſe in ſecundo Scrutinio pro ea electione ſuum ſuffragium, & indè ſuffragantibus quinque tantum electoribus, remaneret ipſe electus cum illis tribus votis, peccaret iſte contra votum de non prætendendo, nec ne, cum hic non detur exterior actio, per quam faciat innoteſcere ſuam prætenſionem, nec ſit apud quem ipſe poſſit dici prætendere? Et videtur, quod non ſolùm peccaret peccato ambitionis, & contra præceptum, ſed etiam contrà votum, quia ipsũ dare ſchedulam v. g. albam ſine nomine alicuius, vel cum cruce, aut ſimili inutili ſigno, eſt actio exterior in his circumſtantijs ſufficienter indicatiua ambitionis, & ſi non huic, vel illi in particulari, ſaltem huic, vel illi indefinitè, & etiam ipſi Capitulo; & ipſum dare ſchedulam ſine ſuffragio, quod poſſit alteri prodeſſe ad effectum, vt conſequatur ipſe Prælaturam, comparatur actioni, quin eſt actio, qua poſitiuè prætenditur; & ſi non ſit perſona, apud quam dicatur prætendi, eſt Capitulum ipſum, quod ex fictione iuris perſonam induit, apud quam non ſuffragando alteri, exercet ipſe ſuam prætenſionem; niſi velimus, dicere, hoc eſſe pluſquàm prætendere, cum ipſe idem ſibi hoc modo faueat Paſſerin. *de Elect. canonic. cap.* 11. *nu.* 25. ſeu ad ſui electionem concurrat ſaltem indirectè; adeòque & eſſe contrà votum à fortiori, cum id aduerſetur fini legis in tali voto, qui eſt ad tollendam ambitionem, vt ex verbis Conſtitutionis *p.* 2. *c.* 3. *n.* 2. vbi: *Præter tria ſolemnia vota quartum contrà ambitionem vltimo loco emittent.*

1156 Sunt etiam in hoc noſtro voto conſideranda hæc alia verba, *Per me, aut per alium*, quibus importatur promiſſio de non prætendendo per ſe ipſum, neque medio alterius. Et licet Palaus, vt dictum eſt *n.* 1141. ſentiat idem eſſe prætendere directè, ac prætendere per ſe: indirectè verò idem ac prætendere per alium, mihi non videtur in noſtro voto prò eodem ſumendum, quia ſi idem importaret, non opus eſſet multiplicare terminos, & ſatis eſſet dicere *directè, neque indirectè*; Vnde cum vlteriùs addatur *per me, aut per alium*, inſinuatur aliqua diuerſitas; & dico, hæc verba afficere tam directam prætenſionem, quàm indirectam: quãdoquidem vtraque poteſt præſtari per ſe, vel per alium, vt ſi apertis verbis procurarem meã electionem apud Superiores, vel de ea loquendo expreſsè cum alijs, vt intercedant apud Prælatos; tunc enim directe per me, & per aliũ prætenderem. Si verò aliquo alio colore, & non expreſsè innuerem aliquo modo hanc voluntatem ipſi Superiori valenti conferre dignitatem, tunc indirectè per mè procurarem: per alium verò ſi eodem modo agerem cum amicis, qui poſſint promouere meam electionem.

DVBIVM XV.

Quas Prælaturas reſpiciat huiuſmodi votum non ambiendi.

1157 VT dignoſcatur ad quas Prælaturas, vel officia referatur hæc prohibitio, diſtinguendum de duplici prætenſione, intrà Congregationem, & extrà. Et quoad illam ex verbis voti conſtat vetitum prætendere Prælaturas, & officia per Conſtitutiones prohibita; dicitur enim, *Prælaturas, aut officia* cum diſiunctione; quia omnis Prælatura officium eſt, non verò omne officium eſt Prælatura; & ſic vtrumque ſub ea diſiunctiua comprehenditur; Et quoad Prælaturas ſcripſit P. Ignatius noſter *ead. conſiderat.* 156. *à n.* 24. ſub ipſis venire Prælaturas ordinarias, ſiue officia cum iuriſdictione ordinaria, vt ſunt officia Vic. Generalis Prouincialis, & Prioris, & inſuper Supprioratus, Definitoris, quia ſunt Prælati, potentialiter, quatenùs poſſunt Suppriores ſuccedere Priori mortuo, & Definitores P. V. Generali, ſi obierit in tertio anno, & inſuper officia

cia Commiſſarij tam V. Generalis, quam Prouincialis. Inter officia verò ponit à *n.27.* ea omnia quæ excluſis Prælaturis dari ſolent in Cõgregatione per electionem; & ſic Magiſterium Nouitiorum, & Profeſſorum, Lectoratus, Diſcretatus &c. ea ratione, quod in Conſtitutionibus *p.4.cap.10.* declaretur priuatos voce actiua, ac paſſiua inhabiles eſſe ad officia non ſolùm cum cura animarum, ſed & ad alia, quæ per electionem dari conſueuerunt, qualia ſunt officia prædicta Magiſtrorum, Lectorum, & Diſcretorum; & cum vouentes non prætendere comparentur priuatis tali voce, ideò dicit & hæc officia procurare, eſſe contrà votum de non prætendendo.

1158 Non eſt tamen, vndè colligatur hæc comparatio inter non potentem prætendere, & inter priuatum vtraque voce; neque apparet fundamentum inferendi eadem officia, quę dari nõ poſſunt voce priuato, cadere ſub prohibitione prætendendi, cum non ſit eadem ratio de inhabilitate ad recipiendum, vt eſt in priuato ex culpa, & inhabilitate ad procurandum ſolùm ex volontaria obligatione, vt in vouente: neque eſt cur verba, quibus exprimitur votum, *aut officium per Conſtitutiones prohibitum*, debeant intelligi de officijs prohibitis dari priuato voce. Et ideò excuſamus eum, cum ſcripſerit ante declarationem Capituli generalis de 1632. & à qua non eſt recedendum: vbi de Prælaturis & Officijs intrà Congregationem prætendi prohibitis, declaratum eſt ea eſſe *Officia V. Generalis, Deſinitoris Generalis, Procuratoris Generalis, Viſitatoris Generalis, Prouincialis, Prioris, Vicarij, Canonicè electi, & Diſcreti ituri ad Capitulum generale tantum, & non alia includi*; & modò etiam officium Diſcreti ituri ad Congregationem Prouincialem iuxta declarationem Capituli Generalis de 1635. *ſeſſ.* 11. *& de* 1638. *ſeß.* 11. In qua porrò Capituli declaratione includuntur tum Prælaturæ, tum officia, de quibus in formula prò emiſsione voti ſub diſiunctiua *Prælaturam, aut officium*; nam Prælatura amplectitur officia Vicarij Generalis, Viſitatoris Generalis, Prouincialis, Prioris, & Vicarij Canonicè electi, quibus competit iuriſdictio ordinaria; & nomine officiorum veniunt officia Procuratoris Generalis, Definitoris, & Diſcretorum, tam pro Congregatione Prouinciali, quàm prò Capitulo generali, quibus non eſt annexa iuriſdictio.

1159 Senſit inſuper idem Ignatius ſub *n.27.* comprehendi ſub hac prohibitione officia Cõmiſſarij Generalis, & Vicarij Prouincialis, ex Suario *d.cap.7.n.13.*, non autem Vicarij à Priore prò tempore ſuæ abſentiæ conſtituti. Sed ex ſuprapoſita declaratione patet, non comprehendi, quia dictio *tantùm* eſt taxatiua, & excluſiua cæterorum, vt abundè Barbos. in *diction. vſufrequ. diction* 402. Et ità Pellizzarius *d.cap.5. n.476.*, & Piſtachius *eod.cap.9.n.4.* Cum quibus tamen aduertendum, quod ſi à Religione de nouo præcipiatur aliud officium comprehendi in dicta prohibitione, ſubiecti erunt tali determinationi non ſolùm, qui inpoſterum profitebuntur, ſed & qui ante eam iam profeſsionem emiſerant; quia vel hoc fieret per declarationem, quo caſu afficeret, & iam profeſſos, cum per declarationem nihil fiat de nouo, ſed quod obſcurum eſt aperiatur. Sic Pellizzarius *n.482.* Leander *d.diſp.27.q.43.* vel per nouam determinationem, & adhuc ipſi obligarentur, ratione voti obedientiæ; cum, quæ à Capitulis generalibus, in quibus tota repreſentatur Religio, conduntur in ordine ad obſeruantiam Regulæ, ſiue implicitè, ſiue explicitè omnes afficiant, & ligent. Ità Piſtach. *ibid.n.5.*

1160 Loquendo poſtea de prætenſione extrà Religionem, dico ad ſolas Prælaturas eam extendi, vt patet ex forma, ſub qua emittitur tale votum; adeòque ad Epiſcopatum, Abbatiam, habentem iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, Vicariatum Generalem Epiſcopi; quin ad omnia officia habentia in foro externo iuriſdictionem in ſibi ſubditos Sanchez *d. cap.* 18. *n.28.* Pellizzar. *eod.cap.5.n.351.* Caſtro.Pal. *ibid. punct.6.n.3.* quia omnia huiuſmodi officia cum tali iuriſdictione veniunt nomine Prælaturæ, Suarez *d.n.13.* & communiter DD. & promiſſio, quæ fit per votum de non prætendendo extrà Congregationem, eſt de non prætendenda vlla Prælatione.

1161 Excluſit hinc P. Ignatius *ibid.n.43.* ab hoc voto Cardinalatum, quia cum careat iuriſdictione, non videtur Prælatura, ſed dignitas, vt tradunt Suarez, Sanchez, Palaus *loc.cit.* Piſtachius *ibi cap.2.n.16.*, & aliàs votum eſt ſolùm de non prætendendis Prælaturis, ideoque non extendendum ad dignitates. Sed contrarium verius, immò certum, quia videretur ridiculum per votum contrà ambitionem factũ non poſſe procurari Prælaturas, & poſſe prætendi Cardinalatum.

1162 Tenet hanc ſententiam Leander *ibid. q.25.* quia cum Cardinales eligant Summum Pontificem, videtur ſub nomine Prælaturæ Cardinalatus comprehendi; & quia eſt prima dignitas poſt Pontificatum maior Epiſcopatu; adeòque magis expetibilis; & quia multoties nomine Prælaturarum veniunt dignitates Eccleſiaſticæ, vt de hoc noſtro voto tradit Pellizzar. *ibid.n.481.* Verum hæ rationes nõ probant: non prima, quia ad Summum inferretur Cardinalatum eſſe Prælaturam impropriè, quod
ſatis non eſt, vt dicatur comprehenſus ſub
hoc voto, cuius obiectum, cum non ſit exten- m
dendum ſed potius reſtringendum ad impor- ris,
tata per proprietatem verborum, de ſola Præ- qua
latura propriè ſumpta debet intelligi. Non piam
cunda, quia hoc pacto caderet ſub hoc lci ele-
etiam Papatus; vt potè magis expetibilis, ſ Ponti-
tamen negatur ab ipſo Leandr. *ibid. q.4.* piſcopus,
tertia, quia Pellizzarius dum ſcripſit Paſſerin.
Prælaturæ, de qua in noſtro caſu, v ſi in termi-
gnitates Eccleſiaſticas, intendit ſolu turas, quod
dere dignitates non Eccleſiaſticas: n cis voluntate
ferre, quod omnis dignitas Eccleſi docet Pax Ior-
ſub hoc voto.
ertè ſatis differt

præ-

Digitized by Google

DVBIVM XI.

De quibus intelligenda annuorum redditũum prohibitio.

1116 ANnuos redditus nobis vetitos vidimus *dub. præced.* Quid autem eorũ nomine veniat, inquirendum. Et dico venire redditus prò ſingulis annis. Barboſ. de *appellat. verb. iur. appell.* 231. *n.* 5. Tiraquell. *de retract. lign.* §. 1 *gloſſ.* 6. *n.* 1. Iul. Capon. *tom.* 2. *diſcept.* 125. *nu.* 20. ſeu redditus perpetuos, quia relictum, ſeu legatum factum Monaſterio ad tempus non venit nomine redditũum. Tuſch. *pract. cõcl. tom.* 6. *litt. R. concl.* 66. *nu.* 3. vel ſaltem redditus annuos ad longum tempus. Vnde PP. Minores, qui incapaces ſunt redditũũ annuorum, ſicut & Domus Profeſſæ Societatis Ieſu, capaces ſunt legati annui ad modicum tempus, vt de illis Syluest. *verb. legatum.* 2. *q.* 3. *dict.* 1. Tabien. *verb. eod. Legatum.* 1. *q.* 4. *n.* 5. Cordub. *vtſup. cap.* 6. *q.* 11. *punct.* 3. Sorbus in *compend. priuil. Mendic. verb. legata. in annotat. verſ. ſi verò aliquod annuum non perpetuum.* Emanuel Sà in *Summ. verb. Religio. num.* 57. & de Domibus Profeſſis Societatis Ieſu Sanchez *d. cap.* 27. *n.* 6. ſeu infrà decenniũ, quod ex communi ſententia modicum tempus eſt; ſicuti longum tempus decẽnium, & vltrà, vt ex multis allegatis idem Sanchez *cap.* 26. *num.* 39. Diana *eod. tom.* 7. *tract.* 1. *reſol.* 233. *n.* 3. Ioan. Anton. Nouarius in *Summ. Bull. comment.* 110. *nu.* 11. *tom.* 2. & ratio eſt, quia moraliter cenſetur legatum vnius eleemoſinæ ſoluendæ eo tẽpore ſucceſſiuè: quo non tollitur mendicitas. Lezan. *tom.* 2. *verb. legata Regul. n.* 6. A Spiritu S. *ibid. n.* 50. Sanchez. *eod. cap.* 26. *n.* 36., qui *num.* 40. ſubdit, quod licet incapaces ſint prædicti Minores legatorum perpetuorum, qui veri redditus annui ſunt, capaces ſunt legati ad vitam alicuius Fratris Minoris relicti, quia tale legatum neque dici poteſt perpetuum, neque ad longum tempus; non primum, quia & ſi perpetuum ſit reſpectu illius Fratris, cui relinquitur, non eſt perpetuum ſimpliciter; cum hæc perpetuitas ſimpliciter attendenda ſit reſpectu Religionis, cui immediatè tale legatum acquiritur, reſpectu cuius annui redditus dici non poſſunt perpetui, niſi ad centum annos ſint, cũ tempus centum annorum attendatur in relictis Eccleſiæ, aut Ciuitati *l. fin. C. de Sacroſ. Eccleſ.* Neque ſecundum, quia, cum nihil certius morte, & incertius hora, legatum poteſt quotidiè extingui; & ità nõ dicetur fieri ad longum tempus; quam ſententiam dicit eſſe etiam Federic. *conſ.* 12. Anton. *cap. In præſentia. de probat.* Abb. *conſ.* 66. *lib.* 2. & tenet Thomas à Ieſu *p.* 5. *cap.* 3. §. *Sed an fieri poſſit.* Diana *ibid. nu.* 5. Quod idem dicendum quoad præfatam prohibitionem in noſtra Congregatione.

1117 Non item veniunt ſub prohibitione redditũum annuorum redditus perpetui deputati non ad victum, & veſtitum, ſed ad certum diuini cultus vſum, vt ad frumentum, vel vinum neceſſaria materiæ conſecrationis, oleũ prò lampadibus, ornamenta altarium, calices &c. cum quoad hæc nec prohibiti cenſeantur PP. Minoribus; quia per huiuſmodi redditus non releuatur Fratrum mendicitas, quæ reſtringitur ad alimenta, & veſtes; Sed ſolùm cultus diuinus promouetur, vt tenent Federic. de Sen. *conſ.* 12. *num.* 4. & cum Nauarr. Cordub. Roderic. & alijs Sanchez *eod. cap.* 26. *n.* 42. Portell. *in dub. Regul. verb. hæreditas n.* 5. & *verb. legatum n.* 3 Diana *eod. tract.* 1 *reſol.* 233. *nu.* 2. Lezan. *t.* 2. *d. verb. legat. nu.* 6. Pellizzar. *cit. cap.* 2. *n.* 61. & 103. Fagnan. *in d. cap. In præſentia. n.* 60. vbi affert Rot. *deciſ.* 365. *num.* 9. *part.* 5. *diuerſ.* & deciſum à Sac. Congreg. dicit. *n.* 52. *in cap. Nimis praua. de exceſſ. Prælat.* & reſoluit eadem Rot. coram Merlino in *vna Romana computorum. de* 1630. relata à Tamburino de *iur. Abb. tom.* 3. *diſp.* 11. *q.* 1. & eſt in impreſſis coram d. Merlin. *deciſ.* 456. *n.* 72. Valet enim argumentum quoad hæc à Religione Minorum ad noſtram; ſi enim illi, quibus non licet *redditus quoſcumque recipere*, vt ex *Clemen. Exiui.* §. *cumque annui redditus*, capaces ſunt ſupradictorum annuorum redditũum, capaces erunt, & noſtri quibus ſolùm annuos redditus abſque dictione illa *quoſcumque* prohibent Conſtitutiones. Qua ratione neque intelliguntur venire, & includi in hac noſtra prohibitione redditus annui prò libris, & reliquis ſtudio neceſſarijs coemendis, cum nec includantur in ea PP. Minorum, qui talium redditũum capaces ſunt, vt cum Abb. *conſ.* 63. *n.* 2. & Anton. Cuch. *lib.* 3. *Inſtit. maior. tit.* 1. *num.* 39. idem Sanchez *ibid. n.* 46. Fagnan. in *d. cap. Nimis parua. n.* 25. Diana *d. n.* 2. Nouarr. *eod. comment.* 110. *n.* 13. & cum Pellizzar. atque Palao Antonius à Spiritu Sancto *ibid. n.* 56. quia & hi non officiunt mendicitati, quæ in eo conſtit, quod quotidiè mendicentur alimenta, quorum nomine ſola veniunt corpori neceſſaria, vt eſus, potus, habitatio, veſtes, ligna, vt apud Barboſ. *de appellat. verb. iur. appell.* 15.

1118 Nec etiam veniunt ſub tali prohibitione redditus illi annui, qui proueniunt ex legatis, in quibus non iam Monaſterijs, ſiue Religioſis aliquid legatur in perpetuum, ſed quibus grauatur hæres ad aliquam eleemoſinam quotannis præſtandam; nam etiam ſtante dicta prohibitione poſſunt Conuẽtus recipere talem eleemoſinam, cum non recipiatur ratione iuris alicuius, quod habeat ad illam Monaſterium, ſed ex ſolutione eius, qui obligatus eſt, & tenetur Teſtatori, eo modo quo ſi quis voueret dare Conuentui PP. Capuccinorum quotannis certam eleemoſinã, abſque dubio poſsũt illam recipere, etſi nequeant redditus annuos poſſidere. Ità Sanchez *cap.* 27. *n.* 9. & Anton. à Spiritu Sancto *ibid. n.* 54. citatis Roderic. & alijs.

1119 Difficultas modo eſt: an in prohibitione redditũum annuorum comprehendãtur, & redditus annui, qui ſint prò Miſſis celebrandis v. g. prò anniuerſarijs, & Miſſis quotidianis, & perpetuis. Qua ſuper re quidam I. C. ſi non ità, ſenſit, ſaltem ſcripſit comprehendi, & eorum

nos

nos incapaces eſſe, cùm à noſtro ſtatuto prohibeantur redditus annui; nam eleemoſinæ prò huiuſmodi Miſſis quotidianis, vel anniuerſarijs perpetuis redditus annui ſunt: quapropter declarauit Rot. *coram Merlin. d. deciſ. 456. à n. 15. & ſeq.* & S. Congregatio deputata apud Fagnanū in *d. cap. Nimis praua. n. 49. & 53.* & tenent alij quamplures, PP. Minores de Obſeruantia, & Capucinos eſſe talium reddituum annuorum licet pro Miſſis, & anniuerſarijs, incapaces.

1120 Verùm non comprehendi dicendum eſt. Primò, quia prædicta annuorū reddituum prohibitio, de qua noſtræ Conſtitutiones, intelligenda eſt de redditibus, qui ſint puri redditus annui, liberi & gratuiti, non verò qui ſint eleemoſinæ, & ſtipendia prò Miſſis; & ſuadetur ex eiſdem Conſtit. *ibi n. 3.* vbi: *Si aliquod bonum ſtabile alicui Conuentui donetur, ex quo fructus annui colligendi ſint, Vicarius Generalis de conſenſu Definitorij vendat*; ex quibus verbis deſumitur intelligentia reddituum annuorum prohibitorum, quod nempè ſint, qui ſunt puri redditus annui; dum enim hic prohibentur redditus annui, qui ſint ex donatione, vtique prohibentur redditus annui, qui ſint tales, puri, liberi, & gratuiti; non verò, qui cum onere Miſſarum; cum enim in his ſit imbibita, vt dicemus, ratio ſtipendij, non poteſt in ipſis conſiderari donatio, ſub cuius appellatione ea venit propriè, quæ fit ex liberalitate, non verò quæ fit ex cauſa. Hieronym. Gabr. *conſ. 3. nu. 3. lib. 1.* Put. *deciſ. 323. nu. 3. lib. 1.* Sim. de Pretis *de interpret. vltim. volunt. lib. 2. fol. 109. n. 1.* Cyrillus Rubeus *d. art. 1. §. 9. num. 2.* vbi *n. 3.* quod ſi detur prò eleemoſina, iam donatio non eſt; & ſic cum manifeſtè dignoſcatur vendēda eſſe ſtabilia donata, ex quibus annui redditus colligendi ſint, ex hoc ſtatuto dignoſcitur pariter quinam redditus annui veniant in ea prohibitione ſub *n. 1. Sed etiā in communi redditus annuos prohibemus*, nempè qui ſint puri, & liberi, ſimplices, & gratuiti redditus annui; cū vnum ſtatutum declaretur per aliud. Secundò quia in eiſdem Conſtit. *ibid. n. 2.* expreſsè habetur *Prò Miſſis, alijſue functionibus pijs annuæ eleemoſinæ recipi poterunt; nec onus perpetuum prò Miſſa, quæ citò conſumatur, recipiant*; ergò ſi prò Miſſis annuæ eleemoſinæ recipi poſſunt, redditus annui, qui prohibentur, ſub *n. 1.* ſunt puri redditus annui, nō verò qui ſtipēdia ſunt prò Miſſis, officijs &c.

1121 Nec valet reſponſio præfati I.C. quod ſermo ſit hic de Miſsis, quæ in dies per annum celebrantur, & de eleemoſinis, quæ prò eiſdem per annum pariter, ſeu infrà annum erogantur, non verò de eleemoſinis, quæ ſint redditus annui prò Miſſis, & anniuerſarijs in perpetuum. Non valet, inquàm, tum quia annuum dicitur, quod ſit ſingulis annis, & non per dies infrà annum; qua ratione diſtributiones quotidianæ, ſeu quæ per annum fiunt, non veniunt nomine annuorum reddituum, per Barboſ. *de appellat. verb. iur. appell. 231. n. 5.* Iul. Capon. *d. diſcept. 125. n. 20. & 21.* tum quia tales eleemoſinæ prò Miſſis per annum ſunt propriè manuales, & quotidianæ, vt benè diſtinguit Em. Laurea in *Epit. Canon. verb. Miſſarum onera*, ex Decret. S. Congregationis Concilij *de celebrat. Miſſar. §. 8.* & eiuſdē reſponſ. *ad quæſit. 11. & 15.* tum quia, ſi tale ſtatutum intelligendum eſſet de eleemoſinis quotidianis prò Miſſis infrà annum, ſuperfluè appoſita fuiſſent verba *annuæ eleemoſinæ*; cum ſatis fuiſſet dicere *prò Miſſis, alijſue functionibus pijs eleemoſinæ recipi poterunt*; quin dici debuiſſet *prò Miſſis, alijſue functionibus pijs eleemoſinæ, quæ in dies erogantur, recipi poterunt*, quando intendiſſet legiſlator excludere annuas eleemoſinas, quæ eſſent prò ſingulis annis.

Sed remouetur omnis difficultas ex verbis illis: *Nec onus perpetuum prò eleemoſina, quæ citò conſumatur, recipiant*; eo enim ipſo quod prohibetur recipi onus perpetuum prò eleemoſina, quæ citò conſumatur, ſupponitur, ſiue conceditur poſſe recipi onus tale prò eleemoſina, quę non ità conſumatur, cum ex vulgato iure exceptio firmet regulam; ergò poſſunt recipi ſimpliciter eleemoſinæ prò Miſſis perpetuis; adeòque eleemoſinæ correſpondentes oneri; & ſic annui redditus prò Miſſis perpetuis.

1122 Confirmatur primò quia, decreta de celebratione Miſſarum iuſſu Vrbani VIII. à S. Congregatione Concilij ſub *die 12. Iunij* 1625. edita, etſi per triginta & amplius annos hac Excalceatorū Congregatione poſteriora, non eam comprehenderunt inter Religiones, quæ onera perpetua Miſſarum recipere non cōſueuerunt, vt ad *q. 19.* actum eſt de Capuccinis & Societate Ieſū: quo benè dignoſcitur ſupponi ea ab Excalceatis poſſe acceptari. Secundò: ex conſuetudine recipiendi tales eleemoſinas prò anniuerſarijs, & Miſſis perpetuis, quæ ſemper viguit in Congregatione; vnde adhuc magis conſtat in prohibitione redituum annuorum venire ſolos, ſimplices, & liberos, non verò eos, qui ſint prò Miſſarū ſtipendijs; conſuetudo enim eſt optima legis intrepres. *cap. Cum dilectus. de conſuetud. & cap. Certificari. de ſepultur.* & latè Paſſerin. *in cap. Conſuetudinem. 1. de Conſuetud. q. 1. art. 10. à n. 244.*

1123 Ad rationem ergò in contrarium reſpondetur verum eſſe, nomine redditu ū annuorum venire poſſe eleemoſinas annuas prò Miſſis perpetuis: ſed non propterea ſequi, eas nobis eſſe prohibitas in prohibitione reddituum annuorum; quia ex dictis conſtat, prohibitionem hanc intelligendam eſſe de redditibus annuis puris, liberis, & gratuitis; tum quia prohibitiones ſtrictè ſunt interpretandæ, ſeu reſtringēdæ, tum quia ſub *num. 2.* expreſsè permittuntur & annuæ eleemoſinæ prò Miſſis, & onera perpetua: quo fit, quod prohibitio illa intelligenda ſit de alijs redditibus præter expreſſos.

1124 Nec argumentum valet à Religione PP. Minorum ad noſtram; quia omiſſo, quod ipſi ſint incapaces legati annui cum onere Miſſarum, cum non deſint, qui eos capaces dicant, eo quia huiuſmodi non ſunt propriè legata, ſed Miſſarum ſtipendia, vt Antonius Cuchus *lib. 3. Inſtit. maior. tit. 1. n. 36.* ex Palludan. *in epiſt. ad Magiſtrum. Ordinis Prædicatorum.* Sylueſter in *ſumm. verb. legatum. 2. q. 3. n. 4.* Angelus *verb. eod.*

1.*n.*5. Tabien. *eod. verb.* 1. *q.* 4. *n.* 5. D. Antoninus 3. *p. tit.* 18. *cap.* 1. §. 12. Cordub. in *Regul. q.* 16. & 17. Roderic. *tom.* 2. *q.* 126. *art.* 4. Ribadeynera *de inſtit. Societ. Ieſ. cap.* 23. *pag.* 191. Thomas à Ieſu *loc. ſup. part.* 5. *cap.* 3. *verſ. poſſunt prætereà.* Texeda *in Theol. moral. tom.* 1. *l.* 2. *tr.* 2. *dub.* 4. *controu.* 17. *n.* 21. cum Mantica *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 6. Bonacin. *de contract. diſp.* 3. *q. vlt. punct.* 3. *n.* 8. Pellizzar. *tract.* 4. *cap.* 2. *n.* 43. & 44. Diana *eod tract.* 1 *reſol.* 234. *n.* 1. A Spiritu Sancto *d. diſp.* 4. *n.* 42. & 43. Cyrillus Rubeus *cit. art.* 1. §. 23. *n.* 25. & *à pag.* 548. (quamuis limitet præciſa actione procedendi iuridicè) ex quo capite etiam ruit argumentum, & illatio contrà noſtram concluſionem. Hoc inquam, omiſſo: non valet conſequentia ab illa Religione ad noſtram, quia modus paupertatis vnius Religionis non eſt menſurandus à modo paupertatis alterius, cum ſit diuerſus in Religionibus. Iul. Capon. *ibid. diſcept.* 116. *n.* 34. & Anton. Roſſ. apud eumd. *diſcept.* 163. *verſ. reſpondetur ex Ricciul.* niſi vbi adſit maior ratio iuxtà illationem, quam feci ſuprà *n.* 1117. à capacitate PP. Minorum quoad redditus annuos prò Sacriſtia, non obſtante prohibitione quorumcumq; annuorum reddituum ad capacitatem noſtræ Congregationis, in qua non reperitur talis prohibitio cum eo termino ſic amplo, qui omnes redditus amplectitur: Sed attendendus eſt modus paupertatis Religionũ à proprijs earumdem Conſtitutionibus, vt aduertunt Thomas à Ieſu *ibid. cap.* 1. §. *hi ergò Ordines. verſ. in his igitur Religionibus & cap.* 3. §. *ſed dubium eſt in fin.* & Antonius à Spiritu Sancto *ibid. n.* 67. maximè cum paupertas, quam nos profitemur, differat ab ea PP. Minorum, cum vi noſtrarum Conſtitutionum poſſit diſpenſari cum Conuentibus particularibus à noſtro Capitulo generali ſuper poſſeſſione ſtabilium; quod non militat quoad illos; & ſic à diuerſis non eſt faciẽda illatio, & ab æquiparatis non tenet argumentũ, niſi quando æquiparatio eſt in puncto æquiparato, vt in ſimili Ricciullus. *de iur. perſonar. lib.* 8. *cap.* 9. *n.* 24. adeòque poterunt nobis eſſe prohibiti annui redditus, qui ſint ſimplices redditus, non verò qui ſint prò ſtipendijs Miſſarum, licet illis ſint vtrique prohibiti: prout ex cõſimili in *cit. n.* 1117. prohibitione aliquorum reddituum, & non aliorum; & ità deciſum fuit à S. Congregatione in reſponſ. ad ſequentes preces prout ex authentico tranſumpto.

1125 *EEm. & RR. DD. Prior, & Capitulares Auguſtiniani Excalceati Conuentus S. Angeli Cuſtodis Ciuitatis Aſculan. EE. VV. humiliter exponunt, qualiter Boetius qu. Petri Petronij ſuo vltimo teſtamento ipſis Oratoribus quingenta ſcuta legauit, inueſtienda tamen ad effectum percipiendi fructus, & cum onere celebrandi tres miſſas ſingulis hebdomadis in perpetuum. At quia Franciſcus Petronius præfati Teſtatoris filius ſoluere recuſat eo prætextu, quod incapaces ſimus ſimilium legatorum: quod tamen verum non eſt, tum propter conſuetudinem eã acceptandi, tum propter ſpecialem conceſſionem noſtrarum Apoſtolicarum Conſtitutionum. p.* 1. *cap.* 7. *de paupertate* §. 2. *per hæc præciſa verba.* Pro Miſſis alijſue functionibus pijs annuæ eleemoſinæ recipi poterunt: dummodò nec plures quam illæ, quibus breui ſatisfieri poſſit, nec onus perpetuum pro eleemoſina, quæ citò conſummatur, recipiant. *Supplicant Oratores humiliter EE. VV. quatenus dignentur talis legati eos capaces declarare &c.*

S. Congregatio EE. S. R. E. Cardinalium negotijs, & conſultationibus Epiſcopor. & Regul. præpoſita; Veris exiſtentibus narratis, cenſuit Oratores poſſe ſimilia legata retinere. Romæ. 17. Iulij. 1676.

F. Card. Carpineus.

Loc. ✠. *Sigill.*

B. Panciaticus Secr.

DVBIVM XII.

De Excalceatorum paupertate in particulari, vbi de pecuniarum tactu.

1126 QVoad hoc eſſentialiora tantum promamus. Nequeunt ergò noſtri Religioſi habere annuos redditus, aut peculium vllum, cum hoc expreſsè prohibeatur à Conſtitutione; adeòque non ſolum ſi quid alicui Religioſo legetur, monaſterio acquiritur, & ſub abſoluta Prælati diſpoſitione ſubijcitur: ſed etiam quidquid acquirunt ſiue ratione Concionum, ſiue Sacrificiorum, ſiue eleemoſinarum, ſiue quocumque alio titulo debet in communibus officinis reponi, vt indifferenter iuxtà cuiuslibet indigentiam diſtribuatur, etiamſi eſſet v. g. veſtis aliqua, ſiuè habitus particularitèr à parentibus donatus ex Conſtit. *part.* 1. *cap.* 12. *n.* 10. & 19. vno verbo: nullius rei etiam minimæ dominiũ, vſum, vel vſufructum ſibi applicare poſſunt, niſi de licentia Superioris, Conſtit. *part.* 4. *cap.* 12. *n.* 2. Quarè *in virtute Spiritus Sancti, & S. Obedientiæ* ibi præcipitur, *vt quilibet intrà* 24. *horarum ſpatiũ quidquid acceperit quouis modo donatum* (quod tamen intelligendum de re in quantitate ſufficienti ad peccatum mortale) *in officinis, & locis ad ea ſeruanda deputatis reponere curet ſub pœna grauiori, neque ab aliquo Confeſſore abſolui poſſit, antequàm prædicta repoſuerit, vt indè indifferenter in communes vſus expendantur.* Nec item quis ex noſtris poteſt alicubi retinere aliquid ſibi propriè deputatum, ſiue eorum, quæ ad victum, infirmitates, libros, & alios vſus ſunt neceſſaria, ſed omnia in promptuarijs, & officinis prędictis ad indifferentem omnium vſum de licentia Superioris à deputatis cuſtodibus conſeruari debent. *ibid. part.* 1. *cap.* 7. *nu.* 5. vnde ſpecialis mos apud noſtros numquàm appellandi rem aliquam nomine *meam* iuxtà S. P. Auguſtini Regulam: *Non dicatis aliquid proprium,* quæ adducitur à Gratiano 12. *q.* 1. & iuxtà conſuetudinẽ antiquam Eccleſiæ ex *Act. Apoſtol. cap.* 4. de qua re, & in quo ſenſu valeat, videantur Thomas à Ieſu *loc. ſup. part.* 2. *cap.* 1. & A' S. Fauſto *d. lib.* 8. *q.* 91.

1127 Vlteriùs nemini quid eſculentum, aut poculentum retinere permiſſum in cellis *ibid.*

d. n. 5.

d.n.5. nec capſam, aut quid ſimile obſerratum, exceptis Prçlatis maioribus, & immediatis, quibus vnum tantummodò conceſſum oratorium ad recondendas ſcripturas ſecreto dignas; & officiorum ſigilla. *d. cap.7. n.7.* quæ cellæ non iam claui ferrea, ſed tantum exiguo ligno cum funiculo claudi poſſunt; nec quid in eis prçter tres, vel quatuor ad ſummum ex carta, & ſine colore imagines parietibus nudis affixas, lectulum cum paleariçio, & puluinari palea plenis, humile coopertorium, tabulam inelaboratam, ligneum ſedile, vel ex herbis contextum, permittitur, quod delicatum, pretioſum, aut curioſum appareat, *dict. cap.7. n.7.8.9.10. & 11.* ità quod nec Reliquias particulares intrà vaſa argentea, vel aurea, ſed intrà burſam nigri coloris abſque ornamentis ſecum deferre fas ſit. *ibid. cap.12. n.8.* ſicut nec cultellos deauratos, aut inargentatos, aut aliquid aliud notabile *ibi n.13.* adeòque nec horologia, vt benè Lezana *tom.1. part.1. cap.6. nu.13.* Bordon. *reſol.43. q.16.* & *nu.43.* & quia ſuperflua, & quia incongrua noſtræ paupertati, cũ percipere nequeam licita eſſe horologia præcipuè argentea Religioſis reformatis, quibus in cella vix ex carta tres, vel quatuor imagines permittuntur, & Reliquias Sanctorum, niſi in vaſe oſſeo, vel ex ſimili materia, non verò argenteo deferre conceditur.

1128 Item nec litteras abſque licentia Superiorum recipere valent: dico recipere, quia &ſi per Conſtitutiones *part.1. cap.5. n.3.* prohibeantur tum illas mittere, tum ad eos miſſas aperire, vel legere ſine Superioris licentia, quod eſt potius contrà obedientiam, vt ex titulo *dict. cap.5.* qui eſt de *obedientia*; recipere tamen ſine dicta licentia ex vi Regulæ eſt contrà votum paupertatis, cum ibi, & in *eod. cap. Non dicatis*, ſic: *Quicumque autem in tantum progreſſus fuerit malum, vt occultè litteras, vel quodlibet munus acceperit &c.* vbi patet æquiparari receptionem litterarum munerum receptioni, vt benè Peyrinus *tom.1. de Subdit. q.2. c.2. §.9.* cum Nauarr. *comm.2. de Regul. n.13. & lib.3. conſ. de Stat. Monach. conſ.3. à n.43.* & A' S. Fauſto *d. lib.8. q.125.* & ideò ſaltem peccatum veniale eſſe, excepto tamen ſi litteræ ſint neceſſariæ, & in caſibus, in quibus iuxtà noſtra ſtatuta licet Religioſis inſcio Prælato immediato Superiorum maiorum litteras recipere, ſicut ex illis ſcribere.

1129 Tandem, nec pecunias non ſolùm retinere, vt conſtat ex dictis, ſed nec etiam tangere ſub pæna grauiori, & excommunicationis latæ ſententiæ. Conſtit. *part.1. d. cap.7. num.4.* Vndè ſtrictiſſimã hanc noſtram in particulari paupertatem dicere non verebor, ne dicam (citra tamen aliorum præiudicium) quod de paupertate particulari ſuæ Religionis ſcripſit Antonius à Spiritu Sancto *d. tract.3. diſp.4. n.71. in fin. Vt neſciam an alia ſtrictior in Dei Eccleſia inueniatur.*

1130 Super hoc autem tactu tria poſſunt quæri. Et primò de quonam tactu pecuniæ procedat prohibitio; de phyſico ne, vel politico? Et quamuis poſſit intelligi de tactu politico, & vſuario, ſeu ad emendum, vendendum &c. non verò naturali, & phyſico, hoc eſt de tactu pecuniæ tamquàm metalli, vt in ſimili quoad PP. Minores Politius Capuccinus in ſuo *Comm. ad cap.4. Regul. num. 5 tit. Tangere.* Bartol. à S. Fauſto *d. lib.8. q.122.* Donat. *tom.4. tract.15. q.47.* Petrus Marchant. *in expoſit. eiuſd. Regul. S. Feanciſci cap.4. q.2.* (licet & tactum phyſicum velit illis prohibitum Nicolius in *lucubrat. Iur. Ciuil. lib.3. tit.15. n.35. §. Item Cappucini*) & quoad Minimos Peyrin. in *Regul. S. Franc. de Paula cap.5. §.24. q.2. n.3. & 4.* vndè infert ſub *nu.6.* non eſſe contrà Regulam pecuniam tangere, & ſuper ſe deferre, ad hoc, vt ex ea fabricetur, vel deauretur calix. Tamen vtroque modo eſt ibi nobis prohibitus; & quia prohibitus abſolutè; vndè vtrumque modum complectitur, vt ex axiom. *vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.* Donat. *ibid. n.2.* tenetq; Pellizzarius *tract.4. cap.2. nu.317. §. circà cuius*; & quia iam tactus polyticus, ſiue moralis, qui conſiſtit in expendendo, eſt iure voti paupertatis prohibitus, in materia tamen ſufficienti ad peccatum; ex quo ſequitur, quod dum prohibetur ſpecialiter tactus pecuniarum, & per hæc verba: *Sed nec etiam tangere*, de alio tactu quam polytico, & morali, ſeu de phyſico intelligenda ſit prohibitio. Et quia in eadem Conſtit. *ibid.* habetur: *Commiſſi autem, vel Tertiarij eas tangere poterunt, & de licentia Superioris expendere*; ex quo dignoſcitur diſtingui à Conſtitutionibus *tangere* ab *expendere*; & inſuper permiſſum illis tangere ſine licentia Superioris, licet non expendere ſine tali licentia; adeòq; dum prohibetur earũ tactus, intelligendus eſt tactus ſimpliciter etiam non in ordine ad expendendum. Et ità ex obſeruantia, quæ eſt legis interpres. Pellizzar. *ibid.* & Paſſerinus de *ſtatibus tom.1. q.186. art.7. n.427.* Præterquamquod tam Corduba in *Regul. cap.4. q.4. p.2.* Politius *ibid. n.5.* & Cyrillius Rubeus *loc. ſup. art.1. §.20. nu.13.* quoad PP. Minores, quam Peyrinus *ibid. nu.6.* quoad ſuos Minimos dicunt, hunc tactum naturalem, & phyſicum, & ſi non prohibitum iure Reguiæ poſſe illis eſſe prohibitum alio iure, ſcilicet naturali, vel diuino, vt ſi quis pecuniam ſolùm naturaliter tangeret ex curioſitate cum ſcandalo tamen aliorum, qui ſciunt eos non poſſe pecunias tangere; hoc enim caſu peccatum eſſet graue, vel leue iuxtà ſcandali qualitatem. Vel ſi ex ipſo actu naturali immineret ipſi tangenti periculum cupiditatis habendi pecuniam modo illicito.

1131 Secunda difficultas eſt: an in hoc tactu detur paruitas materiæ? Et licet Donatus neget *ibid. q.48.* quia res indiuiſibilis non admittit paruitatem materiæ, qualis eſt tactus pecuniæ, contrarium ſentit Politius *loc. ſup.* quem ſequitur Pellizzar. *d. n.317.* & ratione rei tactæ, & ratione temporis, quia in omni violatione præcepti datur paruitas materiæ, quæ excuſat, à peccato mortali, vel ratione rei materialis in ſe, vel ratione temporis, vt ſi retentio

pecu-

pecuniæ non excedat biduum, eo modo, quo per Sanchez in *ſumm. cap.*10. *num.*55. retinens apud ſe librum prohibitum per vnam, vel alteram diem, excuſatur. Nec obſtat, quod, vt Donatus ait, verum non ſit, in omni tranſgreſſione præcepti dari paruitatem materiæ; nam licet hoc verificetur in blaſphemia, delectatione venerea, & alijs quibuſdam ex ſpeciali ratione; tamen vt plurimum admittitur à DD. aſſerta concluſio; nec eſt, cur prohibitio tactus pecuniarum ſit talis, quod ſit incapax omninò paruitatis materiæ, vt Paſſerinus *ibid.* Nec negatur, quod ſit ex genere indiuiſibilium, ſed dicitur, quod poteſt dari tranſgreſſio & non lethalis ob paruitatem materiæ, eo modo, quo propter eamdem rationem tot aliæ tranſgreſſiones etiam in genere indiuiſibilium, excuſantur à mortali. Et ità ſentiunt Cordub. *ibid. p.*1. Politius *loc. d. n.*4. Crouſerſ. *lect.* 2. *paren. in cap.*6. *Regul. Min. verb. dixi, pecuniæ*; quos allegat, ſequiturque Peyrinus *d. nu.* 6. Cyrillus Rubeus *eod. n.*13. dum dicunt, nullum eſſe peccatum, ſi cum honeſta cauſa tangatur, v.g. ſi ex vrbana humilitate, & honoris gratia è terrà leuetur, & reddatur Magnati, è cuius manu cecidiſſet.

1132 Tertia difficultas eſt; an ſtante tali prohibitione, violentur ſiuè Regula, ſiuè Conſtitutiones à tangente pecuniam mediatè, medio inquàm ſudario, vel charta? Et quidem Politius *eod. tit. Tangere. nu.*5. reſpondet negatiuè; primò ex ſuppoſitione, quod non ſit ipſis prohibitus tactus naturalis. Secundò ratione communi, quia ſcilicet, verſamur in materia pænali, in qua debet fieri reſtrictio, vt prohibitio intelligatur ſolum de tactu immediato, non verò mediato. Et poteſt confirmari à pari de laico, qui licet nequeat tangere immediatè res ſacras ob reuerentiam, poteſt tamen eas tangere mediatè, vt puta adhibito velo, vel ſimili. Pellizzarius è contrà *d. n.*317. *§. reſpondetur, ſecluſo*; & Donatus *ibid. q.*49. tenent, & tactu mediato violari ſtatutum, quia cum finis prohibitionis, qui eſt ad tollendum ſcandalũ ex poſſeſſione monetæ, vel deſiderium expendendi pecuniam, emanet ità à contactu mediato, ſicuti immediato, ex eadem finali ratione legis prohibitus cenſendus eſt vterque tangendi modus. Et ſubdit Donatus, in hoc tactu mediato interuenire fraudem legis; & perindè ſe habere, ac ſi dicatur, votum de non comedendo carnem abſolutè, non comprehendere eſum carnis ſalitæ. Et ad inſtantiam de tactu rei ſacræ, reſpondet, diſparem eſſe rationem, quia reuerentia debita rei ſacræ, ſaluatur per contactum mediatum, quod non poteſt dici de fine prædicti præcepti non tangendi pecunias ad euitandum ſcandalum ex eius poſſeſſione, & deſiderium expendendi; & etiam quia tangere res ſacras mediatè, reuerà non eſt rem ſacram tangere, ſed velum, quo res ſacra tangitur: at habere pecuniam ſiue in charta, ſiue in ſudario, ſiue pera, eſt propriè apud ſe pecuniã habere. Paſſerinus autem *loc. ſupr.* ſuperfluam hanc dicit quæſtionem, quia cum ſolus tactus moralis dicatur prohibitus, ad hanc moralitatem parum refert, quod pecunia tangatur mediatè, vel immediatè; & tactus phyſicè mediatus, eſt moralitèr immediatus, ſi Religioſus tangat pecuniam mediatè ad emendum.

1133 Verùm quoad Donatum, vltima eius reſponſio non ſatisfacit, quia non loquimur de habenda pecunia, quam certum eſt verificari ſiue in charta, ſiue in pera habeatur; ſed de eius tactu, qui mediante ſudario v.g. non videtur ſequi, eo modo, quo per ipſum tangens rem ſacram medio velo tangit non rem ſacram, ſed velum. Melior eſt ergò prima reſponſio, quod per illum tactum mediatum ſeruatur rei ſacræ debita reuerentia. Sed hinc reſtat probandum, cur non item ſaluetur obſeruantia ſtatuti per ſimilem tactum mediatum pecuniæ. Nec ſoluit difficultatem, quod dicitur de fine, nempè ad euitandum ſcandalum ex poſſeſſione pecuniæ; poteſt id namq; conſiderari, & in caſu licito; quando nempè expenduntur pecuniæ de conſenſu Superiorũ, & per tertiam perſonam dantur mercatoribus; tunc enim etiam poteſt interuenire præſuppoſitum ſcandalum ex poſſeſſione pecuniæ, quam poſſideri manifeſtum eſt, eo ipſo quod expenditur, etiam ſi nullo modo tangatur; & ſic non videtur hic eſſe finis talis prohibitionis quoad tactum mediatum. Præterquamquod non eſt dubium, quod poſſit intelligi prohibitus talis tactus ſub vno modo, & non ſub alio, ſicuti in aliquibus locis permiſſus eſt in Sabbato eſus carnium vnius rationis, & non alterius, nempè interiorum, non verò cæterarum. Quoad Paſſerinum verò; non videtur abſolute concedendum, eſſe ſuperfluam quæſtionem, quia adhuc quando tactus moralis eſt licitus, ſeù quando expenduntur pecuniæ, vel cum licentia Prælati, vel in quantitate citrà peccatum, adhuc poteſt eſſe illicitus, & prohibitus tactus earumdem pecuniarum; & in hoc caſu quæritur, an poſſint tangi mediatè abſque legis violatione. Quarè ad dignoſcendum, an tactus mediatus ſit à lege prohibitus, & per eum ipſa violetur, attendenda eſt Religionum conſuetudo, vt concedunt tum ipſe Donatus *ead. q.* 49. *n.*2. *in princ.* tum Pellizzarius *ibid.* dum in ſua aſſertione excludit vſum, ſi ſit legitimè introductus; vt in noſtra Congregatione, & ex Definitorij, ac Capitulorum declarationibus, ex quibus habemus noſtrum ſtatutum intelligendum de tactu immediato; & ideò etiam in caſu, quo ſit licitus tactus moralis, tangi non poſſunt, niſi mediatè.

1134 Obſeruandum eſt tamen primò, non eſſe contrà ſtatutũ in itinere periculoſo ſuper ſe deferre pecuniam ex charitate vſque ad locum; in quo ceſſaſſet periculum latronum, vt Marchant. *ibi. ead. q.*2. & cum Politio *ibid. n.*6. Crouſerſ. *eod. loc. verb. deducitur*. Peyrinus *cit. n.*6. multò magis; cum à noſtris ſtatutis non prohibeatur deferre, ſed *retinere*, quod indicat tenere ad proprietatem. Obſeruandum ſecun-

dò

dò: itinerantes ex obedientia, poſſe pecunias tangere ſaltem mediatè, & ſecum deferre, ac retinere: tum quia hic eſt caſus neceſſitatis. A S.Fauſto *ead. q.122.* & Peyrin. *ibid. n.7.* & Donatus ipſe *cit. q.49. nu.3. verſus fin.* quod non reprobat Pellizzarius *ibid. in fin.* tum quia Prælati maiores, qui poſſunt in his diſpenſare, per Cordub. *in cap.10. Regul. q.4. ad fin.* & Peyrin. *tom.1. de ſubdit. q.1. cap.8. concl.*10. eo ipſo, quod obedientiam concedunt itinerandi, cenſentur ſuper eiſdem diſpenſare; idem Peyrin. *cit. n.7.* A quibus non diſſentit Paſſerinus dum *dict. n.*427. dicens noſtrum ſtatutum à nobis violari ſiue mediatè, ſiue immediatè tangatur pecunia, excipit, niſi fiat de licentia, vel adſit neceſſitas grauis.

1135 Cætera, quæ circà paupertatem in particulari quæri poſſunt v. g. circà modum, quo poſſint Religioſi quid ex dono, aut alio titulo accipere, retinere, vel dare, & expendere, cum qua licentia, & ſimilia pertractare omitto, quia cum ſint communia, & paſſim de eiſdem DD. apud eos videri poterunt. Vnum tantùm ſubijcio quoad quantitatem ſufficientem ad peccatū mortale in materia paupertatis. Nam intricatiſſima quęſtio eſt, & de ea fusè Barthol. à S.Fauſto *d. lib.8. q.193.* & Donat. *tom.1. part. 2. tract.15. q.19.* Et omiſſis diſceptationibus, dico, in Congregatione noſtra cenſendam eſſe materiam ſufficientem ad peccatum mortale duos, aut etiam vnum Iulium iuxtà Conuentuum qualitates. Ità ex Fauſto *ibi n.18. & 19.* & Donato *loc. cit. nu.34. & 35. & tom.4. tract. 15. q.33.* quia cum menſuranda ſit qualitas lethalis in materia paupertatis à quantitate eadem in materia furti, pręfata quantitas cenſetur per ſe grauis in ratione furti quoad pauperes perſonas. Conſentit quoad duos Iulios Lezana *d. tom.1. part.1. cap.6. n.57.* & ante illum Thomas à Ieſu *loc. ſup. part.3. cap.8. §. dubitationi igitur.* vbi: *In Religionibus verò, quæ ſtrictiorem ſeruant paupertatem, fortè minor, quantitas grauis materia iudicari poſſet,* vt eſt in noſtra, in qua debent omnia communia eſſe, & communitati deſeruire, & ad hunc effectum quidquid donatum fuerit, in communibus officinis ex præcepto reponi; & in qua furtum rei licet minimæ per Conſtit. *part.4. cap.12. n.4.* graui pæna punitur. Vnde, ſi in Congregatione PP. Fulienſium, quę Monachalis eſt, & gaudet ſtabilibus, atque redditibus, vnus Iulius ſufficit ad peccatum proprietatis teſte eod. Fauſto *ibid. n.24.* certè & in noſtra Religione vnum, vel ad ſummum duos iuxtà maiorem, vel minorem Conuentuum commoditatem ſatis eſſe dicendum, in qua ex dictis paupertas eſt ſtrictior; eo magis, cum, vt habet Thomas à Ieſu *ibid. §. reliquum igitur,* ea materia, quæ in furto dubium eſt, an ſit ſufficiens ad peccatum mortale, ſit certè talis reſpectu proprietatis.

DVBIVM XIII.

De voto Humilitatis, ſeu non ambiendi, & eius conuenientia.

ET de hoc aliqua dicta ſunt *quodlib.5. dub.13. & dub.19.* vbi probatum eſt tale votum non ambiendi ad Prælaturas, non contrariari Regulæ D.P. Auguſtini, ſed potius eſſe illi conforme; nec per illud deprauatum à nobis Ordinem Eremitarum, vt non benè ſcripſerat Carolus Moreau *part.2. Vindiciar. cap. 2. §. atque ex his;* nec noſtram Congregationem euaſiſſe Religionem ab Eremitarum Calceatorum Religione diuerſam.

1136 Quid autem tale votum importet, iam patet ex forma ipſa ſub qua emittitur in profeſſione, prout *num.*1095. iuxta Conſtitutiones, in quibus *p.2. cap.3. n.2. & 3.* ſic diſponitur: *Præter tria ſolemnia vota, quartum contrà ambitionem vltimo loco emittent, vouentes, ſe nunquàm directè, vel indirectè per ſe, aut per alium intrà Congregationem vllam Prælationem, aut officium per Conſtitutiones prohibitum prætenſuros; & pariter extrà Congregationem neque directè, neque indirectè per ſe, aut per alium vllam Prælationem prætenſuros, vel oblatam acceptaturos, niſi adſtringātur præcepto eius, qui iure præcipere poſſit. Fratres verò laici quartum emittent, non ambiendi ad Fratres Clericos, neque habendi vocem actiuam, & paſſiuam.* Quod votum, cum emittatur in ipſa profeſſione vna cū alijs, & vnico contextu, ſolemne eſt, ſicut & alia tria ſubſtantialia; hoc enim requiritur, & ſufficit ad voti ſolemnitatem, ex Leſſio *lib.2. cap.49.* Pellizar. in *Manual. tom.1. tract.4. cap.1. n.11.* Et ità in ſimili Azor. *tom.1. Inſtit. moral. lib.12. cap.6. q.9.* & ex Vrbani VIII. in Conſtit. 167. *Honorum, dignitatumque,* colligit Lezana *tom.2. verb. Votum prò Regul. n.6.* & in terminis tenent Bordon *reſol. 92. formul.*30. Theſaurus de pęnis *p.2. verb. Religioſus. n.13. §. rationes autem.* Pellizar. *ibid. cap.5. n.473.* Angel. Piſtach. de *Vot. tom.1. tract.8. cap.2. nu.9. & cap.9. nu.1.* Leander à SS. Sacram. *quæſt. Theol. part.7. diſp.27. q.3.* quidquid dicat Antonius Volpi in *reſol. moral. reſol.199. n.19.* eo fundamento, quod ſit promiſſio de puro negatiuo; ex quo tamē non ſequitur intentum, cum etiam de paupertatis voto idem dici poſſit, & tamen ſolemne eſt in profeſſione.

1137 Quod item votum, prout etiam per illud prohibetur acceptari Epiſcopatum ſine præcepto, licitum, & validum omninò eſt, vt præter D.Thom. *2.2. q.185. art.2. ad 3.* Sanchez in *Decal. lib.4. cap.8. num.37.* fuſiùs *lib.6. cap.18. n.33.* vbi plures adducit. Suarez de *Relig. tom.2. lib.2. de iurament. cap.13. à n.13.* & de *voto lib.2. cap.11. n.10. & 11.* & fuſiſſimè *tom.4. tract. 10. lib.6. cap.7. & 8. per tot.* Molfeſius in *ſumm. tom.1. tract.11. cap.15. n.38.* Caſtro Palaus *tr.15. diſp. 1. punct.8. §.5. à n.6. & tract.16. diſp.5. punct.5. & 6.* Diana in *coordinat. to.8. tract.4. reſol.39.* Ignatius à S.Maria in *Turr. Salut.*, ſiue *Propugnaculo 1. contrà ambitionem conſiderat.156. à n.46.* An-

gel

gel Piſtach. *d.tract.8.cap.2.n.*10. Paſſerin. *tom.*1. *de ſtatib.q.*185.*art.*2.*n.*65.*& art.*8. *à n.*14. maxime cum promiſſio non prætendendi, & non acceptandi ſit quantum eſt ex nobis, & ſemper dependenter à Summo Pontifici debita obedientia; quo ſenſu loquuntur ſupradicti DD.

1138 Nec audiendus præfatus Antonius Volpi cit. *reſol.*199. licet pluribus quoad Epiſcopatum contrarium probare nitatur; cum eius argumenta omnia ſoluta maneant ex his, quæ præcipuè Suarez tradidit *loc. ſup.* qua de cauſa non eſt opus ea repetere. Et omiſsis omnibus alijs rationibus, quibus probatur communiter concluſio, hæc ſola mihi videtur ad rem præſentem ſufficere: quod ſcilicet Summi Pontifices approbauerint huiuſmodi votum non prætendendi, nec acceptandi extrà Religionem Prælaturas, etiam reſpectiuè ad Epiſcopatum, niſi ex præcepto Sedis Apoſtolicæ; vtpotè Vrbanus VIII. in Conſtit. *Cum ſicut accepimus.* ſub 21. *Maij* 1635. quę eſt in Appendic. ad Conſtit. eiuſdem Pontificis *n.*30. alias 140. & in alia incipien. *Honorum, dignitatumque.* die 26. *Febr.* 1643. *ibid. in Appendic. nouiſſ. Conſtit.* 167. dum in prima tenere hoc votum etiam in tranſitu ad alteram Religionem, in qua tale votum emitti non ſoleat; & in ſecunda, ad ſolùm Summum Pontificem ab huiuſmodi voto abſolutionem, & diſpenſationem ſpectare declarauit. Quæ ratio non ſoluitur à d. Antonio Volp. per hoc, quod dicat *ibi n.* 13. *&* 22. declaratum quidem à Pontifice in prima Conſtitutione tenere votum etiam in tranſitu; & in ſecunda reſeruatam Sedi Apoſtolicæ diſpenſationem relaxationem &c. à tali voto: ſed hoc dictum ex ſuppoſitione, quod teneat tale votum, non verò per hoc declaratum tale votum valere. Quis enim non videat, eo ipſo, quod Summus Pontifex declarat per tranſitum non liberari quem à voto, & ſuper eo à nemine, niſi à S. Sede poſſe diſpenſari, ſupponi verum, & validum eſſe tale votum? Et quis poteſt cogitare, quod teneat votum, quod validum nō eſt, aut quod diſpenſari poſsit à ſolo Summo Pontifice votum, quod eo ipſo, quod non valet, votum non eſt? Sed quid dicet Volpi de voto hoc in noſtris Conſtitutionibus à S. Sede ſpecificè approbato; ſicut & de Conſtitutione Pauli V. *Quæ piè, & ſanctè*: apud Cherubin. *Conſtit.*61. *vbi* §. 3. præcipit Summus Pontifex PP. Diſcalceatis Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captiuorum, vt qui in poſterum profitebuntur, huiuſmodi votum emittant ſub ea prorsùs forma, ſub qua emittitur vt ſupra *n.* 1095. in hac mea Congregatione? Annon ſatis erit pro declaratione Apoſtolica ſuper huius voti validitate hoc eiuſdem Sedis Apoſtolicæ expreſſum iudicium? Nihil hoc mihi certius. Et ita in terminis Leander. *loc. ſup. q.*2.

1139 Nec item mihi videtur approbandū, quod habet Gabriel à S. Vincentio in *tract. de remed. ignorantia. diſp.* 14. *dub.* 30. ſcilicet, non expedire tale votum, vbi in ea Religione, in qua emittitur, ſint alij, qui voti tranſgreſſores inter ſe diuidant Prę laturas, & officia, neglectis alijs, & fortè dignioribus, qui ratione voti non audent eas ſibi procurare: vnde reſultat Religionis detrimentum, quod non eueniret, ſi & illi poſſent idem præſtare, ſeu illas procurare. Nou inquam, mihi videtur approbādum: tum quia licet modis honeſtis ſe opponere indignorum electionibus, integro manente eo voto, & quamuis, ratione voti nemo poſſit pro ſe ipſo procurare, poteſt id facere pro alio digno; & etiam pro minus digno, qui tamen dignus ſit, ad excludendos indignos. Lezan. *tom.*2. *verb. electio canonica, n.* 181. vel ſaltem procurare excluſionem indigni vt dicetur *n.*1299. tum quia, ſi propter hoc tollendum eſſet votum, potiùs augeretur damnum Religionis, cum tunc omnes procurando Prælaturas, maiores rixæ; & factiones pullularent; & vbi inſudant Summi Pontifices ambitionem eradicare à Religionibus, tunc ſine obſtaculo ſerperet in omnibus. Et tandem, quia ſi hac de cauſa tollendum eſſet hoc votum, tollendum eſſet etiam votum paupertatis in ſuppoſitione, quod aliqui huius voti immemores, medijs pecunijs obtinerent Prælaturas cum excluſione digniorum, ad hoc, vt & iſti poſsint eiſdem medijs ipſas habere, quod tamen nemo dixerit. Et ideò ad alia.

DVBIVM XIV.

Quid, & quos actus importet votum hoc non ambiendi.

1140 TRia importat hoc noſtrum Humilitatis votum, & eſt virtualiter triplex: ſeu votum non prætendendi intrà Congregationem Prælaturas, & officia: Secundò non prætendendi extrà: tertiò, non eas acceptandi ſine præcepto. Ità Ignatius à S. Maria *d. conſiderat.*156.*n.*1.*in fin.* Et quoad ipſam prętenſionem, obſeruandum eſt non venire ſub ea actus internos deſiderij, & voluntatis Prælaturarum; licet enim poſſit dari votum & de non eis appetendis, votum, tamen quod in præſenti emittitur, non eſt de non appetendis, ſed de non prætendendis: quo verbo indicatur actio externa, vt mox dicetur, cum per actus internos deſiderij, & appetitus, non dicatur quis prætendere, vt habet Vaſquez *in* 2.2. *diſp.* 115. *cap.*3. *in fin.* & ideò per votum non prætendendi non comprehenduntur dicti actus interni. Sanchez in *Decal. lib.*6. *cap.*18. *nu.* 18. Suarez *d. tom.*4. *tract.* 10. *lib.*6. *cap.*7. *n.*9. Palaus *ead. diſp.* 5. *punct.*5. *n.*3. & quoad nos declaratum eſt in Capitulo generali de 1632. ſub his verbis: *Ipſo verò prætendendi verbo externos actus ambitionis cum intentione, & deliberatione procedentes intelligi*, vt refert etiam Pellizzar. *d. cap.*5. *n.*484. Aduertit tamen Sanchez *ibid. nu.* 18. quem ſequitur idem Pellizzar. *eod. loc. nu.*238. & Leander. *ibid. q.*6. quando dicitur, actus internos deſiderij dignitatum non contrariari voto, intelligendum hoc eſſe de ſimplici deſiderio, & appetitu; nam ſi ſit voluntas v.g. cum aduertentia pro-

procurandi has Pręlaturas eo procurandi modo, qui ſit contrà votum, etiam talis actus voluntatis erit peccatum mortale contrà ipſum votum, quia cum actus internus, & externus eiuſdem obiecti, eadem bonitate, & malitia afficiantur, ſi contrà votum eſt procurare, cõtrà illud erit & voluntas procurandi.

1141 Prætendere ergò importat aliquem influxum, ſeu cauſalitatem circà effectum obtinendi dignitatem; & fit quando applicantur aliqua media; quod propterea, vt inſinuatum eſt, dicit actionem externam, quæ fit cum aliqua negotiatione, & inductione illius, qui poſſit Prælationem conferre. Suarez *ibid. nu.9.&* 10. Piſtach. *d.cap.*2.*n.*11. vel ſit talis, vt ex ea in ijs circumſtantijs facta, poſsit prudēter dignoſci ambitioſus operantis animus. Sanchez *ibid. n.*19. Palaus *d.punct.* 5. *n.*4. Hinc dupliciter poteſt contingere hęc prætenſio, directè, & indirectè: directè quando interior intentio Prælationis, aut officij explicatur: indirectè quando non exprimitur, ſed latet. Suarez *ibid.n.*12. Piſtach. *d.cap.*2. *n.*12. Meliùs Sanchez *ibi n.* 24. & Pellizar. *eod.cap.*5 *n.*148. dicentes, directam eſſe, quando expreſsis ſignis, aut verbis dignitas prætenditur; indirectam, quandn non ità expreſsè, ſed alio prætextu, alioque ſimulato colore, eo modo quo circà largitionem munerum à Clem. VIII. Regularibus prohibitam, directa donatio eſt, quæ claris verbis fit: indirecta verò quando re vera eſt donatio, ſed alio quæſito colore palliata, ac ſimulata, v.g. ſi Religioſus rem ſibi oblatam, tacitèque à ſe acceptatam iuberet alteri dari, vel ſi pręteſtu mutui, aut commodati aliquid donaret, animo non repetendi, vt docent Soſſa in *expoſit. d. Extrauag. de Largit. muner. n.* 73. Sorbus in *Compend. priuileg. Mendic. p.*1. *verb. dare, in expoſit. eiuſd. Extrauag.* §. *tertia generalitas*. Palaus verò *ibid. n.* 5. putat prætenſionem directam eſſe, quando quis per propriam perſonam prætendit apud eum, qui Prælaturam poteſt concedere: indirectam, quando fit per tertiam perſonam, eo quod ipſi videatur, quod directè prætendat ille, qui ex intentione dignitatis ponit operationem ſufficientèr declaratiuam ſuæ intentionis, eſto non ſit ità expreſsa.

1142 His poſitis, videndum eſt, quinam actus, ſeu quid interdicatur per hoc votum. Et in primis non placet ſententia noſtri P. Ignatij à S. Maria *loc. ſup. n.*10. prohiberi ſcilicet omnes illos actus, quibus aliquis inordinatè ambit honorem, quolibet ex his tribus modis, vel appetendo honorem ſuprà ſuam proportionem, vel non referendo illum in Deum, vel in ipſo honore quieſcendo, & non referendo illum ad vtilitatem aliorum. Non inquàm placet, quia licet ea omnia ſint ambitionis peccata, ſi aliud non addatur, non ſunt per ſe obiectum huius voti, cum poſſint omnia reperiri in actibus pure internis appetitus honoris: adeòque neque contrà votum non prætendendi, quod dicit actionem exteriorem; quin nullus ex illis tribus modis inordinati appetitus requiritur per ſe ad tranſgreſſionem voti, cum poſſit quis tale votum violare prętēdendo actione extrinſeca, etiamſi nullus ex illis tribus modis inordinatis concurrat. Vera ergò erit tantummodò ſententia, ſi addatur contrariari vòto per ſupra poſitos actus, ſi fuerint cum actione extrinſeca ſufficienti ad prætendendum coniuncti: ſed tunc non erunt contrà votum ratione ambitionis inordinatæ, ſed ratione pręteníionis, quę in ſua formalitate prohibetur à voto.

1143 Prohibetur itaq; prætenſio per quoſcumque actus exteriores, per quos ſufficienter, hoc eſt, directè, vel indirectè indicetur voluntas Prælationis. Quæ prætenſio extenditur ad omnes prætenſiones, etiamſi ex bono fine; cum promiſſin ſit de non prætendenda vlla Prælatione; ſub qua comprehenditur omnis prætenſio ſiue licita, ſiue illicita, eo modo quo vouens abſolutè caſtitatem, promittit, ſe abſtinere non ſolùm ab illicitis actibus venereis, ſed etiam à licitis Matrimonij. Suarez *d. cap.*7. *n.*6. Lezan. *tom.*1. *part.*2. *cap.*4. *num.*12. Vnde peccaret contrà hoc votum, qui prætenderet aliquam Prælaturam etiam in bonum Religionis, & ad magis promouendam Regularem obſeruantiam. Pellizzar. *ibid. n.*240. Piſtach. *loc. ſup. n.*14. Leander *d. diſp.*27. *q.*19. & ſuaderi poteſt ex eo, quia ſi ſimiles prætenſiones prohibitæ non eſſent per huiuſmodi votum, omnibus facilè pateret aditus ad ambitionem, cum vnuſquiſque ſibi rationabilem cauſam ſuæ prætenſionis confingeret; quod pugnat cum fine talis voti, qui eſt ad ablegandam ambitionem. Suarez *d. n.*6. Ignatius *eod. n.*10. Et ſimiliter peccaret contrà hoc votum, qui procuraret eligi ad aliquam dignitatem, vt reintegretur v.g. ſua fama, bona æſtimatio ex aliquo accidente fortaſſe grauiter læſa, etiamſi haberet animum non acceptandi eam dignitatem. Pellizzar. *d. cap.*5. *n.*239. Piſtach. *ibid. n.* 13. Leander. *ibid. q.* 18. quia votum non eſt de non ea acceptanda (intrà Religionem loquor) ſed de non prætendenda; quod vtique verificatur, ponendo media directè, vel indirectè prò electione ad illam: quin prætenſio prohibita eſt propriè reſpectu electionis, per quam confertur dignitas, & eſt per accidens, quod quis eam non acceptet, & dummodò quis influat in ſuam electionem, ſatis hoc eſt ad violandum votum. Non tamen peccaret contrà hoc votum, non ſolùm qui procuraret etiam directè non auferri ſibi dignitatē obtentam, cum hoc non ſit procurare eligi, vel promoueri, quod ſolùm prohibetur à voto. Pellizzar. *ibi. n.*241. Piſtach. *n.*15. Leander. *ibi. q.* 20. & qui ſciens alium prò ſe procurare, non illum impediret, & ſi facilè poſſet, quia habere ſe merè negatiuè, non eſt procurare. Pellizzar. *n.*149. Leander. *q.*13. ſed nec qui directè auferret impedimenta, quæ ſibi apponuntur, ne ſit Prælatus, iuſtificando ſe v. g. de exceſſibus ſibi obiectis, vel procurando diſpenſationem ſuper inhabilitate, in quam forte incurrit, dummodò nihil aliud agat, vt Pręlationem obtineat; quia auferre impedimenta,

menta, non eſt influere circà effectum obtinendi dignitatem. Pellizzar. *ibi. n.* 150. *&* 154. & quia inhabilitas, aut impedimentum Prælationis eſt damnum diuerſum à priuatione Pręlationis, cum hæc non contineat dedecus, ſicut continet impedimentum. Sanchez *d. c.* 18. *n.* 21. Ignatius *ibid. num.* 13. *§. hinc deducit.* Leander. *q.* 14. *&* 15.

1144 Difficultas eſt modò, an actiones honeſtæ externæ, v. g. actus obſeruantię, vacare ſtudijs, debita erga Superiores reuerentia, & ſimilia, ex intentione tamen, & animo, vt dignitas obtineatur, ſint peccata contrà hoc votum non prætendendi? Et communis ſententia eſt negatiua, quia licet interius, & apud Deum id ſit prætendere, & peccatum, non tamen eſt prætendere exterius, & apud homines; & votum debet ex dictis de prætenſione humana intelligi, quæ ſcilicet poſſit dignoſci per actus exteriores, & cum aliqua inductione eius, qui poſſit Prælaturam concedere. Suarez *d. n.* 10. Pellizzar. *eod. c.* 5. *n.* 233. Lezan. *d. part.* 2. *cap.* 4. *n.* 12. Piſtach. *eod. n.* 11. Ad quod, vt *ibidem* Suarez, non ſufficit, quod quis per actiones aliquas poſſit eum, qui Prælaturam valet conferre, mouere obiectiuè ſolùm ad eam conferendam, vt in ſupradictis caſibus, in quibus ſuperior mouetur tantùm obiectiuè, obſeruando ſcilicet capacitatem eius, qui ità benè operatur: ſed debet illum mouere per actionem effectiuè moraliter mouentem ad exercitium actus dandi Prælaturam: quod non reperitur in ſupra poſitis actionibus, adeòque non ſunt peccata contrà boc votum; quod idem dicendum videtur iuxta Suarez, de omni alia actione bona, & in ſe honeſta, quæ ſolùm vitietur ex dicta intentione, quia hæc eſt tantùm ambitio interior, & apud Deum, & non exterior, & apud homines.

1145 Diuerſum verò ſentit ipſe Suarez *nu.* 11. *&* 12. de alijs actionibus ad ſummum indifferentibus, quæ, ſi bono fine careant, ſtatim contrahunt ſpeciem quamdam ambitionis, v. g. fingere virtutem, oſtentare ſcientiam apud Generalem, vel alios, qui promotionem iuuare poſſunt, eorum beneuolentiam obſequijs, & beneficijs procurare, ſicut & apud eos bonam famam ex aliorum relatione; per quas dicit lædi votum, quia cum fiant animo habendi dignitatem, per eas prætenditur ſaltem indirectè: tum quia tales actiones non capaciorem reddunt ità operantem, vt de alijs actionibus vacandi ſtudijs, & obſeruantiæ dictum eſt; ac proindè non mouent tantùm obiectiuè, ſed effectiuè, excitando, inducendo ſuperioris voluntatem: tum quia nulla eſt efficacior negotiatio indirecta quàm, quæ ijs vijs paratur; & ſi hoc non eſt indirectè prætendere, nulla aſſignari poterit prætenſio, quæ ſit indirecta.

1146 Sanchez autem *d. cap.* 18. *n.* 19. quem ſequuntur Palaus *ibid. n.* 4. & Pellizzar. *eod. loc. n.* 151. 152. *&* 153. & Leander *q.* 9. negat per actus indifferentes directos ex intentione ad conſecutionem Prælaturæ contrariari voto, niſi hæc intentio dignoſci poſſit, ſeu niſi actio ſit talis, quod ex circumſtantijs temporis, occaſionis &c. prudenter poſſit ex ea dignoſci animus ambientis. Et probant: quia, cum votum ſit de non prætendendo, & non ſimpliciter, ſed de non prætendendo apud homines, qui poſſunt concedere Pręlationem, vel ad eam conſequendam iuuare, certè debet eſſe talis actio, vt probabiliter, & prudenter poſſit ex ea homo ſiniſtram ambientis intentionem colligere: Secùs, ſi lateat omninò intentio, non prætenditur apud homines. Ergò actus illi ex ſe indifferentes, ex intentione autem ſed latenti Prælaturæ facti, non contrariantur voto.

1147 Confirmant primò: quia ſi ab illis actionibus excluderetur intentio quærendi Prælaturam, & ob alios fines ponerentur, neque apud Deum, neque apud homines eſſet quis ambitioſus propter eas; ergò ex ſola ſupraddita intentione interiore quærendi Prælationem, quę operanti ſolùm nota eſt, & Deo, non poteſt dari prætenſio exterior; ergò nec eſſe contrà votum. Secundò: quia hoc voto prohibetur ambitio, & prætenſio, ex qua fælix Religionum ſtatus perturbari poteſt litibus, & contentionibus: ſed ex ambitione ſecreta, nec hominibus manifeſta nequeunt lites, aut æmulationes oriri; ergò per votum non prohibentur actiones illæ ambitionis internæ; ergò ſolùm procedit votum de prætenſione, quæ per exteriorem actum dignoſcatur vt talis. Vnde nec ſimulans ſanctitatem, nec oſtentans prudentiam, aut doctrinam &c. coràm Superioribus etiam ex intentione obtinendæ dignitatis dicetur per hoc contrà votum operari; cum hæ ſimulationes, & dotium oſtentationes poſſint ex alio fine prodire, niſi adſint circumſtantię tales, ex quibus ſufficienter hęc ambitio iudicari valeat; nam votum eſt, vt diximus, de non prætendendo modo humano, & apud homines, hoc eſt actione externa ſufficienter manifeſtante ambitionem.

1148 Et ſi quæratur, qualis, & quanta debeat eſſe manifeſtatio intentionis ambitioſę, vt per actiones cum tali intentione dicatur prætendi contrà votum, reſpondent Sanchez *n.* 20. & Pellizzar. *nu.* 158. debere eſſe ità moraliter certam, vt conſideratis conditione, vita, & honeſtate agentis, & alijs circumſtantijs concurrentibus poſſet abſq; temeritate aliqua probabiliter, & prudenter ambitioſa iudicari. Verum contrà hanc ſententiam facit, quod ea oſtenſio ambitionis per actus exteriores, cum debeat, vt vult Sanchez, eſſe talis, vt ponderatis conditione, & vita operantis, poſſit abſque temeritate à Superiore de ambitione iudicari, videtur pendere potius ab intentione Superioris iudicantis, quàm ab intentione operantis: parùm verò refert, quod Superior iudicet nec ne de mea ambitione, & prætenſione, ad boc, vt ego dicar operari ex ambitione, & prętendere; quia ſi dato caſu quod Superior, qui poteſt Pręlaturam conferre, vel alij, qui poſſent ad eam iuua-

re, eſſent homines difficiles ad iudicandum ſiniſtrè, & rem potiùs in bonam partem interpretarentur, dicerer tunc non prætendere contrà votum, cum ipſi non iudicarent de mea prætenſione, licet reuerà ego operarer, & intenderem ea mea operatione inducere Prælatum ad meam promotionem. Deindè aliud eſt, quod prætendere, quia debet intelligi de humana prætenſione, debeat eſſe per actus exteriores, quod eſt verum; & aliud eſt, quod debeat poſteà innoteſcere alijs mea intentio ambitioſa, quod non videtur neceſſarium; quid enim ſi fingerem, & me alienum oſtentarem à Prælatione, eo etiam tempore, quo ad hunc finem conſequendi Prælaturam, aliquid agerem; vel fingere? Poſſet ne dici, quod tunc non eſſem voti trangreſſor?

1149 Nihilominus probabilior mihi adhuc videtur ſententia Sanchez, cui & adhæreo; quia reuerà promiſſio de non prætendenda dignitate, eſt promiſſio de non prætendenda more humano, ſeu apud homines, hoc eſt de non inducendo aliquem ad meam promotionem; quod non poteſt contingere ſine aliqua manifeſtatione meæ voluntatis; & ideò dico per actus ex ſola intentione interiori ad Prælaturam directos ſine exteriori indicio meæ voluntatis, non violari votum de non prætendendo, quamuis ſint aliàs peccaminoſi ex ambitione: quæ duæ rationes ſunt diſtinguendæ, & poteſt dari peccatum ambitionis, & non eſſe contrà hoc votum. Et ità videtur dicendum cohærenter ad dicta *nu.* 1144. de actibus alijs ſtudiorum, obſeruantiæ &c. cum eadem intentione ambitioſa, cum difficile ſit aſſignare maiorem rationem, quare & illi non ſint contrà votum non prætendendi, cum & ipſi ſint directi ab intentione ambitioſa purè interiore, ſicut & iſti.

1150 Nec habet vim prima obiectio, quia ad ſummum indè infertur peccari in dictis actibus peccato ambitionis, quod verum eſt: ſed non violari votum de non prætendendo, quod eſt quod inquiritur. Et vtiq; dico, quod vt quis dicatur prætendere, debet eius actio exterior eſſe talis, quod poſſit ex ea dignoſci prudẽter ambitio operantis; & ſic aliquo modo dependere à iudicio Superioris potentis cõferre Prælaturam, vel eorum, qui poſſunt adiuuare ad eam, ſiue eorum, apud quos exercetur iſta prætenſio. Quod ſi in facta ſuppoſitione Superiores, ſiuè alij, quos meis actionibus mouere intendo ad meam promotionem ex eorum rectitudine non iudicant de mea ambitione, ſed potiùs in bonum eam interpretantur, videtur dicendum nec tunc à me violari votum de non prætendendo, quia reſpectu eorum adhuc latet mea intentio, nec comprehendunt meum appetitum ergà dignitatem: quarè tales actiones ſunt reſpectu eorum ac ſi non eſſent factæ ex intentione Prælaturæ, & ſic non poſſum dici prætendere apud eos; vt in ſimilibus caſibus Leander *d. diſp.* 27. *q.* 9. 16. *&* 17. quamuis enim ex eiſdem numero actionibus poſſent alij Superiores meam voluntatem dignoſcere, hoc non eſt ſatis, vt dicar prætendere apud hos, de quibus eſt ſuppoſitio; prætendere enim eſt operari apud eos, quorum eſt promouere. Pellizzar. *d. cap.* 5. *nu.* 148. & ad hoc, vt dicar apud hos prætendere, debeo eoſdem meis actionibus aliquo modo mouere ad Prælaturam mihi conferendam; quod non fit, quando actiones meę non ſunt tales, vt ex eis ipſi dignoſcant me appetere dignitatem: & donec ipſis non innoteſcat aliquo modo hęc mea voluntas, nunquàm verificabitur, quod prætendam apud eos, non minus ac ſi eadem agerem reſpectu aliorum, à quibus Prælationem vllam aut ſperarem, aut optarem.

1151 Nec item ſecunda, quia vt ex dictis patet, ſi non innoteſcat aliquo modo ex actionibus ambientis animus, nunquàm poterit dici prætendere, cum prætendere importet aliquam motionem, ſeu inductionem in eos, qui poſſunt Prælaturam conferre, quæ concipi non poteſt ſine eo, quod dignoſcatur voluntas dignitatis in operante. Et in caſu, quo quis operans ad effectum conſequendi Prælaturam, fingat eodem tempore ſe ab illa alienum, dico vt ſuprà, ſi per iſtam fictionem reuerà inducit credulitatem, quod eam non appetat, nec certè peccat contrà votum, quia in tali ſuppoſitione non dicitur prætendere, cum tantum abſit, quod ea fictione indicet deſiderium dignitatis, quod potiùs oſtendit contrarium, & aliàs prætendere dicit mouere Prælatum actione manifeſtatiua voluntatis.

1152 Ad fundamenta ergò Suarij reſpondetur ad primum, quod quamuis tales actiones, de quibus ibi, non reddant operantem magis aptum, & capacem re ipſa dignitatis obtinendæ, in apparentia tamen, & æſtimatione hominum aptiorem reddunt; & ideò non mouent effectiuè voluntatem concedentis Prælationem, ſed obiectiuè tantum, quatenùs illis poſitis magis dignus iudicatur Prælatione. Et ad ſecundum patet ex dictis *nu.* 1141. *& infrà n.* 1154. *&* 1156. vbi quomodò poſſit indirectè prætendi.

1153 Vnum ſpecialiter remanet contrà nos, ſi hanc Sanchez ſententiam ſequamur; & eſt declaratio ſupradicta Capituli generalis, vbi explicatum *prætendendi* verbo *venire actus externos ambitionis cum intentione, & deliberatione procedentes*; ergò actus illi, de quibus Suarez ſuprà, erunt ſaltem in noſtra Congregatione contrà votum non prætendendi, cum ſint actus externi ambitionis, & cum intentione &c. Sed neque hoc obſtat, nec propter hoc tales actus ſunt etiam in noſtra Congregatione reputandi contrà votum non prætendendi, quia per actus externos ambitionis intelliguntur actus externi, quibus dignoſci poſſit ambitio, ſeu prætenſio. Ità Piſtachius *ibid. cap.* 9. *n.* 7. & benè, quia exterior ambitio debet dicere quid diuersù ab eo, quod dicit ambitio interior; hoc eſt eſſe talis, quod ſit indicatiua appetitus dignitatis, quod non poteſt conuenire ambitioni interiori;

& ſic non obſtante tali declaratione, tenendum per votum non prætendendi prohiberi ſolùm actus externos, per quos indicetur aliquo modo voluntas Prælationis.

1154 Atque ex his infertur, non peccare contrà hoc votum, qui cum intentione Prælaturæ obſequia etiam vltrà morem præſtaret Superioribus, vel eis, qui poſſunt iuuare ad Prælaturam, dummodò nullo modo, hoc eſt neque ex circumſtantijs faciat hanc ſuam voluntatem innoteſcere. Dixi, contrà votum, quia aliundè peccatũ eſſet, & peccatum ambitionis ſed non ambitionis prohibitę à voto, à quo ſolũ interdicitur prætenſio, quæ ſit per actus manifeſtatiuos, vt explicatum eſt: quod eſt benè obſeruandùm pro intelligentia huius ſententiæ. Peccaret è contrà, qui in hiſce obſequijs, & cum ea intentione &c. doleret v. g., quod non poſſit præſtare maiora ratione ſui ſtatus; hoc enim modo ſatis oſtenderet voluntatem mutandi ſtatum, & conſequendi Prælaturam, & ſaltem indirectè prætenderet; Sicut peccaret, qui procuraret in Superiorem eligi amicum eo fine, vt ex huius electione ſternat ſibi viam ad propriam, quia procuratio iſta eſt ambitioſa. Paſſerin. *de elect. cap.* 5. *n.* 94. & indirecta prætenſio, ſeu procuratio proprię electionis: quod tamen intelligendum, dummodò aliquo modo hanc ſuam intentionem eis apud quos amici electionem procurat, innoteſcere faciat. Pellizzar. *d. cap.* 5. *nu.* 156. vel ipſi amico, quem eligi procurat. Leander *ibid. q.* 16. ſicuti & qui procuraret ſibi hoc votum legitima poteſtate irritari, diſpenſari, vel commutari, quia eſſet indirecta procuratio, & quidem ſufficienter manifeſtata, quatenus talis procuratio natura ſua ordinatur ad obtinendas dignitates. Sanchez *d. cap.* 18. *n.* 27. Pellizzar. *ibid. n.* 273.

1155 An verò in Conuentu v. g. vbi ſint ſex tantum Capitulares, ſi quis videns in primo ſcrutinio data ſibi tria Suffragia, & alia tria alteri antiquiori, vndè debeant concurrere ad candidationem, & ſubſequenter poſſit iſte remanere electus ratione antiquioris profeſſionis: Si, inquàm, ne hoc ſequatur, nemini daret ipſe in ſecundo Scrutinio pro ea electione ſuum ſuffragium, & indè ſuffragantibus quinque tantum electoribus, remaneret ipſe electus cum illis tribus votis, peccaret iſte contra votum de non prætendendo, nec ne, cum hic non detur exterior actio, per quam faciat innoteſcere ſuam prætenſionem, nec ſit apud quem ipſe poſſit dici prætendere? Et videtur, quod non ſolùm peccaret peccato ambitionis, & contra præceptum, ſed etiam contrà votum, quia ipsũ dare ſchedulam v. g. albam ſine nomine alicuius, vel cum cruce, aut ſimili inutili ſigno, eſt actio exterior in his circumſtantijs ſufficienter indicatiua ambitionis, & ſi non huic, vel illi in particulari, ſaltem huic, vel illi indefinitè, & etiam ipſi Capitulo; & ipſum dare ſchedulam ſine ſuffragio, quod poſſit alteri prodeſſe ad effectum, vt conſequatur ipſe Prælaturam, comparatur actioni, quin eſt actio, qua poſitiuè prætenditur; & ſi non ſit perſona, apud quam dicatur prætendi, eſt Capitulum ipſum, quod ex fictione iuris perſonam induit, apud quam non ſuffragando alteri, exercet ipſe ſuam prætenſionem; niſi velimus, dicere, hoc eſſe pluſquàm prætendere, cum ipſe idem ſibi hoc modo faueat Paſſerin. *de Elect. canonic. cap.* 11. *nu.* 25. ſeu ad ſui electionem concurrat ſaltem indirectè; adeòque & eſſe contrà votum à fortiori, cum id aduerſetur fini legis in tali voto, qui eſt ad tollendam ambitionem, vt ex verbis Conſtitutionis *p.* 2. *c.* 3. *n.* 2. vbi: *Præter tria ſolemnia vota quartum contrà ambitionem vltimo loco emittent.*

1156 Sunt etiam in hoc noſtro voto conſideranda hæc alia verba, *Per me, aut per alium*, quibus importatur promiſſio de non prætendendo per ſe ipſum, neque medio alterius. Et licet Palaus, vt dictum eſt *n.* 1141. ſentiat idem eſſe prætendere directè, ac prætendere per ſe: indirectè verò idem ac prætendere per alium, mihi non videtur in noſtro voto prò eodem ſumendum, quia ſi idem importaret, non opus eſſet multiplicare terminos, & ſatis eſſet dicere *directè, neque indirectè*; Vnde cum vlteriùs addatur *per me, aut per alium*, inſinuatur aliqua diuerſitas; & dico, hæc verba afficere tam directam prætenſionem, quàm indirectam: quãdoquidem vtraque poteſt præſtari per ſe, vel per alium, vt ſi apertis verbis procurarem meã electionem apud Superiores, vel de ea loquendo expreſsè cum alijs, vt intercedant apud Prælatos; tunc enim directe per me, & per aliũ prætenderem. Si verò aliquo alio colore, & non expreſsè innuerem aliquo modo hanc voluntatem ipſi Superiori valenti conferre dignitatem, tunc indirectè per mè procurarem: per alium verò ſi eodem modo agerem cum amicis, qui poſſint promouere meam electionem.

DVBIVM XV.

Quas Prælaturas reſpiciat huiuſmodi votum non ambiendi.

1157 VT dignoſcatur ad quas Prælaturas, vel officia referatur hæc prohibitio, diſtinguendum de duplici prætenſione, intrà Congregationem, & extrà. Et quoad illam ex verbis voti conſtat vetitum prætendere Prælaturas, & officia per Conſtitutiones prohibita; dicitur enim, *Prælaturas, aut officia* cum diſiunctione; quia omnis Prælatura officium eſt, non verò omne officium eſt Prælatura; & ſic vtrumque ſub ea diſiunctiua comprehenditur; Et quoad Prælaturas ſcripſit P. Ignatius noſter *ead. conſiderat.* 156. *à n.* 24. ſub ipſis venire Prælaturas ordinarias, ſiue officia cum iuriſdictione ordinaria, vt ſunt officia Vic. Generalis Prouincialis, & Prioris, & inſuper Supprioratus, Definitoris, quia ſunt Prælati, potentialiter, quatenùs poſſunt Suppriores ſuccedere Priori mortuo, & Definitores P. V. Generali, ſi obierit in tertio anno, & inſuper officia

cia

cia Commiſſarij tam V. Generalis, quam Prouincialis. Inter officia verò ponit à *n.27.* ea omnia quæ excluſis Prælaturis dari ſolent in Cõgregatione per electionem; & ſic Magiſterium Nouitiorum, & Profeſſorum, Lectoratus, Diſcretatus &c. ea ratione, quod in Conſtitutionibus *p.4. cap.10.* declaretur priuatos voce actiua, ac paſſiua inhabilés eſſe ad officia non ſolùm cum cura animarum, ſed & ad alia, quæ per electionem dari conſueuerunt, qualia ſunt officia prædicta Magiſtrorum, Lectorum, & Diſcretorum; & cum vouentes non prætendere comparentur priuatis tali voce, ideò dicit & hæc officia procurare, eſſe contrà votum de non prætendendo.

1158 Non eſt tamen, vndè colligatur hæc comparatio inter non potentem prætendere, & inter priuatum vtraque voce; neque apparet fundamentum inferendi eadem officia, quę dari nõ poſſunt voce priuato, cadere ſub prohibitione prætendendi, cum non ſit eadem ratio de inhabilitate ad recipiendum, vt eſt in priuato ex culpa, & inhabilitate ad procurandum ſolùm ex volontaria obligatione, vt in vouente: neque eſt cur verba, quibus exprimitur votum, *aut officium per Conſtitutiones prohibitum*, debeant intelligi de officijs probibitis dari priuato voce. Et ideò excuſamus eum, cum ſcripſerit ante declarationem Capituli generalis de 1632. & à qua non eſt recedendum: vbi de Prælaturis & Officijs intrà Congregationem prætendi prohibitis, declaratum eſt ea eſſe *Officia V. Generalis, Definitoris Generalis, Procuratoris Generalis, Viſitatoris Generalis, Prouincialis, Prioris, Vicarij, Canonicè electi, & Diſcreti ituri ad Capitulum generale tantum, & non alia includi*; & modò etiam officium Diſcreti ituri ad Congregationem Prouincialem iuxta declarationem Capituli Generalis de 1635. *ſeſſ. 11. & de* 1638. *ſeß.* 11. In qua porrò Capituli declaratione includuntur tum Prælaturæ, tum officia, de quibus in formula prò emiſsione voti ſub diſiunctiua *Prælaturam, aut officium*; nam Prælatura amplectitur officia Vicarij Generalis, Viſitatoris Generalis, Prouincialis, Prioris, & Vicarij Canonicè electi, quibus competit iuriſdictio ordinaria; & nomine officiorum veniunt officia Procuratoris Generalis, Definitoris, & Diſcretorum, tam pro Congregatione Prouinciali, quàm prò Capitulo generali, quibus non eſt annexa iuriſdictio.

1159 Senſit inſuper idem Ignatius ſub *n.27.* comprehendi ſub hac probibitione officia Cõmiſſarij Generalis, & Vicarij Prouincialis, ex Suario *d. cap.7. n.13.*, nnn autem Vicarij à Priore prò tempore ſuæ abſentiæ conſtituti. Sed ex ſuprapoſita declaratione patet, non comprehendi, quia dictio *tantùm* eſt taxatiua, & excluſiua cæterorum, vt abundè Barbos in *diction. vſufrequ. diction.* 402. Et ità Pellizzarius *d. cap.5. n.476.*, & Piſtachius *eod. cap.9. n.4.* Cum quibus tamen aduertendum, quod ſi à Religione de nouo præcipiatur aliud officium comprehendi in dicta prohibitione, ſubiecti erunt tali determinationi non ſolùm, qui inpoſterum profitebuntur, ſed & qui ante eam iam profeſsionem emiſerant; quia vel hoc fieret per declarationem, quo caſu afficeret, & iam profeſſos, cum per declarationem nihil fiat de nouo, ſed quod obſcurum eſt aperiatur. Sic Pellizzarius *n.482.* Leander *d. diſp.27. q.43.* vel per nouam determinationem, & adbuc ipſi obligarentur, ratione voti obedientiæ; cum, quæ à Capitulis generalibus, in quibus tota repreſentatur Religio, conduntur in ordine ad obſeruantiam Regulæ, ſiue implicitè, ſiue explicitè omnes afficiant, & ligent. Ità Piſtach. *ibid. n.5.*

1160 Loquendo poſtea de prætenſione extrà Religionem, dico ad ſolas Prælaturas eam extendi, vt patet ex forma, ſub qua emittitur tale votum; adeòque ad Epiſcopatum, Abbatiam, habentem iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, Vicariatum Generalem Epiſcopi; quin ad omnia officia habentia in foro externo iuriſdictionem in ſibi ſubditos Sanchez *d. cap.* 18. *n.28.* Pellizzar. *eod. cap.5. n.351.* Caſtro. Pal. *ibid. punct.6. n.3.* quia omnia huiuſmodi officia cum tali iuriſdictione veniunt nomine Prælaturæ, Suarez *d. n.13.* & communiter DD. & promiſſio, quæ fit per votum de non prætendendo extrà Congregationem, eſt de non prætendenda vlla Prælatione.

1161 Excluſit hinc P. Ignatius *ibid. n.43.* ab hoc voto Cardinalatum, quia cum careat iuriſdictione, non videtur Prælatura, ſed dignitas, vt tradunt Suarez, Sanchez, Palaus *loc. cit.* Piſtachius *ibi cap.2. n.16.*, & aliàs votum eſt ſolùm de non prætendendis Prælaturis, ideoque non extendendum ad dignitates. Sed contrarium verius, ìmmò certum, quia videretur ridiculum per votum contrà ambitionem factũ non poſſe procurari Prælaturas, & poſſe prætendi Cardinalatum.

1162 Tenet hanc ſententiam Leander *ibid. q.25.* quia cum Cardinales eligant Summum Pontificem, videtur ſub nomine Prælaturæ Cardinalatus comprehendi; & quia eſt prima dignitas poſt Pontificatum maior Epiſcopatu; adeòque magis expetibilis; & quia multoties nomine Prælaturarum veniunt dignitates Eccleſiaſticæ, vt de hoc noſtro voto tradit Pellizzar *ibid. n.481.* Verum hæ rationes nõ probant: non prima, quia ad Summum inferretur Cardinalatum eſſe Prælaturam impropriè, quod ſatis non eſt, vt dicatur comprehenſus ſub hoc voto, cuius obiectum, cum non ſit extendendum ſed potius reſtringendum ad importata per proprietatem verborum, de ſola Prælatura propriè ſumpta debet intelligi. Non ſecunda, quia hoc pacto caderet ſub hoc voto etiam Papatus; vt potè magis expetibilis; quod tamen negatur ab ipſo Leandr. *ibid. q.41.* Nec tertia, quia Pellizzarius dum ſcripſit nomine Prælaturæ, de qua in noſtro caſu, venire dignitates Eccleſiaſticas, intendit ſolum excludere dignitates non Eccleſiaſticas: non verò inferre, quod omnis dignitas Eccleſiaſtica cadat ſub hoc voto.

1163 Pro-

Digitized by Google

1163 Probatur ergò concluſio ex eo, quod Cardinalatus eſt verè Prælatura; nec id negare intendunt Suarez, Sanchez, & alij adducti, qui tantùmmodo diſtingunt Cardinalatum à Prælatura, non vt illum ab ea excludant, ſed vt aliquam diſtinctionem inter vnum, & alteram aſſignent; cum enim in eorum voto nō procurandi ſpecificentur dignitates, & Prælaturæ; hinc dicunt nomine Prælaturæ venire Epiſcopatum, & dignitatis Cardinalatum. Quod autem hic ſit Prælatura probatur, quia Cardinales habent iuriſdictionem Epiſcopalem ſaltem in Eccleſijs, quarum ſunt Titulares, & in alijs eorum titulis ſubiectis. *cap. His, quæ*, 11. *de maiorit. & obed.* Iacobat. *de Concil. lib. 2. art. 2. n. 21.* vndè poſſunt cognoſcere de cauſa criminali Clericorum ſuæ Eccleſiæ Titularis. Anaſtaſ. Germon. *de indult. Cardin. §. tam ratione n. 34.* Franc. Leo in *Theſaur. For. Eccleſ. part. 2. cap. 1. n. 7.* ſiue ſiat Presbyteri, ſiue Diaconi. Sebaſtian. Cæſ. *in releƈt. de Eccleſ. Hierarch. p. 1. diſp. 2. §. 1. n. 2.* & viſitare perſonas ſubiectas ratione titulorū. Flamin. Paris. *de reſign. benefic. lib. 7. q. 12. n. 21.* & in eas excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti penas irrogare. Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 4. cap. 3. q. 2.* De quibus omnibus Barbos *de iur. Eccleſ. vniu. lib. 1. cap. 4. à n. 33. & ſeq.* Diana in *coordinat tom. 9. trac. 7.* per multas reſol. & ſignanter *reſol. 37. & 39.* Fagnanus in *d. cap. His, quæ de Maiorit. & obed. à n. 15. ad 25.* & Iacob. Cohellius in *notitia Cardinal. cap. 15. priuileg. 14.* & Cardinalis Albitius *in diſcept. de iuriſdiƈt. Cardin. à nu. 31. ad 49.* Adeòque eo modo, quo ſub tali voto venit Abbatia cum iuriſdictione, quià ex hoc capite comprehenditur in Prælatura, ità venit & Cardinalatus, qui in ſua Eccleſia titulari ſecum fert iuriſdictionem; & propterea vera Prælatura; & ad hoc, vt cadat ſub prohibitione voti, ſufficit, quod ſit aliquo modo Prælatura, cum votum ſit de nulla Prelatura prætendenda. Non autem peccaret qui prætenderet, ſiue procuraret Parochiam, quia officium Parochi Prelatio non eſt. Sanchez *d. n. 28.* Leander. *q. 26.* vel officium Præfecti Sacrarij Apoſtolici, vel aliquam ex dignitatibus ſecularibus, quæ ſtatui Religioſo non repugnant, vt legationem ad Principem, vel aliud officium, quod Prælatura non ſit, vt benè Pellizzarius ibi *n. 481.* aut etiam Doctoratum, vel Magiſterium in aliqua publica Vniuerſitate propter eandem rationem Thom. Hurtad. *in reſol. moral. tom. 2. traƈt. vltim. reſol. 4. per tot.* cum in voto non prætendendi extrà Religionem ſolùm exprimantur Prælaturæ, non verò dignitates, neque alia officia, vt non bene ſupponit Piſtachius *d. cap. 9. n. 6.* qui ideò contrarium tenet.

DVBIVM XVI.

Quæ Prælaturæ, & quo ſenſu acceptari non poſſint ſine præcepto, & cuius.

1164 Hæc eſt tertia noſtri voti pars, vt dictū eſt *n. 1136. & 1140.* ſeu non poſſe Prælaturas acceptari, niſi adſtringamur præcepto eius, qui iure præcipere poſſit. Et prò cuius intelligentia dico primò; hoc habere locū tantūmodo quoad Prælationes extrà Religionē, non verò intrà eam; quia verba *neque acceptaturum niſi præcepto eius &c.* referuntur tantum ad illas, & non iſtas, vt patet ex forma emiſſionis voti; & in ſimili de ſua Religione declarat Suarez *ibid. cap. 8. n. 1.* eo quia intentio Religionis non fuit, vt Prælaturæ intrà Religionem non habeantur; hoc enim repugnaret gubernationi eiuſdem; & ideò ſtatutum ſolùm, quod intrà non prætendantur; extrà verò, quod omninò non habeantur, quoad fieri poſſit; & ideò ſancitum, quod obligentur profitentes quantum poſſunt ad eas nòn acceptandas, & cum non poſſint obligari ſimpliciter, & abſolutè, ſecus non eſſet votum de re licita, quia non poteſt licitè reſiſti Superioris precepto, ſtatutū eſt quod obligentur ſub conditione, *niſi adſtringar præcepto &c.* Et ratio quarè iuſſum voueri, ne acceptentur extrà, non verò intrà Prælaturæ ſine præcepto, eſt, quia quæ ſunt extrà plus habent periculi, quam domeſticæ, & quia neceſſarium eſt generatim loquendo, Religioni, vt aliqui intrà illam Prælaturas acceptent: extrà verò nec neceſſarium ad eius gubernationem, nec regulariter commodum, cum per eas priuetur Religio Religioſis vtilioribus, & ad propriam gubernationem aptioribus; ob quam cauſam Gregorius relatus in *cap. Hinc eſt 16. q. 1.* inquit: *Præcepit etiam* (Francorum Rex) *vt eiuſdem Monaſterij Abbas nunquam ad Epiſcopatum eligeretur, ne fortè occaſione Epiſcopatus, Abbatia aliquid detrimenti pateretur.* Ità Suarez *d. cap. 8. n. 21.* & Palaus *ibid. punƈt. 6. n. 4.* Et tertiò, vt præcludatur, quantum fieri poteſt via ad has dignitates, ex quibus reformationis inſtitutum facile deſtrueretur; quod non eſt conſiderare in Prælaturis intrà Ordinem.

1165 Secundò: vi huius voti obligari vouentes ſub mortali ad non acceptandam Prælaturam aliquam extrà Religionem, ſecluſo præcepto; quia, vt docet D. Thom. *2. 2. q. 185. art. 1.* ab omnibus receptus, licitum eſt, & laudabile Epiſcopatum recuſare oblatum abſque præcepto, prout innumerabiles fecere ſāctitate, & doctrina inſignes, de quibus Sanchez *d. cap. 18. n. 33.* & Suarez *eod. cap. 8. à n. 10. & ſeq.* & ideò qui vouet non acceptare ſine præcepto, tenetur id ſub mortali adimplere. Vndè eſt, quod etiam in caſu, quo, ſecluſo præcepto, ratione vrgentis neceſſitatis prudenter iudicaretur, ſi non adeſſet votum, melius eſſe acceptare dignitatem, quam non acceptare, tenetur vouens non acceptare ſine dicto præcepto; quia vt docet Sotus *lib. 10. de iuſt. q. 2. art. 3. verſ. ſunt autem*, quamuis in eo caſu eſſet melius, ſecluſo voto, Epiſcopatum acceptare in ordine ad proximorum vtilitatem, ne alius minus idoneus ad illum aſſumatur, non eſt tamen melius in ordine ad acceptantē ratione proprij periculi. Sanchez *ibid. n. 37.* Piſtach. *eod. cap. 2. n. 17.*

1166 Tertiò: nullum Prælatum, neque P. V. Gene-

Generalem, neque Capitulum generale poſſe non ſolum diſpenſare ſuper huiuſmodi voto de non prætendendo Prælaturas intrà Congregationem, ſicuti nec de eis prætendendis, aut acceptandis extrà ſine prædicto præcepto, vt benè, & in terminis Diana in *coordinat. tom. 7. tract. 1. reſol. 203.* & ex declaratione Vrbani VIII. in ead. Conſtit. *Honorum, dignitatumque*, Paſſerin. *d. q. 185. art. 8. n. 167.* ſed nec etiam commutare, vt non benè ſenſit Antonius Volpi *cit. reſol. 99. à n. 24.* eo motiuo, quod Pontifex interdicat relaxare, & diſpenſare, & nullo modo loquatur de commutatione; cum & hoc ſufficienter exprimatur in d. Conſtitutione, vbi. *Neminem Superiorem Regularem, etiam Generalem, aut Capitulum &c. Sed tantummodò Nos, & Romanum Pontificem prò tempore exiſtentem poſſe diſpenſare, taleque votum relaxare, aut aduerſus illud aliquam licentiam, aut indultum concedere, aut aliquod præceptum procurandi, ſeu acceptandi, vel aliud ſimile ipſis Regularibus vouentibus facere, cuius vigore prædicti Religioſi illas, vel illos procurare, vel acceptare poſſint, aut teneantur, aut alias quommodolibet vouentes prædictos à prædicto voto liberare.* Facta autem commutatione voti, iam liber eſt vouens ab hoc voto de non prætendendo, licet loco eius ſubdatur alteri obligationi diuerſæ; vnde poteſt Prælaturas prætendere, & acceptare; ergò commutatio hæc eſt contrà hanc Vrbani diſpoſitionem. Deinde ſubdit *proùt pariter declaramus, quaſcumque facultates generales diſpenſandi ſuper quibuſcumque votis, ſeu illa relaxandi, aut commutandi &c. ad præmiſſa omnia, & ſingula nullatenus ſe extendere intelligantur.* Ergò facultas commutandi non ſe extendit ad votum de non prætendendo extrà Religionem Prælaturas, nec acceptandi aliquam Prælationem, ſiue Epiſcopatum, ſiue dignitatem maiorem; quæ omnia ſunt ab eodem Pontifice in ſuperioribus præmiſſa, licet inficietur hoc Volpi dicens, prohibitionem hanc cõmutationis referri ad præmiſſa, hoc eſt ad relaxationem, & diſpenſationem, non verò ad commutationem, cum in premiſſis, vt ipſe dicit nec nominetur commutatio; ex dictis enim patet quænam ſint præmiſſa, ad quæ referuntur ea verba, nempè *facultatem commutandi non ſe extendere ad præmiſſa*, hoc eſt ad prætenſionem Prælaturarum, & ad earumdem acceptationem, ſiue Prælaturæ, ſiue Epiſcopatus, ſiue Dignitates maiores ſint. Tandem, quia ſi poſſet hoc votum commutari, fruſtatoria redderetur hęc Vrbana Conſtitutio; poſitis namque commutationibus poſſent & prętendi extra Religionem dignitates, & acceptari ſine Sedis Apoſtolicæ conſenſu: quod eſt id, quod interdicere intendit Summus Pontifex, & prohibere Generalibus, habilitare ſcilicet ad tales dignitates prædicto voto ligatos; & quod eſt vna via, & directè prohibitum, non cenſetur alia, & indirectè conceſſum, ex vulgatis iuribus apud Barboſ. *axiom. 193. n. 1. & 5.*

1167 Quartò: nullum Prælatum nec intrà, nec extrà Religionem poſſe adſtringere quem ex nobis ad acceptandam Prælaturam vllam extrà Religionem, ſed ſolùm Summum Pontificem. Probant id Valentina 2. 2. *diſp. 10. q. 3. punct. 3. concl. 6.* Sanchez *lib. 4. in Decal. cap. 8. n. 38. & lib. 6. cap. 2. n. 49.* A S. Fauſto in *Theſaur. lib. 6. q. 95.* Peyrin. *tom. 1. q. 1. cap. 10. concl. 5.* Donat. *tom. 2. part. 1. tract. 10. q. 19.* Lezan. *tom. 1. part. 1. cap. 4. n. 18.* Diana *in coordin. tom. 7. tract. 1. reſol. 25.* vbi non poſſe Generales id præcipere. Sed alia ratione opus non eſt, cum ſufficiat ab Vrbano VIII. in cit. Conſtit. *Honorũ, dignitatumque.* declaratum fuiſſe ſolùm Summum ipſum Pontificem venire per illa verba, *qui mihi iure præcipere poteſt*: in qua Cõſtitutione expreſsè noſtram Excalceatam Congregationem includit, & iuxtà quam declarationem tenent Theſaur. *de pœn. part. 2. verb. Religioſus. cap. 4. n. 13.* Paſſerin. *de ſtat. d. q. 185. art. 8. n. 71. 73. & 86.* Lezan. *tom. 2. verb. tranſeuntes. n. 14.* Piſtach. *d. cap. 2. n. 18.* & quoad nos Pellizzar. *n. 478.* & Piſtach. *ibid. cap. 9. nu. 3.* Leander. *loc. cit. q. 30.* quo fit, quod ſi Prælatus Superior præcepto formali adſtringeret aliquẽ ad acceptandam quamcumque ex Prælaturis extrà Religionem, non teneretur ſubditus obedire, quin votum hoc violaret obediendo. Ignatius *ibi n. 54.*

1168 Circà quod, cum dicatur in emiſſione voti, *niſi adſtringar præcepto eius &c.* adhuc dubitatur, quid requiratur, vel ſufficiat, vt quis dicatur adſtringi præcepto Summi Pontificis; requiratur ne pręceptum verum, & rigoroſum, quo in virtute S. Obedientię præcipiat, vel ſufficiat, quod ſimpliciter ordinet acceptari Prælaturam. Et videtur hoc ſufficere, quia hæc ſimplex Pontificis ordinatio eſt etiam voti diſpenſatio, & ſimplex quædam obedientia ab eo impoſita, qui poteſt præcipere, quamuis actu nolit cum rigore præcipere; quæque obedientia etiam diei poteſt inducere coactionẽ quamdam Religioſam, eo modo quo iuxtà ordinarium vſum Religionum per ſimplices ordinationes ſuo modo coguntur Religioſi parere etiã non interueniente obligatione ſub peccato. Piſtach. *ibi n. 20.* & Leander. *q. 34.* citato Suarez *d. cap. 8. n. 16. & 18.* qui tamen id ex aliorum mente tantùm proponit, licet non reprobet. Verum non mihi videtur ſufficiens prædicta ſimplex ordinatio, etiam admiſſa tacita diſpenſatione, quia per eam non adſtringor, & aduc eſt in mea facultate non acceptare: votum verò eſt de non accceptando, *niſi adſtringar*, quo cenſeor renunciaſſe omni indulto, & diſpenſationi; & tunc dicor ſolum adſtringi, quando adeſt quædam coarctatio, ſiue voluntas abſoluta Superioris, quæ non reperitur in ſimplici ordinatione, qua v. g. diceret Summus Pontifex, quod accipiam hanc Prælaturam, eo modo quo in ſimplici electione ad Epiſcopatum non arguitur in Pontifice voluntas abſoluta, vt electus ſit Epiſcopus, & quo caſu licet adhuc ſe excuſare. Paſſerin. *d. q. 185. art. 2. n. 32. 33. 35. 71. & 72.* vbi in terminis de vouente non acceptare Prælaturas, quod niſi appareat de abſoluta Pontificis voluntate tenetur vouẽs non acceptare, vt docet Pax Iordan *de re Sac. prælud. 7. n. 13.* Et certè ſatis differt

præ-

Digitized by Google

pręceptum adſtringens à ſimplici iuſſione, quod eſt obſeruandum in hoc voto, in quo promittitur Deo Prælaturas non acceptare, niſi adſtringente præcepto. Nec refert exemplum de obedientia reſpectu ſimplicium ordinationum Superiorum in Religionibus, quia non dicuntur propterea adſtricti Religioſi; & quando dicerentur cogi titulo virtutis, quæ ſuadet promptè obedire, ac ſi omnia ſub præcepto mandentur, non habet locum paritas in pręſenti, vbi votum eſt de non acceptando, niſi ſub præcepto, & ſic quod virtute ſapit in Religione promptitudo, non ſapit in hoc voto. Et ideo mihi videtur requiri aliquod Summi Pontificis præceptum. Dixi, aliquod, quia puto non requiri præceptũ in virtute Spiritus S., vel S. obediētię. Pellizzar. *d. cap.* 5. *n.* 260. & in terminis *n.* 485. ſed ſufficere, quod demandetur verbo aliquo expreſſiuo voluntatis efficacis Summi Pontificis. Paſſerin. *d. art.* 2. *n.* 17. v.g. Volumus, quia tunc ſufficienter dicerer adſtrictus; nam iuſſiones ſub tali forma eo efficaciores ſunt, & magis ligant, quo à maioris auctoritatis Pręlato, qualis eſt Summus Pontifex: eo magis, cum ipſe non ligetur hac vel illa forma præcipiendi, quo fit, vt ſufficiat, quod Papa abſoluta voluntate id iniungat. Paſſerin. *ibid. num.* 27.

1169 An autem requiratur, quod Summo Pontifici innoteſcat hoc meum votum, caſu quo vellet me promouere; licet aliqui ſentiant, quod non, ſed ſufficere quod oblata Prælatura non acceptetur ſine Papæ præcepto modo iam explicato, cum id ſolum exigatut à voto; requiri tamen puto, quia votũ eſt reuera de non acceptandis Prælaturis, licet cũ reſeruatione *niſi &c.* quod ex ſe ſufficit ad retardandum Pontificem (ſi illud ſciret) à pręcipiendo; cum neque recuſantibus, & ſi non voto ligatis, nonniſi raro eas acceptare mandet: ſecus eo modo diſcurri poſset, quo de gratia quæ per DD. *in cap. ſuper litteris de reſcript.* Barboſ. *in vot. deciſ. lib.* 2. *vot.* 58. *n.* 17. ſubreptitia dicitur ex non expreſſis quę ſi expreſsa fuiſsent, Pontificem retardaſsent, aut difficiliorem reddidiſsent...

1170 Non eſt autem neceſse, quod vt Summus Pontifex poſſit id præcipere, & ego tenear obedire, adſit neceſſitas Eccleſiæ, vt voluit Hugo relatus ab Hoſtienſ. *in ſumm. tit. de voto n.* 4. qui dixit pręciſa ea neceſſitate non eſse illi obtemperandum, vtpotè pręcipienti cōtrà votum abſque iuſta cauſa, quia vt habet Sanchez *d. lib.* 4. *cap.* 8. *n.* 39. *& lib.* 6. *cap.* 18. *n.* 38. cum eodem Hoſtienſ. & alijs, in eo voto cenſetur excluſa auctoritas Papę contrarium præcipientis, ſicut & in omni voto, & iuramento. *cap. Venientes. de iureiur.* Fagnan. in *cap. Non eſt vobis. de Regul. nu.* 15. & in *cap. Cum ad Monaſterium. de ſtat. Monach. n.* 63. Addo, non eſse verum pręcipi quid contrà votum; cum enim votum ſit de non acceptando ſine pręcepto, reſeruatur poſse acceptari cum præcepto; & ideò poteſt Summus Pontifex ex ſolo ſuo placito id pręcipere, vt in ſimilli Pellizzar. *d. cap.* 5. *n.* 165. *&* 257. & tenetur vouens obtemperare.

DVBIVM XVII.

De duratione Voti non ambiendi.

1171 ELucidatis, quę ſupra vidimus loquendum de duratione huius voti, ſeu quandiù eo ligentur vouentes; & certum eſt vſque ad mortem. Sic ex formula emiſſionis voti. Difficultas eſſe poteſt quoad tranſeuntes ad aliam Religionem, in qua huiuſmodi votũ locum non habet, vel etiam quoad eiectos. Et quoad iſtos omnes clara eſt deciſio Vrbani VIII. in Conſtit. *Cum ſicut accepimus.* ſub 21. *May.* 1635 apud Cherub. *Conſtit.* 30. *aliàs* 140. ſcilicet non eſſe per tranſitum ad aliam Religionem, neque per expulſionem à prædicto voto abſolutos, & ità Em. Laurea *in Epit. Canon. verb. Regulares circà tranſitum.* Theſaur. *de pœn. p.* 2. *verb. Religioſus. cap.* 4. *n.* 13. Caramuel. Theol. *Regul. n.* 553. Lezan. *tom.* 2. *verb. Tranſeuntes. nu.* 14. *& verb. votum n.* 6. Pellizzar. *eod. cap.* 5. *n.* 166. Paſſerin. *d. q.* 185. *art.* 8. *nu.* 172. Piſtach. *d. cap.* 2. *nu.* 21. Leander. *ibid. q.* 28. Quia autem in narratiua dictę Conſtitutionis videtur eſſe ſermo de voto non procurandi, nec acceptandi dignitates extrà Religionem, dubium remanet, an quis ex noſtris tranſiens ad aliam Religionē ſit ſaltem liber à voto non prętendendi Pręlaturam intrà eam Religionem, ad quam fecit tranſitum, & in qua non eſt ſimile votum, cum de hoc non videatur loqui Conſtitutio Vrbana. Et in terminis affirmatiuè reſpondent Pellizzar. *ibi nu.* 167. Gabriel. à S. Vincentio *de remed. ignorantiæ diſp.* 14. *dub.* 42. *num.* 420. & Piſtach. *ibid. cap.* 9. *n.* 9. pro qua ſententia adduci poſſunt, qui vota particularia Religionum in tranſitu ad aliam, vel in dimiſſione ceſſare docent, eo quia, cum ſint veluti annexa, & acceſſoria priori profeſſioni, ceſſante iſta, ceſſant & illa, vt Suarez *tom.* 2. *de Relig. tract. de voto. lib.* 6. *cap.* 3. *nu.* 7. Sanchez *in Decal. lib.* 6. *cap.* 7. *n.* 87. *& cap.* 9. *n.* 56.

1172 Contrarium tamen videtur ſentiendum; licet enim in narratiua dictæ Conſtitutionis ſermo ſit de dignitatibus extrà Religionem; tamen cum eadem ſit ratio & de prætenſione Prælaturarum intrà, neque quoad iſtas cenſendum eſt, eſſe abſolutos tranſeuntes, vel eiectos. Ratio autem, quarè non ceſſet votum de non acceptandis Pręlaturis extra, eſt, vt conſtat ex alia eiuſdem Vrbani Conſtit. *Honorum, dignitatumque*, in qua declarat neminem poſſe ſuper hoc diſpenſare præter Summum Pontificem, & conſequenter eo voto manere obligatos quomodolibet translatos; eſt inquàm, quia Religioſus non debet reſpicere retrò, ibi *retrò reſpicientes, emiſſique à ſe voti huiuſmodi immemores*: ſed hæc ratio militat etiam reſpectu voti de non prætendendo intrà, cum translatus, vel dimiſſus ſi per huiuſmodi translationem, vel dimiſſionem eſſet liber ab hoc voto, reſpiceret retrò; ergò, ſi non eſt abſolutus quis per tranſitum, vel dimiſſionem à voto non acceptandi Prælaturas extrà, neque erit abſolutus ab eodem

dem quoad prætendendas Prælaturas intrà Religionem. Paſſerin. *d. tom.* 1. *de ſtat. q.* 185. *art.*8. *n.*168. & *tom.*3. *q.*189. *art.* 8. *nu.* 170. vbi id habere locum dicit in omnibus alijs votis ſpecialibus, ſed communibus (intellige ſolemnibus) Religionum, quæ non ceſſare dicit per tranſitum. Vbi etiam id probat ex eo, quia S. Congregatio Epiſcoporum, & Regularium non concedit licentiam ad huiuſmodi tranſitum, niſi cum expreſſa conditione, quod tranſlatus maneat ad huiuſmodi vota obligatus, vt patet in vna *Clericorum Minorum.* 16. *Decembr.* 1639.

1173 Confirmo, ex eo quod Papa in vtraq; ſupradicta Conſtitutione declarat non ſolùm durare votum de non acceptanda dignitate extrà, ſed etiam votum de non ea prętendenda; & ob hunc finem, vt ex eiſdem Conſtitutionibus, ad tollendum ſcilicet ambitum, vt patet in incipien. *Honorum.* tum ex præfatione, quæ eſt huiuſmodi: *Honorum, dignitatumque vana ambitio adeò quorumdam Regularium mentes interdum excæcat, vt ab eo quod abnegantes ſemetipſos spontè vouerunt, poſtmodùm inanis gloriæ cupiditate ducti reſilire conentur, cum tamen dicat Propheta: Vouete, & reddite vota veſtra Deo.* Tum ex alijs verbis: *Quapropter Nos ambitum hunc retundere, & prætenſionem huiuſmodi excludere &c.* Et quare per tranſlationem, aut dimiſſionem ceſſare debebit votum de non prætendenda Prælatura intra Religionem, ſi æquè in huius voti ceſſatione per huiuſmodi tranſlationem militat eadem ratio ambitionis, quam ibi in ſua declaratione intendit Summus Pontifex præcludere?

1174 Additur ad confirmationem: quod ſi tranſiens ad alium Ordinem incapax eſt quorumcumque beneficiorum Sæcularium, etiam Curatorum. ex Concil. Triden. *ſeſſ.*14. *de reformat. cap.* 11. vt ibi Barboſ. *n.*5. cum multis, & Io. Anton. Nouarius in *ſumm. Bull. Apoſt. comment.*8.*n.*5. & Mendicantes tranſeuntes ad Ordines non Mendicantes incapaces ſunt omniũ officiorum, etiam Vicariatus, Sindici, Procuratoris; ſicuti etiam vocis actiuæ, & paſſiuæ ex Clemen. *Vt profeſſores. de Regul. & tranſeunt.* vbi Barboſ. *à n.*1. Sanchez. *d. lib.*6. *cap.*7. *n.*109. A S. Fauſto in *Theſaur. lib.* 5. *q.* 360. de Vecchijs in *Prax. diſp.*15. *dub.*5.*n.*12. Lezan. *tom.*1. *part.* 2. *cap.*22. *n.*21. Donat. *tom.*1. *part.*2. *tract.*5. *q.* 42. Paſſerin. *tom.*3. *de ſtat. q.*189. *art.* 8. *n.*149. 160. & 162. quin etiamſi tranſeant ad Carthuſianos. Mirand. *tom.*1. *q.*31. *art.*8. *concl.* 2. *in fin.* Paſſerin. *ibid. nu.*163. proùt declaratum à S. Congregatione Epiſc. & Regul. ex Aldan. in *Compend. canonic. reſol. lib.* 3. *tit.*16. *nu.*3. refert Barboſ. in *Concil. Triden. ſeſſ.*25. *cap.*19. *nu.*34. & *de iur. Eccleſ. vniu. lib.*1. *cap.*42. *n.*53. Et hoc ideò ſtatutum, vt Regulares Mendicantes in ſua paupertatis profeſſione ſtabiliùs, & quietiùs perſeuerent, vt Suarez *tom.*4. *de Relig. tract.* 8. *lib.*3. *cap.*5. *nu.*3. vel, ne quis tranſeat ab vna Religione ad aliam ſub ſpe obtinendi aliquod beneficium; vt Nouarius *loc. ſup. nu.*5. Lezan. *eod. cap.*22. *nu.*20. vel vt quietiùs in prima vocatione perſiſtant idem Lezan. *ibid. n.*21. & ne recedant ab ea, & vt euitetur circuitus profeſſionum, vt Donat. *ibi nu.*3. certè debet à pari manere præfatum votum in tranſeunte, ne hac occaſione ſub ſpe conſequendi in altera Religione Prælaturam, recedat quis à ſua prima vocatione.

1175 Confirmatur etiam, quia Conſtitutiones præfatæ Vrbani VIII. ſunt declarationes; & cum ſint declarationes, non ſunt noui iuris inductiuæ, ſed prioris legis explicatiuæ: quo fit, quod cum ex vna parte ante Vrbanum nulla eſſet lex poſitiua prohibens diſpenſari ſuper tali voto; & ex altera ipſe Vrbanus declarauerit manere in tranſitu votum tam non prætendendi quàm non acceptandi extrà dignitates, & eſſe indiſpenſabilia ab alijs quàm à Sede Apoſtolica, fit inquàm quod declarauerit id iuxtà legem naturalem, & diuinam talis voti, ſeu iuxtà id quod natura talis voti poſtulat; vnde cum votum ex ſe petat, vt ait Suarez de *Relig. tom.*4. *tract.*8. *lib.*3. *cap.*17. *num.*8. & Caramuel. *loc. ſup. d. n.*553. *§. hinc patet. verſ. ergò qui*, eſſe perpetuum, declaratum eſt vtique manere tale votum in tranſitu, & comitari perſonam vouentis ità inſeparabilitèr, vt nec per profeſſionem in quacumque Religione ſoluatur. Paſſerin. *d. art.*8. *n.*168. & 172. Quomodò ergò abſoluitur à voto non prætendendi Prælaturam in Religione, qui vel tranſit ad aliam, vel dimittitur, ſi eadem ratio in eo ſuo voto currit, quæ prò declaratione quoad votum de non prætendendo extrà?

1176 Faciunt ad hoc & verba eiuſdem Vrbani in cit. Conſtit. *Honorum* ſcilicet: *nihilominùs aliqui ex ipſis Regularibus etiam tranſlati ad alios Ordines Regularium etiam Mendicantium, qui prædictum, aut ſimile votum non emittunt*: vbi per ly *ſimile* indicatur à Pontifice idem formatum iudicium de prædicto voto, ac de alijs ſimilibus; & propterea ex eadem ratione declaratum hęc quoque & durare in tranſitu, & eſſe pariter indiſpenſabilia à Generalibus. Paſſerin. *d. nu.*168. Quid autem ſimilius illi voto, quàm hoc de non prætendendo dignitates in Religione? ergò & iſtud viget in profeſſo, ſiue dimiſſo, ſiue tranſlato.

1177 Confirmatur tandem ex duplici ratione ipſius Gabrielis à S. Vincentio *ibi n.*421. vbi quærens, cur valeat, & teneat in tranſeunte hoc votum non prætendendi & acceptandi dignitates extrà, & non obligatio aliarum obſeruantiarum, dicit: primò, quia ex declaratione Vrbani VIII. non cenſetur tale votum quid annexum, ſeu acceſſorium prioris profeſſionis, qua ceſſante ceſſet & hoc votum; vnde inducta eſt præſumptio iuris, qua cenſetur tale votum principaliter factum in cultum Dei, ac proindè, vt quid inducens diſtinctam obligationem, & independentem à priorum votorum obligatione: ſecundò, quia hoc votum non cenſetur habere repugnantiam cum ſecunda profeſſione, nec cum obſeruantijs illius, ſed

potiùs addit illis quoddam ornamentum, ac proindè non eſt, cur non debeat obſeruari in ſecunda Religione. Sic ille. Et quarè (ſubdomodò) non vigebit in tranſeunte, & votum de non prætendenda intrà Religionem Prælatura, cum neque ipſum repugnet cum obſeruantijs ſecundæ Religionis, quin potius perfectionem illis addat? Et quarè non erit cenſendum & hoc votum factum principaliter in cultum Dei, maximè cum ſit ſolemne, eo modo quo ſolemnia ſunt alia ſubſtantialia, & inducere obligationem ſpecialem, adeòque non ceſſare per tranſitum, aut dimiſſionem? Sic ergò tenendum, hoc eſt non abſolui à voto non prætendendi intrà Religionem eum, qui tranſit ad aliam, vel dimittitur, quia poſt dictam Vrbani declarationem hæc, & alia ſimilia vota cenſentur principaliter facta in cultum Dei, & non vt adnexa priori profeſſioni, vt Theſaur. *d. cap. 4. nu. 13. §. nota circà.* Lezan. *eod. verb. Tranſeuntes. n.* 14. & ideò perpetua. Quod etiam patebit ex mox dicendis.

1178 Poteſt item quo ad hanc voti durationem eſſe difficultas reſpectu profeſſi cum tali voto, & ſubindè ad Epiſcopatum promoti, an per huiuſmodi translationem ceſſet obligatio talis voti non prætendendi extrà, nec acceptandi &c. cum adhuc poſſit alias conſequi Prælaturas? Et Suarez de *Relig. tract. 10. lib. 6. cap. 9. nu.* 13. Paſqualig. *deciſ.* 276. quos ſequitur Piſtachius *ibi cap. 2. nu.* 22. & Pellizzar. *d. cap. 5. nu. 176. & 265.* Leander. *ibid. q.* 37. tenent, quod remaneat abſolutus ab huiuſmodi voto. Potiſſima eorum ratio eſt, quia per aſſumptionem ad Epiſcopatum euacuata eſt materia voti, quæ eſt, ne fiat tranſitus extrà Religionem; qui tranſitus non ampliùs habet locum in procuratione alterius Prælaturæ, cum iam ſit extrà per primam; & finis voti eſt, vt Religioſus perſeueret in ſua humilitate, & Religionis ſeruitio, qui ceſſat eo ipſo, quod eſt iam translatus. Et confirmant à ſimili de vouente virginitatem, & ſolam corporis integritatem, cuius obligatio terminat in prima voti violatione, & ſemel amiſſa ea integritate, votum iam non ampliùs obligat.

1179 Mihi tamen videtur contrarium probabilius, quia votum non procurandi, neque acceptandi extra reſpicit dignitates, ſiue Prælaturas abſolutè; & ideò conuenit Regulari etiam Epiſcopo reſpectu aliarum Prælationū. In terminis Paſſerinus *d. art. 8. n.* 166. & deducit ex præfata declaratione Vrbani, qua conſtat per translationem quamcumque non liberari vouentes à voto: quod à fortiori procedit, dicit ipſe, in caſu, quo rediret Epiſcopus ad ſtatum Religioſum; tunc enim materia voti manifeſtiùs ſubeſſet, & votum obligaret. Vndè dignoſcitur, nec Religioſum promotum ad Epiſcopatum eſſe per hanc translationem à tali voto liberum. Prò qua ſententia poſſunt adduci omnes, qui tenent per Epiſcopatum non liberari Religioſum à votis ſpecialibus, communibus tamen ſuæ Religionis, quos & plures adducunt, & ſequuntur Tamburin. *de iur. Abb. tom. 3. diſp. 3. q. 9. nu.* 12. & Paſſerin. *ibid. nu.* 161. & confirmatur, quia Regularis factus Epiſcopus tenetur ad obſeruantias ſuæ Religionis, quæ non impediunt Epiſcopalem ſtatū, vt docent S. Thom. 2. 2. *q.* 185. *art.* 8. Valentia *tom. 3. diſp.* 10. *q.* 3. *p.* 8. Roderic. *tom. 2. q. 58. art. 3.* Peyrin. *de ſubdit. q. 4. cap.* 2. Tamburin. *ibid. nu.* 4. cum pluribus apud ipſos; ergò à fortiori vota maximè ſolemnia; ergò hoc de non prætendendo, quod nullo modo impedit.

1180 Nec allata mihi videntur ſatisfacere, quia finis principalis voti de non prætendendo neque intrà, neque extrà Religionem, non ſunt, quæ ab ipſis adducuntur, ſed humilitas, ſeu ad tollendam ambitionem: qui finis cum præſeferat virtutem, poteſt intendi à voto; quā virtutem non ità facilè eſt reperire in intentione impediendi tranſitū ob commodū Religionis. Ille autem finis adhuc durat in Religioſo Epiſcopo reſpectu aliarū dignitatū: immò magis ambitioſus eſſet, ſi alias ambiret; & propterea nō ceſſante fine principali, nec dicendū ceſſare votum. Nec verum eſt euacuatam materiam voti per eam promotionem; quia adhuc reſtant aliæ Prælaturæ; nec Pontifex promouens ad vnam mediante ſuo præcepto, cenſetur liberare à voto non ambiendi alias, maximè cum votum ſit de non ambiendo vllam. Nec eadem eſt paritas de voto virginitatis in ſola corporis integritate conſiſtente, quia hic non ſumus in caſu rei reiterabilis; & ideò tale votum per corporis violationem ceſſat: in voto autem non ambiendi actus reiterabiles ſunt; & votum eſt de non procuranda vlla Prælatura, quod habet omnes prò obiecto; & proptereà promotus ad vnam, non cenſetur abſolutus ab obligatione non procurandi aliam.

1181 Confirmo primò, quia licet admittatur Religioſum adſtrictum voto non procurandi Prælaturas, nec etiam extrà, ſi illam procurando obtinuerit (addo & vlteriùs acceptauerit abſque præcepto) non teneri ratione voti illam renuntiare, vt volunt Pellizzar. *n.* 483. & Piſtach. *ibid. n.* 23. (ratione voti inquām, quia nō per id excluditur, quod aliunde fortè ad id teneatur; cum, vt notat idem Pellizzar. *n.* 270. non ſolùm illicita, ſed inualida ſit vigore decreti Vrbani VIII. promotio) tamen non ſequitur in ea ſuppoſitione abſolutum eſſe ab obligatione nō prætendendi alias, cū non ſit præſumendus ab hoc abſolutus per malam promotionem. idem Pellizzar *n.* 271. ergò ſtatus Epiſcopalis non trahit ſecum abſolutionem ab huiuſmodi voto quoad alias Prælaturas. Secundò: quia promotus ad Prælaturam intrà Religionem ligatur adhuc obligatione non prætendendi aliā etiam intrà Religionem, ergò & Religioſus iam extrà Religionem per promotionem ad Epiſcopatum ligabitur adhuc obligatione non procurandi aliam Prælaturam.

DVBIVM XVIII.

De voto non ambiendi Laicorum.

1182 EX dictis patet quid dicendum ſit de voto Laicorum non ambiendi ſtatum Clericalem, neque habendi vocem actiuam, neque paſſiuam; ſcilicet neque ipſos violare votum per actus internos; licet enim in eorum voto exprimatur ſolùm promiſſio non ambiendi, intelligendus eſt iſte ambitus de ambitu, qui fit prætenſio per actus exteriores; & eſſe virtualiter duplex, & habere duo obiecta Clericatum nempè, & vocem; vnde quamuis voueant non habere vocem, contrà votum tamen committere, ſi ab eis procuretur, quia prohibito fine prohibetur & via ad illum. Pellizzar. *nu.* 491. & ſi procuretur non ſolùm prò ſe ipſis, ſed prò Laicis in genere, quia ſic procurarent & prò ſe ipſis ſub eo genere contentis. idem Pellizzar. *n.*492.

1183 Patet etiam eo modo violari ab ipſis, quo dictum eſt violari à prætendentibus Prælaturas, quamuis in hoc eorum voto non exprimatur prætenſio directa, & indirecta; & hoc contrà Pellizzarium *ibi. n.*490. contrarium ſentientem, eo quia in Laicorum voto non exprimatur prætenſio indirecta; vnde intelligendum eſſe dicit eorum votum de prætenſione tantum directa, & non de indirecta, & quæ fiat per alterum, cum votum debeat ità interpretari vt minus obliget, quam fieri poteſt. Violatur, inquam, quia vt obſeruat Sanchez. *d. lib.*6. *in Decal. cap.*18. *nu.*23. quem ſequitur Palaus ead. *diſp.*5. *punct.*5. *n.*5. termini illi *directè, & indirectè* ſunt additi ad maiorem expreſſionem, & in re idem ſunt reſpectu prætenſionis, ſicut & verba *per me, aut per alium*, quæ ideò omiſſa in eorum voti formula. Et re vera ſi ſiue indirectè, ſiue per alium procuretur, verificatur procurare, quod ſatis eſt, vt dicatur procurari contrà votum; eo magis quia eorum votum non ambiendi eo ipſo, quod ſit de non ambiendo abſolutè, & ſine limitatione, abſolutè eſt intelligendum, vt nullo modo liceat prætendere. Nec obſtat, quod votum ſit ità interpretandum, vt minus obliget; quia non eſt per hoc facienda talis interpretatio, vt votum reddatur inutile, & fruſtratoriũ, ſicut eſſet, ſi poſſent laici procurare indirectè, & per alium. Et do inſtãtiam ex doctrina ipſiuſmet Pellizzarij *ibid. n.*390. vbi explicans obligationem Clericorum Regularium Minorum ratione voti non conſentiendi in ſui electionem ad aliquam dignitatem extrà Religionem, dicit hos teneri non conſentire etiam in electionem, quæ v. g. à ſolo Papa, vel altero Prælato fieret; non obſtante quod hæc ſit electio impropria, cũ ad electionẽ propriè dictam neceſſariò interuenire debeat tota aliqua Communitas. Et ratio quarè teneantur ratione voti non conſentire etiam in electionem impropriè dictam, eſt, quia fruſtraretur, & inutile redderetur tale votum; cum inter dignitates, quæ poſſunt ambiri, & obtineri à Regularibus, pleræque ſint, quæ ab vno tantum conferri ſolent, & non per electionem propriè dictam; adeòque non haberetur finis huius voti, qui eſt præcludere omnem aditum ambitioni. Sicuti ergò, ne inutile reddatur hoc votum, non ità illud interpretatur Pellizzarius, vt minus obliget, hoc eſt, vt ad ſolam electionem propriè dictam illud reſtringat; ità ex eodem capite, ne fruſtraneum reddatur votum noſtrorum Laicorum, non eſt ità interpretandum, vt intelligatur de ſola procuratione directa, & per ſe, cum dato quod poſſint eadem prætendere indirectè, & per alium, ad nihil inſeruiret huiuſmodi votum.

1184 Patet item ex dictis non ceſſare hoc eorum votum per tranſitum ad aliam Religionem, aut per electionem, contrà eumdem Pellizzar. *n.*494. & Piſtach. *ibi. cap.*9. *n.*9. cum ex dictis poſt Vrbani VIII. declarationem huiuſmodi vota non ceſſare per quamcumque tranſlationem oſtenderimus; licet etiam ibi ſermo ſit de voto non prætendendi extrà Religionem Prælaturas, eadem tamen eſt ratio, vt diximus de eo voto, ac de ſimilibus, maximè ſolemnibus, quale eſt hoc. Poſſe tamen ſic vouentem, ſi à Summo Pontifice ei Clericatus, vel vox prędicta ſpontè offeratur, eas acceptare ſine voti violatione, cum ab his Laicis non emittatur votum non acceptandi ſine præcepto, & aliàs dum Pontifex offerret, ſeù vt melius dicam, conferret, ſciens tale votum cenſeretur diſpenſare; & votum non ambiendi ad Clericatum importat ſolùm obligationem non prætendendi eo modo, quo votum non prætendendi Prælaturas in Religione non priuat facultate eas acceptandi, data electione; ſicuti votum non habendi vocem infert ſolum obligationem non habendi modo cooperatiuo, vt in ſimili Suarez *d. lib.*6. *c.*6. *n.* 16. & ideò eam acceptans non operabitur contrà votum. Pellizzar. *n.*497. *in fin.* & Piſtach. *ibid. n.*10.

DVBIVM XIX.

De pœnis inſligendis huius voti tranſgreſſoribus.

1185 CVM prætenſio, de qua ſuprà potiſſimè exerceri poſſit, medijs fauoribus exterarum perſonarum, ſiue Prælatorum, ſiue Magnatum, quod varijs Religionibus pluries eſt à Summis Pontificibus prohibitum, libet hic adnectere hoc dubium: an Conſtitutiones Clementis VIII. *Quoniam nemo.* ſub die 1. *Decembr.* 1604. apud Empol. *pag.*82. & Pauli V. *Admonemur Paſtoralis officij* . ſub die 4. *Iulij* 1608. apud eumdem *pag.*291. (quibus inhibetur Religioſis Ordinis Eremitarum recurſus ad fauores dictarum perſonarum pro gradibus obtinendis, & Prælatis eiuſdem Ordinis tales gradus, & dignitates intuitu earumdèm perſonarum impartiri) noſtram Congregationem afficiant, & noſtros Religioſos, atque Prælatos eodem mo-

do ligent? Et dico, quod non; quia vt habet Paſſerinus *de elect. canonic. cap.5. num.7.* ſtatuta particularia pro vno Ordine ſolummodò afficiunt illius Ordinis Religioſos; & ſic dictas Conſtitutiones ligare ſolùm PP. Calceatos. Et ſuadeo, quia in noſtra Congregatione contrà ambitionem, contrà quam procedunt dictæ Conſtitutiones per Donatum *tom.3. tract.2. q.4. n.4.* Paſſerinum *ibid. cap.6. num.1.2. & 3.* prouiſum ſatis erat per præfatum votum humilitatis, vndè, cum non opus eſſet vlteriori prohibitione, non eſt dicendum intendiſſe Pontificem, & ea Excalceatis inhibere; adeòque nec ſub eis Conſtitutionibus Congregationem hanc comprehendere. Deindè deducitur ex eo, quod de Excalceatis nullam mentionem fecerit, quo dignoſcitur non ad ipſos eas referri. Tertiò: quia noſtræ Apoſtolicæ Conſtitutiones *part.4. c.21. num.2.* quæ ſunt poſteriores dictis litteris Clementis VIII. & Pauli V. aſſignant pænam ſpecialem contra huiuſmodi procurantes, nec ſe remittunt ad pænas ab eis Pontificibus ibi inflictas. Vnde ſequitur iudicatum eas non afficere noſtram Congregationem, eo modo, quo Conſtitutio eiuſdem Clem. VIII. *Quoniam noſtro* die 23. *Nouembris*, 1604. apud Empol. *pag.81.* contrà Religioſos Ordinis Eremitarum appellantes ad Tribunalia Sæcularia, noſtram Congregationem non ligare ſupponitur ab eiſdem noſtris Conſtitutionibus *d. cap.21. nu.1.* dum citata dicta Clementis prohibitionè, pænas particulares imponunt Religioſis noſtris, qui modo ſupradicto appellauerint, & non eas, quas Clemens ipſe in ſua Conſtit. inflixerat contrà Religioſos Ordinis Eremitarum, neq; eas comprehenderunt; quod certè factum non fuiſſet à noſtris Conſtitutionibus, ſi noſtra Congregatio fuiſſet ſub ea Clementis prohibitione comprehenſa. Et ità videtur ſentire Donatus *dict. q.4. n.3.* dum dicit Bullas præſatas non extendi ad alios Ordines, qui in hac materia habent proprias.

1186 Nec ſatis eſt dicere, quod emanauerint pro toto Ordine Eremitarum S. Auguſtini; & quod præceptum in ipſis latum complectatur omnes Religioſos dicti Ordinis, quia intelligendum eſt de Religioſis, qui dicuntur ſimpliciter Ordinis Eremitarum ſine alio adiecto quales ſunt PP. Calceati: non verò de ijs, qui dicuntur, & verè Eremitarum, ſed cum hoc ſpecificatiuo, nempè Excalceati: maximè cum à tempore Conſtitutionis Clem. VIII. Congregatio hæc eſſet per deputationem Superintendentis Apoſtolici ſubtracta à priori, & amplo P. Generalis regimine, vt dictum eſt *quodlibet.5. dub.20.* & *n.* 1094. & ſit Ordo ſufficienter diſtinctus ab Ordine PP. Calceatorum, vt pariter oſtenſum eſt *eod. q.5. dub.* 18. quod ſatis eſt, vt non intelligatur ſub dictis Pontificijs Conſtitutionibus comprehenſa; cum ſtatuta pro vna Religione, neque ratione ſimilitudinis, aut identitatis rationis ligent aliam *cap. Non ſolum.* innecto *cap. ſeq. de Regul.* Suarez *lib.6. de legib. cap.3. nu.12.* & in ſpecie de præfatis Conſtitutionibus Sigiſmundus à Bononia de *elect. dub.53. n.9.* Paſſerin. *d. cap.5. n.9.*

1187 Nec etiam dicendum, quod ratione ſaltem Communicationis priuilegiorum afficiant & noſtram Congregationem, cui communia ſæpè probauimus eiuſdem Ordinis Eremitarum priuilegia, quia leges pænales prohibentes aliquid ſub graui pæna, vtpotè excommunicationis, priuationis vocis, & inhabilitatis, quales ſunt illæ Conſtitutiones, licet fauorabiles communitati, non ſunt conceſſiones, nec dona, nec priuilegia, ſed vera ſtatuta; nam priuilegium eſt priuatum ius indultum à Principe contrà ius cõmune. *cap. Abbate. de verbor. ſignific.* Syluester *verb. Priuilegium. n.1.* lex verò pænalis ad ius commune ſpectat, non autem eſt contrà ius commune; quarè, cum ſub communicatione priuilegiorum non veniant, quæ non ſunt priuilegia, ſed ſtatuta, ſupradictæ leges pænales licet fauorabiles communitati non cadunt ſub communicatione priuilegiorum. Mirand. *tom. 1. q.46. art.6.* Donat. *tom.1. part. 1. tract.7. q.12.* Paſſerin. *d. cap.5. n.7.* & probatum eſt. *quodlib.3. dub.4. n.327.*

1188 Puniendi ergò erunt apud nos procurantes Prælaturas talibus medijs prohibitis pęna taxata in ipſis noſtris Conſtitutionibus *part. 4. cap.21. n.2.* & pæna taxata *ibid. cap.6.* contrà violantes aliquod ex votis; non verò pęnis taxatis à ſupradictis Summis Pontificibus in præfatis earum litteris. Quod & mihi videtur ſeruandum etiam in caſu, quo declaretur tales litteras comprehendere & noſtram Congregationem; quia cum noſtrę Conſtitutiones ſint poſteriores, & à Sede Apoſtolica in forma ſpecifica approbatæ, cenſetur per eas præfatis litteris Clem. VIII. & Pauli V. quoad earum pænas in hac parte derogatum.

1189 In qua tandem ſuppoſitione, quod dictæ præfatorum Pontificum litterę nos quoque afficiant, ad quietem animi Prælatorum, qui prohibentur dignitates, & officia ad inſtantiam exterarum perſonarum, ſiue Prælatorum, ſiue Magnatum, etiam Cardinalium ſuis ſubditis concedere, adnotandum nomine exterarũ perſonarũ non venire Cardinales Protectores Religionum, qui non poſſunt dici extranei, cum ſint aliquo modo eorum Ordinũ, quorum ſunt Protectores, Prælati. Lezan. *tom.1. part.2. cap.9. n.5.* immò liceat ad illos habere recurſum, & appellare. E ità tenent Peyrin. *tom.2. verb. officia Religioſorum n.16.* Bernardus de Torres in *Hiſtor. Pernan. Auguſtinian. lib.1. cap.28. n.14.* Donat. *tom.3. tract.2. q.19.* Paſſerin. de *elect. canonic. d. cap.5. n.28.*

DVBIVM XX.

De tranſitu ad aliam Religionem.

1190 PAtres Calceatos noſtri Eremitani Ordinis ad hanc Excalceatam, & reformatam Congregationẽ poſſe ex decreto S. Congregationis ſuper. ſtat. Epiſc. & Regul. de licen-

tia

tia ſuorum Superiorum petita, licet non obtenta, tranſire vidimus *nu.* 423. Patres verò noſtros Excalceatos ad eorumdem PP. Calceatorum Ordinem, ſicut nec ad alium quemcumque laxiorem abſque Sedis Apoſtolicę facultate tranſire non poſſe decreuerunt reſpectiuè prò Congregatione bac Italiæ Clemens VIII. in Conſtit. III. *Paſtoralis officij* apud Laertium Cherub. *tom. 3. Bullar.* prò Hiſpanica Paulus V. in pariter incipien. *Paſtoralis Officij.* apud Flauiũ Cherub. in *Compend. Bullar. tom. 3. pag.* 36. & pro Gallicana Vrbanus VIII. in *Ex iniuncti.* Conſtit. 90. *tom. 4. Bullar.* Et de tranſitu à noſtra Congregatione ad PP. Calceatos locuti ſumus *n.* 478. Modò addimus duo ex eadem Conſtitutione Clementis VIII. *Paſtoralis officij.* Primò: nec poſſe profeſſum in noſtra Congregatinne tranſire ad aliam Congregationem etiam Diſcalceatorum Hiſpaniarum, aut Galliarum; & quia omnes Congregationes S. Auguſtini excluſit Clemens VIII. vt mox dicetur; & quia noſtra, quæ Italiæ dicitur, reſpectu earum eſt ratione quarti voti ſtrictior. Secundò: ſolùm ad Carthuſianos bunc tranſitum ſine dicta licentia poſſe fieri, prout conſtat ex his Clementis eiuſdem verbis: *Præterea ſub eiſdem cenſuris, & pænis præcipimus, quod nullus prædictæ Congregationis profeſſus in aliqua alia Prouincia, aut Congregatione Ordinis S. Auguſtini, aut cuiuſuis alterius Religionis, præterquàm Carthuſianorum abſque noſtra, & Sedis Apoſtolicæ, aut Superintendentis licentia recipiatur; & ſi receptus fuerit, ſtatim prædictæ Congregationi reſtituatur.* Aliqua modò ſunt ſuper his declarãda.

1191 Et primò, quoad tranſitum ad Carthuſienſes in facti contingentia non videri eſſe de ſe laudabile, nec conſulendum. Verum quidẽ eſt, quod à Summo Pontifice permittitur ſed iuxtà iuris diſpoſitionem, quod ſcilicet non fiat ex temeritate, vel leuitate in iacturam ſui Ordinis: ſed quod fiat ex zelo maioris perfectionis, ex *cap. Licet. de Regular.*: quod difficile mihi videtur in tranſitu a Religione reformata, & in ſua viridi obſeruãtia; in qua veroſimilius eſt, quod poſſit magis proficere, ſi velit, qui ad eam vocatus eſt à Domino, quam in ea, in qua non aſſueuit; & planta, quæ ſæpè transfertur, non coaleſcit; & ita vniuerſim de hiſce tranſitionibus S. Thom. 2. 2. *q.* 189. *art.* 8. Suarez *tom. 4. de Relig. tract.* 8. *lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 3. Sanchez in *Decal. lib.* 6. *cap.* 7. *n.* 1. A S. Fauſto in *Theſaur. lib.* 5. *q.* 323. Peyrin. de *ſubdit. q.* 1. *cap.* 24. §. 2. Portell. in *Dub. Regul. verb. Relig. tranſit. n.* 3. Palaus. *tract.* 16. *diſp.* 4. *punct.* 6. §. 2. *n.* 6. Fagnan. *in d. cap. Licet n.* 7. & 24. Lezan. *tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 22. *n.* 1. vbi plerumque ſcandalum, inquietudinem, murmurationem, atque Religioſorum infamiam ex ipſis oriri; & cum S. Bernardo *lib. de præcept. & diſpenſat. cap.* 20. Paſſerin. *tom.* 3. *de ſtat. q.* 189. *art.* 8. *n.* 4. & 86. ſaltem hucuſque necdum quis à noſtro ad illum Ordinem tranſijt.

1192 Verùm legitima ſubſiſtente cauſa, dato ſcilicet boc arctioris, ſeu magis ſolitariæ vitæ zelo, cuius potiſſimo intuitu arctior ea Religio babetur. Paſſerin. *ibid. n.* 35. *propè fin.* Portell. *ibid. n.* 2. Tamburin. de *iur. Abb. tom.* 3. *diſp.* 7. *q.* 4. *n.* 3. Fagnan. *in cap. Ad Apoſtolicam. de Regul. num.* 40. non eſt faciendus talis tranſitus ſine ſpeciali licentia non iam Sedis Apoſtolicæ, quæ iam ſupponitur ex dicta Conſtitutione Clemẽtis VIII. ſed Superiorum Religionis, non quidem petita tantùm, ſed etiam obtẽta; tum quia ſic à S. Sede conceſſum nonnullis alijs Religionibus, & ſignanter PP. Excalceatis S. Thereſię, vt referunt Sanchez *d. cap.* 7. *n.* 31. A S. Fauſto *ibi q.* 351. & Antonius à Spiritu Sancto *tract.* 3. *diſp.* 6. *n.* 754. quod eſt priuilegium communicabile alijs Religionibus maximè Mendicantibus, vt tenent Suarez *d. tract.* 8. *lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 39. Sanchez *eod. cap.* 7. *n.* 28. & 31. Pellizzar. *tom.* 2. *tract.* 3. *cap.* 5. *ſect.* 3. *n.* 74. & 75. A Spiritu Sancto *ibi n.* 755. Portell. *loc. ſup. n.* 11. in ſimili de Benedictinis Hiſpaniæ; tum quia prohibitum ab Innocentio IV. vt in Mari magn. Eremitarum apud Lezan. *tom.* 3. §. 15. cuicumque Religioni (nulla facta exceptione Carthuſiæ) recipere profeſſum Ordinis Eremitarum abſque ſuorum Superiorum licentia, vt in terminis Paſſerinus *ibi n.* 99. ac proinde neque ex noſtris quis ſine tali obtenta facultate poterit etiam ad Ordinem Carthuſiæ legitimè trãſire, cum Innocentij indultum nnn reuocetur per dictam Clementis VIII. Conſtitutionẽ; ſed magis ad rem, quia ſic ſtatuit Gregorius XV. ad fauorem noſtrorum Excalceatorum Congregationis Hiſpaniarum per ſuas litteras *Alias à felici.* ſub die 5. *Ianuar.* 1622. quas originales mihi oſtendit Romæ dictæ Congregationis Procurator Generalis, in quibus ſuprapoſitam prohibitionem Pauli V. non tranſeundi ad aliam Religionem, præterquam ad Carthuſianos, ſine Sedis Apoſtolicæ licentia, prout *n.* 634. ſic moderatur: *Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine in virtute S. Obedientiæ, ac ſub pæna excommunicationis latæ ſententiæ diſtrictè præcipiẽdo mãdamus, ne vllus Ordinis, & Congregationis huiuſmodi profeſſus, tam in Regnis Hiſpaniarum, quam in partibus Indiarum exiſtens, in laxiore abſque Sedis Apoſtolicæ: in ſtrictiore autem aliqua alia Prouincia, ſiue Congregatione S. Auguſtini, aut cuiuſuis alterius Religionis abſque primò dictæ Congregationis Vicarij Generalis licentia recipiatur; & ſi receptus fuerit prædictis Reformatis, ſeù Diſcalceatis reſtituatur.* Per quæ patet licentiam Religionis eſſe prius obtinendam, & non ſufficere, quod ſit petita. Quod habet locum, & apud nos propter communicationem priuilegiorum. Quæ licentia debet conſtare ex litteris dimiſſorijs Superiorum Congregationis, ſine quibus recipi non poteſt in alia Religione; tum ex *cap. ſtatuimus.* 19. *q.* 3. A S. Fauſto *ibi q.* 334. Fagnan. in *d. cap. licet. n.* 50. Tamburin. *eod. tom.* 3. *diſp.* 7. *q.* 1. *nu.* 15. Lezan. *tom.* 4. *conſult.* 17. *nu.* 20. de Vecchijs in *Prax. diſp.* 15. *dub.* 2. *n.* 11. & 12. vbi peccare mortaliter recipientes ſine dictis dimiſſorijs; tum ex eadem Innocentij IV. Conſtitutione, prout idem Lezan. in *d. Mar. magn.* §. 15. *n.* 40.

1193 Quiſnam autem ſit Superior, ad quem ſpectet talem licentiam impartiri; videtur de

iure

Digitized by Google

iure communi eſſe Superior localis per Rebuff. in *prax.beneſic.tit. de tranſlat.Monach n.5.* & allegatos à Fagnan.*ind.cap. licet.n.36.*vbi *n.37.* non requiri, quod petatur licẽtia à Conuentu, ſed à ſolo Prælato: quod quoad vtramque partem probabile putat Lezana *in Mar.Magn.Prædicat. circà §.22.n. 57. & 58.* Alij dicunt ſpectare ad Superiorem Generalem, vel Prouinciales, vt M. Anton. Cuchus *Inſtit. maior.lib.3.tit. de Regul. n. 137.* Roderic. *tom.3.q.52.art.3.in fin.* Peyrin. *de ſubdit. q.1. cap.24.§. dico ſecundò.* Alij ad ſolum Prouincialem. Ricciull. de *iur.perſonar.lib.8.cap. 4.n.25.* Donat. *tom.1.part.2.tract.5.q.26.n.3.* ſed cum ſit in hoc ſtandum ſtatutis, & cõſuetudini Religionum, vt Lapus *allegat.130.*aliàs *131.n. 5.verſ.item etiam petitur.* Suarez *d. lib.3.cap.10. n.30.* Paſſerin. *ibid.n.69.* ad P. V. Generalem, vel ad Definitorium ſpectare dicerem, non ex ſtatuto particulari, neque ex conſuetudine, cum hucuſque hic caſus non contigerit, ſed ex ſimili conſuetudine quoad tranſitum ad laxiorem, prò quo licentiam vidi, tum ab eodem P. V. Generali, tum à Definitorio concedi: eo magis, ſi verum eſt, vt ex Roderic. *d.q.52.art.20.* refert Portellus *ibid. n. 10. in fin.* quod S. Congregatio declarauerit, quod tranſitus etiam ad ſtrictiorem non fiat, niſi tranſeuntis cauſa cognita; idque ex approbatione Capituli generalis. Ni velimus dicere, & melius ſpectare ad ſolum Vicarium G. tum propter dictam Gregor. XV. diſpoſitionem; tum quia ad ipſum ſolum ſpectat incorporare Religioni; adeòque & ab eadem licentiare, & ſegregare, cum per eaſdem cauſas diſſoluatur contractus, per quas fit. Peyrin. *ibid.* ob quam rationem interpretatur DD. aſſerentes competere & Prioribus localibus, dicens id verum eſſe, ſi habeant ius incorporandi.

1194 Circà autem prædictam licentiam, ſicut per hoc, quod ſit neceſſaria, non ſolùm petita, ſed etiam obtenta, non liberatur Prælatus ab obligatione eam concedendi ſubdito petenti tranſitum ad Carthuſiam, Suarez *d.cap.12.n. 9.* ita non tenetur ad ſimplicem petitionem eam concedere, ſed debet examinare, an ex leuitate, vel temeritate, aut alio fine, qui non ſit propriè ex zelo maioris perfectionis, ex *eod.cap.licet.* Fagnan. *ibi n. 31. & 32.* Paſſerin. *loc.ſup.n.78.* & quãdo de tali perfectionis motiuo non conſtat, nequit illam concedere. Sanchez *d.cap.7. n.73.* A S.Fauſto *ibi.q.324.n.6.* Tamburin. *d.diſp.6.q. 3. n.4.* Paſſerin. *ibid. n. 11. 13. & 14.* & quando conſtiterit, neque poterit illam impertiri, niſi pariter conſtiterit Religionem Carthuſianam paratam eſſe illum recipere, ex decretis S.Congregationis Concilij de *Regul. apoſtat.* de Vecchijs *diſp.15.dub.2.n.9.* Theſaur. *d.part.2. cap.4.§. 1.* Lezan. *eod.cap.22.n.15.* A Spiritu Sancto *d.diſp. 6.n.736.* Fagnan. *ibid.n.49.* Quod à fortiori obſeruandum eſt in tranſitu ad laxiorem. Lezana *d.n.15. & in Mar.magn.Prædic.n.64.*

1195 Secundò quoad tranſitum ad aliam, ſiue æqualem, ſiue laxiorem, dictum eſt iam nobis prohibitum à Clem. VIII. ſine Sedis Apoſtolicæ facultate: quo fit, quod talis tranſitus etiam cum cauſa iuſta, & legitima ſine d. S. Sedis licẽtia fieri non poſſit. Paſſerin. *ibi n.105.107.117. & ſeq.* & ſi fiat, nullus erit, & nulla profeſſio, Donat. *d.tract.5.q.25.n.14.* maximè cũ ibi Clem. VIII. dixerit, *& ſi receptus fuerit, ſtatim prædictæ Congregationi reſtituatur*, quod habet vim decreti irritantis, vt ex *cap. Non eſt vobis.de Regul.* idem Donat. *ibi q.7.n. 3.* & ità Paſſerin. *n.125. & 126.* ſicut nulli tranſitus, & profeſſio, ſi etiam cum licentia Summi Pontificis, dummodò ſine iuſta, & legitima cauſa, fiant ad laxiorẽ Religionem; cum in hoc caſu non ſit pura commutatio, vti eſſet in tranſitu ad æqualem: ſed diſpenſatio, quæ ſi fiat ſine cauſa, inualida eſt. Sylueſt. *verb. Religio.4.q.2.* Roderic. *tom.3.q.52.n.10.* Azor. *lib. 12.cap.14.q.8* Suarez *d.lib.3.cap.11.n.14. & 15.* vbi diſertè de inualiditate talis profeſſionis. Leonard *lib.2.de iuſt.cap.41.dub.13.n.102.* Ricciull. *eod.lib.8.cap.4.n.3.* Peyrin. *tom.1.q.1.cap. 24.§.dico quintò.* Barboſ. *de iur.Eccleſ.cap.42.n.77. & in cap.licet.de Regul.n.12.* de Vecchijs *ibid.dub. 5.n.1.* Lezan. *eod.cap.22.n.11.* Palaus *loc.ſup.diſp. 4.p.26.§.5.n.2.* Fagnan. *in cap.Dilecti.de renunc.n. 21.* Donat. *ibid.q.27.* Paſſerin. *loc. cit. n.114. & 124.* Quod tamen intelligendum prò foro conſcientiæ, nam in foro externo, ſtante Papæ licentia, præſumi deberet ex iuſtà cauſa. Sanchez *d.lib.6.cap.7.n.67.* & præallegati DD.

1196 Porrò per hanc facultatis Sedis Apoſtolicæ neceſſitatem non excluditur neceſſitas licentiæ Religionis: ſed ſenſus eſt, quod præter Religionis conſenſum requiratur S.Sedis beneplacitum. Paſſerin. *ibi n.88.* & hoc, ne videatur contemni bonũ obedientiæ, vt in ſimili Fagnan. *in d.cap.Dilecti.n.17.verſ.tertiò.* & patet à ſimili, de Conſtit. Iulij II. *Sacer.Ordo.* apud Peyrin. vbi §.4. Minimis prohibetur tranſitus ſine *Noſtra*, ſcilicet Papæ, & *Correctoris Generalis licentia*; & quia talis eſt ſtylus Curiæ, quod nulli regulariter concedatur à Summo Pontifice prædicta licentia, niſi adiecta in Breui clauſula *de ſui Superioris licentia*, ex Mandoſ. *de ſignat. grat. tit.de licentijs.verſ.Religioſo dari non conſuetis.* Ricciull. *eod.cap.4.n.24.* hoc eſt, vt explicat Donat. *tom.1. part.2.tract.5.q.20.n.6.& q.26.nu.8.* facta prius ſibi facultate à ſuo Superiore; nec ab ipſa Sac. Pænitentiaria poteſt quis Regularis talem facultatem tranſeundi ſine ſui ſuperioris licentia obtinere, ex Pij V. Conſtit. 53. *In ſublimi.* Em. Laurea in *Epitom. Canon. verb. Regulares circà tranſitum.* Cuius Superioris nomine veniunt nõ iam Priores. Sanchez *d.cap.7.n.70.*, ſed Generalis. Nauarr. *conſ.56.2.edit. de Regul.* Azor. *Inſtit. Moral.lib.12.cap.15.q.1.* quia, cum quando quis profitetur in Religione, non iam illi Conuentui, in quo illam emittit, ſed toti Religioni, aut ſaltem Prouinciæ acquiſitus cenſeatur, non eſt in poteſtate Priorum illum ablegare; quæ eſt ratio Antonij Cuchij *loc.ſup.eod.n.137.* quem ſequitur de Vecchijs *d.dub.5.n.5.* adeòque ſolus P.V. Generalis, vel Definitorium poterunt eam licentiam concedere, nam per ipſam alienatur Religioſus à tota Religione, quod ſolum

ad

ad prædictum P.V.Generalem,& Definitorium ſpectat cum Prouinciales, & Priores habeant ſolum iuriſdictionem in vna Prouincia, vel Monaſterio.Lezan *d.cap.22.n.9.in fin.* qui intelligendus eſt de licentia pro tranſitu ad laxiorem;& expreſsè *ibi n.15.in fin.& conſult.17.n.41.* licet enim allegati DD.loquantur de Superioribus valentibus concedere facultatem tranſeundi cum cauſa abſque alia Papæ licentia; tamen ſentiendum eſt & ad eoſdem Superiores Generales ſpectare talem facultatem,quamuis requiratur etiam conſenſus Sedis Apoſtolicæ, cum & in hoc caſu verificetur eorum ratio, quæ eſt diſmembratio, & alienatio Religioſi à tota Religione. Vbi obiter notandum Procuratorem Generalem non poſſe ex ſe,ſed ſolum ex comiſſione Vicarij Generalis, aut Definitorij conſenſum ad huiuſmodi tranſitum præſtare, cum ipſe ſit purus eorum executor.

1197 In Religione autem,ad quam contingat fieri tranſitum, neceſſe eſt, quod iterùm emittatur nouus annus probationis.Tetigimus hoc *n.479.* Nunc clariùs dicimus præſtandum eſſe in tranſitu non ſolum ad arctiorem,ſed etiã ad laxiorem,quia Concilium Trid. *ſeß.25.cap.15.de Regul.* generaliter petit ad validam profeſſionem in quacumque Religione præmitti annum Nouitiatus; ergò & in Religione laxiore,ſi ad eam fiat tranſitus. Ità Nauarr. *lib.3. conſ.de Regul.conſ.60.* Roderic. *tom.3.q.15.art.11.* Azor. *d.lib.12.cap.14.q.15.* A S. Fauſto in Theſaur. *lib.5.q.371.* Donat. *ibid.q.29.n.5.* Barboſ. *de iur.Eccl.d.cap.42.n.109.* Fagnan.in *cap.Ad Apoſtolicam.de Regul.à nu.37.& 53.* Paſſerin. *de ſtat.tom.3.q.189.tract.de Nouitijs n.166.& 174.* vbi communiſſimam DD. ſententiam dicit.Et non tantum in tranſitu ad laxiorem, ſed & ad laxiorem intra eumdem Ordinem.Bordon. *reſol.29.n.62.* Diana in *coordinat.tom.7.tract.1.reſol.199.n.4.* nam licet idem ſit Fundator, & eadem Regula;ratione diuerſæ diſciplinę Regularis obſeruantiæ, & Conſtitutionum cenſentur quoad hoc diuerſi Ordines, vt apertiſſimè Lezan. *d.c.22.n.16.* & in terminis de nobis Excalceatis S.Auguſtini Fagnan. *ibi d.cap.Ad Apoſtolicam.n.51.* & Em.De Luca in ſuo Religioſo practico *cap.28.n.10.* propter quod requiritur nouus annus probationis;& inſuper etiam, vt Religio ipſa experiatur mores, & conditiones admittendorum.Lezan. *ibid.* Donat. *d.q.29.n.7.* & Fagnan. *ibi à n.48.& ſeq.vſque ad fin.* Et item noua debet emitti profeſſio.Lezan. *eod.cap.22.n.16.* Fagnan *ibi d.n.51.& n.67.* vbi, licet dicat, non fuiſse a Sac. Concilij Congregatione hoc deciſum, ſubdit nihilominus, cum ab eadem Congregatione fuerit deciſum faciendum nouum probationis annum à translato cum Sedis Apoſtolicæ licentia ad laxiorem Religionem etiam eiuſdem Ordinis,ſatis ex hoc inferri poſse obligationem iterum profitendi, quia probationis annus eſt præambulus ad profeſſionem,& fruſtratorius eſset, non ſecuta profeſſione; Et hoc certum eſt quoad tranſeuntem à noſtra Religione ad PP. Calceatos ratione diuerſæ formę profeſſionis,prout in ſimili Bordon. *d.reſol.29.n.63.* & cum a nobis non emittatur nomine P.Generalis, ſed P.V. Generalis, ideò per hanc mutationem Superioris noua eſt emittenda profeſſio. Paſserin. *cit.art.8.n.219.* & iam dictum eſt *d.n.479.* Quod idem dicendum in tranſitu ab aliqua alia Congregatione Diſcalceatorum Ordinis noſtri ad hanc, quæ dicitur Italiæ, & propter diuerſam formam profeſſionis, & diuerſas auſteritates, & propter quartum humilitatis votum, quod in hac, & non alijs emittitur, vt in ſimili Antonius a Spiritu Sancto *d.tract.3.diſp.6.n.761.* & Bordon. *ead.reſol.29.num.115.*

QVODLI-

QVODLIBETVM
DVODECIMVM
DE CAPITVLIS, ET ELECTIONIBVS.

1198 NOmine Capitulorum venire Congregationes multorum, & præcipuè Eccleſiaſticorum tradunt ex Andr. in *cap. Capitulum. De reſcript.* Sylueſt. *verb. Capitulum nu.* 1. Roderic. *qq. Canonic., & Regul. tom.* 1. *q.* 5 1. *art.* 1. In præſenti autem ea accipimus pro adunationibus Regularium pro aliqua re, ſeu negotio ad propriæ Religionis ſtatum pertinente. Lezan. *Summ. qq. Regul. t.* 1. *part.* 2. *cap.* 12. *n.* 1. Sub qua acceptione comprehendi poſſunt abſque dubio omnia Regularium Capitula, ſiue Dietæ, ſiue Congregationes. Lezan. *ibid.* Pellizzar. in *Manual. tract.* 9. *cap.* 8. *n.* 1. ſiue etiam Definitoria appellentur, cum de omnibus eadem ſit ratio, quod nempè fiant pro negotijs ad Religionem ſpectantibus, & tantummodò differant iuxtà negotiorum, aut perſonarum diuerſitatem. *Miranda t.* 2. *Manual. q.* 6. *art.* 1. Lezana *ibid.* Pellizzar. *loc. ſup. n.* 2. Quæ omnia, cum ad bonum Religionis regimen valdè conducant, & inter cætera ad electiones maximè ordinentur; ideò de vtriſque, ſeu de Capitulis, & electionibus in præſenti agendum; cohærenter tamen ad ea, quæ ſpecialiter in hac materia ſubminiſtrantur à Conſtitutionibus.

DVBIVM I.

De Capituli generalis fine, tempore, & conuocatione.

1199 NOſtræ Congregationis Capitulum, in quo de triennio, in triennium, iuxtà Conſtitutionum præſcriptum *p.* 3. *cap.* 2. *n.* 1. eliguntur Superiores, Capitulum generale eſt, & dicitur; ſic enim Conſtitutiones ipſæ Apoſtolicæ. *loc. ſup.* ſub hoc titulo. *De Capitulo generali Congregationis cap.* 2. & ſæpius Summi Pontifices, pro vt in Bullario Congregationis, & ſignãter in litteris Indulgentiarum tempore dicti Capituli Cõgregationis Ecclesias viſitantibus conceſſarũ prout *n.* 474. & in litteris, quæ dantur pro præſidentia Eminentiſſimis Protectoribus, de quibus infrà; eo potiſſimum fine celebrari debet, vt de Ordinis reformatione, Regulæ obſeruantia, morum correctione agatur. A Spiritu Sancto in *director. tract.* 4. *diſp.* 8. *n.* 35. Roderic. *q. q. Canonic, & Regul. tom.* 3. *q.* 47. *art.* 2. *&.* 3. vbi merito, & religioſè dolet, totũ ferè tempus conſumi in electionibus, & prouiſionibus Prælatorũ, & Officiorum, omiſſo negotio principaliori, quod eſt de reformatione; affirmans inſuper Generales, & Prouinciales in hoc negligentes à peccato mortali non liberari; Et certè diſſonum valdè, quod tot fiant expenſæ pro Capitulis, in quibus parum, aut nihil de Conſtitutionum obſeruantia tractatur, & tota cura, ſeu meditatio ad dignitates, aut diſtribuendas, aut procurandas intendit. Lezana. *tom.* 1. *p.* 2. *cap.* 12. *n.* 13. Pellizzar. *tract.* 9. *cap.* 8. & de quo iam ſupra. *n.* 347.

1200 Quamuis ordinariè loquendo de triẽnio in triennium celebrari debeat, vt dixi, cõformiter ad ius commune, vt à ſimili de Concilijs Prouincialibus, quæ à Concilio Lateranẽſe *ſeß.* 10. *cap.* 10. & Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 2. quolibet triennio præcipiuntur celebrari, arguunt Roderic. *ibid. t.* 3. *q.* 47. *art.* 2. *&* 3. Lezan. *d. cap.* 12. *n.* 13. & quia ſic ſtatuitur in Conſtitutionibus *ibid.* vt mox dicetur; vrgente tamen occaſione poterit, & ante triennium expletum conuocari. Sic in eiſdem Conſtitutionibus *p.* 3. *cap.* 4. *n.* 5. ibi *Ad Definitorium ſpectat &c. ante triennium expletum ob cauſam vrgentem Capitulum generale conuocare*. Tempus vero pro illo celebrãdo eſt Dominica ſexta Poſt Paſcha, & locus, il-

le quem Definitorium generale aſſignauerit. Ita Conſtitutiones *d. cap. 2. n. 1. Capitulum generale Congregationis tertio quoque anno Dominica ſexta poſt Paſcha in conuentu à Definitorio in Capitulo aſſignando celebretur*; licet quoad tempus redactũ ſit modò à Capitulis generalibus ad quartam Dominicam poſt Paſcha.

1201 Super quibus quæri poteſt: an poſſit quandoque ex aliqua rationabili cauſa, vtpotè abſentiæ aliquorum ex vocalibus, Capituli celebratio differri. Et quamuis Pellizzarius *d. tract. 9. cap. 2. n. 76. ex cap. 1. de ijs. quæ fiunt à maiori parte*. cum Peyrin. *t. 3. priuil. cap. 9. n. 16.* prorogari poſſe ſuſtineat, quin prorogandum eſſe doceat Samuellius *de elect. canonic. diſp. 1. contr. 13. n. 13.* cum multis alijs ab ipſo *n. 14.* adductis, quando notabilem Collegij partem abſentes ipſi conſtituunt, & ex cauſa iuſta detineantur: immò quamuis pauciores ſint, vt ex Abb. Mantic. Sigiſmundo à Bonoo. Lezan. tradit. Barboſ. *de iur. Eccleſ. vniu. lib. 1. cap. 19. n. 97.* dummodo abſque periculo, & incommodo expectari poſſint, & aliqua neceſſaria, vel probabili cauſa detineantur, puta pluuia, vel ſimili, & Superior pro certo habeat, eos non longè abeſſe. Nihilominus certius eſt non teneri electores expectare abſentes vltrà terminum præfixum, quia electio non pertinet niſi ad eos, qui debent, volunt, & poſſunt commodè intereſſe intra terminum præfixum ex communi DD. ſententia in *cap. Quià propter. de electione*. Ita cum multis Paſſerinus de *elect. Canonic. cap. 11. n. 88.* vbi non expectandum detentum à pluuia, cum ex hoc capite non poſſit cõmodè intereſſe.

1202 Quin non expectandos eſſe habetur ex *cap. Cum inter*, & cap. *Cum nobis de elect.* Mirand. *t. 2. q. 23. art. 6. concl. 3.* Petr. de Bayſio in *directo. elect. p. 3. cap. 11. n. 20.* Et alijs aſſignato tempore non comparentibus, poſſe per præſentes ad electionem deueniri, cum non teneantur dimittere ius ſuum propter aliorum abſentiam. Peyrin. *t. 1. de ſubdit. q. 1. cap. 31. §. 6. verſ. Si quæras.* Lezan. *t. 1. p. 1. cap. 15. nu. 8.* Et quo ad nos id expreſsè habetur in Conſtitutionibus *d. cap. 2. §. 3.* vbi: *Sabbato antè Dominicam ſextam abſentibus amplius non expectatis*: Quo fit, vt tempus hic aſſignatum per Conſtitutiones Apoſtolicas ſit de forma noſtri Capituli, & electionem per Roland. *conſ. 72. n. 71. lib. 3.* Oſaſcb. Pedemont. *deciſ. 163. n. 9. cum ſeq.* Virgio. Boccat. in *Conſtit. marchiæ. gloſs. 6. n. 162.* Et propterea etiam ex hoc capite non expectandos abſentes, ſed eo tempore celebrandum Capitulum; alias non obſeruato tempore legis, non obſeruabitur forma legis. *l. obſeruare §. pro hac ff. de offic. Procons.* & ea non obſeruata, de actuum nullitate iudicandum. Et ſupradictam doctrinam de expectandis abſentibus dico habere locum, vbi agatur de electione infrà terminum præfixum. Paſſerin. *d. cap. 11. n. 87.* non verò vbi agitur de electione pro tempore à Conſtitutionibus Apoſtolicis ſtabilito, vt in præſenti; ſicut neque vbi agitur de expiratione temporis pro electione. Lauorius de *elect. cap. 21. n. 84.* Pellizzar *loc. ſup. cap. 2. n. 74.*, & cõmuniter DD. cum quo tamen ſtat, quod accedentes ad Capitulum eo incepto, aut etiam incohata electione, ſint admittendi ad ea, quæ nondum acta, ſed agenda ſunt circa illam. *cap. Eccleſia de elect.* Sylueſt. *verb. electio 1. nu. 6. circa fin.* Sigiſmund. de *elect. dub. 12. nu. 5.* Paſſerin. *d. cap. 11. n. 21.* Ità quod ſi accedant iam inchoata ſuffragiorum collatione, non ſit hæc ſuſpendenda, ſed continuanda, quia, ex eo quod nequeant dici contempti, ius habet Capitulum procedendi ad dictam electionem Pellizzar. *d. cap. 8. n. 21.*

1203 Vnde infertur cum eod. Pellizzar. *ibid. n. 13.* à Spiritu Sancto in *director. tract. 4. diſp. 8. n. 11.* & Paſſerin. *cap. 14. n. 11.* non requiri pro hoc Capitulo celebrando certum numerum vocalium, ſed poſse celebrari à præſentibus, & ſi numero minoribus reſpectu abſentium. Tamburin. de *iur. Abb. t. 1. diſp. 5. q. 3. n. 26. & ſeq.* Barbos. *d. cap. 19. n. 98. fin.* vbi, etiam ſi ſit vnus ſolus; quod ex Panormit. in *d. cap. Cum nobis n. 9.* ſentit, & Peyrinus *loc. ſup. cit. §. 6. verſ. etiamſi.* ac Paſſerin. eod. *cap. 11. nu. 93. & 99.* quod intelligendum tamen eſt, quando inſtante fine termini præfixi, eſt ipſe ſolus, & eo expirato, vel non poteſt fieri electio, vel ad Superiorem deuoluitur. Dartes *oper. canonic. tract. de benef. ſect. 6. cap. 1. de elect.* A quibus tamen diſsentit Lezana *eodem n. 8.* quia vno ſolo præſente nequit eſse Capitulum. Sed verior eſt prior ſententia propter dicenda. *n. 1350.* & an ſit vocandum Capitulum nec ne, quæſtio erit de voce, cum dubium non ſit, quod vtatur iure Capituli.

1204 Quià autem, vt vidimus, poteſt vrgẽte cauſa aliqua antè triennium expletum Capitulum generale congregari; tunc adhuc præfixo termino à Definitorio videtur ex rationabili cauſa poſſe abſentes expectari vltra talem terminum, ſi tamen ſint in proximo, & electores de hoc ſint certi, vt ad tollendas lites æquius conſulit Paſſerinus *d. cap. 11. n. 87. in fin.* diſpar enim eſt ratio de termino à Definitorio, & dependenter ab eius arbitrio præfixo pro Capitulo generali inſolito, & de termino à lege Apoſtolica conſtituto. Quo caſu ſunt abſque dubio citandi omnes vocales. *cap. Coram. 35. & cap. quia propter de elect.* ſiuè omnes habentes ius ad eligendum. Mirand. *d. q. 23. art. 6. concl. 3.* Samuel de *elect. tract. 1. diſp. 2. contr. 1. concl. 1. & 2. & contr. 3. concl. 1.* Lauorius de *elect. cap. 17. n. 1.* ſiue de iure communi, ſiue ſpeciali, aut conſuetudine illis competat. Samuel. *d. contr. 3. concl. 10.* Ragius de Regim. Regul. *cent. 2. tract. 7. dub. 156. n. 1.* Tamburin. *d. diſp. 5. q. 3. nu. 1.* & per Nuntium, aut litteras, loquendo de abſentibus. *cap. cum inter vniuerſas de elect.* Tabien. in *Summ. verb. electio 1. nu. 12.* Mirand. *ibid. concl. 4.* Samuel *ead. contr. 3. cõcl. 3.* Caſtellin. de *elect. cap. 8. n. 1. & 8.* Barbos. *cit. cap. 19. nu. 89.* per litteras inquam non à toto Definitorio, ſed à P. Vicario Generali, ſuppoſita Definitorij determinatione, expediendas, vt moris eſt in ſimilibus, quorum deciſio ſpectat ad Definitorium, executio ad P. Vicarium Generalem; deduciturque a

QVODLIBETVM DVODECIMVM

DE CAPITVLIS, ET ELECTIONIBVS.

1198 NOmine Capitulorum venire Congregationes multorum, & præcipuè Eccleſiaſticorum tradunt ex Andr. in *cap. Capitulum. De reſcript.* Syluest. *verb. Capitulum nu.* 1. Roderic. *qq. Canonic., & Regul. tom.* 1. *q.* 51. *art.* 1. In præſenti autem ea accipimus pro adunationibus Regularium pro aliqua re, ſeu negotio ad propriæ Religionis ſtatum pertinente. Lezan. *Summ. qq. Regul. t.* 1. *part.* 2. *cap.* 12. *n.* 1. Sub qua acceptione comprehendi poſſunt abſque dubio omnia Regularium Capitula, ſiue Dietæ, ſiue Congregationes. Lezan. *ibid.* Pellizzar. in *Manual. tract.* 9. *cap.* 8. *n.* 1. ſiue etiam Definitoria appellentur, cum de omnibus eadem ſit ratio, quod nempè fiant pro negotijs ad Religionem ſpectantibus, & tantummodò differant iuxtà negotiorum, aut perſonarum diuerſitatem. *Miranda t.* 2. *Manual. q.* 6. *art.* 1. Lezana *ibid.* Pellizzar. *loc. ſup. n.* 2. Quæ omnia, cum ad bonum Religionis regimen valdè conducant, & inter cætera ad electiones maximè ordinentur; ideò de vtriſque, ſeu de Capitulis, & electionibus in præſenti agendum; cohærenter tamen ad ea, quæ ſpecialiter in hac materia ſubminiſtrantur à Conſtitutionibus.

DVBIVM I.

De Capituli generalis fine, tempore, & conuocatione.

1199 NOſtræ Congregationis Capitulum, in quo de triennio, in triennium, iuxtà Conſtitutionum præſcriptum *p.* 3. *cap.* 2. *n.* 1. eliguntur Superiores, Capitulum generale eſt, & dicitur; ſic enim Conſtitutiones ipſæ Apoſtolicæ. *loc. ſup.* ſub hoc titulo. *De Capitulo generali Congregationis cap.* 2. & ſæpius Summi Pontifices, pro vt in Bullario Congregationis, & ſignāter in litteris Indulgentiarum tempore dicti Capituli Cōgregationis Eccleſias viſitantibus conceſſarū prout. *n.* 474. & in litteris, quæ dantur pro præſidentia Eminentiſſimis Protectoribus, de quibus infrà; eo potiſſimum fine celebrari debet, vt de Ordinis reformatione, Regulæ obſeruantia, morum correctione agatur. A Spiritu Sancto in *director. tract.* 4. *diſp.* 8. *n.* 35. Roderic. *q.q. Canonic. & Regul. tom.* 3. *q.* 47. *art.* 2. *&* 3. vbi merito, & religioſè dolet, totū ferè tempus conſumi in electionibus, & prouiſionibus Prælatorū, & Officiorum, omiſſo negotio principaliori, quod eſt de reformatione; affirmans inſuper Generales, & Prouinciales in hoc negligentes à peccato mortali non liberari; Et certè diſſonum valdè, quod tot fiant expenſæ pro Capitulis, in quibus parum, aut nihil de Conſtitutionum obſeruantia tractatur, & tota cura, ſeu meditatio ad dignitates, aut diſtribuendas, aut procurandas intendit. Lezana. *tom.* 1. *p.* 2. *cap.* 12. *n.* 13. Pellizzar. *tract.* 9. *cap.* 8. & de quo iam ſupra. *n.* 347.

1200 Quamuis ordinariè loquendo de triēnio in triennium celebrari debeat, vt dixi, cōformiter ad ius commune, vt à ſimili de Concilijs Prouincialibus, quæ à Concilio Lateranēſe *ſeß.* 10. *cap.* 10. & Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 2. quolibet triennio præcipiuntur celebrari, arguunt Roderic. *ibid. t.* 3. *q.* 47. *art.* 2. *&* 3. Lezan. *d. cap.* 12. *n.* 13. & quia ſic ſtatuitur in Conſtitutionibus *ibid.* vt mox dicetur; vrgente tamen occaſione poterit, & ante triennium expletum conuocari. Sic in eiſdem Conſtitutionibus *p.* 3. *cap.* 4. *n.* 5. ibi *Ad Definitorium ſpectat &c. ante triennium expletum ob cauſam vrgentem Capitulum generale conuocare*. Tempus vero pro illo celebrādo eſt Dominica ſexta Poſt Paſcha, & locus, il-

le

le quem Definitorium generale aſſignauerit. Ita Conſtitutiones *d.cap.2.n.1. Capitulum generale Congregationis tertio quoque anno Dominica ſexta poſt Paſcha in conuentu à Definitorio in Capitulo aſſignando celebretur*; licet quoad tempus redactû ſit modò à Capitulis generalibus ad quartam Dominicam poſt Paſcha.

1201 Super quibus quæri poteſt: an poſſit quandoque ex aliqua rationabili cauſa, vtpotè abſentiæ aliquorum ex vocalibus, Capituli celebratio differri. Et quamuis Pellizzarius *d.tract.9. cap.2.n.76. ex cap.1. de ijs. quæ fiunt à maiori parte.* cum Peyrin. *t.3. priuil. cap.9. n.16.* prorogari poſſe ſuſtineat, quin prorogandum eſſe doceat Samuellius *de elect. canonic. diſp. 1. contr.13.n.13.* cum multis alijs ab ipſo *n.14.* adductis, quando notabilem Collegij partem abſentes ipſi conſtituunt, & ex cauſa iuſta detineantur: immò quamuis pauciores ſint, vt ex Abb. Mantic. Sigiſmundo à Bonon. Lezan. tradit. Barboſ. *de iur. Eccleſ. vniu. lib.1. cap.19. n.97.* dummodo abſque periculo, & incommodo expectari poſſint, & aliqua neceſſaria, vel probabili cauſa detineantur, puta pluuia, vel ſimili, & Superior pro certo habeat, eos non longè abeſſe. Nihilominus certius eſt non teneri electores expectare abſentes vltrà terminum præfixum, quia electio non pertinet niſi ad eos, qui debent, volunt, & poſſunt commodè intereſſe intrà terminum præfixum ex communi DD. ſententia in *cap. Quià propter. de electione.* Ita cum multis Paſſerinus de *elect. Canonic. cap. 11. n.88.* vbi non expectandum detentum à pluuia, cum ex hoc capite non poſſit cõmodè intereſſe.

1202 Quin non expectandos eſſe habetur ex *cap. Cum inter*, & cap. *Cum nobis de elect.* Mirand. *t.2.q.23. art.6. concl.3.* Petr. de Bayſio in *directo. elect. p.3. cap.11. n.20.* Et alijs aſſignato tempore non comparentibus, poſſe per præſentes ad electionem deueniri, cum non teneantur dimittere ius ſuum propter aliorum abſentiam. Peyrin. *t.1. de ſubdit. q.1. cap.31. §.6. verſ. Si quaras.* Lezan. *t.1. p.1. cap.15. nu.8.* Et quo ad nos id expreſsè habetur in Conſtitutionibus *d.cap.2.§.3.* vbi: *Sabbato antè Dominicam ſextam abſentibus amplius non expectatis*: Quo fit, vt tempus hic aſſignatum per Conſtitutiones Apoſtolicas ſit de forma noſtri Capituli, & electionem per Roland. *conſ.72.n.71. lib.3.* Oſaſch. Pedemont. *deciſ. 163. n.9. cum ſeq.* Virgin. Boccat. in *Conſtit. marchia. gloſs.6. n.162.* Et propterea etiam ex hoc capite non expectandos abſentes, ſed eo tempore celebrandum Capitulum; alias non obſeruato tempore legis, non obſeruabitur forma legis. *l. obſeruare §. pro hac ff. de offic. Procons.* & ea non obſeruata, de actuum nullitate iudicandum. Et ſupradictam doctrinam de expectandis abſentibus dico habere locum, vbi agatur de electione infrà terminum præfixum. Paſſerin. *d. cap.11. n.87.* non verò vbi agitur de electione pro tempore à Conſtitutionibus Apoſtolicis ſtabilito, vt in præſenti; ſicut neque vbi agitur de expiratione temporis pro electione. Lauorius de *elect. cap.21. n.84.* Pellizzar. *loc. ſup. cap.2. n.74.*, & cõmuniter DD. cum quo tamen ſtat, quod accedentes ad Capitulum eo incepto, aut etiam incohata electione, ſint admittendi ad ea, quæ nondum acta, ſed agenda ſunt circa illam. *cap. Eccleſia de elect.* Syl ueſt. *verb. electio 1. nu.6. circa fin.* Sigiſmund. de *elect. dub.12. nu.5.* Paſſerin. *d.cap.11. n.21.* Ità quod ſi accedant iam inchoata ſuffragiorum collatione, non ſit hæc ſuſpendenda, ſed continuanda, quia, ex eo quod nequeant dici contempti, ius habet Capitulum procedendi ad dictam electionem Pellizzar. *d.cap.8. n.21.*

1203 Vnde infertur cum eod. Pellizzar. *ibid. n.13.* à Spiritu Sancto in *director. tract.4. diſp.8. n.11.* & Paſſerin. *cap.14. n.11.* non requiri pro hoc Capitulo celebrando certum numerum vocalium, ſed poſſe celebrari à præſentibus, & ſi numero minoribus reſpectu abſentium. Tamburin. de *iur. Abb. t.1. diſp.5. q.3. n.26. & ſeq.* Barbos. *d.cap.19. n.98. fin.* vbi, etiam ſi ſit vnus ſolus; quod ex Panormit. in *d.cap. Cum nobis n. 9.* ſentit, & Peyrinus *loc. ſup. cit. §.6. verſ. etiamſi.* ac Paſſerin. eod. *cap.11. nu.93. & 99.* quod intelligendum tamen eſt, quando inſtante fine termini præfixi, eſt ipſe ſolus, & eo expirato, vel non poteſt fieri electio, vel ad Superiorem deuoluitur. Dartes *oper. canonic. tract. de benef. ſect. 6. cap. 1. de elect.* A quibus tamen diſſentit Lezana *eodem n.8.* quia vno ſolo præſente nequit eſſe Capitulum. Sed verior eſt prior ſententia propter dicenda. *n.* 1350. & an ſit vocandum Capitulum necne, quæſtio erit de voce, cum dubium non ſit, quod vtatur iure Capituli.

1204 Quià autem, vt vidimus, poteſt vrgẽte cauſa aliqua antè triennium expletum Capitulum generale congregari; tunc adhuc præfixo termino à Definitorio videtur ex rationabili cauſa poſſe abſentes expectari vltra talem terminum, ſi tamen ſint in proximo, & electores de hoc ſint certi, vt ad tollendas lites æquius conſulit Paſſerinus *d.cap.11. n.87. in fin.* diſpar enim eſt ratio de termino à Definitorio, & dependenter ab eius arbitrio præfixo pro Capitulo generali inſolito, & de termino à lege Apoſtolica conſtituto. Quo caſu ſunt abſque dubio citandi omnes vocales. *cap. Coram. 35. & cap. quia propter de elect.* ſiuè omnes habentes ius ad eligendum. Mirand. *d.q.23. art.6. concl.3.* Samuel de *elect. tract.1. diſp.2. contr.1. concl. 1. & 2. & contr.3. concl.1.* Lauorius de *elect. cap.17. n.1.* ſiue de iure communi, ſiue ſpeciali, aut conſuetudine illis competat. Samuel *d. contr.3. concl.10.* Ragius de Regim. Regul. *cent.2. tract.7. dub.156. n.1.* Tamburin. *d. diſp.5. q.3. nn.1.* & per Nuntium, aut litteras, loquendo de abſentibus. *cap. cum inter vniuerſas de elect.* Tabien. in *Summ. verb. electio 1. nu.12.* Mirand. *ibid. concl.4.* Samuel *ead. contr.3. cõcl.3.* Caſtellin. de *elect. cap. 8. n.1. & 8.* Barbos. *cit. cap.19. nu.89.* per litteras inquam non à toto Definitorio, ſed a P. Vicario Generali, ſuppoſita Definitorij determinatione, expediendas; vt moris eſt in ſimilibus, quorum deciſio ſpectat ad Definitorium, executio ad P. Vicarium Generalem; deduciturqe à

Digitized by Google

Conſtitutionibus *p.3.cap.4.n.*10: ibi. *Quidquid à Definitorio deciſum fuerit, Vicarius Generalis exequatur iuxtà mentem Definitorij*, & à pari de conuocatione Definitorij, quæ ad ipſum ſpectat per eaſdem Conſtitutiones *ibid.n.*7. & in defectu P. Vicarij Generalis expediendas à primo Definitore, qui illo defuncto Congregationi præſidet, vel vſque ad alterius Vicarij electionem, ſi in primo, vel ſecundo anno ille obierit, ex Capituli generalis de 1618. declaratione; vel abſolutè ſi in tertio ille defecerit, ex Conſtit. *ibi n.* 13. & ſic à ſecundo Definitore expediendas in defectu primi, qui pariter illi ſuccedit in præſidentia per *Conſtit. ibid.* nam vocales conuocare, ſi non ſint, ad quos id ſpectet de iure, vel conſuetudine, pertinet ad digniorem, ex *cap.*1. *de maiorit., & obed.* Peyrinus. *de priuil. t.*3. *cap.*13.*n.*12. Paſſerin. *eod.cap.*11.*n.*6. aſsignando in dictis litteris diem, & horam, cum proteſtatione, quod niſi pro tali die, & hora compareant intendunt procedere, & de facto procedetur ad electiones, & alia. Caſtellin. *cap.*8. *nu.* 15. & 16. citato Mandagot. *tract. de elect. nouor. Prælat. part.*1.*cap.*5. licet enim ſatis ſit apponere ſolum diem certam, quia abſque alia explicatione ſubintelligitur hora matutina, cum poſt Miſſam cantatam de Spiritu Sancto ſoleant fieri electiones, vt cum alijs volunt Donatus *Rer. Regul.p.*3.*tract.*4. *q.* 13., & Paſſerinus. *d.cap.*11. *n.*44. cautius eſt, ſi electores citentur etiam ad certam horam, vt monet Sigiſmundus. *dub.*8. *nu.*3. quod idem dicendum de proteſtatione, quamuis aliàs non videatur abſolutè neceſſaria, vt notat Paſſerinus *ibid.n.*46.

1205 Dixi in caſu huius inſoliti Capituli, quia loquendo de Capitulo generali conſueto, & de triennio in triennium celebrando, non videtur neceſſaria talis electorum vocatio Peyrin. in *Formul. litt. P. cap.*8.*n.*4. Gabriel à S. Vincentio in *reſponſ. var. reſp.*104. *n.*5. Dubal. in *expoſit. Regul.p.*2. *q.*20.*nu.*32. quem adducit, ſequiturque Murga in *Conſtit. Apoſt. Conſtit.* 6. *n.* 629. *fin.* quia ex quo ſciunt diem electionis, certiorari non debent *cap. cum qui certus de reg. iur. in* 6. Innocent. in *cap. Eccleſ. de elect.* Caſtellin. *d. cap.*8.*n.*4. Lauorius *tit.*4.*cap.*19. *n.*9. & quando terminus interpellat, non eſt neceſſaria citatio. Butrius in *cap. Cum nobis nu.*33. *de elect.* Peyrin. *tom.*3.*cap.*13. Ragius *d.dub.*156. *num.*3. Samuel. *tract.*1.*diſp.*2.*contr.*4. *nu.*8. quos ſequuntur Paſſerinus *ibid.n.*67. & Murga *loc.ſup.n.*643. Vndè nullus opponere poterit de contemptu, ſi prædicto tempore fiant ſine ipſo electiones; & tales electiones ſine dubio validæ erunt; cum enim tota potentia Capituli etiam tunc remaneat in illis, qui venerunt, geſta per illos valent tamquam geſta à Capitulo, vt de alijs vocatis, & non comparentibus cum Abb. in *cap. cum omnes. col.fin.* firmauit Rota in *Argentina Coadiutoriæ* 2. *May* 1631. *coram Ghislerio* poſt Tambur. de *iur. Abb.t.*3 *deciſ.*31.*n.*2. eſt enim eadem ratio de vocatis ab homine pro tali die, & de vocatis à lege pro termino præfixo.

DVBIVM II.

De vocalibus Capituli, & obligatione intereſsendi.

1206 POrrò ad hoc Capitulum accedere non debent niſi vocales, neque vocari niſi præcisè neceſſarij. Roderic. *t.*3.*q.*47.*art.*3.§. *vides igitur*; & expreſsè per noſtras Conſtitutiones *p.*3. *cap.*2.*n.*1. & quoad ipſos gremiales, cum in hoc obſeruandæ ſint Religionum ſtatuta. Pellizzar. *d.cap.*8.*n.*53. vigore noſtrarum Conſtitutionum *d.cap.*2.*n.*2. hi ſunt P.V. Generalis, duo Aſſiſtentes, ſiue Iudices cauſarum, Viſitatores Generales, Procurator Generalis, Priores Conuentum cum ſuis Diſcretis, & præter hos quatuor Definitores Generales præcedentes, de quibus licet nihil diſponatur in Conſtitutionibus expreſsè; ex declaratione tamen Capituli generalis de 1618. debent intereſſe cum voto, cum per cōſtitutiones ſupponantur adeſſe, eo ipſo quod *ibid.n.*21. vocantur ad complēdum Definitorium eo modo, quo vocantur Viſitatores; & ex Vrbani VIII. *Conſtit. Militantis Eccleſiæ* ſub 23. *May* 1631. vt in *Bullar. Congreg. litt.*12. Vicarij Cōuentuum, vbi non ſunt Prioratus, & Secretarius Generalis. Modò verò ex ordinationibus Capitulorum generalium de 1653. 1656. 1659. ab Alexandro VII. confirmatis die 6. *Iuny* 1659. per litteras incipient. *Militantis Eccleſiæ* vt in *dict. Bullar. litt.*19. gremiales Capituli generalis ſunt P.V.G. quatuor Definitores præcedentes, duo Viſitatores, Procurator Generalis, Secretarius Generalis, Prouinciales (vel ipſis defunctis Prouinciales antecedentes; vel iſtis etiam deficientibus, Priores Cōuentuum principaliorum cuiuſque reſpectiuè Prouinciæ, prout *ibi*) cum duobus Diſcretis pro qualibet Prouincia, ac tandem Secretarius Definitorij, & Capituli generalis ex diſpoſitione Capit. gen. *de* 1674. confirmata à Clemente X. die 20. *Iuly* per litteras *Ex iniuncto.* pro vt in eiſdem litter. *litt.*22. & quoad Prouinciales quādo hi ſunt legitimè impediti, poſſunt eorum loco accedere Prouinciales antecedentes, ex ſubiecta declaratione Em. Cardinalis Alterij Protectoris vigore facultatis illi factæ à S. Congregatione Epiſc., & Regul. negotijs præpoſita ſub *die* 5. *Febr.* 1677.

Palutius &c. Viſo retroſcripto ſupplici libello arbitrio noſtro per S. Congregationem Epiſc., & Regul. negotijs, & conſultationibus præpoſitam benignè cōmiſſo, dicimus, & declaramus prædictam Conſtitutionem Alexandri VII. per quam ſubrogatur ad intereſſendum Capitulo generali in caſu obitus Prouincialis currentis triennij in locum demortui ille, qui antecedenter præfuerat, intelligendam fore, & eſſe, idem quoque diſponere in caſu cuiuſcumque alterius legitimi impedimenti. Ita decernimus & ſtatuimus.

L. Cardinalis de Alterijs Protect.

1207 Et hi omnes tenentur accedere, nec ſuę voci renuntiare, cum ius eligendi ſit huiuſmodi electoribus non in proprium fauorem, commodum,

modum,

Digitized by Google

modum, & vtilitatem conceſſum,ſed in gratiã Religionis,& boni publici, cui renuntiare non poſſunt,eo modo, quo Clericus renuntiare nõ poteſt,quæ concernunt priuilegium Clericale iuxtà *cap. Si diligenti. de for. compet.* vbi Panormit.Sigiſmund.à Bonon.de *elect.p.1.cap.2. dub. 15.n.2.* Mirand. *d.q.23.art.6.concl.5.* Samuel de *elect.tract.1.diſp.2.controu.16.* Pellizzar.*d.cap.8. n.14.* Paſſerin. *ibid. cap.11. n.16. & 83.* & cum alijs.Murga *ead.conſtit.6.n.565.& ſeq.& n.1166.* Ita quod quandoque poſſit eſſe peccatum mortale,vt aduerſit Syluest. *verb. conſenſus.q.3.fin.* dum hinc permittunt eligi indignos, vel damnum graue ſequi communitati,quod alias ſuo voto poſſet elector impedire. Mirand. *ibid.* Portell.*verb.electio in addit.n.5.* Diana *tract.2.de dub.Regul.reſol.6.* Lezana *t.1.part.1.cap.15.n.8.* Paſſerin.*ibid.n.21.* præter Samuellium,& alios, tunc enim tenetur, etiam cum proprio detrimento,mortis imminentis, vel grauis vulneris excepto periculo, accedere, & concurrere. Paſſerin. *ibi. nu.22.*

1208 Hinc eſt, quod poſſunt cogi, vt accedant: quamuis enim non ſint communiter cogendi ad electionem electores ex *cap. quia propter de electione* ibi *qui debent,& volunt,& poſſunt commodè intereſſe.* Panormit. *n.4.* Tabien.*verb. Electio n.9.*Hoſt.in *Summ. tit. de elect. §. qualiter facienda n.11.* quãdo tamen intereſt Religioni, poſſunt cogi; exigente ſiquidem bono communi, quod electorum bono præponderat, cogi poteſt quiſque inuitus, vt muneri ſuo incumbat. Roderic. *t.2.q.54.art.10.* Miranda *loc. ſup. concl.3.& 5.* Tambur. de *iur. Abb.t.1.diſp.5.q.3. n.27.*Donatus *part.3.tract.4.q.20.*Barboſ. *d.cap. 19.n.89.* & vtique cogi ab habentibus ius conuocandi, & multo magis à Superioribus, ad quos pertinet cura boni communis. Paſſerin. *eod.cap.11.nu.30.* quod intelligendum non tam de abſentibus,quam etiam de præſentibus, & non accedentibus,vel à Capitulo recedentibus, cum eadem ſit ratio: quin & de ponentibus ſchedulam albam, qui pariter ob eandem rationem boni communis compelli poſſunt ad eligendum, hoc eſt ad ferendum votum vtile. Paſſerin. *ibi.n.32.* quod tamen,ex eo quod ſchedulæ albæ collator nequeat dignoſci,non alio modo poteſt fieri, niſi præcedente præcepto formali;nam facto ſcrutinio,nõ ſunt certè electores cogendi ad noua ſuffragia,per hoc,quod ſchedula aliqua reperiatur inutilis, vel alba.

1209 Quia vero non accedentes ad Capitulum cenſentur voci ſuæ renuntiare. Caſtellin. de *elect.cap.8.n.11.*Murga *ead.Conſtit.6. nu.639. & 696.*Sicut & recedentes à Capitulo tempore ad electiones à lege præfixo.Paſſerin. *ibid.n.92.* ac etiam ſchedulam albam ponentes. Miranda *d.q.23.art.20.* Paſſerin.*ibid.n.25. & 32.*, & *cap. 18.n.26.*& in noſtris Conſtitutioinibus *p.3.cap.1. n.3.* hæc eſt renuntiantibus impoſita pæna. *Nullus item poſſit voci ſuæ renuntiare ſub pæna priuationis vocis actiuæ per biennium,* ſicuti non puto illi ſubijciendos ponentes ſchedulam albã, cum ignoti ſint,nec poſſint dignoſci;Sic non eſt, cur ea pæna afficiendi non ſint, qui vel vocati, & nullo adducto legitimo impedimento non accedunt, vel ex libito tempore electionis à capitulo recedunt; non eſt ſiquidem ad eam incurrendam neceſſe, quod renuntiatio fiat in ſcriptis,aut voce, cum plus ſit renuntiare factis,quam verbis.Alexander *conſ.88.in cauſis col. pen.lib.1.*quo vero ad non accedentes ad Capitulum,iam eſt à Definitorijs generalibus de *1662.ſeſſ.11.de 1665.ſeſſ.7.& de 1668.ſeſſ.6.*ſtatutum, quod nullus poſſit ſub pæna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ per ſex annos ipſo facto incurrenda, niſi de Vicarij Generalis expreſſa, & in ſcriptis cum conſilio Definitorum Romæ exiſtentium licentia.

DVBIVM III.

De aperitione, & loco Capituli, & alijs in eo obſeruandis.

1210 Nte omnia autem à P. Vicario Generali Miſſa de Spiritu Sancto cani debet,& à cæteris gremialibus Sacrum peragi. Sic Conſtitutiones *d.cap.2.n.3. Sabbato ante prædictam Dominicam ſextam* (modò quartam) *abſentibus amplius non expectati Miſſa de Spiritu Sancto ſolemniter à Vicario Generali celebrata; & interim, ſeu prius à reliquis Patribus Miſſa dicta, tendant omnes ad locum Capituli.* Quod licet non ſit de eſſentia,ſed de ſolemnitate.Sigiſmund.à Bonon.de *Elect.dub.19.n.5.*Lauor. *variar.lucubrat. tit.4.cap.19.n.43.* Tamburin.*cit.diſp.5.q.6.n.34.* Peyrin. *de ſubdit.q.1.cap.31.notab.4.* cum non adſit clauſula irritans. Abb. in *cap.Eccleſia n.1. de cauſa poſſeſ., & propr.* Barboſ. de *iur. Eccleſ. vniu.lib.1.cap.19. n.181.* eſt nihilominus omninò obſeruandum, cum Miſſa de Spiritu Sancto ſit,ita in conſuetudine, vt ſine mortali nequeat ommitti.Peyrin.in *formul.litt.E.cap.7.n.3.*

1211 Deinde congregari debent in loco capituli Conſtit. *d. n.3.* cum ad electionem non ſufficiat conſenſus eligentium ſingulariter præſtitus,ſed opportet, quod præſtetur collegialiter.*cap.in Geneſi de elect.* Mirand.*d.q.23. art.29. concl.vnica verſ.primò ſubſtantiale.* Lauor. *eod. tit.4.cap.18.n.1.* Caſtellin. *cap.5. n.65.* Paſſerin. *ibid.cap.14.n.9.*Barboſ.*loc. ſup.n.167.*& ad ſonũ campanulæ ad nutum P. V. Gen. pulſandæ (pro prima aperitione ſcilicet Capituli, nam electo Præſidente,ad ipſum ſpectat,vt *dub.ſeq.*) & ſigno ſpeciali indicatiuo electionis. Paſſerin. *cap.11.n.49.* quod ſatis eſt ad gremiales omnes præſentes conuocandos. Mirand. *ead.q.23.art. 6.concl.4.*& eſt regulare iuxta not. per Gloſſ.in *cap.2. de teſt. lib.6.* in negotijs expediendis per præſentes, dummodò ſit talis ſonus, qui poſſit peruenire ad intelligentiam exiſtentiũ in loco. Tabien.in *Summ.verb.electio 1.n.12.*Tamburin. *ead.diſp.5.q.3.n.21.*Ita quod ſi ea pulſata(quod militat pro quacumque vocatione ad electiones ſtatutis diebus) non accedant aliqui, valet electio,ſi fiat à præſentibus, etiam ſi ſit minor pars,cum enim pulſatio fiat particulari modo,

& pro tali negotio,& ab habēte auctoritatem, non accedentes faciunt ſe ipſos alienos *cap. cum nobis de elect.* Et quia, vt habet Gloſſa in *Clementin. quod circa eod. tit.* abſurdum eſt, quod vocati nolentes venire computentur in numero; nec minor pars eſt propterea priuanda ſuo iure. Ità Syluest. *verb. Statutum 2. verſ. quot autem de vniuerſit.* Mirand. *ead. concl.* 4. & ex Panormit. in *cap. inter vniuerſas de elect. n.* 10. Tabien. *verb. electio 1. nu.* 12. Caſtellin. *eod. cap.* 8. *n.* 11. licet moneat pro maiore ſecuritate, & quiete eos à Pręſidente per nuntium debere vocari, & ſi tunc renuant, habendos omninò eſſe pro abſētibus, vel ſuo iuri renuntiantibus. Quod idem dicendum de exeuntibus à loco Capituli, quod ſcilicet electio ab ibi remanentibus facta tempore (intellige) à lege præfixo, valeat propter eamdem rationem, quia ius eligendi remanet in ijs, qui non receſſerunt. Barboſ. in *vot. deciſ. vot.* 39. *n.* 85. & 88. Pellizzar. *tract.* 9. *cap.* 8. *nu.* 25. Tamburin. *cit. diſp.* 5. *q.* 3. *n.* 23. & *ſeq.* (licet, vt dictum eſt ſupra, exigente bono Religionis, vel Prouinciæ cogi poſſint, vt redeant) & quia in iure paria ſunt, non venire ad electionem, & non perſeuerare vſque ad finem. Caſtellin. *ibid. verſ. qui enim.* etiam ſi duæ partes ex gremialibus exierint, ſine tamen vrgentiſſima cauſa. Panormit. in *d. cap. cum nobis, n.* 10. & 11. Caſtellin. *n.* 12.

1212 Non ſic autem de gremialibus ægrotis, lectoque decumbentibus, ſi non accedant, debent enim, quo ad hos eorum ſuffragia per deputatos requiri. Mirand. *d. art.* 6. *concl.* 1. Caſtellin. *ibid. n.* 9. Tamburin. *loc. ſup. n.* 20. Pellizzar. *cit. cap.* 8. *n.* 18. Lezan. *d. cap.* 15. *n.* 8. Paſſerin. *ibid. cap.* 10. *n.* 32. & 33. qui ſpecificat de infirmis intra Conuentum; Et ſchedulas cum ſuffragijs in vaſe ſolito recipi, ſcrutatoribuſque vna cum alijs præſentari iuxtà morem Religionis. Vbi obſeruandum, ad hoc deputandos eſſe homines graues, & integros, & ſi eſſent tres ex varijs Prouincijs, vt ſecurius laudarem, cōſulendum ſi quidem fidelitati eo modo, quo hac de cauſa tres debent eſſe Scrutatores. *cap. quia propter. de elect.* Lezan. *conſult.* 13. *n.* 66. *fin.*

1213 Et hic non erit extrà rem inquirere, quid, ſi inſtante tempore ad electionem præfixo, ille ad quem gremiales conuocare pertinet, eos conuocare detrectet? Et dicendum, tunc poſſe primum ex Capitularibus; & hoc pariter renuente, alium poſt ipſum antiquiorem congregare Capitulum, illi præſidere, ad electionem procedere. Samuel *tract.* 1. *diſp.* 2. *contr.* 3. *concl.* 12. Peyrin. *tom.* 3. *de Priuil. cap.* 13. *n.* 12. & *cap.* 19. *n.* 15. Paſſerin. *ibid. cap.* 13. *num.* 29. Murga *ead. Conſtit.* 6. *n.* 631. 638. & *ſeq.* & probat Peyrin. ex *cap. Volumus d.* 89 & *cap. cum ſimus q.* 2. & *cap.* 2. *de conceſſ. præb.*, in quibus ſtatuitur, quod Prælati negligentia ſuppleatur per Capitulum. Vnde etiam infert *d. cap.* 13. *n.* 11. quod non comparente Præſide die ad electionem ſtatuta poterunt ipſi electores ſe ipſos congregare, & electionem celebrare, & tenent. Boer. ad Mandagot. de *elect. cap.* 1. *litt. D. verſ. ipſo iure.* Dubal. *in expoſit. Regul. p.* 2. *q.* 20. *n.* 23. propter rationes iam adductas, quod negligentia vnius non debeat alijs nocere, & quod nolentes venire ſe faciant abſentes, Quod habet locum etiamſi comparens congregare recuſauerit. Samuell. *ibi contr.* 4. *concl.* 3. & 4. Pellizzar. *d. cap.* 8. *n.* 4. quamuis Samuellius aſſerat eſſe Præſidem, ſi nolit die præfixo ad electionem conuocare, ter prius requirendum, ex teſt. in *cap.* 1. *de Supplenda neglig. Prælat.* quod tamen, & rectius non neceſſarium docet Peyrin. *d. cap.* 13. *n.* 14. ſed ſufficere, quod ſemel vocetur, quia trinæ monitiones ſunt neceſſariæ in citationibus iudicialibus: non verò in intimationibus, in quibus vna ſola monitio requiritur, vt in *cap. Si Epiſcopus d.* 18. eo modo, quo in vocatione abſentium vna ſufficit requiſitio Gloſſ. in *d. cap. Si Epiſcopus verb. præceptione.*

1214 Hic etiam duo adnotanda: primò tum in Capitulis generalibus, tum in Congregationibus prouincialibus, ſiue Definitorijs teneri Superiores ſub pæna priuationis officij, & vocis actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto incurrenda, alijſque arbitrio Summi Pontificis commonere ſuos ſubditos de obſeruantia, ac executione litterarum Apoſtolicarum, Conſtitutionum, ac decretorum ad S. Officium Inquiſitionis ſpectantium, iuxtà decretum Vrbani VIII. 24. *Aprilis* 1633. ad cuius adimpletionem putat Lezana *t.* 1. *p.* 1. *cap.* 18. *n.* 100. ſufficere ſi ſummatim, quoad ſubſtantialia in eis contenta legantur. Pellizzarius verò *tract.* 7. *cap.* 6. *n.* 38. §. *circa cuius*, ſi de eorumdem obſeruantia commoneantur. Secundò præterundam non eſſe abſolutionem generalem. Sed de hac *dub. ſeq.*

DVBIVM. IV.

De abſolutione generali, quæ datur in Capitulis, & Solemnitatibus.

1215 TAm in Capitulis generalibus, quam in Cōgregationibus prouincialibus bis, ſcilicet antè electionem, & in fine Capituli ſub hac forma datur à Præſidente abſolutio generalis; *Miſereatur &c. Indulgentiam &c. Dominus noſter Ieſus Chriſtus per ſuam piiſſimam miſericordiam, & Sanctiſſimam Paſſionem vos abſoluat, & ego auctoritate, qua fungor, & quatenus mihi conceſſa eſt, abſoluo vos à vinculo excommunicationis maioris, vel minoris, & à participatione cum excommunicatis; & à macula apoſtaſiæ, ſi incurriſtis, & reſtituo vos Sanctis Sacramentis Eccleſiæ, & communioni fidelium, ſi neceſſe eſt. In nomine Patris &c. Eadem auctoritate mihi conceſſa, in quantum poſſum, & debeo, diſpenſo vobiſcum ſuper irregularitate, ſi tenemini, & reſtituo vos ad executionem, & adminiſtrationem Sanctorum Sacramentorum Eccleſiæ, & ad alia. Ab apertis culpis, & à communibus tranſgreſſionibus Regulæ, & Ordinis noſtri, Dominus noſter Ieſus Chriſtus vos abſoluat, & ego auctoritate, qua fungor, abſoluo vos. In nomine Patris. &c. Do vobis auctoritatem meam, vt vnuſquiſque veſtrum poſſit ſibi eligere Confeſſorem huius familiæ habentem auctoritatem, à quo va-*

leat

leat abſolui ab omnibus peccatis ſuis, quemadmodũ, & à me. In nomine Patris &c.

1216 Circa quam obſeruandum, ex præſcripto Conſtitutionum *p. 3.cap.2.n.6.* dari ante electionem, ad cautelam: *Præſidens* (ſic ibi) *abſoluat ad cautelam à cenſuris Vicarium generalem, & reliquos Capitulares*; cum enim nullus ſuſpenſus, excommunicatus, & interdictus, aut irregularis poſſit ad dignitates Eccleſiaſticas eligere, aut eligi, vt latè Peyrin. *tom.2. de Prælat. q.2.cap.5 nu.2.12.29.32.38.39.44.48.* & diffusè Paſſerin. *de elect.c.10.,& c.25.per tot.* & explicabimus *dub.7.&* 8. ad tollendas omnes ambiguitates, & ſcrupulos datur ante electionẽ talis abſolutio. Roderic. *tom.2.q.42.art.1.* Peyrin. *ibid. n.9.* & *in Formul.litt.A.cap.7.* Samuel. de *elect. d. diſp.2.contr.21. concl.4.* & in terminis de nobis Pellizzarius *d. cap.8.nu. 42.* quia per eam ſuſpenditur, ſi quod eſt tale impedimentum. Caſtellin. *cap.13. n. 19.* & ea poſita, valida eſt electio, etiamſi deindè reperiantur electores, vel electi aliqua cenſura, vel irregularitate innodati; neq; ex hoc capite poterit impugnari. Cockier. de *iuriſdict in exempt. part.4. q.69.n.1.* quem ſequuntur Peyrin. *d. cap.7. nu.1.* Murga *loc. ſup. nu.674.* dummodò tamen (limitat Caſtellinus *d. cap.13. n.19.*) antè actum electionis nullus præceſſerit rumor, vel inſtantia, ſiue iuridica oppoſitio. Quod tamen non admittit Paſſerinus *cap.26. nu.*118. quoad rumorem ex eo, quod non appareat fundamentum dicendi, quod rumor aliquis non iuridicus ſufficiat, vt cenſura ligatus non ſit capax abſolutionis, cum cenſura ex illo rumore non iuridico non deſinat eſſe occulta; & quamuis eſſet publica, poſſit Prælatus ab ea abſoluere pro foro conſcientiæ ad effectum tollendi inhabilitatem parte non opponente. Et eſt ſimilis abſolutioni, quæ in collatione cuiuſcumque gratiæ, vel beneficij ponitur à Summo Pontifice, vt gratia conceſſa non ſit nulla, ſed efficax. Decius in *cap. Apoſtolicæ n.6. de except.* Ricc. in *prax. part. 3.reſol.119. n.4.* Caſtellin. *cap.13.n.16.* Riciullus de *iur. perſon. lib.9. cap.9. n.1.* Barboſ. *tract. de clauſul. clauſul.179.n.3.* Peyrin. *d. tom.2.q.2. cap.5.n.9.* Paſſerin. de *elect.cap.25. n.469.& cap. 26.n.117.* Lezan. *tom.2. verb. Beneficium n.9.& verb. clauſula. n.7.* & ideò dicitur ad reincidentiam, hoc eſt poſt eam in excommunicationem reincidit, ſi quis ea erat antea ligatus, nec diuinis intereſſe poteſt, nec alia facere, quæ excommunicatis ſunt interdicta. Rebuff. in *prax. part.1. tit. de forma nouæ promiſſion. nu.15.& 19.* Caſtellin. *ibi n.17.* Barboſ. *d. clauſul. 179. nu.5.* Donatus *tom.2. tract.4. q.44. nu.5.* Pellizzar. *d. cap.8. n.45.* Paſſerin. *eod. nu.117.* Nec prodeſt, niſi præſentibus. Vndè ſi quis abſens cenſuræ, aut irregularitati ſubiectus eligeretur, nulla eſſet electio. Peyrin. *d. cap.5. n.9. fin. & d. cap. 7. n.2.* Murga *ibid. n.675.*

1217 Datur item ex conſuetudine eadem abſolutio in fine tum Capituli generalis, tum Congregationis prouincialis, & eſt eadem, ſeu habet eamdem vim, ac abſolutio generalis, quę ſub eadem ſupraposita forma datur à Prælatis in quibuſdam ſolemnioribus anni feſtiuitatibus; vigore cuius communicant confeſſarijs facultatem abſoluendi à ſibi reſeruatis. Peyrin. *tom. 1. de ſubdit. q. 1. cap. 5. notab.7. §. Reſpondeo cum Ledeſma*, & non ſolum dubijs, aut oblitis, ſed etiam certis, & manifeſtis. Lezan. in *mar. magn. Carmelit. §.54. num.331.* Ità quod, cum fuerit quis recordatus, vel ſciuerit, ſe in aliquam cenſuram, vel pænam incurriſſe, non teneatur amplius dictas cenſuras, vel pęnas Superiori habenti facultatem ab illis abſoluendi confiteri, nec abſolutionem petere, ſed poſſit abſolui à quocumque Confeſſario. Ita Paludano, Nauarro, & alijs citatis Peyrin. in *formul. litt. A. cap.5. nu.1.* & ſufficiat peccata confiteri, propter quæ illas incurrerit; idem Peyrin. *tom. 1. priuil. conſtit. 1. dub.2. nu. 42.* Candidus, *diſquiſit. moral. tom.1. diſquiſit.3. art. 40. nu.3.* Donatus *d. q.44. n.8. & ſeqq.* Lezana *d. n.331.* quod intelligendum eſt pro ſolo foro conſcientiæ, nam ea non obſtante poteſt delictum abſoluti deduci ad forum contentioſum, & excommunicari, & tunc debebit iterum abſolui. Paſſerin. *ibid. cap.26. n.119.* Donatus *ibid. n.14.*

1218 Iuuat inſuper hæc abſolutio, & quia abſoluit à venialibus, cum dicto *Confiteor &c.* detur abſolutio; & quia per eam tollitur à Prælato facultas puniendi ſubditum pro defectibus abſolutionem pręcedentibus. Peyrin. *d. §. reſpondeo cum Ledeſma*: quod maximè verificandum quoad nos, cum in ſupradicta forma expreſsè detur abſolutio *ab apertis culpis, & à communibus tranſgreſſionibus Regulæ, & Ordinis*, à culpis tamen leuibus, & communibus, non verò grauibus particularium Religioſorum, quia ordo iuſtitiæ petit, ne culpæ graues de facili remittantur, alias vergeret in damnum Religionis abſolutio hæc, cum indè anſa daretur liberius eas perpetrandi ſpe, & vicinitate abſolutionis; & patet ex ſubſequentibus verbis *à communibus tranſgreſſionibus Regulæ*, quæ ſunt reſpectiuæ, & declaratiuę antecedentium, & faciunt ſenſum ſcilicet *ab apertis, & communibus culpis*, ſeu tranſgreſſionibus, quæ vt potè communes ſupponuntur in materia leui v. g. ruptura ſilentij, & ſimilia, non obſtante termino *culpis*, quia culpæ ſumuntur ibi pro negligentijs, & deſidijs prout ex communi ſenſu, & acceptione legiſtarum *l.72. ff. pro ſocio, & l.5. C. de priuil. explicat.* in ſimili Peyrin. *dict. cap.5. notab.7. §. reſpondeo, dicitur.*

1219 Difficultas tantummodò remanet circà Confeſſarios, nempe quinam ſint propter verba: *Vt vnuſquiſque veſtrum poſſit ſibi eligere Confeſſorem huius familiæ habentem auctoritatem, à quo valeat abſolui*; quia ſi ad omnes alicuius familiæ pro Confeſſarijs approbatos extenditur dicta facultas, ad quid dicere, *habentem auctoritatem*? vel ſi afficit ſolum habentes auctoritatem abſoluendi à reſeruatis, ſi qui ſupponantur eam habere, ad quid hæc ſpecialis abſolutio? Et pro explicatione ſuppono nullũ apud nos poſſe conſtitui, ſeu approbari, & eli-

gi

gi in Confeſſarium, niſi à Patre Vicario Generali, ex Conſtitutionibus *p. 3. cap. 3. de offic. & auctoritate V.G. §.2.* ibi *Nemo abſque illius venia Confeſſarij officio fungi poterit*, vel à Prouincialibus, vt ſupponit declaratio Capituli generalis de 1632. *in fin. Conſtit.* ibi *In abſolutione generali, in qua datur auctoritas eligendi Confeſſarium illius familiæ fuit declaratum, quod intelligatur de Confeſſarijs à V. Generali, vel Prouinciali approbatis.* Suppono ſecundò, nullũ poſſe exercere actuale munus Confeſſarij ſine licentia Priorum, vt ex Conſtit. *p.1. cap.3. n.2.* ibi. *Nullus Sacerdos abſque licentia Vicarij Gen., & Prioris Confeſſiones alicuius etiam Sacerdotis noſtri audire poſſit*: diuerſimodè tamen illius tamquam à dante facultatem, ſeù approbante; iſtius tamquam à deputante, vt patet ex *ſeq.* ibi. *num.3. Antequam Vic. Gen. alicui facultatem concedat Confeſſiones Fratrum audiendi, aut ad Confeſſiones Sæcularium ſe exponendi., per Priorem, & examinatores coram Sacerdotibus rigidè examinetur, & quoad ſcientiam ab eis per ſecreta Suffragia, & quoad mores, & prudentiam à Capitulo approbetur, huiuſque approbationis Vicarius Generalis certior factus, licentiam in ſcriptis concedat, qua nullus in Conuentu vtetur abſque conſenſu Prioris Conuentus. Ex his à Vicario Generali Confeſſarijs conſtitutis Prior eliget iuxtà numerum Fratrum aliquos, qui Confeſſiones Fratrum audiant.* Itaque conſtituere Confeſſarios ſpectat ad Patrem Vicarium Generalem, & Prouinciales; deputare verò ad Priores. Ex eo ergò quod in aliquo Conuentu ſint decem, aut duodecim Fratres à Vic. Gen., vel Prouincialibus electi in Confeſſarios, & non omnes debent id munus exercere, ſed ſolũ deputati à Priore, vt vidimus, & iuxta decreta Clementis VIII. ſub 26. *Maij* 1593. ſuper caſuum reſeruatione inter Regulares, hi deputati à Priore ſunt illi, qui propriè habent auctoritatem audiendi Cõfeſſiones Religioſorum in quolibet reſpectiuè Conuentu. Et propterea de iſtis intelligenda ſunt ea verba *habentem auctoritatem*, & indicatur data facultas omnibus iſtis Confeſſarijs abſoluendi à reſeruatis, & fratribus libertas eligendi vnum ex iſtis: non verò quod omnes Confeſſarij illius Conuentus habentes facultatem manantem ab approbatione Vicarij Gen. vel Prouincialiũ poſſint à reſeruatis abſoluere vigore dictæ abſolutionis generalis; ſecus, ſi de his intelligenda eſſent, ſuperfluè poneretur *habentem auctoritatem*, cum ſatis fuiſſet dicere *eligendi Confeſſorem huius familiæ*. Nec dicendum, per præfatam Capituli generalis de 1632. declarationem, iam fuiſſe extenſam facultatem abſoluendi à reſeruatis in illis diebus &c. ad omnes Confeſſarios; hoc enim verum non eſt, quia per eam declarationem habetur ſolum, quod Confeſſarij approbati non ſolum à P. Vicario Generali, verum etiam à Patre Prouinciali, poſſint tunc abſoluere & hoc factum eſt ad includendos etiam Confeſſarios approbatos à Prouincialibus cum de his nihil diſponant Conſtitutiones. Sed non habetur, quod approbati, ſiue à P. Vicario generali, ſiue à Prouinciali poſſint tunc abſoluere à reſeruatis, ſi non habeant auctoritatem audiendi Confeſſiones in tali Conuentu, ideſt ſi non ſint à Priore deſignati. Hoc dictum ſit, vt quid de iure dicendum appareat. Verum de facto loquendo iam ſcio quoſdam opinari quod omnes qui ſunt electi in Confeſſarios, in diebus abſolutionis generalis tali poſſint vti facultate. Verum ipſi viderint.

DVBIVM V.

De Præſidente Capituli Generalis.

1220 PRæſidens Capituli ille eſt, cui de iure, conſuetudine, aut ex commiſſione competit præſidere electionibus, quæ in illo fiunt. Petr. Baiſius in *director. elect. cap 4.3.p.* Caſtellin. de *elect. cap. 13. nu.7.* Lezan. *tom.2. verb. Præſes, Capit. n.2.* Omnes, & vbique pro toto Capituli tempore præcedere debet, cum pro eo tempore caput ſit omnium. Peyrin. in *formul. litt. P. cap.8. n.3.* Lezan. *ibid. n.3.* & cum ipſe ſolus ſit Capituli Superior, ad ipſum ſpectat poſt ſui electionem Capitulum congregare ſequentibus diebus. Peyrin. *ibid. n.4.* quin, & dirigere gremiales ad electiones legitimè faciendas. Lezan. *tom.1. p.2. cap.12. nu. 31.* & ſuper omnia liberè. Vndè, ſi ipſe poſt recepta vota credens, aut videns in ſcrutatione ſuffragiorum electum eſſe aliquem, qui ſibi non placet, iubeat ad aliam electionem procedi (idem dic; ſi nõ perfecta hac electione, recedat; ita vt ipſa aliquo modo impediatur, & non habeat effectum, de qua re vid. *infr. nu.1315. & 1393.*) grauiter, & mortaliter peccat contra *cap. quia propter de elect.* vbi præcipitur, poſt factam ſuffragiorum collationem, fieri electionem. Nauarr. *lib.1. cõſ. tit. de elect. cõſ.5.* Portell. in *reſponſ. mor. p.2. caſ.16.* quos ſequitur Lezana *ibid. nu.35.* vbi teneri ad reſtitutionem damni illati electo, cum ratione ſuffragiorum haberet ius ad illud officium, ſeu dignitatem, de quibus fiebat electio ex Rebell. de *oblig. inſt. p.1. lib.3. q.2.* Portell. *ibid.* ſicut, & peccare, ſi prohibeat dari ſuffragia tali, vel tali Religioſo, vel precibus importunis, aut verbis aſperis ſuadeat alicuius in particulari electionem, quia huiuſmodi electionem inuoluntariam cauſant ex Sanchez. de *matrim. diſp. 10. n.2.*, & *diſp.7. n.5. & ſeq.* Portell. *loc. ſup.* Murga in *d. Conſtit.6. Alexandr. VI. n.704.*

Hinc non decere Præſidentem Capituli in eo eligi ad aliquod officium, ne ob reuerentiã, vel timorem præiudicium inferatur libertati electionis, docent. Miranda *t.2. q.22. art.7.* Caſtellin. *d. cap.13. n.30. & ſeq.* Peyrin. in *Formul. cap.8. n 9.* Lezan. *ibid. n.37.* & *tom.2. verb. Præſes n.8.* licet id in iure non prohibeatur. Caſtellin. *ibid. n.29.* Peyrin. *ibid.* vbi optimum dicit, ſi in qualibet Religione ſtatuatur, quod Præſidentes ab officijs excludãtur, vt pro Patribus Calceatis noſtri Ordinis à Clemente VIII. 1. Aprilis 1601. quoad Præſidentem Capituli Prouincialis, quod ſcilicet nequeat in Prouincialem eligi, ſtatutum refert. Caſtellin. *cap.19. §.6. pag. 396.*

396. & ideo apud nos ex illis eligi ſolent, qui pro ſequenti triennio eligi non poſſunt ad aliquam Prælaturam.

1221 Quoad ipſum hęc eſt noſtrarum Conſtitutionum 3.*p.cap.*5.*n.*21. diſpoſitio. *In quolibet Capitulo generali electioni Vicarij Generalis eiuſdem Congregationis Diſcalceatorum præſit aliquis Pater einſdem Congregationis à Patribus in principio eiuſdem Capituli generalis ante alios Officiales per ſchedulas electus, qui electionem dicti Vicarij generalis approbare, & confirmare habeat*, & ex conſuetudine eligitur ab omnibus gremialibus Capituli (ſicuti, & Iudices cauſarum, prout *dub. ſeq.*) etiam Diſcretis ante eorum legitimationem. An autem poſſit, aut aſsumi extrà gremium, non ſatis conſtat, cum nihil quoad hoc in Conſtitutionibus. Verius tamen eſt, quod aſsumendus ſit è gremio, eo modo, quo Iudices cauſarum, vt *dub. ſeq.* Nec dicendum per eam formam loquendi *aliquis Pater einſdem Congregationis*, relictam libertatem deſumendi eum etiam extrà gremium, quia per ea verba indicatur tantum, Præſidentem non debere eſse quem exterum à Congregatione, nec ab aliquo ab extrà deputandum: ſed factam facultatem gremialibus eum ſibi eligendi ex eadem Congregatione: non vero extra gremium; eo magis cum in nominatione vocalium pro Capitulo generali neque in Conſtitutionibus *p.*3.*cap.*2. *n.*2. neque in litteris Apoſtolicis Alexandri VII. incipien. *Militantis Eccleſiæ*, prout in noſtris litteris Apoſt. *litt.* 19. vbi eſt diſtincta vocalium ſeries, nominetur Præſes, quo bene dignoſcitur ſupponi eum debere ex gremio deſumi; cohęrenter etiam ad ſenſum DD. qui tenent, vbi non ſit, ad quem ſpectet præſidere, id illi conuenire, qui eſt in Capitulo cęteris honorabilior, & maior dignitate, ex *cap. de maiorit. & obed.*, vbi expreſse Innoc. *n.*1. Butr. in *cap. cum nobis de elect. n.*33. Barſius. *p.*3. *de elect. cap.*6. *n.*8. & ex *cap. Volumus diſt.*89. *cap. cum ſimus* 9. *q.*3. & *cap.*2. *de conceſſ. præb.* Peyrin. *t.*3. *priuil. cap.*13. *n.* 12. vel eo renuente, antiquiori de Capitulo. Samuel *tract.*1. *diſp.*2. *contr.*3. *concl.* 12. Idem Peyrin. *ibi cap.*9. *n.*15. & *d. cap.*13. *nu.*12. Murga *ead. Conſtit.*6. *n.*631. & a pari de Præſidente Capituli Prouincialis, qui per dictas litteras *Militantis Eccleſiæ* loco Prouincialis ſubſtituitur quis de eodem Capitulo, nempe Prior Conuentus, in quo illud celebratur.

1222 Habet votum in omnibus electionibus, & actibus tum Capituli, tum Definitorij generalis; & ita ſtatutum in Capitulo generali de 1612. & ſupponunt Conſtitutiones *d. cap.*2. dum pluries, nempe *n.*4.5.7.12. & 20. inter eos, ad quos ſpectat aliquid decidere, vel quem eligere, eum includunt. Et licet non dicatur plus poſſe in negotio electionis excepta præſidentia, quam quilibet ex vocalibus. Peyrin. *eod. cap.*13. *n.*9. quem ſequitur Murga *ibid. nu.* 651. ipſius tamen eſt inuigilare ſuper acta Capituli ad eum finem, vt omnia legitimè fiant. *cap. quamuis ad finem de electione in* 6. Lezana *d. verb. Præſes n.*3. Bordon. *reſol.*26. *nu.*2. & præſertim, ne cui fiat iniuria, cum ad hoc detur Capitulo, vt iuſtitiam tueatur. Peyrin. *formul. cap.*8. *nu.*5. & poteſt impedire, etiam ſi omnes conſentiant, ne quod ſtatutum fiat contra ius commune, ſeu etiam, quod non ſit in commune Religionis bonum. Idem. *ibid.* Omnes electos confirmare habet, & ex conſuetudine poſt ſcrutinium, eum qui plura Suffragia habuerit nomine electorum eligere iuxtà *cap. quia propter de elect.* prout *dub.*17.

1223 Ipſius eſt etiam poſt omnes electiones, & antequam finis imponatur Capitulo, adſtringere præcepto omnes vocales, vt denuntient *ſibi, & Definitoribus nouiter electis quidquid contra Vicarium Generalem; Definitores, & Viſitatores præcedentes dignum fuerit correctione* Conſtit. *p.*3. *cap.*2. §.25. & iuxtà diſpoſitionem Eugenij IV. pro Congregatione Illicetana per litteras incipien. *Regimini* apud Empol. in *Bullar. Ord. pag.*115. *n.*2. & 9. & Innocentij VIII. pro Congregatione Lombardiæ per alias litteras *Vacantibus ſub Religionis obſeruantia* de 1487. vt refert Michael Angelus Chinellus in ſuo *ſerutinio, & clypeo cap.*3. *n.*7. & iuxtà *cap. quapropter.* 18. *diſt.* & Concil. Trid. *ſeſs.*23. *cap.*5. & 18., & *ſeſſ.*24. *cap.*18., & *ſeſſ.*25. *cap.*14. *de reformat.* approbat Roderic. *qq. canonic. & regul. tom.*3. *q.*47. *art.*3. §. *ſecunda ratio.* Circà quam denuntiationem ea ſeruanda eſſe non dubito, quæ ſeruanda ſunt ex eiſdem Conſtitutionibus *d. p.*3. *cap.*5. *num.*4. circà præceptum denuntiandi in viſitationibus, & extendi non debere, niſi ad effectus, vel culpas ſpectantes ad eorum officia.

1224 Quia autem modò in Præſidentem deputatur à Summo Pontifice Cardinalis Protector, libet ſuper hoc litterarum Apoſtolicarũ formam extendere. Videlicet extra.

Dilecto filio noſtro Palutio Baſilicæ SS. Duodecim Apoſtolorum S. R. E. Præsbytero Cardinali de Alterijs nuncupato.

INNOCENTIVS PAPA XI. *Dilecte Fili noſter ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum ſicut dilectus filius Procurator generalis Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini Diſcalceatorum nuncupatorum Congregationis Italiæ, Nobis nuper exponi fecit, iuxtà regularia dictæ Congregationis inſtituta Apoſtolica auctoritate confirmata Capitulum illius generale die Sabb. ante quartam Dominicam poſt Feſtum Paſchatis Reſurrectionis Dominicæ præſentis anni in alma Vrbe noſtra celebrandum ſit. Nos cupientes, vt Capitulum huiuſmodi rectè, & feliciter ad Dei gloriam, & d. Congregationis vtilitatem celebretur, Te qui eorundem Ordinis, & Congregationis apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Protector exiſtis, & de cuius prudentia, integritate, & Religionis zelo plurimum in Domino confidimus, in prædicti Capituli generalis noſtro, & dictæ Sedis nomine Præſidentem cum auctoritate, facultatibus, iuriſdictione, honoribus, & oneribus ſimilibus Præſidentibus competentibus, & aliàs ſolitis, & conſuetis, ac cum facultate, quando tu actibus Capitularibus intereſſe non poteris aliquem Prælatum ſibi bene viſum in tui locum ad huiuſmodi Præſidentis munus obeundum cum auctoritate, &*

facul-

facultatibus tibi per præſentes conceſſis ſubſtituendi, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium facimus conſtituimus, & deputamus. Teque in Domino hortamur, & monemus, vt Capitulum huiuſmodi fideliter regere, & in illo omnia, quæ ad proſperum Fratrum prædictorum regimen, & gubernium pertinent decerni, ſtatui, & ordinari cures, & facias. Mandamus propterea in virtute S. Obedientiæ dilectis filiis eorumdem Fratrum Superioribus quocumque nomine nuncupatis, cæteriſque Fratribus, & ſpecialiter vocalibus in prædicto Capitulo congregatis, aliiſque, ad quos ſpectat, vt te in eiuſdem Capituli noſtro, & dictæ Sedis nomine Præſidentem reuerenter ſuſcipiant, Tibique, & per te ſubſtituendo Prælato huiuſmodi in omnibus ad Præſidentis huiuſmodi Officium pertinentibus, pareant, obediant, & aſſiſtant, tuaque, & eiuſdem perſonæ à te ſubſtituendæ ſalubria monita, & mandata humiliter ſuſcipiant, & efficaciter adimplere procurent. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Congregationis huiuſmodi, etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alias roboratis ſtatutis, & conſtitutionibus, priuilegijs quoque Indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & de verbo ad verbum inſertis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 9. Aprilis 1683. Pontificatus noſtri anno VII.

I.G. Sluſius.

Ex quarum litterarum contextu patet quęnam ſit Præſidentis Apoſtolici in Capitulo generali auctoritas; ea nempe, quæ vigore noſtrarum Conſtitutionum competit ſimilibus Præſidentibus; hoc eſt Præſidentibus in dictis Capitulis Diſcalceatorum eligendis, ad quos referenda eſt ſimilitudo ratione ſubiectę materiæ, & probat obſeruantia, cum ſemper Præſes Apoſtolicus eadem præſtiterit, & eo modo, quo de Pręſidente à nobis electo diſponunt noſtræ Conſtitutiones; adeòque, & ipſe habet Suffragium in electionibus, & Definitorio, & in his procedere debet iuxtà noſtra regularia ſtatuta. Lezan. *tom.1. p.1. cap.15. n.34.* ità quod voce priuare quem nequeat, ſeu à ſuffragando in Capitulo arcere, niſi ſeruato iuris ordine. Roderic. *qq. canonic., & regul. tom.2. q.51. art.11.*, & in terminis. Peyrin. de *ſubdit. q.1. cap.31. §.10.* & eo modo, quo dicemus in *ſeq. dub.*

1225 Difficultas eſſe poteſt, an ſi quis Præſidens Apoſtolicus, quid nomine Pontificio ordinaret, ſatis hoc eſſet ad obligandum; & videtur quod non, quia cum in Capitulo generali de 1653. *ſeſſ.* 12. huiuſmodi Præſidens dixiſſet, intentionem Sanctitatis ſuæ eſſe, quod Vicarius generalis aſſumeretur à toto Religionis gremio, Eminentiſs. Cardinalis Pallotus Protector, qui adfuit vt Apoſtolicus Præſidens Capitulo ſubſequenti de 1656. dictam præcedentis Præſidentis declarationem his verbis in margine gloſſauit. *Præſes non habet prærogatiuā Oraculi.* Vndè videtur Præſidentis dictum non ſufficere, & de facto, cum Summi Pontificis intentio eſſet, quod in electionibus obſeruaretur graduatio per Capitula generalia ſtabilita, de qua *n.*1282. id de eius mandato per litteras ſpeciales Eminentiſs. Cardinali Alterio Protectori, & Præſidenti notificauit Capitulo gen. 1680. Em. de Luca tunc Papæ Auditor. Sed ſi ſermo ſit de Præſidente Cardinali, non dubito, quin ſi dixerit, ſe habere Summi Pontificis oraculum, ſit illi credendum propter dicenda. *n.*1415.

1226 Vnum tantum eſt hic ſpecialiter adnectendum; magna cautela, & circumſpectione eſſe his omnibus Præſidentibus procedendū in materia electionem, ſiue in proponendo aliquem, ſiue in excludendo, ita quod appareat talem eſſe eorum intentionem, ne per metum reuerentialem, qui maximè reſpectu Apoſtolicorum Præſidentiū de facili concipitur aduenire electoribus, auferatur liber conſenſus, qui per metum, & reuerentialem ſufficienter excluditur, vt ex *l. penultim. ff. de furtis* Franc. de Aretio *conſ.14. n.8.* Nauarr. *tom.1. conſil. lib.1. conſ.5. n.2.* Valenzuel, *conſ.173. num.68. tom.2.* Barboſ. in *vot. deciſ. vot.35. n.55.* & Sanctorius ſuper *Conſt. Minor. c. 8. ſtatut.36.* & conſequenter electiones nullæ ſint, vt cum Portell. in *reſp. moral. part.2. caſ.16. n.5.* Barboſ. *ibid.*

DVBIVM VI.

De Iudicibus cauſarum.

1227 CVm antè electiones pręcedere debeat legitimatio Capituli, ſeu vocalium. Peyrin. in *Formul. litt. C. cap.3. nu.*10. Paſſerin. de *elect. cap.14. n.74.* Murga ad *Conſtit.6. n.666.* idcircò in noſtris Conſtitutionibus *d. p.3. cap.2. n.2.* ſtatuitur, quod in prima ſeſſione eligantur duo Iudices cauſarum: *Duo Aſſiſtentes, ſiue Iudices cauſarum, qui eligentur in prima ſeſsione congregato Capitulo*, vt ab eis vna cum Præſidente vocalium legitimitas diſcernatur, & publicetur, vt infrà. Eligendi autem ſunt ab omnibus gremialibus etiam Diſcretis; licet enim non adhuc de eorum legitimitate conſtet, poſſunt nihilominus ſuffragari ex conſuetudine, quæ illis tribuit tale ius *cap. cum dilectus de conſuetud.* Paſſerin. *ibid. cap.3. n.22.* & *cap.10. n.28.* & tenet, vt in ſimili de ſua Religione Peyrin. *d. cap.3. num.11.* maximè cum ſit legitimè præſcripta *cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſ. poſſeſſ.* & ibi Gloſſ. *v. de conſuetudine.* Quarè, cum ſint in quaſi poſſeſſione ſuffragādi in electionibus tam Præſidētis, quā Iudicum cauſarum, ſunt quoad has electiones legitimi electores *cap. querelam. 24. de elect. cap. in Geneſi tit. eod.* Caſtellin. de *elect. cap.5. nu.5. &* 6. Lauorius de *elect. cap.15. n.15.* quibus addendum, quod cum Conſtitutiones ordinent eſſe eligendos in prima ſeſſione, non facta Diſcretorum excluſione, ſupponunt vtique eligendos indifferentèr ab omnibus ad eam ſeſſionem vocatis,

catis, nempe etiam Diſcretis, qui indefinitè vocantur ad ſuffragandum in Capitulo generali, vt vidimus. Et ita poſt hæc ſcripta inuenio expreſsè declaratum à Definitorio de 1614. 13. *Nouembr.* quod ſcilicet ad electionem tum Præſidentis tum Iudicum cauſarum concurrere debeant omnes etiam Diſcreti antequam declarati ſint vocales legitimi, & quidem rationabilitèr; cum namque debeant, & ipſi Diſcreti ab his Iudicibus iudicari, æquum eſt, ne de grauamine poſsint dubitare, in eorum electione & ipſi conſentiant.

1228 Sunt etiam deſumendi ex gremio, tum quia id magis conforme diſpoſitioni *cap. quia propt. de elect.* vbi munera omnia ad electionis actum conducentia, vtpotè Scrutatorum, Procuratorum, &c. demandantur perſonis de eodem Collegio, non autem alijs, vt aduertunt Lancellot. in *inſtit. canonic. de elect. §. ſed quia.* Tamburin. de *iur. Abb. t. 1. diſp. 5. q. 4. n. 2.* Miranda *tom. 2. q. 23. art. 7. concl. 1. & art. 15. concl. 1.* Lezan. *tom. 2. verb. electio n. 113.* Bordon. *reſol. 61. n. 9.* Barboſ. de *iur. Eccleſ. vniu. lib. 1. cap. 19. n. 104. & 186.* & *in d. cap. quia propter n. 14.* vbi *n. 15.* allegat Rotam in *Nicienſ. Parochial. 1629. coram Card. Virili.* decidentem, electionem eſſe nullam, quando cum Scrutatoribus de Collegio adhibentur alij, qui non ſint de Collegio. Murga *ead. conſtit. 6. n. 659. & 683.* Paſſerin. *cap. 10. n. 35. & cap. 16. n. 16.* ſicut, & munus electoris nomine omnium eſt eiſdem, vt videbimus *n. 1320.* demandandum; adeoque, & ad id munus Iudicum cauſarum ex eodem Collegio deſumendi erunt. Tum quia id patet ex Conſtitutionibus *loc. ſup.* vbi: *poterunt autem eligi omnes vocem habentes modò ſint præſentes, & non ſint Diſcreti*; ſenſus ſi quidem eſt de vocem habentibus in ſubiecta materia, ſecundum quam intelligenda ſunt verba. Mantica de *tacit. et ambig. lib. 23. tit. 17. n. 7. &* 8. & reſtringenda, ſi ſunt generalia Rot. in *Parmen. Benef. die 25. Febr. 1639. coràm Merlin. deciſ.* 800. *n. 6.* nempe in Capitulo generali; neque de non gremialibus poteſt dici, quod ſint vocales; adeoque quod nec vocem habeant; & ſic, quod neque ſint eligibiles in Iudices cauſarum. Eo magis, cum dicatur, *modò ſint præſentes*; hæc enim verba, cum ſint aduerſatiuè poſita ad excluſionem gremialium abſentium, vt oſtendunt alia verba earumd. Conſtitutionum *ibi n. 3. abſentibus amplius non expectatis*, vtique intelligenda ſunt de præſentibus gremialibus, iuxtà naturam aduerſatiuæ, quæ eſt, vt aduerſetur retentis eiſdem terminis, & in eodem genere perſonarum. Gloſſ. in *cap. porrò. verb. quamuis*, & ibi Panormit. *n. 2. de priuil.* Bened. Ægid. ad *l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. p. 2. diſſ. 3. n. 4. antè verſ. præterea fol. 320.* Rot. in *Roman. fideicōmiſſ. coram Merlin. deciſ. 669. n. 10.*

1229 Et talis eſt abſque dubio ſenſus Religionis, vt patet primò ex decreto Capituli generalis de 1635. pro Capitulis prouincialibus, vbi: *Poſteà, Præſidens electionem duorum Aſſiſtentium, ſeu Iudicum cauſarum proponat Capitularibus vniuerſis: poterunt autem eligi omnes vocem habētes in illo Capitulo prouinciali, modò non ſint Diſcreti*; cum enim ſit ita ſtatutum, vt ſeruata proportione eadem forma teneatur in Capitulo prouinciali, ac in Capitulo generali, clarè dignoſcitur ſenſum Religionis eſſe, quod vbi Conſtitutiones diſponunt eligendos in Iudices cauſarum pro Capitulo generali deſumendos eſſe ex vocem habentibus, loquantur de vocem habentibus in eodem Capitulo generali. Secundò ex inconcuſſa obſeruantia, quæ eſt optima legum interpres. *cap. cum dilectus de conſuetudine.* Moron. *reſponſ. 22. n. 22.* Anton. à Spiritu Sancto. *diſp. 6. n. 279.*, & communitèr D.D. & in puncto electionis Lezana *t. 1. p. 1. cap. 15. nn. 125.* Paſſerin. *ibid. cap. 31. n. 20.* cum ſemper electi fuerint ex gremio; & ideò in formulario impreſſo pro celebratione Capituli generalis circa ea, quæ facienda ſunt in prima ſeſſione *n. 10.* diſpoſitum legitur, quod (ſermo eſt de electo in Iudicem cauſarum) *ſtatim electus diſcedat à Capituli loco, quo egreſſo Præſidens pro informatione, interroget omnes dicens: habet ne aliquis veſtrum &c.* quod eatenus ordinatum eſt, quatenus ſupponitur exiſtere in Capitulo (aliàs ſuperfluè diſpoſitum fuiſſet, quod diſcederet) & conſequenter eſſe ex gremialibus. Vndè nulla remanet difficultas, quin talis ſit, & mens Conſtitutionum: ab obſeruantia ſi quidem ſubſequta bene arguitur mens ſtatuentium. Mirand. *t. 1. q. 25. art. 4. in concl.* Surd. *conſ. 224. nu. 7. & conſ. 275. n. 12.* Mantic. *deciſ. 320. n. 5.* Rot. in *Burgens expenſarum 31. Ianuarij 1625. coram Merlino.* Barbos. in *d. cap. cum dilectus n. 15.*

1230 Horum autem officium, & breue eſt; facta ſiquidem vocalium legitimatione expirat, ni fortè incepto Capitulo quis ex abſentibus ſuperueniat; quia cum tunc, & ipſe legitimandus ſit, ad eoſdem hoc munus ſpectabit; & inſuper caret iuriſdictione, cum non poſſint ipſi ſuas ſententias exequi vi, vel præceptis, vel cenſuris; hoc enim eſt Præſidentis, cum ad ipſum ſolum ſpectet, vt mox dicetur conſtringere præceptis gremiales, etiam dum ipſi Iudices ſuum munus exercent, adeòque ſunt Iudices habentes tantūmodo notionem, prout notio diſtinguitur à iuriſdictione vt ex *text. l. à Diuo Pio. in princip. ff. de re iudic. l. à Iudice C. de Iudic. & l. vlt. C. vbi apud quem*, & ex Duaren. Gouean. & Menoch. Barboſ. in *appellat. iur. appell. 122. n. 2.* & de ſimilibus Iudicibus tenet Paſſerin. *vbi ſup. cap. 14. n. 67.* Et duo tantum ipſis cōpetunt: alterum examinare vna cum Præſidente, & Vicario Generali litteras teſtimoniales Diſcretorum, & de eorum canonica electione, nec ne pronuntiare, per Conſtitutiones *d. cap. 2. n. 4. litteræque* (ſic ibi) *teſtimoniales de electione Diſcretorum producentur, & examinabuntur, & Præſidens, Vicarius Generalis, ſimul cum Aſſiſtentibus ſtatim ſententiam ferant, electos eſſe, vel non eſſe canonicè, quorum ſententiæ ſimpliciter latæ abſque appellatione obediant.* Alterum legitimare omnes vocales, declarando omnes legitimè vocem habere: *Poſt hanc ſententiam* (ibid.) *Præſidens præcepto formali præcipiat omnibus gremialibus, vt antequam*

poſt Veſperas ea die congregentur, denuntiet vnuſquiſque ſibi, an ſciat aliquod impedimentum, propter quod aliquis ex gremialibus vocem habere nequeat. Hora veſpertina congregentur Præſidens, Vicarius Generalis, & Aſſiſtentes, & ſi aliqua denuntiatio facta fuerit, ſimpliciter, & de plano cauſam examinent, & ſententiam ferant, cui omnes parere teneantur ſub priuatione vocis actiuæ, & paſſiuæ per duos annos: Si verò nulla denuntiatio facta fuerit declarent, omnes legitimè vocem habere &c. Per quæ patet primum examen ſe extendere ad ſolos Diſcretos, an ſcilicet ſint canonicè electi.

1231 Quia verò ex ſuprapoſito contextu habetur, id ex litteris teſtimonialibus dignoſcendum eſſe, videntur hę litteræ materia propria, & adæquata auctoritatis, ſeu inſpectionis eorum, vltrà quam nequeant Iudices iſti ſuum extendere iudicium, vt in ſimili Paſſerin. *d. cap. 14. n. 69. & ſeq.* Cum tamen contingere poſſit, quod quis v. g. in electione Diſcreti fuerit contemptus, ſi iſte de contemptu opponat, prout de facto opponere poteſt, & pro caſſatione inſtare *cap. in Geneſi cap. cum inter vniuerſas, & cap. quod ſicut. de electione.* Caſtellin. *cap. 8. n. 11.* etiam ſi Diſcretus fuerit à ſuo Præſidente confirmatus; ſicuti enim contemptus, qui electionem, & confirmationem ignorauit, poteſt poſt ipſam reclamare, & inſtare pro caſſatione. Lauorius de *elect. cap. 17. n. 14.* & ſi inſtet, eſt eius inſtantia admittenda iuxta *cap. fin. qui matrimonium accu. poſſint.* Samuell. *diſp. 2. controu. 8. concl. 2.* Sigiſmund. de *electione dub. 10. cap. 1. n. 4.* Tamburin. de *iur. Abb. t. 1. diſp. 5. q. 3. n. 1.* ita reclamare poterit, & inſtare contemptus in electione Diſcreti, etiam poſt ipſius Diſcreti confirmationē, cum ante illam reclamare non potuerit. Si inquam hic inſtet, poterunt hi Iudices ſuper hoc recognoſcere, non obſtantibus litteris teſtimonialibus de Diſcreti canonica electione; fruſtrà ſiquidem poſſet ipſe inſtare de contemptu, ſi horum auctoritas eſſet ad litteras teſtimoniales reſtricta.

1232 Aduertendum tamen, ipſum ſolum contemptum poſſe ſic inſtare. Federic. de Sen. *conſ. 148. in fin. verſ. præterea*, & *conſ. 214. in fin. verſ. item dico.* Rot. in *Hiſpalen. canonic.* 5. *Nouembris* 1618. *coram Burato.* Lauorius *ibid. n. 15.* Tambur. *ibid. n. 6.* non verò quem alium de capitulo; nec Præſidentem ipſum, aut Iudices cauſarum poſſe ex officio caſſare electionem alicuius Diſcreti ex alicuius electoris contemptu, ipſo contempto non inſtante pro caſſatione. Panormit. in *d. cap. in Geneſ. n. 10.* Barboſ. de *iur. Eccl. vniu. lib. 1. cap. 19. n. 116.* Lauorius *d. nu. 15.* Caſtellin. *d. cap. 8. n. 1. verſ. ita vt & verſ. non ſine cauſa. fin.* Donat. *rer. regul. p. 3. tract. 4. q. 21. n. 5.* quia hic agitur de fauore priuato, non autem publico; vnde non poteſt Iudex ex officio ſuo ſupplere; & in contemptu alicuius electoris violatur ius priuatum, & proprium ipſius perſonæ contemptæ, in cuius poteſtate eſt proſequi contemptum, nec ne; & aliàs poteſt non excipiendo tacitè conſentire, quo caſu valida erit electio. Rot. *deciſ. 225. n. 5.* & *deciſ. 259. n. 6. coram Burat.* Et ideò ad ipſum ſolum ſpectat de eo agere, & inſtare. Caſtellin. *ibid. d. verſ. non ſine cauſa.* Paſſerin. *cap. 11. n. 120.*

1233 Vnico verbo, ad ea omnia ſe extendit in hoc primo examine horum Iudicum cognitio, quæ ſunt neceſsaria pro valida, & canonica Diſcretorum electione, & an habeant requiſita, quæ iuxta noſtra ſtatuta habere debent (de quibus ſuo loco) vt ſint legitimi Diſcreti; ad ad nihil aliud prorſus. Paſſerin. *ibid. n. 72.* & ideò ex nulla alia cauſa quæcumque illa ſit, niſi ex defectu malæ, ſeu non canonicæ electionis, aut quia ſine requiſitis prædictis quem Diſcretum à ſuffragio impedire non poterunt. Peyrin. *tom. 1. de ſubdit. q. 1. cap. 31. §. 10. verſ. dico quinto.* Circa quod obſeruandum decretum Capituli generalis de 1677. quod ſcilicet oppoſitiones contra huiuſmodi electiones per bimeſtre ante Capitulum generale debeant produci, ad hoc vt electus poſſit ſe defendere.

1234 Alterum verò examen omnes amplectitur gremiales, tum Diſcretos, tum alios quoſcunque, cum præter defectus, qui poſsunt contingere in electionibus Diſcretorum, poſſint reperiri aliqua impedimenta, per quæ tum de iure, tum per Conſtitutiones tam ipſi, quam alij gremiales arceantur à ſuffragio, & vocem habere nequeant. Et propterea in hoc ſecundo examine attendendum, ſi aliquod inſurgat impedimentum, propter quod aliquis ex gremialibus vocem habere nequeat. Quod intelligendum puto de voce actiua tantum; quamuis enim non minus requiratur ad validitatem electionem idoneitas eligendorum, quam electorum; vt opponatur contra eligendos non videtur hoc tempus aptum, cum poſſit opponi contra electos ante confirmationem, tunc quādo facta electione, iuxtà conſuetudinem noſtram electus egreditur è Capitulo, & à Pręſide interrogantur gremiales, an aliquid opponendum occurrat contra talem electionem. Quare conſideranda videntur hic impedimenta ſola, per quæ quis non poſſit eligere, & ea ſunt de quibus in ſequentibus.

1235 Et hic etiam aduertenda ſunt duo. Primò; non poſse hos Iudices de alio recognoſcere, aut agere, quam purè examinare, an quis aliquo impedimento iam ligetur: non autem cauſas, ſi quæ ſunt, vt proceſsus contrà quem ex electoribus in alia materia terminare, aut ſuper his ſententiam ferre, niſi fortè ordinentur directè ad declarandum, iam quem incidiſse in excommunicationem latæ ſententiæ, aut aliquod ex canonicis impedimentis, per quod ſit ipſo facto inhabilis ad eligendum, & non alio modo, pro vt declaratum eſt in Capitulo generali de 1625. vt poſt Conſtitutiones per hæc verba: *In p. 3. cap. 2. §. 4.* vbi leguntur hęc verba; *An ſciat aliquod impedimentum, propter quod aliquis ex gremialibus vocem habere nequeat declaratum fuit, quod intelligatur de impedimento à iure poſito, ſcilicet, quod ſit ipſo facto excommunicatus, ſuſpenſus, irregularis, &c. & non de excommunicandis, ſuſpendendis &c.* Secundò, neque ipſos

poſse

poſſe ex officio alicui opponere, tum propter dicta, tum quia clarè in Conſtitutionibus decernitur, quod declaretur ab ipſis, gremiales habere vocem necne, vbi facta fuerit, vel non aliqua denuntiatio: quò certè innuitur, denũtiationem faciendam eſſe ab alijs, qui poſſunt horum Iudicum examini aliquem denuntiando ſubijcere; quę ſi non appareat tenentur declarare, omnibus vocem competere in electionibus; præterquam quod cum ipſi ſint Iudices, nequeunt eſſe partes.

1236 In vtroque autem examine ſeruanda eſt iuris forma: hoc eſt, nullus nec malè electus in Diſcretum, nec alia cauſa, quis inhabilis declarandus eſt ad eligendum, niſi prius illo vocato, omnia illi obiecta notificentur, vt valeat ſe defendere, cum defenſiones ſint de iure naturali, & nemo inauditus queat condemnari *cap. Deus Omnipotens* 2.*q*.1. Peyrin. *t*.1.*q*.1.*cap*.31. §.10.*verſ. dico primò.* Caſtellin. *ibid. cap*.13.*n*.20. Lezan. *tom*. 1. *p*.1. *cap*.15.*n*.34. licet enim hoc iudicium de plano, & ſimpliciter, hoc eſt ſine apicibus iuris faciendum ſit, & ſine forma iudicij, ſola veritate inſpecta, non eſt tamen omittenda hæc ſubſtantialis forma iudicij, quod prius reus audiatur, & defenſioni locus detur. Roderic. *qq. canonic. & regul. t*.2.*q*.51. *art*.11. *ad primum dubium.* Mirand. *t*.2.*q*.23.*art*.2.*verſ. hæc inquam.* Paſſerin. de *elect. cap*.2. *n*.71. *&* 72. Quo audito, debet ab his quatuor ſententia ferri, & per ſecreta ſuffragia decidi, & illud pro deciſo haberi, pro quo maior pars ſuffragiorum ſteterit. Quod ſi vota fuerint paria, tunc poteſt Pręſidens declarare, quid ſibi prudenter viſum fuerit, argum. ex Tridentin. *ſeſſ*.24. *de reformat. cap*.18. ibi: *quorum votis, ſi parec, aut ſingulares fuerint.* Peyrin. in *Formul. lito. P. cap*.8.*n*.5.: vbi, quod ſi maior pars alicui iniuſtitiam euidenter faceret, cum à Capitulo arcendo, poteſt Præſidens minori parti adhærendo, tamquam ſaniori, eum releuare, & in capitulum admittere, cum iuxta *cap*. 1. iuncta gloſſ. *verb. rationabiliter. de his, quæ fiunt à maiori parte capituli,* non ſtetur ſemper maiori parti, & pluralitati, quia maior pars eſt illa, quæ maiori rationi, & pietati innititur. Vincent. de Franch. *deciſ*.2. *à n*. 25. & fauet *cap. Eccleſia veſtra.il* 2. §.*fin. de electione,* vbi in paribus Superiorem, cui voluerit gratificare poſſe. Tiraquell. de *iur. primog. q*.17. *in* 2.*opinion.n*.6.*&* 7. & *in* 6.*opinion. nu*. 10. & ibi Barboſ. *n*.8.*&* 9.*& in cap. cum autem. de iur. patron. n*.8. & in æqualibus partibus ea præualere debeat, ex qua fuerit Præſidens, qui eſt dignior, vt in ſimili Peyrin. *tom*.2.*de Prælat. q*.1. *cap*.2.*n*.24. & refert Pellizzarius *tract*.9. *cap*.8. *n*.34. ſtatutum in Ordine Prædicatorum, & in alijs Religionibus idem Peyrin. *d. cap*.2. *n*.6. *& eod. n*.24. & videtur rationi conſentaneum; cum enim ex vna parte ad hos quatuor ſpectet decidere, & ex alia ad tollẽdas dilationes prohibeatur appellatio, certè in paritate votorũ eſt aliquo breuiori modo decidenda cauſa; & ideò in tali caſu reſolutio à Præſidẽtis arbitrio petẽda.

1237 Porrò prolata ſententia nemini licet appellare, cum id viderimus expreſsè prohibitum à Conſtitutionibus; quamuis enim appellatio videatur in omni caſu permiſſa, excipitur tamen, niſi vbi ſit expreſsè prohibita *cap. non ſolum. de appellat.* ibi Barboſ. *n*.4. cum multis. Nec eſt incongrua talis prohibitio, tum ne protrahantur electiones, tum quia ſimiliter ab Examinatorum reprobatione prohibentur appellare examinati in concurſu ad beneficia, per Concil. Trid. de *refor. cap*.18. Ricc. in Deciſ. *Cur. Archiep. p*.4.*deciſ*.19. Barboſ. de *poteſt. Epiſc. p*.3. *allegat*.60. *n*. 104. Quia tamen odioſa ſtrictè interpretanda eſt, vt in *cap*.1. *&* 2. *de fil. Præsbyt. in* 6. Paſſerin. de *elect. cap*.34. *n*.47. & ideò intelligenda de appellatione ſuſpenſiua, non verò deuolutiua. Paſſerin. *ibid. n*.59. eo modo, quo ſupradictam prohibitionem appellãdi ab Examinatoribus, quoad ſuſpenſiuum, non verò deuolutiuum eſſe accipiendam ex Campanil. Salgad. & alijs tradit Barboſ. in *d. cap. de reformatione n*.154. Aduerto tamen, appellationem prohiberi, vbi agitur de ſententia in primo examine, ſcilicet quoad declarationem Diſcretorum: non verò in ſecundo, vbi de declaratione legitima vocalium, hic enim non parentibus imponitur priuatio vocis actiuæ, & paſſiuæ per biennium, ni velimus dicere, & hic eſſe prohibitam, eo ipſo, quod tenetur quiſque ſub ea pena obedire; eo magis cum militet eadem ratio, non protrahendi electiones.

DVBIVM VII.

De requiſitis ex parte electorum.

1238 MVlta quidem requiruntur in iure; & in primis, quod elector non ſolum Subdiaconus ex præſcripto Clementis V. in Concil. Vien. prout in *Clementin. Vt ij de ætat. & qualit.* ſed apud nos, quod vlterius ſit Sacerdos, & quod tres annos à profeſſione expleuerit. Sic conſtitutiones *p*.3.*cap*.1.*n*.1. *Nullus in electionibus, aut Capitulis vocem actiuam, & paſſiuam habeat, niſi ſit Sacerdos, & profeſſionis in Congregatione tres annos expleuerit,* hoc eſt perfectè compleuerit propter dicta *quodlib. præced. à n*.1048. *& ſeq.* Quod non ſit excommunicatus, excommunicatione ſcilicet maiori. *cap. conſtitutis. il primo. de appellatione* (nam minor non priuat iure eligendi. *Cap. Si celebrat. de Cleric. excommunic.*; ita quod ſi eligat, nec peccet venialiter, cum nullibi prohibeatur, ex Filiucc. Henriq. & Nauar. Peyrin. de *Prælat. q*.2.*cap*.5.*n*.25.) quia electio facta à taliter excommunicato eſt ipſo iure nulla. Caſtellin. de *elect. cap*.5. *n*. 16. Ricciull. de *iur. perſon. lib*.4.*cap*.3.*n*.9. Filliuccius *tom*.1 *tract*. 12.*cap*.6. *à n*.150. Suarez *t*.5. *in* 3. *p. diſp*.14.*ſect*. 2. *n*.6. Quod non ſit irregularis, ex *Cap. Is, qui.* 18. §.*is verò. de ſent. excomm. in* 6. Syluest. *verb. electio* 1. *q*.4.*fin.* Mirand. *t*.2. *q*.23. *art*.8. Azor. *inſtit. moral. part*.2.*lib*.6.*cap*.14.*q* 8. *verſ. Ius item eligendi.* Peyrin. *ibid. n*.48. Donat. *part*.3.*tract*.4. *q*.9. Palaus *part*.2.*tract*.13 *d*.2. *punct*.11. §.1.*n*.5. Quod non ſit ſuſpenſus, ſiue à iure, ſiue ab homine,

mine, alias nulla eſſet electio. *Cap. cum Dilectus de cõſuetud.* ibi Barboſ. *n.* 12. *& de iur. Eccleſ. vniu. d. cap.* 19. *n.* 58. Ricciul. *eod. lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 9. Et non ſit interdictus *cap. cum inter de elect.* Lauorius de *elect. cap.* 15. *n.* 67. Barboſ. *ibid. n.* 62. Ricc. in *prax. p.* 4. *reſol.* 42. *n.* 13. Pet. Greg. de *elect. cap.* 7. *n.* 9. quæ omnia impedimenta eſt his verbis *d. cap.* 1. *n.* 3. complexa Conſtitutio *Nullus præterea excommunicatus, irregularis, ſuſpenſus, aut interdictus, ſeu quauis de cauſa inhabilis eligat, aut eligatur.*

1239 Super quibus aduertendum, quoad excommunicatum, ea militare de excommunicato non tolerato, ſcilicet, aut nominatim denuntiato, aut publico Clerici percuſſore. Tamburin. de *iur. Abb. tom.* 1. *diſp.* 5. *q.* 8. *nu.* 12. *& ſeq.* Lezan. *tom.* 1. *p.* 1. *cap.* 15. *nu.* 5. Barboſ. *d. cap.* 19. *n.* 56. vbi, quod è contra eligente inter alios excommunicato tolerato electio ſit valida, etiam ſi id ſciant alij electores, cum ipſi non teneantur eum euitare per *extrauag. Ad euitanda.* Sigiſmund. à Bonon. de *elect. dub.* 66. *num.* 10. Suarez. *ead. diſp.* 14. *ſect.* 2. *num.* 18. Peyrin. *d. nu.* 15. Murga ad *Conſtit.* 6. *num.* 471. dummodò quis eorum ante electionem non oppoſuerit. Paſſerin. *ibid. num.* 66. *&* 77. licet peccaret ipſe excommunicatus eligendo. Suarez *eod. num.* 18., & *de Relig. tom.* 4. *tract.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 9. Murga. *ibid.* Paſſerin. *loc. cit. nu.* 84. nam ſi quis ante electionem oppoſuerit, erit certè excludendus. Peyrin. *ibi nu.* 16. & Paſſerin. *d. n.* 84., & apud nos declaratiuè à Iudicibus cauſarum, & executiuè à Præſidente. Dixi ante electionem, quia ſi exceptio detur poſt electionem, de ea non curandũ, cum exceptio inueniat electionem iam validè celebratam; Et ita Suarez *d. ſect.* 2. *n.* 18. Sigiſmund. *loc. ſup. n.* 11. Peyrin. *ibid.* & Paſſerin. *à n.* 78.

1240 Idem dicendum quoad irregularitatem, nempe habere locum in irregulari denuntiato, & non tolerato vigore eiuſd. *extrauag. Ad euitanda.* Peyrin. *d. n.* 48. *fin.* Alphonſ. de Leon. *coroll.* 3. *de cenſ. n.* 98. Donatus. *d. q.* 9. *n.* 3. Paſſerin. *eod. cap.* 10. *nu.* 106. ſicut & quoad interdictum, quod ſcilicet procedat de interdicto pariter denuntiato, eo modo quo de excommunicato propter eamdẽ *Extrauag.* Sà in *aphor. verb. interdictum nu.* 3. Peyrin. *ibid. num.* 42. Paſſerin. *nu.* 100. vbi, quod tamen peccaret interdictus immiſcendo ſe electioni; ac tandem quo etiam ad ſuſpenſum, quod ſimilitèr intelligatur de non tolerato, ſeu nominatim denuntiato, & declarato, vt cum Suarez. Filiuc. Henriq., & Bonacina, Peyrin. *ibid. nu.* 33. geſta ſiquidem ſuſpenſi tolerati valida ſunt prout de excommunicato tolerato vigore pręfat. *extrauag.* Suarez *loc. ſup. diſp.* 26. *ſect.* 2. *n.* 2. Peyrin. *ibid.* Paſſerin. *cit. cap.* 10. *n.* 96. licet, & ipſe peccaret. Peyrin. *num.* 34. Circa quem eſt vlterius adnotandum, ſenſum eſſe de ſuſpenſo non ab Ordine, cum eligere non ſit actus Ordinis, ſed iuriſdictionis, quod diuerſum eſt. Suarez. de *cenſ. diſp.* 26. *ſect.* 4. *n.* 5. Filiuc. *tom.* 1. *tract.* 17. *cap.* 2. *n.* 25. & ex declaratione S. Congreg. Concil. *ann.* 1628. 22. *Auguſti* Peyrin. *ibid. num.* 35. ſed ab officio (nomine cuius intelligitur omne exercitium clericale. Panormit. *cap. cum ſuper. n.* 4. *de Confeſſ.*) *d. cap. cum dilectus.* & *cap. cum inter. de elect.* ibi Barboſ. *n.* 4. Hoſtienſ. in *Summ. de elect.* §. *& cui nullo iure n.* 7. Cuch. *inſtit. lib.* 4. *tit. de elect. num.* 122. Lauor. *tit.* 4. *cap.* 15. *nu.* 61., & ab officio abſolutè: non autem ab vno tantum officio, quia ſuſpenſus ab vno actu non eſt ſuſpenſus ab alio. Innocen. in *d. cap. cum dilectus n.* 4. Armilla *verb. electio n.* 4. Sayr. *lib.* 4. *c.* 5. *nu.* 27. & *cap.* 3. *nu.* 15. *&* 18. Sigiſmund. *ibid. dub.* 64. *n.* 3. Vnde Prior v. g. ſuſpenſus tantum ab officio, ſi illi competit ius ſuffragandi in aliqua electione, poteſt in illa ſuffragium ferre, quia ſuſpenſus ab officio non eſt ſuſpenſus à beneficio, vt cum Sanchez. Sigiſmund. Sayr. Samuell. Anton. à Spiritu Sancto in *director. Regul. tract.* 5. *diſp.* 2. *nu.* 29.

1241 Præter hæc autem ſunt alia ex parte electorum requiſita, & ideò ad ea comprehendenda additum in Conſtitutionibus, *ſeu quauis alia de cauſa inhabilis eligat*, ſcilicet quod ſit ſui compos elector; nam amens, ſiue furioſus, ſiue mente captus dicuntur inhabiles ad eligendũ. Nauarr. ad *cap. Si quando. de reſcript. except.* 10. *num.* 5. Mandagot. 1. *p. de elect. cap.* 7. Caſtellin. *cap.* 5. *n.* 57. Sigiſmund. *dub.* 86. *n.* 4. nec præſumendi ſunt tunc ſanæ mentis, & cum lucis interuallo, ſi tunc in capitulo quietè ſe habeant, quia furor ſemel accenſus cenſetur ſemper adeſſe, niſi contrarium probetur. Gloſs. in *verb. compotem. cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſt.* Petrus de Biax. *lib.* 1. *cap.* 15. *nu.* 3.

1242 Secundò quod non ſit voce priuatus, niſi legitimè, & debito tempore appellauerit, quia tunc poteſt eligere, cum appellatio ſuſpendat ſententiam, & eius effectum. *cap. cum venientes. de iure iur.* Suarez. de *Relig. t.* 4. *tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 6. Sigiſmund. *dub.* 90. *nu.* 5. In quo militant & ea, quæ dicta ſunt ſupra, quod non ſit toleratus, ſeù de voce priuato per ſententiam, quia toleratus, ſeu non ſententiatus particularitèr poteſt admitti ad electionem, abſque eo quod inficiatur; Si tamen nullus reclamauerit, propter eamd. *extrauag. ad euitanda* eum reliquis prout ſuprà de excommunicato. Etità quoad omnia Paſſerin. *d. cap.* 10. *à n.* 127. *& ſeq.* vbi *n.* 134. *fin.* quod nec taliter priuatus teneatur abſtinere à voto ante ſententiam Iudicis declaratoriam ex approbatione S. Congreg. Regul. 1646. 5. *Octobr. &* 1649. 26. *Nouembris.* Nicolius in *Floſcul. verb. pœna num.* 14. Quod idem dicendum de quibuſcumq; prohibitus eligere, de quibus ſtrictim Miranda *d. q.* 23. *art.* 8. cum enim quęcumque huiuſmodi prohibitio ſit quædam vocis priuatio, de omnibus eſt ead. ratio. Paſſerin. *ibid. n.* 140.

1243 Tertiò, quod ſit de corpore illius Collegij, ad quod pertinet electio, ſcilicet vel vnus ex vocalibus ſuprà. *nu.* 1206. reſpectu Capituli generalis, vel Prior, aut Vicarius Conuentus Vicariatus, vel Secretarius prouincialis, aut Diſcretus reſpectu Congregationis prouincia-

lis

lis, vel de familia illius reſpectu Capituli conuentualis; vnde nullus præter ſupradictos poteſt habere vocem in præfatis reſpectiuè Capitulis; nec etiam de conſenſu omnium de Capitulo (vt fieri poſſe admittunt cum Panormit. in *cap. ſcriptum. de elect.* Nauarr. *lib. 5. conſil. de ſimonia conſ. 9.* Peyrin. de *ſubdit. q. 1. cap. 31. §. 8. verſ. dico nono.* Pellizzar. *tract. 9. cap. 8. num. 27.*) non ob hanc Concilij Trid. *ſeſſ. 22. de refor. c. 4.* diſpoſitionem: *Quicunque in Cathedrali, vel Collegiata ſæculari, vel regulari Eccleſia diuinis mancipatus officijs, & in Subdiaconatus ordine ſaltem conſtitutus non ſit vocem in huiuſmodi Eccleſijs in Capitulo non habeat, etiam ſi hoc ab alijs liberè fuerit conceſſum,* vt indè probant aliqui; cum ibi Concilium intendat ſolum decernere, quod nullus niſi ſaltem Subdiaconus ſit, habeat vocem: non verò, quod admitti non poſſit ſimpliciter quis extraneus; modò ſit Subdiaconus; Quin videtur ſupponi à Concilio, poſſe à Capitulo, quem extraneum admitti, & ideò prohibet in hoc ſpeciali caſu, quo quis non ſit ſaltem Subdiaconus. Sed quia, cum in electione ius eligendi non veniat ex iure eligentium, ſed à Sede Apoſtolica. Barboſ. de *off. & poteſt. Epiſc. part. 1. lib. 1. cap. 8. n. 64.* Murga in *d. conſtit. 6. 710.* & in *conſtit. 15. n. 7.* nec conſequenter conueniat, niſi cui eadem Sedes conceſſerit. Paſſerin. de *elect. cap. 3. n. 34. & 35.* & *cap. 10. n. 27.* tenentq; Suarez *tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 4.* Donatus in *prax. rer. regul. p. 3. tract. 2. q. 15.* vbi, id eſſe contra formam *cap. quia propter de elect.* ex quo habetur, quod electioni interſint ſolum illi, qui debent intereſſe. Palaus *part. 2. tract. 13. diſp. 2. punct. 11. §. 1. n. 4.* Lezan. *d. cap. 15. nu. 4.* Murga *ead. conſtit. 6. n. 482.* eo magis, quia tota ratio dicentium poſſe admitti, quæ deſumitur ex eo, quod poſſit tota poteſtas eligentium in compromiſſarium transferri, vt in *cap. cauſam de elect.* corruit in præſenti, cum apud nos compromiſſaria electio non habeat locum; & vlterius, quia vocales in Capitulo generali, vel prouinciali ſunt ab Alexandro VII. in incipien. *Militantis Eccleſiæ* prout in Bullar. Congreg. *litt. 19.* aſſignati, ſicuti & pro alijs electionibus à Conſtitutionibus ipſis Apoſtolicis *p. 3. cap. 2. nu. 21. & cap. 9.* determinati, quo fit, vt non poſſint ad eas alij admitti. Murga *Conſtit. 15. n. 19. 23. & 24.*

1244 Quartò, quod ſit præſens; ſic enim Conſtitutiones *ibid. n. 3. Nullus in electionibus vocem actiuam habeat, niſi fuerit præſens;* per quod non ſolum infertur ſuffragium per litteras prohibitum, prout in *cap. Si quis iuſto. 46. de elect. in 6. §. abſens,* ſed etiam per procuratorem; nam ſi id poſſet, eſſet abſens, & eligeret, cum per ſe facere videatur, qui per alium facit. Et tandem, quod vnum tantum habeat vnuſquiſque electorum in eadem electione ſuffragium, & excepta electione, in qua fuerit ipſe nominatus, quia tunc ſuffragari prohibetur à Conſtitutionibus *d. nu. 3.* ibi. *Nullus etiam plures voces actiuas habeat in eadem electione. Nullus item poſſit ſuffragium ferre in electione, in qua ipſe fuerit propoſitus, vel nominatus.* Quod, quoad ſecundam partem videtur habere locum ſolum in electionibus, in quibus quis ex electoribus nominatim proponitur, vt deducitur ex verbis alijs Conſtitutionum, prout *n. 1303.* nō autem in alijs electionibus. v. g. generalibus, & ſi de alicuius ex electoribus electione tractetur inter gremiales; cū in his nemo ſpecialiter nominetur.

1245 Atque ex his omnibus magis elucidātur, quæ dicta ſunt. *n. 1235.* de munere Iudicū cauſarum, quia excommunicati, irregulares, ſuſpenſi, & interdicti, vel non ſunt tolerati, hoc eſt, ſunt nominatim denuntiati, aut publici clerici percuſſores, vel ſuntq; tolerati, hoc eſt non nominatim denuntiati; Si primo modo, arcendi ſunt vtique ab electione. Si verò ſecundo, poſſunt, & debent à Iudicibus, admitti, dummodo quis ex vocalibus non opponat; eo magis cum per abſolutionem generalem auferri poſſit pro foro conſcientiæ inhabilitas proueniens a cenſura etiam publica, parte non opponente, vt vidimus *num. 1216.* Dixi, dummodo quis ex vocalibus non oppoſuerit; nam opponente aliquo eſt, vt diximus *n. 1239.* excludendus. Sed hoc etiam vbi agatur de oppoſitione pro cenſura, aut vocis priuatione ipſo facto incurrendis, ſeù latæ ſententiæ: non vero vbi de ferenda, quia cum illæ ſolæ impediant electionem, non autem iſtæ Paſſerin *cap. 10. n. 123.* de illis ſolis poſſunt ipſi Iudices recognoſcere, non vero de iſtis.

DVBIVM VIII.

De requiſitis ex parte eligendorum.

1246 Illam et ex Conſtitutionibus, prout *dub. præced.* requiruntur pro eligendis, quę pro Electoribus, *eligat, aut eligatur.* Qua propter breuiter dicendum excommunicatum excommunicatione maiori eſſe ineligibilem. *cap. Poſtulaſti. 7. de Cleric. excommunic. miniſtran.* & *cap. 1. de reſcriptis. in 6.* & electio eſt ipſo iure nulla, & irrita. Peyrin. de *Prælat. q. 2. cap. 5. n. 2.* Ricciull. de *iur. perſon. lib. 4. cap. 6. n. 23.* Barbos. in *d. cap. Poſtulaſti. nu. 13.* & *de iur. Eccleſ. vniu. lib. 1. cap. 19. n. 118.* & communiter DD. ſiue excommunicatio ſit à iure, vel ab homine, ſiue per ſententiam ſpecialem, aut generalem, ſiuè publica, ſiue occulta, ſiue ſciatur ab ipſo excommunicato, & electoribus, ſiuè ignoretur ab vtriſque, ſiue denuntiatus, necne, quantumcumque toleratus, & occultiſſimus, quia iura vniuerſaliter inhabilitant excommunicatum; & ideò vniuerſaliter intelligenda; & ignorantia, licet excuſet à culpa, non validat actum irritatum ab Eccleſia. Suarez *t. 5. in 3. p. de cenſur. diſp. 13. ſect. 1. nu 3.* cum pluribus. Ricciull. *ibid. à n. 9.* Barboſ. in *d. cap. Poſtulaſti à nu. 3. & ſeq.* Paſſerin. de *elect. cap. 25. n. 445. & 450.* Murga in *Conſtit. Apoſt. ad Cōſtit. 6. n. 1090. et* 1091. Ampliant, etiamſi excommunicatio ſit iniuſta, dummodò ritè lata. Rebuff. ad *d. c. Poſtul. n. 67.* Sayr. de *cenſur. lib. 2. cap. 5. nu. 10.* Lancellot. de *attentat. p. 3.*

cap.

*cap.24.q.3.nu.*8. & alij, quos refert, & ſequitur Barbos.*ibid.n.*4.Paſſerin.*ſupr.n.*456. Murga *eod.n.*1090.*fin.* quatenus ſcilicet, cum tunc in foro externo habenda ſit pro valida, ſi talis excommunicatus (ſermo eſt hic de excommunicato ab homine, in quo poteſt contingere iniuſtitia) ſcienter eligatur, eſt electio caſſanda, vt potè facta in contemptum Eccleſiæ, in perſona ſcilicet nominatim vitanda: non verò quod ſit in re ipſo iure nulla; & ideò, ſi ignoranter & bona fide eligatur, & detecta excommunicatione ſimul detegatur excommunicati innocentia, non erit caſſanda, cum non in re, ſed apparenter tantū fuerit excōmunicatus, & ſine Eccleſię cōtemptu electus. Paſſerin.*ibid.n.*457.*&* 460.

1247 Et hoc intelligendū de omni electione, quod ſcilicet non teneat electio vlla excommunicati, non ſolum ad Prælaturas: ſed nec etiam ad officia ſine cura animarum, quia ex *d. cap. Poſtulaſti* excommunicatus eſt extrà omnem Eccleſiaſticam communionem, & proptereà inaſſumibilis ad quodcumque munus petens communicationem; hoc eſt neque eligibilis in Diſcretum, aut Magiſtrum Profeſſorum. Peyrin.*ibid.n.*5.& cum Panormit.in *cit. cap. Poſtulaſti n.*1.Murga *ibid.n.*1092.*&* 1093.Ita quod non poſſit illa, obtenta tamen in ſtatu excommunicationis, licite retinere, etiam ſecuta abſolutione ab excōmunicatione, niſi vel denuò ei conferantur, vel cum illo diſpenſetur, vt cū Suarez.*ibid.n.*2.Ricciull.*loc.ſup. num.*32. & alijs Peyrin.*ibid.nu.*6. & Barbos in *d.cap.Poſtulaſti.n.*10.Quia, cūm electio facta in ſtatu incapacitatis fuerit nulla, non validatur per ſubſequentem abſolutionem, per reg.Innocent.Pap.VIII. in *cap.*18.*de regul.iur.in* 6.Barbos *ibi n.* 5. vbi, id procedere etiam in foro cōſcientiæ ex Vgolin. de *cenſur.tab.*2.*cap.*13.§.6.*n.*1. Sayr. in *Theſaur. lib.*2. *cap.*5. *num.*21. Reginald. in *prax. lib.*32. *tract.*1.*nu.*48.

1248 Quarè petenda eſt tum abſolutio, tum diſpenſatio, & vtique ante acceptationem, vel ad minus ante poſſeſſionem dignitatis; licet enim, ſi quis eam acceptet in ſtatu excommunicationis non peccet, dummodò habeat animum non exercendi niſi poſt abſolutionem. Henriq. *lib.*13.*cap.*13.§.3.Suarez *ead.diſp.*13.*ſect.*1.*n.*22. Michael.Anton.Frances.*variar.reſol.cap.*41.*nu.*30. quia non acceptat pro illo ſtatu, in quo eſt excommunicatus, ſed pro illo, in quo erit abſolutus; non poteſt tamen illius poſſeſſionem accipere, niſi ſequuta abſolutione, quia hæc ſinè ſui communicatione fieri nequit, quæ eſt illi prohibita.*cap.Cum excommunicatio.*11.*q.*3. Peyrin.*ibid.n.*8.Murga. *n.* 1098. Et quoad abſolutionem petenda eſt ab habente facultatem, ſiuè à Summo Pontifice, ſiuè etiam à proprio Prælato, ſi non ſit excommunicatio de reſeruatis. Et quoad diſpenſationem à Papa, non obſtante, quod poſt abſolutionem obtentam etiam à Papa, poſſit Regularis à proprio Prælato diſpenſari ſuper retentione dignitatis, vel Prælaturæ, vt de communi cum Reginald. *loc.ſup.n.*50.& alijs Peyrin.*ibid.n.*7.Murga *nu.*1096.Paſſerin.*d.cap.*25.*n.*457.*&* 458. quia limitatur hoc in ijs caſibus, in quibus Prælatus poteſt ſe ſolo illas conferre; Et ideò cum apud nos nullus Prælatus, etiam Vicarius Generalis poſſit ſe ſolo conferre dignitatem, aut prælaturam, nec etiam poteſt ſuper illius retentione ipſe diſpenſare. Peyrin.*ibid.*Murga.*d.n.*1096. *verſ. limitant tamen*; excepto vbi agatur de Commiſſarijs, aut Vicarijs, quia cum inſtituantur à Prelatis ipſis, poterunt ab eis ſuper horum retentione reſpectiuè diſpenſari. Peyrin. *d. n.*7. Quod ſi contingat, non poſſe quem electum in ſtatu excommunicationis (loquor de occulta) huiuſmodi diſpenſationem antè acceptationem, vel nec antè poſſeſſionem abſque ſui proditione petere, ſi excommunicatio ſit talis, vt ex eius manifeſtatione, nec ſcandalum creetur, nec infamia, tenebitur ſe prodere; quando aliter nequeat ab ea acceptanda ſe excuſare: non verò, ſi indè grauis ſui infamia, vel ſcandalum oriatur; hoc enim caſu, cum nequeat aliquo prætextu ſe excuſare, & non teneatur ad ſe infamandum, poterit prælaturam, ſiuè dignitatem recipere, & quam primum abſolutionem, & diſpenſationem petere. Suarez.*d.ſect.*1.*nu.*31. Reginald. *eod.lib.*32.*tract.*1.*nu.*49.Garzia de *benef.p.*7.*cap.*13.*n.*71.Peyrin.*ibid.nu.*6.Paſſerin.*eod.cap.*25.*nu.*454.Murga.*n.*1095.

1249 Atque hæc militant de excommunicato occulto abſente, ſi contingat quem eligi in Capitulo generali, quia cum, vt dictum eſt *nu.*1216.*fin.* illi non proſit abſolutio, quæ datur antè electiones, ad effectum tollendi inhabilitatem, etiam eligendorum, vt exemplo clauſulæ *Teque abſoluentes* in Pontificis conceſſionibus tradit Peyrin.*d.cap.*5.*n.*9. tenetur petere tum abſolutionem, tum diſpenſationem: ſi verò fuerit de præſentibus in Capitulo, tenetur ratione reincidentiæ petere tantum abſolutionem ab excommunicatione antè poſſeſſionem prælaturæ vel dignitatis, & non diſpenſationem, cum valida fuerit electio facta eo tempore, quo beneficio præfatæ abſolutionis ſuſpenſiuæ impedimenti erat ſublata inhabilitas, vt in ſimili de ſuſpenſione idem Peyrin.*ibid. n.* 30. & de irregularitate.*n.*46.

1250 De excommunicatione verò minore loquendo, licet & ea innodatus nequeat eligi. Abb. *in cap.Si celebrat.de Cleric. excommunic.n.*1. Suarez.*ibid.diſp.*24.*ſect.*2.*nu.*13.Sigiſmund.*dub.*65.*n.*1.Filliuc.*t.*1.*tract.*13.*cap.*2.*n.*27. & peccarent tum eligentes, tum electus, ſi ſcienter & illi eligerent, & iſte permitteret ſe eligi; & quia taliter excommunicatus æquè priuatur Sacramentorum ſuſceptione, ac paſſiua electione; & quia vtrique facerent contra Canones in materià graui. Suarez.*d.ſect.*2.*n.*31.Peyrin.*ibid.n.*24. non eſt tamen electio ipſo iure irrita, ſed ad partis inſtantiam irritanda, vt benè contra Hoſtiens.Couarr.Vgolin.& Viuald.ex *d.cap. ſi celebrat.d.n.*3.*& de iur.Eccleſ.cit.cap.*19.*nu.*121. probat Barboſa, vbi expreſsè habetur: *Electio eſt irritanda*, quo demonſtratur electionem valere, donec per ſententiam irritetur. Sequiturque

que Paſſerinus *ibid. n.*475. vbi *n.* 476. eſſe etiam irritandam, ſi facta fuerit ſcienter non ſolum ex parte vtrorumque, ſed etiam ſi ex parte, aut ſolius electi, aut eligentium tantummodo, quia in omni caſu verificatur, quod ſit ſcienter electus contra text. *d. cap.* ibi: *Si tamen ſcienter talis electus fuerit, eius electio eſt irritanda*. Quod tamen negat Peyrin. *ibid. nu.* 27. ſaltem quoad ſcientiam ex alterutra parte (cum de electione facta ignoranter ex vtraque parte, nulla ſit difficultas, quod ſit valida) dicens, quod facta ignoranter ex parte electorum tantum, vel ſolius electi, quod idem eſt, ac dicere factam ſcienter ex aliqua tantum parte, nempè vel electorum, vel electi, ità eſſe validam, quod neque poſſit irritari ex ipſo textu, *ſi tamen ſcienter*, quaſi per ignorantiam ex quacumque parte prouenientem tollatur ſcientia; & prò ſua ſententia multos enumerat, ſignanter Barboſam *d. n.* 3. 5. *verum contraria ſententia*. Verum loquitur hic Doctor ſimpliciter de electione ignoranter facta, quod poteſt intelligi de ignorantia ſe tenente ex parte vtrorumque; nec explicat de ignorantia ſe tenente ex alterutra parte. Quarè vtrique adhærendum puto, Paſſerino, ſi taliter excommunicatus fuerit electus ſcienter, tenente ſe ſcientia ex parte electorum, licet ignoranter ex parte electi: Peyrino, ſi ſcientia ſe teneat ex parte electi, & ignorantia ex parte electorum, quia cum textus dicat, *ſi ſcienter electus fuerit*, videtur requiri ſcientiam ex parte actionis ipſius electionis, & conſequẽter interdicere electionem factam cum ſcientia ex parte electorum; adeòque in hoc caſu eſſe irritandam, non verò in alio, cum in eo non verificetur propriè, factam fuiſſe ſcienter actionem eligendi, ſeù ipſam electionis actionem, quæ per ſe, & propriè importatur, & venit nomine electionis, & eligere.

1251 Quo autem ad alia, ſiue ſuſpenſionem, per quam, vel ab ordine ſolum, vel à ſola iuriſdictione tam temporali, quam ſpirituali, vel ab vtriſque, tum ab homine, tum à iure latam, redditur electio ipſo iure nulla. *cap. cum dilectus. de conſuetud.* & *cap. cum bonæ.* 8. *de ætat., & qualit. præf.* Filliucius. *t.*1. *tract.*17. *cap.*2. *num.*16. *& tract.*41. *cap.*5. *nu.*15. Lambert. *de iur. patr. lib.*2. *p.* 1. *q.*2. *art.*3. Paris de *reſign. lib.*4. *q.*3. *à n.*59. *& lib.* 5. *q.*6. *n.*82. etiam ſi occultus, & minimè denuntiatus fuerit ipſe ſuſpenſus, vt ex cõmuni DD. ſententia Paſſerin. *ibid. n.*478. *&* 493. ſiuè interdictum, ſiuè irregularitatem, quibus irretitos eligi non poſſe certum eſt, & pariter ſanciunt Conſtitutiones *vbi ſupr.* non opus eſt vlteriore diſcurſu; cum namque proportionaliter de ipſis diſcurrendum ſit, ac ſupra de excommunicato, vt in ſimili de ſuſpenſione Peyrin. *ibid. n.*30. Murga *ead. conſtit.*6. *n.*1114. ex ſupradictis deduci poterit, quid de iſtis dicendum.

1252 Quarè accedens ad ea verba *ſeu quauis alia cauſa inhabilis eligatur*, dico per ea denotari, non poſſe primò eligi ad prælaturas, aut dignitates abſque diſpenſatione illegitimos. *cap.*1. *& fin. de filijs. Præsbyt.* vbi Barboſ. *per multos nu.* Tambur. *d. diſp.*5. *q.*14. *n.*1. ſcilicet ad vlla officia, quæ cum honore, & dignitate habent iuriſdictionem ſpiritualem ordinariam, vt Miranda. *t.*2. *q.*2. *art.*8. *concl.*1. Lezan. *t.*1. *p.*1. *cap.* 18. *n.*62. & communiter DD. hoc eſt non ſolum in Vicarium Generalem, Viſitatorem, Prouincialem, Priorem, Vicarium in capite, ſed neque in Definitorem, cum habeant iuriſdictionem ſaltem in Definitorio. Paſſerin. *ibid. n.*157. aut Suppriorem, quia mortuo Priore eſt à iure Prȩlatus ordinarius. Sylueſt. *verb. Prælatus n.*3. Leander *p.*5. *tract.*2. *diſp.*3. *q.*61. Paſſerin. *ibid. nu.* 160. aut etiam Commiſſarium Vicarij Gener. aut Prouincialis ſupra alios Prælatos ordinarios: ſed ad ſummum in Diſcretum pro Capitulo etiam generali, cum non ſit illi annexa iuriſdictio. Idem *ibid. n.*159. *fin. & nu.*165. ſicut etiam in Magiſtrum, Procuratorem Conuentus &c. Mirand. *d. art.*8. *concl.*2. Roderic. *t.*1. *qq. canonic. et regul. q.*13. *art.*20. Et ideò illegitimum teneri in conſcientia petere diſpenſationem. Auila *de cenſur. p.*7. *diſp.* 3. *dub.*6. Roderic. *ibid. art.*5. *circa fin.* Azor. *p.*2. *lib.*6. *cap.*3. *q.*13. niſi, ſi coactus prȩlaturam acceptare, nequeat abſque ſua, & ſuorum infamia illam petere, quia tunc abſque diſpenſatione poterit acceptare. Roderic. *ibid.* Peyrin. *ad Conſtit.*2. *Iulij II.* §.29. *nu.* 100. & poteſt petere à Prælato Generali, apud nos, ſi contingat, à Vicario Generali, qui poteſt ad omnia Congregationis officia, & prælaturas eum illegitimis diſpenſare, ſicut & de eius ſaltem mandato Prouinciales, & Priores, & abſque vllo Capitulo vel generali, vel prouinciali, vigore priuilegiorum. Peyrin. *ibid. nu.*96. *&* 97. Murga *loc. ſup. num.*812. *&* 813. Paſſerin. *ibid. cap.*25. *à n.*212. *ad* 219. (præterquam ad Vicariatum Generalem, quia cum re ſit Generalatus vt *quodlibet.*13. *dub.*2. & iterum ſuo loco dicetur, ratione primæ dignitatis, ad Summum Pontificem quoad hanc prælaturam ſpectat diſpenſare. Paſſerin. *ibid. n.*221.) cum cauſa tamen legitima ad validam diſpenſationem in omnibus Prælatis Papa inferioribus requiſita, cum nullus Papa inferior habeat plenitudinem poteſtatis. Panormit. *in cap. cum ad Monaſterium. num.*17. *de ſtat. Monach.* Roderic. *d. q.*13. *art.*14. *&* 15. Lauor. Lucubr. *tit.*4. *cap.*16. *à n.*32. Paſſerin. *à n.*285. *& ſeq.* quæ communiter eſt vel litterarum ſcientia, vel morum honeſtas, vel vitæ virtus, vel ſcandali vitatio, vel vtilitas, vel neceſſitas, & aliæ apud Campanil. *in diuerſ. iur. rubr.*11. *cap.*13. Roderic. *t.*1. *q.*13. *art.*15. Donat. *part.*3. *tract.*5. *q.*27. ſecus ſine ea diſpenſatus nõ poſſet in conſcientia tali diſpenſatione vti, vt cũ Roderic. Mirand. Reginald. Bonacin. Tambur. *d. diſp.*5. *q.*16. *n.*5. quem adducit, ſequiturque Murga. *ibid. n.*823. adeòque ad eius validitatem requiritur, quod diſpenſandus exprimat qualitates illegitimitatis. Mirand. *d. q.* 2. *art.*13. Lauorius *d. cap.*16. *nu.*38. Peyrin. *de Prælat. q.*2. *cap.*5. *n.*145. Paſſerin. *n.*297. ſi enim non poſſunt, vt dictum eſt diſpenſare Prælati ſine cauſæ cognitione, conſequens eſt, vt debeat exponi qualitas illegitimitatis, cum vbi tur-

pior

Digitized by Google

pior originis defectus maior requiratur cauſa. Mirand. *ibid.* Portell. *in dub. regul. verb. illegitimus. n.* 11. Peyrin. *ibid. nu.* 145 Lezan. *t.* 1. *p.* 2. *cap.* 12. *n.* 21. Pellizzar. *in manual. tract.* 9. *cap.* 8. *n.* 100. Murga *ibid. n.* 831. Caſu verò, quod à Definitorio quis illegitimus ſcienter, & iuſta de cauſa promoueatur nullo tamen facto diſpenſationis verbo, nulla alia eſset neceſsaria formalis diſpenſatio, quia poſitis facultate diſpenſandi, illegitimatis noutia, & motiuo rationabili, cenſeretur eo ipſo diſpenſatus. Syluest. *verb. diſpenſat. q.* 15. Bellamer. *in cap. veniens n.* 11. *&* 19. *de filijs Presbyter.* Suarez. *de cenſur. diſp.* 41. *ſect.* 3. *à n.* 4. *& de leg. lib.* 6. *cap.* 13. *n.* 23. Maiolus *de irregularit. lib.* 3. *cap.* 24. *n.* 14. *& lib.* 4. *cap.* 10. *n.* 3. Portell. *ibid. n.* 7. Lezan. *t.* 1. *p.* 1. *cap.* 18. *n.* 63. etiam pro foro externo, vt cum Sanchez, Suarez, & Lauor. Murga. *loc. ſup. n.* 828. Lezan. *d. n.* 63. *& p.* 2. *d. cap.* 12. *n.* 21. Paſſerin. *n.* 303. A Spiritu S. *in director. tract.* 4. *diſp.* 8. *n.* 64.

1253 Secundò eos non poſſe eligi, qui à S. Inquiſitionis Officio, quocunque genere pęnæ, vel pænitentiæ (exceptis ſalutaribus, quæ ſcilicet extraiudicialiter imponuntur, & priuatim complentur, vt ieiunia, diſciplinæ, orationes &c.) fuerunt affecti. Sanctarell. de *hære. cap.* 33. *n.* 6. cum alijs, quos referunt Peyrin. *d. cap.* 5. *n.* 92. Murga *ibid. n.* 862. *&* 863. etiam poſt adimpletam pænitentiam, niſi præcisè à Sancta Sede, vel Sacra Congregatione fuerint habilitati; ſic expreſsè ſtatuente Vrbano VIII. in decreto in Congreg. S. Officij die. 1. *Octobris.* 1626. condito, vt videre eſt apud eoſdē. Quod à fortiori dicendum de abiurantibus etiam de leui. Tamburin. *d. diſp.* 5. *q.* 21. *num.* 67. cum alijs, quos adducit, cum & talis abiuratio ſit ſaltem ratione ſolemnitatis pænitentia grauis, & non tantum ſalutaris, ſed iudicialis per ſententiam impoſita. Donat. *part.* 3. *tract.* 5. *q.* 23. Carena *de S. Officio p.* 3. *tit.* 12. §. 4. Selleles. *l.* 5. *cap.* 2. *n.* 18. *&* 22. Paſſerin. *eod. cap.* 25. *nu.* 100. *&* 101. niſi ſpontaneè comparuerit, quia tali caſu abiuratio etiam de vehementi non cenſetur pæna. Idem *num.* 102. Etità tenendum, licet contrarium mordicus ſuſtineat Iulius Caponus *in diſcept. forenſ.* 95. *à num.* 50. *& ſeq.* magis ſiquidem credendum prædictis DD. vt pote S. Inquiſitionis Miniſtris, & conſequenter de hoc puncto magis edoctis.

1254 Tertiò, Illiteratos *cap. cum in cunctis. cap. Dudum. de electione, & cap. quamuis. de ætat. & qualit. præf.* & ideò eligendi in Prælatos ea ſaltem ſcientia pollere debent quæ neceſſaria eſt ad ſuum munus per ſe ipſos obeundum. D. Thom. 1. 2. *q.* 76. *art.* 2. *in corp. & in addit. ad* 3. *p. q.* 36. *art.* 2. Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 12. Peyrin. de Prælat. *q.* 2. *cap.* 2. *n.* 11. latè Murga. *à nu.* 960. *& ſeq.* ſecus tam electores, quam electi peccarent, illi taliter ignorantem eligendo; iſti permittendo ſe eligi, vt cum Innoc. *in d. cap. cum in cunctis.* Miranda *tom.* 2. *q.* 4. *art.* 2. Sigiſmund. *dub.* 63. Lauor. *d. cap.* 16. *n.* 21. Caſtellin. *cap.* 9. *n.* 27. Paſſerin. *d. cap.* 25. *n.* 17. *& ſeq.* eſſetque electio nulla, & ipſi electi tenerentur renuntiare ex Diaz. in *prax. cap.* 21. *n* 6. Nauarr. in *cap. ſi quando. de reſcript. except.* 16. Leſſ. de *iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 24. *nu.* 127. Peyrin. *ibid. nu.* 14. & Murga. *nu.* 967. vbi, ad hunc effectum penitus illiteratum eum eſſe, qui & ſi ſciat legere, ſcribere, latinèque loqui, non habet tamen ſcientiam à iure requiſitam pro tali munere, ſeù qui neſcit, quæ ſunt neceſſaria, vt ſuo muneri ſatisfaciat. Paſſerin. *ibid. n.* 50. Ex quo patet non ſolum, quam parum tuti in conſcientia ſint, qui Prælaturas cum cura animarum vix grammaticam calentes, & Prouincialatum quandoque, aut Definitoratum quid iuris prorſus ignorantes exercent: Sed quam grauius peccent eligentes, cum defectus ſcientiæ maior cenſeatur quam defectus ex delicto, ac etiam ex homicidio; Vndè Innoc. in *cap. cum noſtris. de conceſſ. præb.* ſentit electionem ſactam de homicida non eſſe ipſo iure nullam, ſicut factam de illiterato, quia cum defectus ſcientiæ tollat potentiam ad benè agendum, & conſequenter ad legitimum vſum officij, reddit incapacem officij incapacitate maiori, quam ſit illa, quę ex delicto, quod non tollit potentiam ad benè agendum. Paſſerin. *ibid. n.* 54. *fin.*

1255 Quartò infirmos, ſeù valetudinarios, ſeù quocumque corporis defectu laborantes, ità quod nequeant ea de cauſa ſuum munus decenter exercere ex *tot. tit. de Cleric. ægrot. & ex cap. niſi cum pridem.* §. *alia verò. de renuntiat.* vbi Barboſ. *n.* 1. *&* 7. Concil. Trid. *ſeſſ.* 22. *cap.* 4. *de reformat.* Comitol. *lib.* 6. *reſp. moral. q.* 64. *num.* 2. Peyrin. *ibid. cap.* 4. *num.* 2. & expreſsè ex decretis Clem. VIII. *de reform. Regul.* §. 36. Paſſerin. *n.* 322. *&* 326. ac etiam iuxtà diſpoſitionem Capitulorum generalium, à quibus prohibita electio eorum in Prælatos, qui actibus communibus intereſſe non poſſunt, & eis conformari; adeòque cum his impedimentis electos teneri renuntiare in conſcientia, eo quod ſuo muneri ſatisfacere nequeant, cum D. Thom. 2. 2. *q.* 185. *art.* 4. Flamin. Pariſ. de *reſignat. benefic. lib* 5. *q.* 6. *num.* 9. Suarez. *in* 3. *p. tom.* 5. *diſp.* 51. *ſect.* 12. *n.* 17. Peyrin. *ibid. num.* 3. Murga *loc. ſup. num.* 898. ſecus verò ſi poſt electionem ſuperuenerit ægritudo; quo caſu neque poterit inuitus priuari *ex cap. penult. & ultim. de Cleric. ægrot. & cap. ſcripſit mihi,* & alijs pluribus. 7. *q.* 1. Aſcan. Tambur. *d. tom.* 1. *diſp.* 5. *q.* 21. *n.* 47. Peyrin. *ibid. n.* 23. Paſſerin. *nu.* 332. Quod obſeruandum & à nobis; licet enim Conſtitutiones *p.* 4. *cap.* 22. *nu.* 1. ſic diſponant: *Superior quicumque Congregationis ab officio deponatur, ſi ob ægritudinem, aut aliud quoduis impedimentum officio ſuo inutilis fuerit;* cum tamen id non obſeruetur, niſi præuia talis Superioris renuntiatione, ad quam poteſt cogi. Lezan. *tom.* 2. *verb. Prælatus n.* 3. qui eſt modus procedendi longè diuerſus à depoſitione, ſignum eſt, quod ſtatutum intelligendum ſit de depoſitione eius, qui cum tali impedimento electus fuerit: non verò eius, cui poſt electionem morbus ſuperuenerit, cohærenter ad S. Canones,

ſeu

Digitized by Google

ſeu ius commune, vt dictum eſt, ſecundum quod interpretanda ſunt ſemper quantum fieri poteſt ſtatuta, ſeu leges ſpeciales. Menoch. *de arbitr. caſ.321. n.13.* ſeu ſtrictè intelligenda, vt minùs corrigant ius commune. Maſcard. *de interpretat. ſtatutor. concl. 12.* Iulius Caponus *tom.1. diſcept. forenſ. diſcept.37. num.26.* Iacob. Pignatell. *conſult. canonic. t.4. conſul.36. n.33.*

DVBIVM IX.

De ineligibilitate ex capite vacantiæ.

1256 Vacare quis dicitur, ex eo quod certo tempore officijs functus nequeat iterum ad eadem eligi. Et ſic requiritur etiam ad validitatem electionum, quod eligendi non ſint voce priuati ſine per ſententiam, ſiue, ex eo quod prohibeantur eligi pro eo tempore, vt apud nos ſunt illi, qui per duo Capitula generalia fuerunt in Prælatos electi; nam pro tertio Capitulo, & ſubſequenti triennio ſunt voce paſſiua priuati, & nequeunt eligi; ſic ſtatuente Vrbano VIII. per litteras incipien. *Circumſpecta Romani Pontificis*. die 18. *Maij*. 1635. vt in noſtris litteris Apoſt. *litter.14.* ibi: *Statuimus, & ordinamus, vt qui ſpatio temporis, quo quatuor immediatè antecedentia Capitula generalia celebrata fuere, ad quæcumque officia Religionis, tam generalia, Vicarij ſcilicet Generalis, Procuratoris Generalis Definitorum, vel Viſitatorum Generalium, quam etiam prouincialia, ſeu conuentualia, Prouincialatus nimirum, vel Prioratus, aut aliquod eorum electus fuerit, dictaque officia, vel aliquod eorum ſucceſſiuè, etiam ſi non vnum ſemper, & continuò, ſed diuerſa illorum, vel plura etiam diuerſo tempore per dictum ſpatium exercuerit, & adminiſtrauerit, non poſſit in Capitulo generali propediem celebrando, nec ſubindè per triennium immediatè ſubſequens ad aliquod ex præfatis officijs eligi, ſed quoad ea omnia, & ſingula voce paſſiua dicto tempore careat, ac Deo, & animæ ſuæ vacet. In poſterum verò qui ſpatio duorum Capitulorum generalium ſucceſſiuè ad præfata officia, vel eorum aliquod electus fuerit, in tertio Capitulo generali, ac per triennium immediatè ſubſequens, ad nullum ex eis officijs, vel aliquod illorum eligi poſſit, ſed voce paſſiua dicto tẽpore quoad ea omnia careat, ac Deo pariter, & animæ ſuæ vacet. Decernentes, omnes, & ſingulos, qui officia huiuſmodi, vt præfertur exercuerint, ad illa, vel illorum aliquod contra præſentium tenorem exequenda, & exercenda, inhabiles eſſe, & fore.*

1257 Circa quam Conſtitutionem, adnotandum ſanctiſſimam eam eſſe, cum per vacantiam aliquorum aſſumantur alij ad officia, & aliorum recognoſcantur merita, iuxtà doctrinam D. Thom. 4. *de regim. Prin. cap.8.* vbi *Aſſumendi ſunt Rectores viciſſim in politia, ſiuè Conſules, ſiuè Magiſtratus vocentur, ſiuè quocumque alio nomine, dummodò idonei reperiantur*; & indè vtilitas Religioni adueniat, eum per Ariſtotelem 2. *polit. cap.1.* *Æquale repenſum Ciuitatem conſeruat, quoniam inter liberos, & æquales neceſſarium eſt hoc eſſe, nam omnes ſimul Magiſtratum gerere impoſſibile eſt, ſed per annum, aut aliam præfinitionem, & tempus*; Pax Congregationis ex officiorum diſtributione conſeruetur, vt infrà cum D. Thom. *num.1268.* dicemus; multiplicentur homines ad regimen apti; & auferatur perpetuitas officiorum ab aliquibus alijs, & æquè habilibus nimis doloroſa, vt per omnia eruditè diſſerit Giracus de *regimine Regul. part.3. dub.8. à n.33. & ſeqq.* & *nu.373.* vbi ſuſtinet Regularium regimina ſaltem viciſſim, & ſecundum meritorum proportionem, eſſe hominum pluralitate ſub mortali propaganda.

1258 Quia verò ſuper dicta Conſtitutione dubitatum fuit. Primò. *An caſu, quo non iam in Capitulo generali, ſed tempore intermedio ob mortem, vel defectum electi in Capitulo, quis fuerit electus à Definitorio, poſſit hic in duobus ſubſequentibus Capitulis generalibus eligi, cum hinc taliter electus ſexennium excederet in gubernio per annum & vltrà.* Secundò. *An qui per duo Capitula generalia ſucceſſiuè electus fuit ad prædicta officia, ſed ob renuntiationem, aut aliam cauſam non ea exercuit per integrum ſexennium, ſeu per tempus notabile intra ſexennium, poſſit iterum in tertio Capitulo generali immediatè ſequenti eligi*, & habito ad SS. recurſu, Congregatio ab ipſo deputata reſpondit. *Congregatio nonnullorum S.R.E. Eminentiſſimorum Cardinalium per SS. D. N. Specialiter deputata ad ſupraſcriptas dubitationes infraſcriptum in modum reſpondendum cenſuit, nempe.* Ad primum. *Quatenus electus tempore intermedio exercuerit per annum non completum, tunc poſſe eligi in duobus ſequentibus Capitulis; ſecus autem ſi per annum integrum.*

Ad ſecundum. Negatiuè. Romæ 6. Aprilis 1673.

F. Card. Brancatius. A. Arch. Epiſc. Lyc. Secr.

Vndè patet præfatam inhabilitatem afficere non ſolum eos, qui electi fuerunt ad aliquod ex enarratis officijs in duobus immediate ſuccedentibus Capitulis generalibus, ſed etiam eos, qui extrà tempus Capituli generalis, hoc eſt tempore intermedio fuerint electi a Definitorio dũmodo eo tempore intermedio per annum integrum exercuerint tale munus. Vbi item duo aduertenda. Alterum: per annum integrum non intelligi annum integrum mathematicè conſtantem 365. diebus, ſed totum illud tempus quod à Definitorio annuali ſecunda, vel tertia Dominica poſt Paſcha celebrari ſolito vſque ad aliud ſubſequens ſimile Definitoriũ intercedit, eo modo, quo per triennium, de quo ibi Vrbanus intelligitur tempus, quod ab vno Capitulo generali ad alterũ ſubſequens excurrit; vt in ſimili Sanctorus à Melfi in *Statut. Minor. cap.8. ſtatut.37. q.10. §. Tertiò.* Alterum: habere locum præfatam diſpoſitionem ſiuè in ſecundò, ſiuè in tertiò triennij anno fuerit quis electus a Definitorio in Prælatum, & per annum munus illud exercuerit; & ſic electum in vno Capitulo generali ad aliquod officium ex aſſignatis, ſi vlterius per annum, ſiuè primum, ſiuè ſecundum, ſiuè tertium ſubſequentis, aut antecedentis immediatè triennij aliquod ex eiſdem via electionis exercuerit, inhabilem eſſe, vt eligatur in ſubſequenti triennio,

pior originis defectus maior requiratur cauſa. Mirand. *ibid.* Portell. *in dub. regul. verb. illegitimus. n.* 11. Peyrin. *ibid. nu.* 145. Lezan. *t.* 1. *p.* 2. *cap.* 12. *n.* 21. Pellizzar. *in manual. tract.* 9. *cap.* 8. *n.* 100. Murga *ibid. n.* 831. Caſu verò, quod à Definitorio quis illegitimus ſcienter, & iuſta de cauſa promoueatur nullo tamen facto diſpenſationis verbo, nulla alia eſset neceſsaria formalis diſpenſatio, quia poſitis facultate diſpenſandi, illegitimatis notitia, & motiuo rationabili, cenſeretur eo ipſo diſpenſatus. Sylueſt. *verb. diſpenſat. q.* 15. Bellamer. *in cap. veniens n.* 11. *&* 19. *de filijs Presbyter.* Suarez. *de cenſur. diſp.* 41. *ſect.* 3. *à n.* 4. *& de leg. lib.* 6. *cap.* 13. *n.* 23. Maiolus *de irregularit. lib.* 3. *cap.* 24. *n.* 14. *& lib.* 4. *cap.* 10. *n.* 3. Portell. *ibid. n.* 7. Lezan. *t.* 1. *p.* 1. *cap.* 18. *n.* 63. etiam pro foro externo, vt cum Sanchez, Suarez, & Lauor. Murga *loc. ſup. n.* 828. Lezan. *d. n.* 63. *& p.* 2. *d. cap.* 12. *n.* 21. Paſſerin. *n.* 303. A Spiritu S. *in director. tract.* 4. *diſp.* 8. *n.* 64.

1253 Secundò eos non poſſe eligi, qui à S. Inquiſitionis Officio, quocunque genere pęnæ, vel pænitentiæ (exceptis ſalutaribus, quæ ſcilicet extraiudicialiter imponuntur, & priuatim complentur, vt ieiunia, diſciplinæ, orationes &c.) fuerunt affecti. Sanctarell. de *hære. cap.* 33. *n.* 6. cum alijs, quos referunt Peyrin. *d. cap.* 5. *n.* 92. Murga *ibid. n.* 862. *&* 863. etiam poſt adimpletam pænitentiam, niſi præciſè à Sancta Sede, vel Sacra Congregatione fuerint habilitati; ſic expreſsè ſtatuente Vrbano VIII. in decreto in Congreg. S. Officij die. 1. *Octobris.* 1626. condito, vt videre eſt apud eoſdē. Quod à fortiori dicendum de abiurantibus etiam de leui. Tamburin. *d. diſp.* 5. *q.* 21. *num.* 67. cum alijs, quos adducit, cum & talis abiuratio ſit ſaltem ratione ſolemnitatis pænitentia grauis, & non tantum ſalutaris, ſed iudicialis per ſententiam impoſita. Donat. *part.* 3. *tract.* 5. *q.* 23. Carena *de S. Officio p.* 3. *tit.* 12. §. 4. Selleles. *l.* 5. *cap.* 2. *n.* 18. *&* 22. Paſſerin. *eod. cap.* 25. *nu.* 100. *&* 101. niſi ſpontaneè comparuerit, quia tali caſu abiuratio etiam de vehementi non cenſetur pæna. Idem *num.* 102. Et ità tenendum, licet contrarium mordicus ſuſtineat Iulius Caponus *in diſcept. forenſ.* 95. *à num.* 50. *& ſeq.* magis ſiquidem credendum prædictis DD. vt pote S. Inquiſitionis Miniſtris, & conſequenter de hoc puncto magis edoctis.

1254 Tertiò, Illiteratos *cap. cum in cunctis. cap. Dudum. de electione, & cap. quamuis. de ætat. & qualit. præf.* & ideò eligendi in Prælatos ea ſaltem ſcientia pollere debent quæ neceſſaria eſt ad ſuum munus per ſe ipſos obeundum. D. Thom. 1. 2. *q.* 76. *art.* 2. *in corp. & in addit. ad* 3. *p. q.* 36. *art.* 2. Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 12. Peyrin. de Prælat. *q.* 2. *cap.* 2. *n.* 11. latè Murga. *à nu.* 960. *& ſeq.* ſecus tam electores, quam electi peccarent, illi taliter ignorantem eligendo; iſti, permittendo ſe eligi, vt cum Innoc. *in d. cap. cum in cunctis.* Miranda *tom.* 2. *q.* 4. *art.* 2. Sigiſmund. *dub.* 63. Lauor. *d. cap.* 16. *n.* 21. Caſtellin. *cap.* 9. *n.* 27. Paſſerin. *d. cap.* 25. *n.* 17. *& ſeq.* eſſetque electio nulla, & ipſi electi tenerentur renuntiare ex Diaz. in *prax. cap.* 25. *n.* 6. Nauarr. in *cap. ſi quando. de reſcript. except.* 16. Leſſ. de *iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 24. *nu.* 127. Peyrin. *ibid. nu.* 14. & Murga. *nu.* 967. vbi, ad hunc effectum penitus illiteratum eum eſſe, qui & ſi ſciat legere, ſcribere, latinèque loqui, non habet tamen ſcientiam à iure requiſitam pro tali munere, ſeù qui neſcit, quæ ſunt neceſſaria, vt ſuo muneri ſatisfaciat. Paſſerin. *ibid. n.* 50. Ex quo patet non ſolum, quam parum tuti in conſcientia ſint, qui Prælaturas cum cura animarum vix grammaticam callentes, & Prouincialatum quandoque, aut Definitoratum quid iuris prorſus ignorantes exercent: Sed quam grauius peccent eligentes, cum defectus ſcientiæ maior cenſeatur quam defectus ex delicto, ac etiam ex homicidio; Vndè Innoc. in *cap. cum noſtris. de conceſſ. præb.* ſentit electionem factam de homicida non eſſe ipſo iure nullam, ſicut factam de illiterato, quia cum defectus ſcientiæ tollat potentiam ad benè agendum, & conſequenter ad legitimum vſum officij, reddit incapacem officij incapacitate maiori, quam ſit illa, quę ex delicto, quod non tollit potentiam ad benè agendum. Paſſerin. *ibid. n.* 54. *fin.*

1255 Quartò infirmos, ſeù valetudinarios, ſeù quocumque corporis defectu laborantes, ità quod nequeant ea de cauſa ſuum munus decenter exercere ex *tot. tit. de Cleric. ægrot. & ex cap. niſi cum pridem.* §. *alia verò. de renuntiat.* vbi Barboſ. *n.* 1. *&* 7. Concil. Trid. *ſeſſ.* 22. *cap.* 4. *de reformat.* Comitol. *lib.* 6. *reſp. moral. q.* 64. *num.* 2. Peyrin. *ibid. cap.* 4. *num.* 2. & expreſsè ex decretis Clem. VIII. *de reform. Regul.* §. 36. Paſſerin. *n.* 322. *&* 326. ac etiam iuxtà diſpoſitionem Capitulorum generalium, à quibus prohibita electio eorum in Prælatos, qui actibus communibus intereſſe non poſſunt, & eis conformari; adeòque cum his impedimentis electos teneri renuntiare in conſcientia, eo quod ſuo muneri ſatisfacere nequeant, cum D. Thom. 2. 2. *q.* 185. *art.* 4. Flamin. Pariſ. de *reſignat. benefic. lib* 5. *q.* 6. *num.* 9. Suarez. *in* 3. *p. tom.* 5. *diſp.* 51. *ſect.* 12. *n.* 17. Peyrin. *ibid. num.* 3. Murga *loc. ſup. num.* 898. ſecus verò ſi poſt electionem ſuperuenerit ægritudo; quo caſu neque poterit inuitus priuari *ex cap. penult. & ultim. de Cleric. ægrot. & cap. ſcripſit mihi,* & alijs pluribus. 7. *q.* 1. Aſcan. Tambur. *d. tom.* 1. *diſp.* 5. *q.* 21. *n.* 47. Peyrin. *ibid. n.* 23. Paſſerin. *nu.* 332. Quod obſeruandum & à nobis; licet enim Conſtitutiones *p.* 4. *cap.* 22. *nu.* 1. ſic diſponant: *Superior quicumque Congregationis ab officio deponatur, ſi ob ægritudinem, aut aliud quoduis impedimentum officio ſuo inutilis fuerit;* cum tamen id non obſeruetur, niſi præuia talis Superioris renuntiatione, ad quam poteſt cogi. Lezan. *tom.* 2. *verb. Prælatus n.* 3. qui eſt modus procedendi longè diuerſus à depoſitione, ſignum eſt, quod ſtatutum intelligendum ſit de depoſitione eius, qui cum tali impedimento electus fuerit: non verò eius, cui poſt electionem morbus ſuperuenerit, cohærenter ad S. Canones,

ſeu

Digitized by Google

ſeu ius commune, vt dictum eſt, ſecundum quod interpretanda ſunt ſemper quantum fieri poteſt ſtatuta, ſeu leges ſpeciales. Menoch. *de arbitr. caſ.321. n.13.* ſeu ſtrictè intelligenda, vt minus corrigant ius commune. Maſcard. *de interpretat. ſtatutor. concl.* 12. Iulius Caponus *tom.1. diſcept. forenſ. diſcept.37. num.26.* Iacob. Pignatell. *conſult. canonic. t.4. conſul.36. n.33.*

DVBIVM IX.

De ineligibilitate ex capite vacantiæ.

1256 VAcare quis dicitur, ex eo quod certo tempore officijs functus nequeat iterum ad eadem eligi. Et ſic requiritur etiam ad validitatem electionum, quod eligendi non ſint voce priuati ſiue per ſententiam, ſiue, ex eo quod prohibeantur eligi pro eo tempore, vt apud nos ſunt illi, qui per duo Capitula generalia fuerunt in Prælatos electi; nam pro tertio Capitulo, & ſubſequenti triennio ſunt voce paſſiua priuati, & nequeunt eligi; ſic ſtatuente Vrbano VIII. per litteras incipien. *Circumſpecta Romani Pontificis*. die 18. *May*. 1635. vt in noſtris litteris Apoſt. *litter.14.* ibi: *Statuimus, & ordinamus, vt qui ſpatio temporis, quo quatuor immediatè antecedentia Capitula generalia celebrata fuere, ad quæcumque officia Religionis, tam generalia, Vicarij ſcilicet Generalis, Procuratoris Generalis Definitorum, vel Viſitatorum Generalium, quam etiam prouincialia, ſeu conuentualia, Prouincialatus nimirum, vel Prioratus, aut aliquod eorum electus fuerit, dictaque officia, vel aliquod eorum ſucceſſiuè, etiam ſi non vnum ſemper, & continuò, ſed diuerſa illorum, vel plura etiam diuerſo tempore per dictum ſpatium exercuerit, & adminiſtrauerit, non poſſit in Capitulo generali propediem celebrando, nec ſubindè per triennium immediatè ſubſequens ad aliquod ex præfatis officijs eligi, ſed quoad ea omnia, & ſingula voce paſſiua dicto tempore careat, ac Deo, & animæ ſuæ vacet. In poſterum verò qui ſpatio duorum Capitulorum generalium ſucceſſiuè ad præfata officia, vel eorum aliquod electus fuerit, in tertio Capitulo generali, ac per triennium immediatè ſubſequens, ad nullum ex eis officijs, vel aliquod illorum eligi poſſit, ſed voce paſſiua dicto tẽpore quoad ea omnia careat, ac Deo pariter, & animæ ſuæ vacet. Decernentes, omnes, & ſingulos, qui officia huiuſmodi, vt præfertur exercuerint, ad illa, vel illorum aliquod contra præſentium tenorem exequenda, & exercenda, inhabiles eſſe, & fore.*

1257 Circa quam Conſtitutionem, adnotandum ſanctiſſimam eam eſſe, cum per vacantiam aliquorum aſſumantur alij ad officia, & aliorum recognoſcantur merita, iuxtà doctrinam D. Thom. 4. *de regim. Prin. cap.8.* vbi *Aſſumendi ſunt Rectores viciſſim in politia, ſiuè Conſules, ſiuè Magiſtratus vocentur, ſiuè quocumque alio nomine, dummodò idonei reperiantur*; & indè vtilitas Religioni adueniat, cum per Ariſtotelem 2. *polit. cap.1. Æquale repenſum Ciuitatem conſeruat, quoniam inter liberos, & æquales neceſſarium eſt hoc eſſe, nam omnes ſimul Magiſtratum gerere impoſſibile eſt, ſed per annum, aut aliam præfinitionem, & tempus*; Pax Congregationis ex officiorum diſtributione conſeruetur, vt infrà cum D.Thom. *num.1268.* dicemus; multiplicentur homines ad regimen apti; & auferatur perpetuitas officiorum ab aliquibus alijs, & æquè habilibus nimis doloroſa, vt per omnia eruditè diſſerit Giraeus de *regimine Regul. part.3. dub.8. à n.33. & ſeqq.* & *nu.373.* vbi ſuſtinet Regularium regimina ſaltem viciſſim, & ſecundum meritorum proportionem, eſſe hominum pluralitate ſub mortali propaganda.

1258 Quia verò ſuper dicta Conſtitutione dubitatum fuit. Primò. *An caſu, quo non iam in Capitulo generali, ſed tempore intermedio ob mortem, vel defectum electi in Capitulo, quis fuerit electus à Definitorio, poſſit hic in duobus ſubſequentibus Capitulis generalibus eligi, cum hinc taliter electus ſexennium excederet in gubernio per annum & vltrà.* Secundò. *An qui per duo Capitula generalia ſucceſſiuè electus fuit ad prædicta officia, ſed ob renuntiationem, aut aliam cauſam non ea exercuit per integrum ſexennium, ſeu per tempus notabile intra ſexennium, poſſit iterum in tertio Capitulo generali immediatè ſequenti eligi*, & habito ad SS. recurſu, Congregatio ab ipſo deputata reſpondit. *Congregatio nonnullorum S.R.E. Eminentiſſimorum Cardinalium per SS. D. N. Specialiter deputata ad ſupraſcriptas dubitationes infraſcriptum in modum reſpondendum cenſuit, nempe.* Ad primum. *Quatenus electus tempore intermedio exercuerit per annum non completum, tunc poſſe eligi in duobus ſequentibus Capitulis; ſecus autem ſi per annum integrum.*

Ad ſecundum. Negatiuè. Romæ 6. Aprilis 1673.

F. Card. Brancatius. A. Arch. Epiſc. Lyc. Secr.

Vndè patet præfatam inhabilitatem afficere non ſolum eos, qui electi fuerunt ad aliquod ex enarratis officijs in duobus immediatè ſuccedentibus Capitulis generalibus, ſed etiam eos, qui extrà tempus Capituli generalis, hoc eſt tempore intermedio fuerint electi à Definitorio dumodo eo tempore intermedio per annum integrum exercuerint tale munus. Vbi item duo aduertenda. Alterum: per annum integrum non intelligi annum integrum mathematicè conſtantem 365. diebus, ſed totum illud tempus quod à Definitorio annuali ſecunda, vel tertia Dominica poſt Paſcha celebrari ſolito vſque ad aliud ſubſequens ſimile Definitoriũ intercedit, eo modo, quo per triennium, de quo ibi Vrbanus intelligitur tempus, quod ab vno Capitulo generali ad alterũ ſubſequens excurrit; vt in ſimili Sanctorus à Melfi in *Statut. Minor. cap.8. ſtatut.37. q.10. §. Tertiò.* Alterum: habere locum præfatam diſpoſitionem ſiuè in ſecundò, ſiuè in tertiò triennij anno fuerit quis electus à Definitorio in Prælatum, & per annum munus illud exercuerit; & ſic electum in vno Capitulo generali ad aliquod officium ex aſſignatis, ſi vlterius per annum, ſiuè primum, ſiuè ſecundum, ſiuè tertium ſubſequentis, aut antecedentis immediatè triennij aliquod ex eiſdem via electionis exercuerit, inhabilem eſſe, vt eligatur in ſubſequenti trien-

nio,& per triennium debere ab eiſdem vacare.

1259 Putant hic aliqui præfatam inhabilitatem afficere & illos, qui electi ſunt in duobus Capitulis, vt ſupra, licet ſubindè non exercuerint, aut quia renuntiauerint, aut alia de cauſa, cum non videatur quoad hoc prout in reſponſione ad ſecundum, requiri à S. Congregatione exercitium. Quod idem ſentiendum dicunt de eo, qui electus tempore intermedio eũ exercitio per annum, ſi poſteà in ſubſequente Capitulo electus, primo, vel ſecundo anno renuntiauerit, propter eamdem rationem, quod in electis in Capitulo generali, non requirat S. Congregatio ad effectum vacandi, exercitium, ſicuti requirit in electo tempore intermedio, ſed ſolam electionem, vt dignoſcitur ex eiuſdẽ S.Congregat. reſponſione, cohærenter ad diſpoſitionem Vrbanam *verſ. in poſterum verò*, vbi electos in duobus Capitulis prohibet eligi in tertio, nullo facto exercitij verbo.

1260 Verum quoad hæc tenendum, Sacræ Congregationis ſenſum non eſſe, quod electi in duobus Capitulis inhabiles ſint, vt eligantur in tertio ob ſimplicem, licet reiteratam præcedentem electionem etiam ſi non exercuerint officiũ; tum quia nec hoc intendit Vrbanus VIII. cum præfatum exercitium expreſsè requiſierit, *Decernentes omnes, & ſingulos, qui officia huiuſmodi, vt præfertur exercuerint*: tum quia S. Congregatio in reſponſione ad ſecundum locuta eſt de eo, qui electus in duobus Capitulis, non exercuit officium per totum triennium, ſed per aliquod notabile tempus, ſiue quia renuntiauerit, ſiue ob aliam cauſam manſerit ſine exercitio, vt conſtat ex ſecundo quæſito; adeoque & de eo, qui per maiorem triennij partem exercuit officium; & ſic nullo modo dicendum intendiſſe S.Congregationem, electum in duobus Capitulis, ineligibilem eſſe in tertio ob ſimplicem præfatam electionem præciſo exercitio. Et habetur ex fine, ſeu intentione diſpoſitionis Vrbanæ; cum enim fuerit, vt taliter electi *Deo, & animæ ſuæ vacent*, clarè dignoſcitur, ſupponi officiorum exercitium; cum per ſolam electionem ſine exercitio non ſupponantur diſtracti à Dei, & animæ ſtudio, taliter quod, vt ijſdem incumbant, indigeant vacatione. Quarè verum non eſt, quod electus tempore intermedio, v.g. vltimo primi triennij anno, & qui per id temporis aliquod ex dictis muneribus exercuerit, ſi interim electus in ſubſequenti Capitulo, initio ſcilicet ſecundi triennij, & poſt annũ renuntiauerit, nequeat poſteà eligi in Capitulo generali tertij triennij; cum hic ad ſummum decurſu integri præcedentis ſexennij Prælaturam, ſiuè officium aliquod per biennium tantum exercuerit. Et ad ſummum ille erit ineligibilis in Capitulo generali tertij triennij, qui per quatuor annos in præcedente ſexennio aliquo ex prædictis muneribus functus fuerit. Colligitur ex ſuprapoſitis S. Congregationis reſolutionibus; nam in prima ad præfatæ vacationis effectum apertè ſupponit quatuor annos exercitij in vacaturo; & in ſecunda, dum vult, quod electus in duobus Capitulis nequeat eligi in tertio, etiam ſi *per aliquod tempus notabile* (quod vnum, aut ad ſummum duos annos importat) non exercuerit; quo bene dignoſcitur ſupponi à S.Congregatione, quod reliquo tempore, hòc eſt ſaltem per annum ſecundi triennij fuerit in alicuius officij exercitio.

1261 Dubitari etiam poteſt, ad quæ officia ſe extendat præfata inhabilitas; an ſcilicet, qui per duo triennia functus eſt aliquo ex enumeratis muneribus, poſſit in ſubſequenti triennio, aut in Commiſſarium ſiuè Generalem, ſiuè Prouincialem (loquor de Commiſſario Viſitatore) aſſumi, aut etiam in Vicarium alicuius conuentus, vel Præſidentem eligi? Et videtur ex vna parte poſſe, neque ad hæc munera eam inhabilitatem ſe extendere; cum officia, ſuper quæ cadit prohibitio, ſint ibi expreſſa, ſcilicet Vicarij Gener. Procuratoris, Definitorum, Viſitatorum Generalium, Prouincialiũ, & Priorum; vndè ſequitur non prohiberi electionem quoad alia non ibi expreſſa; lex enim id noluiſſe præſumitur, quod non expreſſit, cum facilè exprimere potuiſſet. *cap. ad audiendam. §. mandamus.* vbi Gloſſ. *verb. intelligeremus. de decimis.* Menoch. *conſ. 30. n. 8.* Murga *in diſquiſit. moral. & Canon. t. 2. diſq. 11. dub. 2. n. 14.* Additur talem eſſe obſeruantiam: quandoquidem talia munera ſcio quandoque quóſdam exercuiſſe eo tempore, quo vacare debebant.

1262 Ex altera verò videtur, quod neque ad præfata Commiſſarij, & multo minus Vicarij (intellige in capite) officia poſſit aſſumi quis tempore vacationis reſpectiuè, vel eligi; cum namque in omni diſpoſitione attendenda ſit potius diſponentis mens, quam verba. *Cap. in his. de verb. ſignific. l. non aliter. ff. de legatis. 3.* Genuenſ. *in practicabilib. Eccleſiaſt. q. 144. n. 3.* Surd. *conſ. 35. n. 14.* ſeù & ea, quæ comprehenduntur ex mente legiſlatoris potius, quam ex verbis. Vidal. in *Arc. Vit. tit. de duell. inquiſit. 5. num. 29.* Murga *diſquiſit. Paſtoral. de iur. Prioris annex. n. 17.* & Summus Pontifex intenderit vacantiam à præfatis officijs, vt qui per duo triennia illa exercuit, Deo, & animæ ſuæ vacet in tertio triennio; videtur vtique intenta vacantia & à dictis Commiſſarij, & Vicarij muneribus, à quibus vtique impeditur, ſicuti & à ſupradictis officijs, vacare Deo, & animæ; Et vbi eſt eadem ratio, eadem eſt & iuris diſpoſitio *ex l. illud. ff. ad legem Aquiliam, & alijs pluribus* Barboſ. *axiom. 197. n. 3.* vbi *n. 7.* quod vbi eadem ratio, eadem & ſit lex non extenſiuè, ſed comprehenſiuè. Præterquamquod ex identitate rationis legem extendi poſſe tradit Barboſ. ad *cap. inter corporalia. n. 9. de translat. Epiſcop.* cum Villagut. *tract. de extenſ. leg. prælud. 22.* Gutier. *practic. lib. 3. q. 17. à n. 75.* Surd. *conſ. 302. n. 14. & 22.* cum quibus, & alijs multis repetit *in cap. cum dilecta. n. 2. de confirmat. vtil. vel inutil.* Etiam ſi pænalis, dummodò lata principaliter in fauorem animarum, cum tunc ſit fauorabilis. Couar. *in cap. Alma mater. p. 2. § 4. n. 7. verſ. tertio. & lib. 1. var. cap. 11. n. 5.* Genuenſ. *ibid. q. 541.* Sanchez *de matrim.*

trim.lib.1.diſp.39.n.5. Barboſ. *in cap. ſciant cuncti. de elect. in 6.n.9.&* 10. Del Bene. *de immunit. Eccleſ.p.2.cap.14.dub.18.ſect.14.n.21.* Murga in *conſtit. Apoſt. conſtit.6. n.527.* Non eſt autem difficultas, quod præfati Commiſſarij eadem faciant, quæ P. Vicarius generalis, vel Prouinciales committentes, ſicuti & Vicarius Conuentus in capite, qui eſt verus Prælatus, & dempto nomine habet facultatem Prioris; adeòque & horum officia, vel ſub ea prohibitione comprehenſa, vel ad ea extendenda prohibitio.

1263 Et quoad Vicarium in capite, vel Pręſidentem, certum mihi videtur, cum differant in iuriſdictione à Prioribus ſolo nomine, & Religioſorum numero; & in his quandoque maior ſollicitudo, & diſtractio conſideretur, & neceſſaria ſit, quam in quolibet Priore; vnde videtur tale officium non poſſe compati cum fine intento ad Vrbano VIII. vacandi ſcilicet Deo, & animæ non minus, ac Prioratus; ac proptera eadem de cauſa prohibitus; ni contrà iuris formam admittere velimus, licere vna via, quod prohibitum eſt alia. Quoad Commiſſariatum verò facit pro eius excluſione ſequens S. Congregationis ſuper ſtat. Epiſc. & Regul. ad hunc ſupplicem libellum reſponſio.

Eminentiſsimi, & Reuerendiſsimi DD. Procurator Generalis Eremitarum Diſcalceatorum S. Auguſtini VV. EE. exponit, qualiter in duobus vltimis Capitulis generalibus dictæ Congregationis decretum fuit, quod deficientibus, aut quomodolibet impeditis Prouincialibus, in Prouinciæ gubernium vſque ad nouam Definitorij prouiſionem ſubintret Prouincialis de proximo abſolutus; & eius defectu, Prouincialis ad illum ſeù eius anteceſſor; & deficientibus Prouincialibus abſolutis, ſubintrent vt ſupra in Prouincia Romana Prior Conuentus Ieſu Mariæ, & eo deficiente Prior Conuentus S. Nicolai: in alijs verò Prouincijs Priores duorum Conuentuum prouincialium prout &c. Inſuper, quod in litteris Apoſtolicis Vrbani VIII. incipient. Circumſpecta &c. pariter decernitur, quod qui ſex annorum ſpatio, prout in dictis litteris gubernauerint, debeant ſubſequenti triennio vacare ab officijs ibi expreſſis, & voce paſſiua carere. Cum autem ob mortem Prouincialis Romanæ Prouinciæ oriatur dubium, an dictæ Prouinciæ gubernium ad Prouincialem de proximo abſolutum deuoluatur, aut ad eius anteceſſorem, licet tam ille vigore præfatarũ litterarum Apoſtolicarum, quam iſte vigore alterius decreti Capituli generalis, debeant ambo vacare; cum videatur poſſe hic conſiderari, quod tam enarrata Vrbani diſpoſitio, quam præfatum decretũ intelligi debeant de vacatione ab officio per viam electionis aſſequendo, non verò per ſubrogationem, & quaſi continuationem virtute primæ electionis; eo magis cum agatur de ſubrogatione veluti momentanea, vſque ad Definitorij prouiſionem, quæ ordinariè loquendo ſequitur immediatè, & abſq; dilatione: An verò excluſis proximioribus Prouincialibus abſolutis, qui vacare debent, vt præfatum eſt, deuoluatur Prouinciæ gubernium ad alterum Prouincialem illis proximiorē, qui dictæ vacationi non ſubiaceat. Supp. EE. VV. declarare, & prouidere prout &c. Sacra Congregatio Em. S.R.E. Cardinalium negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita &c. Attentis narratis, ac audito Eminentiſs. Pallotto Ordinis huiuſmodi apud hanc S. Sedem Protectore, cenſuit loco memorati Prouincialis præmortui vſque ad nouam electionem per Definitorium faciendam, Prouinciæ gubernium deuolui, & ſpectare ad Prouincialem abſolutum antè alios duos ex Prouincialibus, qui modò ex diſpoſitione Breuis. S.M. Vrbani VIII. & decreti Capituli generalis eiuſdem Ordinis vt aſſeritur, vacant; Saluis tamen iuribus, ſi quæ dictis Prouincialibus abſolutis, aut eorum alteri competant, ſiuè competere poſſint; ac proindè ità præmiſſis declarat, ac decernit, & ſeruari mandat, ac præcipit, contrarijs quibuſcumque non obſtantibus. Romæ die 20. Auguſti 1660.

M. Card. Ginettus. *Locus ✠ Sigilli.*

A. de Vecchijs Epiſc. Secr.

Facit inquam dicta declaratio ad excluſionem Commiſſariatus; Si enim Sacra Congregatio declarauit Prouincialem pręteritum, cui competat vacare ab officio Prouincialatus vigore Vrbanæ diſpoſitionis, non poſſe nec per interim ſubintrare ad gubernium Prouinciæ; idem vtique dicendum de eo, qui ex eodem titulo vacare debet, quod ſcilicet nequeat pro eo tēpore Commiſſarius inſtitui. Nec video diſparitatem, aut maiorem rationem. Quarè, non reprobando tamen præfatam conſuetudinem ſi tamen adſit, & legitimè introducta ſit, quod mihi non conſtat, eiuſdem S. Congregationis declarationem exoptarem.

1264 Eſt hic etiam obſeruandum, quem ex vacantibus non poſſe intrà triennij decurſum, neque ad paucos dies loco alterius ſubſtitui, cum ſuper hoc, quando opus fuit ſupplicata fuerit pro opportuna diſpenſatione Sacra Congregatio, cuius duo ſequentia reperio decreta, emanata ad effectum, vt quis ex vacantibus poſſet loco Definitoris abſentis ſubſtitui.

S. Congregatio EE. S. R. E. Card. negotijs, & conſult. Epiſcoporum, & Regul. præpoſita &c. Attentis narratis, & ne dictæ electiones præfatorum Priorum diutius in detrimentum monaſteriorum differantur, Oratorum pracibus, vt ad hunc effectum ſolummodò, & non aliàs, prænominatus F. Ianuarius à Ieſu Maria in vocalem Congregationis propterea celebrandæ loco Definitoris Prouinciæ Neapolis nunc exiſtentis extrà Vrbem infirmitate, ſiuè alia iuſta cauſa detenti, ſubrogari, & admitti poſſit, quamuis per integrum triennium iuxtà diſpoſitionem Breuis fel. record. Vrbani VIII. ab officijs Prouincialatus, & Definitoris non vacauerit, benignè indulſit, eiuſdem Breuis tenore, cæteriſque contrarijs quibuſcumque &c. aliàs in ſuo robore permanſuris, minimè obſtantibus. Romæ. 6. Decembr. 1658.

M. Card. Ginettus. *Loc. ✠ Sigilli.*

E. Epiſc. Camerin. Secr.

Sacra Congregatio EE. S.R.E. Card. negotijs, & conſult. Epiſc. & Regul. præpoſita &c. Attentis narratis, & ne Religioſorum huiuſmodi negotia ob præmiſſam duorum Definitorum abſentiam diutius, quam expedit, protrahantur, ſiuè detrimentum aliquod patiantur, Oratorum precibus, vt ad ea, quæ de præſenti emergere dicuntur, ac durante prædicta duorum

mine, alias nulla eſſet electio. *Cap. cum Dilectus de cõſuetud.* ibi Barboſ. *n.* 12. *& de iur. Eccleſ. vniu. d. cap.* 19. *n.* 58. Ricciul. *eod. lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 9. Et non ſit interdictus *cap. cum inter de elect.* Lauorius de *elect. cap.* 15. *n.* 67. Barboſ. *ibid. n.* 62. Ricc. in *prax. p.* 4. *reſol.* 42. *n.* 13. Pet. Greg. de *elect. cap.* 7. *n.* 9. quæ omnia impedimenta eſt his verbis *d. cap.* 1. *n.* 3. complexa Conſtitutio *Nullus præterea excommunicatus, irregularis, ſuſpenſus, aut interdictus, ſeu quauis de cauſa inhabilis eligat, aut eligatur.*

1239 Super quibus aduertendum, quoad excommunicatum, ea militare de excommunicato non tolerato, ſcilicet, aut nominatim denuntiato, aut publico Clerici percuſſore. Tamburin. de *iur. Abb. tom.* 1. *diſp.* 5. *q.* 8. *nu.* 12. *& ſeq.* Lezan. *tom.* 1. *p.* 1. *cap.* 15. *nu.* 5. Barboſ. *d. cap.* 19. *n.* 56. vbi, quod è contra eligente inter alios excommunicato tolerato electio ſit valida, etiam ſi id ſciant alij electores, cum ipſi non teneantur eum euitare per *extrauag. Ad euitanda*. Sigiſmund. à Bonon. de *elect. dub.* 66. *num.* 10. Suarez. *ead. diſp.* 14. *ſect.* 2. *num.* 18. Peyrin. *d. nu.* 15. Murga ad *Conſtit.* 6. *num.* 471. dummodò quis eorum ante electionem non oppoſuerit. Paſſerin. *ibid. num.* 66. *&* 77. licet peccaret ipſe excommunicatus eligendo. Suarez *eod. num.* 18., & *de Relig. tom.* 4. *tract.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 9. Murga. *ibid.* Paſſerin. *loc. cit. nu.* 84. nam ſi quis ante electionem oppoſuerit, erit certè excludendus. Peyrin. *ibi nu.* 16. & Paſſerin. *d. n.* 84., & apud nos declaratiuè à Iudicibus cauſarum, & executiuè à Præſidente. Dixi ante electionem, quia ſi exceptio detur poſt electionem, de ea non curandũ, cum exceptio inueniat electionem iam validè celebratam; Et ita Suarez *d. ſect.* 2. *n.* 18. Sigiſmund. *loc. ſup. n.* 11. Peyrin. *ibid.* & Paſſerin. *à n.* 78.

1240 Idem dicendum quoad irregularitatem, nempe habere locum in irregulari denuntiato, & non tolerato vigore eiuſd. *extrauag. Ad euitanda*. Peyrin. *d. n.* 48. *fin.* Alphonſ. de Leon. *recoll.* 3. *de cenſ. n.* 98. Donatus. *d. q.* 9. *n.* 3. Paſſerin. *eod. cap.* 10. *nu.* 106. ſicut & quoad interdictum, quod ſcilicet procedat de interdicto pariter denuntiato, eo modo quo de excommunicato propter eamdẽ *Extrauag.* Sà in *aphor. verb. interdictum nu.* 3. Peyrin. *ibid. num.* 42. Paſſerin. *nu.* 100. vbi, quod tamen peccaret interdictus immiſcendo ſe electioni; ac tandem quo etiam ad ſuſpenſum, quod ſimilitèr intelligatur de non tolerato, ſeu nominatim denuntiato, & declarato, vt cum Suarez. Filiuc. Henriq., & Bonacina, Peyrin. *ibid. nu.* 33. geſta ſiquidem ſuſpenſi tolerati valida ſunt prout de excommunicato tolerato vigore pręfat. *extrauag.* Suarez *loc. ſup. diſp.* 26. *ſect.* 2. *n.* 2. Peyrin. *ibid.* Paſſerin. *cit. cap.* 10. *n.* 96. licet, & ipſe peccaret. Peyrin. *num.* 34. Circa quem eſt vlterius adnotandum, ſenſum eſſe de ſuſpenſo non ab Ordine, cum eligere non ſit actus Ordinis, ſed iuriſdictionis, quod diuerſum eſt. Suarez. de *cenſ. diſp.* 26. *ſect.* 4. *n.* 5. Filiuc. *tom.* 1. *tract.* 17. *cap.* 2. *n.* 25. & ex declaratione S. Congreg. Concil. *ann.* 1628. 22. *Auguſti* Peyrin. *ibid. num.* 35. ſed ab officio (nomine cuius intelligitur omne exercitium clericale. Panormit. *cap. cum ſuper. n.* 4. *de Conſeſſ.*) *d. cap. cum dilectus*, & *cap. cum inter. de elect.* ibi Barboſ. *n.* 4. Hoſtienſ. in *Summ. de elect.* §. *& cui nullo iure n.* 7. Cuch. *inſtit. lib.* 4. *tit. de elect. num.* 122. Lauor. *tit.* 4. *cap.* 15. *nu.* 61., & ab officio abſolutè; non autem ab vno tantum officio, quia ſuſpenſus ab vno actu non eſt ſuſpenſus ab alio. Innocen. in *d. cap. cum dilectus n.* 4. Armilla *verb. electio n.* 4. Sayr. *lib.* 4. *c.* 5. *nu.* 27. & *cap.* 3. *nu.* 15. *&* 18. Sigiſmund. *ibid. dub.* 64. *n.* 3. Vnde Prior v. g. ſuſpenſus tantum ab officio, ſi illi competit ius ſuffragandi in aliqua electione, poteſt in illa ſuffragium ferre, quia ſuſpenſus ab officio non eſt ſuſpenſus à beneficio, vt cum Sanchez. Sigiſmund. Sayr. Samuell. Anton. à Spiritu Sancto in *director. Regul. tract.* 5. *diſp.* 2. *nu.* 29.

1241 Præter hæc autem ſunt alia ex parte electorum requiſita, & ideò ad ea comprehendenda additum in Conſtitutionibus, *ſeu quauis alia de cauſa inhabilis eligat*, ſcilicet quod ſit ſui compos elector; nam amens, ſiue furioſus, ſiue mente captus dicuntur inhabiles ad eligendũ. Nauarr. ad *cap. Si quando. de reſcript. except.* 10. *num.* 5. Mandagot. 1. *p. de elect. cap.* 7. Caſtellin. *cap.* 5. *n.* 57. Sigiſmund. *dub.* 86. *n.* 4. nec præſumendi ſunt tunc ſanæ mentis, & cum lucis interuallo, ſi tunc in capitulo quietè ſe habeant, quia furor ſemel accenſux cenſetur ſemper adeſſe, niſi contrarium probetur. Gloſs. in *verb. compotem. cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſt.* Petrus de Biax. *lib.* 1. *cap.* 15. *nu.* 3.

1242 Secundò quod non ſit voce priuatus, niſi legitimè, & debito tempore appellauerit, quia tunc poteſt eligere, cum appellatio ſuſpendat ſententiam, & eius effectum. *cap. cum venientes. de iure iur.* Suarez. de *Relig. t.* 4. *tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 6. Sigiſmund. *dub.* 90. *nu.* 5. In quo militant & ea, quæ dicta ſunt ſupra, quod non ſit toleratus, ſeù de voce priuato per ſententiam, quia toleratus, ſeu non ſententiatus particularitèr poteſt admitti ad electionem, abſque eo quod inficiatur; Si tamen nullus reclamauerit, propter eamd. *extrauag. ad euitanda* cum reliquis prout ſuprà de excommunicato. Et ità quoad omnia Paſſerin. *d. cap.* 10. *à n.* 127. *& ſeq.* vbi *n.* 134. *fin.* quod nec taliter priuatus teneatur abſtinere à voto ante ſententiam Iudicis declaratoriam ex approbatione S. Congreg. Regul. 1646. 5. *Octobr. &* 1649. 26. *Nouembris.* Nicolius in *Floſcul. verb. pœna num.* 14. Quod idem dicendum de quibuſcumq; prohibitis eligere, de quibus ſtrictim Miranda *d. q.* 23. *art.* 8. cum enim quęcumque huiuſmodi prohibitio ſit quædam vocis priuatio, de omnibus eſt ead. ratio. Paſſerin. *ibid. n.* 140.

1243 Tertiò, quod ſit de corpore illius Collegij, ad quod pertinet electio, ſcilicet vel vnus ex vocalibus ſuprà. *nu.* 1206. reſpectu Capituli generalis, vel Prior, aut Vicarius Conuentus Vicariatus, vel Secretarius prouincialis, aut Diſcretus reſpectu Congregationis prouincia-

lis

lis, vel de familia illius reſpectu Capituli conuentualis; vnde nullus præter ſupradictos poteſt babere vocem in præfatis reſpectiuè Capitulis; nec etiam de conſenſu omnium de Capitulo (vt fieri poſſe admittunt cum Panormit. in *cap. ſcripcum. de elect.* Nauarr. *lib. 5. conſil. de ſimonia conſ.9.* Peyrin. de *ſubdit. q.1. cap.31. §.8. verſ. dico nono.* Pellizzar. *tract.9. cap.8. num.27.*) non ob hanc Concilij Trid. *ſeſſ. 22. de refor. c.4.* diſpoſitionem: *Quicunque in Cathedrali, vel Collegiata ſæculari, vel regulari Eccleſia diuinis mancipatus officijs, & in Subdiaconatus ordine ſaltem conſtitutus non ſit vocem in huiuſmodi Eccleſijs in Capitulo non habeat, etiam ſi hoc ab alijs liberè fuerit conceſſum*, vt indè probant aliqui; cum ibi Concilium intendat ſolum decernere, quod nullus niſi ſaltem Subdiaconus ſit, habeat vocem: non verò, quod admitti non poſſit ſimpliciter quis extraneus; modò ſit Subdiaconus; Quin videtur ſupponi à Concilio, poſſe à Capitulo, quem extraneum admitti, & ideò prohibet in hoc ſpeciali caſu, quo quis non ſit ſaltem Subdiaconus. Sed quia, cum in electione ius eligendi non veniat ex iure eligentium, ſed à Sede Apoſtolica. Barboſ. de *off. & poteſt. Epiſc. parc.1. lib.1. cap.8. n. 64.* Murga in *d. conſtic.6.710.* & in *conſtic. 15. n.7.* nec conſequenter conueniat, niſi cui eadem Sedes conceſſerit. Paſſerin. de *elect. cap.3. n.34. & 35.* & *cap.10. n.27.* teneniq; Suarez *tom.4. de Relig. tract.8. lib.2. cap.4.* Donatus in *prax. rer. regul. p.3. tract. 2. q.15.* vbi, id eſſe contra formam *cap. quia propter de elect.* ex quo babetur, quod electioni interſint ſolum illi, qui debent intereſſe. Palaus *part. 2. tract.13. diſp.2. punct.11. §.1. n.4.* Lezan. *d. cap. 15. nu.4.* Murga *ead. conſtic.6. n.482.* eo magis, quia tota ratio dicentium poſſe admitti, quæ deſumitur ex eo, quod poſſit tota poteſtas eligentium in compromiſſarium transferri, vt in *cap. cauſam de elect.* corruit in præſenti, cum apud nos compromiſſaria electio non habeat locum; & vlterius, quia vocales in Capitulo generali, vel prouinciali ſunt ab Alexandro VII. in incipien. *Militantis Eccleſiæ* prout in Bullar. Congreg. *litt.19.* aſſignati, ſicuti & pro alijs electionibus à Conſtitutionibus ipſis Apoſtolicis *p.3. cap.2. nu.21. & cap.9.* determinati, quo fit, vt non poſſint ad eas alij admitti. Murga *Conſtic.15. n.19.23. & 24.*

1244 Quartò, quod ſit præſens; ſic enim Conſtitutiones *ibid. n.3.* *Nullus in electionibus vocem actiuam habeat, niſi fuerit præſens*; per quod non ſolum infertur ſuffragium per litteras prohibitum, prout in *cap. Si quis iuſto. 46. de elect. in 6. §. abſens*, ſed etiam per procuratorem; nam ſi id poſſet, eſſet abſens, & eligeret, cum per ſe facere videatur, qui per alium facit. Et tandem, quod vnum tantum habeat vnuſquiſque electorum in eadem electione ſuffragium, & excepta electione, in qua fuerit ipſe nominatus, quia tunc ſuffragari prohibetur à Conſtitutionibus *d. nu.3.* ibi. *Nullus etiam plures voces actiuas habeat in eadem electione. Nullus item poſſit ſuffragium ferre in electione, in qua ipſe fuerit propoſitus, vel nominatus*. Quod, quoad ſecundam partem videtur habere locum ſolum in electionibus, in quibus quis ex electoribus nominatim proponitur, vt deducitur ex verbis alijs Conſtitutionum, prout *n.* 1303. nõ autem in alijs electionibus. v.g. generalibus, & ſi de alicuius ex electoribus electione tractetur inter gremiales; cũ in his nemo ſpecialiter nominetur.

1245 Atque ex his omnibus magis elucidãtur, quæ dicta ſunt. *n.*1235. de munere Iudicũ cauſarum, quia excommunicati, irregulares, ſuſpenſi, & interdicti, vel non ſunt tolerati, hoc eſt, ſunt nominatim denuntiati, aut publici clerici percuſſores, vel ſunt tolerati, hoc eſt non nominatim denuntiati; Si primo modo, arcendi ſunt vtique ab electione. Si verò ſecundo, poſſunt, & debent à Iudicibus, admitti, dummodo quis ex vocalibus non opponat; eo magis cum per abſolutionem generalem auferri poſſit pro foro conſcientiæ inhabilitas prouenienss à cenſura etiam publica, parte non opponente, vt vidimus *num.*1216. Dixi, dummodo quis ex vocalibus non oppoſuerit; nam opponente aliquo eſt, vt diximus *n.*1239. excludendus. Sed hoc etiam vbi agatur de oppoſitione pro cenſura, aut vocis priuatione ipſo facto incurrendis, ſeù latæ ſententiæ: non vero vbi de ferenda, quia cum illæ ſolæ impediant electionem, non autem iſtæ Paſſerin *cap.10. n.123.* de illis ſolis poſſunt ipſi Iudices recognoſcere, non vero de iſtis.

DVBIVM VIII.

De requiſitis ex parte eligendorum.

1246 Illam et ex Conſtitutionibus, prout *dub. præced.* requiruntur pro eligendis, quę pro Electoribus, *eligat, aut eligatur*. Qua propter breuiter dicendum excommunicatum excommunicatione maiori eſſe ineligibilem. *cap. Poſtulaſti. 7. de Cleric. excommunic. miniſtran.* & *cap.1. de reſcriptis. in 6.* & electio eſt ipſo iure nulla, & irrita. Peyrin. de *Prælat. q.2. cap.5. n.2.* Ricciull. de *iur. perſon. lib.4. cap.6. n.23.* Barboſ. in *d. cap. Poſtulaſti. nu.13.* & *de iur. Eccleſ. vniu. lib.1. cap.19. n.*118. & communiter DD. ſiue excommunicatio ſit à iure, vel ab homine, ſiue per ſententiam ſpecialem, aut generalem, ſiuè publica, ſiue occulta, ſiue ſciatur ab ipſo excommunicato, & electoribus, ſiuè ignoretur ab vtriſque, ſiue denuntiatus, nec ne, quantumcumque toleratus, & occultiſſimus, quia iura vniuerſaliter inhabilitant excommunicatum; & ideò vniuerſaliter intelligenda; & ignorantia, licet excuſet à culpa, non validat actum irritatum ab Eccleſia. Suarez *t.5. in 3. p. de cenſur. diſp.13. ſect.1. nu 3.* cum pluribus. Ricciull. *ibid. à n.9.* Barboſ. in *d. cap. Poſtulaſti à nu.3. & ſeq.* Paſſerin. de *elect. cap.25. n.445. & 450.* Murga in *Conſtic. Apoſt. ad Cõſtic.6. n.1090. et* 1091. Ampliant, etiamſi excommunicatio ſit iniuſta, dummodò ritè lata. Rebuff. ad *d. c. Poſtul. n.67.* Sayr. de *cenſur. lib.2. cap.5. nu.10.* Lancellot. de *attentat. p.3. cap.*

*cap.*24.*q.*3.*nu.*8. & alij, quos refert, & ſequitur Barbos.*ibid.n.*4.Paſſerin.*ſupr.n.*456. Murga *eod. n.*1090.*fin.* quatenus ſcilicet, cum tunc in foro externo habenda ſit pro valida, ſi talis excommunicatus (ſermo eſt hic de excommunicato ab homine, in quo poteſt contingere iniuſtitia) ſcienter eligatur, eſt electio caſſanda, vt potè facta in contemptum Eccleſiæ, in perſona ſcilicet nominatim vitanda: non verò quod ſit in re ipſo iure nulla; & ideò, ſi iguoranter & bona fide eligatur, & detecta excommunicatione ſimul detegatur excommunicati innocentia, non erit caſſanda, cum non in re, ſed apparenter tantũ fuerit excõmunicatus, & ſine Eccleſię cõtemptu electus. Paſſerin.*ibid.n.*457.*&* 460.

1247 Et hoc intelligendũ de omni electione, quod ſcilicet non teneat electio vlla excommunicati, non ſolum ad Prælaturas: ſed nec etiam ad officia ſiue cura animarum, quia ex *d. cap. Poſtulaſti* excommunicatus eſt extrà omnem Eccleſiaſticam communionem, & propterea inaſſumibilis ad quodcumque munus petens communicationem; hoc eſt neque eligibilis in Diſcretum, aut Magiſtrum Profeſſorum. Peyrin.*ibid.n.*5.& cum Panormit. in *cit. cap. Poſtulaſti n.*1. Murga *ibid.n.*1092.*&* 1093. Ita quod non poſſit illa, obtenta tamen in ſtatu excommunicationis, licite retinere, etiam ſecuta abſolutione ab excõmunicatione, niſi vel denuò ei conferantur, vel cum illo diſpenſetur, vt cũ Suarez.*ibid.n.*2. Ricciull.*loc.ſup. num.*32. & alijs Peyrin.*ibid.nu.*6. & Barbos in *d.cap.Poſtulaſti.n.*10. Quia, cùm electio facta in ſtatu incapacitatis fuerit nulla, non validatur per ſubſequentem abſolutionem, per reg. Innocent. Pap. VIII. in *cap.*18.*de regul.iur.in* 6. Barbos *ibi n.* 5. vbi, id procedere etiam in foro cõſcientiæ ex Vgolin. de *cenſur.tab.*2.*cap.*13.§.6.*n.* 1. Sayr. in *Theſaur, lib.*2. *cap.* 5. *num.* 21. Reginald. in *prax. lib.* 32. *tract.*1.*nu.*48.

1248 Quarè petenda eſt tum abſolutio, tum diſpenſatio, & vtique ante acceptationem, vel ad minus ante poſſeſſionem dignitatis; licet enim, ſi quis eam acceptet in ſtatu excommunicationis non peccet, dummodò habeat animum non exercendi niſi poſt abſolutionem. Henriq. *lib.*13.*cap.*13.§.3. Suarez *ead.diſp.*13.*ſect.*1.*n.*22. Michael. Auton. Frances.*variar.reſol.cap.*41.*nu.* 30. quia non acceptat pro illo ſtatu, in quo eſt excommunicatus, ſed pro illo, in quo erit abſolutus; non poteſt tamen illius poſſeſſionem accipere, niſi ſequuta abſolutione, quia hæc ſinè ſui communicatione fieri nequit, quæ eſt illi prohibita *cap.Cum excommunicatio.*11.*q.*3. Peyrin.*ibid.n.*8. Murga. *n.* 1098. Et quoad abſolutionem petenda eſt ab habente facultatem, ſiuè à Summo Pontifice, ſiue etiam à proprio Prælato, ſi non ſit excommunicatio de reſeruatis. Et quoad diſpenſationem à Papa, non obſtante, quod poſt abſolutionem obtentam etiam à Papa, poſſit Regularis à proprio Prælato diſpenſari ſuper retentione dignitatis, vel Prælaturæ, vt de communi cum Reginald. *loc.ſup.n.* 50. & alijs Peyrin.*ibid.n.*7. Murga *nu.*1096. Paſſerin.*d.cap.*25.*n.*457.*&* 458. quia limitatur hoc in ijs caſibus, in quibus Prælatus poteſt ſe ſolo illas conferre; Et ideò cum apud nos nullus Prælatus, etiam Vicarius Generalis poſſit ſe ſolo conferre dignitatem, aut prælaturam, nec etiam poteſt ſuper illius retentione ipſe diſpenſare. Peyrin.*ibid.* Murga *d.n.*1096. *verſ. limitant tamen*; excepto vbi agatur de Commiſſarijs, aut Vicarijs, quia cum inſtituantur à Prȩlatis ipſis, poterunt ab eis ſuper horum retentione reſpectiuè diſpenſari. Peyrin. *d. n.*7. Quod ſi contingat, non poſſe quem electum in ſtatu excommunicationis (loquor de occulta) huiuſmodi diſpenſationem antè acceptationem, vel nec antè poſſeſſionem abſque ſui proditione petere, ſi excommunicatio ſit talis, vt ex eius manifeſtatione, nec ſcandalum creetur, nec infamia, tenebitur ſe prodere; quando aliter nequeat ab ea acceptanda ſe excuſare: non verò, ſi indè grauis ſui infamia, vel ſcandalum oriatur; hoc enim caſu, cum nequeat aliquo prætextu ſe excuſare, & non teneatur ad ſe infamandum, poterit prælaturam, ſiuè dignitatem recipere, & quam primum abſolutionem, & diſpenſationem petere. Suarez.*d.ſect.*1.*nu.*31. Reginald. *eod.lib.*32.*tract.*1.*nu.*49. Garzia de *benef.p.*7.*cap.*13.*n.*71. Peyrin.*ibid.nu.*6. Paſſerin.*eod.cap.*25.*nu.* 454. Murga.*n.*1095.

1249 Atque hæc militant de excommunicato occulto abſente, ſi contingat quem eligi in Capitulo generali, quia cum, vt dictum eſt *nu.* 1216.*fin.* illi non proſit abſolutio, quæ datur antè electiones, ad effectum tollendi inhabilitatem, etiam eligendorum, vt exemplo clauſulæ *Teque abſoluentes* in Pontificis conceſſionibus tradit Peyrin.*d.cap.*5.*n.*9. tenetur petere tum abſolutionem, tum diſpenſationem: ſi verò fuerit de præſentibus in Capitulo, tenetur ratione reincidentiæ petere tantum abſolutionem ab excommunicatione antè poſſeſſionem prælaturæ vel dignitatis, & non diſpenſationem, cum valida fuerit electio facta eo tempore, quo beneficio præfatæ abſolutionis ſuſpenſiuæ impedimenti erat ſublata inhabilitas, vt in ſimili de ſuſpenſione idem Peyrin.*ibid. n.* 30. & de irregularitate.*n.*46.

1250 De excommunicatione verò minore loquendo, licet & ea innodatus nequeat eligi. Abb. *in cap.Si celebrat.de Cleric. excommunic.n.* 1. Suarez.*ibid.diſp.*24.*ſect.*2.*nu.*13. Sigiſmund.*dub.* 65.*n.*1. Filliuc.*t.*1.*tract.*13.*cap.*2.*n.*27. & peccarent tum eligentes, tum electus, ſi ſcienter & illi eligerent, & iſte permitteret ſe eligi; & quia taliter excommunicatus æquè priuatur Sacramentorum ſuſceptione, ac paſſiua electione; & quia vtrique facerent contra Canones in materia graui. Suarez.*d.ſect.*2.*n.*31. Peyrin.*ibid.n.*24. non eſt tamen electio ipſo iure irrita, ſed ad partis inſtantiam irritanda, vt benè contra Hoſtiens. Couarr. Vgolin. & Viuald. ex *d.cap. ſi celebrat.d.n.*3.*&* de *iur.Eccleſ.cit.cap.*19.*nu.*121. probat Barboſa, vbi expreſsè habetur: *Electio eſt irritanda*, quo demonſtratur electionem valere, donec per ſententiam irritetur. Sequiturque

que

que Paſſerinus *ibid. n.*475. vbi *n.*476. eſſe etiam irritandam, ſi facta fuerit ſcienter non ſolum ex parte vtrorumque, ſed etiam ſi ex parte, aut ſolius electi, aut eligentium tantummodo, quia in omni caſu verificatur, quod ſit ſcienter electus contra text. *d. cap.* ibi: *Si tamen ſcienter talis electus fuerit, eius electio eſt irritanda*. Quod tamen negat Peyrin. *ibid. nu.* 27. ſaltem quoad ſcientiam ex alterutra parte (cum de electione facta ignoranter ex vtraque parte, nulla ſit difficultas, quod ſit valida) dicens, quod facta ignoranter ex parte electorum tantum, vel ſolius electi, quod idem eſt, ac dicere facta ſcienter ex aliqua tantum parte, nempè vel electorum, vel electi, ità eſſe validam, quod neque poſſit irritari ex ipſo textu, *ſi tamen ſcienter*, quaſi per ignorantiam ex quacumque parte prouenientem tollatur ſcientia; & prò ſua ſententia multos enumerat, ſignanter Barboſam *d. n.* 3. *§. verum contraria ſententia*. Verum loquitur hic Doctor ſimpliciter de electione ignoranter facta, quod poteſt intelligi de ignorantia ſe tenente ex parte vtrorumque; nec explicat de ignorantia ſe tenente ex alterutra parte. Quarè vtrique adhærendum puto, Paſſerino, ſi taliter excommunicatus fuerit electus ſcienter, tenente ſe ſcientia ex parte electorum, licet ignoranter ex parte electi: Peyrino, ſi ſcientia ſe teneat ex parte electi, & ignorantia ex parte electorum, quia cum textus dicat, *ſi ſcienter electus fuerit*, videtur requiri ſcientia ex parte actionis ipſius electionis, & conſequẽter interdicere electionem factam cum ſcientia ex parte electorum; adeòque in hoc caſu eſſe irritandam, non verò in alio, cum in eo non verificetur propriè, factam fuiſſe ſcienter actionem eligendi, ſeù ipſam electionis actionem, quæ per ſe, & propriè importatur, & venit nomine electionis, & eligere.

1251 Quo autem ad alia, ſiue ſuſpenſionem, per quam, vel ab ordine ſolum, vel à ſola iuriſdictione tam temporali, quam ſpirituali, vel ab vtriſque, tum ab homine, tum à iure latam, redditur electio ipſo iure nulla. *cap. cum dilectus. de conſuetud.* & *cap. cum bonæ.* 8. *de ætat. & qualit. præf.* Filliucius. *t.* 1. *tract.* 17. *cap.* 2. *num.* 16. *& tract.* 41. *cap.* 5. *nu.* 15. Lambert. *de iur. patr. lib.* 2. *p.* 1. *q.* 2. *art.* 3. Paris de *reſign. lib.* 4. *q.* 3. *à n.* 59. *& lib.* 5. *q.* 6. *n.* 82. etiam ſi occultus, & minimè denuntiatus fuerit ipſe ſuſpenſus, vt ex cõmuni DD. ſententia Paſſerin. *ibid. n.* 478. *&* 493. ſiuè interdictum, ſiuè irregularitatem, quibus irretitos eligi non poſſe certum eſt, & pariter ſanciunt Conſtitutiones *vbi ſupr.* non opus eſt vlteriore diſcurſu; cum namque proportionaliter de ipſis diſcurrendum ſit, ac ſupra de excommunicato, vt in ſimili de ſuſpenſione Peyrin. *ibid. n.* 30. Murga *ead. conſtit.* 6. *n.* 1114. ex ſupradictis deduci poterit, quid de iſtis dicendum.

1252 Quarè accedens ad ea verba *ſeu quauis alia cauſa inhabilis eligatur*, dico per ea denotari, non poſſe primò eligi ad prælaturas, aut dignitates abſque diſpenſatione illegitimos. *cap.* 1. *& fin. de filys. Presbyt.* vbi Barboſ. *per multos nu.* Tambur. *d. diſp.* 5. *q.* 14. *n.* 1. ſcilicet ad vlla officia, quæ cum honore, & dignitate habent iuriſdictionem ſpiritualem ordinariam, vt Miranda. *t.* 2. *q.* 2. *art.* 8. *concl.* 1. Lezan. *t.* 1. *p.* 1. *cap.* 18. *n.* 62. & communiter DD. hoc eſt non ſolum in Vicarium Generalem, Viſitatorem, Prouincialem, Priorem, Vicarium in capite, ſed neque in Definitorem, cum habeant iuriſdictionem ſaltem in Definitorio. Paſſerin. *ibid. n.* 157. aut Suppriorem, quia mortuo Priore eſt à iure Prȩlatus ordinarius. Sylueſt. *verb. Prælatus n.* 3. Leander *p.* 5. *tract.* 2. *diſp.* 3. *q.* 61. Paſſerin. *ibid. nu.* 160. aut etiam Commiſſarium Vicarij Gener. aut Prouincialis ſupra alios Prælatos ordinarios: ſed ad ſummum in Diſcretum pro Capitulo etiam generali, cum non ſit illi annexa iuriſdictio. Idem *ibid. n.* 159. *fin. & nu.* 165. ſicut etiam in Magiſtrum, Procuratorem Conuentus &c. Mirand. *d. art.* 8. *concl.* 2. Roderic. *t.* 1. *qq. canonic. et regul. q.* 13. *art.* 20. Et ideò illegitimum teneri in conſcientia petere diſpenſationem. Auila *de cenſur. p.* 7. *diſp.* 3. *dub.* 6. Roderic. *ibid. art.* 5. *circa fin.* Azor. *p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 3. *q.* 13. niſi, ſi coactus prȩlaturam acceptare, nequeat abſque ſua, & ſuorum infamia illam petere, quia tunc abſque diſpenſatione poterit acceptare. Roderic. *ibid.* Peyrin. *ad Conſtit.* 2. *Iuly II.* §. 29. *nu.* 100. & poteſt petere à Prælato Generali, apud nos, ſi contingat, à Vicario Generali, qui poteſt ad omnia Congregationis officia, & prælaturas cum illegitimis diſpenſare, ſicut & de eius ſaltem mandato Prouinciales, & Priores, & abſque vllo Capitulo vel generali, vel prouinciali, vigore priuilegiorum. Peyrin. *ibid. nu.* 96. *&* 97. Murga *loc. ſup. num.* 812. *&* 813. Paſſerin. *ibid. cap.* 25. *à n.* 212. *ad* 219. (præterquam ad Vicariatum Generalem, quia cum re ſit Generalatus vt *quodlibet.* 13. *dub.* 2. & iterum ſuo loco dicetur, ratione primæ dignitatis, ad Summum Pontificem quoad hanc prælaturam ſpectat diſpenſare. Paſſerin. *ibid. n.* 221.) cum cauſa tamen legitima ad validam diſpenſationem in omnibus Prælatis Papa inferioribus requiſita, cum nullus Papa inferior habeat plenitudinem poteſtatis. Panormit. *in cap. cum ad Monaſterium. num.* 17. *de ſtat. Monach.* Roderic. *d. q.* 13. *art.* 14. *&* 15. Lauor. Lucubr. *tit.* 4. *cap.* 16. *à n.* 32. Paſſerin. *à n.* 285. *& ſeq.* quæ communiter eſt vel litterarum ſcientia, vel morum honeſtas, vel vitæ virtus, vel ſcandali vitatio, vel vtilitas, vel neceſſitas, & aliæ apud Campanil. *in diuerſ. iur. rubr.* 11. *cap.* 13. Roderic. *t.* 1. *q.* 13. *art.* 15. Donat. *part.* 3. *tract.* 5. *q.* 27. ſecus ſine ea diſpenſatus nõ poſſet in conſcientia tali diſpenſatione vti, vt cũ Roderic. Mirand. Reginald. Bonacin. Tambur. *d. diſp.* 5. *q.* 16. *n.* 5. quem adducit, ſequiturque Murga. *ibid. n.* 823. adeòque ad eius validitatem requiritur, quod diſpenſandus exprimat qualitates illegitimitatis. Mirand. *d. q.* 2. *art.* 13. Lauorius *d. cap.* 16. *nu.* 38. Peyrin. *de Prælat. q.* 2. *cap.* 5. *n.* 145. Paſſerin. *n.* 297. ſi enim non poſſunt, vt dictum eſt diſpenſare Prælati ſine cauſæ cognitione, conſequens eſt, vt debeat exponi qualitas illegitimitatis, cum vbi tur-

pior

Digitized by Google

pior originis defectus maior requiratur cauſa. Mirand. *ibid.* Portell. *in dub. regul. verb. illegitimus. n.* 11. Peyrin. *ibid. nu.* 145. Lezan. *t.* 1. *p.* 2. *cap.* 12. *n.* 21. Pellizzar. *in manual. tract.* 9. *cap.* 8. *n.* 100. Murga *ibid. n.* 831. Caſu verò, quod à Definitorio quis illegitimus ſcienter, & iuſta de cauſa promoueatur nullo tamen facto diſpenſationis verbo, nulla alia eſset neceſsaria formalis diſpenſatio, quia poſitis facultate diſpenſandi, illegitimatis notitia, & motiuo rationabili, cenſeretur eo ipſo diſpenſatus. Syluest. *verb. diſpenſat. q.* 15. Bellamer. *in cap. veniens n.* 11. *&* 19. *de filijs Presbyter.* Suarez. *de cenſur. diſp.* 41. *ſect.* 3. *à n.* 4. *& de leg. lib.* 6. *cap.* 13. *n.* 23. Maiolus *de irregularit. lib.* 3. *cap.* 24. *n.* 14. *& lib.* 4. *cap.* 10. *n.* 3. Portell. *ibid. n.* 7. Lezan. *t.* 1. *p.* 1. *cap.* 18. *n.* 63. etiam pro foro externo, vt cum Sanchez, Suarez, & Lauor. Murga *loc. ſup. n.* 828. Lezan. *d. n.* 63. *& p.* 2. *d. cap.* 12. *n.* 21. Paſſerin. *n.* 303. A Spiritu S. *in directlor. tract.* 4. *diſp.* 8. *n.* 64.

1253 Secundò eos non poſſe eligi, qui à S. Inquiſitionis Officio, quocunque genere pęnæ, vel pænitentiæ (exceptis ſalutaribus, quæ ſcilicet extraiudicialiter imponuntur, & priuatim complentur, vt ieiunia, diſciplinæ, orationes &c.) fuerunt affecti. Sanctarell. de *hære. cap.* 33. *n.* 6. cum alijs, quos referunt Peyrin. *d. cap.* 5. *n.* 92. Murga *ibid. n.* 862. *&* 863. etiam poſt adimpletam pænitentiam, niſi præciſè à Sancta Sede, vel Sacra Congregatione fuerint habilitati; ſic expreſsè ſtatuente Vrbano VIII. in decreto in Congreg. S. Officij die. 1. *Octobris.* 1626. condito, vt videre eſt apud eoſdē. Quod à fortiori dicendum de abiurantibus etiam de leui. Tamburin. *d. diſp.* 5. *q.* 21. *num.* 67. cum alijs, quos adducit, cum & talis abiuratio ſit ſaltem ratione ſolemnitatis pænitentia grauis, & non tantum ſalutaris, ſed iudicialis per ſententiam impoſita. Donat. *part.* 3. *tract.* 5. *q.* 23. Carena *de S. Officio p.* 3. *tit.* 12. §. 4. Selleles. *l.* 5. *cap.* 2. *n.* 18. *&* 22. Paſſerin. *eod. cap.* 25. *nu.* 100. *&* 101. niſi ſpontaneè comparuerit, quia tali caſu abiuratio etiam de vehementi non cenſetur pæna. Idem *num.* 102. Et ità tenendum, licet contrarium mordicus ſuſtineat Iulius Caponus *in diſcept. forenſ.* 95. *à num.* 50. *& ſeq.* magis ſiquidem credendum prædictis DD. vt pote S. Inquiſitionis Miniſtris, & conſequenter de hoc puncto magis edoctis.

1254 Tertiò, Illiteratos *cap. cum in cunctis. cap. Dudum. de electione, & cap. quamuis. de ætat. & qualit. præf.* & ideò eligendi in Prælatos ea ſaltem ſcientia pollere debent quæ neceſſaria eſt ad ſuum munus per ſe ipſos obeundum. D. Thom. 1. 2. *q.* 76. *art.* 2. *in corp. & in addit. ad* 3. *p. q.* 36. *art.* 2. Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 12. Peyrin. de Prælat. *q.* 2. *cap.* 2. *n.* 11. latè Murga. *à nu.* 960. *& ſeq.* ſecus tam electores, quam electi peccarent, illi taliter ignorantem eligendo; iſti, permittendo ſe eligi, vt cum Innoc. *in d. cap. cum in cunctis*. Miranda *tom.* 2. *q.* 4. *art.* 2. Sigiſmund. *dub.* 63. Lauor. *d. cap.* 16. *n.* 21. Caſtellin. *cap.* 9. *n.* 27. Paſſerin. *d. cap.* 25. *n.* 17. *& ſeq.* eſſetque electio nulla, & ipſi electi tenerentur renuntiare ex Diaz. in *prax. cap.* 21. *n* 6. Nauarr. in *cap. ſi quando. de reſcript. except.* 16. Leſſ. de *iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 24. *nu.* 127. Peyrin. *ibid. nu.* 14. & Murga. *nu.* 967. vbi, ad hunc effectum penitus illiteratum eum eſſe, qui & ſi ſciat legere, ſcribere, latinèque loqui, non habet tamen ſcientiam à iure requiſitam pro tali munere, ſeù qui neſcit, quæ ſunt neceſſaria, vt ſuo muneri ſatisfaciat. Paſſerin. *ibid. n.* 50. Ex quo patet non ſolum, quam parum tuti in conſcientia ſint, qui Prælaturas cum cura animarum vix grammaticam calentes, & Prouincialatum quandoque, aut Definitoratum quid iuris prorſus ignorantes exercent: Sed quam grauius peccent eligentes, cum defectus ſcientiæ maior cenſeatur quam defectus ex delicto, ac etiam ex homicidio; Vndè Innoc. in *cap. cum noſtris. de conceſſ. præb.* ſentit electionem factam de homicida non eſſe ipſo iure nullam, ſicut factam de illiterato, quia cum defectus ſcientiæ tollat potentiam ad benè agendum, & conſequenter ad legitimum vſum officij, reddit incapacem officij incapacitate maiori, quam ſit illa, quę ex delicto, quod non tollit potentiam ad benè agendum. Paſſerin. *ibid. n.* 54. *fin.*

1255 Quartò infirmos, ſeù valetudinarios, ſeù quocumque corporis defectu laborantes, ità quod nequeant ea de cauſa ſuum munus decenter exercere ex *tot. tit. de Cleric. ægrot. & ex cap. niſi cum pridem.* §. *alia verò. de renuntiat.* vbi Barboſ. *n.* 1. *&* 7. Concil. Trid. *ſeſſ.* 22. *cap.* 4. *de reformat.* Comitol. *lib.* 6. *reſp. moral. q.* 64. *num.* 2. Peyrin. *ibid. cap.* 4. *num.* 2. & expreſsè ex decretis Clem. VIII. *de reform. Regul.* §. 36. Paſſerin. *n.* 322. *&* 326. ac etiam iuxtà diſpoſitionem Capitulorum generalium, à quibus prohibita electio eorum in Prælatos, qui actibus communibus intereſſe non poſſunt, & eis conformari; adeòque cum his impedimentis electos teneri renuntiare in conſcientia, eo quod ſuo muneri ſatisfacere nequeant, cum D. Thom. 2. 2. *q.* 185. *art.* 4. Flamin. Pariſ. de *reſignat. benefic. lib* 5. *q.* 6. *num.* 9. Suarez. *in* 3. *p. tom.* 5. *diſp.* 51. *ſect.* 12. *n.* 17. Peyrin. *ibid. num.* 3. Murga *loc. ſup. num.* 898. ſecus verò ſi poſt electionem ſuperuenerit ægritudo; quo caſu neque poterit inuitus priuari *ex cap. penult. & vltim. de Cleric. ægrot. & cap. ſcripſit mihi*, & alijs plutibus. 7. *q.* 1. Aſcan. Tambur. *d. tom.* 1. *diſp.* 5. *q.* 21. *n.* 47. Peyrin. *ibid. n.* 23. Paſſerin. *nu.* 332. Quod obſeruandum & à nobis; licet enim Conſtitutiones *p.* 4. *cap.* 22. *nu.* 1. ſic diſponant: *Superior quicumque Congregationis ab officio deponatur, ſi ob ægritudinem, aut aliud quoduis impedimentum officio ſuo inutilis fuerit*; cum tamen id non obſeruetur, niſi præuia talis Superioris renuntiatione, ad quam poteſt cogi. Lezan. *tom.* 2. *verb. Prælatus n.* 3. qui eſt modus procedendi longè diuerſus à depoſitione, ſignum eſt, quod ſtatutum intelligendum ſit de depoſitione eius, qui cum tali impedimento electus fuerit: non verò eius, cui poſt electionem morbus ſuperuenerit, cohærenter ad S. Canones,

ſeu

ſeu ius commune, vt dictum eſt, ſecundum quod interpretanda ſunt ſemper quantum fieri poteſt ſtatuta, ſeu leges ſpeciales. Menoch. *de arbitr. caſ.321. n.13.* ſeu ſtrictè intelligenda, vt minus corrigant ius commune. Maſcard. *de interpretat. ſtatutor. concl.* 12. Iulius Caponus *tom.1. diſcept. forenſ. diſcept.37. num.26.* Iacob. Pignatell. *conſult. canonic. t.4. conſul.36. n.33.*

DVBIVM IX.

De ineligibilitate ex capite vacantiæ.

1256 Vacare quis dicitur, ex eo quod certo tempore officijs functus nequeat iterum ad eadem eligi. Et ſic requiritur etiam ad validitatem electionum, quod eligendi non ſint voce priuati ſiue per ſententiam, ſiue, ex eo quod prohibeantur eligi pro eo tempore, vt apud nos ſunt illi, qui per duo Capitula generalia fuerunt in Prælatos electi; nam pro tertio Capitulo, & ſubſequenti triennio ſunt voce paſſiua priuati, & nequeunt eligi; ſic ſtatuente Vrbano VIII. per litteras incipien. *Circumſpecta Romani Pontificis*. die 18. *Maij*. 1635. vt in noſtris litteris Apoſt. *litter.* 14. ibi: *Statuimus, & ordinamus, vt qui ſpatio temporis, quo quatuor immediatè antecedentia Capitula generalia celebrata fuere, ad quæcumque officia Religionis, tam generalia, Vicarij ſcilicet Generalis, Procuratoris Generalis Definitorum, vel Viſitatorum Generalium, quam etiam prouincialia, ſeu conuentualia, Prouincialatus nimirum, vel Prioratus, aut aliquod eorum electus fuerit, dictaque officia, vel aliquod eorum ſucceſſiuè, etiam ſi non vnum ſemper, & continuò, ſed diuerſa illorum, vel plura etiam diuerſo tempore per dictum ſpatium exercuerit, & adminiſtrauerit, non poſſit in Capitulo generali propediem celebrando, nec ſubindè per triennium immediatè ſubſequens ad aliquod ex præfatis officijs eligi, ſed quoad ea omnia, & ſingula voce paſſiua dicto tempore careat, ac Deo, & animæ ſuæ vacet. In poſterum verò qui ſpatio duorum Capitulorum generalium ſucceſſiuè ad præfata officia, vel eorum aliquod electus fuerit, in tertio Capitulo generali, ac per triennium immediatè ſubſequens, ad nullum ex eis officijs, vel aliquod illorum eligi poſſit, ſed voce paſſiua dicto tẽpore quoad ea omnia careat, ac Deo pariter, & animæ ſuæ vacet. Decernentes, omnes, & ſingulos, qui officia huiuſmodi, vt præfertur exercuerint, ad illa, vel illorum aliquod contra præſentium tenorem exequenda, & exercenda, inhabiles eſſe, & fore.*

1257 Circa quam Conſtitutionem, adnotandum ſanctiſſimam eam eſſe, cum per vacantiam aliquorum aſſumantur alij ad officia, & aliorum recognoſcantur merita, iuxtà doctrinam D. Thom. 4. *de regim. Prin. cap.* 8. vbi *Aſſumendi ſunt Rectores viciſſim in politia, ſiuè Conſules, ſiuè Magiſtratus vocentur, ſiuè quocumque alio nomine, dummodò idonei reperiantur*; & indè vtilitas Religioni aduen̄iat, cum per Ariſtotelem 2. *polit. cap.* 1. *Æquale repenſum Ciuitatem conſeruat, quoniam inter liberos, & æquales neceſſarium eſt hoc eſſe, nam omnes ſimul Magiſtratum gerere impoſſibile eſt, ſed per annum, aut aliam præfinitionem, & tempus*; Pax Congregationis ex officiorum diſtributione conſeruetur, vt infrà cum D.Thom. *num.*1268. dicemus; multiplicentur homines ad regimen apti; & auferatur perpetuitas officiorum ab aliquibus alijs, & æquè habilibus nimis doloroſa, vt per omnia eruditè differit Giracus de *regimine Regul. part.3. dub.8. à n.33. & ſeqq.* & *nu.*373. vbi ſuſtinet Regularium regimina ſaltem viciſſim, & ſecundum meritorum proportionem, eſſe hominum pluralitate ſub mortali propaganda.

1258 Quia verò ſuper dicta Conſtitutione dubitatum fuit. Primò. *An caſu, quo non iam in Capitulo generali, ſed tempore intermedio ob mortem, vel defectum electi in Capitulo, quis fuerit electus à Definitorio, poſſit hic in duobus ſubſequentibus Capitulis generalibus eligi, cum hinc taliter electus ſexennium excederet in gubernio per annum & vltrà.* Secundò. *An qui per duo Capitula generalia ſucceſſiuè electus fuit ad prædicta officia, ſed ob renuntiationem, aut aliam cauſam non ea exercuit per integrum ſexennium, ſeu per tempus notabile intra ſexennium, poſſit iterum in tertio Capitulo generali immediatè ſequenti eligi*, & habito ad SS. recurſu, Congregatio ab ipſo deputata reſpondit. *Congregatio nonnullorum S.R.E. Eminentiſſimorum Cardinalium per SS. D. N. Specialiter deputata ad ſupraſcriptas dubitationes infraſcriptum in modum reſpondendum cenſuit, nempe.* Ad primum. *Quatenus electus tempore intermedio exercuerit per annum non completum, tunc poſſe eligi in duobus ſequentibus Capitulis: ſecus autem ſi per annum integrum.*

Ad ſecundum. Negatiuè. Romæ 6. Aprilis 1673.

F. Card. Brancatius. A. Arch. Epiſc. Lyc. Secr.

Vndè patet præfatam inhabilitatem afficere non ſolum eos, qui electi fuerunt ad aliquod ex enarratis officijs in duobus immediatè ſuccedentibus Capitulis generalibus, ſed etiam eos, qui extrà tempus Capituli generalis, hoc eſt tempore intermedio fuerint electi a Definitorio dũmodo eo tempore intermedio per annum integrum exercuerint tale munus. Vbi item duo aduertenda. Alterum: per annum integrum non intelligi annum integrum mathematicè conſtantem 365. diebus, ſed totum illud tempus quod à Definitorio annuali ſecunda, vel tertia Dominica poſt Paſcha celebrari ſolito vſque ad aliud ſubſequens ſimile Definitoriũ intercedit, eo modo, quo per triennium, de quo ibi Vrbanus intelligitur tempus, quod ab vno Capitulo generali ad alterũ ſubſequens excurrit; vt in ſimili Sanctorus à Melfi in *Statut. Minor. cap.8. ſtatut.37. q.10. §. Tertiò.* Alterum: habere locum præfatam diſpoſitionem ſiuè in ſecundò, ſiuè in tertiò triennij anno fuerit quis electus à Definitorio in Prælatum, & per annum munus illud exercuerit; & ſic electum in vno Capitulo generali ad aliquod officium ex aſſignatis, ſi vlterius per annum, ſiuè primum, ſiuè ſecundum, ſiuè tertium ſubſequentis, aut antecedentis immediatè triennij aliquod ex eiſdem via electionis exercuerit, inhabilem eſſe, vt eligatur in ſubſequenti triennio,

nio,& per triennium debere ab eiſdem vacare.

1259 Putant hic aliqui præfatam inhabilitatem afficere & illos,qui electi ſunt in duobus Capitulis, vt ſupra, licet ſubindè non exercuerint,aut quia renuntiauerint, aut alia de cauſa, cum non videatur quoad hoc prout in reſponſione ad ſecundum, requiri à S. Congregatione exercitium. Quod idem ſentiendum dicunt de eo, qui electus tempore intermedio cũ exercitio per annum, ſi poſteà in ſubſequente Capitulo electus, primo, vel ſecundo anno renuntiauerit, propter eamdem rationem,quod in electis in Capitulo generali, non requirat S. Congregatio ad effectum vacandi,exercitium, ſicuti requirit in electo tempore intermedio, ſed ſolam electionem, vt dignoſcitur ex eiuſdẽ S.Congregat. reſponſione, cohærenter ad diſpoſitionem Vrbanam *verſ.in poſterum verò*,vbi electos in duobus Capitulis prohibet eligi in tertio, nullo facto exercitij verbo.

1260 Verum quoad hæc tenendum, Sacræ Congregationis ſenſum non eſſe, quod electi in duobus Capitulis inhabiles ſint,vt eligantur in tertio ob ſimplicem, licet reiteratam præcedentem electionem etiam ſi non exercuerint officiũ; tum quia nec hoc intendit Vrbanus VIII, cum præfatum exercitium expreſsè requiſierit, *Decernentes omnes, & ſingulos, qui officia huiuſmodi, vt præfertur exercuerint*: tum quia S. Congregatio in reſponſione ad ſecundum locuta eſt de eo, qui electus in duobus Capitulis, non exercuit officium per totum triennium,ſed per aliquod notabile tempus,ſiue quia renuntiauerit, ſiue ob aliam cauſam manſerit ſine exercitio,vt conſtat ex ſecundo quæſito; adeoque & de eo, qui per maiorem triennij partem exercuit officium; & ſic nullo modo dicendum intendiſſe S.Congregationem, electum in duobus Capitulis,ineligibilem eſſe in tertio ob ſimplicem præfatam electionem præciſo exercitio. Et habetur ex fine,ſeu intentione diſpoſitionis Vrbanæ; cum enim fuerit,vt taliter electi *Deo, & animæ ſuæ vacent*, clarè dignoſcitur, ſupponi officiorum exercitium; cum per ſolam electionem ſine exercitio non ſupponantur diſtracti à Dei,& animæ ſtudio,taliter quod,vt ijſdem incumbant,indigeant vacatione. Quarè verum non eſt,quod electus tempore intermedio, v.g. vltimo primi triennij anno, & qui per id temporis aliquod ex dictis muneribus exercuerit,ſi interim electus in ſubſequenti Capitulo, initio ſcilicet ſecundi triennij,& poſt annũ renuntiauerit,nequeat poſteà eligi in Capitulo generali tertij triennij, cum hic ad ſummum decurſu integri præcedentis ſexennij Prælaturam, ſiuè officium aliquod per biennium tantum exercuerit. Et ad ſummum ille erit ineligibilis in Capitulo generali tertij triennij, qui per quatuor annos in præcedente ſexennio aliquo ex prædictis muneribus functus fuerit. Colligitur ex ſuprapoſitis S. Congregationis reſolutionibus; nam in prima ad præfatæ vacationis effectum apertè ſupponit quatuor annos exercitij in vacaturo; & in ſecunda,dum vult,quod electus in duobus Capitulis nequeat eligi in tertio, etiam ſi *per aliquod tempus notabile* (quod vnum, aut ad ſummum duos annos importat) non exercuerit; quo bene dignoſcitur ſupponi à S.Congregatione,quod reliquo tempore,hoc eſt ſaltem per annum ſecundi triennij fuerit in alicuius officij exercitio.

1261 Dubitari etiam poteſt, ad quæ officia ſe extendat præfata inhabilitas; an ſcilicet,qui per duo triennia functus eſt aliquo ex enumeratis muneribus,poſſit in ſubſequenti triennio, aut in Commiſſarium ſiuè Generalem, ſiuè Prouincialem (loquor de Commiſſario Viſitatore) aſſumi, aut etiam in Vicarium alicuius conuentus,vel Præſidentem eligi? Et videtur ex vna parte poſſe, neque ad hæc munera eam inhabilitatem ſe extendere; cum officia, ſuper quæ cadit prohibitio, ſint ibi expreſſa, ſcilicet Vicarij Gener.Procuratoris,Definitorum, Viſitatorum Generalium,Prouincialiũ, & Priorum; vndè ſequitur non prohiberi electionem quoad alia non ibi expreſſa;lex enim id noluiſſe præſumitur,quod non expreſſit, cum facilè exprimere potuiſſet. *cap.ad audiendam.§.mandamus.* vbi Gloſſ. *verb. intelligeremus. de decimis.* Menoch. *conſ.30.n.8.* Murga *in diſquiſit. moral. & Canon.t.2.diſq.11.dub.2. n.14.* Additur talem eſſe obſeruantiam; quandoquidem talia munera ſcio quandoque quóſdam exercuiſſe eo tempore, quo vacare debebant.

1262 Ex altera verò videtur, quod neque ad præfata Commiſſarij, & multo minus Vicarij (intellige in capite) officia poſſit aſſumi quis tempore vacationis reſpectiuè, vel eligi; cum namque in omni diſpoſitione attendenda ſit potius diſponentis mens,quam verba.*Cap.in his.de verb.ſignific.l.non aliter.ff. de legatis.3.*Genuenſ.*in practicabilib.Eccleſiaſt.q.144.n.3.* Surd. *conſ.35.n.14.* ſeù & ea, quæ comprehenduntur ex mente legiſlatoris potius, quam ex verbis. Vidal. in *Arc.Vit.tit.de duell.inquiſit.5. num.29.* Murga *diſquiſit.Paſtoral. de iur. Prioris annex. n.17.*& Summus Pontifex intenderit vacantiam à præfatis officijs, vt qui per duo triennia illa exercuit, Deo, & animæ ſuæ vacet in tertio triennio; videtur vtique intenta vacantia & à dictis Commiſſarij, & Vicarij muneribus, à quibus vtique impeditur; ſicuti & à ſupradictis officijs,vacare Deo,& animæ; Et vbi eſt eadem ratio, eadem eſt & iuris diſpoſitio *ex l. illud.ff.ad legem Aquiliam, & alijs pluribus* Barboſ. *axiom.197.n.3.* vbi *n.7.* quod vbi eadem ratio, eadem & ſit lex non extenſiuè, ſed comprehenſiuè. Præterquamquod ex identitate rationis legem extendi poſſe tradit Barboſ.ad *cap.inter corporalia.n.9.de tranſlat.Epiſcop.* cum Villagut. *tract.de extenſ.leg. prælud.22.* Gutier. *practic.lib.3.q.17.à n.75.* Surd. *conſ.302. n.14. & 22.* cum quibus,& alijs multis repetit *in cap.cum dilecta.n.2.de confirm.t.vtil.vel inutil.* Etiam ſi pænalis, dummodò lata principaliter in fauorem animarum,cum tunc ſit fauorabilis. Couar.*in cap. Alma mater.p.2.§.4.n.7. verſ.tertio.& lib.1.var.cap.11.n.5.* Genuenſ.*ibid.q.541.* Sanchez *de ma-*

trim.

trim.lib.1.diſp.39.n.5. Barboſ. *in cap. ſciant cuncti, de elect. in 6.n.9.* & 10. Del Bene. *de immunit. Eccleſ. p.2. cap.14. dub.18. ſect.14. n.21.* Murga in *conſtit. Apoſt. conſtit. 6. n. 527.* Non eſt autem difficultas, quod præfati Commiſſarij eadem faciant, quæ P. Vicarius generalis, vel Prouinciales committentes, ſicuti & Vicarius Conuentus in capite, qui eſt verus Prælatus, & dempto nomine habet facultatem Prioris; adeòque & horum officia, vel ſub ea prohibitione comprehenſa, vel ad ea extendenda prohibitio.

1263 Et quoad Vicarium in capite, vel Præſidentem, certum mihi videtur, cum differant in iuriſdictione à Prioribus ſolo nomine, & Religioſorum numero; & in his quandoque maior ſollicitudo, & diſtractio conſideretur, & neceſſaria ſit, quam in quolibet Priore; vnde videtur tale officium non poſſe compati cum fine intento ad Vrbano VIII. vacandi ſcilicet Deo, & animæ non minus, ac Prioratus; ac propterea eadem de cauſa prohibitus; ni contrà iuris formam admittere velimus, licere vna via, quod prohibitum eſt alia. Quoad Commiſſariatum verò facit pro eius excluſione ſequens S. Congregationis ſuper ſtat. Epiſc. & Regul. ad hunc ſupplicem libellum reſponſio.

Eminentiſsimi, & Reuerendiſsimi DD. Procurator Generalis Eremitarum Diſcalceatorum S. Auguſtini VV. EE. exponit, qualiter in duobus vltimis Capitulis generalibus dictæ Congregationis decretum fuit, quod deficientibus, aut quomodolibet impeditis Prouincialibus, in Prouincia gubernium vſque ad nouam Definitorij prouiſionem ſubintret Prouincialis de proximo abſolutus; & eius defectu, Prouincialis ad illum ſeu eius anteceſſor; & deficientibus Prouincialibus abſolutis, ſubintrent vt ſupra in Prouincia Romana Prior Conuentus Ieſu Mariæ, & ea deficiente Prior Conuentus S. Nicolai: in alijs verò Prouincijs Priores duorum Conuentuum prouincialium prout &c. Inſuper, quod in litteris Apoſtolicis Vrbani VIII. incipient. Circumſpecta &c. pariter decernitur, quod qui ſex annorum ſpatio, prout in dictis litteris gubernauerint, debeant ſubſequenti triennio vacare ab officijs ibi expreſſis, & voce paſſiua carere. Cum autem ob mortem Prouincialis Romanæ Prouinciæ oriatur dubium, an dictæ Prouinciæ gubernium ad Prouincialem de proximo abſolutum deuoluatur, aut ad eius anteceſſorem, licet tam ille vigore præfatarū litterarum Apoſtolicarum, quam iſte vigore alterius decreti Capituli generalis, debeant ambo vacare; cum videatur poſſe hic conſiderari, quod tam enarrata Vrbani diſpoſitio, quam præfatum decretū intelligi debeant de vacatione ab officio per viam electionis aſſequendo, non verò per ſubrogationem, & quaſi continuationem virtute primæ electionis; eo magis cum agatur de ſubrogatione veluti momentanea, vſque ad Definitorij prouiſionem, quæ ordinariè loquendo ſequitur immediatè, & abſq; dilatione: An verò excluſis proximioribus Prouincialibus abſolutis, qui vacare debent, vt præfatum eſt, deuoluatur Prouinciæ gubernium ad alterum Prouincialem illis proximiorē, qui dictæ vacationi non ſubiaceat. Supp. EE. VV. declarare, & prouidere prout &c. Sacra Congregatio Em. S.R.E. Cardinalium negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita &c. Attentis narratis, ac audito Eminentiſs. Pallotto Ordinis huiuſmodi apud hanc S. Sedem Protectore, cenſuit loco memorati Prouincialis præmortui vſque ad nouam electionem per Definitorium faciendam, Prouinciæ gubernium deuolui, & ſpectare ad Prouincialem abſolutum antè alios duos ex Prouincialibus, qui modò ex diſpoſitione Breuis. S.M. Vrbani VIII. & decreti Capituli generalis eiuſdem Ordinis vt aſſeritur, vacant; Saluis tamen iuribus, ſi quæ dictis Prouincialibus abſolutis, aut eorum alteri competant, ſiuè competere poſſint; ac proindè ità præmiſſis declarat, ac decernit, & ſeruari mandat, ac præcipit, contrarijs quibuſcumque non obſtantibus. Romæ die 20. Auguſti 1660.

M. Card. Ginettus. *Locus ✠ Sigilli.*
A. de Vecchijs Epiſc. Secr.

Facit inquam dicta declaratio ad excluſionem Commiſſariatus; Si enim Sacra Congregatio declarauit Prouincialem præteritum, cui competat vacare ab officio Prouincialatus vigore Vrbanæ diſpoſitionis, non poſſe nec per interim ſubintrare ad gubernium Prouinciæ; idem vtique dicendum de eo, qui ex eodem titulo vacare debet, quod ſcilicet nequeat pro eo tēpore Commiſſarius inſtitui. Nec video diſparitatem, aut maiorem rationem. Quarè, non reprobando tamen præfatam conſuetudinem ſi tamen adſit, & legitimè introducta ſit, quod mihi non conſtat, eiuſdem S. Congregationis declarationem exoptarem.

1264 Eſt hic etiam obſeruandum, quem ex vacantibus non poſſe intrà triennij decurſum, neque ad paucos dies loco alterius ſubſtitui, cum ſuper hoc, quando opus fuit ſupplicata fuerit pro opportuna diſpenſatione Sacra Congregatio, cuius duo ſequentia reperio decreta, emanata ad effectum, vt quis ex vacantibus poſſet loco Definitoris abſentis ſubſtitui.

S. Congregatio EE. S. R. E. Card. negotijs, & conſult. Epiſcoporum, & Regul. præpoſita &c. Attentis narratis, & ne dictæ electiones præfatorum Priorum diutius in detrimentum monaſteriorum differantur, Oratorum precibus, vt ad hunc effectum ſolummodò, & non aliàs, prænominatus F. Iannarius à Ieſu Maria in vocalem Congregationis propterea celebrandæ loco Definitoris Prouinciæ Neapolis nunc exiſtentis extrà Vrbem infirmitate, ſiuè alia iuſta cauſa detenti, ſubrogari, & admitti poſſit, quamuis per integrum triennium iuxtà diſpoſitionem Breuis fel. record. Vrbani VIII. ab officijs Prouincialatus, & Definitoris non vacauerit, benignè indulſit, eiuſdem Breuis tenore, cæteriſque contrarijs quibuſcumque &c. aliàs in ſuo robore permanſuris, minimè obſtantibus. Romæ. 6. Decembr. 1658.

M. Card. Ginettus. *Loc. ✠ Sigilli.*
E. Epiſc. Camerin. Secr.

Sacra Congregatio EE. S.R.E. Card. negotijs, & conſult. Epiſc. & Regul. præpoſita &c. Attentis narratis, & ne Religioſorum huiuſmodi negotia ob præmiſſam duorum Definitorum abſentiam diutius, quam expedit, protrahantur, ſiuè detrimentum aliquod patiantur, Oratorum precibus, vt ad ea, quæ de præſenti emergere dicuntur, ac durante prædicta duorum

Digitized by Google

Definitorum abſentia euenient, alios duos eorum loco, præſertim verò in locum Definitoris Prouinciæ Neapolis extrà Vrbem legitimis de cauſis commorantis præfatum F. Ianuarium à Ieſu Maria, quamuis per integrum triennium ad præſcriptum Breuis fel. record. Vrbani VIII. ab officijs Prouincialatus, & Definitoriatus non vacauerit, ſubrogare, & ſubſtituere poſſint, benignè indulſit eiuſdem Breuis diſpoſitione, cæteriſque contrarijs quibuſcumque, aliàs in ſuo robore permanſuris minimè obſtantibus. Romæ, 10. Ianuarij 1659.

M. Card. Ginettus. *Locus ✠ Sigilli.*
E. Epiſcop. Camèrin. Secret.

1265 Dubitari item poteſt, an vlterius debeat ipſa inhabilitas, & vacantia ità per triennium durare, vt nequeat quis ad officia ſupradicta promoueri, ſeù eligi, niſi tranſacto toto triennio? Et licet doceat Lezana. *tom.* 1. *p.* 1. *cap.*15. *n.*26. poſſe eligi ante completam triennij expirationem, quando pauci tantum dies, vt potè vigintiquinque, aut triginta deſunt, quia parum illud tempus pro nullo reputatur. Nauarr. *lib. conſ. de ætat. & qualit. conſ.* 7. Roderic. *tom.*2. *q.*52. *art.*12. Nihilominus dicendum, non poſſe vigore dictionis *per* triennium, quæ adiuncta accuſatiuo denotat triennium completum. *l. non putabam. & l. ſi annos ff. de condit. & demonſtr.* & conſumationem, ſeu perfectionem rei, cui adiungitur, vt ex iuribus, & DD. multis comprobat Barboſa *de diction. dict.* 280. *nu.*3. & 4. & in terminis de vacatione ab officijs per triennium docet Portell. *in dub. regul. verb. Annus.*, & Lezan. *ipſe tom.*2. *verb. eod. nu.*5. *& in Mar. magn. Seruitarum. ad* §. 12. *n.*38. Secus per paucos eos dies poſſet quis eligi in Definitorem, aut Prouincialem, quod tamen ex obſeruantia non videtur admittendum: immò à S. Congregatione in ſuprapoſitis decretis deciſum, dum exponens decretum Vrbani declarat, vacantiam debere per integrũ triennium durare.

1266 Dubitari tandem poteſt, an auctoritate Apoſtolica diſpenſatus, vt non obſtante Vrbana Conſtitutione ſuper vacantia poſſit quis eligi pro tertio triennio; tranſacto poſtea eo tertio triennio poſſit abſque alia diſpenſatione iterum eligi pro ſubſequente quarto triennio, vel debeat vacare? Et ratio difficultatis eſſe poteſt, quia cum diſpenſatus fuerit pro tertio triennio, non videtur illi præiudicatum pro quarto, pro quo eligi potuiſſet, niſi fuiſſet diſpenſatus pro tertio; & aliàs videtur ex diſpenſatione potius debere ſentire commodum, nempe quod electio pro tertio triennio non ſit illi computànda, ad effectum vacandi pro ſubſequenti triennio, cum fuerit electus ex diſpenſatione. Sed dicendum, ſic diſpenſatum debere vacare pro quarto triennio: immò à fortiori; ſi enim vacare debet pro tertio, qui in duobus antecedentibus triennijs fuit Superior, maiori ratione vacare debebit, qui per tria triennia idem præſtiterit. Nec ex diſpenſatione arguendum, quod non debeat illi computari ſuperioritas tertij triennij, quandoquidem ex illa ſolum aufertur impedimentum, vt eligatur pro eo triennio, pro quo non poſſit aliàs quis eligi, non verò habilitatur, vt poſſit per quinque continuata triennia eligi. Et talis eſt obſeruantia, cum ſic diſpenſati vel vacauerint in quarto triennio, vel iterum petita pro eis diſpenſatio, vt ex actis Capitulorum generalium.

DVBIVM X.

De alternatiua in electionibus ſeruanda.

1267 ET hoc requiritur, quod eligendi in Superiores aſſumantur alternatiuè, ſiue per turnum ex qualibet reſpectiuè Prouincia iuxtà decretum Capituli generalis de 1621. confirmatum de 1641. & 1644. prout infrà *num.*1449. & in alijs ſubſequentibus Capitulis. Quæ diſpoſitio cenſetur ſufficienter à Sede Apoſtolica approbata, dum in litteris *Ex iniuncto*, prout in *noſtr. litt. Apoſtol. litt* 22. pro erectione Prouinciæ Mediolanenſis in materia electionum mandauit turni renouationem cum eiuſdem Prouinciæ incluſione. Et licet huiuſmodi alternatiuam non videatur admittere Rota in *Vallisolet. præeminentiarum.* 24. *Nouembr.*1603. *coram Pamphilio. & in Toletana Monaſterij.* 24. *Februarij.* 1668. *coram Carpineo.* poſt Murg. *in Conſtit. Apoſt. deciſ.*19. *à n.*5. *& ſeq. & deciſ.*20. *n.*10. quia tamen, vt obſeruat Paſſerinus. *d. cap.*2. *nu.* 60. locuta eſt ibi Rota de alternatiua ſine partium conſenſu inducta, non obſtat in præſenti, cum apud Nos introducta fuerit per Capitulum generale, & ex Prouinciarum conſenſu: quo caſu, benè potuit ſtatui, & valida eſt, vt ad rem Raggius de *Regimin. Regul. dub.*26. *concl.*2. & Paſſerinus *ibid. nu.*61. quos ſequitur Caponus *diſcep. forenſ. t.* 1. *diſcep.* 49. *n.*1. & approbat Em. de Luca de *Regul. diſcurſ.*3. *n.*9. tenentq; Bruno Neuſſer in *Polianth. Theolog. Canonic. diſp.*120. *q.*1. *n.*4. §. *vlt.* & Donatus *t.* 1. *tract.*1. *q.* 32. & in terminis fortioribus arctatiuæ Lezana. *tom.*1. *p.*1. *cap.*15. *n.*21. *fin.* Et cum inſuper decreta fuerit ob bonum pacis, & conſeruandam in Congregatione iuſtitiam diſtributiuam, vt apertè ex decreto Capituli generalis de 1656. 18. *Maij. ſeſſ.*10. & alio de 1674. confirmato à fel. mem. Clement. X. in dictis litteris Apoſtolicis *Ex iniuncto*; & propterea à Summo Pontifice approbata, nullo modo contrà iuris diſpoſitionem cenſenda eſt, ſed vtilis, vt de ſimilibus alternatiuis in alijs Religionibus, & hac de cauſa à Sede Apoſtolica approbatis, loquitur Caſtellin. *de elect. Canonic. cap.*1. *nu.*36. quin iuſtè inſtituta, vt probat Petrus Ledeſma *tract.*7. *concl.*7. *diff.*14.

1268 Et ſuadetur vlterius, primò, quia cum per Definitorium generale & debeant reſolui totius Congregationis negotia, & eligendi ſint Prælati pro vnaquaque Prouincia, melius videntur hæc peragi poſſe, ſi quis rerum, & Religioſorum cuiuſque reſpectiuè Prouinciæ peritus interſit, quam ſi nullus de eis, vt par eſt,

in-

interueniat. Et ideò cum aliàs poſſet contingere, quod omnes Superiores Definitorij generalis ex vna, vel altera Prouincia eſſent, ad maiorem Congregationis pacem, & vtilitatem facta eſt, & decreta pro vnaquaque Prouincia officiorum diſtributio, & ſancitum, quod ex tali, vel tali Prouincia eligantur tales, vel tales Superiores iuxta text. *in cap. ſingula Eccleſiaſtici diſt.* 89. vbi *ſingula Eccleſiaſtici iuris officia ſingulis quibuſq; perſonis ſingillatim debere committi iubemus; ſicuti enim varietas membrorum per diuerſa officia, & robur corporis repreſentat, ità varietas perſonarum nihilominus per officia diſtributa, & fortitudinem, & venuſtatem Sanctæ Dei Eccleſiæ manifeſtat;* & D. Thomam, qui ex Ariſtotele loquendo de pace. 1.2. *q.*105. *art.*1. *ait. Bona ordinatio Principum eſt, vt omnes aliquam partem habeant in Principatu; per hoc enim conſeruatur pax populi, & omnes talem ordinationem amant, & cuſtodiunt.* Quod vtique melius habetur per officiorum diſtributionem iuxtà Prouinciarum diuerſitatem; & eſt talis ferè communis conſuetudo Religionum deſumendi Definitores ex illis, & iſtis nationibus, quam Lezana. *d. cap.*15. *nu.*21. ex Nauarr. *lib.*1. *conſ. tit. de Conſtit. conſ.*7. quandoque neceſſariam affirmat.

1269 Suadetur ſecundò, quia ſi laudabile eſt, quod naturales præferantur extraneis, & illi dummodò idonei ad prælaturas ſuæ patriæ aſſumantur, vtpotè illis vtiliores, vt latè Barboſ. *in cap. nullus inuitis. diſt.* 61. *& in vot. deciſin. lib.* 2. *vot.*33. *concl.*1. Peyrin. *de ſubdit. q.*1. *cap.*31. §.5. Murga *in d. conſtit.*6. *à n.*552. *& ſeq.* vnde ſanctiſſimas vocant Peyrin. *ibi.* Sanchez. *opuſc.*1. *lib.*2. *cap.*1. *dub.*8. *nu.*2. Giragus *de regim. Regul. p.*3. *dub.*2. *n.*20. Murga *ibid. nu.*559. leges, quibus id decernitur; adeòque & quod in Prælatos alicuius Prouinciæ non aſſumantur niſi naturales illius; qui ad hunc effectum illi cenſendi ſunt, qui in ea habitum ſuſceperunt, vel profeſſionem emiſerunt, vel per continuum decennium in ea commorati ſunt. Peyrin. *ibid. verſ. ad vltimum not.* Roderic. *q.*52. *art.*8. Murga. *ibi nu.*660. Idem dicendum de præfata officiorũ Generalium per Prouincias diſtributione, cum ex dictis, & in his conſiderari poſſit eadem ratio vtilitatis, & pacatioris, atque acuratioris regiminis pro vnaquaque reſpectiue Prouincia; Et ità ſuſtinet Giragus *loc. ſup. n.*22. *&* 23. *& p.*1. *n.*125.

1270 Ex his ſequitur, quod ſit dictus turnus, ſeù alternatiua òmninò obſeruanda. Caſtellin. *ibid. cap.*11. *n.*17. Donatus. *d. q.*23. *n.*1. Paſſerin. *cap.*30. *n.*150. *&* 151. *& cap.*36. *n.*22. *& cap.*37. *n.*22. *&* 30. Caponius *dict. diſcept.*49. *nu.*6. *& ſeq.* ità quod ea non obſeruata non teneat electio, cum ex eo, quod ſtatutum de alternatiua ſit veluti quædam concordia, ea non adimpleta nulla ſit ex defectu poteſtatis electio, vt in ſimili de collatione probat Caſtellinus *ibid. n.*42. ex Rot. *coram D. Iuſto* 19. *Martij.* 1601. *in Terraconen. Sacriſtia.* Garzia. *de Benefic. tom.*1. *part.*7. *cap.*15. vel ſaltem ſit ad partis inſtantiam irritanda, vt concludit Paſſerin. *cap.* 2. *num.* 62.

1271 Nec obſtat primò, quod poſita ea alternatiua, ſiuè turno corruere videatur iuramentum de eligendo digniore, de quo *dub. ſeq.* cum pro eligendo aliquo ex vna, v. g. Prouincia, cui ſit pro eo triennio aſſignatum tale officium, ommittetur alter ex altera Prouincia dignior. Non obſtat inquam, quia ſuppoſito illo ſtatuto aſſigente officium, v. g. Definitoriatus tali Prouinciæ, iuramentum de eligendo digniore limitatur ad digniores ex poſſibilibus haberi ex eadem Prouincia, & eligibilibus ſecundum ſtatuta; & non ad digniores ſimpliciter, & ex tota Religione, vt cum Aragon. 2. 2. *q.*63. *art.*2. Sanchez. *lib.*2. *conſ. cap.*1. *dub.*12. *n.*3. Peyrin. *in Formul. litt. E. cap.*2. *n.*12. eo modo, quo obligatio eligendi digniorem in Summum Põtificem intelligenda eſt de digniore inter Cardinales, non verò de digniore ſimpliciter & pro toto mundo; ex quo enim ſtatutum eſt. *cap. nullus. & cap. oportebat. diſt.* 79. vt Papa aſſumatur ex numero Cardinaliũ, hic cenſendus eſt dignior, & ſi idoniores reperiantur extrà Collegium. Giragus *d. p.*3. *n.*21. citatis Solon. 2. 2. *q.*63. *art.*2. *contr.*3. Valent. *tom.*3. *diſp.*5. *q.*7. *punct.*2. §.2. Ità in noſtro caſu, qui non ſunt de ea Prouincia non ſolum non ſunt digniores, ſed neque digni, cum careant conditione ad tale officium requiſita, licet aliàs digni eſſent, ac digniores; ſicuti neque digniores dici poſſunt illegitimi, qui aliàs, ſi eſſent legitimi, digniores eſſent; & dum dicitur, digniorem eſſe eligendum intelligitur de digniore inter eligibiles, & poſſibiles haberi: quod non verificatur in illis, qui à lege iuſta prohibentur, vt benè diſcurrit. Paſſerinus. *d. cap.* 30. *nu.*145. 146. 148. 149. *&* 151.

1272 Nec obſtat ſecundò, quod hinc coarctentur electiones, contra electionum rationem, quæ abſque dubio omninò liberæ eſſe debent. *cap. ſi dilectiſſimi* 8. *q.*2. *& in cap. cum terra, de electione. & cap. vbi periculum. § cæterum. tit. eod. in* 6. & communiter DD. quia cum potuerit Capitulum generale propter bonum pacis, & iuſtitiam diſtributiuam, atque Congregationis vtilitatem, vt dictum eſt, huiuſmodi turnum, ſeu alternatiuam conſtituere, & limitare eligibilitatem perſonarum, fuit tantummodò indirectè reſtricta, ſeù limitata ex parte materiæ facultas eligentium; per quod non læditur libertas electorum, ſicuti non læditur per hoc, quod non poſſint eligere illegitimos, ſuſpenſos &c. aut Papam niſi ex Cardinalibus. Panormit. *in cap. licet num.*12. *de elect.* Roderic. *q.*51. *art.*11. Miranda *t.*2. *q.*22. *art.*23. *concl.*2. Peyrin. *d. ſubdit. q.*1 *cap.*31. *notab.*3. Girag. *ibid. p.*1. *dub.*24. *nu.* 129. Lezan. *d. n.*21. A Spiritu Sancto. *tract.*5. *diſp.* 2. *n.*83. Et fauent omnia iura, quibus electiones ex perſonis certi loci faciendas latè probat Barbos. de *poteſt. Epiſc. alleg.*60. *n.*102. *verſ. hinc ſi ex fundatione*, cum nec indè cenſeatur læſa electorum libertas.

1273 Quod ſi quis vrgeat, lædi ſpecialiter apud nos libertatem electorum, quia non tantum coarctatur electio ad certum genus perſonarum,

Digitized by Google

facultatibus tibi per præſentes conceſſis ſubſtituendi, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium facimus conſtituimus, & deputamus. Teque in Domino hortamur, & monemus, vt Capitulum huiuſmodi fideliter regere, & in illo omnia, quæ ad proſperum Fratrum prædictorum regimen, & gubernium pertinent decenti, ſtatui, & ordinari cures, & facias. Mandamus propterea in virtute S. Obedientiæ dilectis filijs eorumdem Fratrum Superioribus quocumque nomine nuncupatis, cæteriſque Fratribus, & specialiter vocalibus in prædicto Capitulo congregatis, alijſque, ad quos ſpectat, vt te in eiuſdem Capituli noſtro, & dictæ Sedis nomine Præſidentem reuerenter ſuſcipiant, Tibique, & per te ſubſtituendo Prælato huiuſmodi in omnibus ad Præſidentis huiuſmodi Officium pertinentibus, pareant, obediant, & aſſiſtant, tuaque, & eiuſdem perſonæ à te ſubſtituendæ ſalubria monita, & mandata humiliter ſuſcipiant, & efficaciter adimplere procurent. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Congregationis huiuſmodi, etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alias roboratis ſtatutis, & conſtitutionibus, priuilegijs quoque Indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & de verbo ad verbum inſertis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 9. Aprilis 1683. Pontificatus noſtri anno VII.

I. G. Sluſius.

Ex quarum litterarum contextu patet quęnam ſit Præſidentis Apoſtolici in Capitulo generali auctoritas; ea nempe, quæ vigore noſtrarum Conſtitutionum competit ſimilibus Præſidentibus; hoc eſt Præſidentibus in dictis Capitulis Diſcalceatorum eligendis, ad quos referenda eſt ſimilitudo ratione ſubiectę materiæ, & probat obſeruantia, cum ſemper Præſes Apoſtolicus eadem præſtiterit, & eo modo, quo de Pręſidente à nobis electo diſponunt noſtræ Conſtitutiones; adeòque, & ipſe habet Suffragium in electionibus, & Definitorio, & in his procedere debet iuxtà noſtra regularia ſtatuta. Lezan. *tom.* 1. *p.* 1. *cap.* 15. *n.* 34. ità quod voce priuare quem nequeat, ſeu à ſuffragando in Capitulo arcere, niſi ſeruato iuris ordine. Roderic. *qq. canonic., & regul. tom.* 2. *q.* 51. *art.* 11., & in terminis. Peyrin. de *ſubdit. q.* 1. *cap.* 31. *§.* 10. & eo modo, quo dicemus in *ſeq. dub.*

1225 Difficultas eſſe poteſt, an ſi quis Præſidens Apoſtolicus, quid nomine Pontificio ordinaret, ſatis hoc eſſet ad obligandum; & videtur quod non, quia cum in Capitulo generali de 1653. *ſeſſ.* 12. huiuſmodi Præſidens dixiſſet, intentionem Sanctitatis ſuæ eſſe, quod Vicarius generalis aſſumeretur à toto Religionis gremio, Eminentiſs. Cardinalis Pallotus Protector, qui adfuit vt Apoſtolicus Præſidens Capitulo ſubſequenti de 1656. dictam præcedentis Præſidentis declarationem his verbis in margine gloſſauit. *Præſes non habet prærogatiuã Oraculi.* Vndè videtur Præſidentis dictum non ſufficere, & de facto, cum Summi Pontificis intentio eſſet, quod in electionibus obſeruaretur graduatio per Capitula generalia ſtabilita, de qua *n.* 1282. id de eius mandato per litteras ſpeciales Eminentiſs. Cardinali Alterio Protectori, & Præſidenti notificauit Capitulo gen. 1680. Em. de Luca tunc Papæ Auditor. Sed ſi ſermo ſit de Præſidente Cardinali, non dubito, quin ſi dixerit, ſe habere Summi Pontificis oraculum, ſit illi credendum propter dicenda. *n.* 1415.

1226 Vnum tantum eſt hic ſpecialiter adnectendum; magna cautela, & circumſpectione eſſe his omnibus Præſidentibus procedendũ in materia electionem, ſiue in proponendo aliquem, ſiue in excludendo, ita quod appareat talem eſſe eorum intentionem, ne per metum reuerentialem, qui maximè reſpectu Apoſtolicorum Præſidentiũ de facili concipitur aduenire electoribus, auferatur liber conſenſus, qui per metum, & reuerentialem ſufficienter excluditur, vt ex *l. penultim. ff. de furtis* Franc. de Aretio *conſ.* 14. *n.* 8. Nauarr. *tom.* 1. *conſil. lib.* 1. *conſ.* 5. *n.* 2. Valenzuel, *conſ.* 173. *num.* 68. *tom.* 2. Barboſ. in *vot. deciſ. vot.* 35. *n.* 55. & Sanctorius ſuper *Conſt. Minor. c.* 8. *ſtatut.* 36. & conſequenter electiones nullæ ſint, vt cum Portell. in *reſp. moral. part.* 2. *caſ.* 16. *n.* 5. Barboſ. *ibid.*

DVBIVM VI.

De Iudicibus cauſarum.

1227 CVm antè electiones pręcedere debeat legitimatio Capituli, ſeu vocalium. Peyrin. in *Formul. litt. C. cap.* 3. *nu.* 10. Paſſerin. de *elect. cap.* 14. *n.* 74. Murga ad *Conſtit.* 6. *n.* 666. idcircò in noſtris Conſtitutionibus *d. p.* 3. *cap.* 2. *n.* 2. ſtatuitur, quod in prima ſeſſione eligantur duo Iudices cauſarum: *Duo Aſſiſtentes, ſiue Iudices cauſarum, qui eligentur in prima ſeſſione congregato Capitulo,* vt ab eis vna cum Præſidente vocalium legitimitas diſcernatur, & publicetur, vt infrà. Eligendi autem ſunt ab omnibus gremialibus etiam Diſcretis; licet enim non adhuc de eorum legitimitate conſtet, poſſunt nihilominus ſuffragari ex conſuetudine, quæ illis tribuit tale ius *cap. cum dilectus de conſuetud.* Paſſerin. *ibid. cap.* 3. *n.* 22. & *cap.* 10. *n.* 28. & tenet, vt in ſimili de ſua Religione Peyrin. *d. cap.* 3. *num.* 11. maximè cum ſit legitimè præſcripta *cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſ. poſſeſſ.* & ibi Gloſſ. *v. de cõſuetudine.* Quarè, cum ſint in quaſi poſſeſſione ſuffragãdi in electionibus tam Præſidẽtis, quã Iudicum cauſarum, ſunt quoad has electiones legitimi electores *cap. querelam.* 24. *de elect. cap. in Geneſi tit. eod.* Caſtellin. de *elect. cap.* 5. *nu.* 5. *&* 6. Lauorius de *elect. cap.* 15. *n.* 15. quibus addendum, quod cum Conſtitutiones ordinent eſſe eligendos in prima ſeſſione, non facta Diſcretorum excluſione, ſupponunt vtique eligendos indifferentèr ab omnibus ad eam ſeſſionem vocatis,

catis, nempe etiam Diſcretis, qui indefinitè vocantur ad ſuffragandum in Capitulo generali, vt vidimus. Et ita poſt hæc ſcripta inuenio expreſsè declaratum à Definitorio de 1614. 13. *Nouembr.* quod ſcilicet ad electionem tum Præſidentis tum Iudicum cauſarum concurrere debeant omnes etiam Diſcreti antequam declarati ſint vocales legitimi, & quidem rationabilitèr; cum namque debeant, & ipſi Diſcreti ab his Iudicibus iudicari, æquum eſt, ne de grauamine poſsint dubitare, in eorum electione & ipſi conſentiant.

1228 Sunt etiam deſumendi ex gremio, tum quia id magis conforme diſpoſitioni *cap. quia propt. de elect.* vbi munera omnia ad electionis actum conducentia, vtpotè Scrutatorum, Procuratorum, &c. demandantur perſonis de eodem Collegio, non autem alijs, vt aduertunt Lancellot. in *inſtit. canonic. de elect. §. ſed quia.* Tamburin. de *iur. Abb. t. 1. diſp. 5. q. 4. n. 2.* Miranda *tom. 2. q. 23. art. 7. concl. 1. & art. 15. concl. 1.* Lezan. *tom. 2. verb. electio n. 113.* Bordon. *reſol. 61. n. 9.* Barboſ. de *iur. Eccleſ. vniu. lib. 1. cap. 19. n. 104. & 186.* & *in d. cap. quia propter n. 14.* vbi *n. 15.* allegat Rotam in *Nicionſ. Parochial.* 1629. *coram Card. Virili.* decidentem, electionem eſſe nullam, quando cum Scrutatoribus de Collegio adhibentur alij, qui non ſint de Collegio. Murga *ead. conſtit. 6. n. 659. & 683.* Paſſerin. *cap. 10. n. 35. & cap. 16. n. 16.* ſicut, & munus electoris nomine omnium eſt eiſdem, vt videbimus *n.* 1320. demandandum; adeoque, & ad id munus Iudicum cauſarum ex eodem Collegio deſumendi erunt. Tum quia id patet ex Conſtitutionibus *loc. ſup.* vbi: *poterunt autem eligi omnes vocem habentes modò ſint præſentes, & non ſint Diſcreti*; ſenſus ſi quidem eſt de vocem habentibus in ſubiecta materia, ſecundum quam intelligenda ſunt verba. Mantica de *tacit. et ambig. lib. 23. tit. 17. n. 7. &* 8. & reſtringenda, ſi ſunt generalia Rot. in *Parmen. Benef. die 25. Febr. 1639. coràm Merlin. decif.* 800. *n. 6.* nempe in Capitulo generali; neque de non gremialibus poteſt dici, quod ſint vocales; adeoque quod nec vocem habeant; & ſic, quod neque ſint eligibiles in Iudices cauſarum. Eo magis, cum dicatur, *modò ſint præſentes*; hæc enim verba, cum ſint aduerſatiuè poſita ad excluſionem gremialium abſentium, vt oſtendunt alia verba earumd. Conſtitutionum *ibi n. 3. abſentibus amplius non expectatis*, vtique intelligenda ſunt de præſentibus gremialibus, iuxta naturam aduerſatiuæ, quæ eſt, vt aduerſetur retentis eiſdem terminis, & in eodem genere perſonarum. Gloſſ. in *cap. porrò. verb. quomuis*, & ibi Panormit. *n. 2. de priuil.* Bened. Ægid. ad *l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. p. 2. diff. 3. n. 4. antè verſ. prætereà fol.* 320. Rot. in *Roman. fideicõmiſſ. coram Merlin. decif. 669. n.* 10.

1229 Et talis eſt abſque dubio ſenſus Religionis, vt patet primò ex decreto Capituli generalis de 1635. pro Capitulis prouincialibus, vbi: *Poſteà, Præſidens electionem duorum Aſſiſtentium, ſeu Iudicum cauſarum proponat Capitularibus vniuerſis: poterunt autem eligi omnes vocem habẽtes in illo Capitulo prouinciali, modò non ſint Diſcreti*; cum enim ſit ita ſtatutum, vt ſeruata proportione eadem forma teneatur in Capitulo prouinciali, ac in Capitulo generali, clarè dignoſcitur ſenſum Religionis eſſe, quod vbi Conſtitutiones diſponunt eligendòs in Iudices cauſarum pro Capitulo generali deſumendos eſſe ex vocem habentibus, loquantur de vocem habentibus in eodem Capitulo generali. Secundò ex inconcuſsa obſeruantia, quæ eſt optima legum interpres. *cap. cum dilectus de conſuetudine.* Moron *reſponſ. 22. n. 22.* Anton. à Spiritu Sancto *diſp. 6. n. 279.*, & communitèr D.D. & in puncto electionis Lezana *t. 1. p. 1. cap. 15. nu. 125.* Paſſerin. *ibid. cap. 31. n. 20.* cum ſemper electi fuerint ex gremio; & ideò in formulario impreſſo pro celebratione Capituli generalis circa ea, quæ facienda ſunt in prima ſeſſione *n. 10.* diſpoſitum legitur, quod (ſermo eſt de electo in Iudicem cauſarum) *ſtatim electus diſcedat à Capituli loco; quo egreſſo Præſidens pro informatione, interroget omnes dicens: habet ne aliquis veſtrum &c.* quod eatenus ordinatum eſt, quatenus ſupponitur exiſtere in Capitulo (aliàs ſuperfluè diſpoſitum fuiſſet, quod diſcederet) & conſequenter eſſe ex gremialibus. Vndè nulla remanet difficultas, quin talis ſit, & mens Conſtitutionum: ab obſeruantia ſi quidem ſubſequta bene arguitur mens ſtatuentium. Mirand. *t. 1. q. 25. art. 4. in concl.* Surd. *conſ. 224. nu. 7. & conſ. 275. n. 12.* Mantic. *decif. 320. n. 5.* Rot. in *Burgens expenſarum 31. Ianuarij 1625. coram Merlino.* Barboſ. in *d. cap. cum dilectus n. 15.*

1230 Horum autem officium, & breue eſt; facta ſiquidem vocalium legitimatione expirat, ni fortè incepto Capitulo quis ex abſentibus ſuperueniat; quia cum tunc, & ipſe legitimandus ſit, ad eoſdem hoc munus ſpectabit; & inſuper caret iuriſdictione, cum non poſſint ipſi ſuas ſententias exequi vi, vel præceptis, vel cenſuris; hoc enim eſt Præſidentis, cum ad ipſum ſolum ſpectet, vt mox dicetur conſtringere præceptis gremiales, etiam dum ipſi Iudices ſuum munus exercent, adeòque ſunt Iudices habentes tantũmodo notionem, prout notio diſtinguitur à iuriſdictione vt ex *text. l. à Diuo Pio. in princip. ff. de re iudic. l. à Iudice C. de Iudic. & l. vlt. C. vbi apud quem*, & ex Duaren. Gouean. & Menoch. Barboſ. in *appellat. iur. appell. 122. n.* 2. & de ſimilibus Iudicibus tenet Paſſerin. *vbi ſup. cap. 14. n. 67.* Et duo tantum ipſis cõpetunt: alterum examinare vna cum Præſidente, & Vicario Generali litteras teſtimoniales Diſcretorum, & de eorum canonica electione, nec ne pronuntiare, per Conſtitutiones *d. cap. 2. n. 4. litteræque* (ſic ibi) *teſtimoniales de electione Diſcretorum producentur, & examinabuntur, & Præſidens, Vicarius Generalis, ſimul cum Aſſiſtentibus ſtatim ſententiam ferant, electos eſſe, vel non eſſe canonicè, quorum ſententiæ ſimpliciter latæ abſque appellatione obediant.* Alterum legitimare omnes vocales, declarando omnes legitimè vocem habere. *Poſt hanc ſententiam* (ibid.) *Præſidens præcepto formali præcipiat omnibus gremialibus, vt antequam*

poſt Veſperas ea die congregentur, denuntiet vnuſquiſque ſibi, an ſciat aliquod impedimentum, propter quod aliquis ex gremialibus vocem habere nequeat. Hora veſpertina congregentur Præſidens, Vicarius Generalis, & Aſſiſtentes, & ſi aliqua denuntiatio facta fuerit, ſimpliciter, & de plano cauſam examinent, & ſententiam ferant, cui omnes parere teneantur ſub priuatione vocis actiuæ, & paſſiuæ per duos annos: Si verò nulla denuntiatio facta fuerit declarent, omnes legitimè vocem habere &c. Per quæ patet primum examen ſe extendere ad ſolus Diſcretos, an ſcilicet ſint cannnicè electi.

1231 Quia verò ex ſuprapoſito contextu habetur, id ex litteris teſtimnnialibus dignoſcendum eſſe, videntur hę litteræ materia propria, & adæquata auctoritatis, ſeu inſpectionis eorum, vltrà quam nequeant Iudices iſti ſuum extendere iudicium, vt in ſimili Paſſerin. *d. cap. 14. n. 69. & ſeq.* Cum tamen contingere poſſit, quod quis v.g. in electinne Diſcreti fuerit contemptus, ſi iſte de contemptu opponat, prout de facto opponere poteſt, & pro caſſatione inſtare *cap. in Geneſi cap. cum inter vniuerſas, & cap. quod ſicut. de electione.* Caſtellin. *cap. 8. n. 11.* etiam ſi Diſcretus fuerit à ſuo Præſidente confirmatus; ſicuti enim contemptus, qui electionem, & confirmationem ignorauit, poteſt poſt ipſam reclamare, & inſtare pro caſſatinne. Launrius de *elect. cap. 17. n. 14.* & ſi inſtet, eſt eius inſtantia admittenda iuxta *cap. fin. qui matrimonium accu. poſſint.* Samuell. *diſp. 2. controu. 8. concl. 2.* Sigiſmund. de *electione dub. 10. cap. 1. n. 4.* Tamburin. de *iur. Abb. t. 1. diſp. 5. q. 3. n. 1.* ita reclamare poterit, & inſtare contemptus in electione Diſcreti, etiam poſt ipſius Diſcreti confirmationē, cum ante illam reclamare non potuerit. Si inquam hic inſtet, poterunt hi Iudices ſuper hoc recognoſcere, non obſtantibus litteris teſtimonialibus de Diſcreti canonica electione; fruſtrà ſiquidem poſſet ipſe inſtare de contemptu, ſi horum auctoritas eſſet ad litteras teſtimoniales reſtricta.

1232 Aduertendum tamen, ipſum ſolum contemptum poſſe ſic inſtare. Federic. de Sen. *conſ. 148. in fin. verſ. præterea*, & *conſ. 214. in fin. verſ. item dico.* Rot. *in Hiſpalen. canonic. 5. Nouembris* 1618. *coram Burato.* Lauorius *ibid. n. 15.* Tambur. *ibid. n. 6.* non verò quem alium de capitulo; nec Præſidentem ipſum, aut Iudices cauſarum poſſe ex officio caſſare electionem alicuius Diſcreti ex alicuius electoris contemptu, ipſo contempto non inſtante pro caſſatione. Panormit. in *d. cap. in Geneſ. n. 10.* Barboſ. de *iur. Eccl. vniu. lib. 1. cap. 19. n. 116.* Lauorius *d. nu. 15.* Caſtellin. *d. cap. 8. n. 1. verſ. ita vt & verſ. non ſine cauſa. fin.* Donat. *rer. regul. p. 3. tract. 4. q. 21. n. 5.* quia hic agitur de fauore priuato, nnn autem publico; vnde non poteſt Iudex ex officio ſuo ſupplere; & in contemptu alicuius electoris violatur ius priuatum, & proprium ipſius perſonæ contemptæ, in cuius poteſtate eſt proſequi contemptum, nec ne; & aliàs poteſt non excipiendo tacitè conſentire, quo caſu valida erit electio. Rot. *deciſ. 225. n. 5.* & *deciſ. 259. n. 6. coram Burat.* Et ideò ad ipſum ſolum ſpectat de eo agere, & inſtare. Caſtellin. *ibid. d. verſ. non ſine cauſa.* Paſſerin. *cap. 11. n. 120.*

1233 Vnico verbo, ad ea omnia ſe extendit in hoc primo examine horum Iudicum cognitio, quæ ſunt neceſſaria pro valida, & cannnica Diſcretorum electione, & an habeant requiſita, quæ iuxta noſtra ſtatuta habere debent (de quibus ſuo loco) vt ſint legitimi Diſcreti; ad ad nihil aliud prorſus. Paſſerin. *ibid. n. 72.* & ideò ex nulla alia cauſa quæcumque illa ſit, niſi ex defectu malæ, ſeu non canonicæ electionis, aut quia ſine requiſitis prædictis quem Diſcretum à ſuffragio impedire nnn poterunt. Peyrin. *tom. 1. de ſubdit. q. 1. cap. 31. §. 10. verſ. dico quinto.* Circa quod obſeruandum decretum Capituli generalis de 1677. quod ſcilicet oppoſitiones contra huiuſmodi electiones per bimeſtre ante Capitulum generale debeant produci, ad hoc vt electus poſſit ſe defendere.

1234 Alterum verò examen omnes amplectitur gremiales, tum Diſcretos, tum alios quoſcunque, cum præter defectus, qui poſſunt contingere in electionibus Diſcretorum, poſſint reperiri aliqua impedimenta, per quæ tum de iure, tum per Conſtitutiones tam ipſi, quam alij gremiales arceantur à ſuffragio, & vocem habere nequeant. Et propterea in hoc ſecundo examine attendendum, ſi aliquod inſurgat impedimentum, propter quod aliquis ex gremialibus vocem habere nequeat. Quod intelligendum puto de voce actiua tantum; quamuis enim non minus requiratur ad validitatem electionem idoneitas eligendorum, quam electorum; vt opponatur contra eligendos non videtur hoc tempus aptum, cum poſſit opponi contra electos ante confirmatinnem, tunc quādo facta electione, iuxtà conſuetudinem noſtram electus egreditur è Capitulo, & à Pręſide interrogantur gremiales, an aliquid opponendum occurrat contra talem electionem. Quare conſideranda videntur hic impedimenta ſola, per quæ quis non poſſit eligere, & ea ſunt de quibus in ſequentibus.

1235 Et hic etiam aduertenda ſunt duo. Primò; non poſſe hos Iudices de alio recngnoſcere, aut agere, quam purè examinare, an quis aliquo impedimento iam ligetur: nnn autem cauſas, ſi quæ ſunt, vt proceſſus contrà quem ex electoribus in alia materia terminare, aut ſuper his ſententiam ferre, niſi fortè ordinentur directè ad declarandum, iam quem incidiſſe in excommunicatinnem latæ ſententiæ, aut aliquod ex canonicis impedimentis, per quod ſit ipſo facto inhabilis ad eligendum, & non alio modo, pro vt declaratum eſt in Capitulo generali de 1625. vt poſt Conſtitutiones per hæc verba: *In p. 3. cap. 2. §. 4.* vbi leguntur hęc verba: *An ſciat aliquod impedimentum, propter quod aliquis ex gremialibus vocem habere nequeat declaratum fuit, quod intelligatur de impedimento à iure poſito, ſcilicet, quod ſit ipſo facto excommunicatus, ſuſpenſus, irregularis, &c. & non de excommunicandis, ſuſpendendis &c.* Secundò, neque ipſos

poſſe

poſſe ex officio alicui opponere, tum propter dicta, tum quia clarè in Conſtitutionibus decernitur, quod declaretur ab ipſis, gremiales habere vocem necne, vbi facta fuerit, vel non aliqua denuntiatio: quò certè innuitur, denũtiationem faciendam eſſe ab alijs, qui poſſunt horum Iudicum examini aliquem denuntiando ſubijcere; quę ſi non appareat tenentur declarare, omnibus vocem competere in electionibus; præterquam quod cum ipſi ſint Iudices, nequeunt eſſe partes.

1236 In vtroque autem examine ſeruanda eſt iuris forma: hoc eſt, nullus nec malè electus in Diſcretum, nec alia cauſa, quis inhabilis declarandus eſt ad eligendum, niſi prius illo vocato, omnia illi obiecta notificentur, vt valeat ſe defendere, cum defenſiones ſint de iure naturali, & nemo inauditus queat condemnari *cap. Deus Omnipotens 2. q. 1.* Peyrin. *t. 1. q. 1. cap. 31. §. 10. verſ. dico primò.* Caſtellin. *ibid. cap. 13. n. 20.* Lezan. *tom. 1. p. 1. cap. 15. n. 34.* licet enim hoc iudicium de plano, & ſimpliciter, hoc eſt ſine apicibus iuris faciendum ſit, & ſine forma iudicij, ſola veritate inſpecta, non eſt tamen omittenda hæc ſubſtantialis forma iudicij, quod prius reus audiatur, & defenſioni locus detur. Roderic. *qq. canonic. & regul. t. 2. q. 51. art. 11. ad primum dubium.* Mirand. *t. 2. q. 23. art. 2. verſ. hæc inquam.* Paſſerin. de *elect. cap. 2. n. 71. & 72.* Quo audito, debet ab his quatuor ſententia ferri, & per ſecreta ſuffragia decidi, & illud pro deciſo haberi, pro quo maior pars ſuffragiorum ſteterit. Quod ſi vota fuerint paria, tunc poteſt Pręſidens declarare, quid ſibi prudenter viſum fuerit, argum. ex Tridentin. *ſeſſ. 24. de reformat. cap. 18.* ibi: *quorum votis, ſi pares, aut ſingulares fuerint.* Peyrin. in *Formul. lite. P. cap. 8. n. 5.* vbi, quod ſi maior pars alicui iniuſtitiam euidenter faceret, eum à Capitulo arcendo, poteſt Præſidens minori parti adhærendo, tamquam ſaniori, eum releuare, & in capitulum admittere, cum iuxta *cap. 1.* iuncta gloſſ. *verb. rationabiliter. de his, quæ fiunt à maiori parte capituli,* non ſtetur ſemper maiori parti, & pluralitati, quia maior pars eſt illa, quæ maiori rationi, & pietati innititur. Vincent. de Franch. *deciſ. 2. à n. 25.* & fauet *cap. Eccleſia veſtra. il 2. §. fin. de electione,* vbi in paribus Superiorem, cui voluerit gratificare poſſe. Tiraquell. de *iur. primog. q. 17. in 2. opinion. n. 6. & 7.* & *in 6. opinion. nu.* 10. & ibi Barboſ. *n. 8. & 9. & in cap. cum autem. de iur. patron. n. 8.* & in æqualibus partibus ea præualere debeat, ex qua fuerit Præſidens, qui eſt dignior, vt in ſimili Peyrin. *tom. 2. de Prælat. q. 1. cap. 2. n. 24.* & refert Pellizzarius *tract. 9. cap. 8. n. 34.* ſtatutum in Ordine Prædicatorum, & in alijs Religionibus idem Peyrin. *d. cap. 2. n. 6. & eod. n. 24.* & videtur rationi conſentaneum; cum enim ex vna parte ad hos quatuor ſpectet decidere, & ex alia ad tollẽdas dilationes prohibeatur appellatio, certè in paritate votorũ eſt aliquo breuiori modo decidenda cauſa; & ideò in tali caſu reſolutio à Præſidẽtis arbitrio petẽda.

1237 Porrò prolata ſententia nemini licet appellare, cum id viderimus expreſsè prohibitum à Conſtitutionibus; quamuis enim appellatio videatur in omni caſu permiſſa, excipitur tamen, niſi vbi ſit expreſsè prohibita *cap. non ſolum. de appellat.* ibi Barboſ. *n. 4.* cum multis. Nec eſt incongrua talis prohibitio, tum ne protrahantur electiones, tum quia ſimiliter ab Examinatorum reprobatione prohibentur appellare examinati in concurſu ad beneficia, per Concil. Trid. de *refor. cap. 18.* Ricc. in Deciſ. *Cur. Archiep. p. 4. deciſ. 19.* Barboſ. de *poteſt. Epiſc. p. 3. allegat. 60. n. 104.* Quia tamen odioſa ſtrictè interpretanda eſt, vt in *cap. 1. & 2. de fil. Præsbyt. in 6.* Paſſerin. de *elect. cap. 34. n. 47.* & ideò intelligenda de appellatione ſuſpenſiua, non verò deuolutiua. Paſſerin. *ibid. n. 59.* eo modo, quo ſupradictam prohibitionem appellãdi ab Examinatoribus, quoad ſuſpenſiuum, non verò deuolutiuum eſſe accipiendam ex Campanil. Salgad. & alijs tradit Barboſ. in *d. cap. de reformatione n. 154.* Aduerto tamen, appellationem prohiberi, vbi agitur de ſententia in primo examine, ſcilicet quoad declarationem Diſcretorum: non verò in ſecundo, vbi de declaratione legitima vocalium, hic enim non parentibus imponitur priuatio vocis actiuæ, & paſſiuæ per biennium, ni velimus dicere, & hic eſſe prohibitam, eo ipſo, quod tenetur quiſque ſub ea pena obedire; eo magis cum militet eadem ratio, non protrahendi electiones.

DVBIVM VII.

De requiſitis ex parte electorum.

1238 MVlta quidem requiruntur in iure; & in primis, quod elector non ſolum Subdiaconus ex præſcripto Clementis V. in Concil. Vien. prout in *Clementin. Vt ij de ætat. & qualit.* ſed apud nos, quod vlterius ſit Sacerdos, & quod tres annos à profeſſione expleuerit. Sic conſtitutiones *p. 3. cap. 1. n. 1. Nullus in electionibus, aut Capitulis vocem actiuam, & paſſiuam habeat, niſi ſit Sacerdos, & profeſſionis in Congregatione tres annos expleuerit,* hoc eſt perfectè compleuerit propter dicta *quodlib. præced. à n. 1048. & ſeq.* Quod non ſit excommunicatus, excommunicatione ſcilicet maiori. *cap. conſtitutis. il primo. de appellatione* (nam minor non priuat iure eligendi. *Cap. Si celebrat. de Cleric. excommunic.*; ita quod ſi eligat, nec peccet venialiter, cum nullibi prohibeatur, ex Filiucc. Henriq. & Nauar. Peyrin. de *Prælat. q. 2. cap. 5. n. 25.*) quia electio facta à taliter excommunicato eſt ipſo iure nulla. Caſtellin. de *elect. cap. 5. n. 16.* Ricciull. de *iur. perſon. lib. 4. cap. 3. n. 9.* Filliuccius *tom. 1. tract. 12. cap. 6. à n. 150.* Suarez *t. 5. in 3. p. diſp. 14. ſect. 2. n. 6.* Quod non ſit irregularis, ex *Cap. Is, qui. 18. §. is verò. de ſent. excomm. in 6.* Syluest. *verb. electio 1. q. 4. fin.* Mirand. *t. 2. q. 23. art. 8.* Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 14. q. 8. verſ. Ius item eligendi.* Peyrin. *ibid. n. 48.* Donat. *part. 3. tract. 4. q. 9.* Palaus *part. 2. tract. 13. d. 2. punct. 11. §. 1. n. 5.* Quod non ſit ſuſpenſus, ſiue à iure, ſiue ab ho-

mine, alias nulla eſſet electio. *Cap. eum Dilectus de cōſnetud.* ibi Barboſ. *n.12.* & *de iur. Ecclеſ. vniu. d. cap.19. u.58.* Riccіul. *eod, lib.4. cap.3. u.9.* Et non ſit interdictus *cap. cum inter de elect.* Lauorius de *elect. cap.15. n.67.* Barboſ. *ibid. n.62.* Ricc. in *prax. p.4. reſol.42. n.13,* Pet. Greg. de *elect. cap. 7. n.9.* quæ omnia impedimenta eſt his verbis *d. cap.1. n.3.* complexa Conſtitutio *Nullus prætetea excommunicatus, irregularis, ſuſpenſus, aut interdictus, ſeu quauis de cauſa inhabilis eligat, aut eligatur.*

1239 Super quibus aduertendum, quoad excommunicatum, ea militare de excommunicato non tolerato, ſcilicet, aut nominatim denuntiato, aut publico Clerici percuſſore. Tamburin. de *iur. Abb. tom.1. diſp.5. q.8. nu.12. & ſeq.* Lezan. *tom.1. p.1. cap.15. nu.5.* Barboſ. *d. cap.19. n.56.* vbi, quod è contra eligente inter alios excommunicato tolerato electio ſit valida, etiam ſi id ſciant alij electores, eum ipſi non teneantur eum euitare per *extrauag. Ad euitanda.* Sigiſmund. à Bonon. de *elect. dub. 66. num.10.* Suarez. *ead. diſp.14. ſect.2. num.18.* Peyrin. *d. nu.15.* Murga ad *Conſtit.6. num.471.* dummodò quis eorum ante electionem non oppoſuerit. Paſſerin. *ibid. num.66. & 77.* licet peccaret ipſe excommunicatus eligendo. Suarez *eod. num.18.,* & *de Relig. tom.4. tract.1. lib.2. cap.4. n.9.* Murga. *ibid.* Paſſerin. *loc. cit. nu.84.* nam ſi quis ante electionem oppoſuerit, erit certè excludendus. Peyrin. *ibi nu.16.* & Paſſerin. *d. n.84.,* & apud nos declaratiuè à Iudicibus cauſarum, & executiuè à Præſidente. Dixi ante electionem, quia ſi exceptio detur poſt electionem, de ea non curandū, cum exceptio inueniat electionem iam validè celebratam; Et ità Suarez *d. ſect.2. n.18.* Sigiſmund. *loc. ſup. n.11.* Peyrin. *ibid.* & Paſſerin. *à n.78.*

1240 Idem dicendum quoad irregularitatem, nempe habere locum in irregulari denuntiato, & non tolerato vigore eiuſd. *extrauag. Ad euitanda.* Peyrin. *d. n.48. fin.* Alphonſ. de Leon. *recoll.3. de cenſ. n.98.* Donatus *d. q.9. n.3.* Paſſerin. *eod. cap.10. nu.106.* ſicut & quoad interdictum, quod ſcilicet procedat de interdicto pariter denuntiato, eo modo quo de excommunicato propter eamdē *Extrauag.* Sà in *aphor. verb. interdictum nu.3.* Peyrin. *ibid. num.42.* Paſſerin. *nu.100.* vbi, quod tamen peccaret interdictus immiſcendo ſe electioni; ac tandem quo etiam ad ſuſpenſum, quod ſimilitèr intelligatur de non tolerato, ſeu nominatim denuntiato, & declarato, vt cum Suarez. Filiuc. Henriq., & Bonacina, Peyrin. *ibid. nu.33.* geſta ſiquidem ſuſpenſi tolerati valida ſunt prout de excommunicato tolerato vigore pręfat. *extrauag.* Suarez *loc. ſup. diſp.26. ſect.2. n.2.* Peyrin. *ibid.* Paſſerin. *cit. cap.10. n.96.* licet, & ipſe peccaret. Peyrin. *num.34.* Circà quem eſt vlterius adnotandum, ſenſum eſſe de ſuſpenſo non ab Ordine, cum eligere non ſit actus Ordinis, ſed iuriſdictionis, quod diuerſum eſt. Suarez. de *cenſ. diſp. 26. ſect.4. n.5.* Filiuc. *tom.1. tract.17. cap.2. n.25.* & ex declaratione S. Congreg. Concil. *ann.1628. 22. Auguſti* Peyrin. *ibid. num.35.* ſed ab officio (nomine cuius intelligitur omne exercitium clericale. Panormit. *cap. cum ſuper. n.4. de Confeſſ.*) *d. cap. cum dilectus.* & *cap. cum inter. de elect.* ibi Barboſ. *n.4.* Hoſtienſ. in *Summ. de elect. §. & cui nullo iure n.7.* Cuch. *inſtit. lib.4. tit. de elect. num.122.* Lauor. *tit.4. cap.15. nu.61.,* & ab officio abſolutè: non autem ab vno tantum officio, quia ſuſpenſus ab vno actu non eſt ſuſpenſus ab alio. Innocen. in *d. cap. cum dilectus n.4.* Armilla *verb. electio n.4.* Sayr. *lib.4. c.5. nu.27.* & *cap.3. nu.15. & 18.* Sigiſmund. *ibid. dub.64. n.3.* Vnde Prior v. g. ſuſpenſus tantum ab officio, ſi illi competit ius ſuffragandi in aliqua electione, poteſt in illa ſuffragium ferre, quia ſuſpenſus ab officio non eſt ſuſpenſus à beneficio, vt cum Sanchez. Sigiſmund. Sayr. Samuell. Anton. à Spiritu Sancto in *director. Regul. tract. 5. diſp.2. nu.29.*

1241 Præter hæc autem ſunt alia ex parte electorum requiſita, & ideò ad ea comprehendenda additum in Conſtitutionibus, *ſeu quauis alia de cauſa inhabilis eligat*, ſcilicet quod ſit ſui compos elector; nam amens, ſiue furioſus, ſiue mente captus dicuntur inhabiles ad eligendū. Nauarr. ad *cap. Si quando. de reſcript. except.10. num.5.* Mandagot. *1. p. de elect. cap.7.* Caſtellin. *cap.5. u.57.* Sigiſmund. *dub.86. n.4.* nec præſumendi ſunt tunc ſanæ mentis, & cum lucis interuallo, ſi tunc in capitulo quietè ſe habeant, quia furor ſemel accenſus cenſetur ſemper adeſſe, niſi contrarium probetur. Gloſs. in *verb. compotem. cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſt.* Petrus de Biax. *lib.1. cap.15. nu.3.*

1242 Secundò quod non ſit voce priuatus, niſi legitimè, & debito tempore appellauerit, quia tunc poteſt eligere, cum appellatio ſuſpendat ſententiam, & eius effectum. *cap. cum venientes. de iure iur.* Suarez. de *Relig. t.4. tract. 8. lib.2. cap.11. n.6.* Sigiſmund. *dub.90. nu.5.* In quo militant & ea, quæ dicta ſunt ſupra, quod non ſit toleratus, ſeù de voce priuato per ſententiam, quia toleratus, ſeu non ſententiatus particularitèr poteſt admitti ad electionem, abſque eo quod inficiatur; Si tamen nullus reclamauerit, propter eamd. *extrauag. ad euitanda* cum reliquis prout ſuprà de excommunicato. Et ità quoad omnia Paſſerin. *d. cap.10. à n.127. & ſeq.* vbi *n.134. fin.* quod nec taliter priuatus teneatur abſtinere à voto ante ſententiam Iudicis declaratoriam ex approbatione S. Congreg. Regul. 1646. *5. Octobr.* & 1649. 26. *Nouembris.* Nicolius in *Floſcul. verb. pœna num.14.* Quod idem dicendum de quibuſcumq; prohibitis eligere, de quibus ſtrictim Miranda *d. q.23. art.8.* cum enim quęcumque huiuſmodi prohibitio ſit quædam vocis priuatio, de omnibus eſt ead. ratio. Paſſerin. *ibid. n.140.*

1243 Tertiò, quod ſit de corpore illius Collegij, ad quod pertinet electio, ſcilicet vel vnus ex vocalibus ſuprà. *nu.1206.* reſpectu Capituli generalis, vel Prior, aut Vicarius Conuentus Vicariatus, vel Secretarius prouincialis, aut Diſcretus reſpectu Congregationis prouincia-

lis

Digitized by Google

lis, vel de familia illius reſpectu Capituli conuentualis; vnde nullus præter ſupradictos poteſt habere vocem in præfatis reſpectiuè Capitulis; nec etiam de conſenſu omnium de Capitulo (vt fieri poſſe admittunt cum Panormit. in *cap. ſcriptum. de elect.* Nauarr. *lib. 5. conſil. de ſimonia conſ. 9.* Peyrin. de *ſubdit. q. 1. cap. 31. §. 8. verſ. dico nono.* Pellizzar. *tract. 9. cap. 8. num. 27.*) nonob hanc Concilij Trid. *ſeſſ. 22. de refor. c. 4.* diſpoſitionem: *Quicunque in Cathedrali, vel Collegiata ſeculari, vel regulari Eccleſia diuinis mancipatus officijs, & in Subdiaconatus ordine ſaltem conſtitutus non ſit vocem in huiuſmodi Eccleſijs in Capitulo non habeat, etiam ſi hoc ab alijs liberè fuerit conceſſum*, vt indè probant aliqui; cum ibi Concilium intendat ſolum decernere, quod nullus niſi ſaltem Subdiaconus ſit, habeat vocem: non verò, quod admitti non poſſit ſimpliciter quis extraneus; modò ſit Subdiaconus; Quia videtur ſupponi à Concilio, poſſe à Capitulo, quem extraneum admitti, & ideò probibet in hoc ſpeciali caſu, quo quis non ſit ſaltem Subdiaconus. Sed quia, cum in electione ius eligendi non veniat ex iure eligentium, ſed à Sede Apoſtolica. Barboſ. de *off. & poteſt. Epiſc. part. 1. lib. 1. cap. 8. n. 64.* Murga in *d. conſtit. 6. 710.* & in *conſtit. 15. n. 7.* nec conſequenter conueniat, niſi cui eadem Sedes conceſſerit. Paſſerin. de *elect. cap. 3. n. 34. & 35.* & *cap. 10. n. 27.* teneniq; Suarez *tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 4.* Donatus in *prax. rer. regul. p. 3. tract. 2. q. 15.* vbi, id eſſe contra formam *cap. quia propter de elect.* ex quo habetur, quod electioni interſint ſolum illi, qui debent intereſſe. Palaus *part. 2. tract. 13. diſp. 2. punct. 11. §. 1. n. 4.* Lezan. *d. cap. 15. nu. 4.* Murga *ead. conſtit. 6. n. 482.* eo magis, quia tota ratio dicentium poſſe admitti, quæ deſumitur ex eo, quod poſſit tota poteſtas eligentium in compromiſſarium transferri, vt in *cap. cauſam de elect.* corruit in præſenti, cum apud nos compromiſſaria electio non habeat locum; & vlterius, quia vocales in Capitulo generali, vel prouinciali ſunt ab Alexandro VII. in incipien. *Militantis Eccleſiæ* prout in Bullar. Congreg. *litt. 19.* aſſignati, ſicuti & pro alijs electionibus à Conſtitutionibus ipſis Apoſtolicis *p. 3. cap. 2. nu. 21. & cap. 9.* determinati, quo fit, vt non poſſint ad eas alij admitti. Murga *Conſtit. 15. n. 19. 23. & 24.*

1244 Quartò, quod ſit præſens; ſic enim Conſtitutiones *ibid. n. 3. Nullus in electionibus vocem actiuam habeat, niſi fuerit præſens*; per quod non ſolum infertur ſuffragium per litteras prohibitum, prout in *cap. Si quis iuſto. 46. de elect. in 6. §. abſens*, ſed etiam per procuratorem; nam ſi id poſſet, eſſet abſens, & eligeret, cum per ſe facere videatur, qui per alium facit. Et tandem, quod vnum tantum habeat vnuſquiſque electorum in eadem electione ſuffragium, & excepta electione, in qua fuerit ipſe nominatus, quia tunc ſuffragari prohibetur à Conſtitutionibus *d. nu. 3.* ibi. *Nullus etiam plures voces actiuas habeat in eadem electione. Nullus item poſſit ſuffragium ferre in electione, in qua ipſe fuerit propoſitus, vel nominatus.* Quod, quoad ſecundam partem videtur habere locum ſolum in electionibus, in quibus quis ex electoribus nominatim proponitur, vt deducitur ex verbis alijs Conſtitutionum, prout *n. 1303.* nō autem in alijs electionibus. v.g. generalibus, & ſi de alicuius ex electoribus electione tractetur inter gremiales; cū in his nemo ſpecialiter nominetur.

1245 Atque ex his omnibus magis elucidātur, quæ dicta ſunt. *n. 1235.* de munere Iudicū cauſarum, quia excommunicati, irregulares, ſuſpenſi, & interdicti, vel non ſunt tolerati, hoc eſt, ſunt nominatim denuntiati, aut publici clerici percuſsores, vel ſunt tolerati, hoc eſt non nominatim denuntiati; Si primo modo, arcendi ſunt vtique ab electione. Si verò ſecundo, poſſunt, & debent à Iudicibus, admitti, dummodo quis ex vocalibus non opponat; eo magis cum per abſolutionem generalem auferri poſſit pro foro conſcientiæ inhabilitas prouenienS à cenſura etiam publica, parte non opponente, vt vidimus *num. 1216.* Dixi, dummodo quis ex vocalibus non oppoſuerit; nam opponente aliquo eſt, vt diximus *n. 1239.* excludendus. Sed hoc etiam vbi agatur de oppoſitione pro cenſura, aut vocis priuatione ipſo facto incurrendis, ſeù latæ ſententiæ: non vero vbi de ferenda, quia cum illæ ſolæ impediant electionem, non autem iſtæ Paſſerin *cap. 10. n. 123.* de illis ſolis poſſunt ipſi Iudices recognoſcere, non vero de iſtis.

DVBIVM VIII.

De requiſitis ex parte eligendorum.

1246 Illam etex Conſtitutionibus, prout *dub. præced.* requiruntur pro eligendis, quę pro Electoribus, *eligat, aut eligatur*. Qua propter breuiter dicendum excommunicatum excommunicatione maiori eſſe ineligibilem. *cap. Poſtulaſti. 7. de Cleric. excommunic. miniſtran.* & *cap. 1. de reſcriptis. in 6.* & electio eſt ipſo iure nulla, & irrita. Peyrin. de *Prælat. q. 2. cap. 5. n. 2.* Ricciull. de *iur. perſon. lib. 4. cap. 6. n. 23.* Barboſ. in *d. cap. Poſtulaſti. nu. 13.* & *de iur. Eccleſ. vnin. lib. 1. cap. 19. n. 118.* & communiter DD. ſiue excommunicatio ſit à iure, vel ab homine, ſiue per ſententiam ſpecialem, aut generalem, ſiuè publica, ſiue occulta, ſiue ſciatur ab ipſo excommunicato, & electoribus, ſiuè ignoretur ab vtriſque, ſiue denuntiatus, nec ne, quantucumque toleratus, & occultiſſimus, quia iura vniuerſaliter inhabilitant excommunicatum; & ideò vniuerſaliter intelligenda; & ignorantia, licet excuſet à culpa, non validat actum irritatum ab Eccleſia. Suarez *t. 5. in 3. p. de cenſur. diſp. 13. ſect. 1. nu 3.* cum pluribus. Ricciull. *ibid. à n. 9.* Barboſ. in *d. cap. Poſtulaſti à nu. 3. & ſeq.* Paſſerin. de *elect. cap. 25. n. 445. & 450.* Murga in *Conſtit. Apoſt. ad Cōſtit. 6. n. 1090. et 1091.* Ampliant, etiamſi excommunicatio ſit iniuſta, dummodò ritè lata. Rebuff. ad *d. c. Poſtul. n. 67.* Sayr. de *cenſur. lib. 2. cap. 5. nu. 10.* Lancellot. de *attentat. p. 3.*

cap.

cap.24.q.3.nu.8. & alij, quos refert, & ſequitur Barbos.*ibid.n.4.*Paſſerin.*ſupr.n.456.* Murga *eod. n.1090.fin.* quatenus ſcilicet, cum tunc in foro externo habenda ſit pro valida, ſi talis excommunicatus (ſermo eſt hic de excommunicato ab homine, in quo poteſt contingere iniuſtitia) ſcienter eligatur, eſt electio caſſanda, vt potè facta in contemptum Eccleſiæ, in perſona ſcilicet nominatim vitanda: non verò quod ſit in re ipſo iure nulla; & ideò, ſi ignoranter & bona fide eligatur, & detecta excommunicatione ſimul detegatur excommunicati innocentia, non erit caſſanda, cum non in re, ſed apparenter tantũ fuerit excõmunicatus, & ſine Eccleſię cõtemptu electus. Paſſerin.*ibid.n.457.& 460.*

1247 Et hoc intelligendũ de omni electione, quod ſcilicet non teneat electio vlla excommunicati, non ſolum ad Prælaturas: ſed nec etiam ad officia ſine cura animarum, quia ex *d. cap. Poſtulaſti* excommunicatus eſt extrà omnem Eccleſiaſticam communionem, & propterea inaſſumibilis ad quodcumque munus petens communicationem; hoc eſt neque eligibilis in Diſcretum, aut Magiſtrum Profeſſorum. Peyrin.*ibid.n.5.*& cum Panormit.in *cit. cap. Poſtulaſti n.1* Murga *ibid n.1092.& 1093.*Ita quod non poſſit illa, obtenta tamen in ſtatu excommunicationis, licite retinere, etiam ſecuta abſolutione ab excõmunicatione, niſi vel denuò ei conferantur, vel cum illo diſpenſetur, vt cũ Suarez.*ibid.n.2.*Ricciull.*loc.ſup. num.32.* & alijs Peyrin.*ibid.nu.6.* & Barbos in *d.cap.Poſtulaſti.n.10.*Quia, cùm electio facta in ſtatu incapacitatis fuerit nulla, non validatur per ſubſequentem abſolutionem, per reg.Innocent.Pap.VIII. in *cap.18.de regul.iur.in 6.*Barbos *ibi n.5.* vbi, id procedere etiam in foro cõſcientiæ ex Vgolin. de *cenſur.tab.2.cap.13.§.6.n.1.* Sayr. in *Theſaur. lib.2. cap.5. num.21.* Reginald. in *prax. lib.32. tract.1.nu.48.*

1248 Quarè petenda eſt tum abſolutio, tum diſpenſatio, & vtique ante acceptationem, vel ad minus ante poſſeſſionem dignitatis; licet enim, ſi quis eam acceptet in ſtatu excommunicationis non peccet, dummodò habeat animum non exercendi niſi poſt abſolutionem. Henriq. *lib.13.cap.13.§.3.*Suarez *ead.diſp.13.ſect.1.n.22.* Michaël.Anton.Frances.*variar.reſol.cap.41.nu.30.* quia non acceptat pro illo ſtatu, in quo eſt excommunicatus, ſed pro illo, in quo erit abſolutus; non poteſt tamen illius poſſeſſionem accipere, niſi ſequuta abſolutione, quia hæc ſinè ſui communicatione fieri nequit, quæ eſt illi prohibita *cap.Cum excommunicatio.11.q.3.* Peyrin.*ibid.n.8.*Murga. *n.1098.* Et quoad abſolutionem petenda eſt ab habente facultatem, ſiuè à Summo Pontifice, ſiuè etiam à proprio Prælato, ſi non ſit excommunicatio de reſeruatis. Et quoad diſpenſationem à Papa, non obſtante, quod poſt abſolutionem obtentam etiam à Papa, poſſit Regularis à proprio Prælato diſpenſari ſuper retentione dignitatis, vel Prælaturæ, vt de communi cum Reginald. *loc.ſup.n.50.*& alijs Peyrin.*ibid.n.7.*Murga *nu.1096.*Paſſerin.*d.cap.25.n.457.& 458.* quia limitatur hoc in ijs caſibus, in quibus Prælatus poteſt ſe ſolo illas conferre; Et ideò cum apud nos nullus Prælatus, etiam Vicarius Generalis poſſit ſe ſolo conferre dignitatem, aut prælaturam, nec etiam poteſt ſuper illius retentione ipſe diſpenſare. Peyrin.*ibid.*Murga.*d.n.1096. verſ. limitant tamen*; excepto vbi agatur de Commiſſarijs, aut Vicarijs, quia cum inſtituantur à Prelatis ipſis, poterunt ab eis ſuper horum retentione reſpectiuè diſpenſari. Peyrin. *d. n.7.* Quod ſi contingat, non poſſe quem electum in ſtatu excommunicationis (loquor de occulta) huiuſmodi diſpenſationem antè acceptationem, vel nec antè poſſeſſionem abſque ſui proditione petere, ſi excommunicatio ſit talis, vt ex eius manifeſtatione, nec ſcandalum creetur, nec infamia, tenebitur ſe prodere; quando aliter nequeat ab ea acceptanda ſe excuſare: non verò, ſi indè grauis ſui infamia, vel ſcandalum oriatur; hoc enim caſu, cum nequeat aliquo prætextu ſe excuſare, & non teneatur ad ſe infamandum, poterit prælaturam, ſiuè dignitatem recipere, & quam primum abſolutionem, & diſpenſationem petere. Suarez.*d.ſect.1.nu.31.* Reginald. *eod.lib.32.tract.1.nu.49.*Garzia de *benef.p.7.cap.13.n.71.*Peyrin.*ibid.nu.6.*Paſſerin.*eod.cap.25.nu.454.*Murga.*n.1095.*

1249 Atque hæc militant de excommunicato occulto abſente, ſi contingat quem eligi in Capitulo generali, quia cum, vt dictum eſt *nu.1216.fin.* illi non proſit abſolutio, quæ datur antè electiones, ad effectum tollendi inhabilitatem, etiam eligendorum, vt exemplo clauſulæ *Teque abſoluentes* in Pontificis conceſſionibus tradit Peyrin.*d.cap.5.n.9.* tenetur petere tum abſolutionem, tum diſpenſationem: ſi verò fuerit de præſentibus in Capitulo, tenetur ratione reincidentiæ petere tantum abſolutionem ab excommunicatione antè poſſeſſionem prælaturæ vel dignitatis, & non diſpenſationem, cum valida fuerit electio facta eo tempore, quo beneficio præfatæ abſolutionis ſuſpenſiuæ impedimenti erat ſublata inhabilitas, vt in ſimili de ſuſpenſione idem Peyrin.*ibid. n.30.* & de irregularitate.*n.46.*

1250 De excommunicatione verò minore loquendo, licet & ea innodatus nequeat eligi. Abb. *in cap.Si celebrat.de Cleric. excommunic.n.1.* Suarez.*ibid.diſp.24.ſect.2.nu.13.*Sigiſmund.*dub.65.n.1.*Filliuc.*t.1.tract.13.cap.2.n.27.* & peccarent tum eligentes, tum electus, ſi ſcienter & illi eligerent, & iſte permitteret ſe eligi; & quia taliter excommunicatus æquè priuatur Sacramentorum ſuſceptione, ac paſſiua electione; & quia vtrique facerent contra Canones in materià graui. Suarez.*d.ſect.2.n.31.*Peyrin.*ibid.n.24.* non eſt tamen electio ipſo iure irrita, ſed ad partis inſtantiam irritanda, vt benè contra Hoſtienſ.Couarr.Vgolin.& Viuald.ex *d.cap. ſi celebrat.d.n.3.& de iur.Eccleſ.cit.cap.19.nu.121.* probat Barboſa, vbi expreſsè habetur: *Electio eſt irritanda*, quo demonſtratur electionem valere, donec per ſententiam irritetur. Sequiturque

que Paſſerinus *ibid. n.*475. vbi *n.*476. eſſe etiam irritandam, ſi facta fuerit ſcienter non ſolum ex parte vtrorumque, ſed etiam ſi ex parte, aut ſolius electi, aut eligentium tantummodo, quia in omni caſu verificatur, quod ſit ſcienter electus contra text. *d. cap.* ibi: *Si tamen ſcienter talis electus fuerit, eius electio eſt irritanda*. Quod tamen negat Peyrin. *ibid. nu.* 27. ſaltem quoad ſcientiam ex alterutra parte (cum de electione facta ignoranter ex vtraque parte, nulla ſit difficultas, quod ſit valida) dicens, quod facta ignoranter ex parte electorum tantum, vel ſolius electi, quod idem eſt, ac dicere facta ſcienter ex aliqua tantum parte, nempè vel electorum, vel electi, ità eſſe validam, quod neque poſſit irritari ex ipſo textu, *ſi tamen ſcienter*, quaſi per ignorantiam ex quacumque parte prouenientem tollatur ſcientia; & prò ſua ſententia multos enumerat, ſignanter Barboſam *d. n.* 3. §. *verum contraria ſententia*. Verum loquitur hic Doctor ſimpliciter de electione ignoranter facta, quod poteſt intelligi de ignorantia ſe tenente ex parte vtrorumque; nec explicat de ignorantia ſe tenente ex alterutra parte. Quarè vtrique adhærendum puto, Paſſerino, ſi taliter excommunicatus fuerit electus ſcienter, tenente ſe ſcientia ex parte electorum, licet ignoranter ex parte electi: Peyrino, ſi ſcientia ſe teneat ex parte electi, & ignorantia ex parte electorum, quia cum textus dicat, *ſi ſcienter electus fuerit*, videtur requiri ſcientia ex parte actionis ipſius electionis, & conſequẽter interdicere electionem factam cum ſcientia ex parte electorum; adeòque in hoc caſu eſſe irritandam, non verò in alio, cum in eo non verificetur propriè, factam fuiſſe ſcienter actionem eligendi, ſeù ipſam electionis actionem, quæ per ſe, & propriè importatur, & venit nomine electionis, & eligere.

1251 Quo autem ad alia, ſiue ſuſpenſionem, per quam, vel ab ordine ſolum, vel à ſola iuriſdictione tam temporali, quam ſpirituali, vel ab vtriſque, tum ab homine, tum à iure latam, redditur electio ipſo iure nulla *cap. cum dilectus. de conſuetud.* & *cap. cum bonæ.* 8. *de ætat., & qualit. præf.* Filliucius. *t.*1 *tract.*17. *cap.*2. *num.*16. *& tract.*41. *cap.*5. *nu.*15. Lambert. *de iur. patr. lib.*2. *p.* 1. *q.*2. *art.*3. Paris de *reſign. lib.*4. *q.*3. *à n.*59. *& lib.* 5. *q.*6. *n.*82. etiam ſi occultus, & minimè denuntiatus fuerit ipſe ſuſpenſus, vt ex cõmuni DD. ſententia Paſſerin. *ibid. n.*478. *&* 493. ſiuè interdictum, ſiuè irregularitatem, quibus irretitos eligi non poſſe certum eſt, & pariter ſanciunt Conſtitutiones *vbi ſupr.* non opus eſt vlteriore diſcurſu; cum namque proportionaliter de ipſis diſcurrendum ſit, ac ſupra de excommunicato, vt in ſimili de ſuſpenſione Peyrin. *ibid. n.*30. Murgar *ad conſtit.*6. *n.*1114. ex ſupradictis deduci poterit, quid de iſtis dicendum.

1252 Quarè accedens ad ea verba *ſeu quauis alia cauſa inhabilis eligatur*, dico per ea denotari, non poſſe primò eligi ad prælaturas, aut dignitates abſque diſpenſatione illegitimos *cap.*1. *& fin. de filijs Presbyt.* vbi Barboſ. *per multos nu.* Tambur. *d. diſp.*5. *q.*14. *n.*1. ſcilicet ad vlla officia, quæ cum honore, & dignitate habent iuriſdictionem ſpiritualem ordinariam, vt Miranda. *t.*2. *q.*2. *art.*8. *concl.*1. Lezan. *t.*1. *p.*1. *cap.* 18. *n.*62. & communiter DD. hoc eſt non ſolum in Vicarium Generalem, Viſitatorem, Prouincialem, Priorem, Vicarium in capite, ſed neque in Definitorem, cum habeant iuriſdictionem ſaltem in Definitorio. Paſſerin. *ibid. n.*157. aut Suppriorem, quia mortuo Priore eſt à iure Prelatus ordinarius. Syluest. *verb. Prælatus n.*3. Leander *p.*5. *tract.*2. *diſp.*3. *q.*61. Paſſerin. *ibid. nu.* 160. aut etiam Commiſſarium Vicarij Gener. aut Prouincialis ſupra alios Prælatos ordinarios: ſed ad ſummum in Diſcretum pro Capitulo etiam generali, cum non ſit illi annexa iuriſdictio. Idem *ibid. n.*159. *fin. & nu.*165. ſicut etiam in Magiſtrum, Procuratorem Conuentus &c. Mirand. *d. art.*8. *concl.*2. Roderic. *t.*1. *qq. canonic. et regul. q.*13. *art.*20. Et ideò illegitimum teneri in conſcientia petere diſpenſationem. Auila *de cenſur. p.*7. *diſp.*3. *dub.*6. Roderic. *ibid. art.*5. *circa fin.* Azor. *p.*2. *lib.*6. *cap.*3. *q.*13. niſi, ſi coactus prelaturam acceptare, nequeat abſque ſua, & ſuorum infamia illam petere, quia tunc abſque diſpenſatione poterit acceptare. Roderic. *ibid.* Peyrin. *ad Conſtit.*2. *Iulij II.* §.29. *nu.* 100. & poteſt petere à Prælato Generali, apud nos, ſi contingat, à Vicario Generali, qui poteſt ad omnia Congregationis officia, & prælaturas cum illegitimis diſpenſare, ſicut & de eius ſaltem mandato Prouinciales, & Priores, & abſque vllo Capitulo vel generali, vel prouinciali, vigore priuilegiorum. Peyrin. *ibid. nu.*96. *&* 97. Murga *loc. ſup. num.*812. *&* 813. Paſſerin. *ibid. cap.*25. *à n.*212. *ad* 219. (præterquam ad Vicariatum Generalem, quia cum re ſit Generalatus vt *quodlibet.*13. *dub.*2. & iterum ſuo loco dicetur, ratione primæ dignitatis, ad Summum Pontificem quoad hanc prælaturam ſpectat diſpenſare. Paſſerin. *ibid. n.* 221.) cum cauſa tamen legitima ad validam diſpenſationem in omnibus Prælatis Papa inferioribus requiſita, cum nullus Papa inferior habeat plenitudinem poteſtatis. Panormit. *in cap. cum ad Monaſterium. num.*17. *de ſtat. Monach.* Roderic. *d. q.*13. *art.*14. *&* 15. Lauor. Lucubr. *tit.*4. *cap.*16. *à n.*32. Paſſerin. *à n.*285. *& ſeq.* quæ communiter eſt vel litterarum ſcientia, vel morum honeſtas, vel vitæ virtus, vel ſcandali vitatio, vel vtilitas, vel neceſſitas, & aliæ apud Campanil. *in diuerſ. iur. rubr.*11. *cap.*13. Roderic. *t.*1. *q.*13. *art.*15. Donat. *part.*3. *tract.*5. *q.*27. ſecus ſine ea diſpenſatus nõ poſſet in conſcientia tali diſpenſatione vti, vt cũ Roderic. Mirand. Reginald. Bonacin. Tambur. *d. diſp.*5. *q.*16. *n.*5. quem adducit, ſequiturque Murga. *ibid. n.*823. adeòque ad eius validitatem requiritur, quod diſpenſandus exprimat qualitates illegitimitatis. Mirand. *d. q.*2. *art.*13. Lauorius *d. cap.*16. *nu.*38. Peyrin. *de Prælat. q.*2. *cap.*5. *n.*145. Paſſerin. *n.*297. ſi enim non poſſunt, vt dictum eſt diſpenſare Prælati ſine cauſæ cognitione, conſequens eſt, vt debeat exponi qualitas illegitimitatis, cum vbi tur-

pior

pior originis defectus maior requiratur cauſa. Mirand. *ibid.* Portell. *in dub. regul. verb. illegitimus. n.11.* Peyrin. *ibid. nu.145* Lezan. *t.1. p.2. cap. 12. n.21.* Pellizzar. *in manual. tract. 9. cap. 8. n. 100.* Murga *ibid. n. 831.* Caſu verò, quod à Definitorio quis illegitimus ſcienter, & iuſta de cauſa promoueatur nullo tamen facto diſpenſationis verbo, nulla alia eſset neceſsaria formalis diſpenſatio, quia poſitis facultate diſpenſandi, illegitimatis notitia, & motiuo rationabili, cenſeretur eo ipſo diſpenſatus. Syluest. *verb. diſpenſat. q. 15.* Bellamer. *in cap. veniens n. 11. & 19. de filijs Presbyter.* Suarez. *de cenſur. diſp. 41. ſect. 3. à n. 4. & de leg. lib. 6. cap. 13. n. 23.* Maiolus *de irregularit. lib. 3. cap. 24. n. 14. & lib. 4. cap. 10. n. 3.* Portell. *ibid. n. 7.* Lezan. *t. 1. p. 1. cap. 18. n. 63.* etiam pro foro externo, vt cum Sanchez, Suarez, & Lauor. Murga. *loc. ſup. n. 828.* Lezan. *d. n. 63. & p. 2. d. cap. 12. n. 21.* Paſſerin. *n. 303.* A Spiritu S. *in directtor. tract. 4. diſp. 8. n. 64.*

1253 Secundo eos non poſſe eligi, qui à S. Inquiſitionis Officio, quocunque genere pęnæ, vel pænitentiæ (exceptis ſalutaribus, quæ ſcilicet extraiudicialiter imponuntur, & priuatim complentur, vt ieiunia, diſciplinæ, orationes &c.) fuerunt affecti. Sanctarell. de *hære. cap. 33. n. 6.* cum alijs, quos referunt Peyrin. *d. cap. 5. n. 92.* Murga *ibid. n. 862. & 863.* etiam poſt adimpletam pænitentiam, niſi præciſe à Sancta Sede, vel Sacra Congregatione fuerint habilitati; ſic expreſsè ſtatuente Vrbano VIII. in decreto in Congreg. S. Officij die. 1. *Octobris. 1626.* condito, vt videre eſt apud eoſdẽ. Quod à fortiori dicendum de abiurantibus etiam de leui, Tamburin. *d. diſp. 5. q. 21. num. 67.* cum alijs, quos adducit, cum & talis abiuratio ſit ſaltem ratione ſolemnitatis pænitentià grauis, & non tantum ſalutaris, ſed iudicialis per ſententiam impoſita. Donat. *part. 3. tract. 5. q. 23.* Carena *de S. Officio p. 3. tit. 12. §. 4.* Selleles. *l. 5. cap. 2. n. 18. & 22.* Paſſerin. *eod. cap. 25. nu. 100. & tot.* niſi ſpontaneè comparuerit, quia tali caſu abiuratio etiam de vehementi non cenſetur pæna. Idem *num.* 102. Et ità tenendum, licet contrarium mordicus ſuſtineat Iulius Caponus *in diſcept. forenſ. 95. à num. 50. & ſeq.* magis ſiquidem credendum prædictis DD. vt pote S. Inquiſitionis Miniſtris, & conſequenter de hoc puncto magis edoctis.

1254 Tertiò, Illiteratos *cap. cum in cunctis. cap. Dudum. de electióne, & cap. quamuis. de ætat. & qualit. præf.* & ideò eligendi in Prælatos ea ſaltem ſcientia pollere debent quæ neceſſaria eſt ad ſuum munus por ſe ipſos obeundum. D. Thom. *1. 2. q. 76. art. 2. in corp. & in addit. ad 3. p. q. 36. art. 2.* Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 12.* Peyrin. de Prælat. *q. 2. cap. 2. n. 11.* latè Murga. *à nu. 960. & ſeq.* ſecus tam electores, quam electi peccarent, illi taliter ignorantem eligendo; iſti, permittendo ſe eligi, vt cum Innoc. *in d. cap. cum in cunctis.* Miranda *tom. 2. q. 4. art. 2.* Sigiſmund. *dub. 63.* Lauor. *d. cap. 16. n. 21.* Caſtellin. *cap. 9. n. 27.* Paſſerin. *d. cap. 25. n. 17. & ſeq.* eſſetque electio nulla, & ipſi electi tenerentur renuntiare ex Diaz. in *prax. cap. 21. n. 6.* Nauarr. in *cap. ſi quando. de reſcript. except. 16.* Leſſ. de *iuſt. & iur. lib. 2. cap. 34. dub. 24. nu. 127.* Peyrin. *ibid. nu. 14.* & Murga. *nu. 967.* vbi, ad hunc effectum penitus illiteratum eum eſſe, qui & ſi ſciat legere, ſcribere, latinèque loqui, non habet tamen ſcientiam à iure requiſitam pro tali munere, ſeù qui neſcit, quæ ſunt neceſſaria, vt ſuo muneri ſatisfaciat. Paſſerin. *ibid. n. 50.* Ex quo patet non ſolum, quam parum tuti in conſcientia ſint, qui Prælaturas cum cura animarum vix grammaticam calentes, & Prouincialatum quandoque, aut Definitoratum quid iuris prorſus ignorantes exercent: Sed quam grauius peccent eligentes, cum defectus ſcientiæ maior cenſeatur quam defectus ex delicto, ac etiam ex homicidio; Vndè Innoc. in *cap. cum noſtris. de conceſſ. præb.* ſentit electionem factam de homicida non eſſe ipſo iure nullam, ſicut factam de illiterato, quia cum defectus ſcientiæ tollat potentiam ad benè agendum, & conſequenter ad legitimum vſum officij, reddit incapacem officij incapacitate maiori, quam ſit illa, quę ex delicto, quod non tollit potentiam ad benè agendum. Paſſerin. *ibid. n. 54. fin.*

1255 Quartò infirmos, ſeù valetudinarios, ſeù quocumque corporis defectu laborantes, ità quod nequeant ea de cauſa ſuum munus decenter exercere ex *tot. tit. de Cleric. ægrot. & ex cap. niſi cum pridem. §. alia verò. de renuntiat.* vbi Barboſ. *n. 1. & 7.* Concil. Trid. *ſeſſ. 22. cap. 4. de reformat.* Comitol. *lib. 6. reſp. moral. q. 64. num. 2.* Peyrin. *ibid. cap. 4. num. 2.* & expreſsè ex decretis Clem. VIII. *de reform. Regul. §. 36.* Paſſerin. *n. 322. & 326.* ac etiam iuxtà diſpoſitionem Capitulorum generalium, à quibus prohibita electio eorum in Prælatos, qui actibus communibus intereſſe non poſſunt, & eis conformari; adeòque cum his impedimentis electos teneri renuntiare in conſcientia, eo quod ſuo muneri ſatisfacere nequeant, cum D. Thom. *2. 2. q. 185. art. 4.* Flamin. Pariſ. de *reſignat. benefic. lib 5. q. 6. num. 9.* Suarez. *in 3. p. tom. 5. diſp. 51. ſect. 12. n. 17.* Peyrin. *ibid. num. 3.* Murga *loc. ſup. num. 898.* ſecus verò ſi poſt electionem ſuperuenerit ægritudo; quo caſu neque poterit inuitus priuari *ex cap. penult. & vltim. de Cleric. ægrot. & cap. ſcripſit mihi*, & alijs pluribus. *7. q. 1.* Aſcan. Tambur. *d. tom. 1. diſp. 5. q. 21. n. 47.* Peyrin. *ibid. n. 23.* Paſſerin. *nu. 332.* Quod obſeruandum & à nobis; licet enim Conſtitutiones *p. 4. cap. 22. nu. 1.* ſic diſponant: *Superior quicumque Congregationis ab officio deponatur, ſi ob ægritudinem, aut aliud quoduis impedimentum officio ſuo inutilis fuerit*; cum tamen id non obſeruetur, niſi præuia talis Superioris renuntiatione, ad quam poteſt cogi. Lezan. *tom. 2. verb. Prælatus n. 3.* qui eſt modus procedendi longè diuerſus à depoſitione, ſignum eſt, quod ſtatutum intelligendum ſit de depoſitione eius, qui cum tali impedimento electus fuerit: non verò eius, cui poſt electionem morbus ſuperuenerit, cohærenter ad S. Canones,

ſeu

Digitized by Google

ſeu ius commune, vt dictum eſt, ſecundum quod interpretanda ſunt ſemper quantum fieri poteſt ſtatuta, ſeu leges ſpeciales. Menoch. *de arbitr. caſ.*321. *n.*13. ſeu ſtrictè intelligenda, vt minus corrigant ius commune. Maſcard. *de interpretat. ſtatutor. concl.* 12. Iulius Caponus *tom.*1. *diſcept. forenſ. diſcept.*37. *num.*26. Iacob. Pignatell. *conſult. canonic. t.*4. *conſul.*36. *n.*33.

DVBIVM IX.

De ineligibilitate ex capite vacantiæ.

1256 Vacare quis dicitur, ex eo quod certo tempore officijs functus nequeat iterum ad eadem eligi. Et ſic requiritur etiam ad validitatem electionum, quod eligendi non ſint voce priuati ſine per ſententiam, ſiue, ex eo quod prohibeantur eligi pro eo tempore, vt apud nos ſunt illi, qui per duo Capitula generalia fuerunt in Prælatos electi; nam pro tertio Capitulo, & ſubſequenti triennio ſunt voce paſſiua priuati, & nequeunt eligi; ſic ſtatuente Vrbano VIII. per litteras incipien. *Circumſpecta Romani Pontificis*. die 18. *Maij*. 1635. vt in noſtris litteris Apoſt. *litter.*14. ibi: *Statuimus, & ordinamus, vt qui ſpatio temporis, quo quatuor immediatè antecedentia Capitula generalia celebrata fuere, ad quæcumque officia Religionis, tam generalia, Vicarij ſcilicet Generalis, Procuratoris Generalis Definitorum, vel Viſitatorum Generalium, quam etiam prouincialia, ſeu conuentualia, Prouincialatus nimirum, vel Prioratus, aut aliquod eorum electus fuerit, dictaque officia, vel aliquod eorum ſucceſſiuè, etiam ſi non vnum ſemper, & continuò, ſed diuerſa illorum, vel plura etiam diuerſo tempore per dictum ſpatium exercuerit, & adminiſtrauerit, non poſſit in Capitulo generali propediem celebrando, nec ſubindè per triennium immediatè ſubſequens ad aliquod ex præfatis officijs eligi, ſed quoad ea omnia, & ſingula voce paſſiua dicto tempore careat, ac Deo, & animæ ſuæ vacet. In poſterum verò qui ſpatio duorum Capitulorum generalium ſucceſſiuè ad præfata officia, vel eorum aliquod electus fuerit, in tertio Capitulo generali, ac per triennium immediatè ſubſequens, ad nullum ex eis officijs, vel aliquod illorum eligi poſſit, ſed voce paſſiua dicto tēpore quoad ea omnia careat, ac Deo pariter, & animæ ſuæ vacet. Decernentes, omnes, & ſingulos, qui officia huiuſmodi, vt præfertur exercuerint, ad illa, vel illorum aliquod contra præſentium tenorem exequenda, & exercenda, inhabiles eſſe, & fore.*

1257 Circa quam Conſtitutionem, adnotandum ſanctiſſimam eam eſſe, cum per vacantiam aliquorum aſſumantur alij ad officia, & aliorum recognoſcantur merita, iuxtà doctrinam D. Thom. 4. *de regim. Priu. cap.*8. vbi *Aſſumendi ſunt Rectores viciſſim in politia, ſiuè Conſules, ſiuè Magiſtratus vocentur, ſiuè quocumque alio nomine, dummodò idonei reperiantur*; & indè vtilitas Religioni adueniat, cum per Ariſtotelem 2. *polit. cap.* 1. *Æquale repenſum Ciuitatem conſeruat, quoniam inter liberos, & æquales neceſſarium eſt hoc eſſe, nam omnes ſimul Magiſtratum gerere impoſſibile eſt, ſed per annum, aut aliam præfinitionem, & tempus*; Pax Congregationis ex officiorum diſtributione conſeruetur, vt infrà cum D.Thom. *num.*1268. dicemus; multiplicentur homines ad regimen apti; & auferatur perpetuitas officiorum ab aliquibus alijs, & æquè habilibus nimis doloroſa, vt per omnia eruditè differit Giraeus de *regimine Regul. part.*3. *dub.*8. *à n.*33. *& ſeqq.* & *nu.*373. vbi ſuſtinet Regularium regimina ſaltem viciſſim, & ſecundum meritorum proportionem, eſſe hominum pluralitate ſub mortali propaganda.

1258 Quia verò ſuper dicta Conſtitutione dubitatum fuit. Primò. *An caſu, quo non iam in Capitulo generali, ſed tempore intermedio ob mortem, vel defectum electi in Capitulo, quis fuerit electus à Definitorio, poſſit hic in duobus ſubſequentibus Capitulis generalibus eligi, cum hinc taliter electus ſexennium excederet in gubernio per annum & vltrà.* Secundò. *An qui per duo Capitula generalia ſucceſſiuè electus fuit ad prædicta officia, ſed ob renuntiationem, aut aliam cauſam non ea exercuit per integrum ſexennium, ſeu per tempus nondum intra ſexennium, poſſit iterum in tertio Capitulo generali immediatè ſequenti eligi*, & habito ad SS. recurſu, Congregatio ab ipſa deputata reſpondit. *Congregatio nonnullorum S.R.E. Eminentiſſimorum Cardinalium per SS. D. N. Specialiter deputata ad ſupraſcriptas dubitationes infraſcriptum in modum reſpondendum cenſuit, nempe.* Ad primum. *Quatenus electus tempore intermedio exercuerit per annum non completum, tunc poſſe eligi in duobus ſequentibus Capitulis; ſecus autem ſi per annum integrum.*

Ad ſecundum. Negatiuè. Romæ 6. Aprilis 1673.

F. Card. Brancatius. A. Arch. Epiſc. Lyc. Secr.

Vndè patet præfatam inhabilitatem afficere non ſolum eos, qui electi fuerunt ad aliquod ex enarratis officijs in duobus immediate ſuccedentibus Capitulis generalibus, ſed etiam eos, qui extrà tempus Capituli generalis, hoc eſt tempore intermedio fuerint electi à Definitorio dūmodo eo tempore intermedio per annum integrum exercuerint tale munus. Vbi item duo aduertenda. Alterum: per annum integrum non intelligi annum integrum mathematicè conſtantem 365. diebus, ſed totum illud tempus quod à Definitorio annuali ſecunda, vel tertia Dominica poſt Paſcha celebrari ſolito vſque ad aliud ſubſequens ſimile Definitoriū intercedit, eo modo, quo per triennium, de quo ibi Vrbanus intelligitur tempus, quod ab vno Capitulo generali ad alterū ſubſequens excurrit; vt in ſimili Sanctorus à Melfi in *Statut. Minor. cap.*8. *ſtatut.*37. *q.*10. *§. Tertiò.* Alterum: habere locum præfatam diſpoſitionem ſiuè in ſecundò, ſiuè in tertiò triennij anno fuerit quis electus à Definitorio in Prælatum, & per annum munus illud exercuerit; & ſic electum in vno Capitulo generali ad aliquod officium ex aſſignatis, ſi vlterius per annum, ſiuè primum, ſiuè ſecundum, ſiuè tertium ſubſequentis, aut antecedentis immediatè triennij aliquod ex eiſdem via electionis exercuerit, inhabilem eſſe, vt eligatur in ſubſequenti trien-

Vu nio,

nio,& per triennium debere ab eiſdem vacare.

1259 Putant hic aliqui præfatam inhabilitatem afficere & illos,qui electi ſunt in duobus Capitulis, vt ſupra, licet ſubindè non exercuerint,aut quia renuntiauerint, aut alia de cauſa, cum non videatur quoad hoc prout in reſponſione ad ſecundum, requiri à S. Congregatione exercitium. Quod idem ſentiendum dicunt de eo, qui electus tempore intermedio cũ exercitio per annum, ſi poſteà in ſubſequente Capitulo electus, primo, vel ſecundo anno renuntiauerit, propter eamdem rationem,quod in electis in Capitulo generali, non requirat S. Congregatio ad effectum vacandi,exercitium, ſicuti requirit in electo tempore intermedio, ſed ſolam electionem, vt dignoſcitur ex eiuſdẽ S.Congregat. reſponſione, cohærenter ad diſpoſitionem Vrbanam *verſ.in poſterum verò*,vbi electos in duobus Capitulis prohibet eligi in tertio, nullo facto exercitij verbo.

1260 Verum quoad hæc tenendum, Sacræ Congregationis ſenſum non eſſe, quod electi in duobus Capitulis inhabiles ſint,vt eligantur in tertio ob ſimplicem, licet reiteratam præcedentem electionem etiam ſi non exercuerint officiũ; tum quia nec hoc intendit Vrbanus VIII. cum præfatum exercitium expreſsè requiſierit, *Decernentes omnes, & ſingulos, qui officia huiuſmodi, vt præfertur exercuerint*: tum quia S. Congregatio in reſponſione ad ſecundum locuta eſt de eo, qui electus in duobus Capitulis, non exercuit officium per totum triennium,ſed per aliquod notabile tempus,ſiue quia renuntiauerit, ſiue ob aliam cauſam manſerit ſine exercitio,vt conſtat ex ſecundo quæſito; adeoque & de eo, qui per maiorem triennij partem exercuit officium; & ſic nullo modo dicendum intendiſſe S.Congregationem, electum in duobus Capitulis,ineligibilem eſſe in tertio ob ſimplicem præfatam electionem præciſo exercitio. Et habetur ex fine,ſeu intentione diſpoſitionis Vrbanæ; cum enim fuerit,vt taliter electi *Deo, & animæ ſuæ vacent*, clarè dignoſcitur, ſupponi officiorum exercitium; cum per ſolam electionem ſine exercitio non ſupponantur diſtracti à Dei,& animæ ſtudio,taliter quod,vt ijſdem incumbant,indigeant vacatione. Quarè verum non eſt,quod electus tempore intermedio, v.g. vltimo primi triennij anno, & qui per id temporis aliquod ex dictis muneribus exercuerit,ſi interim electus in ſubſequenti Capitulo, initio ſcilicet ſecundi triennij,& poſt annũ renuntiauerit,nequeat poſteà eligi in Capitulo generali tertij triennij; cum hic ad ſummum decurſu integri præcedentis ſexennij Prælaturam, ſiuè officium aliquod per biennium tantum exercuerit. Et ad ſummum ille erit ineligibilis in Capitulo generali tertij triennij, qui per quatuor annos in præcedente ſexennio aliquo ex prædictis muneribus functus fuerit. Colligitur ex ſuprapoſitis S. Congregationis reſolutionibus; nam in prima ad præfatæ vacationis effectum apertè ſupponit quatuor annos exercitij in vacaturo; & in ſecunda, dum vult, quod electus in duobus Capitulis nequeat eligi in tertio, etiam ſi *per aliquod tempus notabile* (quod vnum, aut ad ſummum duos annos importat) non exercuerit; quo bene dignoſcitur ſupponi à S.Congregatione,quod reliquo tempore,hòc eſt ſaltem per annum ſecundi triennij fuerit in alicuius officij exercitio.

1261 Dubitari etiam poteſt, ad quæ officia ſe extendat præfata inhabilitas; an ſcilicet,qui per duo triennia functus eſt aliquo ex enumeratis muneribus,poſſit in ſubſequenti triennio, aut in Commiſſarium ſiuè Generalem, ſiuè Prouincialem (loquor de Commiſſario Viſitatore) aſſumi, aut etiam in Vicarium alicuius conuentus,vel Præſidentem eligi? Et videtur ex vna parte poſſe, neque ad hæc munera eam inhabilitatem ſe extendere; cum officia, ſuper quæ cadit prohibitio, ſint ibi expreſſa, ſcilicet Vicarij Gener.Procuratoris,Definitorum, Viſitatorum Generalium,Prouincialiũ, & Priorum; vndè ſequitur non prohiberi electionem quoad alia non ibi expreſſa; lex enim id noluiſſe præſumitur,quod non expreſſit, cum facilè exprimere potuiſſet. *cap.ad audiendam.§.mandamus.* vbi Gloſſ. *verb. intelligeremus. de decimis.* Menoch. *conſ.30.n.8.* Murga *in diſquiſit. moral. & Canon.t.2.diſq.11.dub.2. n.14.* Additur talem eſſe obſeruantiam: quandoquidem talia munera ſcio quandoque quòſdam exercuiſſe eo tempore, quo vacare debebant.

1262 Ex altera verò videtur, quod neque ad præfata Commiſſarij, & multo minus Vicarij (intellige in capite) officia poſſit aſſumi quis tempore vacationis reſpectiuè, vel eligi; cum namque in omni diſpoſitione attendenda ſit potius diſponentis mens,quam verba. *Cap.in his.de verb.ſignific.l.non aliter.ff. de legatis.3.* Genuenſ. *in practicabilib.Eccleſiaſt.q.144.n.3.* Surd. *conſ.35.n.14.* ſeù & ea, quæ comprehenduntur ex mente legiſlatoris potius, quam ex verbis. Vidal. in *Arc.Vit.tit.de duell.inquiſit.5. num.29.* Murga *diſquiſit.Paſtoral. de iur. Prioris annex. n.17.* & Summus Pontifex intenderit vacantiam à præfatis officijs, vt qui per duo triennia illa exercuit, Deo, & animæ ſuæ vacet in tertio triennio; videtur vtique intenta vacantia & à dictis Commiſſarij, & Vicarij muneribus, à quibus vtique impeditur, ſicuti & à ſupradictis officijs, vacare Deo,& animæ; Et vbi eſt eadem ratio, eadem eſt & iuris diſpoſitio *ex l. illud.ff.ad legem Aquilam, & alijs pluribus* Barboſ. *axiom.197.n.3.* vbi *n.7.* quod vbi eadem ratio, eadem & ſit lex non extenſiuè, ſed comprehenſiuè. Præterquamquod ex identitate rationis legem extendi poſſe tradit Barboſ. ad *cap.inter corporalia.n.9.de translat.Epiſcop.* cum Villagut. *tract.de extenſ.leg. prælud.22.* Gutier. *practic.lib.3.q.17.à n.75.* Surd. *conſ.302. n.14. & 22.* cum quibus,& alijs multis repetit *in cap.cum dilecta.n.2.de confirmat.vtil.vel inutil.* Etiam ſi pænalis, dummodò lata principaliter in fauorem animarum,cum tunc ſit fauorabilis. Couar. *in cap. Alma mater.p.2.§.4.n.7. verſ.tertio. & lib.1.var. cap.11.n.5.* Genuenſ. *ibid.q.541.* Sanchez *de ma-*

trim.

trim. lib. 1. diſp. 39. n. 5. Barboſ. *in cap. ſciant cuncti. de elect. in 6. n. 9. &* 10. Del Bene. *de immunit. Eccleſ. p. 2. cap. 14. dub. 18. ſect. 14. n. 21.* Murga *in conſtit. Apoſt. conſtit. 6. n. 527.* Non eſt autem difficultas, quod præfati Commiſſarij eadem faciant, quæ P. Vicarius generalis, vel Prouinciales committentes, ſicuti & Vicarius Conuentus in capite, qui eſt verus Prælatus, & dempto nomine habet facultatem Prioris; adeòque & horum officia, vel ſub ea prohibitione comprehenſa, vel ad ea extendenda prohibitio.

1263 Et quoad Vicarium in capite, vel Præſidentem, certum mihi videtur, cum differant in iuriſdictione à Prioribus ſolo nomine, & Religioſorum numero; & in his quandoque maior ſollicitudo, & diſtractio conſideretur, & neceſſaria ſit, quam in quolibet Priore; vnde videtur tale officium non poſſe compati cum fine intento ab Vrbano VIII. vacandi ſcilicet Deo, & animæ non minus, ac Prioratus; ac propterea eadem de cauſa prohibitus; ni contrà iuris formam admittere velimus, licere vna via, quod prohibitum eſt alia. Quoad Commiſſariatum verò facit pro eius excluſione ſequens S. Congregationis ſuper ſtat. Epiſc. & Regul. ad hunc ſupplicem libellum reſponſio.

Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi DD. Procurator Generalis Eremitarum Diſcalceatorum S. Auguſtini VV. EE. exponit, qualiter in duobus vltimis Capitulis generalibus dictæ Congregationis decretum fuit, quod deficientibus, aut quomodolibet impeditis Prouincialibus, in Prouinciæ gubernium vſque ad nouam Definitorij prouiſionem ſubintret Prouincialis de proximo abſolutus; & eius defectu, Prouincialis ad illum ſeu eius anteceſſor; & deficientibus Prouincialibus abſolutis, ſubintrent vt ſupra in Prouincia Romana Prior Conuentus Ieſu Mariæ, & eo deficiente Prior Conuentus S. Nicolai: in alijs verò Prouincijs Priores duorum Conuentuum prouincialium prout &c. Inſuper, quod in litteris Apoſtolicis Vrbani VIII. incipien. Circumſpecta &c. pariter decernitur, quod qui ſex annorum ſpatio, prout in dictis litteris gubernauerint, debeant ſubſequenti triennio vacare ab officijs ibi expreſſis, & voce paſſiua carere. Cum autem ob mortem Prouincialis Romanæ Prouinciæ oriatur dubium, an dictæ Prouinciæ gubernium ad Prouincialem de proximo abſolutum deuoluatur, aut ad eius anteceſſorem, licet eam ille vigore præfatarū litterarum Apoſtolicarum, quam iſte vigore alterius decreti Capituli generalis, debeant ambo vacare; cum videatur poſſe hic conſiderari, quod tam enarrata Vrbani diſpoſitio, quam præfatum decretū intelligi debeant de vacatione ab officio per viam electionis aſſequendo, non verò per ſubrogationem, & quaſi continuationem virtute primæ electionis; eo magis cum agatur de ſubrogatione veluti momentanea, vſque ad Definitorij prouiſionem, quæ ordinariè loquendo ſequitur immediatè, & abſq; dilatione: An verò excluſis proximioribus Prouincialibus abſolutis, qui vacare debent, vt præfatum eſt, deuoluatur Prouinciæ gubernium ad alterum Prouincialem illis proximiorē, qui dictæ vacationi non ſubiaceat. Supp. EE. VV. declarare, & prouidere prout &c. Sacra Congregatio Em. S. R. E. Cardinalium negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita &c. Attentis narratis, ac audito Eminentiſs. Pallotto Ordinis huiuſmodi apud hanc S. Sedem Protectore, cenſuit loco memorati Prouincialis præmortui vſque ad nouam electionem per Definitorium faciendam, Prouinciæ gubernium deuolui, & ſpectare ad Prouincialem abſolutum antè alios duos ex Prouincialibus, qui modò ex diſpoſitione Breuis. S. M. Vrbani VIII. & decreti Capituli generalis eiuſdem Ordinis vt aſſeritur, vacant; Saluis tamen iuribus, ſi quæ dictis Prouincialibus abſolutis, aut eorum alteri competant, ſiuè competere poſſint; ac proindè ità præmiſſis declarat, ac decernit, & ſeruari mandat, ac præcipit, contrarijs quibuſcumque non obſtantibus. Romæ die 20. Auguſti 1660.

M. Card. Ginettus. Locus ✠ Sigilli.

A. de Vecchijs Epiſc. Secr.

Facit inquam dicta declaratio ad excluſionem Commiſſariatus; Si enim Sacra Congregatio declarauit Prouincialem præteritum, cui competat vacare ab officio Prouincialatus vigore Vrbanæ diſpoſitionis, non poſſe nec per interim ſubintrare ad gubernium Prouinciæ; idem vtique dicendum de eo, qui ex eodem titulo vacare debet, quod ſcilicet nequeat pro eo tēpore Commiſſarius inſtitui. Nec video diſparitatem, aut maiorem rationem. Quarè, non reprobando tamen præfatam conſuetudinem ſi tamen adſit, & legitimè introducta ſit, quod mihi non conſtat, eiuſdem S. Congregationis declarationem exoptarem.

1264 Eſt hic etiam obſeruandum, quem ex vacantibus non poſſe intra triennij decurſum, neque ad paucos dies loco alterius ſubſtitui, cum ſuper hoc, quando opus fuit ſupplicata fuerit pro opportuna diſpenſatione Sacra Congregatio, cuius duo ſequentia reperio decreta, emanata ad effectum, vt quis ex vacantibus poſſet loco Definitoris abſentis ſubſtitui.

S. Congregatio EE. S. R. E. Card. negotijs, & conſult. Epiſcoporum, & Regul. præpoſita &c. Attentis narratis, & ne dictæ electiones præfatorum Priorum diutius in detrimentum monaſteriorum differantur, Oratorum precibus, vt ad hunc effectum ſolummodò, & non aliàs, prænominatus F. Ianuarius à Ieſu Maria in vocalem Congregationis propterea celebrandæ loco Definitoris Prouinciæ Neapolis nunc exiſtentis extrà Vrbem infirmitate, ſiuè alia iuſta cauſa detenti, ſubrogari, & admitti poſſit, quamuis per integrum triennium iuxtà diſpoſitionem Breuis fel. record. Vrbani VIII. ab officijs Prouincialatus, & Definitoris non vacauerit, benignè indulſit, eiuſdem Breuis tenore, cæteriſque contrarijs quibuſcumque &c. aliàs in ſuo robore permanſuris, minimè obſtantibus. Romæ. 6. Decembr. 1658.

M. Card. Ginettus. Loc. ✠ Sigilli.

E. Epiſc. Camerin. Secr.

Sacra Congregatio EE. S. R. E. Card. negotijs, & conſult. Epiſc. & Regul. præpoſita &c. Attentis narratis, & ne Religioſorum huiuſmodi negotia ob præmiſſam duorum Definitorum abſentiam diutius, quam expedit, protrahantur, ſiuè detrimentum aliquod patiantur, Oratorum precibus, vt ad ea, quæ de præſenti emergere dicuntur, ac durante prædicta duorum

Definitorum abſentia euenient, alios duos eorum loco, præſertim verò in locum Definitoris Prouinciæ Neapolis extrà Vrbem legitimis de cauſis commorantis præfatum F. Ianuarium à Ieſu Maria, quamuis per integrum triennium ad præſcriptum Breuis fel. record. Vrbani VIII. ab officijs Prouincialatus, & Definitoriatus non vacauerit, ſubrogare, & ſubſtituere poſſint, benignè indulſit eiuſdem Breuis diſpoſitione, cæteriſque contrarijs quibuſcumque, aliàs in ſuo robore permanſuris minimè obſtantibus. Romæ, 10. Ianuarij 1659.

M. Card. Ginettus. *Locus ✠ Sigilli.*

E. Epiſcop. Camèrin. Secret.

1265 Dubitari item poteſt, an vlterius debeat ipſa inhabilitas, & vacantia ità per triennium durare, vt nequeat quis ad officia ſupradicta promoueri, ſeù eligi, niſi tranſacto toto triennio? Et licet doceat Lezana. *tom. 1. p. 1. cap. 15. n. 26.* poſſe eligi ante completam triennij expirationem, quando pauci tantum dies, vt potè vigintiquinque, aut triginta deſunt, quia parum illud tempus pro nullo reputatur. Nauarr. *lib. conſ. de ætat. & qualit. conſ. 7.* Roderic. *tom. 2. q. 52. art. 12.* Nihilominus dicendum, non poſſe vigore dictionis *per* triennium, quæ adiuncta accuſatiuo denotat triennium completum. *l. non putabam. & l. ſi annos ff. de condit. & demonſtr.* & conſumationem, ſeu perfectionem rei, cui adiungitur, vt ex iuribus, & DD. multis comprobat Barboſa *de diction. dict. 280. nu. 3. & 4.* & in terminis de vacatione ab officijs per triennium docet Portell. *in dub. regul. verb. Annus.*, & Lezan. *ipſe tom. 2. verb. eod. nu. 5. & in Mar. magn. Seruitarum. ad §. 12. n. 38.* Secus per paucos eos dies poſſet quis eligi in Definitorem, aut Pròuincialem, quod tamen ex obſeruantia non videtur admittendum: immò à S. Congregatione in ſuprapoſitis decretis deciſum, dum exponens decretum Vrbani declarat, vacantiam debere per integrũ triennium durare.

1266 Dubitari tandem poteſt, an auctoritate Apoſtolica diſpenſatus, vt non obſtante Vrbana Conſtitutione ſuper vacantia poſſit quis eligi pro tertio triennio; tranſacto poſtea eo tertio triennio poſſit abſque alia diſpenſatione iterum eligi pro ſubſequente quarto triennio, vel debeat vacare? Et ratio difficultatis eſſe poteſt, quia cum diſpenſatus fuerit pro tertio triennio, non videtur illi præiudicatum pro quarto, pro quo eligi potuiſſet, niſi fuiſſet diſpenſatus pro tertio; & aliàs videtur ex diſpenſatione potius debere ſentire commodum, nempe quod electio pro tertio triennio non ſit illi computanda, ad effectum vacandi pro ſubſequenti triennio, cum fuerit electus ex diſpenſatione. Sed dicendum, ſic diſpenſatum debere vacare pro quarto triennio: immò à fortiori; ſi enim vacare debet pro tertio, qui in duobus antecedentibus triennijs fuit Superior, maiori ratione vacare debebit, qui per tria triennia idem præſtiterit. Nec ex diſpenſatione arguendum, quod non debeat illi computari ſuperioritas tertij triennij, quandoquidem ex illa ſolum aufertur impedimentum, vt eligatur pro eo triennio, pro quo non poſſit aliàs quis eligi, non verò habilitatur, vt poſſit per quinque continuata triennia eligi. Et talis eſt obſeruantia, cum ſic diſpenſati vel vacauerint in quarto triennio, vel iterum petita pro eis diſpenſatio, vt ex actis Capitulorum generalium.

DVBIVM X.

De alternatiua in electionibus ſeruanda.

1267 ET hoc requiritur, quod eligendi in Superiores aſſumantur alternatiuè, ſiue per turnum ex qualibet reſpectiuè Prouincia iuxtà decretum Capituli generalis de 1621. confirmatum de 1641. & 1644. prout infrà *num. 1449.* & in alijs ſubſequentibus Capitulis. Quæ diſpoſitio cenſetur ſufficienter à Sede Apoſtolica approbata, dum in litteris *Ex iniuncto*, prout in *noſtr. litt. Apoſtol. litt. 22.* pro erectione Prouinciæ Mediolanenſis in materia electionum mandauit turni renouationem cum eiuſdem Prouinciæ incluſione. Et licet huiuſmodi alternatiuam non videatur admittere Rota in *Valliſolet. præeminentiarum. 24. Nouembr. 1603. coram Pamphilio. & in Toletana Monaſterij. 24. Februarij. 1668. coram Carpineo.* poſt Murg. *in Conſtit. Apoſt. deciſ. 19. à n. 5. & ſeq. & deciſ. 20. n. 10.* quia tamen, vt obſeruat Paſſerinus. *d. cap. 2. nu. 60.* locuta eſt ibi Rota de alternatiua ſine partium conſenſu inducta, non obſtat in præſenti, cum apud Nos introducta fuerit per Capitulum generale, & ex Prouinciarum conſenſu: quo caſu, benè potuit ſtatui, & valida eſt, vt ad rem Raggius de *Regimin. Regul. dub. 26. concl. 2.* & Paſſerinus *ibid. nu. 61.* quos ſequitur Caponus *diſcep. forenſ. t. 1. diſcep. 49. n. 1.* & approbat Em. de Luca de *Regul. diſcurſ. 3. n. 9.* tenentq; Bruno Neuſſer in *Polianth. Theolog. Canonic. diſp. 120. q. 1. n. 4. §. vlt.* & Donatus *t. 1. tract. 1. q. 32.* & in terminis fortioribus arctatiuæ Lezana. *tom. 1. p. 1. cap. 15. n. 21. fin.* Et cum inſuper decreta fuerit ob bonum pacis, & conſeruandam in Congregatione iuſtitiam diſtributiuam, vt apertè ex decreto Capituli generalis de 1656. 18. *Maij. ſeſſ.* 10. & alio de 1674. confirmato à fel. mem. Clement. X. in dictis litteris Apoſtolicis *Ex iniuncto*; & propterea à Summo Pontifice approbata, nullo modo contrà iuris diſpoſitionem cenſenda eſt, ſed vtilis, vt de ſimilibus alternatiuis in alijs Religionibus, & hae de cauſa à Sede Apoſtolica approbatis, loquitur Caſtellin. *de elect. Canonic. cap. 1. nu. 36.* quin iuſtè inſtituta, vt probat Petrus Ledeſma *tract. 7. concl. 7. diff. 14.*

1268 Et ſuadetur vlterius, primò, quia cum per Definitorium generale & debeant reſolui totius Congregationis negotia, & eligendi ſint Prælati pro vnaquaque Prouincia, melius videntur hæc peragi poſſe, ſi quis rerum, & Religioſorum cuiuſque reſpectiuè Prouinciæ peritus interſit, quam ſi nullus de eis, vt par eſt, in-

Digitized by Google

interueniat. Et ideò, cum aliàs poſſet contingere, quod omnes Superiores Definitorij generalis ex vna, vel altera Prouincia eſſent, ad maiorem Congregationis pacem, & vtilitatem facta eſt, & decreta pro vnaquaque Prouincia officiorum diſtributio, & ſancitum, quod ex tali, vel tali Prouincia eligantur tales, vel tales Superiores iuxta text. *in cap. ſingula Eccleſiaſtici diſt. 89.* vbi *ſingula Eccleſiaſtici iuris officia ſingulis quibuſq; perſonis ſingillatim debere committi iubemus; ſicuti enim varietas membrorum per diuerſa officia, & robur corporis repreſentat, ità varietas perſonarum nihilominus per officia diſtributa, & fortitudinem, & venuſtatem Sanctæ Dei Eccleſiæ manifeſtat;* & D. Thomam, qui ex Ariſtotele loquendo de pace. 1.2. q.105. *art.1. ait. Bona ordinatio Principum eſt, vt omnes aliquam partem habeant in Principatu; per hoc enim conſeruatur pax populi, & omnes talem ordinationem amant, & cuſtodiunt.* Quod vtique melius habetur per officiorum diſtributionem iuxtà Prouinciarum diuerſitatem; & eſt talis ferè communis conſuetudo Religionum deſumendi Definitores ex illis, & iſtis nationibus, quam Lezana. *d. cap.15. nu.21.* ex Nauarr. *lib.1. conſ. tit. de Conſtit. conſ.7.* quandoque neceſſariam affirmat.

1269 Suadetur ſecundò, quia ſi laudabile eſt, quod naturales præferantur extraneis, & illi dummodò idonei ad prælaturas ſuæ patriæ aſſumantur, vtpotè illis vtiliores, vt latè Barboſ. *in cap. nullus inuitis. diſt. 61. & in vot. deciſiu. lib. 2. vot.33. concl.1.* Peyrin. *de ſubdit. q.1. cap.31. §.5.* Murga *in d. conſtit.6. à n.552. & ſeq.* vnde ſanctiſſimas vocant Peyrin. *ibi.* Sanchez. *opuſc.1. lib.2. cap.1. dub.8. nu.2.* Giragus *de regim. Regul. p.3. dub.2. n.20.* Murga *ibid. nu.559.* leges, quibus id decernitur; adeòque & quod in Prælatos alicuius Prouinciæ non aſſumantur niſi naturales illius; qui ad hunc effectum illi cenſendi ſunt, qui in ea habitum ſuſceperunt, vel profeſſionem emiſerunt, vel per continuum decennium in ea commorati ſunt. Peyrin. *ibid. verſ. ad vltimum not.* Roderic. *q.52. art.8.* Murga. *ibi nu.660.* Idem dicendum de præfata officiorũ Generalium per Prouincias diſtributione, cum ex dictis, & in bis conſiderari poſſit eadem ratio vtilitatis, & pacatioris, atque acuratioris regiminis pro vnaquaque reſpectiue Prouincia; Et ità ſuſtinet Giragus. *loc. ſup. n.22. & 23. & p.1. n.125.*

1270 Ex his ſequitur, quod ſit dictus turnus, ſeù alternatiua òmninò obſeruanda. Caſtellin. *ibid. cap.11. n.17.* Donatus. *d. q.23. n.1.* Paſſerin. *cap.30. n.150. & 151. & cap.36. n.22. & cap.37. n.22. & 30.* Caponius *dict. diſcept.49. nu.6. & ſeq.* ità quod ea non obſeruata non teneat electio, cum ex eo, quod ſtatutum de alternatiua ſit veluti quædam concordia, ea non adimpleta nulla ſit ex defectu poteſtatis electio, vt in ſimili de collatione probat Caſtellinus *ibid. n.42.* ex Rot. *coram D. Iuſto 19. Martij. 1601. in Terraconen. Sacriſtiæ.* Garzia. *de Benefic. tom.1. part.7. cap.15.* vel ſaltem ſit ad partis inſtantiam irritanda, vt concludit Paſſerin. *cap. 2. num. 62.*

1271 Nec obſtat primò, quod poſita ea alternatiua, ſiuè turno corruere videatur iuramentum de eligendo digniore, de quo *dub. ſeq.* cum pro eligendo aliquo ex vna, v. g. Prouincia, cui ſit pro eo triennio aſſignatum tale officium, ommittetur alter ex altera Prouincia dignior. Non obſtat inquam, quia ſuppoſito illo ſtatuto aſſigente officium. v.g. Definitoriatus tali Prouinciæ, iuramentum de eligendo digniore limitatur ad digniores ex poſſibilibus haberi ex eadem Prouincia, & eligibilibus ſecundum ſtatuta; & non ad digniores ſimpliciter, & ex tota Religione, vt cum Aragon. *2. 2. q.63. art.2.* Sanchez. *lib.2. conſ. cap.1. dub.12. n.3.* Peyrin. *in Formul. litt. E. cap.2. n.12.* eo modo, quo obligatio eligendi digniorem in Summum Pōtificem intelligenda eſt de digniore inter Cardinales, non verò de digniore ſimpliciter & pro toto mundo; ex quo enim ſtatutum eſt. *cap. nullus. & cap. opportebat. diſt. 79.* vt Papa aſſumatur ex numero Cardinaliũ, hic cenſendus eſt dignior, & ſi idoniores reperiantur extrà Collegium. Giragus *d. p.3. n.21.* citatis Solon. *2. 2. q.63. art.2. contr.3.* Valent. *tom.3. diſp.5. q.7. punct.2. §.2.* Ità in noſtro caſu, qui non ſunt de ea Prouincia non ſolum non ſunt digniores, ſed neque digni, cum careant conditione ad tale officium requiſita, licet aliàs digni eſſent, ac digniores; ſicuti neque digniores dici poſſunt illegitimi, qui aliàs, ſi eſſent legitimi, digniores eſſent; & dum dicitur, digniorem eſſe eligendum intelligitur de digniore inter eligibiles, & poſſibiles haberi: quod non verificatur in illis, qui à lege iuſta prohibentur, vt benè diſcurrit Paſſerinus. *d. cap. 30. nu.145. 146. 148. 149. & 151.*

1272 Nec obſtat ſecundò, quod hinc coarctentur electiones, contra electionum rationem, quæ abſque dubio omninò liberæ eſſe debent. *cap. ſi dilectiſſimi 8. q.2. & in cap. cum terra, de electione. & cap. vbi periculum. §. cæterum. tit. eod. in 6.* & communiter DD. quia cum potuerit Capitulum generale propter bonum pacis, & iuſtitiam diſtributiuam, atque Congregationis vtilitatem, vt dictum eſt, huiuſmodi turnum, ſeu alternatiuam conſtituere, & limitare eligibilitatem perſonarum, fuit tantummodò indirectè reſtricta, ſeù limitata ex parte materiæ facultas eligentium; per quod non læditur libertas electorum, ſicuti non læditur per hoc, quod non poſſint eligere illegitimos, ſuſpenſos &c. aut Papam niſi ex Cardinalibus. Panormit. *in cap. licet num.12. de elect.* Roderic. *q.51. art.11.* Miranda *t.2. q.22. art.23. concl.2.* Peyrin. *d. ſubdit. q.1. cap.31. notab.3.* Girag. *ibid. p.1. dub.24. nu. 129.* Lezan. *d. n.21.* A Spiritu Sancto. *tract.5. diſp. 2. n.83.* Et fauent omnia iura, quibus electiones ex perſonis certi loci faciendas latè probat Barbos. de *poteſt. Epiſc. alleg.60. n.102. verſ. hinc ſi ex fundatione*, cum nec indè cenſeatur læſa electorum libertas.

1273 Quod ſi quis vrgeat, lædi ſpecialiter apud nos libertatem electorum, quia non tantum coarctatur electio ad certum genus perſo-

narum,

Digitized by Google

narum, ſed ad tres vel quatuor, ex eo quod vi declarationis Capituli generali de 1632. non poſſint eligi in Definitores generales abſentes; & aliàs quatuor adſint tantum ex qualibet Prouincia Capitulo vocales, ſi detur caſus, quod vnus vel alter ex his vacet, iam eligibiles in Definitores erunt tantum duo, quod libertati electionis repugnat. Roderic. *t.2.d.q.51. art.11. verſ. vndè teneo.* Mirand. *loc. ſup. concl.3.* Lauor. *tit.4.cap.2.n.11.* Barboſ. *de iur. Eccleſ. cit. cap.19.n.233.*, & preſſius *in votis deciſ. vot.33.nn. 30.31.& 32.& vot.35.nu.68.* Murga *in d. Conſtit. 6.n.706.* Reſpondetur, id non officere, cum per accidens ſit, quod tres tantum, vel duo ſint eo caſu eligibiles. Et in terminis, cum ex lege, vel conſuetudine electio debet fieri ex certo genere perſonarum, quod ſi intrà illud genus non ſint niſi duo idonei poſſit ad illos duos electio coarctari, tenent Butr. *in cap. cum in iure nn.30. de elect.* Franc. *in cap. Conſtitutus n.2.* Præpoſ. *ibid. nu.11.* Sigiſmund. *de elect. dub.50.nu.5.* Donatus *tract.1.q.10.n.13.* ex Lauor. *d. tit.4.cap.21.nu.11.* & Samuell. *tract.2.diſp.1.contr.4.nu.13.* quos ſequitur Paſſerinus *d.cap.2.n.16.* & cum Pellizzar. *tract.9.cap.2.nu.34.* Antonius à Spiritu Sancto *ibid. n.90.& 91.* & Neuſſer. *dict. diſp.120.q.1. n.4. illat.5.* & ratio eſt quia, vt ipſe Paſſerinus ait, coarctatio in eo caſu eſt in obiecto, & ex natura rei, ex eo quod ſolum illi ſunt ratione ſtatuti eligibiles. Et ità declaraſſe videtur S. Congregatio ſub *6. Aprilis* 1679. dum declarauit faciẽdam electionem Diſcreti etiam ſi vnus tantum reperiatur cum conditionibus à lege præſcriptis, vt dicitur *nu.*1385. & in ſimili de eligendo in Definitorem, ſi vnus ſolus ex ea natione accedat ad Capitulum. Miranda *tom. 2.q.12. art.1. cõcl.1. §. Si verò.* Præterquamquod, cum vnaquæque Prouincia ſit cum altera vnita v.g. Panormitana cum Meſſanenſe, & ex his duabus debeant eſſe octo vocales in Capitulo, quatuor ſcilicet ex vtraque, & Definitor generalis poſſit ab vna, vel altera ex his Prouincijs indiſcriminatim aſſumi, iam huius electio non poteſt intelligi coarctata ad duos vel tres, etiamſi aliqui ex præfatis vocalibus præſentibus eſſent ratione vacationis ineligibiles, ſed ad minus quatuor, vel quinque erunt ibi eligibiles, quod ſatis eſt ad libertatem electionis per Paſſerin. *d.cap.2. num.14.* Et hoc quidem quoad Definitores generales, quia quoad alia officia non habet locum obiectio, cum ad ea poſſint eligi & abſentes talis tamen, vel talis Prouinciç.

1274 Cæterum an huiuſmodi ſtatuta expediant meum nolo ſit diſcutere. Quod mihi conſiderandum videtur eſt, quod obſeruando turnum, ſtante præſertim præfata vacantia per triennium neceſſaria, quandoque (& vtinam verum non eſſet) minus idonei ad officia generalia eliguntur, vt benè ponderauit Rota. *loc. ſupr. n.9. coram Pamphil.* & cum ea Barboſ. *in vot. deciſ. vot.33. num.21.* Nec momenti alicuius puto rationes illas, aſſignata ſcilicet Prouincijs officia pro bono pacis, pro iuſtitia diſtributiua conſeruanda, & vt quis de earum Religioſis edoctus reperiatur in Definitorio generali; quia quoad tertium ſufficienter iam eſt prouiſum, per hoc quod Prouinciales, & Diſcreti ex vnaquaque reſpectiuè Prouincia vna cum Definitorio generali habent vocem in electionibus ſuarum Prouinciarum, proùt ex Conſtit. Alexand. VII. incip. *Militantis Eccleſiæ* & dicitur infr. *n.*1341. Et quoad ſecundum ſequeretur, quod ad multiplicationem Prouinciarũ multiplicanda eſſent officia generalia; Et quoad primum, licet ex eo, quod iuuet hoc ad conciliandam pro breui tempore pacem, præſtet beneficium temporale, & particularibus perſonis, ex electione tamen minus idoneorum ſequitur damnum irreparabile, & perpetuum communitati, vt piè deplorauit Paſſerinus *d.cap.2.nu. 64.& cap.30.n.150.* Quarè ſi meam liceret proferre ſententiam, ſenſus meus eſſet, quod ſaltem ex toto corpore deſumendus eſſet P. Vicarius generalis; & ſi facienda eſſet diſtributio, hæc eſſet de reliquis officijs facienda.

DVBIVM XI.

De reelectione ad eadem Officia.

1275 ITem requiritur, quod eligendi ad aliquod officium, non idem exercuerint antecedente triennio, cum reelectiones prohibeantur à Conſtitutionibus *d.cap.n.7.* ibi *Reelectiones in eadem officia omninò interdicimus: ità vt Vicarius Gener. tranſacto triennio nullo modò poſſit confirmari, aut reeligi, quod qui attentauerit, excommunicationis maioris pænam ipſo facto incurrat, & ad omnia officia inhabilis perpetuò maneat. Priores ijſdem Conuentibus præfici non poterunt, niſi fabrica incæpta, aut alia grauis neceſſitas poſtulauerit; tuncque duas ex tribus ſuffragiorum partes habere debeat; quas ſi non habuerit prima, & ſecunda vice, in tertia non concurrat ad nominationem candidatorum; quod idem dicimus circa reelectionem Definitorum, quorum duos reaſſumi permittimus, dummodò quilibet duas ex tribus partibus ſuffragiorum habeat. Declaramus autem quod illorum tantum reelectiones prohibentur, qui per triennium officio functi ſunt; ſi enim tempore intermedio electi fuerint, in Capitulo ad eadem officia Cõuentus reeligi poterunt.* Quod Statutum videtur eò directum, vt perpetuitas, aut continuatio officiorum in Ordine tollatur, & euitentur inconuenientia, quæ ex oppoſito euenire poſſent, vt de conſimili Seruitarum ſtatuto loquitur Lezana in eorum *Mar. magn. ad §.12.n.38.*

1276 Per quæ patet primò, nullatenus poſſe V. Generalem confirmari, aut reeligi (ſcilicet pro immediatè ſequenti triennio) ſub pæna tum excommunicationis maioris ipſo facto incurrenda, tum perpetuæ inhabilitatis, quæ (licet & ipſa cenſenda ſit ipſo facto, & propter copulatiuam, &, quæ qualitatem antecedentis tribuit conſequenti. Menoch. *conſ.225.nu.59. & conſ.435.n.12.* & eſt earumdem qualitatum repetitiua Rota coram Bich. *deciſ.262.n.10.* Barboſ. *in diction. vſufr. dict.110.n.4.* & propter verba

ba

ba *ad omnia officia inhabilis perpetuò maneat*, quæ cum ſint imperatiui modi, ſunt latæ ſententię. Lezan.*tom.2.verb.pæna Eccleſiaſt.n.5.* & important idem, ac ſit, quod habetur pro lata ſententia, & ipſo iure Barbos.*ibid.dict.374. num.1.* prout & declaratum eſt in Capitulo generali. de 1615.*ſeſſ.7.*) non obligat tamen in conſcientia ante Iudicis declarationem, qua ad minus de perpetrato crimine conſtet; ex prax. Eccleſię Lezan.*t.1.p.1.cap.8.n.33.& cap.10.n.30.* cum Sot.*t. de iuſt. q.6. art.6. ad 4.* Molin.*t. 1. de iuſt. diſp.96.* & fuſiùs cum Tamburin. Diana, & alijs *d.verb.pæna Eccleſiaſtica nu.8.* Murga *tom. 2. diſquiſit.moral.& canonic.diſp.1.dub.13.à n.71. vſq; ad 104.* Et in ſimili de priuatione vocis ipſo facto Caſtellin.*in prælud.ad tract.de electione.§.7.* & illud ipſo iure, ſiuè ipſo facto intelligitur hic, ſtatim ac, ſeù eo ipſo quod Iudex de patrato delicto ſententiam protulerit, cum Sot.*ibid.* Roderic.*t.3.q.56.art.1.* Peyrinus *de ſubdit.q.2.cap.2.§.11.concl.3.* A Spiritu Sancto.*dict.diſp.2.n.122.* ad differentiam præfatæ excommunicationis (ſicuti ſuſpenſionis interdicti, & irregularitatis, ſi tamen latæ ſententiæ) quæ, vtpotè ipſo facto abſque vlla ſententia condemnatoria, aut criminis declaratoria ſtatim incurritur, & obligat in conſcientia ex communi DD. conſenſu, quorum plures adducit Murga *ibid. nu. 38. vbi & n. 108.* quia hæc eſt praxis Eccleſiæ, vt etiam loquuntur Medin. *1.2. q.96. art. 4.* & Sotus.*d.art.6.* cum enim conueniens ſit, vt Eccleſia, quæ ſpiritualem ſubditorum profectum intendit, ad ſui rectum regimen pænas habeat aliquas, quibus illos ab occultis etiam facinoribus arceat, benè inſtituendum erat, quod aliquæ ipſo facto ligarent, atque id potiſſimum præſtaret excõmunicatio latæ ſententiæ. Murga.*d.n.38.* Quæ pænæ afficiunt tam ipſum Vicarium Generalem, ſi reeligi procurauerit, quam electores, ſi id tentauerint, ratione indefinitæ propoſitionis, *qui tentauerit*, quæ vt potè æquipollens vniuerſali, omnes complectitur, vt dicemus.

1277 Patet ſecundò, Priores reeligi poſſe in Priores prò altero tamen Conuentu: in eodem verò non niſi ex cauſa, & prout ſuprà: Definitores, duos omninò reeligi non poſſe propter dictionem *tantum*, quæ cum ſit taxatiua, duos includit, & alios duos à reelectione excludit Rot. in Aſſiſien. *Emphyteu. coram Merlin. deciſ. 454.n.9.* & per adduct. à Barbos. *in diction. vſufr. dict.402.nu.2.& 5.* prout de dictione *dumtaxat*. Roderic.*tom.3.q.5.art.2.* Lezan.*t.2.verb.dictio. n.17.& n.41.* Et ſic, ſi primi duo fuerint reelecti, alij duo eligendi erunt neceſſariò ex ijs, qui nõ fuerint Definitores in immediatè tamen antecedente triennio; nam cum prohibitio reelectionis intelligenda ſit de reelectione immediata, ſeù pro immediate ſubſequenti triennio, nõ prohibentur eligi; qui aliàs eodem officio functi ſunt.

1278 Idem dicendũ de Viſitatoribus, quod non poſſint reeligi ſicuti neque Prouinciales, cu & in his militet eadem ratio, ob quã nequeunt reeligi Priores, & Definitores. Nec dicendum prohibitam eſſe à Conſtitutionibus ſolam reelectionem Vicarij Generalis, Priorum, & duorum Definitorum, propter dictionem *Itàut*, quæ videtur reſtrictiua præcedentis diſpoſitionis, vt *in l.Lucius. §.qui habebat ff. ad Treb.* notant Decian.*conſ.226.n.6.t.1.& conſ.521. nu.16. t.2.* Socin.*Sen.conſ.46.col. 3. verſ.cum ergò lib. 1.* Menoeb.*conſ.134.n.15.* nam dictio illa non ſemper ſtat reſtrictiuè, ſed etiam ampliatiuè, vel declaratiuè per allegat à Barbos.*diction.182.n. 2. & 3.* prout ſtare in præſenti colligitur ex permiſſione aliquarum reelectionum cum conditionibus ad ipſas requiſitis; & ex eo, quod per Conſtitutiones eaſdem *d.cap.2.n.24.* ſpecialiter declaretur poſſe reeligi Procuratorem generalem, *qui poterit reeligi*, quaſi ab hac prohibitione generali eum excipiendo: quo dignoſcitur firmata regula præfatæ prohibitionis quoad omnia alia ſimilia officia ex regul. iur. *quod exceptio firmat regulam*; & conſequenter non reſtricta hic ad ſolum P. Vicarium Gener. Priores, & duos Definitores; Et ità inuenio declaratum in Capitulo generali. de 1612.*n.61.* ibi: *Nullum alium poſſe reeligi in idem officium præter nominatos in Conſtitutionibus*. Non intelligitur tamen prohibita reelectio Suppriorum, lectorum & ſimilium, quia ex obſeruantia, quę eſt legum interpres habetur ſermonem eſſe hic de reelectionibus Superiorum, nomine quorũ non veniunt prædicti.

1279 Et quoad Viſitatores, ità intelligenda eſt probibitio, quod non tantum primus nequeat reeligi in primum, ſed quod nec ſecundus in primum, ſicuti neque primus in ſecundum; cum enim ſint in auctoritate æquales, eadem ſunt officia, eo modo, quo Definitores non obſtante differentia primi, ſecundi, &c. cenſentur, & ſunt ratione eiuſdem auctoritatis eadem officia, & non diuerſa; & propterea ad eadem prohibita à Conſtitutionibus reelectio. Nec per hoc, quod primus Viſitator habeat votum in Definitorio Capituli generalis, ſequitur tãta differentia inter primum, & ſecundum, quanta eſſet neceſſaria ad duo hęc munera taliter diuerſificanda, & ità, vt non debeant cenſeri idem officium, ad effectum vitandi impedimentum reelectionis; nam etiam primus Definitor babet votum in eodem Definitorio generali, & tamen non ſufficit boc ad diuerſificãdos Definitores, ità quod poſſint reeligi ſi enim primi Definitoris officium ratione præfati voti in Definitorio generali eſſet cenſendum diuerſum officium ab alijs Definitoribus, poſſent reeligi tres Definitores præcedentes, contrà præſcriptum Conſtitutionum quæ duorum tantummodò reelectionem permittunt; & probo; nam duo poſſunt reeligi ex permiſſione Conſtitutionum; ergò poſſet reeligi & alter; probo conſequentiam, quia primus Definitor non eſt quoad hoc, ratione præfati Suffragij idem officium cum alijs Definitoribus; vndè ſequitur, quod ſi qui hoc triennio fuit ſecundus Definitor, eligatur in primum, iam non eſt

reele-

reelectus in idem officium, ſed electus in aliud; & propterea, ſi prout Conſtitutiones concedunt, reeligerentur alij duo, iam tres Definitores huius triennij, erunt & Definitores in ſequenti; quod tamen eſt apertè contrà Conſtitutiones. Ergò ſuffragium in Definitorio Capituli generalis non diuerſificat officium Definitoris ad effectũ, vt poſſit dari reelectio; ergò per hoc, quod primus Viſitator habeat votum in Definitorio generali, non ità diuerſificatur à ſecundo, vt conſtituat diuerſum officium; & ſic, qui fuit in hoc triennio ſecundus, non poterit eligi prò ſequenti in primum, nec e contra. Et mirum quod hæc non aduertantur, cum contrarium obſeruari videam.

1280 Atque hæc prohibitio reelectionis talis, ac tanta eſt, vt ſuper hoc, ſcilicet quoad officia prohibita nequeat diſpenſari ratione adiectæ dictionis *omninò* quæ operatur idem, ac ſine diſpenſatione. Abb. *in cap. qualiter.2. de accuſat.col.3.n.18.verſ. ſed contra.* Gloſ. *in Clement. vt hi.de ætat.& qualit.* Sanchez. *de matrim. lib.1. diſp.32.nu.6.* Rodcric. *t.3.q.67.art.5.* Lezan. *t.2. verb.dictio nu.29.* Murga *tom.1. diſquiſit. mor.& canon.tract.7.diſp.6.dub.7.n.6.* quin, cum habeat vim decreti irritantis vt præter Barbos. *in diction.240.n.15.* ex Nald. in *ſumm. verb.clauſula.n.6.* Murga *in Conſtit. Apoſt.conſtit.16.n.142.* nulla eſſet, ſi quæ fieret reelectio. Idem Barbos *ibid.* & Murga *d.tom.1.tract.9.ſect.1.§.6.n.5.*

1281 Patet tertiò, & hanc reelectionũ prohibitionem eos afficere, qui per triennium idem officium exercuerint, non autem eos, qui tempore intermedio, quod regulandum videtur iuxta dicta de vacatione ab officijs. Et in reelectionibus tum Priorum, tum Definitorum vt ſuprà, & tantummodo permiſſis, duas ex tribus Suffragiorum partes requiri: quarè ſi v. g. decem eſſent vocales non eſt neceſſarius concurſus ſeptem, ſed ſufficiet pro valida electione, quod cõcurrant ſex; ex decem enim tres partes ſunt. 3.3.& 4.& ſiue concurrant 3.& 4. ſiuè tres & tres, ſemper verificatur concurſus duarum partium ex tribus, vt in ſimili de approbatione Nouitij per duas partes ex tribus, Tancredus in *quæſt.moral.tract.5.q.55.* Neque prò valida electione neceſſe eſt, quod illæ duæ partes ex tribus ſuffragiorum habeantur ſolum pro primo, aut ſecundo ſcrutinio; ſi namque in tertiò reperientur ſex vota in fauorem alicuius reeligendi, erit valida electio, ſeù reelectio; cũ enim Conſtitutiones ex vna parte pro valida reelectione duas partes ex tribus ſuffragiorum requirant, & ex altera non prohibeant reelectionem prò tertiò ſcrutinio cum dictis duobus partibus ſuffragiorum, ſed ſolum ſtatuant, quod ſi eas non habuerit in primo vel ſecundo, non concurrat ad nominationem candidatorũ (de quo *n.1303.*) prò tertio, valida ſanè erit reelectio, ſi præfatæ duæ ſuffragiorum partes adfuerint in tertiò ſcrutinio, nec apparet, vndè ſit eius inualiditas deducenda.

DVBIVM XII.

De alijs ex parte eligendorum requiſitis.

1282 REquiritur vlterius in eligendis graduatio quedam; quod nempè eligendus in Magiſtrum Nouitiorum, ſiuè Profeſſorum fuerit prius ſocius Magiſtri; in Priorem fuerit Supprior; in Prouincialem fuerit Prior; in officia generalia Procuratoris Definitoris, Viſitatoris, fuerit Prouincialis, vel Lector, in Vicarium Generalem fuerit, vel Superior generalis, vel Prouincialis, vel per duo triennia Prior, vel Lector, niſi defectu harum conditionum concurrant duæ ſuffragiorum partes ex tribus; hoc enim caſu abſque tali graduatione quemcumque indifferenter eligi poſſe permittitur. Sic ex reiteratis Capitulorum generalium decretis ſcilicet de 1644. *ſeſſ.* 12. 1647. *ſeſſ.*9. 1650. *ſeſſ.*6. 1656. *ſeſſ.*18. 1659. *ſeſſ.*16. 1662. *ſeſſ.*6. & ſatis rationabiliter, vt in ſimili Miranda. *t.2.q.23.art.22.concl.2.* cum ſint qualitates per ſe vtiles electionibus; adeòque & ad eas habentes limitari poſſunt à Superioribus, etiam inuitis ſubditis, ex parte materiæ electiones. Paſſerin. *de elect.cap.2.n.63.*

1283 Opportet etiam, quod eligendi non procurauerint ad officium aliquod eligi; his enim prohibentur à Conſtitutionibus, vt infrà dicemus, electores ſuffragari; quod à fortiori intelligendum eſt, ſi medijs exterarum perſonarum fauoribus procurauerint; ad quod ſufficere videtur, quod quis fecerit id, quo poſito violatur votum non procurandi, quod ſcilicet, vt diximus à *n.1143.* aliquo exteriore ſigno intentæ Prælationis indicatiuo, vel apud electores, vel apud promouere valentes, prò ſui promotione egerit, cum enim ſupponatur prohibitum electoribus dare illis ſuffragium in pænam violati voti, ad hoc vtique talis debet ſufficere procuratio qualis ſufficit ad voti tranſgreſſionem; quare tenentur non illis ſuffragari electores etiam ſi ſciant, eos per alium procuraſſe, cum & hoc modo verificetur, quod verè procurauerint contrà votum non procurandi. Confirmatur quia procurare, cuius intuitu prohibentur electores eligere, debet regulari cum procurare, quod ſit prohibitum; ſed procurare quod prohibetur eſt id, de quo votum non procurandi. Sufficit ergò, quod quis procurauerit modo ſupradicto, vt teneantur electores non eligere. Et quamuis non eſſet hic finis Conſtitutionum; eo ipſo quod teneor nõ ſuffragari procuranti, quid amplius requiritur, ad hoc vt ſim in caſu obligationis non ſuffragandi, quam quod mihi conſtet, talem, vel talem contrà votum non procurandi agere? Ex quo videtur vlterius ſequi, ſub hac prohibitione non comprehendi eos qui procurauerint eligi in Suppriorem, Magiſtrum Nouit. aut Profeſſ. Segretarium, Lectorem &c. cũ vt diximus *n.1159.* ad hæc non ſe extendat votum non procurandi.

1284 Nihilominus, & ſi verum ſit ſufficere, quod quis dignoſcatur operari contrà votum, ad hoc vt electores teneantur ſe abſtinere ab electione, cum tamen non appareat fundamentum dicendi id ſpecialiter intentum à Conſtitutionibus in pœnam violati voti, & aliàs poſſit ſerpere ambitio, & vtique inhoneſta, illicita, mala, vitioſa, & damnoſa, & inquietudinis, ac rixarum origo etiam reſpectu eorum officiorum, quorum procuratio non cadit ſub voto; & ſupponendum itèm ſit intendiſſe Conſtitutiones omni malo generaliter occurrere, & ideò omnium officiorum procurationem profligare; non eſt regulanda prohibitio eligendi procurantem, cum procuratione prohibita à voto, & illi contraria; ſed intelligenda eſt ſimpliciter de omni procuratione etiam nõ cõtraria voto; adeò vt nec poſſit eligi procurantes, vel Suppriorarũ, vel Lectoratũ, vel officiũ aliquod, ad quod aſſumatur per electionẽ canonicam. Et ſuadetur, quia eodem modo Cõſtitutiones prohibent dari ſuffragium procuranti, quo prohibent, quem ſibi ſuffragari: *Prohibemus* (ſic ibi *p.3.cap.1.n.5.*) *in virtute Spiritus Sancti, & Sanctæ Obedientiæ; quod nemo ſibi ipſi ſuffragetur, neque alteri, quem nouerit procuraſſe eligi ad aliquod officium*. Sed ſic eſt quod quis proptereà nequit ſibi ſuffragari nec pro electione in Suppriorem, licet id procurare non ſit ex voto prohibitum, ergò ſicuti prohibitio de nõ ſibi ſuffragando amplectitur omnem caſum electionis, & non ſolùm electiones ad officia, quæ non poſſunt vigore voti procurari, ità prohibitio eligendi procurantem intelligenda eſt de procurante quodcumque officium etiam vigore voti procurari non prohibitum.

1285 Confirmatur ex titulo Capituli; cum namque ſit *De electionibus in communi* ſanè dignoſcitur ſermonem ibi eſſe de omnibus electionibus; adeòque & prohibitum dari ſibi ſuffragium in omni electione, & prohibitum eligi procurantem pro ſe quodcumque officiũ, ſeù quamcumque electionem. Regula ſiquidẽ iuris eſt, quod lex generaliter loquens generaliter ſit intelligenda. *l.1.ff. de legat.præſtand.* & vbi ipſa non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus *l.non diſtinguemus ff. de recept. arbitr. cap. Solitæ de maiorit. & obed.* Lezan *t.2.verb.leges regul.n.35.* Murga *in d.Conſtit.6.num 942.* Accedit, quod prohibitio tam ſibi ſuffragandi, quam eligendi procurantẽ eſt indefinita; quin quoad procurantem ſub termino ſatis amplo, & indefinito, nempè *aliquod officium*, ſub cuius appellatione veniunt etiam minima miniſteria per Barboſ. *de appellat.iur.appell.176.num.1.* & ideò cenſenda vniuerſalis, ſeù æquipollens vniuerſali *l.ſi ſeruitus 24.ff.de ſeruit.vrban.præd.cap.quià circà de priuileg.* Gloſſ. *verb.aliorum in cap.circà de elect.lib.6.* Menoch. *conſ.97.à nu.154.& conſ.173.n.16.cum ſeq.& de præſumpt.lib.4.præſumpt.21.n.5.& præſumpt.62.n.7.* Murga *ad Conſtit.10.nu.1.* & conſequenter intelligenda de omni tam electione, quam procuratione; hoc eſt æquè prohibitum tam ſibi in quacumque electione ſuffragari, quam alteri quamcumque electionem ſeù officium quodcumque procuranti; ſiuè ſit contrà votum, ſiuè non; maximè cum ſit concepta negatiuè *nemo ſuffragetur*, quod idem eſt ac, non detur ſuffragium, redditur vniuerſalis indiſtinctè per Rimin. Iun. *conſ.150.nu.53.cum ſeq.* Octau. Glorit. *reſp.1.p.3.n.153.* & facit ſenſum, quod nullatenùs ſibi quis ſuffragetur, ideſt in vlla electione, neque alteri, qui procurauerit, hoc eſt vlli cuicumque, ſiuè quomodocumquè, nempè quodcumque officium procuranti per tradit. à Barboſ. *in axiom.123.nu.5.* & Murga *d.n.1.de indefinita negatiuè*. Et ſic cõcludendum, illi indifferenter, qui quodcumque officium procurauerit, non poſſe electores ſuffragari, & non ſolum prò eo officio ad quod procurauerit eligi, ſed nec pro vllo alio, propter dicta de indefinita, negatiua, vniuerſali, indiſtincta prohibitione eum eligendi. Neceſſe tamen eſt, vt elector ſit certus, quem procuraſſe, vt ſit in caſu non illi ſuffragandi, nec ſufficiunt coniecturæ, cum agatur de excluſione alteri oneroſa, & quod id ſciat extrà confeſſionem propter dicenda *n.1293.*

Sunt & alia requiſita ſpecialiter ex parte eligendorum in Diſcretos, tum Prouinciales pro Capitulo generali, tum Conuentuales pro Capitulo prouinciali. Sed de his ſuis reſpectiuè locis infrà *dub.24.& dub.26.*

DVBIVM XIII.

De quibuſdam ad electionem præmittendis, & de electione dignioris.

1286 Dvo ſunt, quę præcipuè iniunguntur obſeruandum vnum, cauendum alterum. Illud in ordine ad digniorem eligendum: iſtud ad practicas vitandas. Sic *d.cap.1.p.3.conſtit.nu.5.& 6.* *Præcipimus in virtute Spiritus Sancti, & Sanctæ Obedientiæ, quod nemo ſibi ipſi ſuffragetur, neque alteri, quem nouerit procuraſſe eligi ad aliquod officium, & quod vnuſquiſque digniorem eligat; & vltrà hoc præceptum, antè electiones vnuſquiſque iuramentum de his præſtet publicè. Præcipimus etiam ſub eodem præcepto, quod nullus practicas vulgò dictas faciat pro electione alicuius, & qui nouerit alterum eas facere, teneatur Definitorio denuntiare; & tam faciens, quam conſentiens pro ſe fieri, vltra pœnas à iure communi, & Clemente VIII. inflictas per ſex annos voce actiua, & paſſiua irremiſſibiliter careant. Licebit tamen interrogare, & reſpondere ſimpliciter de qualitatibus eligendorum, nulla adhibita perſuaſione, aut inductione. Et vt in eligendo ſit libertas, ſecretum in ſuffragando ſtrictè obſeruetur. Quarè præcipimus in virtute Sanctæ Obedientiæ, quod nullus ſignificet, cui ſit ſuffragaturus, vel non ſuffragaturus, nec poſt electionem, cui ſuffragium dederit, vel non dederit.*

1287 Conſonant prædicta cum Apoſtolicis ordinationibus Clem. VIII. de reform. Regul. *n.36.* quoad primum. *In Superiorum, & Officialium omnium electionibus forma præſcripta à S. Concilio Trid. & Ordinis Conſtitutionibus, inuiolabiliter*

ter ſeruetur, iurentque electores ſecundum veritatem cuiuſque conſcientiæ probiores, ac magis idoneos ſe electuros, ac propterea priuſquam ad electionem deueniatur, inprimis, & antè omnia prælegantur Cōſtitutiones de qualitate & requiſitis eligendorum. & quoad ſecundum *n. 35.* ſic *Vt omnis Officiorū ambitus occaſio præcludatur, caueant omnes à directa, vel indirecta vocum, ſeu ſuffragiorum procuratione tam pro ſe ipſis, quam pro alijs tum in Capitulis locorum, tum in cæteris præſertim generalibus Capitulis, aut Congregationibus, ſeù alibi*. De primo ergò in præſenti de ſecuudo in ſequ. dubio.

1288 Et quidem electores non ſolum teneri ſub lethali non eligere indignos. *cap. graue nimis. 29. de præb. & dignit.* vbi Barbos *n. 4. ex cap. miramur. diſt. 61.* Couarr. *in Regul. Peccatum. cap. 2. §. 7. n. 8.* Sylueſt. *verb. reſtitutio. 3. 5.* Tolet. *in inſtruct. Sacerd. lib. 5. cap. 4. num. 8.* & eſt D. Thomæ. *quodlib. 6. art. 9.* Roderic. *in ſumm. p. 1. cap. 106. concl. 10. n. 12.* Reginald. *in prax. lib. 30. tract. 3. n. 195.* & communis DD. ſed etiam teneri eligere digniores, etiam quoad Prælaturas Regulares *ex cap. Viliſſimus. 1. q. 1. & cap. licet. ergò 8. q. 1.* D. Thom. *2. 2. q. 63. art. 2. ad 3. q. 185. art. 3. in corp. & quodlib. 8. art. 6.* Soto *lib. 3. q. 6. art. 2.* Mirand. *t. 2. q. 23. art. 13. concl. 1.* Lezan. *t. 1. p. 1. cap. 15. n. 12.* & cum alijs quam pluribus Paſſerin. *de elect. cap. 30. n. 67.* vbi hanc ſententiam eſſe certiſſimam, & oppoſitam improbabilem, & minimè ſecuram; ità quod eligendo dignum omiſſo digniore peccetur mortaliter, vt cum D. Thom. Soto. Vaſquez Aragonio. Salon. Couarr. Valentia. Ledeſm. & alijs Peyrinus. *de ſubdit. q. 1. cap. 31. §. 4.* & cum Barbos. Lezana, & alijs Murga in *Conſtit. Pontific. conſtit. 6. n. 563.* nec vllus dabilis ſit caſus, in quo omiſſo digniore liceat eligere minus dignum, quia ſi quandoque poſſet dari, cum ideò eſſet, quia vel tunc magis expediret, vel vtilius eſſet; iam qui aliàs eſſet dignior, non eſſet dignior hic & nunc, quia dignior eſt, vt mox dicemus, qui hic & nunc iudicatur bono communi vtilior; & ſic cum hic nunquam ſit poſtponendus alteri nunquam dabitur caſus, in quo omiſſo digniore licita ſit electio minus digni. Paſſerinus. *ibid. n. 78. 140. 142. & 155.*

1289 Huiuſmodi autem lethale peccatum, eligentis nempe dignum omiſſo digniore eſſet contrà iuſtitiam, cum eſſet infidelis diſpenſator, & contrà bonum commune iniuſtus, tribuendo dignitatem minus digno, quod per ſe cedit in graue damnum boni communis; etiam diſtributiuam, cum ſint ità diſpenſandæ Prælaturæ ſecundum æqualitatem proportionis, vt dentur vtilioribus ad bonum commune. Idem Paſſerin. *ibid. n. 76.* & apud nos etiam contrà Religionem ratione iuramenti. Martinez. de Prado in *quæſt. moral. cap. 19. q. 5. n. 7.* & vlterius contrà obedientiam vigore præcepti, *Et quod vnuſquiſque digniorem eligat* ratione copulatiuæ, quæ propter dicta *n. 1276.* eſt præcedētium qualitatum repetitiua: maximè cum ſit vnica oratio ſub eodem verbo *præcipimus in virtute Spiritus Sancti*; & oſtendunt verba ſubſequentia *Et vltrà hoc præceptum &c.* quæ vtique demonſtrant teneri ſub præcepto electores ad digniores eligendos. Et ideò ad hunc finem coherenter ad ſuprapoſitum Clem. VIII. decretum leguntur apud nos non ſolum ante electiones in Capitulis generalibus, aut Definitorijs annualibus, ſed etiam in Capitulis prouincialibus, atque Conuentualibus antè electiones Diſeretorum, Conſtitutiones de qualitatibus eligendorum ſeu capitis. 1. *p. 3. paragraph. 3. 5. & 6.* in quibus ſupradicta præcepta continentur, vt vnuſquiſque electorum ſciat ad dignioris electionem etiam ex ſpeciali præcepto teneri. Et inſuper datur ſuper hoc publicè iuramentum ab electoribus, tangendo ſcilicet pectus more Sacerdotali, quod ſufficit, cum nihil ſpeciale exprimatur in dictis decretis, aut noſtris Conſtitutionibus, vt ex Sigiſmund. *de elect. dub. 26. n. 5.* & Lauor. *tit. 4. cap. 19. n. 50.* Peyrin. *ibid. n. 8.* Paſſerin. *cap. 18. n. 64.* quod iuramētum, licet non videatur de ſubſtantia, cum nō adſit ibi decretum irritans, vt cum Bordon. *reſol. 26. q. 9. n. 28.* Peyrin. *ibid. n. 7.* Samuell. *tract. 1. diſp. 4. contr. 1. n. 1.* Paſſerin. *eod. cap. 18. n. 63.* ſine peccato omitti voluntariè non poteſt, vt Samuell. *ibid.*

1290 Vt autem dignoſcatur, quis nam ſit cenſendus dignior, ſtatuendum, Prælaturas in Religionibus non eſſe inſtitutas, vt præmia meritorum D. Thom. *d. art. 3. in corp.* ſed ad bonum Communitatis, vt Religio per bonos paſtores gubernetur. Vaſquez. in *opuſc. de benef. cap. 2. §. 3. dub. 1.* de Lugo *t. 2. diſp. 35. n. 56.* & ideò, vt quis iudicetur dignior, non eſt deſumenda hæc maioritas dignitatis à maiore Sanctitate, & doctrina, prout ſunt bona habentis, & per quæ aliàs diceretur mereri, ſed à maiore vtilitate in ordine ad Religionem, ſeu Prouinciā, vel Conuentum, hoc eſt à prudentia Sanctitate, doctrina, vt ſunt media vtilia ad alios ſanctificandos; & non ſolùm ab illis, ſed ab omnibus alijs qualitatibus bonis (addit Paſſerinus. *d. cap. 30. n. 141.* immò aliquandò & malis) & alijs circumſtantijs, quibus perſona reddi poteſt vtilior ad bonum Religionis promouēdum, & ſubditos inſtruendos, ſanctificandos, ac in pace regendos. Ex D. Thom. *loc. ſup.* Vaſquez. *ibid. §. 3. dub. 1. n. 49.* Petro Ledeſm. *in ſumm. p. 2. tract. 7. cap. 2. concl. 8. dub. 9.* Roderic. *in ſumm. t. 1. cap. 106. n. 2.* Mirand. *d. art. 13. concl. 3.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 15. q. 1. verſ. verum quis dignior. & q. 3. et 4.* Soto *de iuſt. lib. 3. q. 6. art. 2. cōcl. 9. limit. 2. & alijs.* Peyrin. *de ſubdit. q. 1. cap. 31. §. 1. notab. 3.* tenentque cum D. Antonino *3. p. tit. 19. cap. 2. §. 4.* Bannes. *2. 2. q. 63. art. 2.* Martinez. *ibid. cap. 25. q. 4. num. 27. & 28.* Couarr. *in regula, peccatum p. 1. de reſtit. §. 7. nu. 4.* Rota in *Beneuentan. Parochialis. 13. Iunij 1590. coram Orano. & in Rauenaten. Parochial. 2. Decembr. coram Arigonio.* Lauorius de *elect. cap. 21. nu. 63.* Pax Iordan. Gōzalez, Garzia, Paſſerinus *ibid. num. 141.* & cum omnibus, atque Tamburino. *de iur. Abb. t. 1. diſp. 5. q. 13. n. 8.* Murga *d. conſtit. 6. n. 549. & 550.* quibus addendi Beſſeus. *in ſumm. tit. elect. nu. 10.* &

Gira-

Giragus. *de regim. regul. part. 1. n. 12. & 123. & p. 3. n. 18.* Non tenentur ergò electores eum eligere, qui ſit ſimpliciter ſanctior, & doctior, ſed qui omnibus conſideratis vtilior creditur Religioni, vel Prouinciæ: quod vtique intelligendum eſt ex hic, & nunc poſſibilibus haberi. Paſſerin. *d. cap. 30. num. 1. & 35.* ex ea Prouincia ſcilicet, à qua deſumendus eſt. Idem. *ibid. n. 179.*

1291 Neceſſe eſt propterea, quod electores diligentiam adhibeant, & vel per ſe, vel per alios inueſtigent de perſona eligenda. Panormit. in *cap. Bonæ memoriæ. num. 15. el. 2. de poſtulat. Prælat.* De Lugo. *de iuſt. tom. 2. diſp. 35. ſect. 1. concl. 5. dub. 1.* Caſtellin. *de elect. canon. cap. 5. n. 9.* Donatus. *p. 3. tract. 4. q. 28. n. 1.* ſecus ſe exponunt periculo eligendi indignum, vel non eligendi digniorem; vndè non ea adhibita electores peccarent mortaliter. Peyrin. *d. cap. 31. §. 2. in fin.* Barbos. *in cap. Nulli. de elect. in 6. n. 3.* Sigiſmund. *dub. 35. n. 3.* Murga *in conſtit. 6. n. 489.* Sufficit autem, vt ſecurè eligant, certitudo moralis de eligendi dignioreitate, cum maiorem certitudinem habere non poſſint, vt cum Caietan. 2. 2. *q. 63. art. 2.* Ledeſma *in ſumm. p. 2. tract. 7. c. 2. cõcl. 4. dub. 3.* Peyrin. *ibi. §. 1. notab. 2.* & Murga *n. 491.*

1292 Pro huiuſmodi autem inueſtigatione neceſſarius eſt tractatus, quo diſquirantur merita eligendorum, atque demerita, vt poſſit dignior eligi. Et ità *in cap. In nomine Domini. 2. diſt. 23. cap. cum inter Canonicos. 21. & cap. in cauſis. 30. & cap. in veteri, & cap. in Geneſi. de elect.* Biax. *in director. elect. p. 3. c. 3.* Roderic. *t. 2. q. 16. art. 1.* Nald. *verb. eligere. n. 2.* Donat. *p. 3. tract. 1. q. 11. n. 2.* Barbos. *in vot. deciſ. vot. 35. num. 92.* Paſqualig. *t. 1. deciſ. 253. n. 3.* vbi hunc tractatum, eſſe de ſubſtantia. Quod intelligendum de tractatu merè conſultorio, conſiderando eligendorum qualitates, idoneitatem, ac etiam vitia, & defectus, ſalua tamen charitate, & iuſtitia, & ad ſolum finem, vt dignus præ indigno, & præ minus digno dignior eligatur. Lezan. *t. 1. p. 1. cap. 15. n. 24.* Murga *ibid. num. 491. & 493.* Paſſerin. *cap. 5. n. 46. 47. & 48.* In quo ſenſu loquutæ ſunt Conſtitutiones in ſuprapoſita permiſſione: *licebit autem interrogare, & reſpondere ſimpliciter de qualitatibus eligendorum, nulla adhibita perſuaſione, vel inductione*, quæ conſultorios tractatus importat. Nec dicendum, potius per hæc verba prohibitum tractari, quia, præterquam quod tractatus conſultorius conſiſtit in hac interrogatione, & reſponſione de qualitatibus eligendorum, quandò admitteretur probiberi tractatum, explicanda ſemper eſſet prohibitio de tractatibus ambitioſis, conditionalibus, & cõuentionalibus, qui ſunt omninò prohibiti, vt patet ex cap. *Per inquiſitionem de elect.* vbi Gloſſ. *verb. colloquium.* Abb. in *cap. Bonæ memoriæ n. 12. de elect.* Peyrin. *t. 3. priuil. cap. 9. n. 7.* Raggius. *de regimin. Regul. cent. 2. tract. 10. dub. 191. n. 2.* Samuell. *tract. 1. diſp. 4. cont. 11. n. 6.* Biaxius. *loc. ſup. cap. 3. n. 3.* & ita intelligunt huiuſmodi, iuxta Religionum ſtatuta, prohibitiones, cum Biax. *ibid.* Guillelm. Mandagot. *in miſcell. cap. de elect. nu. 2.* Diana *p. 2. tract. 16. reſol.* 35. Paſſerin. *d. cap. 5. à n. 58. 61. & 62.* & Murga *in ead. conſtit. 6. n. 491. & 492.* & amplius patebit ex dicendis infrà.

1293 Circa quem tractatum duo adnotanda: Primò, non debere eſſe collegialem, ſed ſufficere, quod habeatur priuatim. Paſſerin. *de elect. cap. 5. n. 68. & 70.* ſecundò, quod vbi etiam priuatim tractetur de eligendo in Prælatum, quem ſciat quis fore pernicioſum communitati, quia malæ vitæ, & conſcientiæ eſt, & ſi occultum hoc ſit, tenetur, qui id ſcit, eius delicta etiam occulta reuelare; nam tenetur ſtrictius iure naturali bono communitatis conſulere, quam ſecretum ſeruare: ſecus verò, ſi non ſit futurus pernicioſus communitati, ſed vni, aut alteri; tunc enim ſeruandum eſt ſecretum, quia illius obſeruatio eſt de iure naturali, quod ob bonum particulare aliquorum non eſt omittendum. Peyrin. *de ſubdit. q. 1. cap. 3. §. 3. poſt. 3. concl.* Lezana *d. cap. 15. nu. 15.* Roderic. *t. 2. q. 53. art. 3.* Murga *ibid. n. 494. & n. 508.* Quod tamen intelligendum, dummodò alia via non adſit ad euitãdum malum publicum ex tali electione prouenturum, vt aduertunt *ibid.* Peyrinus & Murga. *d. n. 508.* & cautè procedatur, non ex paſſione ſed ſolo communis boni reſpectu: Nauarr. *in man. c. 18. n. 56.* Molina *de iuſt. tom. 5. diſp. 24. n. 6. & 7.* Caſtellin. *eod. cap. 5. n. 84.* Et non per notitiam habitam in confeſſione, cum confeſſionis ſigillũ infringere non liceat. Vbi obiter etiam aduertendum, non poſſe quem ex electoribus denegare ſuffragium alteri, quem nouerit indignum ex confeſſione. Bannes. 2. 2. *q. 33. a. 8. d. 8.* Lopez. *2. p. cap. 96. q. 1.* Corrad. *p. 1. q. 334. & 335.* Candid. *tom. 2. diſq. 22. art. 32. d. t. 2. & 3.* Samuel. *diſp. 6. tract. 1. contr. 7.* Lezan. *d. cap. 15. n. 14.* Donat. *p. 3. tract. 4. q. 29.* & cum alijs Antonius a Spiritu Sancto *tract. 5. diſp. 4. nu. 29.* cum ſit prohibitum omnibus Superioribus à Clemen. VIII. confeſſionis notitia ad externam gubernationem vti, prout in decret. ſuper caſuum reſeruat. 26. *Maij.* 1593. incipien. *Sanctiſſimus*, vbi. *Tam Superiores pro tempore exiſtentes, quam Confeſſarij, qui ad Superioritatis gradum fuerint promoti caueant diligentiſſimè, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in Confeſſione habuerunt, ad externam gubernationem vtantur*; nomine enim Superiorum regularium veniunt hic etiã electores, quia in actu electionis dicuntur iuris vniuerſalis, & non priuati, neque eligunt vt Subditi, quibus tale ius non competit, ſed vt habentes ius diſponendi circa illos, quos eligunt, vel excludunt. Secundò quia, cum Capitulum generale, quod nihil aliud eſt, quam electores capitulariter congregati, ſit ſupra omnes alios Superiores, ſequitur quod ipſi electores ad eligendum congregati ſint in gradu Superioritatis. Tertiò, quia in his reperitur ſaltem Superioritas publica, qualis in Magiſtratibus; quæ omnia ſufficiunt, vt electores dicantur aliquo modo Superiores, vt dicantur comprehenſi ſub dicta Clementis prohibitione, *quoſcumque Regularium Superiores, quicumque illi ſint*; faciunt enim hæc verba venire maiora

expreſſis & illa comprehendunt, & ita prægnãtia ſunt, vt ad caſus improprios trabantur, vt ad rem probant Moronus in *reſponſ. reſp. 26. à n. 51. & ſeq.* & Murga *ead. conſtit. 6. à n. 520. & ſeq.* Et quamuis non comprehenderentur, cum tamen Summus Pontifex in eo decreto oſtenderit abſolutè non eſſe conforme rationi, vt homo dum agit vt homo, vtatur ſcientia, quam habet vt Deus, nec ex notitia confeſſionis debebit elector alicui ſuffragium denegare. Paſſerin. *ibi. & cap. 29. n. 58.*

DVBIVM XIV.

De practicis, & alijs in electione cauendis.

1294 QVoad ſecundum de quo *n.* 1286. ſeù de non faciendis practicis, quarum nomine nequit aliud venire niſi votorum procuratio, cum duplex poſſit eſſe ſenſus huius prohibitionis; nempè, quod nequeat quis procurare ſuffragia, ſeù practicas facere ſolum pro electione indigni, vel pro excluſione dignioris; vel quod neque valeat procurare prò electione digni, aut dignioris, inquirendum eſt, quo ſenſu intelligenda prohibitio? Et ex vna parte videtur in vtroque propter verba, *nulla habita perſuaſione, aut inductione*, quæ pugnant cum procuratione votorum, etiam pro eligendo digniore, cum nequeat hęc ſine ſuaſione, aut inductione præſtari: tum etiam, quia conſtitutio, cum generaliter loquatur, generaliter eſt intelligenda de omni ſcilicet procuratione. Ex alia verò videtur ſolum hic prohiberi practicas pro electione indigni, vel minus digni ad excluſionem dignioris: nõ verò pro electione digni præ indigno, aut dignioris præ digno; Cum enim Conſtitutiones in inflictione pænæ contra huiuſmodi procurantes, dicant *vltrà pænas à iure communi, & Clemen. VIII. inflictas*, loquuntur vtique de pænis contra procurantes inflictis à iure communi, & à Clem. VIII. & conſequenter intelligenda eſt prohibitio hæc Conſtitutionum de procuratione, qualis eſt à iure communi, & Clem. VIII. prohibita. Procuratio autem, quæ à iure cõmuni, & Clemen. VIII. prohibetur eſt procuratio prò indigno, vel prò digno ad excluſionem dignioris: non verò prò digno, vel digniore, vt cum Nauarr. *lib. 5. conſ. de ſent. excom. conſ. 20. nu. 3. & in manual. cap. 23. n. 209.* Roderic. *t. 2. q. 56. art. 1.* Peyrin. *de ſubdit. q. 2. cap. 2. §. 11. concl. 2.* Caſtellin. *cap. 3. n. 6.* Donat. *t. 2. tract. 1. q. 11. nu. 9. & 10.* Lezana *eod. cap. 15. n. 24.* Murga *cit. conſtit. 6. nu. 569. verſ. prò difficultatis reſolutione.* Ex quo ſequitur, quod eodem modo ſit intelligẽda prædicta Conſtitutionum prohibitio; & ità intelligunt huiuſmodi Religionum ſtatuta. Roderic. *ibid. à verſ. ex quibus infertur. & ſeq.* & Lezana *d. n. 24. fin.* ibi. *Neque hoc prohibent Summi Pontifices, & aliquarum Religionum Conſtitutiones pænas taxantes contra ſubornantes in electionibus; intelligi enim ſolum debent contrà illos, qui precibus, vel donis ſuadent alijs, vt dent vocem quibuſdam ob finem prauum, vel iniuſtè mentiendo vitia, vel virtutes eligendorum*; quos ſequitur Murga *ibid. nu. 493.* tenetque à Spiritu Sancto. *tract. 5. diſp. 2. num. 112.*

1295 Vnde ad oppoſita dici poſſet prohibitionem perſuaſionis, & inductionis intelligendam de mala ſuaſione, & inductione ad effectum ſcilicet eligendi vel indignum, vel minus dignũ præ digniore; cum enim procuratio prò eligendo digno, & præ digno, digniore ſit honeſta, & ad finem honeſtũ, immò valdè vtilis, & ſæpè neceſſaria Religioni, non videtur eſſe intenta à lege eius prohibitio. Donatus *d. n. 10.* Paſſerin. *d. cap. 5. n. 103.* vbi *nu. 45. &* 102. quod ſubornationes, ſeu procurationes bonæ ſunt de lege naturæ neceſſariæ, contrà quam non poteſt lex poſitiua; quia ad minus ex lege charitatis tenemur impedire electiones malas, quod nequit fieri ab hominibus niſi eligendorum qualitates proponendo, & bonas electiones ſuadendo tunc, cum imminent malæ. Et ad ſecundum pariter dicitur, legem generaliter loquentem, malum quidem generaliter prohibere, ſed non actus virtutis neceſſarios, quales ſunt procurare, quod eligatur dignus, & præ digno dignior; nec poteſt vniuerſaliter prohiberi, quod ſæpiſſimè eſt neceſſariò agendum ex virtute, & in vtilitatem Religionis, prouidendo illi de bonis Prælatis, quod haberi vt plurimum non poteſt, niſi zelum Dei habentes cũ electoribus, vbi opus ſit, tractent, ſuadeant, & procurent ſuffragia pro dignioribus. Paſſerin. *d. n. 45. & à n. 100. & ſeq.*

1296 Ex quibus ſequitur, præceptum de reuelando Definitorio eos, qui practicas fecerint intelligendum de illis tantum, qui vota procurauerint vel prò indigno, vel prò digno ad excluſionem dignioris, vel aliquo modo illicito, nempè Simoniaco, aut per minas aut mentiendo virtutes, vel vitia eligendorum, quià omnes iſtæ procurationes illicitæ ſunt: non verò de illis, qui procurauerint modo licito, & vt dictum eſt, ad effectum vt eligatur præ indigno dignus, & prę iſto dignior, cum abſque dubio denuntiandi non ſint facientes id, quod licitum eſt, & non prohibitum. Secundò pænis tam in Clementis VIII. decreto, quam in Conſtitutionibus, vt ſuprà inflictis eos tantummodo ſubiacere, qui practicas fecerint, modo, prò vt ſuprà dictum eſt, non licito, propter eamdem rationem, quod puniendus nõ ſit quis per hoc, quod faciat, quod licitè facere poteſt. In caſu autem quod quis eas faciat vel prò indigno, vel prò digno ad excluſionem dignioris; & ſi ex contextu decreti Clem. VIII. & Conſtitutionũ, vt ſuprà, videatur in eas pænas ipſo facto incidiſſe, non erit tamen cenſendus illis in conſciẽtia adſtrictus, niſi poſt Definitorij declarationem, propter dicta *n.* 1276.

1297 Sed vt quod mihi certius videtur, fatear; vera eſt prima ſententia, nec ab ea recedendum, quod inquam à præfato præcepto omnis practica prò alicuius electione prohibeatur; licet enim aliqua votorum procuratio ſe-

cundum

cundum ſe conſiderata poſſit eſſe non mala, immò quandoque bona, atque licita, poteſt tamen eſſe mala ſi prohibita, vt in præſenti, vbi ſub ſpeciali præcepto prohibentur practicæ, & nulla eſt difficultas, quin poſſint prohiberi ob finem bonum, quietem ſcilicet Capitulorum, ad æmulationes, rixaſque cauendas, ob maiorem electionum libertatem, atque præcauendas illicitas practicas; ſi enim liceret pro aliquo, ſeù digniore eligendo vota procurare, cũ vnuſquiſque poſſit variare iuxtà varietatem notitiarum, atque inclinationum in iudicando de dignioreitate, ſeù digniore eligendo, omnes poſſent iuxtà propriam opinionem practicas facere pro eo quem vnuſquiſque iudicauerit eſſe digniorem, & ſic totum Capitulum in practicas, ac diſſenſiones abiret; atque ex his facilis eſſet tranſitus & ad illicitas votorum procurationes. Quarè omnem practicam ſub ea prohibitione comprehenſam puto pro electione cuiuſcumque. Et magis cohærenter ad Conſtitutiones, cum ibi poſt prohibitionem practicarum ad conſulendum bonis, & digniorum electionibus addant, *licebit tamen interrogare, & reſpondere ſimpliciter de qualitatibus eligendorum, nulla adhibita perſuaſione, aut inductione*; patet enim hinc permiſſas à præcepto ſolas ſimplices interrogationes, & reſponſiones, & prohibitas omnes perſuaſiones, ſeù inductiones; adeoque & omnes practicas.

1298 Ducor vlterius, quia ſi non omnes cõprehenderet præceptum, & eo non obſtante licerent huiuſmodi practicæ ob bonum finem, ſcilicet eligendi v.g. digniorem, liceret & illi in cuius gratiam fierent (qui ſcilicet ab eis facientibus reputatur dignior) non eas impedire, quin ſaltem tacitè aſſentiri, cum non teneatur quis impedire, quod licitè poteſt ab alijs fieri, aut ab eo diſſentire; & ſic neque iſte talis ſubderetur pænæ Conſtitutionum, quæ tamen ibi ad conſentientes eam extendunt. Itèm, quia vnuſquiſque procurans poſſet intendere, ac dicere, ſe procurare, prò digniore ſeù prò eo, quem ipſe digniorem credit: quin ſciens quem prò altero procurare, poſſet ſemper cogitare, taliter procurantem procurare prò eo, quem ipſe procurans digniorem putat; & ſic ferè nullus eſſet caſus in quo (ſi non verificaretur procuratio votorum non licita) ſaltem teneretur quis Definitorio tales practicas facientes denuntiare; adeòque ſuperflua videretur ſi nõ prohibitio procurandi, ſaltem obligatio denũtiandi, quod eſt contra rationem interpretationis, quæ taliter facienda eſt, ne diſpoſitio fiat eluſoria *l.3.ff.de milit.teſtam. l.ſi quando.ff.de legat.1.* Mantica de *tacit.& ambig.conuen.lib.2.tit.12.num.14.*

1299 Nec obſtat ratio adducta, quod ex lege charitatis, dum electiones non dignorum, aut minus dignorum præ dignioribus imminent, teneantur electores contrarias practicas facere, quia ſermo eſt in præſenti non de practicis prò excludendo aliquo indigno ſed de practicis prò alicuius electione, quæ ſolum à Conſtitutionibus prohibenter; ibi, *pro electione alicuius*: quarè, cum non prohibeantur practicæ prò excluſione, prout neque prohibentur à decretis Clem. VIII., vt obſeruat Paſſerinus. *d. cap.5.nu.53.* hæ fieri poterunt prò excluſione maximè non dignorum; ſed non propterea ſequitur, eas poſſe fieri prò alicuius electione. Sicut neque obſtat, quod decreta Clem. VIII. intelligantur ſolum de procuratione mala, ſiuè ad malum finem, quia cum prohibeant ſimpliciter, ſeu nullo addito verbo vniuerſali, vota procurare, poteſt prohibitio explicari de mala prohibitione: præceptum verò noſtrum, cum omnem prohibeat ſuaſionem, aut inductionẽ exceptis ſimplicibus interrogationibus, & reſponſionibus, quod idem eſt ac omnem practicam prò aliquo eligendo, non illam admittit interpretationem; Et ſic diſpar eſt ratio. Et ideò concludendum nullas omninò practicas poſſe fieri abſque violatione præcepti, & qui ſciuerit eas facientem, qualeſcumque fuerint, prò electione tamen, teneri denuntiare Definitorio. Videndi tamen quoad hoc Suarez *tom.4. de Relig. tract. 10. lib.6.cap.9.* Sanchez *tom.2. in Decalog. lib.6. cap.18.* & Palaus *tom.3. tract.16. diſp.5.punct.6.* & aduertendum, ad hoc vt quis teneatur denuntiare, requiri, quod poſſit per teſtes probare delictum; cum namque ſit denũtiandus, ad effectum, vt declaretur incidiſſe in pœnas, non eſt ſenſus de denuntiatione paterna, ſed iuridica, ad quam nullus tenetur, niſi valeat probare. *Ex cap.plerumque.2.q.7.* Graff. *1. p.deciſ.lib.1.cap.69. num.15.* Lezana *tom.1.p.1. cap.27.num.3.*

1300 In his omnibus autem, ſiuè tractatibus, procurationibus, ſollicitationibus, vel ſubornationibus, quæ in præſenti idem important, præ omnibus attendendum, quod omnia vera ſint, in bonum finem, & bono modo proponantur, nam ſi aut non vera omnia; aut ſi vera, non in bonum finem; aut ſi vera, & in bonum finem, mala arte procedatur, illicita erit omninò procuratio. Murga *ibid.n.569.verſ. prò difficultatis.* Paſſerin. *d.cap.5.nu.46.49.& 50.* Secundò, quod non interueniant promiſſiones, aut pacta, ſeù conuentiones, vel ſibi ad inuicem ſuffragandi, vel alteri, ſeù nõ promittãtur danti v.g. iuxta meum placitum alicui ſuum ſuffragium, non ſolum pecuniæ, dona &c. ſed nec officia; & nõ paciſcatur quis de dando alicui ſuo ſuffragio, ſi hic dabit viciſſim ſuum ſibi vel alteri ad eius nutum; cum enim ſit datio rei ſpiritualis pro alia ſpirituali, ſiuè detur, vel relinquatur ius ſpirituale cum onere, vt fiat aliquid pro pretio quaſi rei ſpiritualis, vel cauſa principali immediatè eam habẽdi, ſimonia omninò committitur *ex cap. quam pio. 1. q. 2. cap. cum pridem; & cap. pactiones. cap. cum Clericis. de pactis. cap. præterea de tranſactionibus. cap. tua nos. de ſimonia.* Ex expreſsè *in cap. de hoc autem. tit. eod.* & tenent Vega *2. p. ſumm. cap.101. caſu.12.* Palaus *p.3 tract.17.diſp.3.punct.3.nu.3. & punct. 17.n.11.* Reginald. *t.1.lib.23.n.244.* Azor. *inſtit. moral.p.3 lib.12.cap.7.q.1.* Lezana. *t.1. p. 1. cap. 15.*

15.*n.29.& p.2.cap.12.nu.35.& tom.2.verb.ſimonia num.20.* Roderic.*qq.Regul.tom.3.q.64.art.4.* Roderic.Compendiator.*reſol.129.de ſimonia n.3.* Filliuccius *de ſtat. Cleric. trac.45. de ſimonia. cap.7.n.12.& 13.* Peyrin.*de ſubdit.q.1.cap.31. §.9.concl.2.& in Formul.litt.E.cap.7.n.11.* Ragius *de regim.regul.centur.1.p.1.dub.11.nu.5.* Samuell. *de canon.elect.tract.2.diſp.2.cont.3.* Tamburin. *de iur.Abba.t.1.diſp.10.q.3.* Donatus *t.2.tract.1.q.22.* & cum multis alijs Murga *d.Conſtit.6. à nu. 575. ad 623.*

1301 Quod etiam habet locum in conuentione dandi v.g. alicui officium aliquod, vel munus, dummodò intercedat apud alios, vel alium prò ſua electione, aut laudet, aut vitia occultet, eo fine vt eligatur; nam & in his obſequijs à lingua ex huiuſmodi pacto factis datur ſimonia propter eamdem rationem. *Cap.ordinationes.1.q.1.& cap.nemo Presbiteror. de ſimonia* ibi Barbos.*nu.2. & 3.* cum Suario, Azorio, Bonacina, & alijs; tenentq; Paſſerinus. *in cap.7.à n.170.& ſeq.* Lezana *conſult.53.& tom.1.p.1. cap.15.n.30.* vbi, & ſimoniam committi, ſi quis priuatus iure eligendi, aliquod munus det alteri, ne accuſetur, aut ne conſentiat in electionem alicuius digni, aut ne iuſtè ſe opponat alicui electioni. Peyrin.*d.cap.31.§.9.dico.5.& 6.* Et propterea omninò aduertendum, & diligēter cauendum, cum in Prælatorum electionibus huiuſmodi ſimoniacæ pactiones non raro contingant, maximè vbi vigent partes, & factiones, quarum factionarij ex eo, quod intendant conſeruare regimen cum oppoſitæ partis oppreſſione, certè conueniunt de ſibi inuicem ſuffragando, quod vtique eſt manifeſtè ſimoniacum. Vnde Ragius *ibid.* tradit peccato ſimoniæ inuolui eum, qui vni factionariæ parti ſe addit, quia implicitè cum illius partis electoribus paciſcitur de inuicem ferendo ſuffragio prò ea parte manutenenda. Aduertendum, inquam, & cauendum, quia ſi quis talibus conuentionibus, & pactionibus electus fuerit, teneretur ſtatim id ſciuerit, renuntiare. *Cap. ſi quis neque.1.q.1.* Roderic.*d.art.4. verſ. ex quibus infertur.* Gibalin.*q.23.de ſimonia. conſect.9.* cum ſit ipſo iure nulla electio per *cap.ea quæ.1.q.3.&* per extrauag. *Cum deteſtabile.2.de ſimonia,* etiam ſi ſit facta ipſo electo ignorante *cap. penult. de elect.* vbi Barbos.*n.3.* & cum pluribus Paſſerin. *de elect.cap.7.nu.343.* & Murga *ibid. nu.723.* nec poteſt abſolui priuſquā renuntiet; ex D.Thom. *2.2.q.100.art.6.ad 3.* Suarez *tom.1.de relig.lib.4. cap.57.n.10.& n.25.* Leſs.*lib.2.de iuſt.cap.35.dub. 25.n.137.* Peyrinus *d.cap.31.§.9.dico.18.* & cum Samuell.*tract.2.diſp.3.contr.1.concl.1.* Murga *ibid.num.625.*

1302 Tanta tandem eſt in huiuſmodi tractatibus cautela adhibenda, vt vitanda etiam ſint pacta implicita, cum & per hæc committatur ſimonia Paſſerin.*ibid.n.171.* qua de cauſa, ſi concordantibus inter ſe electoribus de his vel illis eligendis, vt potè qui ſint omnibus viſi meliores, & communicato negotio cum v.g. eligendo in Generalem, de voluntate communi eligendi eum, & hos & illos ad hæc, & illa officia, ſi reſponderit, *Ego non reſiſtam voluntati Dei, & Patres, quos mihi proponitis in Collegas & Zeloſum mihi meritiſſimi videntur, vndè illorum electionibus non reſiſtam, ſed potius fauebo;* licet talem modum procedendi non reprobet Peyrinus *t.3.de priuil.cap.9.nu.7.* non approbat tamen, & bene Murga *loc.ſup.nu.495.* cum difficile ſit, quod in his caſibus non adſit pactio prohibita, ſi non expreſſa ſaltem implicita; vel ad minus ſubornatio, vt notat Donatus *d.q. 22.num.12.*

D V B I V M XV.

De electione Canonica; vbi de Scrutatoribus.

1303 PLura tractantur à DD. in hac materia. Verum cum & in puncto electionum ſint attendenda ſpecialia Religionum ſtatuta Barbos.*in vot.deciſ.vot.39.n.13.* cohærenter ad Concil.Trid.*ſeſſ.25.de regul.cap.7.* vbi: *Seruentur ſingulorum Ordinum, & Monaſteriorum Conſtitutiones;* & ad decreta Clem. VIII. de reform. Regul.*n.36.* prout ſuprà *n.1287.* Antonius à Spiritu Sancto *in director.tract.5.diſp.2.nu.45.* Bruno Neuſſer in *Polyanth.diſp.119.q.5.n.23.* etiam ſi in omnibus non ſeruetur forma præſcripta *in cap.quia propter.* Portell.*in dub.regul.verb. electio. n.65.* Neuſſer *ibid. nu.27.* maximè ſi ſtatuta ſint auctoritate Apoſtolica confirmata, vt notat Paſſerinus *de elect.cap.9.nu.68.* Hæc eſt electionis Canonicæ apud nos per noſtras Conſtitutiones Apoſtolicas *3.p.cap.1.n.4.* forma pręſcripta. *Electio autem canonica eſt, ſi quis habet vltra medietatem ſuffragiorum; quod ſi prima, ſecunda, & tertia vice nullus eam habuerit, duo ex his, qui plura ſuffragia tertia vice habuerint, & ſi plures quam duo æqualia ſeù plura, quam alij, ſuffragia habuerint, ex æqualibus antiquiores profeſſione in Congregatione facta deligantur, ità vt duo candidati remaneant: v.g. vnus habuit quinque ſuffragia, alij tres ſinguli habuere quatuor ſuffragia, candidati erunt, qui habuit quinque, & antiquior Profeſſione ex his tribus; vel ſi omnes eſſent æquales, duo profeſſione antiquiores; tuncque nomina eorum ſcripta duobus vaſis affigentur, vnum vni, & alterum alteri, & per fabas albas, & nigras alij præter ipſos eligent; & qui tunc plures voces habuerit canonicè electus cenſeatur: ſi verò æquales fuerint in ſuffragijs, antiquior in Congregatione electus remaneat;* Vbi apparet, hoc eſſe ſpeciale, quod vbi in primo, ſecundo, tertio ſcrutinio nullus habeat vltrà medietatem ſuffragiorum, reſtringitur electio ad vnum ex duobus antiquioribus, qui æqualia ſuffragia habuerint, & ſi infrà medietatem; & ſi neque in candidatione vltrà talem medietatem neuter habuerit, electus eſt ille, qui eſt antiquior profeſſione iuxtà explicanda *quodl. ſeq. dub. de præcedentia.* Dixi ſpeciale, quia alias de iure requiritur, quod electus ſit ſaltem à maiore parte Capituli nominatus. *d.cap.quia propter.& cap.Eccleſia veſtra el.1. de elect.* Miranda *t.2.q.23.art.27.concl.2.* Sigiſmund,

mund,

mund. de elect. dub. 36. num. 8. plures adducens, ſicut & Barbos. in d. cap. quia propter. n. 27. & in d. cap. Eccleſia n. 5. & communiter DD. ita quod toties eſſent replicanda ſcrutinia, donec quis à maiore parte ſit nominatus; argum. in cap. cum terra 14. de elect. Panormit. cap. Eccleſia. 57. tit. eod. n. 13. Tambur. de iur. Abb. t. 1. diſp. 5. q. 6. n. 28. Paſſerinus. de elect. cap. 19. n. 19. Murga in d. Conſtit. 6. nu. 695. verſ. hæc omnia in. fin. & in calce in not. ad deciſ. Rot. deciſ. 26. §. 5. n. 15. Quod ideò factum eſt, ne protrahantur electiones, ſeù nedetur proceſſus in infinitum. Lezan. conſult. 10. n. 21. & conſonare iuri communi probat in ſimili Antonius à Spiritu S. d. tract. 5. diſp. 2. n. 43.

1304 Præter hoc autem, quod ſpeciale dixi, ſeruanda ſunt ea, quæ pro forma ſubſtantiali electionis decernuntur in d. cap. quia propter. cū hæc habeat locum & in electionibus Prælatorum. Gloſs. ibi. verb. Eccleſijs vbi Abb. n. 7. & n. 8. Miranda ead. q. 23. art. 3. concl. 1. Samuel de elect. tract. 1. diſp. 1. contr. 11. pag. 21. Sigiſmund. dub. 7. Dubal in expoſit. Regul. t. 2. q. 20. nu. 11. Caſtellin. de elect. cap. 1. n. 1. Donatus. p. 3. tract. 1. q. 3. Lezana. tom. 2. verb. electio nu. 2. Pellizzar. t. 2. tract. 9. cap. 2. n. 2. Murga in not. ad deciſ. Rot. poſt tract. in Conſtit. Apoſt. deciſ. 26. §. 3. nu. 6. & cum pluribus Barbos. in d. cap. quia propt. nu. 6. 7. & 8. & de iur. Eccleſ. vniu. lib. 1. cap. 19. n. 154. et in vot. deciſ. vot. 47. n. 152. ſecus electiones nullæ eſſent; prout deciſum à Rota refert Tamburinus d. diſp. 5. q. 5. n. 5. etiam ſi Religio habeat priuilegium in contrarium, ſi per illud non ſit expreſsè reuocatum dictum cap. quia propter; eo quia ibi cōtineatur Conſtitutio generalis Concilij Lateranenſis, cuius decretis nunquam cenſetur derogatum per clauſulas generales, niſi eorum expreſſa mentio fiat. Sigiſmund. dub. 4. Tambur. ibi num. 7. Lezana. d. num. 2. Sed vide quoad hoc num. 1021.

1305 Et ideò in primis neceſſe eſt, quod iuxta d. cap. quia propter, præſentibus omnibus, ſeù congregatis in loco Capituli omnibus gremialibus modò ſupra n. 1211. explicato aſſumātur tres de Collegio fide digni, qui ſecretè, & ſigillatim vota electorum diligenter exquirant. Circa quos Scrutatores hæc ſpecialia habemus, quoad electionem Vicarij Generalis in Conſtit. d. cap. 2. n. 19. Præſidens, Vicarius generalis abſolutus, & primus Definitor ſcrutabuntur ſuffragia. Quoad electionem Diſcretorum in Congregatione prouinciali, in litteris Apoſtolicis, Militantis Eccleſiæ &c. prout in noſtris litteris Apoſtol. litt. 19. ſic: Officio Scrutatorum fungentur qui præerit, & duo Præſidenti proximiores; & quoad electionem Diſcreti conuentualis ituri ad Congregationem prouincialem, in Conſtit. p. 3. cap. 9. n. 2. ſic. Prior ſuffragia ſimul cum duobus antiquioribus Capituli ſcrutabitur. Nomine verò antiquiorum veniunt duo digniores & Præſidenti proximiores ex declaratione Capituli generalis de 1632. & rectè cohærenter ad diſpoſitionem Scrutatorum pro electione Vicarij Generalis, quos vidimus eſſe debere duos Præſidenti proximiores; vnum ſiquidem ſtatutum per aliud interpretatur. Et ex his diſpoſitionibus inductum, quod in omni alia electione, ſeù Definitorum, ſeù quorumcumque aliorum Superiorum Scrutatores non eligantur, ſed ſint Præſidens, & duo illi proximiores. Quod vt bene obſeruant Lezana t. 1. p. 2. cap. 12. nu. 28. & conſult. 13. n. 63. & Paſſerinus ibid. cap. 16. nu. 7. & 8. nullo modo contrariatur d. cap. quia propter, cū enim ibi ſolum habeatur, quod præſentibus omnibus aſſumantur tres de Collegio, non autem à præſentibus aſſumantur, non eſt contrà hunc textum ſi Scrutatores aſſumantur à Superiore, ſeù à lege. Vnde eſt, quod poſſint ex lege, vel conſuetudine deputari ad ſcrutandum perſonæ ſpeciales ex gremialibus tamen, vt Lezana d. n. 28. & Paſſerinus ibid. n. 6.

1306 Quoad numerum verò; & ſi ex dictis appareat, tres eſſe debere etiam apud nos, nō tollitur per hoc, quod poſſit alter ſuperaddi (qui tunc eſſet eligendus à Capitulo Caſtellin. de elect. cap. 4. n. 63. & per ſecreta vota. Idem cap. 12. n. 4.) v. g. ſi contingeret diuiſſio vocalium, & partes eſſent in Capitulo, & Scrutatores à lege deputati eſſent omnes ex vna parte; cum namque Scrutatores ideò tres à Cōcilio Lateranen. ex quo cap. quia propter &c. ſint decreti, vt fraudes vitentur, & fidelitati conſulatur, fide digni Gloſs. ibi verb. Sanior. cum Hoſtiens Biax. Butr. & Bertrand. Barbos. de iur. Eccles. d. cap. 19. num. 185. & in d. cap. quia propter. num. 13. Sigiſmund. dub. 19. n. 1. Lauorius de elect. cap. 19. nu. 71. Peyrin. in Formul. litt. E. cap. 3. n. 2. Tambur. ead. diſp. 5. q. 6. n. 7. Lezan. conſult. 13. nu. 64. pro quo facit & Facundez de iuſt. lib. 6. cap. 6. num. 7. dicens ſolemnitates iuris poſitiui introductas ſolum ad vitandas fraudes; videtur vtique poſſe alterū inquiſitorem ad alterius partis inſtantiam, & quietem ſuperaddi, ſi adſit, vt in prædicto caſu, periculum fraudis, quod ſtante partium diuiſione poteſt adeſſe, maximè cum apud nos Scrutatores, vt ſuprà deputati nullum præſtent iuramentum de fidelitate, vt præſtare deberent; & à fortiori, cum idem præſtandum ſit à Scrutatoribus electis à Capitulo. Miranda t. 2. q. 23. art. 15. concl. 1. Roderic. t. 2. q. 51. art. 3. eius Compendiator reſol. 57. num. 3. Bais. 3. p. de elect. cap. 24. n. 7. Peyrin. de ſubd. q. 1. cap. 31. notab. 6. & in Formul. eod. cap. 3. nu. 1. licet, vt potè electi ab ipſo Capitulo, non videantur poſſe de ſuſpicione notari: Deindè non eſt certum, debere eſſe tres tantum eſſentialiter, & non plures Scrutatores, cum ſit opinio Gloſs. vt infrà, Vincentij Tancredi, Mandagot. apud Barbos. loc. ſup. formæ ſubſtantialia cap. quia propter incipere non à verbis aſſumantur de Collegio, ſed ab immediatè ſequentibus, qui vota cunctorū. Vndè non apparet, cur non poſſint eſſe plures, ad hoc vt fraudes, euitentur. Et ità Gloſs. ibi ad d. verb. ſanior. vbi: Quod tres tantum debeant eſſe inquiſitores, non credo eſſe de ſubſtantia, dummodo tot ſint, quod fraus fieri non poſſit; tenentque Peyrinus d. cap. 3. formul. nu. 2. Lezana d. p. 2. t. 1. cap. 12. n. 28. & eit. conſult. 13. nu. 66. & cum Portell. in dubijs Regul. verb. electio n. 14. atque Pellizzar.

tract.

tract.9.cap.2.n.24. Antonius à Spiritu Sancto in director *tract.5.diſp.3.n.2.* Emanuel. Gonzalez. *in d.cap.quia propter.n.3.* Et benè, cum ex textu nullo modo dignoſcatur, quod debeant eſſe tantum tres; & aliàs vbi eſſent quatuor, eſſent & tres iuxta præſcriptum Concilij Lateranen.

1307 Faciunt ad hoc declarationes S. Congregationis Concilij ad *d.Concil.Trid.ſeſſ.25. de Regul.cap.6.* penes Suarium *de Relig.t.4.tract.8. lib.2.cap.5.n.10.* Garziam *de benefic.p.5.cap.4.nu.* 189.& 190. Caſtelliu. *de elect.cap.4. n.4.* Lezan. *d.conſult.13.n.61.* videlicet: *Si electi fuerint à Superioribus aliqui, vt puta quatuor, qui vota omnium recipiant, electio, reputabitur canonica;* & iterum: *In electionibus Abbatiſſarum vota oretenus accipi poſſunt à ſuis Superioribus, licet quatuor, aut quinque ea ſciant.* Ex his ſiquidem patet ad electionem canonicam pluſquam tres inquiſitores aſſumi poſſe, modo mox dicendo cum Paſſerino; nec per hoc contrariari fini Concilij in aſſignatione trium Scrutatorum ad finem obſeruandi ſecreti; eò magis cum ſit ſermo de electione per ſchedulas, in qua nec per alterum Scrutatorem, nec duos, aut tres magis innoteſcunt ſuffragia, quã ſi eſſent duo, vel vnus. Et conſequẽter, & in dicto caſu admittendum eſſe quartũ.

1308 Inſuper admiſſo, quod numerus trium ſcrutatorum ſit de ſubſtantia electionis, procedere videtur hæc diſpoſitio *cap. quia propter* ex ſuppoſitione, quod aſſumantur à gremialibus, ſeù ab eis, qui ſunt de Capitulo, vt permulti ſentiunt; in quo caſu, dum eligũtur, & debeant eligi à maiore parte Capituli non poteſt ſaltem in maiore parte eligente, cadere ſuſpicio de eorum fidelitate: quæ ratio non habet locum in Scrutatoribus à lege aſſumptis; Vndè benè dixit Suarez *d. c. 5. n.7.* quoad hos Scrutatores à lege aſſignatos nunquam excludi conſenſum tacitum, vel expreſſum præſentium in tali Cõgregatione, nec ipſis negari ius ſuſpicionẽ objiciendi, ſi talem perſonam non reputent fide dignam: ad quod puto ſatis id eſſe, quod omnes ſcrutatores ſint ex vna parte. Et propterea in dicto caſu diuiſionis Capitularium, & quod omnes ſcrutatores eſſent ex vna parte, inſtante altera pro alio ſcrutatore nõ erit denegãdus. Et ità Paſſerinus *d.cap.16.n.26.* vbi ſtabilito, quod Conciliũ prohibeat electoribus augere numerum ſcrutatorũ nõ verò Superioribus (vt notat & Bruno Neuſſer in *Polyanth.q.121.n.5. §. dixi 2.*) quibus facultate Apoſtolica ineſt ius gubernandi Ordines, & dirigẽdi electiones, cõcludit. *Ideò ſine præiuditio determinationis Concilij ſuperiores habentes iuriſdictionem ferendi leges, & dirigendi electiones, poſſunt quartum, vel etiam quintum Scrutatorem addere.* Et *n. 27.* in puncto Scrutatorum à lege deſignatorum, ſubdit. *Hoc verò magis confirmatur ex alio ſuppoſito nimirum ſuppoſito, quod per legem deſignati ſint Scrutatores tres, vt ſcilicet ſint tres antiquiores, ſicut eſt ſtatutum in Ordine Prædicatorum* (vt etiam in noſtro) *per Conſtitutiones auctoritate Apoſtolica confirmatas; nam in facultate determinandi Scrutatores ad iſtam qualitatem electorum, continetur etiam facultas augendi numerum illorum, quia poteſt contingere caſus, vt numerus trium non ſit valdè aptus ad fidelitatẽ, & certitudinem electionis, ſed ſit inter tres aliquis non adeò fide dignus, de quo poſſit ſuſpicio haberi, quin alios duos, vel quin duo alium tertium & totum Capitulum decipiant. Ideò fuit opus in hoc Ordine, in quo tres antiquiores ſunt Scrutatores addere quartum ad libitum intereſſentium, vt cum electores habeant ſuſpicionem de aliquo ex tribus, ex additione quarti tollatur ſuſpicio ſine lite, & contentione, & neceſſitate examinãdi, an Scrutator ſit verè ſuſpectus de falſitate, & an debeat reici à ſcrutinio.* Quod vtique magis militare debet in caſu propoſito.

1309 Et tandem, quia aſſumere quartum Scrutatorem eſt priuilegium conceſſum a Gregorio XIII. Congregationi Caſſinenſi, vt teſtantur Lauorius *de elect.cap.19.n.46.* Tamburinus *dict.diſp.5.q.6.n.7.* & ſequitur Murga *ibid. n.682.ad d. Conſtit. 6.* quo certe fruitur Auguſtiniana Religio ex dictis *quodlib.1. à n. 310. & ſeq.* Vnde infero, poſſe in caſu contingentiæ Præſidentes tum Capituli Prouincialis, tum Conuentualis concedere hunc quartum Scrutatorem, & ratione præfati priuilegij, quo non ſunt priuandi gremiales; & quia, cum ad ipſos ſpectet eas reſpectiuè electiones dirigere, veniunt nomine eorum Superiorum, quibus ex decretis ſupra poſitis Sacræ Congregationis competit poſſe quartum Scrutatorem addere, vt cum Paſſerino mox dictum eſt.

DVBIVM XVI.

De ſecreto & alijs in electione obſeruandis.

1310 NEceſſe eſt ſecundò pro electione canonica, quod ſecretum obſeruetur tum in ſuffragando, tum in ſcrutando. Pro qua re ſic in Conſtitutionibus *eod.c.1.n.3.fin.* vbi: *Nullus aſſumatur ad officia niſi per electionem Canonicam, & ſecreta ſuffragia,* hoc eſt per ſchedulas, vt diſponit Clem. VIII. in Conſtit. *33. Decet Romanum Pontificem §.5.* apud Cherub. & refert. Bordon. *reſol. 26. n.7.* ſcribendo nomen eius, quem vnuſquiſque eligere intendit, iuxta præſcriptum Capituli generalis, de 1618. ad normam Conſtitutionis Pauli V. incipien. *Nuper à Nobis.* ſub. 14. *Iuly* 1614. qua idem Patribus Eremitanis calceatis demandatur, vt videre eſt apud Empol. in *Bullar.Ordin. pag.294.§.4. & 5.* Qui modus videtur magis conueniens. Barboſ. *de iur.Eccleſ.lib.1.cap.19.n.204.* & magis congruit diſpoſitioni Concil. Trid. *d.cap.6.* Dubal. *in expoſit.Regul.part.2.q.20.n.43.* Lezan. *t.1. p.2.cap.12.n.28. & conſult.13.n.62.* Murga *in cit. Conſtit.6.n.684.* Vbi & magis expedire ſi character à ſcribente immutetur.

1311 Et ad maiorem ſecretæ electionis obſeruantiam mandant Conſtitutiones ſub præcepto formali, vt dictum eſt *n.1286.* ne, quis ſignificet cuiquam, nec ante electionem, cui ſit ſuffragaturus, vel non ſuffragaturus, nec poſt eam, cui ſuffragium dederit, vel non dederit, Et benè quia ſecretum, ità vt ſingulorum eligen-

Digitized by Google

gentium nomina nunquam publicentur, prout ibid. Concilium Trid. eſt ità de eſsentia, vt publicatis votis reddatur nulla electio propter decretum irritans additum ibi à Concilio; adeò vt nec ignorantia talis decreti excuſet aliter facientes, prout à S. Congregatione deciſum referunt Riccius in deciſ. Cur. Archiepiſc. Neap. deciſ. 197. n. 7. part. 4. Nouarrius in lucer. Regul. verb. Electio n. 5. Vndè ſi vnus tantum ex electoribus publicè manifeſtaret ſuum votum permittente Capitulo, nulla eſſet electio. Lauor. tit. 4. de elect. cap. 19. n. 55. Sigiſmund. dub. 31. n. 4. Peyrin. de ſubdit. q. 1. cap. 3. §. dico tertio. & de priuil. tom. 3. in addit. cap. 9. n. 23. Lezan. conſult. 53. n. 37. Rota in Treuerenſ. Abbatiæ apud Sigiſmund. dict. n. 4. Quin, ſi quis electorum data opera aliquo patente ſigno ſuam ſchedulam obſignauerit, vt innoteſcat ſcrutatoribus, vel vni ex illis, quod talis elector eligit illum nominatum in ſchedula, facit electionem non ſecretam, & peccat mortaliter; ac proindè ſic electus, factus de hoc certus tenetur reſignare Prælaturam, ſiuè officium, vel petere à Sanctiſſimo confirmationē, cum diſpenſatione, prout à S. Congregatione Concilij deciſum refert Barboſ. in collect. litter. Apoſtolic. verb. Elector, Eligentes; & ex Caſtellin. d. cap. 19. de iur. Eccleſ. n. 207. & in collect. ad d. cap. 6. Concilij n. 9. ſequiturque Lezana. d. verb. electio n. 11. & Peyrin. eod. cap. 31. notab. 6. verſ. quod etiam dicitur; vbi, id habere locum & quādo electores in reponendo ſchedulam adhibent ex profeſſo artem, vt innoteſcat Scrutatoribus, vel Scrutatori, cui fuerint ſuffragati. Garzia. de re beneſic. p. 5. cap. 4. n. 193. Ricc. ib. n. 8. Caſtellin. cap. 5. n. 25. Sigiſmund. eod. dub. 31. n. 6. Barboſ. cit. cap. 19. n. 208. Sed limitat & benè Paſserinus ibid. cap. 17. à n. 17. & ſeq. id valere, vbi per ſtatutum ſit cum decreto irritante tales ſchedulas tali ſigno obſignatas dare prohibitum. In quo etiam caſu ſubdit n. 19. & 20. non vitiari electionem, ſi id fiat ignorante electo, aut Capitulo, quia innocentes non ſunt aliena culpa puniendi; nec veriſimile eſt, quod ſtatuta velint patrocinari fraudibus, quæ non deeſsent, ſi propter talem ſchedulam ignorante tum electo, tum Capitulo datam, nulla eſset electio; nō obſtantibus præfatis S. Congregationis declarationibus, ex quibus, cum fuerint pro aliquibus particularibus caſibus, non eſt deſumendū vniuerſale argumentum. Idem ibid. n. 20. Monet tamen Tamburinus de iur. Abbatiſſar. diſp. 28. q. 9. n. 4. in caſu ſchedulæ obſignatæ, ſicut & ſciſsæ, eſse comburendas, & iterum reaſſumendum ſcrutinium.

1312 Cenſeretur item nulla electio, ſi oſtenſio doloſa, etiam ſecreta alicuius ſchedulę particularis eſset cauſa realis, vel rationabiliter præſumptiua, quod electio ſequatur in hanc, vel illam perſonam particularem ex vi talis oſtenſionis. Caſtellin. ibi cap. 4. n. 3. Miranda d. q. 23. art. 19. Barboſ. ibid. n. 200. & ad dict. cap. 6. Concil. n. 4. Nulla tamen non eſset electio, ſi quis ante illam diceret alicui, ſe tali ſuffragaturū, aut poſt electionem, ſuffragatum fuiſse, cum vt ex eiuſd. S. Congregationis verbo refert Garzia. ibid. n. 196. & 197. non ceſset per hoc eſse ſecreta, ex eo quod tali non obſtante expreſſione alteri potuerit ſuffragium dare, & fortè dederit, nec cenſeatur quis formaliter elector, niſi in actu electionis. Lauor. cap. 19. n. 56. Caſtellin. cap. 5. n. 26. Lezan. eod. verb. electio. nu. 11. Bruno Neuſser dict. diſp. 121. q. 3. n. 28. illat. 1. & cum multis Murga. ead. Conſtit. 6. n. 715. licet committeret in præceptum; Sicuti nec eſset irrita electio, ſi quis alicui ſecretò ſuam oſtenderet ſchedulam ad effectum, vt videat quem ipſe eligat; aut etiam ex malitia, quia malitia alicuius particularis nocere non debet toti Capitulo, nec aliorum electioni; ſecus eſset in manu cuiuſque electiones legitimas vitiare. Roderic. t. 2. q. 52. art. 9. Miranda d. art. 19. Lauor. ibid. n. 55. Dubal. in expoſit. Regul. tom. 2. q. 20. n. 45. Caſtellin. cit. cap. 4. n. 3. Lezan. t. 1. p. 1. cap. 15. n. 17. A Spiritu Sancto tract. 5. diſp. 2. n. 64. & quia, vt habet Paſserinus ibid. cap. 17. n. 31. & 34. talis oſtenſio non eſt verè publicatio.

1313 Tertiò quod ſigillatim vota cunctorum ab eis exquirantur, ſeu ex noſtra conſuetudine omnium electorum in Capitulo exiſtentium votis, etiam infirmorum modo dicto nu. 1212. in vaſe, vt ſuprà repoſitis (& in quo ſemel poſitis, & mixtis non poſſunt amplius extrahi, nec prætextu erroris, ſecus nō deeſſent fraudes. Miranda cit. q. 23. art. 24. Hieronym. Roderic. reſol. 58. n. 6. Caſtellin. cap. 12. n. 23. Pellizzar. t. 2. tract. 9. cap. 2. n. 108. Donat p. 3. tract. 4. q. 30. n. 2. Dubal. dict. q. 20. n. 50. Murga ibid. nu. 486.) facienda eſt collatio numeri electorum ad numerum ſchedularum, vt appareat, an ſingulorum ad fini ſuffragia, nam ſi vnum deficiat, aut ſuperſit, comburendæ ſunt ſchedulæ. Caſtellin. cit. cap. 12. n. 17. Peyrin. de ſubdit. d. cap. 31. not. 5. Tamburin. d. n. 4. Paſſerin. cap. 18. num. 65. & ab omnibus reiteranda ſuffragia, quia quoties omittitur ſcrutatio vnius ſolius voti ex præſentibus electio eſt nulla ex dipoſitione cap. quia propter, vbi vota cunctorum, ſcilicet nullo omiſſo Spec. tit. de elec. §. 1. verſ. ſi ergo. Petrus de Baiſio. in director. elect. cap. 27. part. 3. n. 1. & 2. Caſtellin. cap. 4. n. 65. Barboſ. de iur. Eccleſ. cit. cap. 19. n. 197. Murga ibid. nu. 685. quod militat in omnibus electionibus per ſcrutinium, ſiue oretenus, ſiue per ſchedulas ſuffragia ferantur. Deindè ſigillatim, & diligenter perlegendæ ſchedulæ (in quo conſiſtit inquiſitio votorum, quæ hoc modo feruntur) & vtique ab omnibus Scrutatoribus. Anton. à Spiritu Sancto in direct. Regul. tract. 5. diſp. 4. ſect. 2. n. 27. & in ſcriptis redigenda vota, prout in d. cap. quia propter. ibi & in ſcriptis redacta; quod eſſentiale eſt, & de forma, vt per Abb. hic n. 6. Butr. n. 7. Hoſtienſ. n. 21. vbi expreſſè, quod aliter non ſeruetur forma; quos ſequitur Rota in Treuirenſ. corā Coccino 20. Nouembr. 1624. apud Caſtellin. cap. 4. n. 21. Mirand. ibid. art. 29. verſ. octauò. Tamburin. de iur. Abb. t. 1. diſp. 5. q. 6. n. 14. nec derogatum eſt per Tridentinum per hoc, quod velit electiones Regulariū per ſecreta ſuffragia fieri, vt notat Barboſa in d.

*cap.quia propter nu.*24. *& de iur.Eccleſ.cit. cap.*19. *n.*213.Murga *ead.Conſtit.*6.*n.*688. & vtique ab vno ex ipſis Scrutatoribus ex *eod.Abb. ibid.n.*9. Sigiſmund.*dub.*21. *n.* 16. ex noſtra autem conſuetudine ſaltem à duobus;& in caſu,quo differant ſcripturæ,iterum perlegendæ ſchedulę, & vnus numerus concordandus, ac deſcribendus,Paſſetinus *cap.*18.*n.*67. *& cap.* 19.*n.*6.

1314 Quartò debent mox in commune publicari. *Mox publicent in communi*,ſic in *d.cap.quia propt.*non,vt volunt aliqui,notificando integrũ numerum ſuffragiorum , non exprimendo tamen in quorum fauorẽ data fuerint : ſed reuera notificando non ſolum numerum ſuffragiorum , ſed quot quiſque habuerit ; ly enim *in communi* non afficit ſuffragia,ſed locum,nempè in Capitulo.Miranda *d.q.*23.*art.*29. *verſ. nonò* . Peyrin. *eod.cap.*31. *not.*2. Fagnanus in *cap. quia propt.de elect.nu.*55. Bruno Neuſſer in *Polyanth. diſp.*121.*q.*1.*§.vltimo.* Caſtellinus,& Paſſerinus mox adducendi. Quæ intelligentia eſt conformior rationi adductæ in Textu , *vt collatione habita,is eligatur,in quem omnes, vel maior,& ſanior pars Capituli conſenſerit* ; non enim poteſt conſtare Capitulo , quis nam reuera ſit eligendus ex maiori votorum cõſenſu,niſi innoteſcat, quibus,& quot ſuffragia collata fuerint. Quare factoſcrutinio, & in ſcriptis redactis votis,& habita collatione numeri ad numerum,publicanda erunt vota cum explicatione numeri, & perſonarum,quibus ea data fuerint. Et ità Caſtellinus *cap.*3.*n.*2.*§.*5.*&* 6.*verſ.ſtatim.cap.*7.*n.*8. *& cap.*12.*n.*7.per hæc verba:*Poſtquam verò Scrutatores ad menſam in conſpectu omnium ſederint ſchedulas inuolutas ab electoribus accipiant & in vrnam, aut capſulam demittant ; poſtquam omnes acceperint in communi effundant,& legant.* & poſt aliqua, *habito ſchedularum numero , & collatione facta numeri ad numerum , ſchedulæ omnes in conſpectu præſentium electorũ exurantur. Deindè Scrutatores ad medium Capituli venientes , nomina publicent eorum,qui fuerint electi,exprimentes numerum votorum , quem vnuſquiſque habuerit . Quod etiam faciendum eſt , licet nullus fuerit à maiori parte vltrà medietatem electus , vt ad ſecundum ſcrutinium poſſint dirigi electores* . Quam ſententiam docet & Paſſetin. *cap.*19. *n.*4. Et talis eſt noſtra obſeruantia antiqua ; adeoque & ab ea nullatenus recedendum. Sigiſmund. à Bonon. *dub.*118.*n.*1.*&* 9.Samuell.*tract.*3.*diſp.*4.*contron.* 8. maximè cum ſit à Definitorio de 1680.*ſeſſ.*3. in facti contingentia ità deciſum.

1315 Facta ergò collatione , vt ſuprà,& inter ſe concordantibus Scrutatoribus , comburuntur ſchedulæ,licet enim hoc non eſſe de eſſentia aſſerat Paſſerinus.*cap.*17. *n.*48. cum non adſit de hoc ſtatutum,adeſt tamen cõſuetudo , & conducit ad maius votorum ſecretum ; Et *mox* , ideſt , nullo extraneo actu interpoſito,vt per Syluest.*verb.electio* 2. *q.* 10. Mirand.*ead. q.* 23.*art.*29.*verſ.decimo.*Lauor. *eod.cap.*19. *nu.*82. publicantur per Secretarium Capituli generalis hoc pacto ſuffragia . *Habemus , vel non habemus electionem; cum enim eſſemus tot P. N, habuit vota . . . . P.N. vota . . . . vnum votum fuit album,vel inutile,&c.* Et ſi non fuerit facta electio reiteratur ſcrutinium eodem modo , ſecundò, vel etiam tertiò ; quæ reiteratio (ſi non adſit inquam electio in primo,vel ſecũdo ſcrutinio) eſt omninò neceſſaria ; ità quod non poſſit in tali caſu omitti; & ſi omittatur , nulla erit electio,etiam ſi non adſit decretum irritans ; cùm enim,vt notat Lezana *conſult.*10.*n.*20.ſit ſtatuta propter obſeruantiam iuris communis exigentis ad electionem maiorem ſuffragiorum partem,iam eſt ſubſtantialis, & præſcripta pro forma,qua omiſſa & in minima parte , & ſi nõ adſit clauſula irritans , eſt irrita electio , vt ex varijs iuribus probat ipſe *ibid. à n.*15.*& ſeq.*

DVBIVM XVII.

De numero ſuffragiorum pro electione Canonica,eius forma , & in quibus electionibus obſeruanda .

1316 AD hoc autem , vt habeatur electio requiritur maior pars ſuffragiorum,vt ex de *Cap.quia propter*, ibi, *vt is eligatur, in quem omnes, vel maior pars conſenſerint* ; non comparatione ad minorem partem , ſed ad totum Capitulum. *Cap.Eccleſia veſtra.el.*1. *& cap. in Geneſi.de electione.* Miranda *ibid.art.*27. *concl.* 2.Tamburin. *cit. diſp.* 5. *q.*6. *n.*27. Dubal. *dict. q.*20.*nu.*30.Lezana.*s.*1.*p.*1.*cap.*15.*n.*10. & cum Rot.in *Taraconenſ. Abb.* 14.*Ianuarij* 1630. *coram Duran.*Barboſ.in *d. cap.quia propter nu.*27. *& de iur.Eccleſ.cap.*19. *nu.* 223. *& in vot.deciſ. vot.*36. *nu.*26.*& vot.*39.*n.*38. ſeu,vt loquuntur Conſtitutiones , vltrà medietatem ; ad quod ſufficit, quod exceſſus ſit per dimidiam vocem,vt ſi ſint nouem vocales, ſit quis nominatus à quinque . Panorm.*in cap.Cumana.*50.*de elect.n.*9.& ibi Butr. *n.*15. Sigiſmund. *dub.*36.*n.*8. Laudabile tamen eſſet,ſi ſtatueretur , quod quando electus eſt ex gremio , ſuffragia excedere debeant medietatem,ſaltem per duo vota,ad euitandum, ne quis ſuo ſuffragio euadat electus, vt de eorũ Ordine teſtantur Caſtellin. *cap.*5.*n.*66.*& cap.*7. *n.*9.& Paſſerin. *cap.*19.*n.*10. & ſatis rationabiliter , cum electus non ſit computandus in numero ſuffragiorum requiſitorum , nec in electione Summi Pontificis. *cap.licet, de vitanda. de electione;* vbi Barboſ.*n.*8.*&* 9. dicens veriſſimam eſſe concluſionem,vbi electio fit per ſcrutinium ſecretum, quale eſt per ſchedulas cum multis, quos *dict.n.*8. allegat , quia tunc electio poteſt habere originem à ſe ipſo .

1317 In his porrò votis computandis habẽda eſt ratio ſolum de præſentibus, non verò de votis , vel diſcedentium à loco Capituli . *Cap. cum nobis* vbi *Abb.n.*3.*de elect.* Rota *in Cæſarauguſtan. electionis.*20. *Maij* 1623. *coram Coccino.* Barboſ.*d.cap.*19.*n.* 224. vel qui vocati venire noluerunt.Samuel *tract.*1 *diſp.*2.*controu.*16.*n.*5. *Vidal.in Arca Vital.tit.de elect.n.*9.vel eorum,qui vota alternatiua , incerta , aut inutilia dederint.*cap.in electionibus.de elect.in* 6. ibi Barboſ. *n.* 1. aut etiam albas ſchedulas.Bordon. *reſol.*26. *n.*2.

n.2. cum ſit eadem ratio, quod cenſeantur voci ſuæ renunciare. Lauorius *d. cap. 19. n. 64. & 65.* Roderic. *t. 2. q. 51. art. 4. & 13.* Peyrin. *de ſubdit. q. 1. cap. 31. §. 6. dico quarto.* Lezana *d. cap. 15. n. 16. & 18.* Barboſ. *eod. cap. 19. à n. 198. & ſeq.* Paſſerin. *cap. 18. n. 24. & cap. 19. n. 11.* Anton. à Spiritu Sancto *in director. tract. 5. diſp. 2. n. 14.* & ſic non conueniente in vnum modo dicto maiore parte ſuffragiorum primo, aut ſecundo, vel tertio ſcrutinio, duo qui plura ſuffragia habuerint in tertio, vel ſi omnes æqualia, duo profeſſione antiquiores candidati erunt; hoc eſt egreſſis ipſis è Capitulo, & duobus vaſis affixis eorum nominibus, qui plures fabas albas habuerit, electus erit. Qui modus eligendi per fabas quãuis non admittatur à Lauorio. *cit. cap. 19. n. 63.* Mirand. *ead. q. 23. art. 16. fin.* & videatur non congruere *cap. quia propter* vbi *& in ſcriptis redacta*, non reprobatur tamen *ab eod. cap.* vt notat Bordon. *ead. reſol. 26. nu. 6.* quin valdè conformis eſt Concilio Trid. vt ex Suarez. *4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 5. n. 23.* ex *addit. ad Panorm. in cap. Eccleſia veſtra 57. de elect. ad num. 7.* firmat Paſſerinus *ibid. cap. 18. n. 13.* Præterquamquod iam in triplici præcedente ſcrutinio non eſt proceſſum per fabas; ſed per ſchedulas, quod videtur ſatis eſſe ad obſeruantiam *d. cap. quia propter*. Sed vlterius etiam in hoc quarto ſcrutinio poſt ſuffragia per fabas albas in ſcriptis redigenda ſunt vota nempè quot vni, & quot alteri, & publicari; quod æque cõforme eſt *cap. quia propter*. Verù ſi etiam in caſu candidationis omiſſis fabis procedatur per ſchedulas vt in primis ſcrutinijs, validam adhuc puto electionem.

1318 Concurrente poſteà maiore ſuffragiorum parte, aut in caſu candidationis præualente profeſſionis anterioritate, facienda eſt neceſſariò electio per aliquem è gremio, qui nomine omnium eligat per verba ſingularis numeri. Quod requiſitum eſt ità de ſubſtantia, vt ſi omittatur, electio ipſa ſit nulla. *dict. cap. quia propter. & cap. in Geneſi de elect.* vbi Panorm. *num. 3.* Suarez. *d. cap. 5. num. 24.* Peyrin. *cit. cap. 31. not. 2. verſ. nonum.* Tamburin. *ead. diſp. 5. q. 6. n. 21.* Caſtellin. *cap. 3. n. 19. & cap. 12. n. 22.* Sigiſmund. *dub. 37. n. 1.* Barboſ. *d. cap. 19. n. 225.* Murga *ead. conſtit. 6. n. 692.* & ratio eſt, quia ſingulares conſenſus ad electionem non valent, etiam ſi vnanimes ſint, per text. *in dict. cap. in Geneſi.* Peyrin. *ibid. notab. 6. verſ. nono.* cum electio, quæ eſt actus Collegij nunquam cenſeatur à Collegio, niſi fiat à Collegio, vt à Collegio, & vna perſona legali; quod fit, cum vnus vice Collegij eligit. Paſſerin. *cap. 19. nu. 29.* & ex *eod. cap. quia propter.* ibi: *vt is collatione habita eligatur, in quem maior pars conſenſerit*; ſi namque debet eligi poſt collationem numeri ad numerum, non eſt iam electus ab electoribus, ſed tantum nominatus, & ad ſummum affectiuè electus; & conſequenter electio vera, & effectiua eſt quid ſubſequens ad talem nominationem, tanquam forma ad diſpoſitiones, & in alia actione conſiſtens, nempe in eo actu, quo nomine omnium eligitur, Suarez. *d. cap. 5. num. 24.* Tamburin. *eod. q. 6. num. 17.* Paſſerinus *ibid. num. 20.* & eſt neceſſariò facienda ſtatim abſque vlla morali interruptione, vt de ſuffragiorum publicatione dictum eſt. Tamburin. *d. q. 6. nu. 23.* Murga *ibid. nu. 694.*

1319 Hinc ſequitur, & id à nobis præſtandum, non obſtante quod Conſtitutiones dicant *loc. ſup. Et tunc qui plures voces habuerit, canonicè electus cenſeatur: ſi verò æquales fuerint, in ſuffragijs, antiquior in Congregatione electus remaneat:* quo videtur ad electionem requiri ſolum concurſum ſufficientem ſuffragiorum, nec vlteriorem electionem deſiderari; nam quoad primum, dictum eſt, *cenſeatur electus*, ad indicandum illum habere id, quod requiritur ad hoc, vt ſit electus; & quoad ſecundum, dictum eſt pariter *electus remaneat*, ad inferendum non opus eſſe vlteriore ſcrutinio, ſed antiquiorem profeſſione, licet non habeat vltra medietatem ſuffragiorum, eſſe neceſſariò eligendum: non verò ad excludendam formalitatem ſubſtantialem electionis nomine Capituli, quæ debet eſſe veluti vnus actus totius Capituli, vt loquitur Barboſ. *d. nu. 225.* & non concipitur adeſſe, donec vnus nomine totius Capituli eligat, vt dictum eſt. Et quamuis admitteretur ex dicto ſtatuto ſufficere ad electionem ſolum ſuffragiorum concurſum ſine altera electione, & poſſe ità obſeruari, vt admittit Lezana *tom. 1. p. 1. cap. 15. n. 11.* vbi adſit conſuetudo ità eligendi; cum tamen idem Lezana *p. 2. cap. 12. n. 28.* aſſerat, vbi ratione præfatæ legitimæ conſuetudinis non habetur in praxi talis electio communis, eſſe introducendam propter deciſionem *cap. quia propter*; etiam, à nobis obſeruanda eſſet; & de facto obſeruatur iuxtà præſcriptum in Formulario pro Capitulo generali *pag. 7. n. 9. 10. & 11.*

1320 Forma autem eligendi hæc erit: *Ego N. N. nomine meo, & omnium electorum præſentium eligo N. &c. in Definitorem &c. vel Viſitatorem &c.* etiam ſi non omnes conſenſerint, quia quod fit à maiore parte cenſetur factum à toto Capitulo, & iura volunt, quod nominatus à maiore parte Capituli eligatur a Capitulo, vt patet ex *d. cap. quia propter*; & etiamſi ille, qui nomine Capituli eligit, non illi ſuffragatus fuerit in ſcrutinio propter eamdem rationem. Paſſerin. *ibid. num. 27. & 28.* quod faciendum eſt, & in caſu, quo non concurrentibus ſuffragijs vltra medietatem, eligendus eſt poſt quartum ſcrutinium, vt ſupra antiquior profeſſione, quia & tunc ex determinatione legis illa habetur pro maiore parte, quæ ſuffragata eſt antiquiori, niſi dicatur ex eadem legis determinatione cenſendum eſſe electum à Capitulo, qui electus eſt cum æqualibus ſuffragijs, dummodò antiquior. Quo verò ad perſonam, à qua ſit talis electio facienda, cum non expreſsè diſponatur *in d. cap. quia propter*, videtur congruum, vt ſit idemmet Præſidens. Tamburin. *d. q. 6. nu. 22.* Lezana. *cit. cap. 15. num. 11. & cit. cap. 12. n. 55. verſ. ſi aliquid igitur.* Murga. *ibid. nu. 693.* & cum Suarez, & Pellizzar. Antonius

à Spiritu S. *d. tract. 5. diſp. 4. num. 45.* Et ſic obſeruatur in noſtris Capitulis, & obſeruandum præſcribitur in dicto Formulario Capituli generalis. *pag. 7. num. 9.*

1321 Difficultas modò eſt, in quibus electionibus dicta forma vlterioris electionis per vnum, ſiuè Præſidentem nomine Collegij obſeruaoda ſit, ſeilicet an etiam in electionibus Priorum? Suarez. *de Relig. tom. 4. lib. 2. cap. 5.* Lauorius. *d. tit. 4. cap. 19. num.* 8. Sigiſmundus *dub. 7.* Caſtellinus *cap. 1. num.* 1. cum ſummiſtis Sylueſt. Tabien. Ang. & Armill. tenent, & in electionibus Prælatorum localium eam eſſe obſeruandam. Limitant verò Lezana, & Paſſerinus, vbi agatuc de Prioribus, qui eliguntuc à ſuis reſpectiuè Conuentibus, ſeù Capitulis conuentualibus, oon verò vbi à Definitorio, Lezana. *conſult. 13. num. 67.* cum noo eligantur ab Eccleſijs viduatis, ſeu Collegijs ipſarum, de quibus ſolum loquitur *cap. quia propter*; & quia tales electiones non ſunt propciè electiones, ſed inſtitutiones, quæ non ſubijciuntuc legibus præfati *cap quia propter*. Paſſerious. *cap. 9. nu. 53.* Bruno Neuſſer. in *Polyanth. Theolog. canonic. diſp. 119. q. 7. n. 28. reſp. 3.* Verùm, cum in hoc obſeruandi ſint ritus, ſeu conſuetudines Religionum. Paſſerin. *ibid.* Sigiſmund. *dub. 6. n. 5.* & in Formulario Cap. gener. pro ſeſſiooe prima *pag. 7. num. 11.* ſic decernatur. *Hic modus ſupradictus* (quod ſcilicet fiat à Præſidente electio nomine omnium) *ſeruabitur in ſequentibus electionibus canonicis, quoties à toto corpore Capituli faciendæ erunt, & quando electus erit præſens; & idem fiet etiam in electionibus canonicis faciendis à ſolo Definitorio*; Concludendum eſſet in electionibus omoium Superiorum Generaliũ, dummodò præſentium, eam formam obſeruandam: quin in electionibus Priorum, quæ à ſolo Deſioitorio fiont; ſubintellige tameo, ſi fuerint præſentes electi, ratione dictionis *idem*, quæ eſt earumdem qualitatum repetitiua. Verùm, cum poſſit ex vna parte ſenſus eſſe de præſeotia in Capitulo, ſiue quod ſint ex gremialibus, vel de præſentia in Conuentu Capituli; & id non ſatis declaretuc: & ex alia non appareat, eur obſeruanda ſit in electione v. g. Viſitatoris, Prouincialis, vel Prioris, ſi ſint præſentes, non verò ſi abſentes, ſiuè extra gremium, ſiue extra conuentum, cum per hoc noo ſint minus Prælati, nec præſentia magis, aut minus influat pro obſeruaotia *cap. quia propter*, emendandam putarem huiuſmodi formulam. Certum eſt, obſeruandam non eſſe in electionibus Suppriorum, Lectorum, Magiſtrorum Nouit. &c. trium Diſeretorum, Procuratoris Conuentus, cum non ſint Prælati habentes iuriſdictionem generalem: ſed ſufficere ad id ſingulares conſenſus vltrà medietatem tamen exiſtentium in Definitorio, vel Capitulo. Sylueſt. *verb. electio. 2. q. 1. n. 3.* Miranda. *d. q. 23. art. 3. concl. 2.* Barboſ. *d. cap. 19. num. 159. & in cap. quia propter nu. 8.* Laymao. *in quæſt. canonic. de Prælat. Eccl. elect. q. 78.* Donat. *p. 3. tract. 1. q. 4. n. 8.* Lezana. *tom. 2. verb. electio. nu. 2. & verb. Prælatus. nu. 2.* In electione verò Diſcretorum pro Congregatione prouinciali, & pro Capitulo generali, licet non ſit neceſſaria ea forma, cum pariter non ſint Prelati, & conſequenter oon ſubijciantur legibus. *cap. quia propter*; ſi tamen adſit vſus eos eligendi iuxta formam ſuprapoſitam *d. c.* erit obſeruanda conſuetudo propter dicta.

1322 Quoad confirmationem non eſt quid ſpeciale addendum, quia (omiſſo quod non videtur oeceſſaria, eum Præſidens, ad quem confirmatio ſpectat, concurrat etiam ipſe ad electiones) (exceptis electionibus Diſeretorum pro Capitulis prouincialibus, & generalibus) quo caſu confirmationem non requiri latè probat Tamburin. de *iur. Abb. tom. 1. diſp. 6. q. 1. nu. 22.* & cum eo Murga *ead. conſtit. 6. n. 757.* hoc inquam omiſſo; vel ſermo eſt de electionibus præſentium, vel abſentium, ſi de electionibus eorum, iam ex ioueterata conſuetudine poſt electiones egrediuntur electi è Capitulo, & interrogantur à Præſidente gremiales, ao quid habeaot contra electiones; & ſi nihil ab ipſis opponatur, iterum admiſſi, ſtatim confirmantur: ſi verò de electionibus perſonarum non ex gremio, dummodo præſentium in Conuentu Capituli, ſæpè io Capitulum vocari & confirmari vidi. Si verò de electionibus omninò abſentiũ, ſiuè à toto Capitulo, ſiuè à ſolo Definitorio factis, in fine omoium, electiones omoes vnico cõtextu ab eodem Præſideote cõfirmaotur, prout in d. Formul. cap. gener. *ſeſſion. vltim. pag. 19. n. 2.* vbi: *Omnibus electionibus, vt dictum eſt abſolutis Præſidens confirmabit omnes electiones canonicè factas in perſonis, & Patribus abſentibus his verbis. Ego N. Præſidens &c. & Scrutator confirmo omnes, & ſingulas electiones in iſto Capitulo ſeù Definitorio generali factas eorum omnium, qui abſentes ſunt & hoc in Nomine Patris &c.*

1323 Hoc vnum adnotandum, quod ſi antè confirmationem aliquod contrà electos opponatur, Præſidentis erit, ad quem ſpectat confirmatio, examinare obiecta, & reſoluere; Verum, eum ex vna parte ea impedimenta, quæ obſtant electioni paſſiuæ obſtent vt plurimum, & actiuæ, & ex altera non producta fueriot aote electiooem, & vlterius ſupponantur factæ à maiori pacte, nõ videtur poſſe quid releuans opponi nec contra electionem; nec cootrà electum, niſi fortè defectus alicuius requiſiti, vbi id exigatur; quo caſu Præſidentis erit, vt dixi, reſoluere.

DVBIVM XVIII.

De electionum varietate, tempore, ordine, & qualitate.

1324 EX dictis *dub.* 1. patet vocales Capituli generalis eſſe præter Præſidentem, Superiores generales, Prouinciales eum duobus Diſcretis ex voaquaque Prouincia. Sed, licet Prouincialium, & Priorum, cæterorumque officiorum electiones fiant io eodem Capitulo generali, non tamen ad omnes concurrunt

præ-

præfatì vocales ; & ſic iuxtà diuerſitatem officiorum diſtinguendæ ſunt electiones, & pro vnaquaque ſecernendi electores. Alia ſunt itaque officia generalia, & alia Prouincialia, vel Conuentualia, vt Priores, Magiſtri Lectores &c. Ad generalia omnes concurrunt, qui vocem habent in Capitulo: ad alia verò ſolum Definitorium generale, & Prouinciales cum ſuis Diſcretis ex vnaquaque reſpectiue Prouincia, vt dicetur.

1325 Difficultas eſt ſuper primo. An facta electione alicuius Superioris Generalis, v.g. Definitoris, ſi ipſe renunciet durante tempore Capituli generalis, ad quem ſpectet acceptare renuntiationem, & nouum Definitorem eligere, nam terminato Capitulo non eſt dubiũ, quod ſpectet ad ſolum Definitorium. *Conſtit. p.3.cap.4.§.5.* Et quoad renuntiationis acceptationem certum eſt eam non poſſe acceptari à ſolo Præſidente; cum enim reſignatio cuiuſcumque officij facienda ſit coram concedente *ex l. legatus. ff. de offic. Præſid.* quod eſt regulare, vt dicit Roman. *ſing.348.* Rebuff. *de reſign. expreſſ. n.14.* ſeù vt valeat, neceſſariò facienda ſit in manu Superioris, ad quem ſpectat inſtitutio illius dignitatis, cui renuntiatur *ex cap. Admonet. de elect.* Lezana *tom.2. verb. Renuntiatio n.6. & conſult.20. nu.7.* Iulius Caponus *in diſcept. forenſ. diſcept.384. n.18.* certè coram ſolo Præſidente fieri non poterit, cum ipſe ſolus non habeat dignitatem conferre; adeòque neque eius renuntiationem acceptare. Sed acceptanda erit vel ab ipſis gremialibus, ad quos tempore Capituli generalis ſpectat eligere; vel à ſolo Definitorio ex communi ſenſu, quod renuntiatio facienda ſit in manibus eius qui habet poteſtatem inſtituendi, & deſtituendi. Gloſſ. in *Clem. vnica de renuntiat.* Flamin. *de reſign. benefic. lib.7. q.10.15. & 16.* Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.7. cap.19. q.7.* Barbos. *de poteſt. Epiſc. allegat.69. n.4. & de iur. Eccleſ. vniu. lib.3. cap.15. n.7.* Peyrin. *in Formul. litt. R. n.5.* Lezana *tom.2. verb. Abbas n.18.* quod de ſolo Definitorio verificatur, non verò de ſolo Præſidente, aut electoribus, qui deſtituendi facultate carent; Quia tamen, neque ſolum Definitoriũ generale habet tempore dicti Capituli facultatem inſtituendi Superiores generales, ideò verius puto renuntiationis acceptationem ad totum Capitulum ſpectare, à quo facta fuit electio.

1326 Vtcumque tamen id ſit, etiam ſuppoſito, quod ad Definitorium ſpectet eam acceptare, quoad noui Definitoris electionem ad ipſos electores eam pertinere non dubito per *cap. ſi electio. de elect. in 6.* Lezan. *d. verb. Renuntiatio n.11.* & propter dicenda *n.1399.* & non ſolum ſi agatur de renuntiatione electionis ante confirmationem, vt ſentire videntur Syluest. *verb. electio. 1. q.12.* Miranda *t.2. q.23. art.33. concl.1.* Peyrin. *de ſubdit. q.1. cap.31. dico quinto.* Barbos. *in d. cap. ſi electio n.1. & de iur. Eccleſ. lib.1. cap.19. num.238.* verum & in caſu renuntiationis poſt electionem completam, & confirmatam; nam etiam tunc de iure communi ad electores deuoluitur electio. *ex eod. cap. ſi electio.* Sigiſmund. *de elect. dub.12.* Lauorius *de elect. cap.21. num.93.* Peyrin. *t.3. priuil. cap.9. n.10. & in Formul. loc. ſup. verſ. etiam ſi renuntiatio.* Murga *in conſtit. Apoſt. conſt.6. n.742. verſ. niſi prius.* Dubal. *in expoſit. Regul. p.2. q.20. n.158.* Barbos. *d. cap.19. nu.245.* Prò quo facit etiam, quod ſi Superior iure deuoluto eligit, & electus diſſentit, vel renuntiat, aut moritur, non poterit ipſe iterum eligere, ſed ad Canonicos deuoluitur electio. Gloſſ. *v. integrum in d. cap. ſi electio.* Tiraq. *in l. boues. § hoc Sermone limit.1 num.49. ff. de verbor. ſignific.* Murga *ibid. n.901.* Barbos. *in d. cap. ſi electio nu.6. & cit. cap.19. n.239.* Ergò ad eoſdem electores redire debet electio in dicto caſu renuntiationis; Et optima eſt ratio, quam adducit Murga *loc. ſup. Conſtit.15. n.25.* quia ante ſolutionem Capituli non ſunt functi ſuo munere vocales, ſeu electores, & habent ius eligendi toto tempore Capituli. Cui addi poteſt, quod cum agatur etiam in electione Definitoris poſt renuntiationem alterius, de officio generali, cui omnes ſubduntur, debet & ab omnibus fieri electio, ſicut & aliorum officiorum generalium. Et tandem ex obſeruantia; quando enim eligitur in Vicarium Generalem vnus ex Definitoribus, ab omnibus gremialibus eligitur nouus Definitor, & non à ſolo Definitorio, per *Conſtit. p.3. cap.2. n.19.* ibi, *& ſi quis Definitorum electus ſit in Vicarium Generalem, antequam è Capitulo egrediantur, eligant omnes Definitorem loco electi*; Et de facto ità obſeruatum eſt tum in Capitulo generali de 1665. in quo renuntiato officio Definitoris à P. Seraphino à S. Barbara, & à Definitorio acceptata, *Conuocato poſteà toto Capitulo propoſita fuit electio* alterius eius loco, vt ex actis dicti Capituli. 16. *Maij. ſeſſ.* 14. tum etiam in Capitulo generali de 1680. vt ex eius actis die 24. *Maij. ſeſſ.* 5. Et idem dicendum de omnibus alijs officijs generalibus, ſi quod illorum tempore Capituli vacare contigerit.

1327 Electiones verò officiorum non generalium reſeruantur Definitorio Capituli generalis de quo *dub. ſeq.* ſiue Prouincialium per litteras Vrbani VIII. *Militantis Eccleſiæ* ſub die 23. *Maij.* 1631. prout in *noſtr. litter. Apoſtol. litt.* 12. ſiuè Priorum, & aliorum per *Conſtit. 3. p. cap. 2. num.6. & ſeq.* Modò verò per alias Alexandri VII. incipien. pariter *Militantis Eccleſiæ*, ſub die 16. *Iunij* 1659. prout in dd. noſtris *litteris Apoſt. litt.* 19. ad eas vna cum Definitorio concurrere debent Prouinciales cum Diſcretis vniuſcuiuſque reſpectiuè Prouinciæ. An autem expediat has electiones fieri in Capitulo generali tempus patefaciet. Mihi certè nõ probatur, & magis rationi conſentaneum eſſet, ſi à Capitulo prouinciali fierent, in quo omnes electores eligendorum notitiam habent, quod ad rectam, & tutam electionem neceſſarium eſt; dum enim fiunt in Capitulo generali, vel Definitorio, vt plurimum iuxtà vnius, vel alterius placitum eueniunt, & cæteri electores plerumque ignoto ſuffragantur. In ſuppoſita autem electione per Capitulum generale obſeruanda eſt *Conſti-*

tutio.

Digitized by Google

tutio p. 3. cap. 2. nu. 20. ſcilicet, *præſtito iuramento de veritate dicenda, & non tacenda* refferre debent *Definitorio Diſcreti ſigillatim Sacerdotes ſuæ Prouinciæ ætate, & qualitatibus ornatos, qui in Priores eligi poſſint*, vt ſaltem hoc modò ſecurius procedant Definitores; & conſcientiæ magis conſulant; licet enim ibi loquantur Conſtitutiones de Diſcretis electis à Conuentibus, cum tamen moderni Diſcreti, & vt ità dicam, Prouinciales, ſint ſubſtituti loco præfatorum Diſcretorum à Conuentibus electorum, debent eadem præſtare quæ illi.

1328 Quia autem in prædictis litteris Alexandri VII. diſponitur, quod in caſu mortis Prouincialis, vel eo legitimè impedito, prout *nu.* 1206. ad Capitulum accedat eius loco, vel Prouincialis antecedens, vel Prior Conuentus principalioris, audio difficultari, an ſi quis ex Definitoribus generalibus abſolutis v. g. Definitor ex Prouincia Panormitana fuerit antecedente triennio Prouincialis, poſſit hic concurrere cum Definitorio generali ad electiones officialium ſuæ Prouinciæ, excluſo Priore digniore qui venit ad Capitulum loco moderni Prouincialis legitimè impediti; dixi, Priore digniore, ad maiorem claritatem, quia eadem eſt difficultas ſi acceſſerit ille, qui fuerit Prouincialis antecedenter ad ipſum Definitorem. Sed meo videri nullum apparet fundamentũ affirmandi. Primò, quia ſic in litteris præfatis loc. ſupr. *Quod ſi aliquem ex dictis Prouincialibus antè elapſum trienniũ & antè Capitulũ generale decedere contigerit; tunc ius ferendi ſuffragium in Capitulo generali in locum demortui deuoluetur ad proximè anteceſſorem in officio Prouincialatus, dummodò illi non competat huiuſmodi ius ferendi ſuffragium in eodem Capitulo ex alio titulo, quo caſu ad anteceſſorem in dicto officio eodem modo deuoluatur. Et ſi detur caſus, quod nullus ex Prouincialibus anteceſſoribus exiſtat, aut ferre votum ex alio titulo poſſit, ius ferendi votum deuoluatur ad Priorem Conuentus S. Nicolai Panormi. &c.* Cum autem prædicto Definitori, qui fuit immediatè antecedẽte triennio Prouincialis, competat ius ferendi ſuffragium in Capitulo titulo Definitoris abſoluti, iam ipſe excluſus eſt à iure ferendi ſuffragium in Capitulo loco moderni Prouincialis. Non ergò poteſt ſuffragari vna cum Definitorio in electione officialium Panormitanæ Prouinciæ, cum & hoc ſit ſuffragari in Capitulo generali.

1329 Nec dicendum, eſſe exeluſum ſolum à iure ſuffragandi in electionibus officiorum generalium, non à iure ſuffragandi in electionibus Prælatorum Prouinciæ, quia, vt dictum eſt & hoc eſt ſuffragari in Capitulo generali; & quod lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus; eo modo, quo vt dicetur à *nu.* 1375. Prouincialis, qui excluditur à iure ferendi votum in Congregatione prouinciali indefinitè, eſt excluſus a iure ferendi ſuffragium in quacumque electione, ſiuè Iudicum cauſarũ, ſiuè Diſcretorum. Deindè non videtur conſentaneum iuri, quod procedat in eodem Capitulo, vt Definitor, & vt Prouincialis, ducta paritate à Iudice, qui licet poſſit procedere vt delegatus, & vt ordinarius, electa vna via, quamuis inutili, non poteſt ad aliam redire per Cancer. *var. reſol. lib. 1. cap. 17. de appellat. n. 43. in 2. edit.* Barboſ. *vot. deciſ. lib. 3. vot. 97. n. 82.*

1330 Sed ad maiorem euidentiam ſupponendum non Definitorem, ſed Priorem antiquioris Conuentus eſſe illum, qui ſuccedit, & ſubrogatur à lege loco moderni Prouincialis impediti; vt patet ex adductis verbis Alexandri VII. & ideo Definitor non accedit ad Capitulum loco Prouincialis moderni, cum ipſe Definitor ad Capitulũ accederet, etiam ſi Prouincialis ad idem Capitulum veniret: Sed loco Prouincialis accedit talis Prior Conuentus dignioris. Ex quo ſequitur talem Priorem ſuccedere in ius Prouincialis impediti; adeòque & illi competere ius ſuffragandi cum Definitorio in electionibus officiorum ſuæ Prouinciæ, quod competebat Prouinciali ipſi, cum iure illius vti debeat, qui in ius alterius ſuccedit. *l. ſi aequæ ductus. ff. de contrab. empt. cap. Is qui in ius. de Regul. iu 6.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 5. collect.* 1784. Gouzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 15. §. 1. n. 79.* Monet. *in tract. de decimis, cap. 8. q. 4. nu. 50.* & ſubrogato in officio alterius competunt omnia iura, quæ ille habebat in dicto officio *l. qui cum §. iniuriarum. ff. ſi quis caut. cap. Eccleſia. ſi lit. pendent.* Tamburin. *de iur. Abb. t. 1. diſp. 1. q. 2. nu. 30. & diſp. 15. q. 11. n. 9.* Tiraqu. *de retract. lign. n. 8.* Cæpol. *conſ. ciuil. 7. n. 13.* Marin. de Gram. *deciſ. 106. n. 14.* Valenzuel. *conſ. 73. n. 3.* & ſic non tantum concurrere debet hic Prior ſubrogatus ad electiones officiorum generalium, ſed & Prouincialium ſuæ Prouinciæ, vti concurriſſet ipſe Prouincialis. Nec apparet, quo titulo multiplicandi ſint electores in hoc caſu, aut diuidenda iura ſuffragandi, cum qui accedunt nomine Prouinciæ ijdem ſuffragentur & ſuffragati ſemper fuerint, vt continuata obſeruantia docet in electionibus tum generalibus, tum ad ſuam Prouinciam ſpectantibus; etiam quando accidit caſus quo Prouincialis non acceſſit ad Capitulum & numquam Definitor abſolutus, & ſi antecedente triennio Prouincialis munere functus ſit.

1331 Porrò tempus electionum, & ſi regulariter loquendo debeat eſſe dies ex *cap. conſuluit. 24. de off. & poteſt. Iud. de leg.* neceſſitate cogente, vel etiam rationabili cauſa fieri poterunt & de nocte, cum nullibi hoc reperiatur prohibitum; & alias omnis actus de nocte fieri poſſit, ſi non ſit prohibitus fieri per Felin. *in d. cap. conſuluit n. 20.* & ità M. Anton. Cuch. *lib. 4. inſtit. maior. tit. de elect. n. 25.* Roderic. *t. 2. q. 51. art. 15.* Miranda *tom. 2. q. 23. art. 12. concl. 1.* Caſtellin. *de elect. cap. 6. n. 11.* Peyrin. *de ſubdit. q. 1. cap. 31. §. 6. concl. 7.* & cum Samuell. Sigiſmund. & Donat. Paſſerinus *de elect. cap. 13. n. 49.* Lezana *t. 1. p. 1. cap. 15. n. 19.* Murga *ibid. Conſtit. 6. nu. 678.* quo caſu ſaltem tria luminaria requiri volunt Roderic. & Mirand. *ibid.* Lauorius *var. lucubr. tit. 4. cap. 18. n. 10.* Barboſ. *in cap. quia propter*

ter de elect. n. 40. Poſſunt etiam fieri in die feſto, cum ſint actus extraiudiciales. Sigiſmund. à Bonon. *dub. 16. n. 5.* Donat. *p. 3. tract. 3. q.* 10. Samuell. *tract. 1. diſp. 1. contr.* 18. *nu.* 16. nec teneantur Regulares ad hos apices iuris. Paſſerin. *d. cap. 13. nu. 45.* & expreſsè per noſtras Conſtitutiones Apoſtolicas *p. 3. cap. 2. n. 6.* in quibus Definitorum electionibus dies Dominica aſſignatur, & quoad electiones Diſcretorum pro Capitulo generali, quæ pariter prout in dd. litteris *Militantis Eccleſiæ* prima Domenica Maij faciendæ ſunt. Quas Conſtitutiones obſeruandas eſſe notat Pellizzarius. *tract. 9. cap. 8. n. 55.*

1332 Ordo verò eſt ille, qui aſſignatur in præfatis Apoſtolicis noſtris Conſtitutionibus *d. cap. 2.* vt ſcilicet prius eligantur Definitores incipiendo ſemper à primo; Feria ſexta Vicarius Generalis, ſubindè Prouinciales, poſt ipſos Priores Conuentuum Nouitiatuum, poſteà Priores aliorum Conuentuum ſeruata eorum antiquitate, Magiſtri, Lectores, & poſtremò poſt Viſitatores generales, Procurator Generalis. Qui ordo eſt etiam confirmatus ab Vrbano VIII. in litteris pariter incipientibus, *Militantis Eccleſiæ*, prout *in d. litteris Apoſtol. litt.* 12. Vndè eſt, quod nequeat mutari, & præuerti, & vna electio ante alteram fieri, cum ſit talis ordo de forma, vt probat Barboſ. *in vot. deciſ. lib. 2. vot. 47. n. 160.* & in dubio omnis forma cenſeatur ſubſtantialis. *Idem ibid. nu. 161.* cum Cephal. *conſ. 421. n. 49. lib. 3.* Valenzuel. *conſ. 187. n. 73.* & alijs *& in axiom. iur. axiom. 100. nu. 1. fin.* Lezana *conſult. 10. n. 19.* ſecus electio eſſet nulla, vt in ſimili Murga *ib. conſtit. 15. n. 16. 17. 22. verſ. tertiò ſeq. & n. 29. verſ. ex quibus omnibus*, niſi aliqua neceſſitas impediret talẽ ordinẽ, quia tunc ommiſſio formæ non vitiaret actum. Tiraquel. *ad l. conub. gloſſ. 6. n. 34.* Pariſ. *conſ. 33. nu. 29. &* 30. *lib. 2.* Roland. *conſ. 81. à nu. 25. 26. 52. 82. & ſeq.* Maſcard. *de generali ſtatut. interpret. concluſ. 9. num. 78.*

1333 Quo tandem ad qualitatem obſeruandum electiones debere eſſe abſolutas, cum electiones conditionatæ ſint à iure prohibitæ. *cap. in electionibus. de elect. in. 6.* Sylueſt. *ſumm. verb. electio 2. n. 6.* & alij apud Barboſ. *in d. cap. num. 3. &* 10. vbi non valere electionem factam ſub conditione, *ſi vacat*, vel alia ſimili. Rebuff. *in concord. in forma mandati verb. inmodatus. verſ. intellige.* Couarr. *lib. 3. veriar. cap. 16. n. 2.* Garzia. *de benef. p. 8. cap. 2. num. 9.* Lezana. *conſult. 42. num. 36.*

DVBIVM XIX.

De Definitorio Capituli generalis.

1334 NOuem ex Patribus coaleſcit hoc Definitorium per Conſtit. *p. 3. cap. 2. n.* 7. & omninò neceſſarijs. *ibid. num.* 21. Totam Religionem repreſentat, vt dictum eſt *nu. 946. & 947.* vſque ad Capituli abſolutionem durat, ideſt donec completa ſint omnia, quæ per Conſtitutiones *ibid. nu.* 5. demandantur; cum enim non detur à iure terminus præfixus, prorogari poteſt de conſenſu eiuſdem Definitorij. Pellizzar. *tract. 9. cap. 8. n. 39.* etiam poſt factam electionem omnium Superiorum, ſeu poſt Dominicam ſubſequentem, vt videntur ſupponere Conſtitutiones. *ibid. nu. 16. final.* ibi: *Nullus autem diſcedat vſque ad feriam ſecundam, & habita licentia à Definitorio, quam concedet ſtatim ijs, quibus non indigebit ad cauſas terminandas, ad quas bis quotidiè congregetur expeditionem quatocitiùs faciendam &c.* eo enim ipſo quod poteſt congregari Definitorium ad terminandas cauſas poſt diſceſſum vocalium, quibus ad eas nullum eſt opus, quod vtique intelligendum eſt, poſt electiones omnes, cum ante illas nullus diſcedere valeat; vtique prorogari poteſt ex mente Conſtitutionum poſt talem Dominicam, & poſt omnes electiones Definitorium generale; & talis eſt interpretatio dictæ Conſtitutionis facta à Capitulo generali de 1615. *ſeſſ.* 3. ac etiam ſubſequens obſeruantia, vt videre eſt in pluribus Capitulis generalibus, & ſignanter de 1656. 1659. 1662. 1665. in quibus per decreta (quæ tamen fuerunt ſuperflua) eiuſdem Definitorij fuit quando ad octo, quando ad 15. dies prorogatum poſt omnes electiones. Aduertendum tamen, quod ijdem omninò debent eſſe nouem Patres, quibus conſtat Definitorium generale iuxtà Conſtitutiones; alias non eſſet prorogatio eiuſdem Definitorij generalis, ſed aliud diuerſum, nec eamdem haberet auctoritatem; etiam ſi Definitorium generale ſpeciali decreto eam illi communicaret, cum id præſtare nullatenus poſſit.

1335 Ad ipſum ſpectat Conſtitutiones, ordinationes condere, declarare, annullare, diſpenſare, vt probatum eſt *nu. 946. & 947.* iuxtà iuris formam tamen, per eaſdem Conſtit. vt inſinuatum eſt *d. num. 946.* & probatum *nu. 955.* Pro qua auctoritate quoad declarationem aduertendum, non eſſe in declaratione aliquid addendum, cum hoc ſit contra rationem declarationis Gloſs. *verb. de nouo. in cap. per tuas el. 5. de donat.* Murga. *diſquiſit. moral. & canonic. tom. 2. diſq. 1. dub. 13. num. 142.* & latè Barboſ. *in axiom. iur. axiom. 66.* cuius eſt tantum verba obſcura clarius explicare. Dec. in *l. edita nu. 4. C. de edendo.* Ruin. *conſ. 225. n. 6. vol. 1.* Paſqualig. de *Sacrific. q. 777. n. 12.* vndè dicitur declarationem non habere locum in claris. Rot. *coram Bichio. deciſ. 317. n. 22. & deciſ. 354. nu. 8.* & ità procedendum in declarando, vt nullo modo mutetur ſubſtantia diſpoſitionis, vt ex Roland. Menoch. Paſqualig. & alijs Murga in *Conſtit. Apoſt. ad Conſtit. 4. nu. 34.* & Barboſ. *ibid. num. 4.* ſecus non eſſet declaratio, ſed noua diſpoſitio. Socin. ſen. *conſ. 49. nu. 5. vol. 1.* Barboſ. *Vot. conſult. lib. 3. vot. 104. n. 25.* Et quoad Conſtitutiones, & ordinationes condendas, alterandas, & annullandas, & modum in ijs ſeruandum, cum ſatis dictum ſit à *nu. 946. ad 955.* ſolum adnotandum in præſenti, per hoc quod dictum eſt, ſeruandam in his ab hoc Definitorio iuris formam, non auferri, quin poſſit ſtatu-

ta

Digitized by Google

ta etiam iuris communis declarare, innouare, & vbi deeſt pæna, illam apponere, aut appoſitam ex rationabili cauſa augere, quia hoc non eſt deſtruere ius commune, ſed potius illud adiuuare, quod conceditur *cap. de nouu. oper. nunciat.* Peyrin. *tom. 1. priuil. in Conſtit. Pirrh.* §.4. Lezana. *tom.1. p.2. cap.12. num.6. fin.* Pellizzat. *tract.9. cap. 8. nu.75.* Et inſuper, *à nouis Conſtitutionibus, & ordinationibus quantum fieri poteſt abſtinendum, & inuigilandum Superioribus, vt ſcripta obſeruent, & obſeruari faciant, & defectus particularium medicinis particularibus curentur; cum ad obſeruantiam plurimum conferat quæ ſanciuntur pauca, & ſtabilia eſſe, ſicut è contraria legum multitudo, & inconſtantia obſeruationem labefactant.* Ità Conſtit. *ibid. cap. 2. num. 13.* & ex illis Pellizzarius *eodem cap. 8. num. 68. verſ. vnum. addo.*

1336 Circa verò diſpenſationes Conſtitutionum, quas à Capitulis generalibus in re etiam graui non obſtante, quod Conſtitutiones ſint approbatæ à Sede Apoſtolica, fieri poſſe, cum multis docent Lezana. *tom.4. conſult.6. per tot.* & ex illo Iulius Caponus *diſcept. forenſ. tom. 3. diſcept.155. à num.9. & ſeq. ad n.16.* & abſque dubio ab hoc noſtro Definitorio generali, cum id illi expreſsè per eaſdem Conſtitutiones Apoſtolicas concedatur. *d. p.3. cap.2. n.13.* ſeruanda tamen & in hoc *iuris forma*; clauſula illa ſiquidem Conſtitutionum *iuxtà iuris formam* refertur ad omnia, nempè *condere, annullare, declarare, diſpenſare*, cum ſit eadem ratio de omnibus. Sanchez. *de matrimon. diſp.22. in fin.* Lezana. *tom.2. verb. clauſula. nu.4.* & ideò non diſpenſandum ſuper Conſtitutionibus ab hoc Definitorio, niſi iuſta ex cauſa, cum poteſtas Prælatorum, ac etiam Definitorij generalis ſit illis data ad ædificationem, non in deſtructionem. *2. Corinth.10.* D.Thom. *2.2. q.88. art.12. ad 2.* & ſine cauſa diſpenſantes potius ſint diſſipatores, quam diſpenſatores. Sylueſt. *verb. diſpenſatio. num.2.* Miranda. *tom.2. q.30. art.2. concl.1. & art.4. per tot.* Peyrin. *de ſubdit. q.1. §.5. dico ſecundo.* Lezana. *t.1. p.1. cap.7. nu.29. & tom.2. verb. diſpenſare num.2.* Tamburin. *de iur. Abb. tom.1. diſp.5. q.16. nu.3.* Murga *in Conſtit. Apoſt. Conſtit.6. nu.821.* Dixi etiam Definitorij, quia licet Definitorium generale habeat æqualem auctoritatem cum legislatore; & ideò non videatur teneri ad cauſæ cognitionem, & conſequenter ex ſolo libito poſſit, & ſine cauſa diſpenſare, cum ſolius ſit deſtruere, cuius eſt condere, vt cum Syluest. *ibid. num. 5.* Roderic. *tom.1. qq. Regul. q.13. art.14.* & alijs Tamburin. *ibib. num.6.* & cum Sanchez *de matrimon. lib.8. diſp.17. num.27. & diſp.18. nu.3.* & Bonacina. *de leg. diſp.1. q.2. punct.3. nu.21.* Lezana *d. num.2.* vt tamen licita ſit diſpenſatio, tenetur & Definitorium hoc in diſpenſando ex cauſa procedere, eo modo quo & Summum Pontificem, qui aliàs eſt ſupremus legislator, ſi abſque cauſa diſpenſauerit, à culpa non excuſari, probat Miranda. *d. art.4.* cum multis Sanchez. *d. lib.8. diſp.18. nu.3.* Tambutin. *ibid. num.7.* & à fortiori ſi ſermo ſit de diſpenſatione cum tota communitate, ſeu Religione; cum enim hoc Definitorium generale præcipuè teneatur ea, quæ ad obſeruantiam Regulæ, & Conſtitutionum, ac etiam reformationem conducunt ſtatuere, vt infrà dicemus, non niſi ex magna, & rationabili cauſa poterit cum tota Communitate ſuper Conſtitutionibus diſpenſare.

1337 Obſeruandum eſt autem ſermonem eſſe de diſpenſatione, adeòque, ſi ſit cum tota Communitate, debere eſſe ſaltem limitatam quoad tempus, ſeu pro aliqua feſtiuitate v. g. vel ſimili, ſecus ſi abſoluta eſſet, & pro ſemper non eſſet diſpenſatio, ſed abrogatio. Pono exempli gratia dubium, an Conſtitutio *part.1. cap.7. num.1.* prohibens annuos redditus poſſit vniuerſaliter, & pro tota Congregatione diſpenſari? Et dico, quod non, ſi fiat abſolutè, & abſque limitatione. Nomen quidem eſſet diſpenſationis, reuerà tamen eſſet abrogatio Conſtitutionis; nam ceſſaret de facto tota lex tam quoad materiam, quam quoad perſonas, in quo abrogationis quidditas conſiſtit *l. derogantur. ff. de regul. iur.* Lezana *dict. conſult.6. nu.24.* Caponus. *loc. ſupr. num.10.* quod à Definitorio generali fieri nequit, niſi modo locis vt ſuprà, explicato; quin nec in terminis diſpenſationis; cum enim per Conſtitutiones ibi detur facultas eidem Definitorio diſpenſandi ſuper hoc cum aliquo Conuentu particulari, ſanè apparet negatam eſſe facultatem diſpenſandi cum tota Religione; nam incluſio vnius eſt excluſio alterius; & propterea in caſu contingentiæ ſi agatur de diſpenſatione in ſubſtantialibus, & cum tota Religione abſolutè, ac indefinitè non erit procedendum via diſpenſationis, ſed via ordinationis, & in ordine ad abrogandum, vt dictum eſt ſupra, cum approbatione Sedis Apoſtolicæ.

1338 Ad hoc item Definitorium ſpectat promouere obſeruantiam Regulæ, & Conſtitutionum; atque ideò de ipſo potiſſimè intelligenda, quæ *num.347.* & *num.1199.* dicta ſunt de obligatione conſulendi in Capitulo generali Ordinis Reformationi; ſicut & quæ dicta ſunt *num. 344. 345.* de facultate condendi etiam arctiora ſtatuta, ſi ad eam ſtabiliendam fuerint neceſſaria. Item eligere ſex Patres ex grauioribus Religionis, de quorum conſilio, & aſſenſu eijci poſſint incorrigibiles iuxtà decret. Sacr. Congreg. Concilij, de *Apoſtat. & eiect.* ſub Vrbano VIII. de 1624. edita, de quibus Lezana. *t.1. cap.23. n.3.* Pellizzar. *tract.8. c.8. nu.2.* Et benè agit deputando pro maiori commoditate ipſos Patres Definitorij annualis, vt in ſimili collaudat Lezana. *tom.1. part.2. cap.12. n.8. in fin.* Poteſt pariter diſpenſare cum illegitimis ad gradus, honores, & dignitates Religionis ex Conſtit. Gregori XIV. *Circumſpecta* in Bullar. in ordine. *num.3.* Roderic. *tom.1. q.13. art.9.* Lezana. *eod. cap.12. num. 21.* vbi prædictam facultatem à Gregorio XIV. tributam Generalibus diſpenſandi in Capitulo intelligi debere non de toto Capitulo, ſed de ſolo

Ca-

Google

Capituli Definitorio.

1339 Spectat item ad ipſum acceptare, prohibere, dimittere, & limitare priuilegia à Summis Pontificibus conceſſa prout à *n.*499. & ſeq. oſtendimus (quo caſu Religioſi neque licitè, neque validè illis ſic ablatis, nec niſi ſub ea reſtrictione vti poſſe aduertunt Roderic. *d.t.*1.*q.* 17.*art.*5. Pellizzar. *tract.*9.*cap.*8.*n.*76. & Anton. à Spiritu S. in *director. tract.*4.*diſp.*8.*n.*56.) ac eadem declarare modo dicto *nu.*502. Aliquos caſus graues prò Religionis conſeruatione, aut conſcientiarum puritate præter expreſſos à Clemente VIII. reſeruare. Lezana. *cit. cap.*12.*n.* 12. Pellizzar. *tract.*6.*cap.*1.*q.*3. *&* 8. Superiorum auctoritatem reſtringere. Roderic. *d.q.*17.*art.*5. etiam P. Vicarij Generalis. Suarez. *t.*4. de Relig. *tract.*10.*lib.*10.*cap.*4. Lezana *eod. cap.*12.*num.*7. Pellizzar. *eod. tract.*9.*nu.*62. cum & ipſe eidem ſubdatur, vt dictum eſt *nu.*945. *fin.* Vnico verbo: habet plenam, & omnimodam auctoritatem, & exercere poteſt omnem iuriſdictionem, quam ſiuè de iure, ſiue ex priuilegijs Capitula generalia habere, & exercere poſſe tradunt. Roderic. *ibid. q.*41.*art.*2. Lezana. *eod. cap.*12.*n.*6. *&* 7. Pellizzar. *tract.*9.*cap.*8.*num.*60. *&* 61. tum quia huiuſmodi Definitorium totam Religionem repręſentat. Suarez. *ibid. tract.*8.*lib.*2.*cap.*8. *n.*9. Lezana *tom.*1.*p.*1.*cap.*8.*n.*3.*fin. cap.*18.*n.*90. *& p.*2.*cap.*12.*n.*6. *& n.*12. vbi ideò acta ab hoc Definitorio dici acta à toto Capitulo; tum quia, cum (præter dicta *nu.*501. & *num.*946.) ex vna parte cæteri gremiales ad ſolas electiones generales à Conſtitutionibus vocentur, & ex alia Conſtitutiones ipſę *d.p.*3.*cap.*2. poſtquam *n.*13. ſic ſtatuerunt: *Ad hoc Definitorium ſpectat iuxtà iuris formam, Conſtitutiones, ordinationes, declarationes, inchoationes condere, annullare, alterare, diſpenſare, & facere*, ſubindè *n.*18. addant, *& denique omnia alia negotia grauiora etiam ſi per Conſtitutiones non ſint expreſſè Definitorio reſeruata, expediet ibi tractari*, ſatis apparet, omnia ſupradicta ad hoc Definitorium ſpectare per noſtras Conſtitutiones, quæ vnicè attendendæ ſunt per Suarez. *De leg. lib.*4.*cap.*6.*nu.*21. Pellizzar. *d. cap.*8.*n.*65.*verſ. verum tamen eſt*.

1340 Atque in omnibus ſupradictis maxima cum maturitate procedendum eſt ex eiſdem Conſtitutionibus *ibid. nu.*13. Et ideò *ſi res grauis fuerit, & tres ex Patribus maiorem conſiderationem rei deſiderauerint, in ſequentem ſeſſionē deciſio differatur*. ſic *ibid. nu.*12. quod laudat Pellizzarius *eod. cap.*8.*n.*38. & pro eis ritè reſoluendis ſic *ibid.* præſcribitur: *Poſtquam omnes rationes ſibi occurrentes dixerint, propoſitio formetur categoricè, ità vt affirmando, vel negando poſſit decidi. Formata propoſitione, ſcripta per Secretarium, & lecta à Patribus decidatur per fabas albas & nigras*, & pro quo maior pars ſteterit, id pro deciſo habendum, niſi vbi pro deciſione maior adhuc numerus votorum exquiratur, ex eiſdem Conſtit. *ibid. cap.*4.*n.*6. ibi: *Ad decidenda ſupradicta, & alia Definitorio reſeruata maiorem partem ſuffragiorum concurrere volumus, niſi in aliquo caſu maior adhuc numerus ſuffragiorum à Conſtitutionibus requiratur*; licet enim ibi ſit ſermo de Definitorio annuali, idem eadem ratione dicendum prò deciſionibus Definitorij generalis, vt notat idem Pellizzarius. *ibid. nu.*34.*fin.*

1341 Præter hæc ſpectat etiam ſingulariter ad hoc Definitorium vna cum Prouinciali, & Diſcretis vniuſcuiuſque reſpectiuè Prouinciæ eligere Priores cæteroſque Prouinciarum, & Conuentuum officiales; circa quod cum ſufficiant hucuſque dicta de electionibus in communi, quæ militant & in iſtis, & quæ à *num.* 1286. *& ſeq.* ponderauimus, ſolum addendum Prouinciales huiuſmodi cum ſuis Diſcretis debere etiam concurrere cum Definitorio in diſpoſitione familiarum Conuentuũ, quam huic Definitorio reſeruant Conſtitutiones. *d. cap.*2.*n.* 23. quamuis enim, ex eo quod, vt ſubſtitutis Diſcretorum, qui antè Conſtitutionem Alexãdri VII. *Militantis Eccleſiæ* accedebant ad Capitulum generale, non videatur id illis competere, quandoquidem præfatæ familię tunc à ſolo Definitorio componebantur, nullo modo concurrentibus huiuſmodi Diſcretis; cum tamen modò per eas litteras Alexandri VII. admittantur ad ſuffragandum cum Definitorio in electionibus officiorum Prouinciæ, admitti debent & ad efformationem familiarum, cum ſit eadem ratio admiſſionis ad vnum munus, ac ad aliud, nempè *vtilitas Prouinciæ*; nam extenſio facienda eſt, vbi eadem ratio militat ex dictis *ſupr. nu.*1262. & præcipuè vbi agitur de diſpoſitione fauorabili Prouincijs, iuxtà axiom. fauores ampliandos. *cap. odia. de regul. iur. in* 6. Io. Maria Nouarrius *quæſt. forens. lib.*1. *q.*23.*n.*15. Lezana. *tom.*2.*verb. leges Regular. n.*42. & de vtraque ratione Miranda. *tom.*2.*q.*25.*art.* 26.*concl.*8.9. *&* 10.

Cætera, quæ hic deſiderari poſſunt nempe de ordine loquendi, & ſuffragandi, de facultate proponendi, libertate in dicenda ſententia, ſecreto ſeruando, & actorum ſubſcriptione habentur infrà *n.*1445.

DVBIVM XX.

De Definitorio annuali, & Patribus illud conſtituentibus.

1342 AD differentiam Definitorij generalis ſeptem tantum ex Patribus hoc annuale componitur. Conſtit. *p.*3.*cap.*4.*n.*1. ibi: *vt Vicarius Generalis Congregationem facilius, & prudentius gubernare poſſit, quatuor Definitorum in Capitulo electorum adiutorium illi adiungimus*. & *n.*4. *Semel in anno congregabuntur ſimul cum Vicario Generali, quibus addetur Procurator generalis, & Prior Conuentus, in quo Definitorium congregabitur: ſi autem Prior vnus ex quatuor Definitoribus fuerit, vel iuſta aliqua cauſa impeditus extiterit, illius vices ſupplebit primus Viſitator, & eo ſimiliter impedito, deficientis locum ſupplebit ſecundus*. Eſt ſpecialis, vt ità dicam Dieta, quæ ſingulis annis tertia, vel quarta Dominica poſt Paſcha congregari debet; & ſi opus fuerit, quoties P. Vicarius

cari us Generalis id neceſſarium iudicauerit, vel etiam quando Primus Definitor vna cum duobus alijs congregari poſtulauerint. Conſtit.*d.cap.4.n.7.* hoc enim caſu debet neceſſariò P.V.Generalis illud congregare, *teneatur*, ſic ibi, *id facere*; dictio ſiquidem *teneatur* denotat neceſſitatem. Azor *inſtit.mor.p.1.lib.5.cap.6.q.5.* Sanchez. *in pracept. t.2. lib.6. cap.4.num.38.* Rot.*deciſ.276.n.2.part. 1.recent*. quod ſi non fecerit, poterit à Definitorio puniri, ex Conſtit. ibi: *teneatur id facere ſub pæna arbitrio Definitorij grauiter infligenda.* Vnde ſequitur detrectante in tali caſu P.Vicario Generali illud congregare, poſſe ipſum Definitorium ſe congregare, ſaltem ad bunc effectum eum puniendi; fruſtrà ſiquidem poſſet illum punire niſi poſſet ſe ad id congregare; & conceſſo vno cenſentur conceſſa omnia ad illud vnum neceſſaria. *l.2. ff.de iuriſdic.omn. Iud.* cum latè adductis Murga in *conſtit. Apoſt. conſt.1.n.26. & conſtit.16. n.67.* & habetur clarè ex eiſdem noſtris Conſtitutionibus *ibid.n.13.* vbi. *Si Vicarius Generalis, quod abſit, culpam admiſerit, ob quam ab officio ſit deponendus, abſente eo à Definitorio cauſa ipſius tractetur, & concurrentibus quinque ex ſex Patribus deponatur*; eodem enim modo dicendum eſt poſſe congregari Definitorium pro eo puniendo in ſupradicto caſu, ac congregari poteſt pro eodem deponendo in altero.

1343 Quando autem congregari debet hęc obſeruanda Conſtitutionum *ibid. nu.8.* diſpoſitio. *Nullus Definitor, niſi legitimè impeditus, & de licentia Vicarij Generalis, & reliquorum trium Definitorum, quam ipſo petente dare poſſint, ſub pæna depoſitionis abſit, quando Definitorium congregatur; neque hæc venia dari poſſit pluſquam vni, & tunc loco abſentis alium reliqui Patres Definitorij iam congregati, eligent.* Ex quibus liquet nullum Definitorem abeſſe poſſe ſub depoſitionis pæna: legitimo verò vrgente impedimento vnum ſolum poſſe abeſſe; & non niſi de licentia P.V.G. & reliquorum trium Definitorum; & hoc quando Definitorium congregatur. Quarè licet poſſit ſolus P. V.G. vni, alteri, vel omnibus Definitoribus extrà tempus Definitorij cõcedere facultatem aliquò, & ad longũ tempus eundi, nõ poteſt ipſe ſolus talem licentiã concedere nec vni non intereſſendi Definitorio, ſed debere conſentire alios tres Definitores, ſic expreſsè ſtatuentibus Conſtitutionibus. His poſitis.

1344 Dubitatur modò, quid intelligendum ſit per ly, *quando Definitorium congregatur?* Et dico: toties quoties faciendum ſit Definitorium, ſiuè Ordinarium poſt Paſcha, ſiuè extraordinarium ad nutum P.V. Generalis, cum ſit eadem ratio Definitorij, ad quod requirit Conſtitutio omnium Definitorum præſentiam excepto vno, modo ſupradicto; & inſuper indefinitè loquatur, *quando Definitorium Congregatur*; facit enim ſenſum quotieſcumque Definitorium congregatur. Et ideò ſi abſente aliquo Definitore vellet P. Vicarius Gen. congregare Definitorium extrà tempus à lege præfixum, teneretur abſentem admonere, & tempus aſſignare propter dicta *dub.1 nu.1204.* ſecus agere poſſet de contemptu, & inſtare pro irritatione actorum, & electionum iuxtà dicta *nu.1231.* & ſi legitimam non accedendi excuſationem attulerit, poterit facta illi vna cum alijs Definitoribus permiſſione alius eius loco per electionem ſubſtitui; Si verò nulla legitima excuſatione adducta, aut aliqua adducta, non admiſſa, non comparuerit, erit abſque dubio depoſitionis pænæ ſubiectus. Dixi, quãdò celebrandum eſt Definitorium extraordinarium, quia loquendo de Definitorio ordinario, & à lege, vt ſuprà ſtatuto, ſi quis ex Definitoribus abſit, non eſt citandus propter dicta *n.1205.* Verum in boc caſu congregari non debet Definitorium niſi tertia Dominica poſt Paſcha, cum enim Conſtitutiones decernant, quod congregetur ſecunda, vel tertia, expectandus eſt donec expiret tempus conceſſum pro tali congregatione. Murga ad. Conſtit.*6.n.656.* Paſſerin.*de elect.cap.11.nu.45.et* 87. & tunc ſi legitimo non adducto impedimento non compareat, eadem pæna afficiendus erit.

1345 Sed quid, ſi abſens Definitor vel nullum legitimum impedimentum adduxerit, vel non intereſſendi veniam non obtinuerit, poterit ne congregari Definitorium, & loco eius alter eligi? Et dico cum Pellizzar.*tract.9. cap.8. n.26.fin.* poſſe, ſiue ſermo ſit de Definitorio annuali pro tempore præfixo à lege, ſiue Definitorio extraordinario; & patet ex dictis *n.1201.* 1202.*et n.* 1210.*et* 1211. quæ habent locum & in præſenti; neque enim ob alicuius defectum priuandi ſunt ſuo iure alij Definitores, ſicut nec Religio debet ex non celebratione Definitorij damnum ſubire; limito tamen quoad Definitorium extraordinarium, dummodò ſit abſenti intimatum, & in præfixo termino non comparuerit, quia ſi ſermo ſit de Definitorio extraordinario, non vocato abſente, nequit alter eius loco eligi; & ſi eligatur, nulla erunt acta Definitorij, vtpotè facta ſine legitimo Definitore, quin interueniente altero illegitimo, & cui nullum competit ius in Definitorio. Et aſſumptum probo ex Conſtitutionibus ſuprà; datur ſiquidem ibi facultas eligendi alterum loco abſentis, nõ tamen quomodolibet, ſed *tunc*, ideſt quando quis ex Definitoribus ob legitimum impedimentum petierit, & obtinuerit à P. Vicario Gen. alijſque Definitoribus veniam non intereſſendi. Ergò ipſo nõ petente veniam non intereſſendi, non poteſt quis eius loco in Definitoriũ admitti; dictio ſiquidem *tunc* non ſtat ibi ſolum declaratiuè, ad ſignificandum nempè, quod abſente aliquo Definitore debeat alter eius loco eligi; Sed etiam reſtrictiuè; habet enim reſtringere diſpoſitionem ad talem caſum ſolum, & non admittit extenſionem ad alium. Amat.*conſ.34.num.20.* Robles. *de repræſ. lib.2.cap.25.n.3.35.et 36.et cap.26.nu.4.* Rot. *deciſ.206.n.3.p.1.in poſthum.Farinac.aliàs p.3.recent.* vbi, quod limitat ad caſum expreſſum. *& deciſ.77.nu.38. & 39.* apud Paulum de Rub. *t.3. diuerſ.* alias *p.7.recent.* & taliter ibi ſtare, nempè

reſtri-

reſtrictiuè, dignoſcitur ex ratione ſtatuti quę, eſt, quia nequit alter eligi loco alicuius Definitoris, qui aliàs poteſt intereſse, niſi ipſo per productionem impedimenti conſentiente; & ideò fuit ſtatutum, quod ad ipſius petitionem concesſa non intereſsendi venia, poſſit tunc alter eius loco eligi; nam in tali petitione imbibitur conſenſus, quod alter eligatur; & propterea facultas alterum ſubſtituendi eſt ibi taxata, & limitata ex dictione *tunc* ad caſum, quo ipſo Definitore petente fuerit concesſa venia non intereſsendi; & conſequenter non poterit alter eius loco eligi, niſi admonito de inſtante Definitorio Definitore ipſo abſente; nam certè ſi non fuerit admonitus non poteſt cenſeri conſentire.

1346 Nec dicendum hinc probari, nec etiam poſse loco eius alterum eligi ſi citatus aut à lege prò ordinario, aut ab homine prò extraordinario Definitorio non comparuerit, nullo licet adducto impedimento, aut vlla obtenta venia, ſi ſemel verum ſit, quod tunc ſolù poſſit eius loco ſubſtitui, quando veniam obtinuerit non intereſsendi. Non, inquam, dicendum, quia diſpar eſt ratio; quando enim ſiue à lege, ſiue ab homine citatus non comparet, cenſetur iuri ſuo renuntiare, vt dictum eſt *num.* 1209. *&* 1211. & ideò eſt depoſitioni ſubiectus; & tunc poteſt alius ſubſtitui, ne Religio damnum patiatur ex non celebratione Definitorij: quin, dum modo dicto citatus non comparet, cenſetur conſentire, quod alter eius loco eligatur. Quando autem non eſt citatus, ſeù de Definitorio monitus, non poteſt cenſeri renuntiare iuri ſuo, nec conſentire, quod alter ſubſtituatur; & ſic non poteſt eius loco quis ſubſtitui; adeòque non ſequitur, quod ſi ob taxatiuam Conſtitutionis non poteſt quis loco alterius eligi in vno caſu, nequeat eligi in altero. Quod ſi inſtetur, quod ſe abſentando cenſeatur tacitè renuntiare; reſpondebo, quod non, cum poſſit redire; & ideò debere de inſtante Definitorio moneri.

1347 Maior difficultas eſt in caſu abſentiæ duorum ex Definitoribus; an celebrari poſsit Definitorium per ſubſtitutionem aliorū duorum. Et videtur reſpondendum negatiuè; dum enim prohibent Conſtitutiones cōcedi veniam non intereſsendi pluſquam vni, ſequitur certè earum mentem eſse, quod ſaltem tres Definitores aſsiſtant; ex quo apparet talium perſonarum induſtriam electam eſse pro Definitorio; & conſequenter duobus abſentibus non poſse celebrari. Prò quo facit in ſimili contingentia ter ſupplicatam fuiſse S. Congregationem ſuper ſtat. Epiſc. & Regul. prò ſubrogatione aliorum duorum, ſcilicet, de 1659. & vt poſset non obſtante dicta abſentia cum tali ſubrogatione toties quoties occurerit Definitorium congregari; & ab ea prouiſum ſub die 10. *Januar. eiuſdem anni* vt ſupra *n.* 1264. & iterū de anno 1677. ſub *die* 1. *Julij*. & tertio ſub 3. *Octobris eiuſdem anni*, & per commiſsionem eiuſd. Sacr. Congregationis ab Em. Protector. Card. Alterio duos alios loco abſentium ſubrogatos. Ex quo videtur deduci, non poſse reliquos Definitores loco duorū abſentiū alios ſupplere.

1348 Verum difficile adhuc eſt, quod ſaltem inſtante tempore Definitorij annualis à lege præfixi, non poſſit eorum abſentia ſuppleri, & ad reſoluenda Congregationis negotia Definitorium celebrari; non enim veriſimile eſt, quod intellexerint Conſtitutiones in tali caſu non poſse, aut debere per aliorum ſupplementum communi Congregationis bono prouideri. Immò ex eo, quod Conſtitutiones vbi de Definitorio generali, nempè *p.* 3. *cap.* 2. *n.* 21. prouiderint, quod in defectu duorum ex corpore eiuſdem Definitorij alij duo ſuccedant. quin *cap.* 4. vbi de hoc Definitorio annuali pariter loquentes, & ſupponentes, quod duo poſſint abeſse, nempe Prior, & vnus Definitor, diſpoſuerint *n.* 4. quod loco Prioris ſuccedat Viſitator; & *n.* 8. loco Definitoris alter eligatur, benè deducendum eſt, quod ſit iuxtà mentem Conſtitutionum, quod etiam in caſu abſentiæ duorum Definitorum aliquo ineuitabili impedimento, & abſque culpa detentis, & ex inopinata cauſa impeditis alij duo valeant ſubrogari. Eo magis, quia ſi poſsunt reliqui Definitorij Patres abſque legitimo impedimento abſentes deponere, & conſequenter eorum loco alios eligere, quarè ijſdem abſentibus, & legitimè impeditis, & ſaltem conſentientibus, non poterunt alios ſubſtituere?

1349 Quarè, cum ex vna parte per ſuam prouiſionem, ſeù reſcriptum non declarauerit S. Congregatio, id ſuperare facultatem reliquorum ex Definitorio, & ex altera ad ſupplicantium inſtantiam ſoleat S. Congregatio concedere quod petitur, etiam ſi aliàs id ſupplicāti competat, vel non; non eſt, cur dicatur, id non poſſe fieri, vel clariore opus eſſet deciſione. Vnum, aduerto, quod ſi contigerit iterum eamdem S. Congregationem ſuper ſimili ſubrogatione ſupplicari, eſſe (euitandæ ſubreptionis gratia) neceſſariò, exprimendum, quod Definitores abſentes ſint de inſtante Definitorio moniti, & ſe legitimè excuſauerint; quià nunquam cenſendum eſt S. Congregationem velle eorum iuri, ſi poſſint accedere, præiudicare; quod adeò verum eſt, vt ſi poſteà aduenientes de contemptu obijecerint, eorum inſtantia à Sacra Congregatione admittetur. Vel ſi ſermo ſit de Definitorio annuali ſatis erit explicare, inſtare tempus à lege præfixum pro celebratione Definitorij vna cum vrgentia illud celebrandi, quia cum ſint à iure citati, & admoniti, & dum non accedunt, cenſeantur renunciare, nullum fit illis præiuditium, ſi alij ſubſtituantur.

1350 Et in ſuppoſitione, quod non poſſint duo in locum abſentium ſubrogari, difficultas adhuc eſt, an ſaltem poſſit celebrari Definitorium à cæteris de gremio in caſu mortis duorū ex Definitoribus? Et reſpondeo cum diſtinctione: Si ſermo ſit de Definitorio pro reſoluendis negotijs ad ipſum ſpectantibus, non poſſe, quia

à lege ſeptem Patres requiruntur; & inter hos quatuor Definitores, vel ad minus tres, electo altero loco abſentis: Si verò ſermo ſit de celebrando Definitorio pro eligendis Definitoribus loco defunctorum, dico omnino poſſe; neque video, vndè neceſſe ſit petere à S. Congregatione facultatem ſubſtituendi alios duos loco defunctorum, vt indè conſtituto ex ſeptem Patribus Definitorio deueniatur ad electionē Defenitorum loco eorum, qui obierunt. Certi ſiquidem iuris eſt, quod Capitulum in duobus vocalibus legitimè ſubſiſtere poteſt, alijs vel non accedentibus, vel ſuffragari recuſantibus, vel mortuis, per text. expreſſum in *cap. Nullus el. 1. de elect.* vbi Gloſſ. *verb. duo. Abb. n.5.* Maſcard. de *probat. concl. 584. n.9.* Roderic. *tom.2. qq. Regul. & Canonic. q.53. art.11.* Tamburin. *de iur. Abb. tom.1. diſp.5. q.8. n.2.* Lezana *t.1. p.2. cap.12. nu.2.* Ludouicus à S. Raymundo *reſol. moral. part.2. tract.5. n.49.* Immò quod, licet Collegium Eccleſiaſticum non poſſit in vno conſtitui; eo tamen ſemel conſtituto in pluribus, ius totum Collegij poteſt ad vnum deuenire, & in eo ſeruari, cæteris vel priuatis, vel ſuſpenſis, vel mortuis, & ipſe ſolus eligere. Gloſſ. *in cap. Gratum. verſ. pauciores. de poſtulat. & in d. cap. Nullus. verb. duo.* ibi: *retinetur tamen in vno ius Collegij* ex *l. ſicut ff. quod cuiuſque vniuerſit.* Samuel. *de elect. diſp.2. contr.13. tract.1. n.1.* Roderic. *d. art.11.* Lauorius *de elect. cap.15. n.26.* Donatus *t.2. tract.2. q.10.* Peyrin. *de ſubdit. q.1. cap.31. §.6. verſ. vndè colligitur.* Dubal. *in expoſit. Regul. p.2. q.20. nu.21. & 23.* Tamburin. *ibid. nu.5.* Barboſ. *in d. cap. Nullus n.4. & de iur. Eccleſ. vniu. lib.1. cap.19. n.46. & in vot. deciſ. vot.35. nu.40. & 41.* Rota in *Cremonen. Præpoſit. 25. Febr. 1622. coram Vbaldo.* Caſtellin. *de electione cap.5. n.43. 44. & 86.* Murga *in Cōſtit. Apoſt. Conſtit.6. num.697.* & cum alijs pluribus Paſſerin. *de elect. cap.10. n.8. & cap.11. n.93.* & in ſimilibus terminis Antonius à Spiritu S. *in direct. tract.4. diſp.6. ſect.1. n.66.* quod à fortiori dicendum de Definitorio, in quo non vnus, ſed quinque remanent de gremio, vt benè aduertit idem Paſſerinus *d. cap.11. n.94.* atque adeò nulla facta ſubſtitutione pro complendo numero ſeptem Patrum, ſed cæteri Definitorij gremiales poſſunt eligere Definitores loco defunctorum. Et patet euidenter ex Conſtitutionibus ipſis *d. cap.4. n.5.* cū ibi decernatur ad hoc Definitorium ſpectare in *officium vacans aliquem ſufficere; quod ſi fuerit Definitor, vltimum inter alios locum habebit*, nulla facta mentione præcedentis ſubſtitutionis pro complendo Definitorio ad effectum eligēdi Definitorem loco demortui, quod ſignum eſt ipſos ſolos, qui remanent ex Definitorio poſſe talem electionem facere; quod idem dicendum propter eamdem rationem, ſi duo ex ipſis obierint, vel etiam ſi tres vel omnes; & ſolus remaneret Vicarius Generalis; tunc enim ad ipſum ſpectaret eligere primum Definitorem: ad hos eligere ſecundum; & ſic de cæteris: A Spiritu Sancto *ibid. n.69.* Si verò vnus ſolus Definitor remaneret, non poſſet hic ſolus Vicarium Generalem eligere, vt tenet idem à Spiritu Sancto *ibid. n.67.* Sed deberet eligere alium Definitorem; & iſti alterum; & ſic electis Definitoribus, Procuratore generali, & Priore, per hos omnes alij tres Patres eligendi erunt, & per hos nouē tandē Vicarius Generalis ex diſpoſitione *Conſt. d. p.3. cap.4. n.13.*

1351 Dubitatur item, quid ſi abſit Procurator generalis? Et dico, poſſe etiam alium ſubſtitui, cum non ſit ex vna parte à lege prohibitum, & ex alia id arguendum ſit à conſimili ſubſtitutione in caſu abſentiæ alicuius ex Definitoribus, quin ex dictis ſupra *n.1348.* de alijs ſubſtitutionibus in defectu duorum ex Definitorio; argumentum namque faciunt quod in defectu alicuius ex eodem Definitorio, ſit ex mente legis ſemper quis ſubrogandus; & ideò etiam in caſu abſentiæ Procuratoris generalis. Nec contrarium deducendum ex ſequenti S. Congregationis reſcripto emanato ob. d. Procuratoris abſentiam, quaſi non poſſit quis eius loco ſubrogari.

Sacra Congregatio Cardinalium negotijs Regulariū præpoſita attentis narratis benignè annuit, vt PP. Definitorij Ordinis huiuſmodi in Vrbe exiſtentes pro hac vice tantum Definitorium congregare poſſint abſque interuentu Procuratoris generalis, ſeruata in reliquis forma præſcripta in Conſtitutionibus eiuſdem Ordinis, contrarijs non obſtantibus quibuſcumque. Romæ die 3. Auguſti 1640.

F. Antonius Card. S. Honuphrij. Locus ✠ Sigilli.
L. Epiſ. Theb. Secretarius.

Non inquam quid contrarium ex hoc, quia nō per hoc declaratum eſt non poſſe loco eius legitimè impediti quem ſubſtitui; & aliàs S. Congregatio concedere ſoleat & quæ de iure ſine eius licentia fieri poſſunt, dum petuntur: quin ex verbis *Seruata in reliquis forma &c.* eruitur ſubſtitutionem, de qua Conſtitutiones in caſu Definitoris abſentis, eſſe formam ſeruandam in caſu alterius conſimilis abſentiæ, pro quo non ſit ſpecialiter diſpoſitum.

1352 Conſimile dubium eſt de abſentia Prioris; quamuis enim Conſtitutiones *d. cap.4. n.4.* ſubrogauerint eius loco primum Viſitatorem generalem, & loco iſtius ſecundum, non videtur prouiſū, quid in abſentia etiam iſtius faciendum? Et eo modo diſcurrendum quo ſupra; poſſe ſcilicet alterum ſubrogari; & ratio omnium eſt, quia vt vidimus, ſunt in pluribus caſibus à lege ſubſtituti loco abſentium alij; quo dignoſcitur, id etiam faciendum in caſibus ſimilibus; cum perceptibile non ſit, quod intenderint Conſtitutiones per alicuius abſentiā prætereundum Definitorium; & in caſibus ſimilibus diſpoſitum in vno cenſetur diſpoſitum & in alio per Gloſſ. in *cap. ſi poſtquam de elect. in 6.* ibi Barboſ. *n.6.* ſeù in omni caſu abſentiæ alicuius, alium eſſe ſubſtituendum, vt in nuper adducto Sacræ Congregat. decreto.

1353 Quia verò die *2. Maij* 1664. exhibita S. Congregationi ſupplicatione pro dilatione Definitorij (quod ſecunda vel tertia Dominica poſt Paſcha celebrandum ex Conſtitutionū præſcripto *d. cap.4. n.4.*) ſtante abſentia Prioris

pro

pro Congregatione prouinciali;& facta ab eadem S. Congregatione Cardinali Protectori Pallotto ad eius arbitrium facultate,ipſe iuxtà petita conceſſit ſub die.14. *eiuſd.Maij*; aduertendum huiuſmodi reſcriptum non continere legem pro ſemper; hoc eſt,nõ importare,quod quoties ſit eadem cauſa impeditus Prior debat Definitorium prorogari, ſed habuiſſe vigorem pro eo tantum caſu; cum enim Conſtitutiones *ibidem* diſponant,quod Definitorium eo ſtatuto tempore celebretur, & loco Prioris impedimento detenti ſubſtituant primum Viſitatorẽ, & hoc etiam deficiente,ſecundum;ius intereſſendi Definitorio in dicta Prioris abſentiâ deuoluitur ad præfatos Viſitatores reſpectiuè,ac ſi Prior non eſſet; & ſic nulla eſt ratio differendi Definitorium; Et ſi ſupplicetur Sacra Congregatio pro dilatione ob hanc cauſam, non facta mentione ſubrogationis factæ ab ipſa lege (quando tamen ſint præſentes ipſi Viſitatores) reſcriptum nullum erit omninò, vtpotè ſubreptitium; non enim ſupponendum eſt velle S. Congregationem concedere prædictam Definitorij dilationem ob eam Prioris abſentiam, ſi ſciret ſubrogationem factam à Conſtitutionibus ad effectum illud celebrandi tempore ab eiſdem Apoſtolicis legibus ſtabilito; nec velle priuare Viſitatores ſuo iure intereſſendi. Et ſupradictum reſcriptum emanauit tempore,quo & ipſi Viſitatores aberant; vndè potuit ſupplicari pro dilatione;& ſi,vt dictum eſt, potuiſſet alter loco omnium à reliquis de Definitorio eligi.

1354 Huius porrò Definitorij ſtrictiſſimo ſecreti ſigillo omnia negotia ſileri debent;vnde in prima ſeſſione de ſeruando ſecreto omnes iuramentum præſtare debent; *quod* tamen *tunc* ſolum obligabit, cum maior Definitorij pars ſtatuerit iuramentum in illo euentu debere obſeruari per Conſtit. *d.cap*.4. *n*. 12. ſed de hoc iterum. *num*. 1445. vbi & de alijs ad Definitorium pertinentibus.

DVBIVM XXI.

De Definitorij annualis auctoritate.

1355 HVius Definitorij auctoritas, cum in Conſtit. *p. 3.* caput quartum ſub hoc titulo *De Definitorio, & eius auctoritate* habeamus,à contentis in illo menſuranda eſt.Lezana. *t*.1.*p*.2.*cap*.12.*n*.14.Et quoad communia, ſic *ibi n.9. Ad Definitorium ſpectat decidere dubia circa Ordinarium, Cæremoniale, instructiones, & ſimilia; & ſi expedire videbitur,aliqua etiam in ijs mutare,diminuere vel addere.* Quò verò ad particularia ea omnia poteſt quæ *d.cap*.4. memorãtur, & alibi ſparſim à Conſtitutionibus reſeruantur. Vndè apparet non poſſe huiuſmodi Definitorium declarare Conſtitutiones; datur enim illi decidere dubia circa *Cæremoniale &c.* ad differentiam Definitorij generalis,cuius eſt declarare Conſtitutiones,vt vidimus ſupra *nu*. 946. & ſic dum facta diuiſione decidendorum, ſiuè declarandorum, vni nempè Definitorio generali reſeruantur declarandæ Conſtitutiones,alteri ſcilicet annuali Cæremoniale, Ordinarium &c. licet Definitorium generale poſſit quidquid poteſt annuale ex vulgat. axiom. quod,cui licet quod eſt plus, licet & quod eſt minus. *Cap.cui licet*.53.*de Regul.iur. in 6*. ibi Nidus *regul*.53.*n*.1.2.4.& Murga *diſquiſit. tom*. 2. *diſquiſ*.23.*n*.8.nõ tamen poterit Definitoriũ hoc annuale facere,quod eſt maius,& maiori Collegio reſeruatũ nempe Cõſtitutiones declarare.

1356 Sequitur etiam non poſſe Ordinationes facere ob dictam rationem, quod ſint hæ reſeruatæ Definitorio Capituli generalis, vt vidimus *d. nu. 946. & 947*. & rurſus ſuadetur tum ex eo,quod ad ordinationes requiratur à Conſtitutionibus *p.3.cap.2. nu*.14. quod ſeptem ex nouem Patrum ſuffragia concurrant; Vnde benè dignoſcitur id ad Definitorium illud ſpectare, vbi ſunt nouem gremiales, nempe Definitorium generale, non verò ad Definitorium annuale,quod ex ſeptem tantum coaleſcit;tum ex eo,quod ſi Capitulum generale, quod aliàs poteſt nouas ordinationes facere, iubetur à Conſtitutionibus *d.p.3. cap.2.n.*13. quantum fieri poteſt ab illis abſtinere, certè dicendum, non poſſe illas facere Definitorium annuale, cum non videatur poſſe ſtare abſtinentia à nouis ordinationibus quantum fieri poteſt, cum hoc quod præter Capitulum generale, quod tamen ſemel eas poteſt facere, Definitorium hoc annuale, quod cum pluries poſſit congregari,poſſet & eas pluries repetere. Prçterquam quod nulla eſt neceſſitas illas faciendi; cum enim per Capitulum generale prouiſum fuerit quoad ea, quæ ad communitatem Religionis ſpectant, ad ſummum poſſunt occurrere caſus particulares,quibus benè prouideri poterit remedijs particularibus, & ſine ordinationibus pro tota Congregatione. Ac denique, quia ordinatio (ad quam in Capitulo generali requiruntur ſeptem omninò ſuffragia, vt dictum eſt, ità quod ſi vnum deficiat,nullius ſunt roboris) valeret in Definitorio annuali concurrentibus ad illam quatuor tantum ſuffragijs,quod non eſt credibile fuerit intentum à Conſtitutionibus. Ex quo rurſus ſequitur, quod ordinatio fortè reiecta in Capitulo generali ex defectu ſuffragiorum requiſitorum, approbaretur in hoc Definitorio annuali, in quo minor numerus votorum ſufficit; & ſic Definitorium iſtud poterit facere ordinationes, & per illas Religionem obligare,quas facere, & per quas eam obligare recuſauerit Capitulum generale; quod eſt ſolemne abſurdum.

1357 Sed clarius habetur ex ſenſu Capituli generalis. de 1677. cum decreuerit ſupplicandam Sacram Congregationem pro auctorizando tali Definitorio ad effectum, vt huiuſmodi ordinationes vſque ad ſubſequens Capitulum generale duraturas condere valeret. *Procurator Generalis* (ſic in actis d.Capituli) *curet obtinere à S.Congregatione, ad quam ſpectat, facultatem auctorizandi Definitorium annuale, dummodo ſimus*

in

in caſu neceſſitatis , ità vt non poſſit expectari tempus Definitorij proximi generalis; ac etiam quatenus de remedio concernente bonum vniuerſale totius Congregationis: non autem in caſu particulari particularis Prouinciæ vel Conuentus omnium ſecretorum votorum conſenſu. Et remmiſſo à Summo Pontifice cui exhibitus fuerat, ſuper hoc ſupplici libello ad Sacram Congregationem Epiſc. & Regul. ſic ipſa decreuit.

Sacra Congregatio EE. S. R. E. Cardinalium negotijs, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, attenta remiſſione libelli per SS. D. N. facta, cenſuit, poſſe approbari; prout præſentis decreti tenore, hac tamen conditione, vt caſus neceſſitatis ab Em. dicti Ordinis apud S. Sedem Protectore cognoſcantur, benignè approbauit. Romæ. 1. Octobris. 1677.

G. Cardinalis Carpineus. Locus ✠ Sigilli.
I. B. Spinula Arch. Ian. S.

1358 An autem id reuerà modò poſſit præfatum Definitorium annuale vigore facultatis à S. Congregatione tunc obtentæ, adhuc eſt dubium; videtur enim ſubreptitia huiuſmodi facultas ex non expoſitis exponendis S. Congregationi; expoſitum namque eſt illi ſolummodo decretum factum in Capitulo generali, cum tacita ſignificatione, quod non poſſit Definitorium annuale ordinationes facere pro tota Congregatione: Sed non eſt expoſitum hoc ſpectare ad Definitorium generale, quod ex lege Apoſtolica nouem Patribus conſtare debet omninò, & pro huiuſmodi ordinationibus ab eadem lege requiri omninò ſeptem ex præfatis nouem ſuffragia. Quod ſi expoſitum fuiſſet, vti erat exponendum, non conceſſiſſet, vt credo, S. Congregatio dictam facultatem Definitorio annuali, vt à ſolis quatuor ex ſeptem fiat ordinatio (valent ſiquidem regulariter loquendo facta in hoc Definitorio à quatuor ex ſeptem) ad quam ſeptem ex nouem requiruntur à lege, cum libertate faciendi ordinationem à Capitulo generali, vt dictum eſt, fortè reiectam; & ad ſubreptionem ſufficit, non eſſe narrata, quæ S. Congregationem à conceſſione retraxiſſent, vel ſaltem difficiliorem reddidiſſent, vt per DD. in *Cap. ſuper litteris de reſcript.* Gloſſ. vlt. in *cap. ad audientiam.* vbi Felin. *num. 17. cum ſeq. eod. tit.* Barboſ. *in vot. deciſ. lib. 2. vot. 58. num. 17.*

1359 Nec dicendum, ad tollendam ſubreptionem ſatis eſſe, quod petita fuerit facultas condendi ordinationes, quia repreſentata ſufficienter cenſetur per huiuſmodi petitionem cauſa, qua nequit illas condere, nempè eſſe quid ſpectans ad Definitorium generale. Non inquam dicendum; cum enim poſſit eſſe, quod facultas alicui non competat, vel ex eo, quod non ſit illi ſpecialiter conceſſa, vel ex eo, quod talis facultas ſit alterius; & S. Congregationi non fuerit expoſitum, quod condere ordinationes ſpectat ad Definitorium generale, apparet ipſam proceſſiſſe in concedendo ex ſuppoſitione, quod petita fuerit, ex eo quod non reperiatur ea facultas ſpecialiter Definitorio tributa: non verò proceſſiſſe cū ſuppoſita notitia, quod eſſet facultas à Conſtitutionibus reſeruata Definitorio generali; ſecus derogaſſet eiſdem Conſtitutionibus per clauſulam *non obſtantibus Conſtitutionibus*, quod actum non eſt. Sed etiam admiſſo, quod potuerit ex ea petitione id S. Congregatio cogitare; nec adhuc ſoluitur obiectum, quia adhuc exprimendum erat, quod ad ordinationes ſeptem neceſſariò requiruntur ſuffragia, vt dictum eſt; non enim eſt credibile S. Congregationem intendere, quod valeat ordinatio facta à quatuor Patribus (vt ſufficeret ſi ab annuali Definitorio fieri poſſet) ad quam ex lege ſeptem ad minus ſuffragia requiruntur, niſi id exprimat, quod non apparet in præſenti. Vnde adhuc viget ſubreptionis obex, & conſequenter non ſubſiſtente validitate facultatis, reſtat non poſſe Definitorium ordinationes condere.

1360 Poſito autem quod valida ſit facultas obtenta; dico fuiſſe petitam pro eo ſolo Definitorio, tum quia nullum adeſt verbum nec in petitione, nec in conceſſione, ex quo poſſit colligi, aut petitam, aut obtentam fuiſſe pro ſemper; tum quia verba, *ità vt non poſſit expectari tempus Definitorij proximi generalis*, ſatis indicant eam fuiſſe limitatè petitam pro eius triennij Definitorio, adeòque & pro eo ſolum limitatè conceſſam. Caſu verò, quod abſoluta & pro ſemper dicenda eſſet, obſeruanda erunt in eius praxi, quæ in ipſa præſcribuntur, quod ſcilicet in caſu ſolo neceſſitatis, & talis, quod non poſſit expectari, vſque ad Capitulum generale, & quod caſus huiuſmodi neceſſitatis prius ab Em. Protectore recognoſcantur, ſecus nulla eſſet ordinatio ex defectu facultatis, quæ nulla eſſet deficiente conditione Tuſch. *tom. 2. litt. C. concl. 593. à princip.* Marc. Anton. *variar. reſol. lib. 1. reſol. 56. n. 3. & reſol. 88. nu. 4.* Ioan. Maria Nouarr. *qq. for. lib. 1. q. 27. nu. 4.* & ſatis apparet, talem conditionem poſitam eſſe pro forma; & ideò ea ommiſſa diſpoſitio non ſortiretur effectum. *l. qui hæredi. l. Mænius ff. de condit. & demonſtr.* Sanchez *de matrimonio lib. 3. diſp. 5. n. 2.* Pellizzar. *tract. 8. cap. 3. num. 258. verſ. noto. 5.* Murga. *in diſquiſit. tom. 2. tract. 1. diſquiſit. 1. dub. 14. n. 95.* Dixi *prius*, quia cum talis approbatio ſit de forma, eſt de eſſentia, & quæ de eſſentia ſunt præcedere debent Pellizzar. *ibid.* & patet quia talis approbatio requiritur, vt poſſint condi ordinationes; & ideo antecedere eas debet.

1361 Nec dicatur poſſe P. Vicarium Gen. huiuſmodi ordinationes condere, & ideò etiam Definitorium, in quo comprehenditur, & cuius caput eſt ipſe P. Vicarius G. per ea, quæ in ſimili de Capitulis generalibus, & prouincialibus per aſſiſtentiam reſpectiuè Generalium, & Prouincialium firmat Lezana. *tom. 2. verb. Capitula nu. 5.* & Pellizzar. *tract. 9. cap. 8. num. 12.* quia licet concedatur ad eas P. Vicarij Gener. poteſtatem ſe extendere (quod tamen negari poſſet, cum eius auctoritas non ſe extendat ad ea, quæ ſunt Definitorio reſeruata. Conſtit.

ibid.

ibid. cap.3. n.1. ergò multò minus ad reſeruata Definitorio generali) non ſequitur idem poſſe Definitorium, cum id ex dictis ſatis appareat illi non competere; & doctrina Lezanæ, atque Pellizzarij intelligenda eſt iuxtà ſtatuta Religionum, vt locis adductis ipſi declarant. Prærerquamquod, cum poſſit eſſe, quod adhuc concurrentibus ad aliquam ordinationem cæteris ex gremio Definitorij, contrarium ſit P. Vicarij ſuffragium, talis ordinatio tunc eſſet à non habente auctoritatē; & proptereà etiam ſi poſſit ex ſe P. Vicarius G. illas condere, non illas ſequitur poſſe fieri à Definitorio; cum poſſet refragrante eius, qui poteſt, nempè P. Vicarij G. ſuffragio, à non habentibus auctoritatem fieri. Sicuti non probant, quod Definitores dati ſunt ei in adiutorium *dict. cap. 4. n.1.* illorum munus ſit inuigilare ſuper obſeruantia Conſtitutionum *ibid. num. 2.* & quod poſſint petere Congregationem Definitorij *ibid. n.7.* & quod eorum deciſionem teneatur ſequi ipſe P. Vicarius G. *ibid. nu.10.* & alia huiuſmodi, quæ ſupponunt Definitorium poſſe ſtatuere, decidere, & ordinare; quia ex nullo capite deducitur poſſe Definitorium ordinationes facere pro tota Religione, cum omnia benè explicentur in his, quæ competunt Definitorio annuali, & de quibus Conſtitutiones *d. cap.4.* non verò in eis, quę competunt Definitorio generali. Et quoad ſecundum, quod magis videtur vrgere, patet ex ead. Conſtit. *dict. num.2.* quid inde arguatur: *Ipſorum* (ſic ibi) *erit inuigilare ſuper obſeruantia Conſtitutionum, & ordinationum, & conſuetudinum &c. & ſi in aliquo obſeruationem labefactari viderint, Vicarium Generalem ſtatim moneant verbo, vel ſcripto.* Sed non propterea poterit Definitorium ordinationes facere.

1362 His tamen non obſtantibus dicendū eſt poſſe huiuſmodi Definitorium ordinationes facere etiam pro tota Vniuerſitate; & huc vſque dicta limitanda ſunt ad ordinationes nouas ex parte materiæ, quod ſcilicet non poſſit condere ordinationes nouas, vel deſtructiuas eorum, quæ continentur in Conſtitutionibus. Hæ ſiquidem ſunt illæ, quæ reſeruantur Definitorio generali *d. cap.2. nu.13.* ibi & *quantum fieri poteſt abſtinendum à nouis Conſtitutionibus, ordinationibus &c.* quo benè dignoſcitur ordinationes illi reſeruatas illas eſſe, quæ nouitatem ſapiunt, & pro his militant ſenſus Capituli generalis in eo decreto, reſcriptum S. Congregationis, exigentia ſeptem ſuffragiorū ex nouem, & alia ſupra adducta. Cæterum non eſt, cur non poſſit ordinationes facere circa contenta in Conſtitutionibus, vt ſi innoteſcat Definitorio obſeruantiam v. g. abſtinentiæ à carnibus feria ſecunda labefactari, quarè non poteſt Definitorium ſuper hoc ordinationem facere, & inſuper ſub præcepto ad eam omnes conſtringere? Immò tenetur facere; & ſic de cæteris. Et pro hoc faciunt iam dicta; & quod poſſit Definitorium cum P. Vicario Generali, quod hic poteſt per ſe, qui certè toti Congregationi obſeruantiam Conſtitutionum poteſt, & tenetur iniungere; Et quod ad Definitoriū ſpectet ſuper eadem inuigilare; & alia ſimilia; & talis eſt antiqua, & continuata obſeruantia. Sed obſeruandum hæc potius eſſe decreta, & præcepta, quam ordinationes in rigore, & in ſenſu Conſtitutionum.

DVBIVM XXII.

De Priorum à Conuentibus amotione, & commutatione.

1363 INter ea, quæ *d. cap.4. part.3.* à Conſtitutionibus Definitorio conceduntur, eſt, *Priorem aliquem ab vno amotum alteri Conuentui præficere.* Sed oritur difficultas, an, & quomodò id præſtare poſſit Definitorium. Et certè id ſine cauſa fieri non debet. *Cap. Monachi de ſtat. Monach.* ibi: *Priores autem, cum in Eccleſijs Conuentualibus per electionem Capitulorū ſuorum canonicè fuerint inſtituti, niſi pro manifeſta, & rationabili cauſa non mutentur, videlicet ſi fuerint dilapidatores, ſi incontinenter vixerint, aut tale aliquid egerint, pro quo amouendi meritò videantur: aut ſi etiam pro neceſſitatis maioris officij, de conſilio fratrum fuerint transferendi:* (quod vt notat Gloſs. ibi *verb. non mutentur*, intelligendum eſt de Prioribus, qui per electionem canonicam Capituli inſtituuntur, & confirmantur à Superiore, ad differentiam aliorum Priorum, qui per electionem non creantur; Et ideò ad voluntatem Abbatum remouentur) & ità in terminis cum Mil. in *repertor. verb. Religioſus. nu.4. verſ. Religioſus autem.* Caſſad. *deciſ.4. nu.3. 4. & 5. de præbend.* Anaſt. Germon. *de indult. Cardin. §. regularia beneficia. n.51. & 52.* Azor. *inſtit. moral. p.1. lib.12. cap.22. q.10. & part.2. lib.5. cap.26. q.15.* Sanchez. *in ſumm. lib.7. cap. 29. num.118.* Gabriel. à S. Vincentio in *conſult. ſeu reſponſ. var. reſponſ.66. n.7. &* 8. & confirmat *num.9.* ex Azor. *d. p.2. lib.7. cap.30. q.5.* docente nullum poſſe cogi ad permutandum beneficium, niſi adſit Eccleſiæ neceſſitas, quod idem dicit currere de quacumque Prælatura.

1365 Conſonant Conſtitutiones ipſæ; cum enim *d. p.3. cap.7. ſic num.1.* diſponant: *Prioris officium à Capitulo generali* Congregationis, in quo eligitur vſque ad aliud Capitulum perdurabit; certè apparet à Capitulo generali ad id, quem in Priorem eligi, vt per totum triennium perſeueret in eo Prioratu; & cum inferior nequeat tollere facta Superiorum *cap. inferior. de maiorit. & obed.* & dictum eſt ſuprà *num.954. & 955.* niſi ex cauſa, propter quam aliter facere debeant. argum. *text. in l. ſi hominum ff. mandati* Innoc. *in cap. 1. de Conſtitut.* non poterit à ſuo Conuentu quis Prior ſine cauſa à Definitorio amoueri. Neque per ea verba, *Priorem ab vno Conuentu amotū*, datur facultas liberè amouendi Priores; ſed datur facultas alteri Conuentui illū præficiendi, ſi ab vno fuerit amotus, ſubintellecta ſemper amotionis rationabili cauſa, vt ſigillatim obſeruat idem Gabr. *ibid.* per hęc verba;

ba: *Cũ ergò in noſtro caſu Prælatura non ſic collatiua, ſed electiua, ſequitur, quod non poſſit ſine iuſta, & rationabili cauſa amoueri, vel transferri; & hoc etiam ſpectatis Conſtitutionibus particularium Religionum; nam ſi quæ ſunt tales Conſtitutiones, vel conſuetudines, ad hunc ſenſum intelligi debent, cæteroquin eſſent irrationabiles, & contrà ius commune, & contrà naturalem æquitatem; naturalis namque æquitas poſtulat, quod Superiores maiores non remoueant pro libito, & ſine iuſta cauſa Prælatos inferiores à ſuis Prælaturis electiuis.* & ſuadetur clarè, quia non eſt facta per ea verba facultas Definitorio amouendi Priores à ſuis Conuentibus abſolutè; hoc enim dato poſſet Definitorium omnes amouere, & quoad hoc Capituli generalis diſpoſitiones tollere, quod dicere abſurdum eſt; ſed data cenſetur tantummodò facultas aliquem à ſuo Conuentu amouendi, & alteri præficiendi; ergò ſubintelligitur ex ſuppoſitione exigentis cauſæ.

1365 Cum cauſa ſequitur ergò id poſſe fieri. Quia verò amotio, ſeu mutatio poteſt eſſe vel ad Conuentum maiorem, vel ad inferiorē, dubitari poteſt, de qua mutatione ſit intelligenda concluſio? Et de omnibus reſpondeo; quo enim ad amotionem, & translationem ad Conuentum digniorem, iam expreſsè conceditur *in d. cap. Monachi*: quoad amotionem, & translationem ad æqualem neque videtur eſſe dubium, cum nullum grauamen inde cognoſcatur aduenire Priori, qui mutatur (excipe tamen, niſi adſit periculum famæ), Et quoad amotionem à Conuentu principaliori, & translationem ad inferiorem v. g. à primo Prouinciæ conuentu; vbi ſint ſeptuaginta de familia, & cuius Prior habet ius ſuccedendi in gubernium Prouinciæ, & ſuffragandi in Capitulo generali in caſu mortis Prouincialis, ad Conuentum inferiorem vbi ſint ſeptem, vel decem Religioſi cum deperditione dicti iuris, probatur, quia rationabili exiſtente cauſa Prælati regulares poſſunt ab officijs remoueri, vt ex *d. cap. Monachi* vidimus; & ex *cap. qualiter, & quando. cl. 2. de accuſat.* tenent Sigiſmund. à Bonon. *de elect. dub. 49. n. 4. & 6. & dub. 102. n. 6.* Lauorius *variar. lucubr. tit. 4. cap. 23. nu. 7.* Ioſeph à S. Maria in lib. cui titulus; *Tribunal. de Religioſos tract. 5. cap. 6.* quos ſequuntur Barboſ. *ad d. cap. qualiter, & quando nu. 18. & in vot. deciſ. vot. 4. num. 46.* Lezana. *conſult. 42. num. 18. & ſeq.* tenentque Suarez. *tom. 4. de Religione tract. 8. lib. 2. cap. 2. n. 25.* Tamburin. *de iur. Abb. tom. 1. diſp. 13. q. 2. n. 9.* addentes cauſam iuſtam eſſe poſſe, vel culpam ſufficientem, vel maius Religionis commune bonum.

1366 Difficultas eſt de cauſa harum mutationum; & pro mutatione ad digniorem non alia requiritur, niſi quod Conuentus dignior non habeat Priorem, vt poſſit quis ab inferiore ad illum per electionem aſcendere. Pro ad æqualem, videtur ſufficiens, vel conſenſus Prioris, qui amouetur, vel neceſſitas alterius Conuentus, vel euitatio alicuius inconuenientis, ſiue periculi, vel quid ſimile. Pro amotione verò à Conuentu primo v. g. Prouinciæ ad inferiorem, maior certè requiritur cauſa, & puto nonniſi ex culpa id poſſe fieri; cum enim agatur de priuando Priore iure quæſito ſuccedendi in gubernium Prouinciæ ob Prouincialis defectum, & ſuffragandi in Capitulo, quod non habent alij Priores, nullatenus hoc iure priuandus eſt quis ſine culpa. Gloſs. *ſupr. ad d. cap. Monachi. & cap. ſatis peruerſum diſt. 56. cap. Inuentum 16. q. 7. & cap. 1. de iudicijs.* Tamburin. *ibid. diſp. 5. q. 13. n. 2.* Dixi, nonniſi ex culpa; quia ob maius Religionis bonum id fieri poſſe mihi videtur potius effugium ad colorandam amotionem; non enim percipio, quænam tanta neceſſitas poſſit inſurgere, vt debeat omninò prouideri alteri Conuentui inferiori per amotionem Prioris à Conuentu principaliore, & non reperiatur in tota Prouincia aliquis æquè habilis, & ſufficiens, qui poſſit illi Conuentui inferiori cum vtilitate eadem præfici.

1367 Eſt & altera difficultas; an ſcilicet poſſit Definitorium, licet cum cauſa, inaudito Priore illum amouere, ſeù commutare? & videtur, quod non, etiam ſi ſermo ſit de mutatione ad æqualem Conuentum (cum de promotione ad maiorem non ſit difficultas, ex eo quod hinc non habeat occaſionem dolendi) ſic exigente ſuauis gubernij natura, ne videatur ex contemptu, aut aduerſa animi affectione mutari, & quia habet ius perſeuerandi vſque ad Capitulum generale in eo Prioratu, ad quē fuit electus, vt dictum eſt; & quia aſſentiente ipſo nullum indè patitur famæ detrimentum, quod aliàs ſecum trahunt ſimiles mutationes, & ſoleant à malignis cum rubore amotorum obijci. Nec apparet ratio, etiam ſi dicatur motiuum amotionis eſſe Religionis bonum, v. g. alterius Conuentus indigentiam, cur non debeat Prioris aſſenſus exquiri, vt cum maiore quiete, & pace, atque ſatisfatione omnia peragantur; niſi ità manifeſtum ſit talem mutationem fieri ob alterius Conuentus vtilitatem, vt Prioris amoti fama nequeat denigrari, quin potius indè augeatur; & niſi hoc pacto procedatur, ſignum eſt, quod lateat anguis in herba. Faciunt pro hoc, quæ eruditè, & religioſè tradunt Peyrinus de *ſubdit. q. 1. cap. 12.* & Gabriel à S. Vincentio. *loc. ſup. reſponſ. 67.* ad probandū, non poſſe Superiores quem ſubditum ex vna Prouincia ad alteram ipſo inuito cum propriæ famæ (cui non renuntiant Religioſi in Profeſſione, vt cum D. Thoma *2. 2. q. 186. art. 7. ad 4.* & cum alijs Peyrin. *ibid. notab. 4.*) periculo transferre, cum huiuſmodi amotiones ſemper probroſæ ſint ipſis Religioſis, niſi conſtet, vt dixi, de rationabili, & decoroſo motiuo. Ergò neque mutari Prior ipſo inſcio, aut inuito. Et multo minus, ſi agatur de mutatione Prioris à Conuentu primario Prouinciæ ad inferiorem, cum propter dicta non ſit priuandus ſuo iure inuitus ſeù inauditus. *Cap. Nos in quemquam. 2. q. 1. & cap. inter quatuor de maiorit. & obed. & cap. ſuſceptis; de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Couarr. *pract. cap. 26. n. 6.* Maranta. *p. 4. diſt. 16. n. 10.* & à for-

tiori

tiori ſi agatur de amotione Prioris ob culpam; tunc enim omninò audiendus erit, prout de iure, cum nemo inauditus ſit puniendus.

1368 Hinc ſequitur, non poſſe Definitorium amouere Priorem ſaltèm à dicto Conuentu principaliore, dicendo, id ex iuſta cauſa, & ipſis nota factum, niſi de ea conſtet, cum Principi dicenti, ſe moueri ex iuſta cauſa, quando eſt in damnum tertij, fides non adhibeatur, niſi eam oſtendat, & probet. Nauarr. *de ſpol. Cleric. §. 2. n. 7. & 8. & lib. 3. conſ. de Reg. conſ. 56. n. 2.* Peyrin. *d. cap. 12. verſ. neque credendum.* Gabriel. *eod. reſponſ. 67. n.* 10. vbi in dubio, an Princeps iuſtam cauſam habeat procedendi contra tertiũ, præſumitur contra Principem, ex Abb. *d. cap. ſuſceptis. n. 4.* Menoch. & alijs per Barboſ. *in collect. ad d. cap. ſuſceptis. n.* 11. hanc adducens rationem, quia licet aliàs pro Principe, immò pro quolibet Iudice ſit præſumendum, hoc tamen non procedit in ijs, quæ illicita cauſa facere eis licitum non eſt; nam ſi de cauſa non apparet, præſumptio iuris eſt, quod illicita ſit. *l. qui teſtamentum. ff. de re probat. l. ſi donationem. C. de collat. cum ſimilib.*

1369 Suadetur vlterius; primò, quia eo ipſo quod non poſſit fieri ea mutatio ſine cauſa, vt iam firmatum eſt, ſequitur, quod cauſa probanda ſit *l. 11. ff. de tranſact. §. vlt.* Moron *reſponſ. 28. n. 112.* & in caſu quod requiratur cauſa, & non ſit iuridicè probanda; ad huc cauſa debet eſſe manifeſta, ne detur locus paſſionibus, malis malignantium inſtigationibus, falſis ſuſpicionibus famæ denigrationi, ſuſſurationibus, vt in ſimili Gabriel *loc. ſup. reſp. 22. n.* 8. Suadetur ſecundò, quia niſi cognita cauſa, & probata non poteſt ſubditus a Superiore puniri. Iul. Capon. *diſcept. forenſ. tom. 1. diſcept. 6. n. 19.*, & in mea Religione non ſolum pæna graui, ſed neque media poteſt quis puniri, niſi conſtet de culpa; & non ſufficit dicere, id fieri ex cauſa ipſi Superiori nota. Ergò à fortiori non poterit Prior à digniore ſaltem conuentu amoueri, niſi manifeſta ex cauſa, & de ea conſtet; quæ enim maior dicta amotione punitio, per quam cum proprij nominis dedecore ſupradicto iure priuatur?

1370 Nec dicendum, quandòque expedire talis amotionis cauſam non innoteſcere ad Prioris famę conſeruationem, quià poterit ad renuntiandum præmoneri, quod ſuppoſita culpa recuſare non debebit; quod ſi renuat; neque erit amoueudus, niſi de cauſa conſtet: melius eſt in hoc caſu Prioris famam, & ad aliorum exemplum decreſcere (ſtante ad renuntiandum renitentia) quam eum punire ſine manifeſta cauſa, ne ad paſſiones explendas detur anſa Priores iniuſtè amouendi cum eorum famæ non toleranda denigratione, ſub prætextu conſulendi eorum famę. Sicut neque ſubſiſtit obiectio deſumpta ex diuerſo modo loquendi Conſtitutionum, vbi de priuatione Prioris *p. 3. cap. 7. nu. 9.*, & vbi de amotione vt ſupra, cum inuitum priuari non poſſe decernant, quod pro amotione non requirunt, quaſi inauditus poſſit proindè, & non manifeſta cauſa amoueri; quià per hoc quod non dicatur, non poſſe inuitum amoueri, non ſequitur poſſe eo inaudito mutari. Ex differenti ergò illo modo loquendi ſolum infertur, quod Prior eiam auditus non poſſit priuari inuitus, niſi culpam, ob quam ſit priuandus admiſerit: poſſit verò amoueri inuitus, etiam ſi auditus recuſauerit, dummodò iuſta ſit, & rationabilis dictæ amotionis cauſa; quod eſt diuerſum; & nunquam indè deducitur poſſe ſine manifeſta cauſa, aut inauditum amoueri.

DVBIVM XXIII.

De Capitulo, ſeù Congregatione Prouinciali.

1371 PRimam Congregationis in quatuor Prouincias diuiſionem habemus à Capitulo generali de 1618. & 1621. & ab Vrbano VIII. in litteris *Ad vberes.* de 1626. prouùt dictum eſt *num. 402.* ſubdiuiſionem verò in octo per Capitula generalia de 1656. & 1659. & ab Alexandro VII. in litteris *Militantis Eccleſiæ* de 1659. dum approbat reductionem vocalium ad tres ex qualibet Prouincia, deuolutionem iuris ſuccedendi loco Prouincialium demortuorum ad Priores Conuentuum principaliorum ex vna quaque ex dictis octo Prouincijs, & deſignationem Conuentuum in quibus habendæ ſint Congregationes prouinciales pro vuaquaque ex eiſdem octo Prouincijs, vt in noſtris litteris Apoſtol. *litt.* 19. non enim poſſunt dici hæc à ſede Apoſtolica confirmata, niſi & ipſæ octo Prouinciæ ſaltem tacitè approbatæ cenſeantur, cum diſpoſitiones illæ nequeant ſine Prouinciarum validitate ſubſiſtere, eo modo quo conceſſo vno conceſſa cenſentur omnia, ſine quibus nequit illud haberi. Murga in *conſtitut. Apoſt. ad conſtit. 6. n. 674.* & alteram, quæ Mediolanenſis eſt, Prouinciam habemus à Clemente X. per litteras *Ex iniuncto.* de 1674. *loc. ſup. d. n. 402.*

1372 Et quoad Prouinciarum Capitula ea reprio ab eodem Vrbano conceſſa cum facultate eligendi tum Prouinciales, tum Definitores Prouinciales, licet addita conditione, quod formatis ſuper modo talia Capitula celebrandi Conſtitutionibus, Sedi Apoſtolicæ pro confirmatione exhiberentur, per litteras incipien. *Aliàs prò parte* ſub die 8. *Aprilis* 1628. vt in dd. litteris Apoſtol. *litt.* 10. ſed poſtmodum ab eodem Vrbano fuerunt hæc Capitula prouincialia, & non dubito ad aliquorum ex noſtris inſtantiam ſublata, ſuppreſſi Definitores Prouinciales, & Prouincialium electio Capitulo generali reſeruata per aliàs incipien. *Militantis Eeeleſiæ* ſub die 23. *May* 1631. vt in iiſdem litt. Apoſt. *litt.* 12. Modò verò prout ſupradictis Alexandri VII. *Militantis Eccleſiæ* pariter incipientibus fiunt Congregationes prouinciales prò eligendis tantummodò duobus Diſcretis, & alijs duobus ſubſtitutis nomine Prouinciarum ad Capitulum generale ituris loco Prio-

rum, & Diſcretorum à Conuentibus electorum, qui anteà ad illud accedebant. In quibus præſident ipſi Prouinciales, & vocales ſunt Priores cuiuslibet Conuentus, Vicarij Conuentuũ, Vicariatuum, Secretarij Prouincialium, & Diſcreti ab vnoquoque Conuentu electi prout in dictis litteris.

1373 Et ſuper his dubitatur primò; An Supprior qui apud nos non deputatur à Priore, ſed eligitur à Definitorio generali, & durat toto triennio, mortuo ex accidente Priore, poſſit accedere ad Congregationem prouincialem cum ſuffragio loco Prioris defuncti? Et videtur debere affirmatiuè reſſolui, quia & ſi Prioris titulo non decoretur; cum tamen non babeat poſt Prioris mortem in Conuentu ſupra ſe ſuperiorem, & ſit à iure ſuperior, eſt verus Prælatus in capite. Roderic. *tom.1.q.20. art.2. & 3.* Suarez *tom.4. de Relig. tract.8. lib.2. cap.22. nu.6.* & omnibus gaudet Prælatorum priuilegijs, Lezana *tom.1. cap.18. n.3. & tom.2. verb. Vicarius nu.7.* & aliàs dum lex vocauit ad ſuffragandum Priores, non videtur eos vocaſſe, quà Priores, ſed quia Prælatos Conuentuum, eo modo quo vocauit & Vicarios Conuentuum Vicariatuum, qui non ſunt Priores; Nec eſt veriſimile quod lex voluerit ius ſuffragij dare Vicarijs Conuentuum Vicariatuum, qui trium vel quatuor Religioſorum Prælati ſunt, & non ſupprioribus, qui tunc ſunt quadraginta, & vltra Religioſorum quandoque Prælati; nec in tali caſu, mortis ſcilicet Prioris, iure ſuffragij in Capitulo Conuentum vllum priuare: quin cum in tali caſu ſubrogetur à lege Priori, ità quod omnia, quæ poteſt Prior poſſit poſt mortem Prioris & ipſe Supprior, non eſt cur & dicto iure ſuffragij non gaudeat, cum ſubrogatio ſemper cum priuilegijs fieri intelligatur. Tamburin. de iur. Abb. *tom.1. diſp.15. q.11. n.10.* Verum, & ſi ſatis hæc ſint, vt decretis Capituli generalis ità ſtatuatur, non ſatis ſunt adhoc, vt de facto in caſu mortis Prioris, buiuſmodi ſuffragij iure vtatur, propter ea, quæ *n.* 1502. & 1503. dicuntur.

1374 Dubitatur ſecundò, an in dictis Congregationibus prouincialibus eligi debeant Iudices cauſarum eo modo, quo eliguntur in Capitulo generali? Et reſpondetur affirmatiuè, quià vt dictum *eſt n.*1227. præcedere debet in Capitulis legitimatio vocalium, quę per bos Iudices facienda eſt. Verum hæc ratio non probat ob diuerſam rationem inter Capitulum generale, & iſtas Congregationes; cum enim in illis eligantur Prælati, & Superiores, adeſt ratio legitimationis, quę non videtur militare in iſtis Congregationibus, in quibus eliguntur ſolum duo vocales prò Capitulo generali, qui non ſunt propterea Prælati, & patet à ſimili de electione Diſcretorum conuentualium prò Capitulo prouinciali, qui eliguntur à ſuis reſpectiuè Capitulis abſq; iſtis Iudicibus, & abſque alia vocalium legitimatione; vndè cum Diſcreti illi Prouinciales, ſeù, qui eliguntur in Congregationibus prouincialibus, ſubrogati ſint loco horum Diſcretorum à Conuentibus prius eligendorum, ſi prò iſtorum electione non requiritur legitimatio, neque erit prò eorum electione requirenda. Eligendi tamen ſunt iſti Iudices ex pręſcripto Capituli generalis de 1662. *ſeß.*10. & de 1665. *ſeſſ.*7. & de 1668. *ſeß.* 6. & ab omnibus gremialibus etiam Diſcretis ad inſtar Iudicum cauſarum pro Capitulo generali, & eadem præſtare debent proportionalitèr loquendo, quæ Iudices cauſarum dicti Capituli generalis, prout *dub.6. à d. n.1227. et ſeq.*

1375 Dubitatur item, an in borum Iudicum cauſarum electione, ſuffragium ferre poſſint Prouinciales, qui ſunt in dictis Congregationibus Præſidentes. Et omninò negatiuè reſpondendum, ex præciſa, & clara diſpoſitione in recenſitis litteris *Militantis Eccleſiæ*, ibi. *In quibus Congregationibus præſideant Prouinciales, votum tamen in illis non ferant.* Nec dicendum, ſolum ibi denegatum Pręſidentibus ius ſuffragandi in electionibus Diſcretorum, & pro quorum electione habentur tales Congregationes: non verò in electione Iudicum cauſarum, ex eo quod, cum talis prohibitio ſit derogatiua iuris communis Præſidenti competentis, hoc eſt ſuffragandi in Capitulis, ſit odioſa, & ideò reſtringenda ad probibitionem ferendi ſuffragium ſolũ in electionibus Diſcretorum: non verò Iudicum cauſarum. Non inquam hoc dicendum, quià, vulgati iuris eſt, quod vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus; & ideò negato indiſtinctè Prouincialibus in dictis Congregationibus ſuffragio, non eſt cur dicatur denegatum reſpectu Diſcretorum, & non Iudicum cauſarum; nec videtur dubitandum, quod prohibitio abſoluta non ſuffragandi in Congregationibus prouincialibus, & per verbum negatiuum *non ferant* ad omnes electiones, quæ fiunt in dictis Congregationibus extendatur, cum negatio maximè indefinita ſit malignantis naturæ, & totum neget Lezan. *tom.2. verb. leges Regul. n.35.*

1376 Accedit, quod in præfatis litteris *Militantis Eccleſiæ* enumerantur omnes, qui in dicto Capitulo prouinciali debent ſuffragari; inter quos nec verbum de Prouinciali; ex quo per neceſſariam conſequentiam cenſetur excluſus ex alia, & acceptiſſima iuris regula quod ſpecialis aliquorum admiſſio eſt cæterorum omnium excluſio ad text. in *cap. cum Eccleſia Sutrina verſ. ſed eos tamen. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* cum alijs in puncto relatis per Rotam *decif.353. nu.44. p.10. & decif.211. nu.2. part.17. recent.* Vndè rurſus infertur, quod ſicuti ad ſuffragandum admiſſi abſque vlla diſtinctione, debent ad ſingulas electiones concurrere, ità excluſi abſque aliqua diſtinctione, debent ab omnibus electionibus arceri; contrariorum enim eadem eſt diſciplina, quantum ad iuris diſpoſitionem. *l.1. ff. de bis qui ſunt ſui vel alien. iur. Inſtit. de ſocietate. §. illud.* Murga ad *conſtit. 6. n.786.* Et quod, cum in dictis litteris Alexandri VII. eiſdem verbis generalibus denegetur votum in Capitulo, quibus conceditur

Præ-

Præſidentia, ridiculum foret; ſi denegaretur votum generaliter in Capitulo, & illud concederetur in aliqua particulari electione in eodem Capitulo facienda, eo modo quo ridiculum eſſet, ſi conceſſa generaliter Præſidentia, diceretur conceſſa ad aliquos actus, & non ad omnes.

1377 Accedit ſecundò obſeruantia optima Conſtitutionem interpres ex eo quod in omnibus ferè Congregationibus nullum prorſus Prouinciales tulerunt votum; hoc enim plurimum confert ad interpretationem dictę Conſtitutionis *Militantis Eccleſiæ*, quod nempè ità intelligenda veniat, prout vſus declarauit. *l. ſi de interpretat. ff. de legibus*. Royas. *deciſ. 327. n.9.* Rot. *deciſ. 299. n.24. part. 1. & deciſ. 102. n.10. part. 14. recent.* Barboſ. *in cap. cum dilectus, de conſuetud. n.15.* cui non refragatur, in vna, vel altera ad ſummum Congregatione fuiſſe Prouinciales in huiuſmodi Iudicum electione ſuffragatos, quia cum ſit aliquorum opinio, quod de gremialium conſenſu poſſit alius ad ſuffragandum admitti, vt videre eſt apud Em. de Luca *diſcurſ. 53. n.13. de Regular. & diſcurſ. 36. n.8. & diſcurſ. 63. n. 2. de Iure patron.* & nos iam inſinuauimus *n. 1243.* factum hoc fuerit ex conſenſu capitularium, & ex gratia, cum quo tamen ſtat ſenſum Religionis eſſe, quod Prouinciales nequeant id ex officio, ſeù de iure iuxtà recenſitam obſeruantiam præſtare.

1378 Nec obſtat, quod in dicta Conſtitutione *Militantis Eccleſiæ* dicatur, *& cætera faciant inxtà formam Conſtitutionum*, quaſi hinc poſſint ſuffragari Prouinciales in electione Iudicum; tum quia nullibi inuenitur in Conſtitutionibus, quod Præſidens ferat in tali electione ſuffragium; & ſi reperiretur ſermo eſſet de Præſidente Capituli generalis, non tamen de Pręſidentibus Capitulorum prouincialium, cum de his nullus ſit ſermo in Conſtitutionibus. Vndè ea verba licet poſita ſint in dictis litteris Apoſtolicis poſt nouam Capituli generalis, & prouincialis formam, cum tamen in Conſtitutionibus nihil appareat de Capitulis prouincialibus, & ſolummodò diſponant de Capitulis generalibus, ad hæc neceſſariò referenda ſunt, quod ſcilicet quoad Capitula generalia cętera obſeruentur, quæ in Conſtitutionibus ſancita ſunt; & de his propriè, intelligenda ſunt, quia per dictas litteras *Militantis Eccleſiæ* alterata fuit forma Capituli generalis mediante reductione vocalium ad duos tantum Diſcretos pro ſingulis Prouincijs eligendos in præfatis Congregationibus; & ideò per ea verba *& cætera faciant ad formam &c.* propriè importatur ſolum, quod in Capitulis generalibus cætera obſeruentur, quæ in Conſtitutionibus præſcribuntur. Et quatenus importarent, quod etiam in his Congregationibus prouincialibus cætera fiant ad formam Conſtitutionum, hoc eſt ad modum Capitulorum generalium, quod tamen eſt falſum, referenda ſemper eſſent ad alia pręterquam ad expreſsè diſpoſita, & ſic ad alia præter quam ad votum Prouincialis ibidem nominatim, expreſsè, & generaliter prohibitum ad notata per Bald. *in l. 5. C. de legit. hæred.* Rot. *deciſ. 125. nu. 7. coram Dunozet. Iun. & deciſ. 128. n. 15. deciſ. 229. n. 18. & deciſ. 363. n. 6. part. 17. recent.* Oldr. *conſ. 330. in fin.* Paris *conſ. 70. n. 12. l. 1.* Put. *deciſ. 183. lib. 3.* Lezana. *conſult. 44. in fin.*

1379 Quod ſi adhuc vrgeatur non eſſe in dictis litteris *Militantis Eccl.* prohibitum Prouincialibus omne votum, cum non obſtante ea prohitione votum non ferendi in dictis Congregationibus, ſuffragentur vna cum Iudicibus cauſarum in legitimatione vocalium; adeòque poſſe ſimiliter ſuffragari in electione ipſorum Iudicum, & prohibitionem ſuffragandi extendi ſolum ad electiones Diſcretorum. Reſpondebitur, nec indè ſequi intentum ob diſparitatem rationis, quia à voto declaratiuo, & deciſiuo, quale eſt in declaratione legitimationis vocalium, & quod vel oretenus præſtatur, ſeù quando nulla contra gremiales adducitur oppoſitio, vel per fabas albas, & nigras, quando eſt dificultas decidenda, non valet inferre ad votum electiuum, & quod per ſchedulas præſtatur, quale eſt in electione Iudicum; cum enim ſint vota omninò diuerſa, non tenetà diuerſis conſequentia per allegat. à Barboſ. *axiom. 114.* Murga. *tom. 1. diſquiſit. moral. & canonic. tract. 7. diſquiſit. 6. n. 11.*

1380 Ad fundamentum ergò in contrarium reſpondetur, falſum eſſe, quod per talem prohibitionem derogetur iuri communi Præſidentibus competenti, quoad ferendum ſuffragium in Capitulis, cum in iure, ſeù *cap. quia propter de elect.* habeatur ſolum, quod fiat electio per Capitulum præſentibus omnibus qui debent, & volunt; & in *cap. 2. 3. 4. ſeq. 18. q. 2.* ſolum decernatur Abbatem de eadem, & ab eadem Congregatione debere eligi, non verò diſponatur, quibus competat ius ſuffragandi. Antonius à Spiritu Sancto. *in director. tract. 3. diſp. 6. n. 277.* vndè nullum eſſe officium publicum, cui per ſe, & ex natura officij ſit annexum ius eligendi, tradit Paſſerinus de *elect. cap. 11. n. 31.* & ſic corruit argumentum de ea prohibitione, vt odioſa, reſtringenda. Et ità in hoc puncto deciſum, & declaratum à Definitorio anuali de 1680. *ſeſſ. 2.* Prouincialibus ſcilicet nec in Iudicum electione ſuffragium competere.

DVBIVM XXIV.

De Diſcretorum Prouincialium electione, & qualitatibus.

1381 VEniendo modò ad Diſcretos, qui in hiſce Capitulis eliguntur, præter dicta de qualitatibus eligendorum in communi, & de forma electionis canonicæ, iuxtà quæ regulanda eſt horum electio, requiritur, quod ambo ſint ſacerdotes, & ſine ſcandalo in Congregatione ſe geſſerint, & ſaltem duodecim annos à completa profeſſione habeant, & triginta ætatis pariter completos, & vlterius,

quod vnus ſaltem ex his duobus Diſcretis Philoſnphiam, vel Theologiam ad minus per nouem annos formiter legerit, aut ſaltem nouem curſus quadrageſimales, aut integros annuales laudabiliter concionatus fuerit. Ità in *d.* litteris *Militantis Eccleſiæ*. Quæ limitatio ſanè laudabilis, cum ex vna parte cedat in vtilitatem Capitulorum, & Religionis, & ex alia non obſtet libertati electionum; quandoquidem nec ius eligentium, nec eorum libertas læditur ex limitatione, & coarctatione ex parte materiæ, ſeù eligendorum facta à lege, ſeù Superioribus in bonum cõmune Religionum, vt iam cum Paſſerino de *elect. cap. 2. n. 63.* adnotauimus ſupra *num. 1271. & ſeq.*

1382 Vbi notandum primò, hanc conditionem non neceſſariò requiri in eo, qui primo loco eligitur, cum dicatur *vnus ex iſtis*, & ſenſus ſit, alter ex iſtis. Vndè poteſt vtique eligi primo loco & eam qualitatem habens, & non habens: poſito autem, quod eam non habeat, neceſſariò eam habere debet ſecundo loco eligendus; & ſiuè eam habeat primn loco electus ſiuè non, ſemper hic obtinet primum locum in Capitulo, ex praxi multorum Capitulorum, in quibus videre eſt primò loco electos, etiam ſi ſecundo loco electus ſit graduatus, vel Superior, cum ibi gerat perſonam Diſcreti, non verò Prælati; eo modo, qun Vicarius Epiſcopi ſi ſit Cannnicus nnn præcedit alios ſed ſuo loco ſedet. Sbroz. de Vicario Epiſcopi *lib. 2. qu. 25. n. 17.* Barboſ. de *poteſt. Epiſcop. p. 3. allegat. 54. n. 144.* vbi maximè ſi interueniat cum canonicali apparatu pro quotidianis diſtributionibus lucrandis. Idem. *ibid. n. 166.* cum Rota & alijs. Notandum ſecundò, neque requiri, quod per totos nouem annos ſoli lecturæ, vel ſolis concionibus vacauerit: ſed ſatis eſſe, quod per nouem annos dicta munera promiſcuè partim vnum, partim alterum exercuerit; ex S. Congregationis declaratione infrà adducenda. Notandum tertio requiri, quod antè ipſam electionem habeat eam conditionem eligendus; vndè ſi eligatur qui per annos octo v. g. Theologiam legerit, licet ante Capitulum generale per alium annum legat, & ſic nouennium compleat, electio nulla erit, propter verba in præterito *legerit, concionatus fuerit, muneribus prædictis functi ſint*, quibus (cum referantur ad electionem, vt ibi: *excepto hoc primo triennio pro quo vocales ſiue Lectores, ſiuè Concionatores eligi poſſint, & admitti, etiam ſi per ſex annos tantum muneribus prædictis functi fuerint*) indicatur eas conditiones prærequiri ad electionem. Et fortius propter ſequentia *quibus requiſitis vt ſupra reſpectiuè deficientibus electiones nullæ ſint eo ipſo; & ſine illis electi, ad ſuffragandum in capitulo non admittantur*, per quæ abſque dubio importatur præexiſtentia talis qualitatis ad actum electionis.

1383 Dubitatur autem, an talis conditio eſſentialis ſit; ità quod ea deficiente v. g. in vna Prouincia poſſint electores alium, & ſi tali qualitate non ornatum eligere; quandoquidem non videtur rationi congruum, quod ob eius defectum careat Prouincia vno ex duobus Diſcretis in Capitulo? Sed clara eſt ſolutio ex mox adductis verbis; ſeù nullatenus id fieri poſſe, & ſi eligeretur, nulla eſſet ſine ea qualitate electio vigore decreti irritantis, prout ibi, quod habet omninò inficere rem. *cap. ſi eo tempore. de elect. in 6.* & latè ex pluribus exornant Barboſ. de *dictionibus. diction. 240. n. 15.* & poſt ipſum Murga *Diſquiſit. moral. & canon. tom. 1. tract. 9. §. 6. n. 5. & in conſtit. Apoſt. conſtit. 15. n. 2., & fuſius conſtit. 16. n. 124. & ſeq. ad 146.* cum namque per decretum irritans inducatur forma. Tamburin. *de iur. Abb. tom. 1. diſp. 18. q. 6. n. 49.* Barboſ. *tract. de clauſul. 40. nu. 32.* ea non ſeruata, actus eſt ipſo iure nullus. Samuel. *de elect. tract. 1. diſp. 1. controu. 7. n. 1.* Lezana *tom. 2. verb. leges Regul. n. 46.* Rota apud Farinac. *deciſ. 225. n. 5. part. 2.* Iulius Caponus *diſcept. forenſ. tom. 1. diſcept. 49. n. 12.* & in ſimili de qualitatibus requiſitis in eligendis in Definitores Sanctorus à Melfi. *in ſtatut. Minor. cap. 8 ſtatut. 37. q. 2.* Nec habenda ratio incommodi particularis Prouinciæ ex defectu vnius Diſcreti, ſed boni communis Religionis, quod præponderare debet *cap. licet. de Regularibus*. Et ità difficultatem reſoluit S. Congregatio vt infrà dicetur, & ab eadem Sacr. Congregatione reſolutum in facti cõtingẽtia prò ſuo Ordine refert Lantuſca in *Theatr. Regul. verb. Definitor Prouincialis n. 11.*

1384 Sed quid ſi duo tantum, vel vnus in aliqua Prouincia cum illis qualitatibus, erit ne valida electio, vt potè coarctata? Et reſpondetur validam eſſe, nec coarctationem ex parte materiæ, & ex ſtatuto Religionis confirmato maximè à Sede Apoſtolica, vt in præſenti, tollere libertatem electorum, vt dictum eſt *num. 1272. & 1273.* cum ſit adhuc in electorum manu illum eligere, vel non eligere, in quo ſaluatur libertas electionis quoad exercitium (quod dici poteſt de omni ſimili caſu) vt cum Vidal. *de elect. inquiſit. vnic. 52.* Antonius à Spiritu Sancto. *tract. 5. diſp. 2. n. 91.* Ludouicus à S. Raymund. *reſol. moral. p. 2. tract. 5. n. 52.* Quid verò, ſi hic ſolus habens illas qualitates ſit aliàs indignus, poterit ne tunc eligi alius dignus ſine dictis qualitatibus, cum in caſu reſtrictionis ad certum genus perſonarum, & nullus inueniatur dignus, liberum eſſe electoribus, ne indignus eligatur, extrà illud genus dignũ aſſumere, videatur cum alijs firmare Paſſerinus de *elect. cap. 2. n. 48.*? Et adhuc reſpondeo non poſſe propter eamdem rationem decreti irritantis; & ad euitandum inconueniens electionis indigni, ſufficit, quod poſſit non eligi; nec Paſſerinus ibi loquitur de reſtrictione ad certum genus perſonarum ex ſtatuto cum decreto irritante; & quando loqueretur, intelligendus eſſet, vbi ageretur de reſtrictione ad certum genus prò electione Prælatorum, & neceſſariò eſſet de Prælato prouidenda Eccleſia (quo etiam caſu, ſuppoſito quod nullus alius reperiatur, qui poſſit, aut ſit idoneus, vt eligatur, præter peccatorem publicum, hunc

poſſe

poſſe eligi tradunt Peyrin. *de ſubdit.q.1.cap.31.* §.3. *concl.3.* & cũ alijs Murga *In conſtit. 6.n.505.* quia in tali caſu non eſſet indignum eligere, ſed bono communi conſulere) non verò vbi eſſet ſermo de eligendo Diſereto; cum namque ad bonum commune parum interſit, quod deficiat vnus, aut alter Diſcretus: multum verò, quod deficiat Prælatus, magis & erit neceſſaria ad bonum commune electio Prȩlati, quam Diſcreti, vt bene idem Paſſerinus *ibid. cap.11.n.19.fin.* vndè non mirum, ſi pro ea exire permittatur à certo genere præfixo; non tamen dicendum idem licere, & pro electione Diſcreti, cum à diuerſis non ſit facienda illatio.

1385 Et ità videtur deducendum ex S.Congregationis ſequentibus declarationibus maximè *ad 4.* per quas habetur, non poſſe eligi alterum ſine qualitate præfata, caſu quo nullus eam haberet; ex quo ſequitur, nec poſſe eligi ad euitandam indigni electionem, quæ poteſt ommitti. Sic enim ad infraſcripta dubia ſuper litteris præfatis *Militantis Eccleſiæ* quoad horum Diſeretorum electionem inter alia, prò quorum reſolutione ſupplicata fuit ſancta Sedes, de quibus ſupra *num.* 1258. S. Congregatio ſpecialiter à SS. deputata reſpondit; hoc eſt. Tertiò dubitatur; *an nouem anni lecturæ, aut prædicationis poſſint confundi; ità quod partim lecturæ partim concionibus vacauerit, vel potius debeant eſſe omnes ſolius lecturæ, vel ſolius prædicationis?* Quartò; *An caſu quo in aliqua Prouincia non reperiretur quis tali per nouennium lecturarum vel prædicationum qualitate decoratus, eligi poſſint duo Diſcreti, vocati in litteris Militantis Eccleſiæ ad Capitulum generale?* Quintò, *ſi vnus tantum eas qualitates habens reperiatur, poſſit ad Capitulum accedere, vel potius in electorum arbitrio ſit eum eligere, nec ne, & eo non electo, cum vno ſolo Diſcreto remanere Prouincia?* Sextò: *an exiſtentibus aliquibus, qui per duodecim annos, & aliquibus, qui per nouem dicta munera exercuerint, ſit in electorum arbitrio hos, vel illos eligere, vel excluſo eo, qui per nouem annos, teneantur eligere alterum qui per duodecim dictis muneribus vacauerit?*

Congregatio nonnullorum S. R. Eccleſ. EE. Cardinalium per SS. D. N. ſpecialiter deputata ad ſupraſcriptas dubitationes infraſcriptum in modum reſpondendum ceſuit, nempe.

Ad tertium. *Confuſim, dummodò per tempus definitũ incubuerit partim lecturæ, partim prædicationi.*
Ad Quartum. *Negatiuè.*
Ad Quintum. *Procedendam electionem.*
Ad Sextum. *Eſſe in arbitrio eligentium.*
Romæ. 6. Aprilis. 1673.
Fr. Card. Brancatius. *Locus ✠ Sigilli.*
A. Arch. Epiſ. lyc. Secr.

1386 Idem dicendum de ſubrogatis Diſcretis, quod eiſdem qualitatibus quoad ætatẽ &c. & lectoratum, vel prædicationem reſpectu alterius ex ipſis pollere debeant ex generali regula, quod ſubrogatus debeat eſſe eiuſdem qualitatis cum illo, cui ſubrogatur iuxtà doctrinam Bartol. *in l.1.C. de Princip. agentib. in rebus. lib.12.* Murga *ad conſtit.15.n.4.* & clarè ex dictis litteris *Militantis Eccleſiæ* ibi: *Eligantur & alij duo cum ijsdem qualitatibus, & requiſitis reſpectiue ſubſtituendi vnicuique ex proximè electis in caſu mortis, ſeù alterius cuiuſuis legitimi impedimenti.* Vbi obſeruandum, hanc ſubſtitutionem non eſſe ſic accipiendam, quod defuncto, aut impedito vno ex Diſeretis primò electis poſſit quis ex duobus ſubſtitutis indifferenter ad Capitulum accedere loco defuncti; ſed illum tantummodò, qui eligitur in locum talis Diſcreti principalis. v.g. deficiente Diſcreto principali primo loco electo, ſolum ſubſtitutum primò loco electum poſſe ad Capitulum accedere; ſic enim ibi: *reſpectiuè ſubſtituendi vnicuique ex proximè electis*; & patet, quia ſubſtitutus debet ſuccedere in locum eius, cui ſubſtituitur; & ſic defuncto v. g. primo Diſcreto non poteſt accedere qui eſt electus, vt accedat loco ſecundi, cum huic, & nõ illi ſit ſubſtitutus. Vndè, caſu quo primus Diſcretus, ſeù primò electus (vocantur enim primus, vel ſecundus ab electione prima, vel ſecunda, iuxtà eorum ſub hoc titulo nominationem in Capitulis generalibus de 1659.1662.1668.1671. *& ſeq.*) non habeat qualitates lecturæ, aut prædicationis, vt ſuprà, ſed eas habeat ſecundus, curandum eſt, quod ſubſtitutus huius ſecundi eaſdem habeat, etiam ſi habeat & ſubſtitutus primi: alioquin obeunte v.g. tali ſecundo Diſcreto, ſi eius ſubſtitutus illis careat qualitatibus non poterit accedere ad Capitulum ſubſtitutus primi, & ſi illas habeat, ex eo quod hic ſit ſubſtitutus primi & non ſecundi. Ad cuius maiorem euidentiam facit, quod, quando intimatur eorum electio non dicitur faciendam eſſe electionem ſubſtituti loco alicuius ex Diſeretis, ſed dicitur, *facienda eſt electio ſubſtituti loco primi Diſcreti: facienda electio ſubſtituti loco ſecundi*; adeoque nec ſubſtitutus primi poterit accedere loco ſecundi.

1387 Dubitatur vlterius quoad hos ſubſtitutos, primò: an ſit hæc ſubſtitutio licita, ſumpto dubitandi fundamento ex eo, quod videatur opponi Concilio Trident. *ſeſſ. 26. de Regul.* vbi prohibentur abſentium voces, & ſuffragia ſuppleri, cum conſtet talem ſubſtitutionem eo tendere, vt ſubſtituti ſuffragentur in Capitulo non ſolum in caſu obitus Diſeretorum, ſed & ſi aliquo impedimento abfuerint à Capitulo, quod eſt eorum vocem ſupplere. Sed reuera dicendum hanc non eſſe ſuppletionem, ſed inſtitutionem, ſeu electionem eorum, qui debent ſuffragari in Capitulo, quȩ non contrariatur Tridentino ex S.Congregationis declaratione ad fauorem PP. meorum Calceatorum, vt teſtatur Lezana *conſult. 13.n.44.* & quando eſſet propriè ſuppletio, nec eſt contra Concilium, vtpotè decreta per Capitulum generale & auctoritate Apoſtolica confirmata: Concilium verò intendit ſolum impedire, ne id fiat auctoritate ſolius Præſidentis Capituli deputando hunc, vel illum, quem ipſe maluerit, vt loco abſentis ſuffragetur, vt bene notant Roderic *qq. Regul. tom.2.q.51.art.6.* Miranda.

tom.

Digitized by Google

tom.2.Manual.q.23.art.7. quos ſequuntur Lauorius *de elect.cap.17.n.33.* Bordonus. *reſol.26.n.6.* Theſaur. *in prax.part.2.cap.11.§.notat tertio.* & Lezana *ibid.n.47.*

1388 Secundò quæri poteſt: an.v.g. quis exiſtens extrà ſuam Prouinciam,& in alia concurrens actiuè ad electionem Diſcretorũ poſſit concurrere paſſiuè in ſua,& in Diſcretum eligi? Et videtur, quod nõ; inuenio enim ſic deciſum in contingentia facti à Iudicibus cauſarum in Capitulo generali de 1665. à quibus excluſus fuit P.N. quia, cum actiuè concurrerit in Conuentu S. Nicolai Romæ ad electionem Diſcreti ituri ad Congregationem prouincialem, paſſiuè poſteà concurrit in Congregatione prouinciali Viennæ, in qua fuit electus in Diſcretum pro Capitulo generali, cũ huius ſpecificatione rationis, *Non potuiſſe legitimè duabus frui vocibus, vna ſcilicet actiua Romæ, & altera paſſiua Germaniæ;* ideſt vna voce in vna Prouincia, & alia in altera;& inſuper, quia in tali caſu haberet duas voces in eodem Capitulo; concurreret enim mediatè, & per alium ſaltem remotè, dum concurreret ad electionem Diſcreti Conuentualis, per quem eligitur Diſcretus Prouincialis Prouinciæ Romanæ; qui enim per alium facit per ſe ipſum facere cẽſetur; & cauſa cauſę eſt cauſa cauſati; & concurreret immediatè & per ſeipſum, vt Diſcretus Prouincialis electus in Germania. Nequit autem quis in eodem Capitulo concurrere & per alium, & per ſe ipſum; vt dicitur *num.1395.* & talis eſt conſuetudo, cum regulariter qui eſt in vna Prouincia concurrat in ea actiuè, & paſſiuè; eo modo quo qui eſt de familia in vno Conuentu, in eodem habet vtramque vocem actiuam, & paſſiuam; Prò quo facit, quod ſi quis habuit vocem paſſiuam aliquando extra Prouinciam, in qua erat, ſcilicet in ſua propria, & electus fuit in Diſcretum pro Capitulo generali, id fuit ex diſpẽſatione S. Cõgregationis de 1681. & 1685. (Definitorium ſiquidem diſpenſare nequit ex *Conſtitut.3.p.cap.3.§.5.* in his quę ad gubernium pertinent) & ideò puto bene deciſum.

1389 Tertia difficultas: an caſu quo quis ex Diſcretis aſſumatur in Definitorem Generalem pro aliqua Prouincia, poſſit eius ſubſtitutus admitti ad Capitulum,& ſuffragari ſaltem in electionibus Officialium ſuę Prouinciæ loco talis Diſcreti, cum hic, ex eo quod ſit electus in Definitorem, nõ fungatur munere Diſcreti? Et dico quod non, tum quia per accidens eſt quod ſit aſſumptus in Definitorem: quin ad id electus in Diſcretum, vt poſſit ad Officium Generale ſpectans ad ſuam Prouinciam aſſumi: tum quia inſtitutus eſt ſubſtitutus, vt accedat ad Capitulum non accedente Diſcreto; quod cum non verificetur in præſenti ceſſat ratio ſubſtitutionis in hoc caſu; & ſic nequit admitti: tum etiam quia hoc pacto quinque eſſent vocales pro hac Prouincia in Capitulo, quod eſt contra diſpoſitionum Conſtitut. *Militantis Eccleſiæ;* & aliàs ſi poſſet admitti in tali caſu vnus ſubſtitutus, deberent accedere omnes omnium Diſcretorum ſubſtituti, vt contingente electione alicuius ex Diſcretis in Definitorem generalem, poſſet eius loco ſubintrare ſubſtitutus. Quod non eſt dicendum.

1390 Dubitari tandem poteſt: an ſi poſt electos Diſcretos oriatur aliqua difficultas ſuper eorum vel alteriùs electionis validitate, poſſit Definitorium annuale de ea iudicare nec ne? Et dico, quod non cum Iul. Capon. in terminis. *in diſcept. forenſ. t.4. diſcept.245.* cum nullibi hæc reperiatur tali Definitorio conceſſa facultas; & è contrà de his conoſcere ſpectat per expreſſam diſpoſitionem Conſtitutionum. *p.3. cap.2.n.4.* ad Iudices cauſarum à toto Capitulo electos,& à Diſcretis ipſis intereſſe habentibus, vt dictum eſt. *n.1227.* Vndè ad ſummum poterit hoc Definitorium admonere electos de oppoſitionibus, vt rationes pro eorum electionis validitate ſecum adducere valeant Iudicibus præfatis exhibendas, & examinandas; eo modo quo ſi quis contrà opponere quid habeat tenetur ex præſcripto Definitorij de 1681. per bimeſtre ante Capitulum generale producere, vt electi poſſint coram eiſdem Iudicibus, non verò coram Definitorio ſe defendere.

DVBIVM XXV.

De Capitulo Conuentuali, & in eo agendis.

1391 DVO potiſſimè ſunt, quæ in his Capitulis tractantur. Agitur primò de culpis; & hoc qualibet die Veneris, ſeù *poſt* ſermonem ſuper regulari obſeruantia à Superiore reprehenduntur publicè culpæ. Conſtit. *p.3.cap.8. à n.1. ad 5.* de cuius laudabilis obſeruantiæ vtilitate. Peyrin. in *Formular. litt.C. cap.22. notab.10. & 11.* & ex D. Baſilio. *in Regul. breuior. interrogat.47. & in fuſior. interrogat.26.* D. Thom. *quodlibet. vltim. art.11.* Smaragd. *in Regul. S. Benedicti*, & Hugon. Victorin. atque Humbert. in Reg. S. Auguſtini. Lezana *tom.3. in Mar. magn. Carmelit. n.117.* & ex profeſſo Benedictus Hæftenus *diſquiſit. Monaſt. lib.8. tract.1. diſquiſit.6.* Et duobus modis fit, & per propriam delinquentium accuſationem, & per aliorum (Sacerdotum tamen) de Capitulo. Sic in Conſtit. *ibi.n.2. In medio Capituli* (ſcilicet primò Nouitij, deindè profeſſi, poſtremò Sacerdotes) *in choros diſtincti ſe proſternant, & ſigno ſurgendi dato capita eleuent, & antiquior ſuo, & aliorum nomine de culpis admoneri à Patribus, & à Priore corrigi poſtulabit. Tunc Prior Zelatori, & Sacerdotibus Capitularibus per ſingulas hebdomadas aſſignando præcipiet, vt quæ viderit animaduerſione digna proferat, quod pariter facient reliqui Patres à Priore iuſſi: tunc ſi aliquis ſe reum eſſe cognouerit, ſe proſternat, & data venia à Superiore erigat ſe, & dicat ſuam culpam.* Et iterum *in terram* (*part.1.cap.9.n.16.*) *faciem defigens ad nouum Prioris ſignum in eodem ſtatu maneat: qui quidem Prior interim culpas corripiat, & ſi opus fuerit etiam mulctet.* Qui modi æque liciti ſunt, vtpotè conformes etiam quoad cæremonias proſtrationũ,

vſui

vſui antiquorum Patrum, vt videre eſt in D. Baſil. *ſerm. 4. exercit. & in Regul. fuſior. interrogat. 37.* D. Hieronym. *in Regul. Monach. cap. 9.* Caſſian. *lib. 8. Inſtit. cap. 16.* Hæſten. *ibid. tract. 2. diſquiſit. 2. & 4.* Dadin. Alteſerr. *Origin. Monaſtic. lib. 6. cap. 4.* Speciatim etiam ſecundus, quia quando quis non ſe accuſat de commiſſis, poſſe ab alijs accuſari, quin debere quandoque, tradunt Antonius à Spiritu S. *in director. tract. 8. diſp. 6. nu. 382.* & cum D. Baſilio *ibid. interrogat. 46.* D. Thom. *d. quodlibet. 11. & 2. 2. q. 33. art. 7. ad. 4. & in 4. diſt. 19. q. 2. art. 3. quæſtiun. 1. ad. 3.* Humberto *in Reg. D. Aug. cap. 95. & alijs* Lezana *ibid. n. 121.* vbi, accuſationem hanc eſſe debere de leuibus culpis, & quæ infamiam notabilem non inferaot, nec ſcaodalum. Peyrin. *ibid. n. 4. &* 8. & ita ex Cooſtitut. *p. 1. cap. 9. n. 16.* ibi *Zelator poſteà ſurget in medio Refectorij magna charitate, & modeſtia leues Fratrum illius diei culpas dicturus. Id feria quinta ommittitur, feria ſexta in Capitulo culparum exequendum*, ex quo patet, & de leuibus habendam accuſationem, & correptionem in Capitulis, quod tamen intelligendum niſi maiores fortè publicæ eſſent. Lezana *ibid.* Peyrin. *d. n. 4.* à Spiritu Sancto *loc. ſupr. n. 381.* Vbi aduertendum Prælatum, & Zelatorē ad hoc teneri ex officio; vnde ſi Prior vel Zelator omittat aduertere culpas etiam leues, quæ multoties, & frequenter ab aliquibus committuntur, quibus introducuntur relaxationes, & conſuetudines contra Regulam, & Conſtitutiones, peccant mortaliter ex Mirandi Thom. à Ieſu, Tannero, Diana, & alijs pluribus Lezana *ibid. n. 118.* & à Spiritu Sancto *ead. diſp. 6. nu. 383.* apud quem & alia quo ad hanc materiam notatu digna, ſicut & apud Peyrin. *ibid. vbi nu. 7.* Profeſſos, qui degunt in Nouitiatu culpam cum Nouitijs dicere debere, & *n. 11.* de indulgentia trium annorum, & totidem quadragenarum corde contrito culpam dicentibus à Paulo V. conceſſa; & alia etiam noſtro inſtituto conformia.

1392 Secundò de rebus ad obſeruantiam regularem & Domus gubernationem ſpectantibus. Ita Conſtit. *d. p. 3. cap. 8. n. 7.* ibi: *Finita culparum correctione Patres Capituli ſedentes Superior interroget, an ad bonam Domus gubernationem, perfectamque obſeruationem monaſticæ diſciplinæ aliquid fieri opporteat, ordinatim ab antiquioribus incipiendo.* Seu etiam de negotijs ad Conueotum ſpectantibus, ſic interpretante illa verba *ad bonam Domus gubernationem* vſu, & conſuetudine; & de omnibus illis, quæ ſiuè per Conſtitutiones huiuſmodi Capitulo, ſiuè quæ de iure communi competunt Conuentui. Lezana. *tom. 1. p. 2. cap. 12. n. 24.* Quæ tamen præſtanda ſuot ſolum per Patres Sacerdotes de familia cuiuslibet reſpectiuè Coouentus; dicitur enim *Patres Capituli* ad excluſionem hoſpitum, qui non ſunt de Capitulo, & per Patres vtique vocem habentes; ſic ex eiſd. Conſtit. *part 4. cap. 10. num. 2.* ibi: *Quando verò aliquis priuatur voce actiua non poteſt non ſolum ſuffragium ferre in electionibus, ſed neque in alio, quocumque quámuis parui momenti negotio. Quarè præcipimus, vt quando in Capitulo proponendum fuerit aliquid, qui voce actiua fuerint priuati, cum alijs egrediantur, qui vocem non habuerint.* Non eſt tamen neceſſe, quod ſemper poſt Capitulum de culpis hæc peragantur, nec in eodem Capituli loco; poteſt enim ad nutum Prioris, quando opus fuerit Capitulum ad ſooum campanulæ, & io alio Conuentus loco congregari, & ibi acta adhuc dicentur acta capitulariter, licet non in loco ſolito Capituli, qui oon eſt de ſubſtantia, ſi tamen fiant per Capitulares collegialiter congregatos Rota in *Argentina Coadiutoriæ 2. Maij* 1631. *coram Ghiſlerio.* poſt Tamburin. *de iur. Abb. tom. 3. deciſ. 31. nu. 5. 6. & 7.* Murga ad *Conſtit. 6. n. 679.* & ratio eſt quia omnis locus, vbi Capitulum eſt congregatum, dicitur capitularis, dummodo ſit honeſtus. *cap. quod ſicut.* vbi Abb. *n. 2. cap. cum terra. de elect.* vbi Gloſſ. *verb. in quo.* Dixi, ſi tamen fiant per Capitulares io vno loco congregatos, quia hoc omninò requiritur: Secus non habētur pro actis à Capitulo; nam ea quæ capitulariter aguntur dicuntur agi communiter, quod verificari non poteſt, niſi quando omnes vocem habentes in vno loco conueniunt. *cap. in Geneſi. de elect.* Suarez. *t. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 5. n. 4.* Pellizzar. *tract. 9. cap. 8. nu. 35.* Murga *ibid. n. 680.* & nos ſupra *n. 1211.* & ſunt collegialiter congregati *l. 2. C. de Decurion.* Caſtellin. *de elect. cap. 5. n. 65.* Paſſerin. *cap. 10. n. 31.* Lezana *conſult. 13. nu. 32.* Quoties autem aliquid proponitur decidendum, quamuis poſſit vnuſquiſque, & debeat, maximè in rebus, quibus aſſentiri non liceat, ſuam iuxtà dictamen propriæ conſcientiæ cum omni reuerentia & verborum lenitate, dicere ſenteotiam, & etiam ſi à Prælatis, vel alijs de Capitulo id ægrè ferendum agnoſcat, ab ea non recedere. Murga. ad *d. Conſtit. 6. nu. 542. fin.* deciſio tamen facienda eſt ſemper per ſecreta ſuffragia, & omninò per maiorem votorum partem, ex Conſtitut. pluribus locis, & ſignanter. *d. p. 3. cap. 9. n. 4. & cap. 11. num. 6. & 7.* præterquam in prima approbatione Nouitiorum, ad quam diximus iam *num.* 1025. ſuffiecre medietatem.

1393 Et hic obſeruandum, quod facta alicuius negotij à Prẹlato in Capitulo propoſitione (idem dicendum, de Definitorio, & Capitulis omnibus) & dicta à Capitularibus viua voce ſententia, non poteſt poſteà Prẹlatus impedire, oe per ſuffragia ſecreta decidatur, ſine iuſta, & rationabili cauſa, & de conſenſu maioris partis Capituli; licet enim liberum ſi Prælato Capitulum congregare, proponere, & de re tractatum habere, non tamen illi liberum retrogredi citrà rationabilem cauſam, cum id tendat in præiudicium Capituli, cui per tractatū viua voce, acquiſitum eſt ius per ſecreta ſuffragia decidendi; & res pertractata non amplius dicitur integra ex text. in *cap. in cauſis de elect.* ibi *cum res non eſſet integra* quia in tractatum iam proceſſerant Capitulares. Vbi Panormit. *nu. 7.* vndè quod à principio erat in voluotate Superioris, propooere ſcilicet Capitulo; propoſita

poſita poſteà re, & de ea tractatu habito factũ eſt neceſſitatis iuxtà regulam iuris, quę à principio ſunt voluntatis, ex poſt facto ſunt neceſſitatis. *l. ſicut. Cod. de act. & obligat.* Alexander Peregrin. in Conſtit. Theatinor. *part. 1, cap. 5. litt. E. §. 1.*

DVBIVM XXVI.

De electionibus, quæ fiunt in Capitulo Conuentuali.

1394 QVia verò inter ea, quæ ſpectant ad Capitulum Conuentuale eſt electio Diſcreti ituri ad Congregationem prouincialem, abs re non erit quoad hanc aliqua breuiter tamen dilucidare, non circà formam electionis, quæ, cum debeat eſſe Canonica per Conſtit. *d. 3. p. cap. 9. nu. 2.* ſatis explicata eſt ſuperius; ſed circa alia requiſita, tum ex parte electorum, tum ex parte eligendorum. Et quoad illos, alij eſſe non poſſunt, niſi Sacerdotes, & qui profeſſionis tres annos expleuerint. Conſtit. *d. p. 3. cap. 1. num. 1.* & ſint de familia illius Conuentus, & non alterius. Silueſt. *verb. electio. 1. num. 3.* Gloſſ. *cap. conſtit. 47. de elect. verb. quo iure.* Caſtellin. *cap. 5. num. 87.* Paſſerin. *cap. 10. num. 23. 24. & 26.* non tamen Prior, qui ſolum electioni abſque ſuffragio præſidere debet ex eiſdem Conſtit. *d. cap. 9. n. 2.* licet enim ibi loquantur Conſtitutiones attento iure antiquo accedendi Priorem cum ſuo Diſcreto ad Capitulum generale, ſeruanda eſt nihilominus & in præſenti eadem diſpoſitio in electione Diſcreti ituri ad Congregationem prouincialem, cum in litteris *Militantis Eccleſiæ* vbi ſermo eſt de huiuſmodi Diſcretis, habeatur, *Qui eligentur prout hactenus factum eſt; & cætera faciant ad formam Conſtitutionum*; ſenſus enim horum verborum eſt, quod ſicuti Diſcreti pro Capitulo generali eligebantur à ſolis gremialibus, non ſuffragante Priore à tali ſuffragio per Conſtitutiones impedito, ſic modò Diſcreti pro Congregatione prouinciali eligantur eodem modo non ſuffragante Priore.

1395 Idem dicendum de alijs Superioribus Generalibus, aut Prouincialibus, ſiue de quocumque habente votum in Capitulo generali; quamuis enim loquendo de Prouincialibus, aut P. Vicario Generali cenſeri poſſint de familia cuiuſcumq; conuentus Prouinciæ, vel Congregationis reſpectiuè, vt dictum eſt *num.* 1038. non habent tamen ius ſuffragij in hiſce electionibus, quia cum ordinentur ad deputationem eorum, qui ſuffragari debent in Capitulo generali, & iam ipſi ſint in eodem Capitulo vocales, videtur æquum, quod talibus electionibus non ſe immiſceant; Et ſic ſtatutum in Capitulis generalibus de 1935. *ſeſſ. 7.* 1647. *ſeſſ. 9.* & alijs. & ſignanter quoad Procuratorẽ Generalem, & Secretarium generalem, licet ſint de familia in Conuentu Romano, prout ex alijs declarationibus Capitulorum etiam de 1650. *ſeſſ. 6.* ſumpta paritate rationis à prædicta Prioris excluſione; ſicuti & per eaſdem litteras *Militantis Eccleſiæ* excluditur Prouincialis à ferendo ſuffragio in electione Diſcreti pro Capitulo generali, proùt & in ſua Religione obſeruari tradit Lezana *tom. 1. p. 2. cap. 12. nu. 55. §. circa electionem.* ibi *Nullus gremialis, ſiue generalis, ſiue prouincialis, ſiue quiſquis alius habens vocem in Capitulo generali, in electione ſociorum vocem habere poſſit actiuam; & ſi in ea ſuffragium dederit, vocem actiuam ammittit in Capitulo generali.* Et ſatis rationabiliter, quia ſi quis habens à iure vocem in dictis Capitulis generalibus ſuffragaretur in electione alicuius Diſcreti duplicem vocem haberet in eiſdem Capitulis, ſcilicet & per ſe ipſum, & per Diſcretum ab ipſo electum, cum certi iuris ſit, quod qui per alium facit, per ſe ipſum facere videatur: quod non poteſt ſtare cum diſpoſitione Conſtitutionum *p. 3. cap. 1. tom. 1.* vbi *Nullus plures voces actiuas habeat in eadem electione.* Vndè infertur neminem habentem vocem in Capitulo generali, vel prouinciali, poſſe ſuffragari in electione Diſcretorum ſiue prouincialium, ſiue generalium; à ſimilitudine enim, & paritate rationis poteſt bene fieri extenſio legis, vt habet Sylueſt. *verb. argumentatio. n. 2. ex cauſ. 2. q. 1. cap. multi.* cum Gloſs. *& de conſtit. cap. translato. & cap. inter cætera. de reſcript. & cap. 2. de translat. Prælator.* & à ſimili valet argumentum per allegat. à Barboſ. in locis *commun. argument. loc.* 101. *n. 1.* Murga. *ad Conſtit. 16. n. 181.* ſicuti & vbi eadem eſt ratio, eadem ex vulgatis iuribus, & iuris diſpoſitio.

1396 Hi porrò Sacerdotes vocales ad effectũ electionis, vt eam facere poſſint, & debeant ſufficit, quod ſint tres præter Priorem ex declarat. Capitul. gener. de 1613. *ſeſſ. 11.* & erit valida electio. Caſtellin. de *elect. cap. 5. nu. 69.* & nullo pacto Concil. Trident. *ſeſſ. 25. de Regul. cap. 6.* contraria ratione ſecreti, quod in illa ſeruari non poteſt (quoniam, cum ex vna parte duo requirantur ſuffragia, & ex altera, qui eligitur non poſſit ſibi ſuffragari, iam certe innoteſcet, à quibus fuerint alia duo ſuffragia collata) vt ex declaratione S. Congegationis teſtatur Paſſerinus. de *elect. cap. 17. nu. 51.* & Rot. deciſione Antonius à Spiritu Sancto. *ibid. tract. 5. diſp. 2. num. 72.* quia lex non obligat, vbi de facto ſeruari non poteſt, iuxtà *regul. iur.* 145. impoſſibilium nulla eſt obligatio. Paſqualig. *deciſ. 255. num. 11.* Ludouicus à S. Raymundo *reſol. moral. part. 2. tract. 5. num. 53.* & ſatis eſt, quod ſecretum obſeruetur in modo electionis, ideſt per ſchedulas ſecretas, licet poſteà arguitiuè innoteſcant, ſuffragia, eo modo, quo electiones, quæ fiunt omnibus concurrentibus validæ ſunt, licet ſubindè ex publicatione ſciatur vnumquemque ſuffragatum fuiſſe, vt benè Paſſerinus *cap. 18. n. 75.* Vndè ſi duo tantum eſſent vocales nullatenus poſſent ad electionem venire; cum enim ſtatutum fuerit, poſſe, & debere fieri, vbi ſunt tres prẹter Priorem, ſignum eſt non poſſe vbi non ſunt tres; & rectè, quia neuter eorum poſſet facere maiorẽ

par-

partem. Ægid. Belamer. in *cap. Nullus. de elect. num. 5. & 6.* & quia in tribus primis ſcrutinijs, dum alter alteri ſemper ſuffragarêtur, & conſequenter in tertio deberent vt candidati exire, non eſſet à quo fieret electio. Quod non accidit, quando ſunt tres, quia egreſſis duobus, vt ſupra, candidatis, ille, qui remaneret legitimè alterum ex illis eligeret, hoc etenim & in caſu habent locum, quæ dicta ſunt *num.* 1350. de iure Collegij ad vnum ſolum remanentem deuoluto.

1397 Et quoad eligendum requiritur pariter, quod tres annos à profeſſione expleuerit Conſtit. *d. cap. 9. n. 1.* & quod *per annum ad minus* (ſic ibid.) *tunc temporis in illo Conuentu commoratus fuerit*; ſeu ante electionem immediatè ex declaratione Capituli generalis de 1621. 26. *Maij*, & de 1625. *ſeſſ. 9.* vbi dictum, *tunc temporis* importare vltimum annum ex tribus; & quod commoratus fuerit non vtcumque, ſed per formalem aſſignationem de familia iuxta ſenſum S. Congregationis Epiſcopor., & Regular. negotijs præpoſitæ, quæ ad hoc dubium ſuper modo dicta per annum commorationis conditione, ſcilicet: *An cum deputatio dicta familia facta fuerit infrà annum, attamen Sacerdos per menſes quatuordecim tunc temporis in illo Conuentu commoratus eſt, poſſit validè concurrere actiuè, & paſſiuè ad electionem Diſcreti, quia Conſtitutio non dicit per annum integrum de familia. Referente Em. Protocarrero, cenſuit reſpondendum negatiuè. Romæ. 28. Aprilis 1673.*

Fr. Epiſc. Portuen. Card. Brancatius.

Locus ✠ Sigilli.

H. Caſanat. Secr.

Quæ tamen reſponſio non afficit concurſum actiuum, ſed ſolum paſſiuum, pro quo ſolum requiritur à Conſtitutionibus dicta commoratio per annum. Per hunc autem vltimum annum intelligitur annus Eccleſiaſticus, ſiuè totum tempus, quod intercedit ab aſſignatione, ſiuè publicatione facta in Definitorio (nempè annuali, quod ſecunda, vel tertia Dominica poſt Paſcha celebratur) vſque ad illud tempus, quo eligitur Diſcretus ex declaratione Capituli generalis. de 1625. *ſeſſ. 25.* corroborata ab obſeruantia, quæ eſt huiuſmodi.

1398 Hinc eſt quod Sacerdotes poſt dictam aſſignationem non poſſunt in tertio anno (modò in ſecundo) amoueri; & ſi amoueantur ob eorum culpam, vel ad eorum inſtantiam, habendi ſunt in Conuentu, ad quem tranſierint, tamquam hoſpites ſine voce; ex ſtatut. Capituli gen. de 1650. *ſeſſ. 7.* & 1653. *ſeſſ. 8.* non verò ſi amoueantur ob bonum Religionis, vel alicuius Conuentus; tunc enim non illis cenſetur præiudicatum ex eod. ſtatut. *ibid.* & ſequenti Cardinalis Protectoris declaratione cũ S. Congregationis facultate.

Palutius Tit. SS. Duodecim Apoſtolorum Presb. Card. de Alterijs S. R. E. Camerarius, & totius Ordinis S. Auguſtini apud S. Sedem Protector.

Viſis precibus retroſcriptis cum facultate à S. Congregatione Conſultationibus Regularium præpoſita nobis benignè conceſſa, & veris repertis expoſitis, inhærendo etiam decreto Definitorij annualis celebrati de anno 1648. & in Capitulo generali ſub anno 1650. & alio ſubſequenti de anno 1653. confirmato declaramus, ac quatenus opus ſit etiam decernimus, Sacerdotes vocales, qui non in pænam, nec voluntariè, ſed ex obedientia Superiorũ à Conuentibus, vbi ſunt de familia aſſignati ſe transferunt in alios Conuentus, habere vocem actiuè, & paſſiuè in electione Diſcreti ituri ad Capitulũ generale (dicendũ puto *prouinciale*) *perindè ac ſi in Conuentibus, vbi ſunt aſſignati ad formam Conſtitutionũ per annum continuum moram traxiſſent. Non obſtantibus contrarijs quibuſcumque. Dat. ex ædibus noſtris hac die 26. Iunij. 1679.*

P. Card. de Alterijs. Protector.

Locus ✠ Sigilli.

Sicuti neque præiudicare poteſt, ſi facta aſſignatione iuſſu Superiorum, & ob Religionis bonum contingat aliquem abeſſe etiam per notabile tempus à Conuentu; poteſt namque validè concurrere, quia Monachus cenſetur eſſe in monaſterio, quando de licentia Prælati manet extrà illud. Panormit. in *cap. ex reſcript. de iure iurand.* Peyrin. *tom. 1. priuil. ad Conſtit. 2. Sixti IV. §. 11. num. 29.* Lezana. *tom. 1. part. 1. cap. 11. n. 10.* & cum alijs *tom. 4. conſult. 8. n. 18. & conſult. 9. nu. 23. ad 28.* Paſſerin. *de electione. cap. 3. num. 65. & cap. 10. n. 122.*

1399 Reſtat modò dubium: an facta ab aliquo Conuentu ſui Diſcreti electione pro Congregatione prouinciali, & detecta eius inualiditate poſſit iterum Conuentus ad alteram electionem deuenire? Et videtur dicendum, poſſe, quia actus nulliter factus non impedit reiterationem eiuſdem actus, vel oppoſiti. Barboſ. *de iur. Eccleſ. vniu. lib. 1. cap. 19. n. 138.* cum alijs ibi adductis; & eſt communis ſententia, quod quoties electores nihil fraudis committant in electione ab eis celebrata, & nihilominus, electio eſt nullà, & irrita ob aliquod occultum impedimentum in electo, vel etiam, quia electus non vult conſentire, vel renuntiat poſt conſenſum, vel moriatur &c. ad electores in his caſibus electionem deuolui, & ab eis reiterari poſſe, & debere. Sylueſt. *verb. electio. 1. q. 12.* Miranda. *tom. 2. quæſt. 23. art. 32. concl. 1.* Sigiſmund. à Bonon. *de elect. dub. 12.* Peyrin. *tom. 3. Priuil. cap. 9.* Barboſ. *in vot. deciſ. tom. 1. lib. 1. vot. 4. dub. 5. num. 110.* vbi electionem deuolui ad electores, quando effectum ſortiri non poteſt. Murga ad *Conſtit. 16. nu. 26.* & iam firmauimus ſuprà *nu. 1326.* Quod idem dicendum de electione Diſcreti in Congregatione prouinciali, ſi tamen, vt obſeruat Lezana *tom. 2. verb. Renuntiatio n. 11.* poſſit Capitulum iterum commodè congregari. Super quo no-

tandum, licet ex *cap. Vintonienſis de elect.* habeatur, quod antequam procedatur ad ſecundam electionem, debeat prius de prima iudicari, eaque caſſari per Iudicem cum prolatione ſententiæ; nihilominus, id non eſſe neceſſe, dummodò cauſa nullitatis ſit notoria, per Gloſſ. *in extrauag. commun. de offic. deleg. cap. Sedes Apoſtolica. verb. exequtores de elect.* vt refert Portell. *p.2. reſponſ. caſu 4. nu. 7.* Pro quo & facit, quod electio elaborata non ſeruata forma ſolo iure humano præſcripta, reiterari poteſt antè Iudicis ſententiam ab eiſdem electoribus (etiam pendente appellatione interpoſita à minori parte electorum) ad quos deuoluitur eligendi poteſtas, vt ſuſtinet Murga. *ad Conſtit. 6. n. 1164.* cum Panormitano in *cap. quia propter. §. niſi. n. 5. de electione.* Samuell. *de elect. tract. 1. diſp. 1. controuerſ. 7. concl. 4.* Sigiſmund. á Bononia. *dub. 3. n. 10.* Ancharano. Roman. Menoch. Tiraquell. & alijs ibi allegatis.

1400 Aliæ ſunt electiones, quæ ad hoc Conuentuale Capitulum pertinent trium ſcilicet Diſcretorum pro rationibus accepti & expenſi vna cum Priore, & Suppriore quolibet menſe computandis, & duorum examinatorum pro examinandis admittendis ad habitum, ſicut & ad Sacros Ordines, Confeſſarij, & Concionatoris munera promouendis; de quorũ omnium electione, cũ canonica non ſit, & ſe per ſchedulas eligantur; quandoquidem ſufficit maior ſuffragiorum numerus, non reſpectu Capituli, ſed minoris partis, & omnes ſimul reſpectiue eliguntur, ex Conſtitut. *d. p. 3. cap. 11.* nulla ſpecialis difficultas occurrit, & ſatis eſt ipſa Conſtitutionum diſpoſitio ibi. *In ſecundo Capitulo conuentuali trium Diſcretorum electionem faciant, qui ſimul eligentur; ideſt quilibet* (Sacerdos nempè, qui tres profeſſiones annos expleuerit) *ſcribat nomina trium Patrum* (illius Conuentus vocem tamen habentium) *& tres qui plures voces habuerint prima vice, eo ipſo ſint electi; & inter æqualia ſuffragia habentes antiquior profeſſione electus cenſeatur. Eodemque modo eligent duos examinatores* (ſcilicet Theologos ex declaratione Capitulorum generalium) *ad examinandum &c.* Solumque adnotandum, quod hęc verba Conſtitutionum ibi *vtrorumque officium triennium perdurabit*, intelligenda ſunt, niſi fuerint à Superioribus ab illo Conuentu amoti, ex declaratione Capituli generalis de 1656. *ſeſſ. 21.* & ſenſus eſt, quod permanentibus ipſis in eodem Conuentu, non poſſint à Capitulo deponi, & alij eligi pro toto eo triennio.

1401 Spectat & ad hoc Capitulum eligere Procuratorem pro contrahendo, & ſtipulando, quando opus fuerit, & pro quocumque negotio nomine Conuentus explendo; & ratio eſt, quia repræſentare non poteſt Conuentum, ſi ab ipſo non accipiat mandatum. *ex l. 1. ff. de Procurat.* Lezana. *conſult. 13. num. 9.* Nec obſtat Conſtitutionum. *3. p. cap. 7. n. 6. de officio Prioris* diſpoſitio. *Officia Sacriſtæ, Procuratoris, Ianitoris, & ſimilia ijs Fratribus, & Patribus aſſignabit, qui melius, & cum maiori ædificatione propria, & aliorum ea exercere valeant*; quaſi hinc deducatur Procuratoris electionem eſſe in manu ſolius Prioris, quia non loquitur ibi Conſtitutio de Procuratore, de quo ſupra pro ſtipulando, & negotijs nomine Conuentus agendis, ſed de Procuratore pro exactionibus, & expenſis, & cura bonorum Conuentus, ſeù bona temporalia adminiſtrante; huius ſiquidem officij collatio illa eſt, quæ pendet ab arbitrio Prioris. Lezana *tom. 2. p. 2. cap. 13. nu. 44.* A Spiritu Sancto *tract. 4. diſp. 7. n. 8.* ex decreto S. Congregationis apud Lauretum de Franchis in controuerſ. inter Epiſc. & Regul. *De redditione computuum ab officialibus monaſterij. q. 1. nu. 769.* Et propterea tales Procuratores ſunt ad nutum Superiorum localium amouibiles iuxtà Trident. *ſeſſ. 25. de Regul. cap. 2.* & declarat. S. Congregationis apud Barboſ. *in collect. Bullar. verb. officiales.* Lezana *ibid.* & à Spiritu Sancto. *num. 7.* Bordon. *tom. 2. reſol. 58. num. 56.* Donatus *in prax. Regul. part. 2. tract. 10. de appellat. q. 41.* qui notant, poſſe ſine cauſa amoueri, quia ſi cauſa requireretur, non eſſent amouibiles ad nutum, vt aduertit Paſqualig. ad Lauret. de Franch. *part. 1. num. 771.* apud nos verò amoueri non debent, niſi in caſu, quo quis non rectè ſe gerens, & admonitus non ſe emendauerit, quo etiam caſu non debet eſſe facilis Prior, cum difficile ſit miniſtros ſine defectu inuenire, iuxtà monitum Conſtitutionum *ibid. d. n. 6.*

QVODLI-

QVODLIBETVM TERTIVMDECIMVM

DE PRÆLATIS, SEV SVPERIORIBVS.

1402 DE Prælatis, dixi, ſeù Superioribus, quia, cum ex vna parte Prælati nomen ſtricto modo ſumptum, pro ordinariam iuriſdictionem habente ſolummodò intelligatur, vt notat Abb. *cap. decernimus. de Iudicijs. n. 16. & cap. Tua nos. de Cleric. ægrot. n. 2.* & ex alia non omnes, de quibus hic agendum, ſint huiuſmodi, vt Viſitatores delegati, (licet largo modo ſumpto Prælati nomine, ſeù prò habente curam animarum, vt habet Gloſſ. in *d. cap. Tua nos.* Sylueſt. *in ſumm. verb. Prælatus n. 1.* maximè iuncta iuriſdictione, quamuis non ordinaria, Prælati dici poſſint. Peyrin. *de ſubdit, q. 1. cap. 18.* §. 2. Pellizzar. *in manual. Regul. tom. 2. tract. 8. n. 153.*) vel etiam Definitores, Procurator Generalis, ac alij; Ad omnes complectendos dictum eſt, de Prælatis, ſeù Superioribus. Breuitati tamen vt conſulamus, omiſſis communioribus, & de quibus paſsim DD. de ijs tantum, quæ a Conſtitutionibus ſubminiſtrari continget, ſermo erit in præſenti. Et in primis de Em. Protectore, cum, licet propriè loquendo Religionis Prælatus non ſit. Pellizzar. *tract. 8. cap. 8. nu. 153. & 154.* qua de cauſa non incurreret caſum reſeruatum qui litteras ab ipſo ad ſubditos, vel ab his ad illum miſſas aperiret idem Pellizzar. *tract. 6. cap. 1. n. 39.* quatenus tamen eſt Miniſter Apoſtolicus, & locum tenens Papæ in his, quæ pertinent ad bonum Religionis, modo tamen explicando, Prælatus Ordinis dici poſſit. Lezan. *tom. 1. p. 2. cap. 9. num. 5.* Pellizzar. *ibid. & tract. 8. cap. 8. ſect. 5. d. n. 153. & nos ſupra n. 358.* Ideò.

DVBIVM I.

De Cardinale Protectore, eius munere, & authoritate.

1403 ANtiqua eſt in Ordine Eremitarum alicuius Cardinalis in Protectorem conſuetudo. Primus, qui legatur hoc munere functus, fuit Riccardus Hannibaldenſis Romanus de Molaria Diaconus Cardinalis S. Angeli, primò ab Innocentio IV. Eremitis Ordinis S. Auguſtini in Thuſcia de 1246. vt ex Marquez *de Orig. Eremit. cap. 3. §. 3.* ſcribit Herrera. *reſponſ. pacific. 5. n. 636.* vel 1243. vt vult Torellus, in *Sæcul. Auguſt. tom. 4.* ad hunc ann. *n. 6. & 15.* vel, vt vult Laurentius de Empol. *in Bullar. Ord. pag. 164.* datus in Protectorem de 1244. ſub nomine tamen Correctoris, & Prouiſoris, vt ex verbis deputationis, prout in Conſtit. incipien. *Incumbit.* dat. Laterani. 17. *Kal. Ianuar. Pontific. ann. primo.* ibi: *Si verò ſuper præmiſſis aliquid difficultatis emerſerit, ad dilectum filium noſtrum R. Sancti Angeli Diaconum Cardinalem, quem vobis Correctorem, ac Prouiſorem deputauimus, recurratis.* Deindè ab Alexandro IV. poſt vnionem generalem de 1256. perfectam toti Ordini Auguſtiniano in Protectorem deputatus per litteras *Inter alias ſollicitudines.* dat. Laterani 4. *Kal. Aprilis Pontific. ann. tertio*, ſeù de 1257. ex omnium præfatorum ſcriptorum computatione. Viginti Protectores ex his quorum notitiam inuenire potuit enumerat Herrera à *d. nu. 636.* vſque ad Em. Zacchiam incluſiuè, qui ab anno 1630. ſub titulo Superintendentis egit Protectorem, & de 1634. datus eſt in Protectorem;

Quibus addendi Emm. Ioann. Baptiſta Pallottus, Laurentius Imperialis, & Palutius de Alterijs, qui modò totius Ordinis Protectioni ſumma prudentia, & ſtudio non diſſimili feliciter inuigilat; & quem Deus ad Congregationis vtilitatem conſeruet.

1404 Et quoad eius auctoritatem, cum eam tum a conſuetudine legitimè præſcripta, tum à decretis Summorum Pontificum, atque Sacrarum Congregationum, quibus Protectorũ ius quandoque declaratur, & præcipuè à litteris Pontificijs eorum inſtitutionis meriendam doceanr Vadingus in *annal. Minor. ad ann. 1217. n. 7.* Lezana *tom. 1. p. 2. cap. 9. n. 3. fin.* Sanctorus de Melfi. *in Comment. ad Statut. Minor. cap. 1. ſtatut. 2. §. 2.* Er nos in primi noſtri Ordinis Protectoris inſtitutione, quoad facultatem illi tributam hæc habeamus in §. 5. *Conſtit. præfatæ* Alexandri IV *Inter alias ſollicitudines* in Bullar. Ordin. *pag.* 24. ſcilicet: *ità quod illam omninò iuriſdictionem, illamque poteſtatem, & auctoritatem in eiſdem Prioribus Generali, & Prouincialibus, ac alijs Fratribus ipſius Ordinis, & in eodem Ordine habeas, & exerceas liberè, quas Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, qui præeſt pro tempore Ordini Fratrum Minorum, in Generali, & Prouincialibus Miniſtris ipſius Ordinis Minorum, ac vniuerſis Fratribus Minoribus, ipſoque Ordine dignoſcitur obtinere &c.* inferendum videtur, tantam eſſe Cardinalis Protectoris in Ordine Eremitarum auctoritatem, quanta erar Cardinalis Protectoris Minorum; credendum ſiquidem eſt ſubſequentes Protectores ſubintraſſe eum eadem facultate, quam habuit primus Protector Riccardus, niſi aliud conſtet. Verum cum clauſula, *qui præeſt pro tempore* non arctet ad Cardinalem Protectorem Minorum tunc temporis tantum, ſed trahat ad exiſtentes futuris temporibus per allegat. à Barboſ. *in tract. de clauſul. clauſul.* 109. *n.* 1. ab auctoritate, quã iſti ſubindè habuerunt noſtri Protectoris auctoritas arguenda erit.

1405 Quò ergò ad Protectores Ordinis Minorum, etſi de eorum auctoritate regula firma nequeat adduci ob variam iuxtà temporum varietatem alterationem, vt aſſerit Vadingus *loc. ſupr.* aliquę tamen quoad illam limitationes habentur tum in Conſtit. 4. Gregorij XI. incipien. *Cunctos Chriſti fideles*, apud Cherub. in Bullar. *tom.* 1. tum in Sixti IV. Conſtit. *Sancta Minorum Religio*. apud eundem. *ibid. Conſtit.* 4. in qua, eædem Gregorij XI. ordinationes confirmantur; quę, & quales ſint, ibi videre quilibet poterit, & apud Peyrinum *de ſubdit. q. 1. cap. 18. §. 3.* Quando autem debeanr in Ordine Minorum ſuam huiuſmodi Protectores exercere auctoritatem, habetur in alia Pauli V. Cõſtit. *Cum Ordo Fratrum Minorum, &c.* apud eumd. Cherub. *tom. 3. Conſtit.* 53. aliàs 34. in qua ſic: *Volumus autem, ac Tibi in virtute Sanctæ Obedientiæ per præſentes iniungimus, & mandamus, vt Superiorum dicti Ordinis auctoritatem, quantum fieri poterit, conſeruare cures. Et propterea, cum ipſi Superiores eorum officij debito ſatisfecerint, ac gubernio ſubditorũ ſufficienter incubuerint, tunc negotijs eorum Fratrum te non immiſceas. Quando autem ab ipſis fueris requiſitus, vt in eiſdem negotijs auctoritatem interponas, vel neceſſe fore cognoueris; vt eamdem auctoritatem tuã in eiſdem negotijs exerceas, tunc id liberè facere poſſis: ſed quo ad poteris per te ipſum id facere cures adhibito ad ſcribendum, quando opus fuerit, in eiſdem negotijs, ſeu cauſis loco Notarij, aliquo ex Fratribus dicti Ordinis, &c.* Sed quia Innocentius X. in inſtitutione Protectoris pro Ordine S. Hieronymi Feſulani in dat. ſub 20. *Septembris* 1645. vt refert Lezana in *Mar. magn. Carmelit. circa §. 69. n.* 403 hęc habet: *Volumus autem, vt Congregationem prædictam foueas, ac protegas, ac Tibi in virtute S. Obedientiæ mandamus, vt Superiorum dictæ Congregationis auctoritatem, quantum fieri poterit, conſeruare cures; ac propterea ipſis Superioribus regimen, & gubernium ſubditorum penitus relinquas, nec in negotijs eorum Fratrum te immiſceas, niſi ab ipſis Superioribus requiſitus fueris, vt in iiſdem negotijs auctoritatem tuam interponas; & tunc ſi omninò neceſſarium fore iudicaueris, vt eamdem auctoritatem tuam in eiſdem negotijs exerceas, tunc id facere poſſis: ſed quo ad poteris, per te ipſum id facere cures adhibito ad ſcribendam, quando opus fuerit in iiſdem negotijs, ſeu cauſis loco Notarij aliquo ex Fratribus dictæ Congregationis*; Ideò obſeruãdum per hanc Innocentij Conſtitutionem, alteram Pauli V. mox adductam declarari, vt notat Lezana *d. n.* 403. & vbi per Pauli V. conceſſionem poterant Protectores in negotijs Religionum ſuam exercere auctoritatem, quando id ipſis neceſſarium viſum fuiſſet; modò ex præfata Innocentij diſpoſitione non poſſunt, niſi quando fuerint à Superioribus requiſiti; & tunc etiam non vtcumque, ſed quando pręmiſſa tali requiſitione omninò neceſſariũ eam interponere iudicauerint. Quod tamen mihi intelligẽdum videtur extrà caſum legitimæ appellationis ſubditorum à Superioribus ad ipſos Protectores; poſſunt enim in tali caſu abſque tali requiſitione Prælatorum ſuam auctoritatem exercere; cum à Sede Apoſtolica concedatur ad ipſos appellare.

1406 Vndè idem, & quo ad omnia ſupradicta de Protectoribus Ordinis Eremitarum dicendum eſt, tum ex dictis *num.* 1404. tum quia ea omnia, vtpotè ad fauorem Ordinis Minorum & S. Hieronymi Feſulani reſpectiuè ſtatuta, ad omnes Ordines cum illis in priuilegijs communicantes extenduntur per Lezan. *d. cap. 9. nu. 4.* Pellizzar. *d. tract. 8. cap. 8. n.* 154. Peyrin. *d. q. 1. cap. 18. §. 3.* Balthaſar. de Auila *in manipul. verb. Protector. à n.* 1146. *ad* 1151. & inſuper quia eadem eſt omnium ferè Ordinum Protectorum auctoritas, vt in *not. ad d. Conſtit.* 4. Gregorij XI. *Cunctos Chriſti fideles, &c.* ſic obſeruat idem Laertius Cherubin. *Aliorum Ordinum Protectores maiores his facultates non habent. Has ergo ponere ſatis eſſe arbitratus ſum, vt cæteris Regularibus vſui eſſe poſſint.* Et rurſum *tom. 3. in not. ad d. Conſtit.* 53. Pauli V. *Cum Ordo, &c.* per hæc verba: *Eaſdem ferè facultates habent alij aliarum Religionũ Protectores.*

1407 Ad prædicta ergò, ſeu à dictis Summis Pontificibus inhibita non ſe extendit alicuius Protectoris auctoritas, niſi aliud conſtet in eorum

rum litteris Apoſtolicis. Et à Sede Apoſtolica conceduntur, vt Religionũ vtilitati conſulant, eas reuerà protegendo iuxtà nominis Protectoris proprietatem, quod idem ſonat, ac defendere, iuxtà Gloſſ. *in l. deſertorem. §. vlt. ff. de re milit.* Bordon. *de profeſſ. regul. cap. 16. n. 15.* Pellizzar. *d. tract. 8. cap. 8. n. 149.* Sanctorius *loc. ſup. §. quidquid autem.* Et ideò Gregorius XI. *loc. ſup. §. 14.* Sic. *Cæterum Nos eoſdem futuros Protectores hortamur attentius, quod per facti efficaciam ſic nominis ſui procurent effectum, quod Ordo ipſe per eos non lædatur in aliquo: ſed potius ab aduerſis, ſi quandò fortaſsè iminebunt, ſuo opportuno defenſionis clypeo protegatur, & à noxijs præſeruetur; ſic acturi proindè æquitatis, ac modeſtiæ limites ſeruaturi, vt non trahatur ad noxam, quod prouiſum extitit ad ſalutem.* Et Sixtus IV. *ibid. §. 5. ſed curent* (loquitur cum Protectoribus) *vti eſt eorum proprium officium ipſum Ordinem in quieto tranquillo, & pacifico ſtatu conſeruare, & augere, & ab impugnantibus, moleſtantibus, & perturbantibus defendere, & tueri, ne ſecus agendo Ordinem præfatum non ſolum non protegant, conſeruent, & exaltent, vt tenentur, ſed in animarum ſuarum perniciem, & dicti Ordinis detrimentum, & ſcandalum confundant, & deſtruant &c.*

1408 Munus itàque eorum principale eſt Ordinis priuilegia, ac Fratres ipſos in quibuſcumque cauſis, ac contra quoſcumque, quantumcumque qualificatos defendere, vt ex Sixto IV. in *d. mar. magn. Carmelit. §. 107.* Lezan. *ibi n. 528. & d. tom. 1. part. 2. cap. 9. n. 13.* Pellizzar. *ibid. n. 161.* Vndè ſunt verè Conſeruatores Ordinum prò omnibus cauſis, quæ Ordinibus ipſis contingere poſſunt; & ità amplè, quod vbi aliorum Conſeruatorũ auctoritas per decretum S. Congreg. Concilij ſub Gregorio XIII. & Conſtitutiones Clementis. VIII. & Gregorij XV. eſt hiſce temporibus coarctata, & limitata, eam tamen Protectorum quo ad huiuſmodi defenſiones in ſuo robore remànere, nec illi per præfatum Decretum, & Conſtitutiones derogatum probabiliter tenet idem Lezana *d. n. 528. & eod. cap. 9. n. 14.* quia in dictis decreto & conſtitutionibus ſermo eſt ſolùm de Conſeruatoribus à Religionibus ipſis vi ſuorum priuilegiorum electis; nec facta eſt ſpecialis mentio Cardinalium Protectorum, vt facienda erat ad eorum auctoritatem limitandam, cum ſint perſonæ ſpecialiſſima nota dignæ, eo modo, quo hac de cauſa nec ſubijciuntur pænæ ſuſpenſionis Conſeruatoribus ſuam facultatem excedentibus à Gregorio XV. impoſitæ, vt tradit Albanus. de *Cardinalat. q. 42.* ex Io. Andr. Azor. *tom. 2. inſtit. moral. lib. 4. cap. 3. q. 10.* Et proptereà vbi Conſeruatores alij non poſſunt de iure communi *cap. 1. & vlt. de offic. delegat. in 6.* ſuam exercere iuriſdictionem niſi prò manifeſtis iniurijs, ſeù moleſtijs, poterunt Cardinales Protectores etiam extrà manifeſtas iniurias, aut moleſtias illam exercere, cum ſit illis à Sixto IV. loc. ſupr. ampliſſimis verbis conceſſa, ibi: *In quibuſcumque cauſis per eos mouendis quacumque ratione, vel cauſa, quæ excogitari poſſit*; quia diſpoſitio illa iuris communis non habet locum in ijs, quibus maior à Papa tributa eſt poteſtas, vt ex Rot. in *Oſcenſ. iuriſdict. coram Vbaldo. de* 1614. cit. Lezana *d. n. 528.* & cum eo Pellizzar. *ibid. n. 162.*

1409 Quæ facultas, licet eſſet ſolum conceſſa Protectori Carmelitarum, vt vult Lezana *ibid.* & *d. cap. 9. n. 14.* ex eò quod in Mari magno aliarum Religionum, non nominetur Protector, prout in Mar. magno Carmelitarum; quod tamen non conuincit intentum, cum in Mar. magno aliarum Religionum eadem facultas concedatur *cuilibet* in Eccleſiaſtica dignitate Conſtituto, adeòque & Cardinalibus Protectoribus, qui teſte eodem Lezana. *d. p. 2. cap. 10. n. 12.* inter Eccleſiaſticas dignitates abſque dubio primas tenent; & non ſit alia differentia quoad hoc niſi magis vel minus expliciti, quæ non diuerſificat, nec officit; Præterquam quod quoad Cardinales Protectores Ordinis Eremitarum iam ſupponebatur illis conceſſa, cum quoad huiuſmodi priuilegiorum defenſionem fuerit à Cæleſtino. V. in Conſtit. *Ex parte dilectorum.* dat. *Neapol. nonis Decemb.* 1294. prout in Bullar. Ordin. *pag.* 191. Petro Columnæ Cardinali tit. S. Euſtachij, dum in Ordinis Protectorem deputaretur, in ampliſſima forma tributa; licet, inquam eſſet ſolum ſpecialiter conceſſa Protectori Carmelitarum in fauorem dicti Ordinis, ob communicationem tamen priuilegiorum ea vti poſſunt, & aliorum Ordinum Protectores, prout idem Lezana cit. *nu. 528. & cap. 9. n. 14.* & poſt eum Pellizzar. *d. n. 162.*

1410 Et ſpecialiter Superiorum auctoritatem defendere tenentur Pellizzar. *d. cap. 8. nu. 149. & 155. 159.* quia ſic præciſè ſancitum reperitur à Gregorio XI. Sixto IV. & expreſſioribus verbis à Paulo V. & Innocentio X. prout ſupra vidimus; & quia facultas illis facta ſe ingerendi in negotijs Religionis ſiuè ad requiſitionem Superiorum, ſiuè etiam ex officio, intelligenda ſemper eſt præcipuè pro conſeruatione auctoritatis, & iuriſdictionis Superiorũ, & coercenda ſubditorum ergà Prelatos peruicacia, vt ad rem Lezana *d. cap. 9. n. 9. & 10.*

1411 Debent nihilominus & ſubditos iniuſtè grauatos protegere; ad hunc enim finem eſt illis ad Protectores permiſſa appellatio à Sùmmis Pontificibus Bonifacio IX. *Conſtit. 1.* Leone X. *Conſtit. 10.* apud Confettium in *Summ. priuil. Mendic. fol. 21. & fol. 120.* Gregor. XIII. *Conſtit. 27. Quoniam noſtra* apud Cherub. *tom. 2.* Sixto V. in declaratione *Conſtit. 71. Ad Romanum §. 21.* apud eumd. & Clemente VIII. *Conſtit. 113. in eod. Bullar. tom. 3. & in appendic. ad Clem. VIII. Conſtit. 1.* Quæ tamen facienda eſt gradatim à Superiore ſcilicet locali ad Prouincialẽ, ab hoc ad Generalem, à Generali ad Protectorem, & à Protectore ad S. Congregationem; vt ex S. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium declaratione Confettius *ibid. tit. 7. de appellat.* Sorbus in *addit. ad Caſſarub. in d. ſumm. priuil. verb. appellare.* Barboſ. in *collectan. deciſ. Apoſtol. eod. verb. appellare. n. 11.* Peyrin. *tom. 1. de ſubdit. q. 1. cap. 28. §. probatur primo.* Lezana *tom. 1. part. 1. cap. 9. n. 4. & p. 2. cap. 9. nu. 16. & tom. 2.*

verb.

*verb.appellare nu.*4. Io:Maria Nouar. *in lucerna Regul. verb.appellatio nu.*4. Paſſerin.*in Tribunal. Regul.q.*32.*n.*40. Io: Antonius Nouar. in *Summ. Bullar. part.*2.*Comment.*11.*n.*2. & *Comment. III. n.*1. Hieronym.Roderic *reſol.*10.*n.*2.Pellizzar. *de tract.*8.*n.*171. A Spiritu Sancto *in Directorio tract.*3.*diſp.*6.*n.*788.*& conſult.*110.*n.*42.Bordon. *in prax.crimin.cap.*16.*q* 6.*n.*8. *& q.*11. *nu.* 9. vbi *q.*7.*n.*9. tali ordine non ſeruato pro non valida habendam appellationem, citatis quoad hoc Peyrin. *in addit.ad Conſtit.Leon.X.cap.*4. *num.*18. & de Bictis *q.*151. *n.* 10. tenentque Coriolanus *de caſib.reſer.p.*2.*caſ.*5.*n.*28.*&* 29.A Spiritu Sancto *ibid.n.*788. & Donatus *in prax.tom.* 1.*part.*2. *tract.*10.*q.*34.*n.*3. Pellizzar. *tract.* 6.*cap.*7.*n.*56. quod intelligendum, ſi fiat extrà caſum neceſſitatis, ſeù ſuſpicionis Prælati ad quem; quo caſu videtur poſſe per ſaltum fieri: ſed tunc de cauſa ſuſpicionis debet euidenter conſtare. Peyrin. *d.n.*18. & Donatus *eod.q.*34.*n.*3. Nec de facili admittenda a Protectoribus, niſi in caſibus grauibus (cum aliàs vocetur à Nouario *dict.Comment.*11.*n.*3. Diaboli inuentum ad turbandam Religionum tranquillitatem) in quibus euidenter conſtaret fieri Religioſo notabilem iniuriam in fama, & honore. Donatus *d. p.*2.*tract.*10.*q.*30.*n.*8.*q.*31.*n.*2.*q.*33.*n.*4.*& q.*35. *n.*4. non autem ob cauſas friuolas, & ad effugiendas Superiorum correctiones, aut pro impugnandis eorum ordinationibus, etiam ſi alias aliqua iniuria fiat ipſis Religioſis. A Spiritu Sancto *d.conſult.*110.*n.* 38. & 39. ratione nocumenti, quod ex hiſce appellationibus ob neglectum obedientiæ, & boni regiminis eneruationem oritur Religioni, quod bono particulari præferendum eſt. Suarez *de Relig.tom.*4. *lib.*2.*cap.*11.*n.*12. Peyrin. *d.cap.*20. *dico tertiò* §. *ſecundò probatur*. Roderic. *qq.canonic. & regul. tom.*1.*q.*29.*art.*3. Barboſ. *in vot.deciſ.lib.*1.*vot.*4. *n.*51 Lezana *dict.cap.*9.*part.*1.*n.*7. *& dict. verb. appellare n.*4. cum Cardinale de Lugo *tom.*2. *de iuſt.& iur.diſp.*37.*ſect.* 14.*n.* 175. dicente, tunc ſolum licere Religioſo appellare, quando clarè, & certò conſtat de iniuſtitia, & exceſſu correctionis, ſeù grauamine: non verò ſi grauamen ſit dubium. Bordon. *d.prax.crim.cap.*90.*q.*2.*n.*3. A Spiritu Sancto in *Director. loc.ſupr. num.*791. quia priuilegia Religionum ſcilicet Carmelitarum, & Auguſtinianorum, vigore quorum poſſunt Generales earum reiicere appellationem ab eorum præceptis, monitionibus, ordinationibus, mandatis, decretis &c. vt notant Caſſarub. in *d.compend.verb. appellare num.*2. *& verb.Generalis.*§.11.*&* 12. & cum eo Nouarius, *in d.lucern.Regul.verb.appellatio nu.* 9. Barboſ. *d. vot.deciſ.*4. *num.*68. hoc ſaltem debent operari, quod in grauamine dubio nequeat dari appellatio. Ceſpedes *de exempt.Regul.cap.*23. *dub.*356. *n.*3. Sanchez *in Decalog.lib.*6. *cap.*8.*nu.*110. Pellizzar. *tract.*6.*cap.*7.*n.*39. & conſentit Donatus *d.tract.*10.*q.*31 *num.*2. & maximè, cum præ omnibus Superiorum auctoritas ſit, vt dictum eſt, tuenda à Protectoribus.

1412 Pro horum autem munerum executione poſſunt vtique procedere per cenſuras, vtpotè Commiſſarij Apoſtolici, & Delegati Papæ, quibus in cauſis ſibi commiſſis id competit. Gloſſ. *in cap.licet de offic.Vicar.cap.*2.*de conſuetud.in* 6.*& cap.Romana de appellat.& cap.P.& G.cap.ſignificaſti de offic. & poteſt. Iudic. delegat.* Coaruu. *in cap.Alma Mater.p.*2.§.2.*n.*7. *de ſent. excommunic. in* 6. Miranda *in Manual. Prælat. tom.*2.*q.*35.*art.*8.*concl.*1.*verſ.item & delegatus*; & quia cum ipſis ſit conceſſa iuriſdictio, & auctoritas, cenſenda ſunt & conceſſa ea, ſine quibus talis iuriſdictio, & auctoritas executioni mandari non poteſt *l.*2. *ff.de iuriſdict.omn.Iudic. Cap.Paſtoralis.cap.prætereà de offic.deleg.* aliàs inanis eſſet eorum auctoritas. Azor. *tom.*2. *lib.*5. *cap.* 35. *q.*10. Moneta. *de Conſeruatoribus cap.*7. *n.*279. & ex Gloſſ. in ſimili *ad cap. ſuper quæſtion. verb.executorem.tit. eod. de offic.delegat.* Lezana *in Mar.magn.Carmelit.ad* §.107. *n.* 529. vbi id intelligendum maxime in eo, quod ſpectat ad præcipuum Protectorum munus, quod eſt cõſeruare auctoritatem Superiorum, & Ordinũ, ac Religioſorum priuilegia contrà moleſtantes & contradictores, licet reſpectu ipſorum Regularium, poſſe procedere per cenſuras neget Pellizzarius *d.tract.*8.*n.*168. ratione priuilegij Mendicantium, vt non poſſint excommunicari &c. Quia autem huiuſmodi facultas videtur delegabilis, quando tamen agitur de cauſis Religioſorum delegari non debet, niſi raro, & non niſi quando ex vrgenti impedimento non poſſint ipſi Protectores perſonaliter aſſiſtere; ſicuti enim volunt Summi Pontifices, quod vt conſulatur Religionum decori, in talibus caſibus non extero ſed ex Religioſis aſſumpto vtatur Notario, ità ob eandem rationem abſtinere debent à ſubdelegationibus: ſed, vt loquuntur Paulus V. & Vrbanus VIII. *quoad poteris, per te ipſum id facere cures.* Videantur Lezana *d.cap.*9.[illegible] *n.*11.*&* 20. & Pellizz.*d.tract.*8.*n.*152.

1413 [illegible] verò ipſi DD. Protectores poſſunt ex Clementis.VIII. indulto in decretis de *reformat. Regul.* §. 39. licentiam accedendi Romam fratribus ſuæ protectionis concedere, dubitatur, an facultas hæc intelligenda ſit pro eorum libito, vel ſolum pro caſu neceſſitatis, ſeu appellationis? Et nonnullos doctos audiui ſentientes in hoc ſecundo ſenſu accipiendam eſſe, qui aliàs, ſi ipſi ex eorum libito poſſent Romam eundi fratribus id expoſcentibus licentiam concedere, deſtrueretur abſque dubio boni regiminis harmonia; quandoquidem ad Protectorem inconſulto, quin data opera, omiſſo proprio Prælato haberetur recurſus, & hinc ad eius contemptum iter manifeſtum; Confuſio item non leuis, ac perturbatio oriretur in Conuentibus, ſi poſſent vtique indifferenter aliquos Generalis, & alios Protector aduocare, præter alia, & multa incommoda, & inconuenientia, quæ non videntur à Summis Pontificibus intenta, cum ad ea vitãda limitatam quoad hoc à Gregorio XI. & Sixto IV. Protectorum auctoritatem referat Peyrin. *de ſubd. q.*1.*cap.*18.§.3. Et facit prò hac ſententia, quod

cum

Digitized by Google

cum ad Protectores detur appellatio ex dictis, & propterea ab ipſis, & non à Superiore aggrauante petenda ſit licentia ad ipſos accedendi, vt ex Gloſſ. *cap. cum Paſtoris. 2. q. 7.* Roderic. *tom. 1. q. 30. art. 3.* & cum eo Bordon. *reſol. 32. q. 9. num. 28.* videtur cohærenter conceſſum Protectoribus poſſe huiuſmodi licentias ad effectū proſequendę appellationis concedere. Vtcumque tamen ſit, verba Lezanæ *d. cap. 9. n. 18. fin.* libet adducere. *Decet autem DD. Protectores vti hac facultate niſi in caſu raro, & fratres ab ipſis facultatem Romam veniendi poſtulantes ad Generales remittere, qui ob notitiam, quam de fratribus ſuis habent, melius diſcernere poterunt, an conueniens ſit talem facultatem illis elargiri.*

1414 Protectores inſuper noſtri Ordinis Eremitarum ſpecialem habent facultatem decidendi extraiudicialiter lites, & controuerſias, quæ inter RR. P. Generalem, & Congregationes eiuſdem Ordinis pro tempore oriri poſſunt, cum totali litium extinctione vigore facultatis illis conceſſæ à Iulio III. im Conſtit. *ex debito.* §. 12. Dat. Romæ apud S. Petrum. 30. *Ianuarij* 1551. vt in *Bullar. Ordin. pag. 217.* quod item aſſerendum reſpectu noſtrę Congregationis, cum in noſtris Apoſtolicis Conſtitutionibus *p. 3. cap. 5.* ſic diſponatur: *Et qui pro tempore fuerint Protectores dicti Ordinis* (ſcilicet Eremitarum) *in hac Congregatione Diſcalceatorum eandem auctoritatem, & iuriſdictionem habeant, quam modò habet, & exercet Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Cardinalis Saulius in toto Ordine Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini iuxtà Bullam Pauli. V.* in quibus certè includitur prædicta auctoritas decidendi &c. qua tunc potiebatur Cardinalis Saulius.

1415 Talis tandem ſunt dignitatis, vt aſſerentibus ipſis, ſe habere à Papa viuæ vocis oraculum, ſit illis credendum. De qua re Lezana *d. t. 1. p. 2. cap. 9. n. 7.* & nos ſuprà *nu. 493.* & 1225. quod tamen intelligendum de viuæ vocis Oraculis concernentibus Religionem, quam protegunt, vt obſeruat Peyrin *in Formul. litt. Z. cap. 3. appendic. 4. n. 2.* Et illis omnis honor, & reuerentia debeatur, tum ratione dignitatis, tum quia ſic in litteris Protectionis iubent Sūmi Pontifices; tum etiam titulo gratitudinis; qua etiam de cauſa in tota Congregatione qualibet die in Oratione Serotina ſpecialiter pro ipſis ad Dominum preces funduntur.

DVBIVM II.

De Patris Vicarij Generalis officio, & auctoritate in communi.

1416 IN quolibet Capitulo generali de triennio in triennium eligitur Vicarius Generalis, qui ſtatim à Præſidente Capituli in eiuſdem Capituli initio ab omnibus vocalibus electo confirmatur. *Conſtit. 3. p. cap. 3. n. 1. & cap. 5. n. 2.* & eſt Supremus in Congregatione Prælatus. Nec faciendus ſcrupulus in titulo, ſeù nomine Vicarij Generalis, quaſi alterius vicem gerat & delegatam habeat auctoritatem, quia de Religionum Prælatis loquendo non eſt curandum de nomine, ſeù titulo, cum earum Generales diuerſimodè appellentur, Abbates, Priores, Magiſtri, Miniſtri, Præpoſiti, Commiſſarij, Correctores, Maiores, vt inter Camaldulenſes &c. iuxtà diuerſum vſum, & conſuetudinem; & ſic poſſunt etiam hoc Vicarij nomine vocari abſque illatione delegatæ iuriſdictionis, ſi tali titulo conſueuerit Religio Prælatum Supremum appellare. Nec nouum, eſt quod dentur Vicarij cum ordinaria poteſtate, & nequaquam delegata, vt Vicarij perpetui, de quibus Barbos. *de iur. Eccleſ. vniu. lib. 1. cap. 15. n. 8. & lib. 3. cap. 6. nu. 2. ad. 36.* Itèm Vicarij nati, qui tales dicuntur, eo quod à lege ipſa nullo alterius facto, aut miniſterio conſtituantur, de quibus idem Barboſa *eod. lib. 1. cap. 24. num. 34.* quorum pariter auctoritas delegata non eſt, ſed ordinaria. Aut etiam Vicarij Epiſcoporum, qui ſunt Iudices Ordinarij per eund. Barbos. *de cap. 11. n. 27.* & cum multis Sbrozz. *in tract. de Vicar. Epiſc. lib. 1. q. 23. nu. 5. & lib. 2. q. 55. nu. 9.* Vel Vicarij Capitulares, qui itèm ordinariam poteſtatem habent ſecundùm Innoc. *in cap. ſuo. de offic. Vicarij. & in cap. licet. & in cap. Romana. eod. tit. in 6.* Sed ſtando in terminis Religionum, & magis ad rem, Vicarij, qui mortuo Generali, vel eliguntur, vel ſuccedunt in munere vſque ad noui Generalis electionē, vel Capitulum, ordinariam iuriſdictionem exercent. ex Gloſs. *in l. 2. C. de off. eius. qui vices alterius gerit* Mirand. *in Manual. tom. 2. q. 10. art. 7.* Superior etiam Generalis FF. Minorum de Obſeruantia quanto tempore titulo Vicarij Generalis appellatus? & tamen ordinariam iuriſdictionem habuiſſe non dubitandum. Quid amplius? Commiſſarius ipſe Generalis Minorum de obſeruantia qui ſubſtantialiter eſt Vicarius Miniſtri Generalis, vt ex Leonis X. Conſtit. *Ite vos in vineam meam*; quæ Bulla vnionis dicitur, apud Roderic. in *compilat. priuileg. tom. 1.* ibi: *Decernimus, quod ſi Miniſter Generalis cismontanus electus fuerit, inſtituat in partibus vltramontanis vnum Generalem Commiſſarium ab eiſdem vltramontanis Fratribus eligendum, cui Miniſter Generalis ſuper præfatos Fratres vltramontanos vices ſuas committat, prout Capitulo Generali expedire videbitur. Ità tamen, quod Commiſſarius præfato miniſtro Generali omninò ſubijciatur, vt cæteri dicti Ordinis Prælati ſubyciuntur; ac illi ſecundum Regulam obedire teneatur;* Et tamen iuriſdictionem Ordinariam, & non delegatam exercet, vt probāt idem Roderic. *qq. canonic. & regul. tom. 1. q. 51. art. 3.* Miranda. *d. tom. 2. q. 11. art. 3.* Sanctorus à Melfi *in ſtatut. Minor. cap. 8. ad ſtatut. 36. q. 2.* Nullo ergò pacto ſequitur ex titulo Vicarij Generalis, quod delegata ſit eius auctoritas, & iuriſdictio.

1417 Et ratio eſt, tum quia eius iuriſdictio (ſicut & ſupradictorum Vicariorum) perpetuò competit dignitati, & officio; & eodem iure tranſit ad ſucceſſorem, quod eſt proprium iuriſdictioois ordinariæ. Barthol. *l. Ambitioſa. nu. 34. ff. de decr. ab Ord. fac.* Bald. *cap. fin. nu. vnic. de offic.*

offic.ord.& ibi Imola *ad fin*. Couarr. *3.variar.cap.* 20.*n.*69. Barbos *l.cum Prætor.* 12.§.1 *à n.*28.*ad* 37. *ff.de Iudic.* Henriq. *lib.*13.*de excomm.cap.*24.*nu.*2. Sylu. *verb.deleg.q.*8.*dict.*1.& latè Sanchez *lib.* 2. *de matrim.diſp.*40.*n.*14. Et eſt illi à lege conceſſa, ſeu per Conſtitutiones à Summo Pontifice approbatas; per quod pariter abſque dubio ordinariam eſſe dignoſcitur per text. *in cap.Romana.de appellat.*& *cap.in tria.de offic.Vicarij l.* & *quia.ff.iuriſdic.omn. Iudic.* Menoch. *de arbitr.lib.*1. *q.*74. *n* 2. Sanchez. *ibid.diſp.*29. *n.* 3. Roderic. & Miranda *loc.ſupr.* tum quia non eſt aſſignabile, à quo huiuſmodi facultas ſit illi delegata, vt poſſit dici non ordinaria; cum à P. Generali Ordinis Eremitarum, qui vnicus poſſet excogitari prò Ordinario, & delegante, nullo modò neque in fieri, neq; in facto eſſe dependeat; quandoquidem non ſolùm ab eo, non inſtituitur; ſed nec confirmatur; cum eligatur à Congregationis Capitulo, & confirmetur à Præſidente Capituli; & ſiuè P. Generalis ceſſet, ſiuè priuetur, ſiuè excommunicetur, ſiuè renuntiet, nunquam P. Vicarij Generalis iuriſdictio ceſſat: ſed eadem poteſtas, in eo immutata remanet. Quomodo ergò concipi poterit quod ſit delegata? Vrgeo. Si Vicarij Epiſcoporum, & ſi ab illis inſtituti; Si Vicarij Minorum, & ſi à Miniſtro Generali confirmati, prout teſtatur Roderic. *d.tom.* 1.*q.*4.*art.* 2.& habetur in decreto Concilij Conſtantienſis apud eumdem Roderic. *d.tom.*1.*compilat.priuileg.pag.mihi* 70. & Eugenij IV. Bulla *Ordinis tui*. apud eumd. *Bull.* 31. ac Pij Papæ II. Bulla *Prò noſtra.* apud eumd. *Bull.*1.& Calixti III. *Conditor Orbis.* apud eumd. *pag.* 129. Si Commiſſarij Generales Minorum & ſi confirmati à Miniſtro Generali Miranda *ibid.q.*11.*art.*1.*concl.*2.& illi ſubiecti, vt vidimus· Quin ſi ipſe P. Generalis Magiſter Ordinis Minorum Conuentualium, & ſi confirmetur, vel ſaltem confirmari debuerit poſt mutationem factam in Ordine, à P. Miniſtro Generali Minorum de Obſeruantia iuxta diſpoſitionem Leonis X. in Bull. *Omnipotens Deus* apud eumd. Roderic. *ibid.Bull.*2. habent tamen omnes ordinariam iuriſdictionem, quia eam non accipiunt ab homine, ſed à lege per allegatos DD. à fortiori talis erit, & iuriſdictio P. Vicarij Generalis, qui vt dictum eſt, nec inſtituitur, nec confirmatur à P. Generali, ſed in ſuo officio eſt ab illo omninò independens, & auctoritatem ſuam habet à lege ſolum & ratione officij.

1418 Non ergò attendendum nomen Vicarij, ſiue quodcumque aliud ſit Prælatorum. Satis ad rem præſentem eſt, quod, vt vidimus, eius auctoritas ſit ordinaria, & ipſe ſit in ſua Cõgregatione independens, quod idem eſt ac in re, ſeù auctoritatiuè Generalis. Prò qua re hæc euidentiſſima ſunt. Eligitur à ſolo Cõgregationis Capitulo. Confirmatur à Præſidente, & ab ipſa Congregatione electo; auctoritatem accipit à lege, & officio annexam, quin plenam, vt mox dicemus; independenter ab omni alio præterquam à Summo Pontifice ſuam Congregationem gubernat, vt benè adnotauit & Barboſa. *de iur.Eccles.vniu.lib.*1.*cap.*41.*n.*43. ibi *Sed diſcalceatus* (ſcilicet Ordo) *habet ſuum Vicarium Generalem, qui illum totaliter gubernat.* Præeſt ſuæ Congregationi cum eadem *omnimoda poteſtate*, quam habet ipſe Reuerendiſs. P. Generalis in toto Ordine tum ex iure, tum ex priuilegijs, vt dictum eſt *n.*697. Appellatio, quę iuxta decretum S. Congregationis (de quo ſupra *n.*1411.) circa ordinem appellandi, conceditur à Priore ad Prouincialem, à Prouinciali, ad Generalem; ab hoc ad Protectorem, in noſtra Congregatione à Priore ad Prouincialem, & ab hoc ad ſolum P. Vicarium admittitur, eſt ad P. Generalem non detur, vt diximus *n.* 488. & dicetur *n.* 1476. Ad ipſum etiam à Religioſis omnibus dirigitur, & in nomine ipſius emittitur profeſſio vt *n.*1094. & *nu.*1095. excluſo ab his omnibus ipſo P. Reuerendiſs. Generali. Et quis non videat, eum eſſe verum totius Congregationis Prælatum, & Caput, & ſi non nomen, realitatem tamen Generalium in ea habere?

1419 Nec his obſtare dicendum, quod idem Pater RR. Generalis habeat ius viſitandi Cõgregationem. quia omiſſo, quod adeò ſit coarctatum, & limitatum hoc ius, vt quaſi prò nihilo reputetur, vt diximus *n.*488. & iterum infrà à *n.*1476.& ſeq. quale indè incommodum vel ordinariæ, vel Supremæ P. Vicarij Generalis auctoritati? Quo enim ad primam partem iam vidimus in Vicarijs Epiſcoporum, & alijs, licet ſint Epiſcopis, vel Generalibus ſubordinati, & ab illis dependeant (quod tamen non verificatur in præſenti) eos iuriſdictione ordinaria potiri. Et quoad ſecundam, eſt item certum, quod per hoc, quod Archiepiſcopus poſſit viſitare Diœceſim Epiſcopi, & Diœceſani poſſint ad illum appellare vt ex *cap. Paſtoralis.* & *cap. Duo ſimul. de off.ordin.* & *cap.*1. *eod.tit. lib.* 6. *cap. Romana de appellat. eod.lib.* non ceſſat Epiſcopus eſſe Epiſcopus iuxtà text. *in cap. perpetuò.de cenſ.* Et magis ad rem Generalis Minorum Conuentualium non ceſſat eſſe Generalis, & ſi confirmari debeat iuxtà dictam Leonis X. diſpoſitionem à Miniſtro Generali Obſeruantium, & debeant ipſi PP. Conuentuales dictum Miniſtrum Generalem tamquam ſuum Superiorem recipere. ibi. *Nec aliquam iuriſdictionem, ſiuè Superioritatem in ipſos* (ſcilicet Conuentuales) *exercere valeant* (ſcilicet Obſeruantes) *præterquam, cum ipſum Miniſtrum Generalem prò tempore exiſtentem ad ipſorum Fratrum Conuentualium Domos, & loca declinare contigerit: quo caſu ipſe Miniſter eoſdem Fratres Conuentuales paternè viſitare, ipſique Fratres Conuentuales eumdem Miniſtrum Generalem tamquam totius dicti Ordinis Superiorem omni cum charitate, & dilectione recipere debeant.* Neque ergò & à fortiori præiudicat P. Vicario Generali Excalceatorum, quin ſit quoad realitatem eorum verus Generalis, ius quod habet P. Generalis viſitandi aliqualiter Congregationem, cum tali, & ſimplici viſitatione peracta nequeat à nobis ipſe

P. Ge-

P. Generalis recipi, neque ad illum vllo modo quis appellare. Ità ſanè; & ità iudicauit S. Viſitationis Apoſtolicæ Congregatio, dum propterea P. Vicario Generali, Generalium præeminentias & prærogatiuas competere declarauit ſequenti decreto apud Cherubin. *tom. 4. Bullar. pag. 74.*

1420 *In cauſa, & cauſis coram nobis inter Admod. R. P. F. Baſilium à SS. Trinitate Vicarium Generalem Congregationis Diſcalceatorum Sancti Auguſtini Italiæ ex vna parte, & Patres &c. ex altera, de & ſuper prætenſa nullitate delegationis per eumdem P. Vicarium Generalem facta, &c.*

Fuit prouiſum, & decretum R. P. Vicarium fuiſſe, & eſſe verum, & legitimum Superiorem Vicarium Generalem nuncupatum totius Congregationis, ac vti, & gaudere omnibus, & ſingulis iuribus, & prærogatiuis, præeminentijs, & facultatibus, quibus aliarum Religionum Generales, gaudent, vtuntur, & potiuntur; ideòque ſibi licuiſſe, & licere inter alia, eo abſente, alium ſuo loco ſubrogare, qui omnimoda eius poteſtate, & iuriſdictione vbique locorum (illa tantum excepta Prouincia, in qua ipſe Generalis Vicarius prò tempore reperietur) fungatur, & potiatur; & conſequenter ſubrogationem, ac delegationem à præfato Generali Vicario in perſona Patris Valeriani quarti Definitoris factam, fuiſſe, & eſſe iuridicam, & canonicè factam; & vti talem fore, & eſſe confirmandam, pròut illam confirmamus, & approbamus, & prò confirmata, & approbata haberi volumus, & mandamus: Fratreſque omnes eidem Generali Vicario ſubiectos eiuſdem Religionis *præfato P. Valeriano ad obedientiam præſtandam iuxtà formam ſuæ delegationis obligatos fuiſſe, & eſſe declaramus. Actum Romæ. Domi ſolitæ Reſidentiæ Illuſtriſs. DD. Sacræ Congregationis hac die 24. Maij 1626.*

A. Riccinllus Iudex & Secr.

Odoardus Tibaldeſcus Not.

& ità ſentiunt Aldan. in compend. canonic. reſol. lib. 2. tit. 43. nu. 55. Barbos. *in collect. decis. Apoſtol. decis. 721. n. 1.* Nouarius *in lucern. Regul. verb. Vicarius n. 4.* Lezana *tom. 2. verb. eod. nu. 3.* vbi apertè eum dicit eſſe in re Generalem. Vnde eſt, quod ſi vellet ad ſtrictiorem tranſire, teneretur à Sūmo Pontifice licentiam petere, cum non habeat in Ordine Superiorem, à quo petat, ad inſtar Generalium aliarum Religionum, de quibus Sāchez *in precept. Decalog. lib. 6. cap. 7. n. 8.* Tamburin. de *iur. Abb. tom. 2. diſp. 7. q. 1. n. 23.* Barbos. de *iur. Eccleſ. vniu. lib. 1. cap. 42. n. 48.*

1421 Ex his ergò patet ea omnia ipſum poſſe, quæ aliarum Religionum Generales poſſunt; & de quibus paſſim DD. Concordant Conſtitutiones *p. 3. cap. 3. §. 1.* dum plenam illi auctoritatem concedunt, ibi: *Auctoritatem plenam habebit*, ideſt iuriſdictionem; ſunt enim hæc duo ſinonima, cum de Iudice ſeù de Prælato agitur, poſt Abb. But. & alios. Decius. *in cap. in litteris. n. 3. de offic. delegat.*, ſeù amplum ius, & facultatem, cum plenum dicatur, cui nihil deeſt, ſiuè iuris, ſiuè facti. Bald. *l. huiuſmodi. §. ijs. n. 1. verſ. in text. ff. de legat. 1. & cōſ. 383. n. 2. vol. 3.* Socin. Iun. *conſ. 124. nu. 45. vol. 1.* Card. Tuſch. *tom. 2. litt. D. concl. 329. n. 4.* vel quod non indiget additione *cap. benè quidem. diſt. 69. cap. Apoſtolica de præbend. in 6.* Iaſon. *in d. l. huiuſmodi. § ædes. n. 5.* & cui minima pars non deficit. Gozad. *conſ. 47. n. 7.* Tuſch. *d. concl. 329. num. 4.* Quod tamen intelligendum iuxtà eaſdem Conſtitutiones *ibid. niſi in caſibus Definitorio reſeruatis*; hoc eſt extrà illos caſus, ipſum omnia poſſe, ad quæ, vt dictum eſt, aliorum Generalium facultas ſe extendit; exceptio ſiquidem firmat regulam.

1422 Et adeò ampla eſt hæc eius facultas, vt, ſicut in caſibus Definitorio reſeruatis tenetur eorum deciſioni ſtare, & illam exequi per Conſtit. *p. 3. cap. 4. §. 10.* ſic in non reſeruatis, nec eorum conſilium teneatur petere; plena ſiquidem auctoritas, qua extrà prædictos caſus potitur, videtur poſitiuè eum abſoluere in reliquis ab omni dependentia, etiam per modum conſilij; ſecus non haberet in illis plenam auctoritatem; & eo magis, cum nullibi caueatur, quod conſulat Definitores præter quam prò infligenda pæna in caſu, ad quem ſua non ſe extendere videatur auctoritas, quo vel aliquē Definitorem, vel Priorem conſulere tenetur, prout *n. 1000.* Quamuis enim verba quibus ad conſilium petendum illum ad ſtringunt *Conſtit. p. 4. cap. 1. n. 4.* ibi; *Quod idem faciet Vicarius Gen. in caſibus ſuam facultatem excedentibus* videantur ſupponere prò omni caſu ſuam auctoritatem excedente, hoc eſt in eis conſilium ſemper petendum; ex ſubiecta tamen materia, quæ eſt de pænis, limitatur hæc conſilij neceſſitas ad caſus carcerationis, & inflictionis pænæ: verba ſiquidem generalia ſecundum ſubiectam materiam reſtringuntur. Card. Tuſch. *litt. V. concl. 132.* Rot. *decis. 542. nu. 4. apud Farin. p. 1. recent.* ſicut à dictione *quod idem*, quæ cum ſit repetitiua præcedentium, & omnium qualitatum per allegat. à Barboſ. *in diction. vſufreq. dict. 143. nu. 1.* reſtringit ad caſum inflictionis pænæ, quando ad eam auctoritas, non ſe extendere videtur, prout in præcedenti diſpoſitione. Dixi, non teneatur, hoc eſt ex debito, & vigore Conſtitutionum, cum poſſit aliundè inſurgere obligatio aliqua conſulendi Definitores propter dicta *nu. 999.* & aliàs laudabile ſit eos conſulere, cum ſincerius ſit conſilium, quod plurimorum ſententia comprobatur. *C. prudentiam de offic. delegati.* Anchar. *conſ. 157.* & vbi plura ſunt conſilia plurima eſt ſalus. *prou. 14.* & qui agunt cum conſilio reguntur prudentia. *ibid. cap. 13.* Murga in *Conſtit. n. 1004.* In qua ſuppoſitione, cum tamen ad id non teneatur præſcriptione legis, ſeu ſit potius conſilium inquirendum ex conuenientia, quam ex neceſſitate, non tenetur illud ſequi. *cap. cum in veteri. de elect. cap. olim. de arbitr.* Moron. *reſponſ. 28. n. 119.* & regulare eſt, quod ſi conſilium excitat ad deliberandum nō tamen obligat ad ſequendum; Sanctorus à Melfi in *Statut. Minor. cap. 1. Statut. 4. §. 19.* & cū multis Barbos *axiom. 55. nu. 2.* & quandoque licet ex neceſſitate ſit petendum, non tamen ex neceſſitate ſequendum, ad text. in *cap. 1.* de

Monach. & in *d.cap. eum in veteri.de elect.* Moron.*d.n.*119.*fin.*Peregrin. in *conſtit. Cleric. Theatin.p.*3.*cap.*7.*litt.I.*& cum Syluest. *verb.conſilium* §.2.Miranda.*tom.*2.*q.*13.*art.* 1., & communiter DD.eo magis, cum quo ad hoc non adſint ea, quæ poſſint inducere obligationem ad ſequendum, de quibus infrà *nu.*1478.Et ſignanter in dicto caſu de inflictione pænæ &c.cum dicatur *conſulto aliquo Definitore, vel Priore locali, ſi Definitoris conſilium opportunum capere non poſſit*, quò conſtat in eius arbitrio eſſe illud ſequi, ſicut & de eius opportunitate iudicare.

DVBIVM III.

De eiuſdem auctoritate quoad aliqua in particulari.

1423 DE aliquibus, quoad eius auctoritatem in particulari, vt de facultate interpretandi, & limitandi priuilegia, erigendi Cōfraternitates, admittendi ad habitum, & profeſſionem & alijs quibuſdam, iam ſuis locis egimus. Nunc tantum addendum non ſolùm duobus primis annis ſui triennij poſse Congregationem viſitare, prout diſponunt Conſtitutiones *d.cap.*3.§.3. ſed etiam vltimo, ſeù tertio, vigore facultatis S. Congregationis Regular. prout vbi de Viſitatione, & tam in dicta Viſitatione, quàm extrà culpas omnes vſque ad grauiores incluſiuè poſſe punire. *d.c.*3. §.4.

1424 Et quia in *d.cap.*3.*Conſtit.*§.2.*Nullus ſine eius licentia ad Sacros Ordines promoueri, ab vno ad aliud monaſterium transferri, Confeſſarij, aut Concionatoris, aut Lectoris ordinarij officio fungi* poteſt, non erit abs re aliqua dilucidare. Et primò quoad licentiā prò promotione ad Sacros Ordines, eam dare non poteſt, niſi precedente promouēdi approbatione quoad ſcientiā, & mores ab Examinatoribus, & Capitulo reſpectiue facienda, quiaità diſponitur in Conſtit.*p.*2.*cap.*6. §.ibi, *quam ipſe non dabit, niſi ab Examinatoribus, quoad ſcientiam, & à Capitulo Conuentus quoad mores per ſecreta ſuffragia dignus tali ordine iudicatus fuerit*; eſt enim appoſita talis approbatio prò forma, vt apparet, & etiam ratione dictionis *niſi.* quam ſtare prò forma docet M. Anton. *variar.Reſol.lib.*1.*reſol.vlt.caſ.*32.*verſ.prò Epiſcopo in fin.* & conformiter ad Concil. Trid. *ſeſs.*23. *de reformat.cap.*15. quæ omitti non debet, nam forma non ſeruata, actum non valere eſt commune iuris axioma. Occurente tamen caſu, quo completo tempore, & ætatis, & profeſſionis prò ordinatione requiſito, nolit Prior aliquis ordinandum proponere Capitulo, aut ab eodem reprobetur, ſi ipſi P. Generali Vicario non conſtet de cauſa, debet eam exquirere, & ad producendam Priorem adſtringere; & ſi conſtet, iniuſtè vel non propoſitum, vel reprobatum, poterit ei licentiam ſuſcipiendi Ordines concedere (quod idem dicendum de admittendis ad confeſſiones audiendas) quià ad ſupremum Prælatum ſpectat iudicare, an cauſa ſit iuſta nec ne, & de iuſtitia prouidere, vt in ſimili Peregrin. *in Conſtit. Cleric. Regul. ad part.* 1.*cap.*4.*ad verb.prò Sacris ordinibus.*§.*ſecundò dubitari*; non obſtante, quod talem approbationem dixerimus eſſe de forma, quia formæ omiſſio non vitiat, vbi omittitur propter iuſtam cauſam, & præſertim ſi talis ſit (vt in præſenti caſu) quod legiſlatores, ſi de ea interrogati eſſent, non eam negarent. Maſcard. *de general. ſtatut. interpret. concl.*9.*n.* 82. ſicut è contrà & ſi approbatus quis fuerit, licentiam denegare, quando indignum tali ordine ipſe P.V. Generalis eum cognouerit; & abſque onere adducendi approbatoribus ſuæ reprobationis cauſam. Idem. Peregrin.*ibid.* §.*tertiò dubitari*. Non ſentio tamen cum ipſo reiterandam eſſe huiuſmodi, vel P.V.G.licētiam, vel Capituli approbationem, ſi poſt ſemel hanc perfectam, & illam cōceſſam, ad tres menſes differatur ordinatio; quia adeſt totum id, quod à lege requiritur, nec eſt apud nos, vnde ea ſint reiteranda, niſi noua aliqua cauſa ſuperueniat, ob quam ſe reddat indignū, quia tunc poteſt ordinatio impediri *per l.vt gradatim.* §.*vlt.iuncta Gloſſ.ff.de muneribus, & honorib.l.ſed & reprobari*; vbi Bald.*ff.de excuſat.tutor.* & probat. Genuenſ.in ſua prax. Neapol.*c.*83.*n.*4. Idem Peregrin.*ibid.*§.*ſi verò occurrat.* & conſequenter prior licentia ſuſpendi, & tunc iterum debebit approbari: Sed tamen iterum approbato, non iudico nouam P.V.G. licentiam, niſi ipſe aliter ordinauerit, requiri, cum prior vt potè non reuocata, cenſeatur in ſuo vigore.

1425 Et quoad licentiam prò admiſſione ad confeſſiones audiendas, adeò eſt neceſſaria, vt nullus Epiſcopus aliquem Sacerdotem ex noſtris non approbatum à P.V.G.in Confeſſorem ſibi poſſit eligere; cum enim prò electione Confeſſarij ex non ſibi ſubditis, quæ illis conceditur per text.*in cap.fin.de pœnit.& remiſſ.* requiratur, quod qui eligitur, ſit à ſuo Ordinario approbatus, iuxta S.Congregat.Concilij declarationem apud Steph.Quarant.*in ſumm.Bull.verb.Archiepiſcop.auctoritas n.*7.& cum multis Barboſ.*in collect.ad Concil.Trid.ſeſs.*23.*de reform.cap.*15.*n.*30.& de poteſt. Epiſc.*p.*2.*allegat.*25.*n.*21.& Ordinarius Religioſorum in hac parte ſit Vicarius Generalis, non poterit quis ab eo non approbatus Epiſcopi confeſſionem audire. Peregrin.*ibid.p.*4.*cap.*5.*ad verb.exponantur.* Et non ſolùm Epiſcopi, ſed nec vllius Religioſi noſtri, etiam ſi aliàs eſſet ab Epiſcopo approbatus, cum non ſit propterea approbatus ab eorum Ordinario. Nauarr. in *Manual.cap.*4.*n.*1. Lezan.*tom.*1.*p.*1.*cap.*18.*nu.*26. Si verò ſermo ſit de confeſſionibus Sæculariū, validas eas eſſe ſi Regularis ab Epiſcopo approbatus, licet non approbatus à ſuo Prelato eas audiat, tenent Peyrin.*tom.*1.*de ſubdit.q.*1.*de obedient.cap.*21.*concl.*2. Roderic.*tom.*1. *q.*60. *art.*3. Miranda.*tom.*1.*q.*45.*art.*12.*concl.*2. Lezan.*d.p.*1.*cap.*19.*n.*12.*& tom.*2.*verb. Cōfeſſarius.n.*2. quamuis illicitas fore, & grauiter peccare contrà votum obedientiæ Regularem tali modo confeſſiones audientem, adeòque poſſe puniri aduertant. Attento tamen noſtro ſtatuto *Conſtit.p.*1.*cap.*3. §.2. quod eſt huiuſmodi. *Nullus Sacerdos*

abſque

abſque licentia Vicarij Generalis, & Prioris Conuentus confeſſiones alicuius, etiam Sacerdotis noſtri audire poſſit; quod ſi fecerit, per trienniam ab hoc munere ſuſpenſus exiſtat; & qui ei confeſſus fuerit graui pœna puniatur; videntur prò inualidis habendæ; verba enim *ſuſpenſus exiſtat*, cum ſint imperatiui modi, faciunt ſenſum, ac ipſo facto, & ſunt latæ ſententiæ, vt cum Lezana, & Barboſa vidimus *n.* 1276. & probibitio audiendi confeſſiones ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto, inualidas illas reddit, quia ſuſpenſi carent iuriſdictione actuali, vt cum Graff. *p.*1 *.decif.lib.*1 *.cap.*13*.n.*88. **Angles** *in florib.*9*.de Confeſſ.art.de Miniſtr. verſic.Regularis*, & Sayr. *de cenſur. lib.*5*.cap.*20*.n.*4. Peyrin. *d. cap.*21 *.concl.*2*, §.reſpondes primò*; ni fortè obſeruantia contraria ſit, & aliud ſuadeat.

1426 Oritur binc ex hoc eodem ſtatuto dubium; an facultas hæc creandi Confeſſarios ſit cumulatiuè poſita, & competat tam P. V. G. quam Priori, ex eo quod dicatur ſine licentia Vicarij Generalis, & Prioris? Et reſpondeo quod non, ſed penes P. Vicarium G. reſidere, vt dictum eſt etiam. *ſupr. n.*1219. & licentiã Prioris ibi requiſitam reſpicere exercitium, vt patet *ex ſubſeq.§.* vbi ſic ſtatuitur: *Antequam Vicarius Generalis alicui facultatem concedat confeſſiones Fratrum audiendi, aut ad confeſſiones Sæcularium audiendas ſe exponendi, per Priorem, & Examinatores coram Sacerdotibus rigidè examinetur, & quoad ſcientiam ab eis per ſecreta ſuffragia; quoad mores, & prudentiam à Capitulo approbetur; huiuſque approbationis Vicarius Generalis certior factus licentiam in ſcriptis concedat, qua nullus in Conuentu vtetur abſque expreſſo conſenſu Prioris Conuentus*; per quæ diſcernitur licentia Prioris ab ea, quæ eſt P. Vic. Generalis, & hanc reſpicere electionem, ſeù inſtitutionem Confeſſarij; illam verò Prioris vſum, & exercitium. Et clarius *part.* 2. *cap.*7*.de Confeſſarijs & Concionatoribus.* §.3. ibi. *Nullus niſi de licentia Vicarij Generalis concionari, aut Ordinarijs ſe præſentare audeat ſub pœna grauis culpæ, & interdictionis muneris*; facultas enim inſtituendi Confeſſarios datur hic P. Vicario G. non nominato Priore; ex quo intelligitur, quod licentia Prioris non requiratur pro inſtitutione, ſed pro exercitio, vt dictum eſt.

1427 Nullus ergò niſi approbatus à Capitulo, & obtenta à P. Vicario G. facultate, atque Prioris licentia poteſt confeſſiones vllas etiam Religioſorum ſub pæna ſuſpenſionis audire; & in caſu contrauentionis habent locum dicta de nullitate. Circà quam porrò Prioris licentiam ſufficit, quod Confeſſarij ſint ad id munus ab ipſo deputati; tum pro Religioſis, vt ex his Conſtitutionum *d.cap.*3*.§.*4*.* verbis. *Ex his à Vicario Generali Confeſſarijs conſtitutis Prior eligat iuxta numerum Fratrum aliquos, qui eorum confeſſiones audiant &c.* tum etiam pro Sæcularibus; licet enim in *d.cap.*3. ſic decernatur: *Prohibemus autem, ne vllus Confeſſarius tam in Eccleſia, quam extrà, niſi de licentia Superioris ipſo acta obtenta confeſſiones Sæcularium audiat: qui contrafecerit voce actiua, & paſſiua per totum menſem priuetur*; iam id non amplius viget, cum & quoad hos conſuetudo ſit, quod ſufficiat deputatio abſque alia actu repetita licentia, quæ nimis difficilis eſset, & oneroſa.

1428 Aduertendum tamen, quando dictum eſt neminem poſse ſine licentia P. Vicarij Generalis confeſſiones audire, id intelligendum primò, excepto caſu neceſſitatis, v.g. ſi quis ſit in mortis articulo, quia tunc habet quilibet Sacerdos poteſtatem ſaltem tacitam à Papa. Peyrin. *d.cap.*21*.§. Dico primò.* vel itineris, quia à Cõſtitutionibus datur in tali caſu facultas cuilibet Sacerdoti. *p.*1*. cap.*3*.§.*6*.* & ſecundò procedere (quod idem dicimus de licẽtia pro promouendis ad Sacros Ordines) attentis Conſtitutionibus ſolis, quia poſt inductos Prouinciales, ad eos extenſa eſt quoad bæc munera P. Vicarij Generalis facultas; Vndè, quæ de licentia P. Vicarij Generalis dicta ſunt, habent locum & in licentijs Prouincialium.

1429 Adnotandum hic etiam, quod occurrente caſu criminis occulti etiam extraiudicialiter noti poteſt ipſe P. Vicarius G. ſiuè ſit à ſe ipſo, ſiuè ab alio Vicario Generali approbatus, Confeſsarium ab hoc munere ſuſpendere ex declaratione S. Congregationis, vt referunt Nouarius *in Lucern. Regul. verb. Generalis*; *& verb. Generalatus n.*1. & Peregrinus *in d. Conſtit. cap.*5. *ad verb. nec niſi de licentia. §.* 7. *ſeptimò dubitari*, tenentque Lezana *d.ſ.*2*.verb.Confeſſarius.n.*2*.fin.* quod tamen non videtur dicendum de Prouinciali, vel Priore, cum ibi ſit tantum ſermo de Generali.

1430 Quo verò ad Lectores dubitari poteſt, an ad ipſum P. Vicarium Generalem ſpectet eorum electio, cum aliàs videatur ad Definitorium Capituli Generalis ſpectare, per *Conſtit.*3*.p. cap.*2*. de Capit. Gener.* §.23. vbi: *Electis Prioribus, & Supprioribus eligent Lectores, & Magiſtros ſtudentium.* Verùm munus hoc eſse P. Vicarij Generalis mihi certiſſimum, propter legis diſpoſitionem, de qua ſupra *n.*1424. vbi Confeſſarios ęquè, & Lectores eligere eſt illi tributum. Item ex Conſtitutionibus *eiſd.p.*2*.cap.*5*.§.*5*.*ibi: *In his Conuentibus ſint Prælectores Philoſophiæ, & Theologiæ à Vicario Generali eligendi*; & ex praxi; nam P. Vicarius G. eo modo, quo ſuis litteris habita Capitularium approbatione inſtituit Confeſsarios, eodem modo poſt eorum examen creat Lectores. Diſpoſitio autem ſupra poſita de facultate Definitorij Generalis poteſt intelligi de facultate deſignandi pro Lectoribus; in tali, vel tali Conuentu ex iam à P. Vic. Gen. electis in Lectores; vel admiſso, & Definitorium generale ob ſuam tranſcendentalem auctoritatem poſse eoſdem creare, dicendum facultatem huiuſmodi vtrique cumulatiuè competere, ſcilicet tum P. Vicario, tum Definitorio generali: abſoluto verò Capitulo Generali, ad ſolùm P. Vicarium G. tum eligere, tum ex electis pro actuali exercitio Lectores deſignare, quia cum non ſit hoc Definitorio annuali reſeruatum; & ipſe P. Vicarius G. babeat plenam auctoritatem, niſi in caſibus illi reſeruatis, vtrumque ſub illius, & non Definitorij iure erit.

Digitized by Google

1431 Et quia etiam in eiſdem Conſtitutionibus. *d. part. 3. cap. 3. §. 5.* permitititur illi poſſe diſpenſare ſub hac forma. *In ijs, quæ ad mores pertinent, & per Conſtitutiones ei non prohibentur, poterit ad tempus diſpenſare cum ſingularibus perſonis; at hoc ex iuſta cauſa, raròque efficiat*; obſeruandum, non poſſe cum tota Congregatione diſpenſare. v.g. ſuper abſtinentia à carnibus feria ſecunda, in ſilentio, ſuper litteris conſcribendis ſine ſcitu Prioris, & ſimilibus; quia diſpenſatio huiuſmodi in communi facta eſſet diſſipatio, & legis abrogatio, quæ non cadit ſub poteſtate Generalis. Peregrin. *loc. ſupr. in Proœm. ad verb. veteris abrogandi §. tertià ſimiliter*: Sed tantum cum particularibus perſonis, & nunquam ſine cauſa, cum talis poteſtas ſit in ædificationem, non in deſtructionem. 2. *Corinth.* 10. D. Thom. *2. 2. q. 88. art. 17. ad. 2.* Peyrin. *de ſubdit. q. 1. cap. 8. §. 5. verſ. tertio quod.* Lezana. *tom. 1. part. 1. cap. 7. n. 29.* quæ poſſunt eſſe tempus v.g. feſtiuitatis, vtilitas ſpiritualis, qualitas perſonæ, pietas, euitatio ſcandali, vel offenſæ, bonũ commune; de quibus Lezana *conſult. 6. à nu. 10. & ſeq.* & Peyrin. *ibid. dico quarto*. Etſi diſpenſet ſine cauſa, diſpenſatio erit nulla. Caietan. *in. 1. 2. q. 96. art. 5.* Miranda. *tom. 2. q. 30. art. 4. concl. 4.* Peyrin. *ibid. §. ex quibus colligitur primo. fin.* maximè cum ad diſpenſandum iuſta cauſa expreſsè requiratur à Statuto; Etſic diſpenſando, ſi in materia graui peccaret mortaliter. D. Thom. *1. 2. q. 79. art. 4.* Roderic. *tom. 1. q. 22. art. 4.* à S. Fauſto in *Theſaur. Relig. lib. 6. q. 131.* & cum multis Sanctorus à Melſi in *Statut. Minor. cap. 12. ſtatut. 12. quæſt. 2. fin.* quin etiam ſi in materia leui, ſi nimis frequenter diſpenſaret, quia regularis obſeruantiæ relaxationem introduceret. Peregrin. *ibi. litt. G. §. 4.*

1432 Poteſt item diſpenſare in pæna à lege conſtituta, & iam per legis tranſgreſſionẽ contracta, niſi pæna ſit actualiter reſeruata, quia poteſt omnia, quę non ſunt reſeruata Definitorio; & ex ratione communi DD. vt teſtantur Miranda. *d. tom. 2. q. 30. art. 11. concl. 1.* & Bartholom. à S. Fauſto *d. lib. 6. q. 128. num. 2.* quod Prælatus Ordinarius poſſit in ſubditos omnia, quę non ſunt ſpecialiter prohibita. Loquendo verò de pænis inflictis in caſu ſpeciali à Iudicibus inferioribus v.g. Prouincialibus, vel Prioribus non poteſt in his contrà voluntatem eorundem Iudicum inferiorum diſpenſare; ex præſcript. Concilij Trid. *ſeſſ. 14. de Reform. cap. 1.* tradunt Roderic. *d. q. 22. art. 8.* Mirand. *concl. 1.* quos ſequitur Peyrin. de Prælato. *q. 1. cap. 8. n. 17.* ne Prælati Ordinarij contemnantur à Subditis; qui tamen eum eiſdem aduertit, & in his poſt aliquod tempus, & poſtquam iam Prælatus inferior, qui punijt ſuo officio functus fuerit, vel alius illi Prælatus ſucceſſerit, ex iuſta cauſa diſpenſare poſſe, quia in his caſibus ordinarij Prælati auctoritas non contemnitur; ſicut & in caſu appellationis, aut quando pæna eſſet euidenter iniuſtè inflicta, ſecundum quam doctrinam intelligenda eſt diſpoſitio Conſtitutionum. *p. 4. cap. 1. §. 6.* vbi: *A pænitentijs iniunctis ab aliquo Superiore nullus ei inferior abſoluere, neq; diſpenſare poteſt; neque illo maior id faciat inconſulto Superiore, qui pænam inflixit*. An autem poſſit diſpenſare & in pænis, quæ à Definitorio, vel generali, vel annuali imponuntur; dico, ſi ſermo ſit de pæna grauiore tantum, quam ipſe ſolus P. Vicarius Generalis imponere poteſt, abſque dubio poſſe in ea diſpenſare, quia parũ refert, quod ad eam concurrerint Definitores; cum enim eius auctoritatem non excedat, & ſub eius arbitrio contineatur, neque excedet diſpenſatio: Si verò de pænis à lege Definitorio reſeruatis; quamuis non inueniam eas relaxare, vel diſpenſare eidem Definitorio reſeruatũ, nihilominus, non poſſe P. Vicarium Generalem in illis diſpenſare ex longa obſeruantia, quæ habet vim legis, cum ſemper ab eodem Definitorio fuerint vel relaxatæ, vel diſpenſatæ; & cohærenter ad iuris regulã, quod res per eaſdem cauſas reſoluuntur, per quas naſcuntur. *cap. omnis. 27. q. 2. cap. omnis res de regul. iur. in Decretal.*

DVBIVM IV.

De Definitoribus Generalibus, eorum prærogatiuis, & officio.

1433 QVattuor vigore Conſtitutionum *p. 3. cap. 4. §. 1.* debent eligi in Capitulo generali Definitores, & quamuis, ad hoc vt poſſint eligi, debeant eſſe præſentes ex declaratione Capituli gener. de 1632. vt dictum eſt *num.* 1273. eum debeant ſtatim ſua munia obire, ſecus ſi eligerentur abſentes, inutiliter eligerentur; Sanctorus à Melſi in *Conſtit. Minor. c. 8. ſtatut. 37. q. 9.* non eſt tamen neceſſe, quod deſumantur ex gremio, ſed poſſunt eligi omnes vocem habentes, ſi ſint in eodem Conuentu, in quo celebratur Capitulum, ſeu in altero in eadem Ciuitate; cenſentur enim & ipſi præſentes *ex l. abſentem. ff. de verbor. ſignificat.* Sanctor. *d. q. 9.* & habeant alias qualitates de quibus *num.* 1282. & iuxtà diſpoſitionem Turni, hoc eſt ex Prouincijs illis, ad quas ſecundum alternatiuæ regulam primus, vel ſecundus, aut alter reſpectiuè ſpectat Definitor, incipiendo ſemper à primo iuxtà ordinem à lege ſtatutum, qui ſubſtantialis eſt ex dictis. *n.* 1332. Et in primis, quod ſint ſufficienti ſcientia præditi, quæ quoad ipſos talis eſt neceſſaria, vel ſaltem paulò inferior, qualis requiritur in ipſo Superiore Generali, quia cum ſint eius conſiliarij, & in multis coniudices, non rectè ſuo muneri ſatisfacere poterunt, niſi intrà eamdem ſpeciem fuerint doctrina, quam habere debet ipſe Vicarius Gener. inſigniti, ex Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de Reform. cap. 1.* in Cardinalibus, qui ſunt Summi Pontificis conſiliarij eam ſcientiam requirente, quæ in Epiſcopis. Peyrin. de *Prælat. q. 2. cap. 2. num. 31.* A Spiritu Sancto. *in Director. tract. 4. diſp. 6. n. 13.* nec tuta conſcientia poteſt quis eam non habens eligi, per hoc quod alij ſint doctiſſimi, & eorum ſententiam poſſit

ſequi

ſequi, quia ſi hoc poſſet admitti in ſententia concordi, non habet locum, quando fuerint diſcordes, cum tunc ob ignorantiam nequeat inter eorum ſententias iudicare. Peyrin. *d. nu.* 31. A Spiritu Sancto. *ibid. nu.* 14. & ideò talem ſcientiam debet habere, qualis eſt neceſſaria in Iudice, vt poſſit ſuo muneri ſatisfacere iuxtà dicta *num.*1254.

1434 Dantur in adiutorium P. Vicario Generali: *Vt Vicarius* (*Conſtit. ibid.*) *Congregationem facilius, & prudentius gubernare poſſit, quatuor Definitorum in Capitulo electorum adiutorium illi adiungimus*. Vndè Aſſeſſores, Coniudices, Collegę Vicarij Gen. dicuntur. Sanctorus *ibid. q.*4. & ſunt veluti participes Generalatus. Lezana in *Mar. magn. ſeruit. ad* §.9. *num.*27. Paſſerin. *de elect. canon. cap.*37. *nu.*2. ſeu, vt loquitur Caramuel. in *Theolog. Regul. tom.*2. *nu.*2751. de corpore Generalis, cum per eos res grauiores Religionis definiantur; & comparantur Romanis Senatoribus, per quos præcipua Reipublicæ negotia expediebantur. Anton. de Sillis in *ſtatut. Tertij Ordin. annot.*1. *ad Proam.* Roderic. *tom.*2. *qq. canonic. & regul. q.*45. *art.*2. Miranda *tom.*2. *manual. q.*17. *art.*2. Sigiſmund. à Bonon. *de elect. dub.*111. *nu.*8. Tambur. *de iur. Abb. tom.*3. *diſp.*1. *q.*2. *n.*18. Et licet habeant iuriſdictionem in Definitorio. Peyrin. in *Formul. litt. E. cap.*2. *num.*11. Paſſerin. *eod. loc. cap.*25. *nu.*157. & ſint ibi Prælati, ex eo quod cum ad ipſos pertineat non ſolum eligere Superiores, ſed etiam decidere, ac definire, præcipere, & ius dicere cum voto deciſiuo, ſententiare, & abſoluere, habent ibi curam animarum, & iuriſdictionem. Paſſerinus *ibid. cap.*6. *num.*9. ſaltem mediatam, & indirectam, vt notat Peyrin. de *Prælat. q.*2. *cap.*1. *nu.*20. Cum tamen nullam ſpecialem auctoritatem, aut iuriſdictionem per ſe habeant, nec quidquam per ſe ipſos poſſint à P. Vicario Generali ſeiuncti, & extrà Definitorum, Peyrin. *ibid. q.*1. *cap.*2. *nu.*31. Paſſerin. *ibid. cap.*37. *n.*3. non ſunt extrà Definitorium cenſendi Prælati, neque habere dignitatem. Barboſ. *de iur. eccleſ. vniu. lib.*1. *cap.*21. *num.*22. Lezan. *tom.*1. *part.*2. *cap.*13. *num.*2. ſed ſolùm perſonatam. Barboſ. *ibid. nu.*25. Roderic. *tom.*1. *q.*13. *art.*18. & *q.*23. *art.*9. Peyrin. *in addit. ad Conſtit.*1. *aliàs* 11. *Vrban. VIII. cap.*8. *nu.*6. Lezana. *d. nu.*2. Pellizzar. *in manual. tract.*8. *cap.*6. *nu.*197. A'Spiritu Sancto *tract.*4. *diſp.*6. *nu.*8.9.10. & 11. Gabriel. à S. Vincent. *de remedijs ignorant. diſp.*2. *nu.* 83. nec quid amplius colligitur à præminentia, quam habent ſedendi, incedendique poſt Vicarium Generalem. Idem Barboſ. *ibid. nu.*33. An verò digniores dicendi ſint Prouincialibus, & Prioribus, reſpondendum cum Sanctor. *loc. ſupr. q.*5. in Definitorio eſſe digniores, cum habeant officium vniuerſalius, & ſint Iudices ſuprà cauſas Prouincialium, & Priorum; extrà verò non, tum quia abſente Vicario Generali ſedent poſt Prouinciales, vel etiam poſt Priores; tum quia hi ſunt Superiores Ordinarij quaſi Epiſcopalem auctoritatem habentes, quam non habent Definitores.

1435 In caſu mortis Vicarij Gen. ſuccedunt illi in gubernio, hoc eſt primus Definitor, vel eo deficiente ſecundus vſque ad electionem noui Vicarij Gen. ſi in primo, vel ſecundo anno obierit, vel vſque ad Capitulum Generale, ſi obierit in tertio, vt ex dictis *num.*1204. & qui primas inter ipſos tenet, habet votum, ſeu vocem, & ſuffragium in Definitorio ſubſequentis Capituli generalis. Conſtit. *p.*3. *cap.* 2. §. 3. & oratorium ſeu bradellam claue obſerratam ad recondendas ſcripturas in cella habent, ex Capit. gen. de 1618. conceſſione; nec à Priore benedictionem, etiam quando poſt ipſum in Vicarij Gen. abſentia ſedent, & incedunt, ex conſuetudine præſcripta recipere tenentur, ſed ſolùmodò ſocium, quando illis exeundum eſt, ab eodem expoſcere. Prerogatiuam aliam non inuenio eis conceſſam.

1436. Quarè benè inquiritur, an in eo Conuentu, in quo ſunt de familia, nempè Romano; eo enim ipſo, quod à Capitulo generali electi ſunt in Definitores, intelliguntur aſſignati in Conuentu, in quo reſidere debent pro eorum munere obeundo. Peregrin. ad *Conſtit. Theatin. part.*3. *cap.* 5. *litt. G.* §. 6. qualis eſt Conuentus Romanus, vt plurimum tamen, ſeù ordinariè loquendo per Conſtit. *p.*3. *cap.*4. §4. in illis verbis, *& communiter Romæ hoc Definitorium congregabitur*; quæritur inquam an ibi, ſicuti gaudent iuxtà Peyrin. in *addit. ad dict. Conſtit. cap.* 8. *num.*4. priuilegijs localitatis, hoc eſt poſſunt intereſſe Capitulo Conuentuali pro negotijs reſoluendis, Concionatoribus, Confeſſarijſque approbandis, & eligendis (excepta electione Diſcreti ituri ad Capitulum propter dicta *num.* 1395.) Diſcretis Conuentualibus, & Procuratore &c. ità ſint Prioris iuriſdictioni ſubiecti nec ne? Et attentis Conſtitutionibus videtur potius affirmatiuè reſpondendum, quia nullibi reperitur; quod ſint exempti, nec verbum vllum apparet, per quod talis exemptio denotetur; & de iure communi eſt, ac etiam ſpeciali Congregationis, quod omnes Fratres ſint ſubiecti Prioribus localibus, nomine quorum veniunt & Definitores, cum per hunc gradum non deſinant eſſe fratres. Tamburin. *tom.*1. *de Iur. Abb. diſp.*1. *q.*7. *n.*2. *& diſp.*16. *q.*3. *nu.* 3. Donat. *rer. regul. part.*1. *tract.* 6. *q.*19. *nu.*2. Lezana. *tom.*2. *verb. priuileg. Regul. n.*5. niſi de exemptione appareat; & ſi ab eis prætendatur, debet exemptionis priuilegium ab eis oſtendi. *cap. cum perſona. de priuileg. in.*6. Syluest. *in ſumm. verb. exemptio. q.*7. Sanchez. *tom.*2. *conſ. moral. lib.*6. *cap.*9. *dub.*4. Lezana. *tom.*2. *verb. exemptio. n.*14. *& conſult.*7. *n.*21. quod certè facere non poſſunt. Deindè, cum per Conſtitutiones *loc. ſupr.* hoc tantum eis permittatur, ſcilicet *litteras abſque ſcitu Prioris dare, atque recipere*, certè dignoſcitur illi ſubiectos eſſe in cęteris ex vulgato iuris axiomate, quod exceptio firmat regulam in contrarium; Et confirmatur, quia ſi eſſent exempti, non opus eſſet ſpecificare hunc exemptionis caſum quoad litteras, cum fruſtranea ſit exemptio particularis pro illis, qui in nullo ſunt ſubiecti.

1437

1437 Nec obſtat, quod in Conſtitutionibus *ibid.* habeatur, quod ſi Definitores in aliquo defecerint, *Prior illos ſecretò admoneat, & ſi ſe non emendauerint, Vicarium Generalem certiorem faciat,* quaſi per hoc ſubtracti videantur ab eius iuriſdictione, quia ſenſus Conſtitutionum eſt, quod in caſu ibi expreſſo Prior eos moneat ſecretò, nempè quando non enituntur virtute, & exemplo cæteros præcedere, prout ipſi Definitores tenentur ex eo, quod alios loco præcedunt; ſic enim ibi: *Poſt Priores, & Suppriores cæteros loco præcedent: enitentur autem magis virtute, & exemplo præcedere, in quo ſi defecerint Prior ſecretò eos moneat;* Et ſic quando ab hac ſpeciali obligatione defecerint, quæ ſupererogationis opera importare videtur, debet Prior eos ſecretò monere; dictio enim *in quo* limitat, & determinat caſum talis admonitionis ſecretę: non verò quod non poſſit Prior, ſi aliquem defectum particularem admiſerint, maximè ſi publicus ſit, eos corripere. Et ſuadetur dupliciter, tum quia inutile eſſet, ſi toties eſſet monendus ipſe P. Vicarius Gener. maximè ſi abſens ſit, quoties Definitores delinquerent; tum quia in Conſtitutionibus ſatis clarè habetur poſſe eos à Priore corripi, ſic enim *p.4.c.1.§.3.* legitur: *Quotieſcumq; aliquis cuiuſcumq; dignitatis exiſtens intrà, vel extrà Capitulum à ſuo Superiore reprehenditur &c.* verba enim *cuiuſcumq; dignitatis* ſi de aliquibus verificari debent in noſtra Cõgregatione, vtiq; de Definitoribus intelligenda ſunt quorum officia, licet non ſint propriè dignitates, pro dignitatibus habenda ſunt, & ad eas trahenda hæc verba, quamuis impropriè, potius quam quod ſint fruſtranea; Ex quo ſatis clarè conſtat, quod etſi in caſu ſupra poſito debeant ſecretè moneri, non ſint per hoc exempti à correctione Prioris, ſed illi ſubiecti, ſi in alijs defecerint; nec eſt eadem ratio de vno, ac de altero caſu; quia ſi deficiant in primo, nulla indè poſitiua culpa, ſicuti ſi delinquant in ſecundò; etſic quamuis pro deficientia in vno debeant ſecretò moneri, non arguendũ idem & pro deficiẽtia in altero.

1438 Nec obſtat ſecundò eadem Conſtitutio. *p.3.cap.2.§.25.* ibi: *Præſidens Capituli præceptum imponat, vt quilibet ſibi, & Definitoribus nouis denuntiet intrà illum diem quidquid contrà Vicarium Generalẽ, Definitores, & Viſitatores præcedentes dignum fuerit correctione &c.* quaſi Definitores corrigi non poſſint niſi in Capitulo generali, & conſequenter non ſubſint Priorum correctioni, & iuriſdictioni, quia ſi argumentũ probaret, probaret etiam non poſſe corrigi à Vicario Gener. quod eſt abſurdum, cum eorum Superior legitimus ſit eiuſque iuriſdictioni abſque dubio ſubſint, vt mox dicemus. Sed neque ex ipſo ſtatuto ſequitur intentum, quod non poſſint niſi in Capitulo generali corrigi vel puniri, cum per eaſdem Conſtitutiones *d. p. 3. cap.4.§.5. & part.4.cap.22.§.3.* poſſit Definitor a Definitorio cauſa expoſcente deponi; Sicut & deponi poteſt ipſe Vicarius Gener. ſi culpam, ob quam deponendus ſit, admiſerit *d. cap.4.§. 13. & d.cap.22.§.2.* non obſtante, quod & ipſe debeat vigore ſupradicti ſtatuti in Capitulo Generali corripi. Senſus ergò præfatæ Conſtitutionis eſt, quod in ijs, quæ pertinent ad eorũ officium debeant in Capitulo generali corrigi ſi in ipſis deliquerint: non verò ſi in alio genere culpam aliquam admiſerint; & ſic ex dicta correctionis in Capitulo generali reſeruatione, non infertur non poſſe extrà ipſum corrigi; adeòque nec à Priore corripi non poſſe, & ab eo exemptos eſſe.

1439 Dicendum nihilominus, non ſubeſſe Prioru iuriſdictioni, quoad coercitiuam, quia reuera inuteriſimile omninò eſt, quod poſſit Prior eos vt alios fratres corripere, ſi ſecretò eos debet monere; & caſu quo non ſe emendent, Vicarium Generalem commonere. Nec diſparitas adducta alicuius momenti eſt, quia non alio modo poſſunt cæteros non præcedere virtute, & exemplo, niſi deficiendo in obſeruantijs, nec ad huiuſmodi exemplum obligari, niſi per exactiorem Regulæ, & Conſtitutionum obſeruantiam: quo caſu, ſi debent ſecretò moneri, & ſubindè ad Vicarium Generalem deferri, nun ſunt vtique pro huiuſmodi defectibus, & inobſeruantijs alio modo corripiendi. Et Conſtitutio illa, vbi de reprehenſione perſonarum cuiuſcumque dignitatis, explicanda eſt per diſtributionem accommodam; quod ſcilicet, ſi Fratres à Prioribus, ſi Priores & Definitores à Vicario Generali corripiantur, omnes genuflexi terram deoſculentur; & poſita eſt ad complectendos omnes ſubditos, ſed reſpectiuè ad diuerſos Superiores: non verò ad indicandum Definitores poſſe à Prioribus reprehendi. Nec ex alijs adductis Conſtitutionibus *ex p.3. cap.4.§.5. & 13. & p.4.cap.1.nu.2. & 3.* quando inde probaretur poſſe corripi extrà Capitulũ, quid amplius euinceretur, quam poſſe à ſuo Superiore etiam extrà Capitulum generale corrigi, & puniri: nunquam verò à Priore.

1440 Sed quando ex his non ſatis probaretur prædicta Definitorum quoad coercitiuam exemptio, habetur clarè, & expreſsè à Statuto Capituli gener. de 1618. in quo cohærenter ad adductam Conſtitutionem de eorum ſecreta monitione, declaratum fuit, eos non teneri adire Capitulum de culpis, nec expectare a Priore ſignum ſe erigendi in Refectorio, Choro, alijſque in locis &c. & ità vſque ad hanc diem inconcuſsè obſeruatum: quæ conſuetudo vtpotè præſcripta habet modò vim legis, & dat illis ius ad ea omnia, non minus ac ſi eſſent ſigillatim ſtatuta, vel ex priuilegio expreſsè conceſſa. Murga in *Conſtit.1.num.32. & diſq.moral.tom.1. diſq.11.§.2.n.5. & tom.2.diſq.22.dub.1.num.5.*

1441 Quo verò ad directiuam, ſeù iuriſdictionem Spiritualem eos Prioribus ſubiectos eſſe, non eſt dubium, cum nullibi legatur, nec ex conſuetudine vlla poſſit deduci talis exemptio. Vndè non gaudent priuilegio eligendi ſibi Confeſſarium, aut abſolutionis à reſeruatis neque pro ſe, neque pro alijs; & in Spiritualibus non differunt ab alijs Religioſis ſubditis; nec ab exemptione quoad forum externum infer-

tur

tur exemptio quoad internum, cum iſti fori differant inter ſe non minus, quam cælum, & terra, vt ait Gomez. *in Reg. Cancell. de non iudic. ſecund. form. ſuppl. q. 14. verb. breuiter prædictis*; & alias exemptiones concedantur pro foro externo. Peyrin. *in addit. ad cit. conſtit. Vrban. VIII. cap.* 8. *n.* 12. Quarè non eſt, cur detrectent aſſiſtere abſolutioni generali, quæ in diebus ſolemnioribus datur à Priore, cum ſit de foro interiori; nec indè vllum præiudicium eorum exemptioni, eo modo, quo Regularis exemptus abſque exemptionis præiudicio poteſt in aliquo caſu Epiſcopo ſubijci pro abſolutione, vt ex Sayr. *de cenſ. lib.* 7. *cap.* 7. *n.* 23. Peyrin. *d. nu.* 12.

1442 Vicario tamen Generali vtroque modo ſubduntur. A Spiritu Sancto *d. tract.* 4. *diſp.* 6. *n.* 24. Et ſic in Capitulo gen. de 1628. vbi de Prouincialium auctoritate declaratum per hęc verba. *Atque etiam cum debita ſubordinatione ad Vicarium Generalem noſtræ Congregationis, ſub quo tamquam ſub totius eiuſdem Congregationis legitimo Paſtore, ac Patre ſubiecti ſint tam Prouinciales, quam cæteri omnes Superiores; &c.* (& ſupponunt Conſtitutiones, cum non alio fine ſint ad Vicarium Gen. deferendi, ſi poſt Prioris admonitionem non ſe emendauerint, niſi vt ab illo corripiantur) Et non ſolùm in vno, vel altro actu ſed in omnibus, & vbique, præterquam in actuali Definitorio, in quo muneris collegæ ſunt, & coniudices, hoc eſt quoad ea tantum, quæ offitij ſunt, hoc eſt facultatem ſuffragandi, ſuamque dicendi ſententiam, quia ſi adhuc in Definitorio delinquant v. g. recedendo abſque licentia, vel irreligiosè loquendo, dubium non eſt, quod poſſint ab eodem corripi non minus, ac quando extrà illud culpam aliquam admittunt, aut non rectè ſe gerunt, non obſtante, quod ſint collegæ, ſeù comparticipes in officio, & videantur habere quamdam paritatem: regula ſi quidem, quod par in parem non habet imperium *cap. inferior. cap. denique diſt.* 21. *cap. innotuit. §. quãuis de elect.* cum non habeat locum, vbi quis recognoſcit ſuperiorem, vel quando vnus eſt altero maior in adminiſtratione Surd. *conſ.* 47. *n.* 5. *&* 6. non applicatur in præſenti de Definitoribus, qui P. Vicario Gen. ſubduntur; Et licet ſint pares in iudicijs & ſententijs &c. non ſunt illi pares in dignitate, neque in iuriſdictione. Peyrin. *de Prælat. q.* 1. *cap.* 2. *n.* 36. A Spiritu Sancto *d. diſp.* 6. *n.* 24. & ad ſummum hoc verificatur de Definitorio ipſo, non verò de quolibet Definitore, cum illis ſeorſim ſumptis nulla, vt vidimus competat iuriſdictio; & ſic poteſt quemlibet punire, ſi delinquat extrà res Definitorij, ſeu ad Definitorium pertinentes. Peyrin. *d. n.* 36. A Spiritu Sancto. *nu.* 27. *&* 28. non tamen officio priuare, cum hoc per Conſtitutiones *d. cap.* 4. *§.* 5. ſit Definitorio reſeruatum.

1443 Aduertendum eſt autem, quoad dicta de Priore, poſſe contingere caſum, quo non obſtante præfata exemptione ab eius coercitiua ſubdatur illi Definitor; v. g. ſi hic accuſans apud Priorem quem ex eius ſubditis de furto, vel percuſſione, hic viciſſim reconueniat Definitorem apud eumdem Priorem eum accuſando de alio furto ſibi facto, vel data percuſſione; in tali enim caſu teneretur Definitor de iuſtitia reſpondere Priori, & Prior vtriuſque rationibus auditis finaliter ſententiare ex *cap.* 1. *&* 2. *de mut. petit.* & ſi nolit Definitor reſpondere coram Priore ſupèr reconuentione facta, debet Prior ei iuſtitiam denegare, nec ipſum audire in cauſa ſua. Gloſſ. *in cit. cap.* 1. *verb. reſpondere* Peyrin. *in ſupradict. addit. cap.* 8. *n.* 7. ſicuti etiam ſi contingat Definitorem delictum atrox committere, & periculũ ſit fugæ; quia tunc poteſt Prior illum ſiſtere, & incarcerare, cum Religioni multum interſit malefacta non remanere impunita, ſecus magna impunitati aperiretur via, ex Cochier. de *exempt. p.* 4. *q.* 52. *n.* 1. Idem Peyrin. *ibid. n.* 8. ſicut & ſi Definitor coram ipſo Priore peccaret, quem v. g. percutiendo, nam in tali caſu poteſt eum Prior punire, quia exemptus ratione notorij dilecti poteſt ab Ordinario puniri, ex Hoſtienſ. *in ſumm. de priuil. n.* 12. *cap. Patentibus. ibi Gloſſ. in ſumm. & cap. Tuarum de priuil.* Peyrin. *eod. n.* 8. A Spiritu Sancto *d. diſp.* 6. *n.* 35.

1444 Aduertendum eſt etiam per dictam exemptionem non liberari Definitores, primò ab obligatione obſeruandi pręcepta, & ordinationes in bonum commune à Priore Cõuentus; in quo ſunt, factas. Peyrin. *in addit. ad Vrban. VIII. Conſtit. n.* 19. quem ſequitur A Spiritu Sancto *loc. ſup. n.* 37. & ratio eſt, quia quilibet tenetur obſeruare mores illorum, cum quibus viuit *cap. quibus rebus. diſt.* 41. *cap. illa autem. d.* 12. & turpis eſt illa pars, quæ non congruit cum ſuo toto. *cap. quæ contra mores. d.* 8. Et quia tam Religioſi tenentur parere Conſtitutionibus Synodalibus concernentibus actiones communes totius populi, ex quo ſunt partes illius, & membra. Vaſquez. 1. 2. *diſp.* 167. *nu.* 33. Sanchez *lib.* 4. *Decalog. cap.* 15. *nu.* 21. Lezana *tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 11. *n.* 13. *& tom.* 2. *verb. leges Regulares n.* 27. quam omnes Eccleſiaſtici obſeruare leges ciuiles in communem vtilitatem editas, & non ſint contra libertatem Eccleſiaſticam, vt ſupponitur in *cap. ſi in adiutorium cap. quoniam cap. de Capitulis. diſt.* 20. *cap. cum ad verum. diſt.* 96. *& cap.* 1. *de noui. operis inſtit.* traduntque Victoria. *relect.* 1. *de poteſt. Eccleſ. q.* 2. *tit. vtrum Eccleſiæ ſint exemptæ. propoſit.* 4. Molina *tom.* 1. *de iuſt. & iur. diſp.* 31. *concl.* 6. Suarez. *de leg. lib.* 3. *cap.* 34. *n.* 6. Peyrin. *tom.* 1. *priuil. ad Conſtit.* 11. *Iulij II. n.* 151. *& in addit. ad d. Conſtit. Vrban. VIII. cap.* 8. *n.* 19. *& de Prælat. q.* 2. *cap.* 2. *nu.* 102. Lezan. *d. cap.* 11. *n.* 16. *& cit. verb. leges regul. n.* 28. qua de cauſa idem Peyrin. *de Prælat. q.* 1. *cap.* 8. *n.* 20. dicit Generalem accedentem ad aliquam Prouinciam, & Conuentum, vel pertranſeuntem teneri conſuetudniibus, & ſtatutis illius. Secundò, nec liberos eſſe ab obligatione exhibendi Priori ius reuerentiale. Cochier. *de exempt. p.* 4. *q.* 34. *nu.* 3. Peyrin. *d. c.* 8. *n.* 11. nam exemptus à iuriſdictione non eſt exemptus à iure reuerentiali. Rom. *ſingul.* 486. Idem Peyrin. ad *Conſtit.* 26. *Leonis X. n.* 44. qui eodem *n.* 11. ſubdit, poſſe Priorem cenſuris cogere Definitores ad ſibi hoc ius reuerentiale exhibendum, *argum. cap.*

cap. quod ſuper de maiorit. & obed. Petr. Greg. *in cap. conquerente de poteſt. Iud. Ord. n.* 5.

1445 Porrò quoad eorum officium, quod per triennium, ſeù de vno Capitulo ad aliud durat hæc ſubnectenda. Primò eorum votum deciſiuum non ſe extendere niſi ad reſeruata Definitorio; cum quoad eidem non reſeruata plenam habeat ex ſe P. Vicarius Gen. facultatem; & ità quod nec eorum conſilium petere teneatur, vt dictum eſt *n.* 1422. Secũdò in ijs, ad quæ eorum conſenſus requiritur ſiuè electionibus, ſiuè deciſionibus teneri proponere quod melius eſt. Caramuel *Theolog. regul. tom.* 2. *num.* 2751. ſeù propriam liberè & iuxtà conſcientiæ dictamen aperire ſentẽtiam, etiam ſi exiſtiment Vicarium Gen. velle eos conſentaneè, ſeù voluntati aſſentiri, aut tacere, aut nihil effecturos ſuam ſententiam proferendo. Miranda. *tom.* 2. *q.* 17. *art.* 4. *concl.* 1. vbi *concl.* 2. nec ſufficere tacendo caput Superiori inclinare. Roderic. *tom.* 2. *q.* 45. *art.* 4. apud quem *& art.* 5. 6. *&* 7. hac de re plura. Compendiator *reſol.* 51. *n.* 4. Lezana. *tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 13. *num.* 24. Giragus de *regim. Regul. part.* 3. *dub.* 20. *n.* 136. A Spiritu Sancto *cit. diſp.* 6. *n.* 20. *&* 21. nec teneri tacere, ſi id à Superiore eis præcipiatur, niſi in rebus dubijs, & probabilibus, vel quando iuſtas cauſas dixit ſe habere, ad aliquid faciendum, & incomperta res ſit, quià tunc Superiori ſtandum, & illi credẽdum. Lezan. *d. nu.* 24. Tertiò, etiam ſi à Roderic. *ibid. art.* 3. & alijs laudetur, quod in ſuffragijs oretenus ferendis incipiatur à iunioribus, ſeù ab vltimis, ne hi audito Superiore propriam ſententiam proferre vereantur; cum tamen Religionum vſus obſeruandus ſit. Lezan. *d. cap.* 13. *n.* 22. & Conſtitutiones *cit. p.* 3. *c.* 2. §. 7. aſſignent Definitoribus Capituli Generalis in dicenda ſententia ordinem, quem in ſedendo tenent, erit & idem obſeruandus in quolibet Definitorio, cum ſit eadem ratio; nec apparet periculum ſuprapoſitum, nam cum poſt adductam propriam ſententiam, ſit apud nos per ſecreta ſuffragia res decidenda, poteſt quiſque liberè propriè adhærere, & iuxtà illam ſecretum ſuffragium dare. Quartò teneri ſubſcribere ſententiæ, & actis à maiore parte Definitorij propter dicta *n.* 1340. factis etiam ſi quis eorum non conſenſerit, quia (præter alias rationes) quod à maiori parte fit, à toto Definitorio factum cenſetur. *Cap.* 1. *de his quæ fiunt à maiori parte & cap. ex parte de conceſſ. præb. & teneno.* Roderic. *ibid. art.* 12. Compendiator. *loc. ſupr. num.* 9. Miranda *ead. q.* 17. *art.* 5. Peyrin. *de Prælat. q.* 2. *cap.* 2. *n.* 24. Portell. *in dub. reg. verb. Definitor. n.* 4. Lezan. *eod. cap.* 13. *n.* 22. A Spiritu S. *ibid. n.* 23. ſcilicet & quãdo res eſt dubia ſpeculatiuè: nõ verò quando eſt manifeſtè iniuſta. Ragius de *regim. Reg. centur.* 2. *tract.* 6. *dub.* 143. *cõcl.* 1. *&* 2. Quintò teneri ſub mortali ſeruare ſecretũ quoad ea, quę in materia graui dicuntur in Definitorio. Sotus in *relect. de ſecret. ſeruan. q.* 1. *&* 2. quem ſequitur Miranda *d. q.* 17. *art.* 5. nec verum eſt, vt aliqui hallucinantur ea tantum ſub ſecreto cadere, ad quæ ſeruanda ſub iuramento ſe in Definitorij prima ſeſſione adſtringunt, ſeù vt vidimus *n.* 1354. quando à maiori parte fuerit ſtatutum in tali caſu iuramentum obligare; quia aliud, eſt non omnia cadere ſub iuramento, & aliud ſub ſecreto; licet enim tunc ſolum contrà iuramentum peccetur, quãdo reuelatur, quod in tali caſu ſub iuramento tacendum decernitur, peccatur tamen contrà fidelitatem ſuo muneri debitam, & contra bonum commune Religionis, ſi alia & ſi non ſubiecta iuramento reuelentur, quæ à Conſtitutionibus *d. p.* 3. *cap.* 4. *nu.* 12. ſtrictiſſimo ſecreti ſigillo ſileri mandantur; vndè ſi quis ea reuelaret, eſſet grauiter puniendus. Roderic. *tom.* 1. *q.* 36. *art.* 3. Lezan. *de cap.* 13. *n.* 22. *fin.* & apud nos pæna graui prò prima vice. *Conſtit. d. cap.* 4. *n.* 12. Et ſi reuelaret ea, quæ interlata fuerunt in caſu promotionis (intellige tamen oppugnatiuè) ad Religionis officia, excommunicationem latæ ſententiæ incurreret, per eaſd. *Conſtit. p.* 2. *cap.* 2. *num.* 8.

1446 Quæ omnia habent locum non ſolùm in ijs, quæ aguntur in Definitorio annuali, ſed etiam in Definitorio Capituli Gen., quamuis Statutum de ſecretò ſeruando reperiatur, ſolum in *cap.* 4. vbi de Definitorio annuali, & nõ *in* 2. vbi de Definitorio Capituli gener. cum eadem ſit ratio, & in vtroque idem conſiderandus finis, quo fit, vt prò vtroque eadem censẽda ſit diſpoſitio ex dictis *n.* 1262. de extenſione legis ob paritatem rationis. Sextò non habere ius quid proponendi in Definitorio, niſi in caſu quo P. Vicarius Gen. aliquid proponere prætermiſerit; & nec tunc, niſi de conſenſu alterius Definitoris. *Conſtit. d. cap.* 4. *n.* 9. Vndè dignoſcitur ius proponendi eſſe penes Vicarium Gen. & ideò teneri Definitores antè ingreſſum Definitorij negotia, ſi quæ fortè proponenda illis occurrunt, eidem P. Vicario Gen. propalare, vt ipſe proponere poſſit: ſecus ſi quis Definitor etiam ſentiente alio, quid proponat poteſt ei ſilentium indici, quia tunc ſolùm poteſt id facere, quando P. Vicarius Gener. proponere prætermiſerit, quod verificari, nequit, niſi ſupponantur illi prius expoſita, quæ proponenda ſunt. Et hoc ad differentiam Definitorij Capituli gen. in quo omnibus ex Definitorij gremio permittitur à Conſtitutionibus *p.* 3. *cap.* 2. §. 11. ſeruato tamen ordine proponere quid ſpecialiter quiſque ſenſerit. Tandem extrà Definitorium præter præcedentiam, de qua infrà ſuo loco, nullum illis ius competere, quam inuigilandi ſuper obſeruantia legum, & conſuetudinum; & hoc puto, vbi agatur de tranſgreſſione à tota communitate, & in tali caſu Vicarium Gen. admonendi vt *n.* 1361. non verò de particularibus defectibus, cum non videatur credibile, quod prò qualibet particulari tranſgreſſione fit ex legis præſcripto admonendus P. V. Gener. ſecus & fruſtranei eſſent Priores, & Definitoris officium nimis odibile redderetur.

DVBIVM V.

De ſucceſſione Definitoris in caſu mortis primi ex Definitoribus.

1447 CVM autem ſuprà *n.* 1435. dixerimus primum Definitorem habere vocem in ſubſequentis Capituli Definitorio generali, & eſſe vnum ex nouem Patribus illud conſtituentibus, supereſt hic examinandum, an in caſu mortis huiuſmodi primi Definitoris ſuccedat illi ſecundus, & primus euadat cum præfato iure ſuffragandi in ſubſequenti Definitorio generali, vel eligendus ſit alter ex eadem Prouincia, ex qua erat præcedens primus Definitor, qui locum, & ius primi Definitoris habeat cum ſuper hoc fuerint varij varia locuti; Et ratio difficultatis eſt, quia licet attentis Cõſtitutionibus videatur clarum, debere ſuccedere ſecundum, & qui de nouo eligitur loco demortui, debere eſſe quartum Definitorem, cum in ipſis *p.3. cap.* 2 §.19. ſic diſponatur: *At ſi aliquis Definitorum electus ſit in Vicarium Generalem, antequam è Capitulo egrediantur eligant omnes Definitorem loco electi, qui erit vltimus inter Definitores.* Et rurſum *cap.* 4.§.5. Aut *in idem officium vacans aliquem quouſque Capitulum celebretur ſufficere, qui ſi fuerit Definitor, vltimum inter alios locum habebit.* & iterum *ibid.* §.8., vbi de ſubrogato in locum Definitoris abſentis, *qui vltimum locum habebit*; quamuis enim ibi non ſit ſermo in ſpecie de caſu mortis, ſed promotionis, aut abſentiæ, ex identitate tamen rationis videlicet prouidendi, & complendi loca, & vota Definitorij, idem prorſus obſeruandum videtur, & in caſu mortis alicuius ex Definitoribus, *ad l. ſi mulieris in fin. ff. de verbor. ſignific. cap. ſi delegatus. in princip.* & ibi DD. communiter *de off. deleg. in 6.* Gloſs. *in cap. ſuſceptum. in verb. humanis*, vbi Gemin., & alij *de reſcript. in 6.* Conſtitutio ſi quidem loquens de vacatione per obitum locum ſibi vindicat, & in vacatione per promotionem, vel alio modo, & è contrà, quando militat eadem ratio. Gloſs. *in cap. ſi Epiſcopus. verb. mortem. de ſupplend. neglig. Prælat. in 6. & ind. cap. ſuſceptum.* vbi Franc. *nu.* 17. Gemin. *nu.* 10. Gloſs. *in Clem. Ne Romani §. ſanè verb. morienti.* Garz. *de benefic. part.* 11. *cap.* 1. *num.* 86. *verſ. in diſpoſit. iuris.* Præterquam quod ſecundum ſtatutum ſupraposſitum, *aut in idem officium vacans*, per hoc verbum *vacans* ſimpliciter prolatum comprehendit omnes modos vacationis, idem Garz. *ibid. n.* 3. & 4, nec aliundè aſſignabilis eſt ratio diſparitatis inter vacationem per obitum, ac per promotionem, ad Gloſſ. *in l. quamuis ff. de fideicommiſſ. cum vulg.*

1448 Et vtique cohærenter ad ius commune, prout in Capitulis Canonicorum, & Collegijs Decurionum, Doctorum, & ſimilium, in quibus regulare eſt, quod ille cæteris præferatur, qui prius in illo Collegio fuerit admiſſus *l. 1. ff. de alb. ſcrib.* vbi Franc. *n.* 4. & alij Bald. in *cap. cum olim. in princip. de conſuetud. cap.* 1. vbi Gloſſ. *verb. Abb.* & Felin. & alij communiter *de maiorit. & obed. l. 1. C. de Præfect. Prætor. ſiuè Vrb. lib.* 12. *l.* 1. & 2. *eod. tit. C. Theodos. & l.* 1. & ibi Bart. & latè Gottofred. *C. de Conſulibus eod. lib.* 12. & præeminentia loci defertur iuxtà tempus antiquioris receptionis. Gemin. *in cap. omnes n.* 11. *de conſuetud. in 6.* Gloſſ. *in l. cum quid ibi* Alex. *n.* 4. Dec. *n.* 7. *& ſeq. ff. ſi cert. pet.* Caſtan. *in Catalag. glor. mund. part.* 4. *conſid.* 76. *& part.* 10. *conſid.* 29. & in dignitatibus eiuſdem generis, vel inter ſe ſubordinatis locum ſibi vindicat ius optionis, de cuius peculiari natura eſt, quod vacante vno ex illis ſubintret, & ſuccedat alter proximus, & immediatus, ità vt aſcenſio loci fiat gradatim, & ſucceſſiuè, & non per ſaltum, aut ordine præpoſtero, vt habetur *in cap. fin. de conſuetud. d. lib.* 6. vbi Gloſſ. *verb. gradatim*, quam refert, & ſequitur Gonzalez. ad *reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 32. *n.* 15. Spada *conſ.* 43. *num.* 4. *lib.* 3. vbi ait, quod ius optandi vocem, & ſtallum defuncti, ac cæteros excludendi, eſt ius in re, quod vulgò dicitur ius antianitatis. Et melius *conſ.* 97. *n.* 1. *& ſeq.* & ſignanter *n.* 8. *lib.* 2. & idem innuit. Rot. *deciſ.* 434. *n.* 4. *part.* 4. *recent. tom.* 2.

1449 Licet inquam videatur hoc ex Conſtitutionibus clarum; non eſt tamen certum, an in præſenti habeant locum præfatæ Conſtitutionum diſpoſitiones ob alias diſpoſitiones in materia gubernij, ſeù electionum poſteriores ad eaſdem Conſtitutiones; Statutum ſiquidem illud vocans ſecundum Definitorem, vt loco primi ſuccedat, & dans vltimam ſedem nouiter electo, eſt à tempore conditarum Conſtitutionum, ſeù prò tempore quo non erat Congregatio in Prouincias diuiſa, & quo Definitores indiſtinctè ſumebantur à toto corpore, nec erant alligata Prouincijs officia. In præſenti verò diuerſus eſt Congregationis ſtatus, cum ſit in Prouincias diuiſa, & officia generalia ſint inter ipſas diſtributa, & aſſignata, vt per turnum, ſeù alternatiuam vnaqueque illis gaudeat; ità quod non poſſunt indiſtinctè ad ea eligi, ſed omninò debent ex particulari Prouincia deſumi iuxtà regulam alternatiuæ, vt ex ſequenti Capituli Gen. de 1621. ordinatione. *Decretum fuit omnibus vno excepto concurrentibus, officia generalia, videlicet Vicarij Gen. Procuratoris gen. quatuor Definitorum, & Viſitatorũ Gen. deinceps eſſe diſtribuenda ſecundum Prouinciarum antiquitatem* (erant tunc tantum quatuor) *Nimirùm, quando ex Prouincia Romana eligitur Vicarius Gen. eligatur ex Prou. Neapolit. Procurator Gen. ex Ianuenſi primus Definitor, ex Sicula primus Viſitator; è Romana tertius Definitor, ex Napolitana quartus Definitor, ex Ianuenſi ſecundus Viſitator, & ex Sicula ſecundus Definitor. Ità vt ex qua Prouincia eligitur Vicarius Gener. eligatur ex eadem tertius Definitor; & ex qua eligitur Procurator Gen. eligatur pariter quartus Definitor; & ex qua eligitur primus Definitor, ex eadem eligatur ſecundus Viſitator; & ex qua eligitur primus Viſitator, ex ea eligatur ſecundus Definitor. Et hoc ordine circulari retento in ſupradictis Generalibus officijs prouidendis procedendum eſſe.* Quod ſubindè con-

 fir-

firmatum fuit in Capitulis Gen. de 1641. 1644. & 1647. & ſemper vſque ad hanc diem inuiolabiliter obſeruatum. Et ſic remanet, vt dixi difficultas, an ſuprapoſita Conſtitutionum diſpoſitio vigeat etiam prò præſenti ſtatu, ſeu an etiam ſtante Prouinciarum diuiſione, & officiorum diſtributione debeat ſecundus Definitor ſuccedere loco primi, & qui loco demortui eligitur, debeat quartum locum habere?

1450 Et videtur quod non, quia hoc ſtare nequit cum ſuprapoſito decreto, & obſeruantia iam præſcripta eligendi primum Definitorem ex tali Prouincia; ſi namque ſecundus Definitor v. g. ex Prouincia Ianuenſi deberet ſuccedere primo ex Prouincia Neapolitana, & qui modò ex eadem Neapolitana Prouincia eligitur, deberet eſſe quartus Definitor, iam officiũ primi Definitoris non eſſet amplius in Prouincia Neapolitana, contra diſpoſitionem alternatiuæ, per quam illi tale officium aſſignatur; & aſſignando ità appropriatur, quod non poſſit liberè conferri, ſeù ad illud ex altera Prouincia quis eligi, vt latè Paſſerinus de *elect. cap.* 30. à *n.* 145. *& ſeq.* & nos ſuprà *n.* 1270. Ob quam cauſam quotieſcumque in Capitulis gen. facienda eſt electio alicuius ex officijs generalibus, ſemper intimatur faciendam eſſe ex tali, vel tali Prouincia.

1451 Nec dicendum decretum hoc alternatiuæ, & diſtributionis officiorum ſuum ſortiri effectum eo ipſo, quod tempore Capituli gen. officium primi Definitoris eidem Prouinciæ Neapolitanæ conceditur; & habere locum ſolum prò primò ingreſſu, ac prò prima tantũmodo electione generali omnium officiorum, quæ fit in Capitulo generali: oon autem prò progreſſu, ac ſucceſſiua electione accidentali; ſeù ſubrogatiua alicuius particularis officialis io locum vnius ex iam electis durante triennio ex inopinata, & merè euentuali cauſa vocati, eo titulo, quod cum ſit hic caſus ſpecialis, & non comprehenſus, ſeu non diſpoſitus in decreto alternatiuæ, habendus ſit prò omiſſo, & cenſendus remanere ſub diſpoſitione legis municipalis, & Conſtitutionum Congregationis, ſicut caſus à ſtatuto omiſſus remanet ſub diſpoſitione iuris communis. *l. commodiſſimè. ff. & liber. & poſth.* Merlin. *deciſ.* 390. *num.* 21. *in recent. deciſ.* 43. *num.* 3. *&* 11. *part.* 7. & eo quia huiuſmodi Statutum alternatiuæ, cum ſit in materia correctoria, in qua non fit extenſio de caſu ad caſum, etiam ex identitate rationis. Soccin. Sen. *conſ.* 62. *ſub nu.* 4. *verſ. ſed inſpecto. lib.* 3. Rot. *deciſ.* 4. *n.* 7. *& ſeq. & deciſ.* 152. *n.* 17. *& deciſ.* 244. *nu.* 43. *part.* 8. *recen.* reduci debeat ad terminos iuris, vt quãto minus fieri poteſt ius commune lædatur, ex vulgatis; adeoq; in caſu talis vacationis ob mortem primi Definitoris debere adhuc ſuccedere ſecundum, & nouiter electo quartum remanere locum, non obſtante ſupradicta officiorum diſtributione.

1452 Non hoc inquam dicendum, quia ex quo aſſignatum eſt tali Prouinciȩ prò eo triennio officium primi Definitoris, & ſit proptereà ſubrogandus alius ex eadem Prouincia, qui in eius locum ſuccedat, non ſufficit, quod electus in eius locum ſit ſimpliciter Definitor, ſed debet habere idem prorſus officium pro illo triẽnio illi Prouinciæ debitum, nempè primi Definitoris cum eodem loco, & prærogatiuis; nec datur in tali caſu locus optioni, & ſubintrationi ſecundi Definitoris in locum primi ad text. *in cap. Antiqua. de priuil. & cap ſtatuimus de maiorit. & obed.* Luc. de Penn. *in l.* 2. *C. de Præfect. Prætor. circa med.* Natt. *conſ.* 638. *nu.* 31. Valenz. *conſ.* 34. *n.* 89. Chaſſan. *in Catalog. glor. mund. part.* 8. *conſid.* 27. *circa fin.* Daniel de Nobilib. *diſp.* 44. *n.* 53. *cum duob. ſeq.* nec per hoc quod electio fiat tempore intermedio, ſeù præpoſterè ad alios nouus Definitor eligatur, ammittitur ius quæſitum per turoum, nec alternatiua dirimitur, vt tradit Spada. *conſ.* 97. *à num.* 8. *& ſeq. lib.* 2. & firmauit Rota *in Mileuitana Commendæ.* 19. *Iunij* 1654. *§. neque ex ordine. coram Veroſpio.* & ſic non tantum prò ingreſſu, ſeù prò tempore Capituli gener. ſed etiam prò progreſſione, ſeù toto triennio habet locum diſpoſitio alternatiuæ, & officiorum diſtributio. Et clarè habetur ex finalibus verbis Decreti. *Et hoc ordine circulari retento in ſupradictis generalibus officijs prouidendis procedendum eſſe*, quæ addita ſunt nõ ad indicandum, ſeruandam eſſe alternatiuam in prima electione, quæ fit in Capitulo gener. cum ijſdem verbis omiſſis, adhuc ex decreti tenore tunc eam ſeruandam eſſe habeatur: ſed ad omnes caſus quibus ea officia, hoc eſt etiam intermedijs temporibus prouidenda ſunt, comprehendendos. Vndè gratis dicitur, quod ſit caſus omiſſus, & conſequenter ſubſtet diſpoſitioni Conſtitutionum.

1453 Accedit primò, quod huiuſmodi turni decretum, vt vidimus *n.* 1267. habet prò fine æquam officiorum diſtributionem, & conditum eſt ad hoc, vt inter Prouincias circà officiorum generalium partitionem ſeruetur æqualitas, nec magis vni, quam alteri tribuatur; Et ſi ob mortem primi Definitoris v. g. ex Prouincia Neapolitana eo tempore, quo Prouincia Ianuenſis habet primum Viſitatorem, non ſubrogaretur alter ex eadem Prouincia Neapolitana io locum Defuncti, & cum eadem prærogatiua, ſed dictus gradus occuparetur à ſecundo Definitore Prouinciæ Ianuenſis, iam dicta Prouincia Ianuenſis heberet in Definitorio generali plura ſuffragia, & æqualitas eſſet deſtructa, quod tolerandum non eſt ad *text. in cap. non licet. de regul. iur. in* 6. Surd. *conſ.* 389. *n.* 21. Rot. *coram Burat. deciſ.* 40. *nu.* 4. *&* 5. *& deciſ.* 115. *n.* 7. *in fin. part.* 1. *recent. & deciſ.* 152. *nu.* 18. *&* 19. *part.* 8. & vt contrà finem dereti non admittendum; & proptereà non ſolùm io Capitulo generali: ſed & in caſu cuiuſcumque prouiſionis extrà illud primus Definitor deſumendus eſt ex eadem Prouincia, ex qua Defunctus, ſecluſa optione.

1454 Secundò, quod poſt huiuſmodi decretum etiam poſt Capitulum geoerale ſiuè tempore intermedio ſi ſequatur mors Primi Viſitatoris,

toris, vel etiam Vicarij Generalis, aut Procuratoris ſemper ſubrogatur quis ex Prouincijs illis, ad quas iuxtà turnum ea officia pertinent prò eo triennio; & ſignanter quoad Procuratorem Gener. quamuis eædem Conſtitutiones *p.3.cap. 2. §.24.* apertè permittant, eum poſſe in ſubſequenti Capitulo in eodem officio confirmari, nihilominus, poſt decretum præfatæ alternatiuæ eſt præcisè ſtatutum in Capitulo gen. de 1641. quod non poſſit reeligi cum præiudicio illius Prouinciæ, ex qua iuxtà turni diſpoſitionem eſt eligendus, per hæc verba *n.6. ſtante decreto condito anno 1621. in hoc Capitulo generali confirmato circa turnum officialium generalium fuit decretum, ad officium Procuratoris Generalis non poſſe aliquem reeligi in præiuditium illius Prouinciæ, ex qua idem Procurator generalis eſſet eligendus, omnibus concurrentibus*. & ſubindè de 1644. & 1647. confirmatum. Et quarè non idem obſeruandum, & quoad primi Definitoris ſubſtitutionem; ſeu, ſi ob turni obſeruantiam non amplius viget Conſtitutio quoad Procuratoris Generalis electionem, quarè ſtante eodem turno vigere debet eiuſdem diſpoſitio quoad ſubrogationem ſecundi Definitoris?

1455 Verum tamen eſt, quod diſpoſitio pręfata Conſtitutionum viget & in præſenti, ſeù poſt alternatiuæ decretum; & adhuc ſeruanda ſit, nempe, quod licet Definitor loco primi de mortui deſumatur ex eadem Prouincia, ex qua Defunctus, in locum tamen, & prærogatiuam primi ſuccedere debeat ſecundus; quo enim adhoc valdè confert conſuetudo, ſeù obſeruantia, quę in materia optionis, pręeminentiarum, & præcedentiæ in primis attendi debet ex text. *in cap. legimus. 93. diſt.* Bald. *in cap. cum olim n.1. de conſuetud.* Ruin. *conſ.167.n.4.* Natt. *conſ.62. nu.7.* Rot. *coram Gregor. deciſ.124.n.2. & in Lucana præcedentiæ 24. Ianuarij. coram Ghislerio*, cum alijs, quos congerit Sperell. *deciſ.76. à n.3. & ſeq. lib.1.* ſeù quid aliàs in ſimili caſu obſeruatum fuerit. Gloſſ. *in cap.2. ad verb. auſcultentur. de offic. Archid.* Seraph. *deciſ.964.n.1.* Rot. *deciſ.288. in fin. part.1. recent. & coram Card. Canal. deciſ.649.n.1.* Et cum iam in Definitorio annuali de 1623. ob mortem primi Definitoris in Capitulo de 1621. electi ſucceſſerit ei ſecundus, & qui electus fuit loco defuncti prò quarto habitus fuerit, etiã in ſubſequenti Capitulo, hic ſolus caſus vtpotè de eo tempore, quo emanauit decretum alternatiuę, ſufficere debet ad declarandam mentem Religionis, & ad interpretationem præfati decreti alternatiuæ de 1621 *cap. cum veniſſent. vbi* Bart. *nu.12. & 23. de Conſtit.* Menoch. *conſ.341. nu.41.* Seraph. *deciſ. 507.n.2.* Additur, quod de 1628. eum P. Ignatius primus Definitor fuerit in Pręſidentem promotus, P. Victorius loco eius electus non tenuit primum ſed quartum locum. De 1644. loco P. Dionyſij à S. Vito primi Definitoris de mortui ſucceſſit ei P. Hieronymus à S. Nicolao ſecundus Definitor, & P. Elias electus loco demortui tenuit quartum locum. Et ſimiliter mortuo P. Angelo à Ieſu primo Definitore pro Prouincia Neapolitana ſucceſſit ei ſtatim P. Dominicus à S. Gregorio, qui erat ſecundus Definitor, & in ſubſequenti Capitulo Gener. de 1668. in locum primi Definitoris poſt diſcuſſionem prætenſionis P. Iannuarij à Ieſu Maria, qui electus fuerat loco Defuncti ex eadē Prouincia Neapolitana, pacificè tandem admiſſus eſt, & ipſe P. Iannuarius locū quarti tantummodò obtinuit; ſatis enim hæc ſunt prò eruenda intelligentia Religionis circa obſeruantiam præfatę Conſtitutionis, ſeù & non obſtante, decreto alternatiuæ, licet nouus Definitor deſumēdus ſit ex eadem Prouincia, ex qua erat primus, ad prerogatiuam tamen, locum, & votum primi ſuccedere debere ſecundū; ab obſeruãtia ſiquidē ſubſequuta benè agnoſcitur mens ſtatuentium, vt dictum eſt *n.1229.* & aliàs ad inducendam obſeruantiam interpretatiuam, prò qua conſtat nullam requiri præſcriptionem, ſufficit, quod ità ſemel fuerit obſeruatum. Aym. *conſ.118.n.7.* Dec. *inc. cum M. Ferrarienſ. n.2. verſ. ex præſentit. de conſtit.* Caual. *deciſ.80.n.5. & deciſ. 427, n.1.* Put. *deciſ.246. lib.1. deciſ.574.n.3. & 4. p. 1. diuerſ.*

1456 Sed ad quid hæc, cum iam ſit remota difficultas à Capitulis generalibus per ſequentes declarationes. Et primò in Capit. gener. de 1625. in quoad rem præſentem ſic. *Propoſitum fuit ad maiorem expoſitionem decreti de diuiſione officiorum generalium, an ſi euentu aliquo aliquis officialis defecerit ex illis octo generalibus ſolùm ſuccedat alius officialis, qui ei ſecundum Conſtitutiones debeat ſuccedere v.g. ſi in tertio anno obierit Vicarius Gen. vel fuerit depoſitus, quod Deus auertat, ſuccedere debeat primus Definitor, licet ſit electus ex alia Prouincia, & ſic ſimiliter de alijs Definitoribus generalibus. Concluſum fuit affirmatiuè omnibus Concurrentibus*. Et in Capitulo generali de 1647. vt in actis. *Dubitatum fuit, an durante turno, & veniente caſu ſubrogationis in locum alicuius ex Definitoribus ſubrogatus debeat tenere vltimum locum, an potius locum, quem tenebat ille in cuius locum ſubrogatur, & reſponſum fuit negatiuè*. & quid amplius requiritur, vt dignoſcatur in inſtitutione turni non fuiſſe mentem Religionis derogare Conſtitutionibus, quoad ſucceſſionem, ſeù optionem Definitorum?

1457 Turnus ergò dignoſcitur ex his inſtitutus, vt tempore Capituli generalis ſeruata ob bonum pacis proportione, officia generalia inter Prouincias æquè diſtribuantur; & hac de cauſa, vbi per Cōſtitutiones permittebatur confirmatio Procuratoris Generalis, fuit in præfatis Capitulis cautum, ne fiat in præiudicium Prouinciæ, ad quam ratione turni ſpectare debet. Ad caſus verò fortuitos, & euentuales vacationum, quæ poſt Capitulū generale, & tempore intermedio poſſunt contingere, non fuit in præfato turno habitus reſpectus; vel ſi habitus fuit, non fuerunt de eis ſolliciti Patres, eo quia, cum ſint caſus fortuiti, poſſunt vnicuique Prouinciæ contingere, & vnaquæquè eidem commodum, vel incomodum æque ſentire; Et ideò adhuc vigent diſpoſitiones Conſtitutionū de ſucceſſionibus primi Definitoris in guber-

nium Congregationis, caſu quo Vicarius Generalis tertio anno deceſſerit; ſecundi Definitoris in locum primi, ſi iſte moriatur; & ſecundi Viſitatoris in Definitorio generali, ſi non interſit primus; Et alia ſimilia; Quibus abſque dubio fuiſſet aliter prouiſum, ſi in inſtitutione alternatiuæ intellexiſſent, quod eadem officia ſemper in eiſdem Prouincijs durarent, hoc eſt ipſa alternatiua haberet locum & in caſibus iſtis intermediarum vacationum, eo modo quo prouiderunt quoad Procuratorem Gener. vt diximus, ne reeligatur in Capitulo in præiudicium diſtributionis officiorum.

1458 Nec vim aliquam habent ſupra adductæ inſtantiæ. Non prima, quod non ſit locus optioni, quando officia ſunt vigore alternatiuę Prouincijs aſſignata, quia ea doctrina non verificatur, vbi eſt diuerſimodè diſpoſitum, ſicut vidimus quoad caſus contingentes vacationũ tempore intermedio. Nec ſecunda ex illis verbis, *Et hoc ordine circulari retento in ſupradictis generalibus officijs prouidendis procedendum eſſe*; quia loquuntur de prouiſione tantum in Capitulo generali, cum dicant in ſupradictis officijs generalibus, ſeù quando omnia prouidẽtur, nam tunc ſolum verificatur poſſe ſeruari ibi poſitum ordinem: non verò quando diſponitur de vno tantum officio. Præterquamquod, quando extrà Capitulum moritur primus Definitor, non agitur amplius de prouidendo primo Definitore, quia iam prouiſum eſt à lege per ſubrogationem ſecundi, ſed agitur tantum de eligendo iuxtà Conſtitutiones quarto Definitore; & ſic ſumus extra caſum illorum verborum. Nec tertia de æqualitate ſuffragiorum, quia per alternatiuam eſt tantum intenta æqualitas diſtributionis officiorum generalium in Capitulo, in quo fiunt electiones: non verò æqualitas ſuffragiorum pro, & in ſequentis Capituli Definitorio generali; cum iam conſtet Prouinciam illam, ex qua eſt ſecundus Viſitator, carere ſuffragio in huiuſmodi Definitorio. Et ſuadetur amplius tum ex dictis de alijs Conſtitutionibus, quæ adhuc vigent quoad ſucceſſionem primi Definitoris mortuo Vicario Generali &c. cum quibus non poteſt ſtare prædicta ſuffragiorum æqualitas; tum ex actis Capituli generalis de 1647. cum enim abfuiſſent primus Definitor, & primus Viſitator, propoſito propterea, an alij ex eiſdem eorum Prouincijs ſubſtituẽdi eſſent, vt ſeruaretur æqualitas ſuffragiorum, vel admittendi eſſent, qui à Conſtitutionibus vocabantur, reſolutum fuit hos, & non illos admittendos eſſe, prout de facto admiſſi ſunt, quamuis ex alijs Prouincijs; quo benè dignoſcitur, in decreto alternatiuæ non fuiſſe intentam à Religione hanc æqualitatem ſuffragiorum pro, & in ſequenti Definitorio generali, ſed ſolam æqualitatem diſtributionis officiorum in Capitulo, in quo fiunt electiones. Nec tandem quarta, de Procuratore Generali non reeligendo, quia prohibitio talis reelectionis eſt; vt obſeruauimus pro Capitulo generali: non verò pro tempore intermedio, quo potius confirmatur intentum, per decretum alternatiuæ importari ſolam diſtributionem æqualem officiorum in Capitulo gen. Quod ſi inſtetur, etiam tempore intermedio ob mortem Procuratoris, primi Viſitatoris, vel etiam Vicarij Gen. ſi in primo, vel ſecundo anno obierit, eligendum eſſe alterum ex eadem reſpectiuè Prouincia, dico in primis id nullibi ſancitum reperiri; neque ſi fiet, fiet vigore alternatiuæ; & patet ex eo, quod ſi Vicarius Gen. obierit in tertio anno non erit ad ſeruandam alternatiuam eligendus quis ex eadem Prouincia, ſed ſuccedere debeat primus Definitor, licet ex altera Prouincia. Dico ſecundo, diuerſam eſſe rationem, quia inter iſtos non datur optio per Conſtitutiones, ſicuti datur inter Definitores; nec vllibi prohiberi, quod ex eadem Prouincia eligantur, præterquam ſi mors Vicarij in tertio contigerit anno; & ſic poſſe quidem eligi in Vicarium, vel Procuratorem &c. ex eadem Prouincia, ſi tempore intermedio contigerit vacare: non verò in primum Definitorem, aut ſecundum, cum ſit à lege ſtatuta optio, & qui in locum defuncti eligendus eſt, debeat ſemper eſſe quartus Definitor, cui ex dictis non intellexit derogare Religio, ſed potius vigorem addere, vt vidimus ex ſuprapoſitis declarationibus. Vndè concludendum, ob mortem primi Definitoris ſuccedere debere ſecundum etiam poſt inductam alternatiuam, ſtantibus rebus prout ſtant, niſi diuerſimodè pro futuris temporibus ſtatuatur.

DVBIVM VI.

De Procuratore Generali, & eius officio.

1459 Officium Procuratoris Generalis, qui ex quo Religionẽ defendere debet, alio nomine Syndicus dici poteſt ex *cap. vnic. de Syndic. & l. ſi defenſores ff. de municip. & honorib.* cum Syndicus Græcè idem ſit, quod defenſor. Gloſſ. *in d. cap. de Syndic.* & cũ multis tenet Hieronymus Roderic. *reſol.* 119. *num.* 8. & ſequitur Lezana in *Mar. magn. Seruitar. ad* §. 69. *n.* 216. eodem modo, quo de Definitoribus concluſum eſt, Perſonatus, & non dignitas eſt apud nos, cum iuriſdictionem nullam habeat. Peyrin. *in Formul. litt. Z. cap.* 2. *nu.* 1. Lezana *tom.* 1. *p.* 2. *cap.* 13. *num.* 25. Gabriel à S. Vincent. *de remed. ignor. diſp.* 2. *n.* 83. Eligitur & ipſe in Capitulo gen. ab omnibus Gremialibus, poſtremò tamen loco, ſeù poſt omnes aliorum officialium electiones; Et quoad reſidentiam affixus eſt ex lege Conuentui Romano; habetque propterea ibi vocem in Capitulo Conuentuali. Conſtit. *p.* 3. *cap.* 6. §. 8. ibi: *In Conuentu Romano, vbi continuò commorabitur, vocem, & locum habebit*: ſeù omnibus negotijs, quę ibi tractantur intereſſe poteſt. Et quamuis credant aliqui, in præſenti non id illi amplius competere, cum ex eo quod à ſexaginta ferè annis nunquã quis Procurator Generalis Capitulo Conuentuali interfuerit, videatur præſcripta huiuſmodi facultas, & acquiſitum ius Capitularibus ſe congregandi ſine illo,

Digitized by Google

illo,& illum non admittendi, quia priuilegia, & iura deperduntur ex non vſu, vt ſupponunt DD. *in cap. cum. acceſſiſſent. de Conſtit. & in l. falsò. C. de diuerſ. reſcript. & in l. 1. ff. de nundin.* Poſito tamen, quod intereſſe tali Capitulo non ſit alijs Capitularibus oneroſum (quia in tali caſu valeret doctrina tradita) dicendum illi adhuc liberum eſſe intereſſe prædicto Capitulo, quia contrà priuilegia non oneroſa nullus poteſt præſcribere, & per conſequens, nec poſſunt per non vſum ammitti, vt ex Abb. *in cap. Ioannes de Cleric. coniug. in fin.* Lezana *tom. 2. verb. Priuilegium Regul. n. 15.* Cumque tamen id ſit, in electione Diſcreti ituri ad Capitulum generale, ſeù Congregationem prouincialem vocem habere nequit ob dicta *n. 1395.* & deberet ſedere, ſi non in loco ſuæ profeſſionis, cum ibi non ſedeat vt Procurator, ſed vt Capitularis ad notata. *n. 1382.* ſaltem poſt Priorem, prout vbi de præcedentia; & cum ſit de familia, in Prioris, & Supprioris abſentia, ipſi tamquam Præſidenti Conuentus cura incumbet.

1460 Et quoad exemptionem à Priore, de iure loquendo, & iuxtà Conſtitutiones, eſt illi reuera ſubiectus propter dicta *n. 1436.* cum à Conſtitutionibus *d. 3. p. cap. 6. tit. de Procurat. Gener. §. 6.* eximatur tantum à Priore quoad litteras dandas, & recipiendas abſque eius ſcitu: quo dignoſcitur ſubiectus in reliquis; maximè cum pro eo non militent Conſtitutiones, quæ fauent Definitoribus, de monitione ſcilicet ſecreta illis à Priore facienda, vel de correctione in Capitulo generali, vt vidimus *n. 1437. & ſeq.* dum in ipſis non nominatur Procurator Generalis; quarè non eſt vndè poſſit ipſe dici exemptus. Quin, cum de ipſo ſpecialiter verificari dignoſcantur verba de quibus. *d. n. 607. quotieſcumque aliquis cuiuſcumque dignitatis exiſtens intrà vel extrà Capitulum à ſuo Superiore reprehenditur &c.* eo quia ipſe ſignanter eſt, vt vidimus de familia Conuentus Romani, & habet vocem & locum in Capitulo Conuentuali, quod quoad Definitores nõ diſponitur in Conſtitutionibus, benè deducitur quod Prioris correctioni ſubdatur. Quoad hoc tamen, eodem modo quo de Definitoribus, ſentiendum & de Procuratore Gen. propter ſtatutum Capituli generalis de 1618. quod & ipſum amplectitur; & obſeruantiam indè ſequutam, de quibus *n. 1440.* hoc eſt non ſubijci Priori quoad coercituam; præterquam in caſibus, de quibus *n. 1443.* ſed tantum quoad directiuam, ſeù in ſpiritualibus, prout *num. 1441.* & quæ dicta ſunt de Definitoribus *num. 1442. & 1444.* habere locum, & in Procuratore Generali.

1461 Porrò quoad eius officium & facultatem, cum in litteris teſtimonialibus ſuæ electionis, quæ inſeruiunt prò mandato, ex Peyrin. *dict. litt. Z. cap. 3. num. 1.* hæc prout in Cæremoniali. *ſeù formular. form. 12.* habeantur: *Dantes, & communicantes tibi omnem auctoritatem, poteſtatem, & facultatem, ſicuti cæteri Procuratores Generales iuxtà ſeriem noſtrarum Conſtitutionum habere conſueuerunt*, reſtricta dignoſcitur & limitata eius facultas ad, id quod in Conſtitutionibus continetur, vt de relatis Decian. *conſ. 63. ſub n. 6.* cum alijs allegat. à Barboſ. *in axiom. 201. n. 5.* In Conſtitutionibus autem ſic diſponitur. *d. cap. 6. à §. 1. ad 4. Procuratoris Generalis Congregationis munus eſt Congregationem defendere, priuilegia, & Breuia Apoſtolica obtinenda procurare, cum Illuſtriſs. Card. Protectore, & alijs Illuſtriſs. Cardinalibus, & miniſtris Summi Pontificis ea, quæ ad vtilitatem totius Congregationis attinent agere; nulluſque præter eum, & Vicarium Gener. prædictos Illuſtriſs. Dominos adibit. Nulla Breuia ad Congregationem ſpectantia abſque ordine Definitorij procurabit, quin potius, ſi alij procurauerint, impedire conabitur, & Vicario Gener. & Definitoribus rem totam propalabit. Priuilegia, & exemptiones neque ſibi, neque alteri procurabit, quin potius procurantibus contradicet, & eos Superioribus, vt puniant, reuelabit. De officio in prædictis fideliter exercendo, ſtatim ac electus, & confirmatus eſt iuramentum præſtabit.* Et rurſum part. 4. *cap. 22. de pæn. depoſition. ab offic. §. 4. Deponatur Procurator Generalis etiam ob præfata, & ſi aliquod Breue nomine Congregationis, aut officij ſine Definitorij conſenſu procurauerit.* Vndè duo eliciuntur, & ipſum eſſe Congregationis Procuratorem Generalẽ, & eius facultatem non ſe extendere vltrà mox deſcripta ex Conſtitutionibus, quia Procurator nequit agere neque procurare, niſi quæ habet in mandatis. *cap. olim. de offic. & poteſt. Iud. deleg. cap. cum dilectus. de reſcript. l. diligenter. ff. mandati.*

1462 Et circa primum dubitatur, an cum ſit Procurator Generalis Congregationis, ſeù negotia ad totam Congregationem ſpectantia tractare debebat, tractare & poſſit negotia alicuius Prouinciæ, Conuentus, vel etiam Religioſi particularis? Et quamuis videatur, quod non, quia Procurator vniuerſitatis non eſt Procurator ſingulorum, vt ex text. *in l. 2. C. quod cuiuſque vniu. nom. cap. qui manumittitur. 12. q. 2.* Golin. *de procurat. p. 1. c. 3. n. 25.* & alijs probat Barboſ. *in vot. deciſ. lib. 3. vot. 97. num. 56.* Vndè *ibid. vot. 126. n. 303.* huic dubio, an poteſtas data Procuratori Generali Ordinis pro Ordine, & pro ſingulis perſonis de ordine ſit ſufficiens ad comparendum pro vno Conuentu, reſpondet negatiuè cum Felin. *in cap. eam te. nu. 14. & in cap. cum dilecta. n. 6. ante verſ. amplia primo. de reſcript.* & Decian. *conſ. 61. nu. 3.* Dicendum tamen poſſe ex priuilegio Martini V. pro Dominicanis, & Bonifacij IX. pro eiſdem, & pro noſtro Ordine Eremitar. vt referunt Sorb. apud Caſtarub. *in compend. priuil. verb. Procuratores. fin.* & Confett. *in collect. ad Bonif. IX. nu. 2.* & Lezana. *tom. 2. verb. eod. n. 5.* & habetur inter priuilegia Societat. Ieſu teſte Sorb. *ibid.* vigore cuius Procurator Generalis omnium Prouinciarum, locorum, & perſonarum Ordinis quaſuis cauſas, etiam ſpeciale mandatum requirentes agere, ac ſi omnimodam poteſtatem cũ pleno, & libero mandato ab eiſdem accepiſſet; Quod competit omnibus, qui in priuilegijs communicant. Lezan. *d. n. 25. & conſult. 13. n. 34.* Barboſ.

d. n.

Digitized by Google

d. n. 303. Gabriel à Sancto Vincent. *de remed, ignor.diſp.2.n.*84.& ſupponit Rota in vna *Theatin. iuriſdict. coram Coccino.de* 1614. teſte eodem Lezana *d. n.* 34. & tenuit eadem Rot. quoad Procuratorem Societ. Ieſu *deciſ.* 201. *nu.2. p.2. rec.* apud Barboſ. *cit. n.*303. Verumtamen eſt, quod id facere non debet niſi requiſitus à Prouincia, Cõuentu vel perſona. Sanctorus à Melfi in *Statut.minor.cap.*8. *ſtatut.*38.*q.* 3. & niſi bene informatus in cauſa. Lezana. *d.n.*34.nec ſi agatur de tranſigendo, concordando, aut committendo. Sanctorus *ibid. §.tertio.* ſaltem ex praxi, cum viderim ſemper ab ijs, cum quibus tranſigendum, concordandum &c. ſpeciale requiri mandatum.

1463 Dubitatur hic etiam an alij præter ipſum poſſint in his ſe immiſcere? Et ſpectatis Conſtitutionibus, atque excepto Vicario Generali, negatiuè reſpondendum; dicto enim *cap.* 6.§.1. vbi de facultate Procuratoris tractandi cum DD. Cardinalibus, quæ ad Religionis vtilitatem pertinent, additur: *nulluſque præter eum & Vicarium Gener. prædictos Illuſtriſ. Dominos adibit;* quo percipitur id alijs inhibitum, cum non ſub alio ſenſu, quam tractandi Religionis negotia poſſit intelligi alijs pohibitus huiuſmodi acceſſus. Accedit, quod ſi cuilibet liceret hæc in Curia peragere, magna confuſio, & ſcandala gignerentur, vt bene Sanctorus *ibid.q.* 2.*§.quinto fin.* vbi, qui id faceret, vſurpatæ iuriſdictionis reus cenſendus eſſet. Et licet conſideratis præfatis Cõſtitutionibus hęc intelligenda ſint, vbi ſermo ſit de negotijs ad totius Congregationis vtilitatem ſpectantibus, habent tamen locum, & vbi agatur de negotijs alicuius Prouinciæ, Conuentus, vel perſonæ ſaltem ex conſuetudine; Cum quo tamen ſtat, quod aliquæ cauſæ particulares tractandæ ſint ab ipſis particularibus, vt in caſu appellationis, aut quãdo ipſe Procurator opponere deberet, vel dubitaretur contrarius.

1464 Dubitatur item, an cum ſit Procurator Religionis, poſſit agere negotia ſæcularium v. g. quæ requirunt aſſiſtentiam, & frequentiam in Dataria, Cancellaria, officijs Gubernatoris &c.? Et dicendum quod non ſine licentia Vicarij Gener. Anton. de Sillis in *ſtatut. Minor. Tertij Ordinis. cap.* 1. *annot.* 1. *pag.* 29. *litt. A.* Peyrin. *d. cap.*2.*n.*4. *ante med.*, non enim eſt electus, vt alienis, ſed Religionis negotijs incumbat. Gabriel. à S. Vincent. *d. n.*24. Sanctorus *cit. q.*3.*§. ſecundò.* & illis vacare non bonam de ipſo Procuratore, & Ordine generat æſtimationẽ, maximè ſi lucri, aut munerum intuitu fiat. Sanctorus *ibid.* & vtique Conſtitutiones, dum *d. cap.* 6.§.7. iubent, quod Prior Procuratori ad negotia egreſſuro ſtatim ſocium aſſignet, non intelligunt, quod ſit ei aſſignãdus pro alienis negotijs peragendis. Addit tamen Sanctorus, quod ſi à perſonis erga Religionẽ deuotis imponantur v.g. indulgentiæ, litteræ S. Pænitentieriæ, ac etiam diſpenſationes beneficiales, & matrimoniales, & ipſe Procurator nomine illorum alicui in Curia noto eas cum integro, & ſolito emolumento expediendas committat, non videri id repugnans, neque officio, neque regulari obſeruãtiæ, quia ſicut poteſt de alijs loqui, ità poteſt etiam dicere, tale negotium occurrit mihi ex partibus iniunctum. A quo in his terminis non diſſentio, dummodò non ſit pro hiſce negotijs ſpecialiter exeundum, nec litteræ in damnum Religionis multiplicandæ.

1465 Circa ſecundum autem, nempè facultatem ex munere, quod habet defendẽdi Congregationem, & agendi quæ ad eius vtilitatem attinent, illi competẽtem, obſeruandum, etiam vbi nõ agatur de priuilegijs, vel Breue aliquo, non ipſum habere facultatem in his diſponendi, & operandi ſuo libito, & inconſulto Definitorio, vel Vicario Generali in rebus ſaltem inſolitis, & arduis, ducto argumento à paritate ſubſequẽtis limitationis quoad non procuranda priuilegia, aut litteras Apoſtolicas ſine conſenſu Definitorij; & ratio ipſa ſuadet, quod in negotijs Congregationis ſaltem Vicarius Gen. qui ipſius Caput eſt, conſulatur: quin id exigitur ab ipſo Procuratoris officio, cum, ex quo non habeat in mandato facultatem operandi liberè, vel vt libuerit, vel melius duxerit, nec vllum verbum inſit, ex quo id deduci poſſit, teneatur ſuos principales, hoc eſt Superiores, qui Religionem repręſentant monere, eorum mentem inquirere, ac conſulere. Gloſſ. *in cap. dilectus filius. ad verb. concedere. De Procuratoribus.* E talis eſt ſtylus aliarum Religionum, quarum Procuratores Generales non poſſunt negotia ad totum Ordinem ſpectantia tractare ſine Generalium licentia, vt de ſuis reſpectiuè Anton. de Sillis *loc. ſup.* Roderic. *tom.* 1. *q.* 53. *art.* 2. Mirand. *tom.* 2. *q.* 13. *art.* 1. *concl.* 2. Sanctor. *ead. q.* 3. *§. tertiò.* Quod idem dicendum quoad negotia, quæ in Sacra Congregatione ad Religioſorum inſtantias tractãda ſunt; horum enim Vicarium Gen. commonere debere non eſt dubium, cum iuxtà ipſius Vicarij mentem reſpondendum ſit, negotiumque diſponendum: ſecus duo eſſent in Congregatione capita, ſi ipſe Procurator poſſet ex ſe diſponere; quod dici nequit, cum ſit illi ſubordinatus in omnibus.

1466 Nec Procuratori ſuffragatur, aut priuilegium ſuprà adductum Bonifacij IX. *quaſcumque cauſas ciuiles, & criminales, Eccleſiaſticas, ſinè mundanas, quas voluerit* aſſumendi *prò Ordine, Conuentibus, & perſonis tam in Romana Curia, quam extrà contrà quaſcumque perſonas, Collegia, & vniuerſitates* mouendi, proſequendi, defendendi, & agendi *in iudicio & extrà toties quoties, ſemper, & quandocumque ipſi videbitur, & placebit;* aut ſtylus S. Congregationis reſcribendi Religioſorum ſupplicibus libellis ſub hac forma, *Procuratori Generali prò informatione*, quaſi hinc facta ſit illi facultas procedendi liberè, ex ſe & operandi non requiſito Superiore, nempè Vicario; quia, quoad primum corruit hæc prætenſa libertas ex ipſo priuilegij contextu, vbi facultas ad prædicta reſtringitur, *ſecundum poteſtatem per te* (nempè Generalem) *vel Succeſſores tuos huiuſmodi ſibi traditam, vel tradendam*, quod ſtare

non poteſt cum libertate operãdi independenter ab eo. Et ità in terminis Peyrin. *d.cap.2.n.5.* ibi : *His tamen priuilegijs vti non poteſt niſi iuxtà facultatem à Generali habitam.* Et quoad ſecundum, ſtylus vocandi Procuratorem, eſt ſolum ad effectum, vt per ipſum, qui nomine Religionis compareat, audiatur ipſa Religio, ex quo potius colligitur contrarium, quod nempè debeat non ſecundum proprium, ſed Vicarij, & Superiorum mentem reſpondere.

1467 Secundò ex eodem munere defendẽdi Congregationem ſequi, teneri maximè Definitorij, & Vicarij Gener. ordinationes manutenere, & contrà impugnantes defendere. Vndè ſi v.g. à Definitorio, vel Vicario Gen. quid licitè, & iuxtà leges præcipiatur alicui, & hic euaſionis gratia ad Protectorem, & S.Congregationes recurſum haberet, & ipſe Procurator non obſtaret, & vt pareat non ſatageret, peccaret mortalitèr, contrà fidem præſtitam, & tamquam iuramẽti violator habendus, atque puniendus eſſet, & à fortiori ſi ipſe poſitiuè aſſiſteret.

1468 Tertiò quoad Breuia, intelligendam prohibitionẽ indiſtinctè de omnibus; quamuis enim Sanctorus à Melfi. *loc. ſupr. q.3. §. tertiò. fin.* ſentiat Procuratorem poſſe procurare cõfirmationem priuilegiorum, Beatificationem, vel Canonizationẽ alicuius Sancti, aut aliquid aliud, quod in honorem cedat Religinnis; nec contrariari videantur Conſtitutiones in illis verbis, *nulla Breuia &c.* cum ex ſequenti diſpoſitione, qua ipſe Procurator, ſi alij ea procurauerint, impedire iubetur, dignoſcatur non de his locutas fuiſſe Conſtitutinnes, cum credibile non ſit, quod intellexerint prohibere, aut impedire quod in Religionis hnnorem cedit; Nihilominus de omnibus intelligenda prohibitio, quia dictio *nullus* cum ſit vniuerſalis, & negatiua, omnia, etiam minimam partem excludit per adduc. a Barboſ. *in diction. 229. n.1. & 2.* & quod lex nõ diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus; maximè cum etiã prædicta expediri nequeant ſine expenſis, ad quas non poteſt Procurator Religionẽ adſtringere; & inſuper facultas procurandi Breuia non ſit ad Breuia, vt ſic; ſed ad Breuia *obtinenda*, vt dignoſcatur, ipſum non poſſe procurare, niſi quæ præuia Definitorij deliberatione reſnlutũ fuerit debere obtineri.

1469 Quartò quoad priuilegia, & exemptiones particularium, ſub his comprehendi omnes etiam gratias, quę cum noſtra obſeruantia non concordant, vel Religioni obnoxię eſſe poſſint; cum namque ſtatutum hoc, vt potè reſpiciens vtilitatem publicam, ſit ad fauorẽ Religionis, & finis ſit pro conſeruanda ipſa Religione, & obſeruantia, latè intelligendum ex vnlgatis, quod lex fauorabilis ſit amplianda. Miranda *t.2. q.25. art.26. concl.* 10. hoc eſt vt amplectatur etiam gratias ſupradictas, quę nomine priuilegiorum veniunt. Quarè ſi v.g. quis exterus prò acceſſu ad Vrbem cõtrà Superiorum mentem, aut promotione, vt ità dicam ad lectoratum, ad quem non fuerit in Capitulo gener. aſſumptus apud Protectorem, vel alios inſtaret, vel ſi quis ſupplicem libellum in S.Congregatione ob aliquam huiuſmodi gratiam cõſequendam exhiberet, & ipſe Procurator non obſtaret, & Vicarium, vt puniat non commnneret, & à fortiori ſi faueret etiam indirectè procurando ex induſtria, vt ipſi ſupplici libello reſeribatur : *Procuratori Generali, vel etiam alteri prò informatione, & voto*, ad effectum, vt inconſulto Vicario Gen. appoſito ab his fauorabili votn, ſupplicans gratiam obtineat, peccaret mortaliter, & prò fractore iuramenti habendus, vt dictum eſt. Prò quo Peyrini verba *d. cap.3. nu.2.* his adnectere lubet, vt qui Procurator Generalis ea legerit, ſciat quid ſibi agendum. *Hic, ſeù Procurator Generalis, eſt veluti legatus ſuæ Religionis, & Nuncius, cuius officium eſt dictam Religionem mordicus propugnare, prò illius honore vitam exponere, propria eiuſdem iura tueri, antiqua priuilegia conſeruare, noua acquirere, Generalis auctoritatem neruis omnibus defendere, à calumnijs liberare, gratiam Papæ, & Cardinalium maximè Protectoris illi conciliare, conciliatam fouere, illius merita extollere, fragilitates tacere, ſeù excuſare, diſcolis, & diſcolitatibus reſiſtere &c.*

1470 Cæterum quodnam dignius Procuratoris, vel Definitoris Officium? Extrinſecè, & quoad apparentiam videtur eſſe officium Procuratoris, cum Definitores extrà tamen Definitnrium præcedat, & in Curia coram DD. Cardinalibus nomine Congregationis compareat: intrinſecè verò, & quoad realitatẽ eſt officium Definitorum; quandoquidem ſunt, vt dictum eſt *nu.* 1434. de corpore Generalis, ſeù membra annexa capiti, ſeù Vicario Gener. qua de cauſa licet & Procurator Definitorium ingrediatur, cum tamen id illi non competat niſi per additionem, & potius ad augendum numerum eo modo, quo & additur Prinr localis prout *num.* 1342. quntieſcumque de negotijs Congregationis agẽdum eſt, ſeù in Definitorijs, & tnto tempore, quo ipſa durant, vt dicetur vbi de *præcedentia*, præcedunt Definitnres; & quandn Vicarius aliqnem conſulere vult, quis ex Definitoribus, cum ſint in eius adiutorium electi, non verò Procurator Gen. eſt illi conſulendus. Repræſentãt item principaliter Religionem, vt dictum eſt *n.* 1334. Vndè Procurator Gen. primò, & principaliter Vicarij, & Definitorum Procurator eſt, & iuxtà eorum mandata debet operari. Et inſuper Definitores ſuccedunt in gubernio Congregationis, ſi Vicarium decedere contingat, non verò Procurator; & ſignanter primus Definitor, qui ad hæc munera primò vocatur, ac etiam in ſubſequentis Capituli gener. Definitorio ſuffragium ſemper habet, excluſo quandoque Procuratore.

DVBIVM VII.

De Viſitatoribus, & Congregationis Viſitatione.

1471 PAuca de his in Conſtitutionibus: quãtum tamen ſatis eſt ad eorum aucto-

rita-

Digitized by Google

ritatem eruendam. In *part. ſiquidem. 3. cap. 5. §.8.* hæc leguntur. *Cum Viſitatores in Capitulo generali electi viſitabunt eadem efficient, quæ Vicarius Generalis: ſed omnia ſimul aſſociati faciant, licet primus eorum primas habeat, & alter Secretarij munus gerat: exhortationes verò inter ſe diuidant, ità vt primam faciat ſecundus, vltimam verò primus; in auctoritate verò æquales erunt, & nihil niſi de vtriuſque conſenſu determinabitur: Quod ſi in aliquo caſu non concordauerint, Vicario Generali ſcribent, & ipſius deciſionem ſequantur*. Ex quibus apparet eamdem quoad Viſitationis munus auctoritatem eos habere, quam habet Vicarius; limitandum tamen prò tempore Viſitationis, & quoad culparum correctinnem tantum, prout ex declaratione Capituli Generalis de 1612. & ideò non poſſe concedere licentiam prædicandi, ad Ordines Sacros, ſeù Confeſſiones mittendi, vel itinerandi, niſi in gradu appellationis, ex decret. Capitul. Gener. de 1647. *ſeß.8.* de 1650. *ſeß.6.* de 1653. *ſeſſ.7.* & de 1662. *ſeß.6.* & benè, quia dictio *idem* repetit qualitates in præcedente diſpoſitione expreſſas per allegat. à Barboſ. in *diction.* 143. *n.* 1. & in præcedenti diſpoſitione nihil de hiſce licentijs, ſed ſolum de viſitatione Vicarij, ſeù correctione culparum, & modo in illa ſeruando. Et ſi ipſe Vicarius quandoque in Viſitatione eas concedit, nnn concedit, vt viſitans, ſeù intuitu viſitationis, ſed quia Prælatus, cui hæc omni tempore competunt, & ipſi ſoli à lege reſeruantur vt num. 1423. *& ſeq.*

1472 Sunt tamen veri Iudices Ordinarij, cũ ſint electi à Capitulo, & habeant auctoritatem à lege, ſeù iuriſdictionem in tota Congregatione, licet ſucceſſiuè in vno Conuentu poſt aliũ; vnde de iure loquendo poſſent ſuas vices delegare ex communi ſenſu DD. quod Iudex ordinarius delegare valeat, vt videre eſt apud Sanchez. *lib. 3. de matrim. diſp. 31. nu. 6.* & dictum eſt *n.* 1074. niſi eſſet hoc illis prohibitum à Capitulis generalibus ſupradictis. Eorum viſitationi omnes etiam Definitores Generales, & Procurator Gen. ſubduntur; & ideò ſuper omnes vno excepto Vicario, præcedentiam toto tempore viſitationis habent. *Conſtit. p. 2. cap. 8. n. 2.* Quia tamen hoc ius ſupra Definitnres a longo tempore non exercerunt Viſitatores de præſcriptione ſufficienti audio à quibuſdam dubitari. Verùm ad præſcriptionem hanc probandam opporteret, quod viſitaſſent in Conuentibus, in quibus Definitores extitiſſent, ipſis Definitoribus non requiſitis; quod cum probari nequeat, neque de præſcriptione præſumendũ; præterquamquod contrà Viſitationem præſcribi vnquam poteſt ex *cap. cum ex officij. de præſcript.* & tenent Barbos. *de iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 14. n. 34.* Culpas omnès vſque grauiores poſſunt punire. *Conſtit. p. 4. cap. 6. §. 2.* ſed tam in pænis, quam in alijs vtriuſque conſenſus requiritur, ſecus nullius roboris erit, ſi quid determinauerit Primus non conſentiente Secundo; dictio ſiquidem *niſi* ſtat ibi pro forma ad dicta *num.* 1424. ſicuti ad validitatem actorum requiritur vtriuſque aſſociatio, ſeù præſentia; quod tamen intelligendum de ijs, quæ ad viſitationem, & eius actus, vel ad alicuius proceſſus compilationem pertinent. Quarè ſi intrà tempus viſitationis occurrat feſtum ſolemne, & danda ſit abſolutio generalis non videtur neceſſaria vtriuſque aſſiſtentia, ſed vterque ſeorſim illam valet impertiri; & ſic de ſimilibus.

1473 Alij poſſunt eſſe Viſitatores non à iure, ſed delegati, & Commiſſarij à Vicario Generali deputati. *Conſtit. d. cap. 5. §. 9.* ſiuè etiam à Prouincialibus; quorum auctoritas metienda eſt à forma mandati, ſeù commiſſionis. *Conſtit. d. §. 9.* vltrà quam quid agere nequeunt ex dictis *n.* 1461. & ſpecialiter notat Lezana *t. 1. part. 2. cap. 13. n. 30.* vbi non poſſe ea, quæ vel ex iure, vel ex conſuetudine Religionis Generalibus, vel Prouincialibus perſonaliter competunt, etiam ſi in mandato adſit clauſula, *cum plenitudine poteſtatis*, ex *reg. iur.* 81. quod in generali conceſſione non veniant, quæ ſunt ſpeciali nota digna. Quarè cum mandatum poſſit ad libitum committentis ſeù delegantis concipi, & auctoritas maior, vel minor impartiri, nnn poteſt quid de illa determinatè ſtatui, aut ſcribi. Vnum certum eſt, quod litteras commiſſionis antè omnia, ſeù antè præceptum exhibere debent. *Conſtit. d. §. 9.* iuxtà *cap. cum iure. de off. & poteſt. Iudic. deleg.* & quod ſtatuta facere nequeunt (ad differentiam Vicarij Gener. & Viſitatorũ, qui ea condere valent) cum ſit illis à lege *d. §. 9.* vetitum, ibi: *excepto, quod Statuta non faciet, ſed quæ viderit facienda Vicario Gener. ſignificet, vt ipſe auctoritate propria condat*. Quod intelligendum eſt attenta ordinaria Commiſſarij auctoritate; non enim eſt cur non poſſit, & hanc facultatem Commiſſario ipſe Vicarius delegare, cum ſub eius ordinaria auctoritate contineatur non minus, quam ius viſitandi; adeòque ſi hoc illi ſpecialiter committatur, & ab eo condantur, valida erunt, cum & tunc dicentur Vicarij auctoritate facta *ex regul. iur. 72. in 6. Qui per alium facit*; debet tamen conſtare de huiuſmodi particulari commiſſione. *ex d. cap. cum in iure &c.*

1474 De iure viſitare poſſunt & tenentur ex Conſtit. *d. cap. 5. § 4. & 8.* Vicarius Generalis, Viſitatores, & modò etiam Prouinciales; & ideò alteratæ quoad tempus viſitandi Congregationem Conſtitutiones; & ad includendam etiam Prouincialis viſitationem ſunt ità diſtributæ, vt in quolibet annn triennij ſemel ab alterutro ex illis viſitentur Conuentus, vt ex decretis mox adducendis. Super quibus adnotandum, quod licet ſit in arbitrio P. Vicarij Generalis eligere Prouincias viſitandas in quolibet anno, non poteſt tamen ità ſe gerere, vt Viſitatores Generales à viſitatione impediantur, cum tale munus id illis competat de iure, & ex officio; quod idem dicendum de Viſitatoribus reſpectu Prouincialium; & ideò ſiuè poſtea ſit viſitaturus, ſiuè non P. Vicarius Generalis, debet Viſitatoribus notificare quas Prouincias primo, ſecundo, & tertio anno viſitare

ſitare

ſitare intendit; & iſti reſpectiuè Prouincialibus; ità quod, ſi in tertio anno v.g. Vicarius Gener. aut Viſitatores vellent viſitare Prouinciam pro eo anno (iuxtà diſpoſitionem à Vicario ipſo, & Viſitatoribus factam) à Prouinciali viſitandam, eo quod ipſi primo, vel ſecundo anno non eam potuerint viſitare, & per hoc impedienda eſſet Prouincialis viſitatio, abſtinere deberent illi à viſitatione talis Prouinciæ, cum non ſit ob eorum cauſam priuandus ſuo iure Prouincialis. Et ità colligitur à decreto ipſo Capituli Generalis de 1677. quod eſt huiuſmodi.

Procurator Generalis ſupplicet S. Sedem pro remiſſione ad S. Congregationem Epiſc. & Regul. circa modum viſitandi, vt melius prouideatur, quam ſit præſcriptum in Conſtitutionibus, ſcilicet quod liceat Vicario Gener. pro ſuo arbitrio, & prudentia ſecundum quod melius expedire videbitur, in quolibet anno ſui triennij in primo, ſecundo, & tertio viſitare Prouincias ſuæ Congregationis, cum hoc tamen, quod in principio cuiuslibet anni certioret Viſitatores Generales, & Prouinciales, vbi decreuerit in eo anno viſitationem facere, ad effectum, vt Viſitatores, tam Generales, quam Prouinciales ſe transferant ad alias Prouincias, quas P. Vicarius Gen. decreuerit non viſitare. Idemque ſeruetur in ordine ad certiorandum inter ipſos Viſitatores ad effectum, vt ne coincidant in eodem anno facere viſitationem eiuſdem Prouinciæ. Similiter eadem licentia procuretur prò Viſitatoribus Generalibus, vt in ſecundo, & tertio anno triennij viſitare poſſint, cum prohibitione tamen tam P. Vicario Gen., quam Viſitatoribus non viſitandi Conuentus niſi elapſo circiter anno ab vna viſitatione ad alteram.

Et remiſſo à SS. D. N. Innocentio XI. ad Sacram Congregationem libello, ſic reſpondit.

S. Congregatio EE. S. R. E. Cardinalium negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita attenta remiſſione libelli per SS. D. N. facta cenſuit annuendum, prout præſenti decreto pro hoc triennio tantum annuit, quo elapſo iterùm præponendum in Capitulo generali, à quo certiorandam eſſe eamdem S. Congregat. Romæ 1. Octobris 1677.

G. Cardinalis Carpineus.

Locus ✠ Sigilli.

I. B. Spinula Arch. Secr.

Quarè iterum approbato in Capitulo General. de 1680. decreto, & iterum ſupplicata S. Congregatione, hæc Em. Cardinali Protectori ſub *die* 5. *Iulij* 1680. rem commiſit, *vt veris exiſtentibus narratis circa &c. id ſtatuat quod prò ſuo arbitrio, & prudentia in Domino expedire cenſuerit*. Et tandem ipſe Eminentiſs. Protector ſic abſolutè reſoluit.

Palutius &c. Viſa retroſcripta ſupplicatione data nomine Procuratoris Generalis Diſcalceatorum Italiæ S. Auguſtini, & facultate à S. Congregatione EE. S. R. E. Cardinalium negotijs & conſultationibus Epiſc. & Regul. præpoſita nobis benignè conceſſa, veriſque repertis narratis, quoad tempus ad viſitandum P. Vicario Generali per biennium dumtaxat, & PP. Viſitatoribus Generalibus prò ſolo tertio anno à Conſtitutionibus determinatum, eſſe nimis anguſtum, vt infrà illud viſitationes omnium Conuentuum, & Prouinciarum peragi valeant; proptereà ſupplicationi huiuſmodi benignè annuendo petitam facultatem, vt perpetuis futuris temporibus P. Vicarius Generalis in toto triennio; Viſitatores autem Generales in duobus vltimis annis viſitare poſſint concedimus, & impartimur, Conſtitutionibus Congregationis, & alijs quomodolibet in contrarium facientibus minimè obſtantibus. Dat. ex ædib. noſtris hac die 17. Iulij 1680.

P. Card. de Alterijs Protector.

Locus ✠ Sigilli.

1475 Quo autem ad viſitationem nihil ſpeciale in Conſtit. præter ea, quæ Regularium viſitationibus communia ſunt; & de quibus paſſim DD. & ideò vnum aut alterum aduertere ſufficiet; primò, vt adſtringantur Religioſi reuelare in viſitatione, non eſſe ad id cõpellendos iuramento, ſed præcepto, cum id exigatur à Conſtitutionibus *d. cap.* 5. *§.* 4. quibus proptereà ſtandum vt innuit Alderet. *de diſcipl. tuend. lib. cap.* 7. *n.* 4., quodque ab omnibus ſiue Vicario Generali, ſiuè alijs Viſitatoribus, vt obliget, ſub eadem forma poni debet, quam dedimus *n.* 980. & cum omnibus illis verbis, cũ ſint poſita pro forma, quam variare non licet, ad dicta *n.* 984. & 991. & ad cauendum, ne ſimpliciores contra Euangelium in denuntiando occultas maximè culpas delinquant, declarandum eſt omninò, vt benè contrà Caietanus *ver. cap. qualiter, & quando. il.* 1 *de accuſat. in fin.* Nauarr. Sayr. & Sot. Peyrinus *in Formular. litt. P. cap.* 9. *n.* 8. & ne paſſionibus, magis quam fratrum emendationi attendatur. Secundò à morum correctione, & diſpoſitionibus, quæ fiunt à Viſitatoribus in viſitatione, maximè ſi ſine forma proceſſus fiant, appellationem non dari; & quando etiam procedatur via proceſſus, non eam eſſe admittendam, niſi quoad deuolutiuum: non verò ſuſpenſiuum, & poſt definitiuam ſententiam, vt latè Barboſ. in *collect. ad Concil. Trid. ſeſſ.* 13. *cap.* 1. *& ſeſſ.* 24. *cap.* 10. *de reformat. & de iur. Eccl. vniu. lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 34. quod adnotare libuit ad eorum impudentiam, qui de facili contrà Superiorum Viſitantium ordinationes, aut appellare non erubeſcunt, aut appellationem intentare ſe iactant. Tertiò, vbi dicitur, non poſſe ab alterutro ex Viſitantibus eumdem Conuentum viſitari, niſi elapſo circiter anno, cum non conueniant DD. in aſſignando, quod tempus determinatè importet dictio *circitèr*, vt notat Barbos. in *diction.* 57. *nu.* 10. intelligendum erit ſtatutum non poſſe viſitari eundem Conuentum, niſi vltra medietatem anni, hoc eſt ſeptem, vel octo mẽſibus elapſis ab altera viſitatione, ſecus difficilis nimium redderetur viſitatio, ſi aliter deberet ſtatutum intelligi.

1476 Quoniam verò & Reuerendiſs. P. Generali Congregationem viſitandi facultas à Conſtitutionibus, vt infrà relinquitur (licet improprium hoc videatur; cum congruum nõ ſit Reformatos, qui diuerſas habent obſeruantias, & quartum non ambiendi votum emit-

ſunt, viſitari à non Reformato, qui ab eo voto liber eſt, per ea, quæ habent Peyrin. *de ſubdit. q.1.cap.18.§.2.dico tertio.* & Lezana *tom.1.p.1. cap.18.n.92.& p.2. cap.9. n. 20.*) obſeruandum eſt, quomodo id præſtare poſſit. Et quoad hoc talis eſt Conſtitutionum Apoſtolicarum *p. 3. cap.5.§.2.* diſpoſitio. *Reuerendiſs. P.Generalis totius Ordinis S.P. N. Auguſtini ſemel in quolibet ſexennio perſonaliter tantum, & cum interuentu, & conſilio primi Definitoris eiuſdem Congregationis, & non aliàs, nec alio tempore prædictam Congregationem Diſcalceatorum viſitare, corrigere poterit, iuxtà tamen eorum Conſtitutiones, quibus derogare nullo modò poſſit, neque ipſis Diſcalceatis ullam exemptionem, aut libertatem concedere, ſed illarum tranſgreſſores caſtigare, ac pænis in eiſdem Conſtitutionibus contentis afficere; Extrà quam actualem viſitationem, nec ipſe Reuerendiſſimus P.Generalis recipiatur, nec vllus Frater prædictæ Congregationis Diſcalceatorum ad eum appellationem, vel recurſum habeat. In viſitatione vtetur Secretario eiuſdem Congregationis Diſcalceatorum &c.* Ex quibus patet, quod vbi quilibet Generalis, vel Prælatus habens ordinariā iuriſdictionem quolibet anno debet ſuam Eccleſiam viſitare. Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib.1. cap.14.n.6.* Graff. *decis. aur. p.2. lib.3.cap.27. de Viſit. n.* 104. vndè Viſitatio deſcribitur, annua inquiſitio, quæ Ordinarijs Eccleſiaſticis ad correctionem ſubditorum, & reformationem Eccleſiarum iure incumbit, per eumd. Barboſ. *ibid.n.2.* vel ſaltem poteſt Eccleſias ſibi ſubditas quoties opus fuerit, & pluries in anno, ſi caſus exigerit, ex S.Congregat. Concilij decreto ſub die 24. *Ianuarij* 1602. penes Aldan. in *compend. reſol. canonic. lib.1. tit.7.n.1.* Barboſ. in *collect. decis. Apoſt. coll.727.n.10.& collect. ad Concil. Trid. ſeſſ.6.cap.4.n.2.* & Rot. in *Burgenſ. Iuriſdic. coram Seraphin. decis.*1008. *n.*5. & quod vbi nequit per ſe ipſum viſitare, poteſt per aliũ ex dictis *num.*1074. & in ſpecie de viſitatione. Barboſ. *cit. cap.14.n.6.* Lezan. *d. cap.18. n.92.* & *tom.2. verb. Viſitat. n.3.* & quod vbi ad Superiores maiores appellare licet iuxtà decret. Sacr. Congregat. prout *num.*1411. & quod, vbi quilibet Superior Ordinarius poteſt in obſeruantijs cum ſuis ſubditis, quandoque diſpenſare. Peyrin. de *ſubdit. q.1. cap.8.§.5.* & communiter DD. Vbi inquam hæc omnia Prælatis maximè Generalibus competunt, adeò limitatum eſt hoc eius ius viſitandi, quod omnia ſupradicta illi prohibeantur, & ſemel in ſexennio, & perſonaliter tantum, hoc eſt per ſe ipſum, & non per alium viſitare, & tunc tantum corrigere poſſit.

1477 Limitatur inſuper per hoc, quod non poſſit niſi cum interuentu, & conſilio primi Definitoris excalceati viſitare, ob clauſulam, *& non aliàs*, quæ formam inducit, & conditionem per allegat. à Barboſ. *in tract. de clauſul. clauſ.*81. *à n. 8. & ſeq.* & quæ omitti non poteſt. Ciriac. *contr.62.n.47.&* 48. Capic. Latr. *conſult.92.n.15. p. 2.* ſecus actus ſunt ipſo iure nulli. Barboſ. *ibid. n.9.* maximè cum in confirmatione Pontificia adſit decretum irritans, quod inficit, & irritat ipſo iure quidquid in contrarium fit, vt decidit Caſſador. *decis.1.n.7. de reſt. ſpol. & decis. 12.n.6. ſuper Reg. Cancell.* & cum pluribus Barboſ. *ibid. clauſul.40.n.2. & ſeq.* & continet inhibitionem implicitam in ventre. Gratian. *diſcept. 927.n.2.& diſcept.978. ſub num.* 29. Per huiuſmodi enim Definitoris interuentum conſtat viſitationem non eſſe liberæ P.Generalis diſpoſitioni commiſſam, aut eius ſolo arbitrio vel prudentiæ concreditam, ſed primum Definitorem eſſe in partem officij aſſumptum, ſeù viſitationis comparticipem, & non minus ad ipſũ quam ad P. Generalem eam ſpectare, vt in ſimili probat Michael Angelus Chinellus in ſuo *Clypeo. cap.26.n.57.§. primò*, ex Rot. in cauſa *Salmantin. Capellaniæ. 3. Octobris.* 1585. dum interpretando quamdam fundationem, vbi dicebatur: *Qui Archipresbyter cum Oeconomo præſentet*, tenuit vtriuſque votum requiri, & parem habere facultatem Archipresbyterũ, & Oeconomum. Et ſuadet obſeruantia manifeſtè; quandocumque enim viſitauit, in omnibus actibus primus Definitor etiam in Capitulis ipſis culparum, vt viſitationis Collega in altera ad ſiniſtram P.Generalis ſede ſemper interfuit, & aſtitit; eo modo quo noſtri Viſitatores Generales, qui duo ſunt, & vt dictum eſt, omnia ſemper aſſociati faciunt, & ſimul in duabus ſedibus culparum Capitula tenent, licet ſolummodò primus tranſgreſſiones corripiat, ad differentiam P.Vicarij Generalis, qui licet habeat pro viſitationis ſocio Secretarium, Capitulum tamen, correctioneſq; ſolus perſoluit. Et meritò, cum non deceat (ad præcauenda reformationis præiudicia) ſine Collega reformato huiuſmodi viſitationes à ſolo non reformato Generali fieri, vt in ſimili ſtatuto Pauli II. in Conſtit. Incipien. *Circa quorumlibet.* vt in *Mar. magn. Carmelit.§.27.* quo voluit reformatos, non poſſe à non reformato, ſine reformato ſocio, ſeù Collega viſitari, adnotauit *Lezana ibid. num.*238. dicens id factum, *tum vt adiuuet illum in negotio reformationis, tum quoque vt impediat, ſi forſan aliquid contrà bonum illius moliri prætendat;* & addi poteſt eum Chinello *d. cap.26. n.57. §. ſecundo*, vt illum informet de negotijs, ſtatu perſonis, & obſeruantijs, quorum omnium ieiunas eſt P.Generalis.

1478 Vndè duo ſequuntur. Primò teneri P.Generalem ſequi Definitoris conſilium; quãuis enim regulariter, qui tenetur petere conſilium, non teneatur illud in foro exteriori ſequi ex Sylueſt. *verb. conſilium n.2.&* 4. Paleot. *de conciſtor. p.1.q.3.art.*8. & dictum eſt ſupra *n.*1422. eſt etiam verum, quod quandoque conſilium pro conſenſu accipitur, vt docent Tuſch. *verb. conſilium. concl.766.n.2.* Gonzal. *ad reg.8.cancell. gloſſ.46.à n.78.* Tiraquell. *de retr. lign. gloſſ.9. §. 1. num.*159. Menoch. *de præſumpt. lib.6. præſumpt. 34. nu.28.* ſaltem commune eſt, quod ſtat pro conſenſu, quando petendum eſt huiuſmodi conſilium à comparticipe, & Collega officij, & cum ipſius conſilio procedendum eſt iuxta *l. Titium. in princ. ff. de adminiſtr. tut. cap. Venerabili. de Iudic. deleg.* & ibi Gloſſ. *verb. conſilio* Menoch.

noch.

noch.& Gonzal. *loc. ſup.* & tunc eſſe ſequendũ docent Abb. *in cap. olim de arb. n.5.* vbi Butr. *n. 15. ad med.* Peyrin. *de Prælat. cap. 1. q. 2. num. 33.* Moron. *reſponſ. 28. n. 119.* Sanctorus à Melfi. *in Statut. minor. cap. 8. ſtatut.* 40. & cum Sanchez *in præcept. Decal. lib. 5. cap. 4. n. 65.* & alijs Peregrinus *in Conſtit. Theatin. p. 3. cap. 9. litt. K. §. 1.* & cum Bartol. *in l. 1. §. ſi plures. ff. de exerc. art. n. 7.* & Bordon. *reſol. 57. n. 17.* Lezana *tom. 1. p. 1. cap. 2. n. 64.* Vnde cum primus Definitor ſit viſitationis Collega, & cum eius conſilio procedere debeat P. Generalis, illud & ſequi tenetur.

1479 Secundò ipſum Definitorem prædictę viſitationi nullatenus ſubijci; cum enim viſitatio debeat fieri cum eius interuentu, & conſilio, omnibus actibus viſitationis debet interuenire tamquam viſitationis Collega, & Conuiſitator; adeòque nullus eſt actus, à quò ipſe ſit excluſus; & ſic nec dabile, quod ipſe viſitetur; tum etiam, quia Viſitatoris & viſitati, ſeù viſitandi leges opponuntur, & ità quod ſimul in vno, & eodem viſitationis actu minimè conuenire poſſunt; ſicuti Iudicis, & rei perſonæ in eodem iudicio, vt benè Chinellus *loc. ſupr. n. 62.* & actus iuriſdictionis non poſſunt exerceri in ſe ipſum *l. qui iuriſdictioni ff. de iuriſdic. Iudic.*

1480 Sequitur etiam ex ſuprapoſita forma, nullo fundamento PP. Aſſiſtentes Calceatos toties prætendiſſe præſatæ viſitationi intereſſe, cum ab illis verbis, *perſonaliter tantum, & cum interuentu, & conſilio primi Definitoris eiuſdem Congregationis*, arceantur, & excludantur; eo magis eum vi eorum officij nec viſitationi eorumdem Calceatorum intereſſe debeant, quãdoquidem, prout ex eorum inſtitutione per Clement. VIII. in Conſtit. *Quæ à Nobis aliàs* in alia Pauli V. *Prouiſionis noſtræ* ſub die 27. *Nouemb.* 1614. in Bullar. *Ordin. pag.* 300. ſolùm decernitur, quod *Aſſiſtentes in decernendis Ordinis negotijs perpetuò eidem* ſcilicet Generali *aſſiſtant, illumque quocumque ierit comitentur, & aſſocient, & Generalis ipſe abſque eorum conſilio nihil decernere valeat*, quod aliud omninò eſt ab actuali præſentia, & aſſiſtentia in actibus Viſitationis; & poſſunt vtique illi aſſiſtere, ſeù eum comitari, vt in reſoluendis negotijs valeat ipſos conſulere, abſque eo quod formalitatibus viſitationis interſint: Neque illud *perpetuò* adeò rigorosè interpretandum, vt in viſitatione quocumque ierit, ſteterit, aut fecerit Generalis illi aſſiſtere teneantur; id enim ridiculum omninò eſſet, vt obſeruat Chinellus in ſuo Clypeo. *d. cap. 26. n. 57. §. in Breui dumtaxat. pag. 205. verſ. neque adeò*. Quarè ſi neque aſſiſtere debent viſitationi Calceatorum, multò minus viſitationi Excalceatorum. Additur, quod Aſſiſtentium aſſiſtentia non ex alio fine requiritur, & demãdatur, quam ad hoc vt P. Generalis de eorum conſilio decernere valeat. Cum autem in viſitatione Congregationis ſtatuatur à Paulo V. quod Generalis cum conſilio primi Definitoris excalceati operetur, euidens vtiq; eſt, quod aliorum conſilium non requiritur, adeòque neque aſſiſtentium Calceatorum præſentia admittenda. Et ità tandem reſoluit S. Congregatio ſequenti decreto.

Super prætenſione, & inſtantia facta à Patribus Aſſiſtentibus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini pro declaratione, ſe admitti debere vna cum Generali ad viſitationem Conuentuum Congregationis Fratrum eiuſdem Ordinis Excalceatorum, prout &c.

Sacra Congregatio Eminentiſs. S.R.E. Cardinaliũ negotijs & cõſultationibus Epiſcoporum, & Regular. præpoſita, de mandato SS. D. N. D. Alexandri diuina prouidentia Papæ Septimi, maturè perpenſis, & conſideratis rationibus hinc indè deductis, alijſque ad rem facientibus, declarauit, Aſſiſtentibus Ordinis S. Auguſtini in Viſitatione Congregationis Fratrum Excalceatorum eiuſdem Ordinis peragenda à Priore Generali ad præſcriptũ Conſtitutionis S. M. Pauli V. ſemel in toto Sexennij ſui Generalatus decurſu, nullũ competere ius intereſſendi, aut quouis modo ſe ingerendi in eadem viſitatione; de quibus facta relatione eidem Santiſſimo Domino noſtro, Sanctitas ſua reſolutionem huiuſmodi approbauit, ac iuxtà eam inpoſterum omninò ſeruari mandauit; non obſtantibus litteris Apoſtolicis Fel. record. Clem. VIII. inſtitutionis officij eorumdem Aſſiſtentium, cæteriſque incontrariũ quomodolibet facientibus. Romæ 21. Aprilis 1663.

M. Card. Ginettus.

Locus ✠ Sigilli.

E. Epiſc. Camer. Secret.

1481 Porrò hac explecta viſitatione nullum illi ius competit in Excalceatos, cum poſt illam non ſolum ad ipſum nemo recurrere poſſit, aut appellare, nec etiam tamquam ad Superiorem vniuerſaliorem eo modo, quo ſubditis ſuffraganeorum ad Archiepiſcopum appellare iura concedunt. *cap. Paſtoralis, & cap. duo ſimul, de off. ordin. & cap. 1. eod. tit. lib. 6. cap. Romana de appellat. eod. lib.* ſed nec ipſe poſſit à nobis recipi vt patet *nu.* 1476. ſcilicet vt Superior, cum non videatur prohibitum, quin poſſit recipi vt hoſpes; Vnde ſoluto Capitulo, & data abſolutione ceſſat ipſo facto omnis eius iuriſdictio, cum circumſcribatur ab illis verbis *Extrà quam actualem viſitationem*. Ex quo rurſum clarè conſtat hoc ipſius ius in Cõgregationem eſſe per modum tranſeuntis, cum per manentem non habeat extrà viſitationem actualem, vllam facultatem.

DVBIVM VIII.

De alijs Congregationis Superioribus.

1482 DE Prouincialibus, Prioribus, & Supprioribus agendum eſſet: ſed cum non nulla iam quoad primos, & ſecundos ſparſim dicta ſint, & alia, quę poſsẽt diſputari, communia ſint cum alijs Prouincialibus, & Prioribus, & paſſim apud DD. hac de re ſcribentes habeãtur, breuitatis gratia vnum vel alterum pro aliqua ſpetiali notitia ſubnectam. Et quo ad Prouinciales eorum auctoritatem eſſe eam, quæ à Capitulo Generali. de 1628. ſub hac forma eſt illis conceſſa, proùt in actis ibi. *Prior Prouincialis &c. habebit auctoritatem omnem, quam ſiuè ex iure, ſiuè ex priuilegijs aliarum Religionum*

Prouincialibus competere compertum eſt, dummodò noſtris Conſtitutionibus non aduerſetur; atque etiam cum debita ſubordinatione ad Vicarium Generalem noſtra Congregationis, ſub quo, tamquam ſub totius eiuſdem Congregationis legitimo Paſtore, ac Patre ſubiecti ſint, tam Prouinciales, quam cæteri omnes Superiores &c. quæ auctoritas & ſi cenſenda ſit à Papa conceſſa, & declarata, cum illi conceſſa fuerit ab eo Capitulo vigore mãdati SS. D. Vrbani VIII. per litteras *Ad vberes*, in quibus ipſe Prouinciales inſtituit cum auctoritate à Capitulo Generali declaranda, & concedenda, vt videre eſt in noſtris *litteris Apoſt. litt. 9.* noneſt tamen taliter conceſſa, quin liberum non ſit Capitulis Generalibus eam limitare, ſi opus fuerit, & reſtringere, eo modo quo dicta Capitula poſſunt & Generalium auctoritatem, cum illis ſubdantur, ex dictis *nu. 945.* coarctare, & tradit Lezana *tom. 1. part. 2. cap. 12. n. 7.*

1483 Quid autem veniat ſeu excipiatur per illa verba, *dummodò noſtris Conſtitutionibus non aduerſetur*, non ſatis apud non nullos compertũ, cum de Prouincialibus nec verbum in Conſtitutionibus. Verùm ea verba poſita ſunt ad indicandum, eos non poſſe, quę per Cõſtitutiones prohibentur, cum & ipſi Conſtitutionibus conformari teneãtur; v.g. in Cõſtitutionibus iniungitur, quod omnes præter quã in caſu extremæ neceſſitatis aſſociati extrà Conuentũ incedant; quod nullus niſi approbatus à Capitulo deputetur ad confeſſiones audiẽdas; aut vltrà menſem quis extraneus in Conuentu admittatur; & ſic de cæteris; & ad indicandum, nec Prouinciales per dictam facultatem illis conceſſam ea, aut ſimilia prohibita poſſe, addita eſt illa limitatio *dummodo &c.* Vno verbo, ad explicãdum, quod quando Prouinciales aliarum Religionũ vel ex iure, vel ex priuilegio aliquid poſſent, quod ſit noſtris Conſtitutionibus repugnans, nullatenus id illis intelligatur conceſſum; cum communicatio illa priuilegiorũ cum alijs Prouincialibus intelligenda ſemper ſit, vt proprijs inſtitutis non aduerſetur ex dictis. *num.* 498.

1484 Quoad Priores hoc vnum tantum occurrit; cum nempè poſſit ab officio deponi *ſi Capitulum de culpis non tenet niſi rarò*. Conſtit. *p. 3. cap. 7. §. 9.* quid veniat pro ly *rarò*, ad effectum vt poſſit deponi; & quamuis ſi dictio hæc conſideretur oppoſitiuè *ad ſæpè*; & *ſæpè* in duabus vicibus verificetur. *l. iuxtà. & l. liberorum. ff. de verb. ſignific. & in authen. de teſtibus. §. quia verò collato. 7. & in cap. conſideres. de pænit. diſt.* 5. & rurſus quod bis ſit dicatur frequenter fieri. Gloſſ. ſingularis *in rubr. C. quæ ſit longa conſuetudo.* Nauarr. *lib. 5. conſ. de adult. in prim. edit. conſ. 4. n. 1.* Sanchez *lib. 4. de matrim. diſp. 1. nu. 22.* & colligitur *ex l. 3. C. de Epiſc. aud. & cap. Ità nos 25. q. 2.* Roderic. *tom. 1. q. 6. art.* 12. quin ſępius ſaluetur in tribus actibus, vt *in l. veluti. §. fin. ff. de edendo. & in l. ſeruos. C. de vi pub.* Quamuis inquam hæc vera ſint in ſe, quoad ipſos actus frequentes, vel non denominandos; cum tamen Capitulum hoc culparũ ſit tenendum à Priore qualibet hebdomada; & frequentia hęc ſit menſuranda non tam ab actibus ipſis, quam à temporis decurſu, non videtur dici poſſe ſæpè, & non rarò Capitulũ culparum habuiſſe, qui bis in anno ea tenuerit, cum id non videatur quadrare fini legis. Vndè in arbitrio Superiorum erit iudicare per quot vices in anno cenſeatur rarò quis ea capitula habere, prout de numero actuum ad verificandũ quid ſępè fieri, à Iudicis arbitrio pendere dicunt Rebuff. in comment. *ad l. ſæpè. 53. verſ. colligite. de verb ſignific. pag.* 270. & Marta. *de iuriſd. p. 2. cap. 23. num. 17.*

1485 De Supprioribus verò loquendo, ipſi non eliguntur, aut deputantur à Prioribus, ſed eliguntur in Capitulis generalibus; & eiſdem Prioribus abſentibus, vel mortuis regunt ipſi monaſteria. Conſtit. *p. 3. cap. 7. §. 10. & cap. 10. §. 3.* Non tamen perhoc differunt in officio à Supprioribus, qui in alijs Religionibus non eliguntur à Capitulis, ſed creantur à Prioribus, quia etiam ipſi inſtituuntur in adiutorium Priorum, & prò Chori, aliorumque ſimilium moderatione, ex Conſtit. *p. 3. cap.* 10. & tota differentia eſt, quod illi ſunt ammouibiles à Prioribus, non verò noſtri. Cæterum & de noſtris loquendo etiam ſi dum in abſentia Priorum regunt Conuentum, tunc id ex Prioris arbitrio præſtare videntur; quamuis enim Conſtitutiones diſponant, quod ipſi Conuentum gubernent abſentibus Prioribus, cum tamen in manu Priorum ſit Vicarios præficere, & à Supprioribus hanc præſidentiam auferre, eo ipſo quod Vicarios non creant, certè vidẽtur tunc Suppriores ideò gubernare, quia Priores non creando Vicarios id illis permittunt; Adeòque & ab eorum arbitrio in tali regimine dependere.

1486 Difficultas hinc oritur, an Supprior præſente in Conuentu Priore poſſit ſibi eligere Confeſſarium, eo modo quo poteſt ipſe Prior. Zaccharias Paſqualigus affirmatiuè reſpondet in *quæſt. moral. Canonic. centur. 1. q. 97. ex cap. fin. de pænit. & remiſſ.* ibi: *Permittimus Epiſcopis, & alijs Superioribus, nec non minoribus Prælatis exemptis, vt etiam præter ſui Superioris licentiam prouidum, & diſcretum ſibi poſſint eligere Confeſſorem*; & dicti Suppriores etiam ſi à Prioribus conſtitutos, eſſe Superiores, & Prælatos, quia in abſentia Priorum exercent iuriſdictionem ſpiritualem tam in foro interno, quam externo, in quo conſiſtit Prelatia; & licet non eam exerceant in Priorum præſentia, quando tamen creantur Suppriores accipiunt facultatem eam exercendi, & tunc fiunt Prælati, & habent iuriſdictionem in habitu, & immediatè ratione officij, cum dignitas incipiat ab electione, & acceptatione per *l. ex eo tempore. ff. de teſt. milit.* Et ſubdit. *nu.* 5. quod ſunt de præſenti ſubrogati in locum localium Superiorum prò tempore, in quo non erunt præſentes; & de præſenti conſtituti in dignitate prò exercenda iuriſdictione loco Superiorum localium, quando abſentes erunt; & ideò tamquam de præſenti ſubrogati, & de præſenti habentes dignitatem ſubrogationis, debent etiam de præſenti frui priuilegijs illius, in cuius locum ſunt ſubrogati; nam tunc ſolum non debent frui ſi

exiſtant

exiſtant ij, in quorum locum ſunt ſubrogati, quãdo ſubrogatio nõ dat de præſenti gradum, & dignitatem; nam ſi dat, confert quoque priuilegia gradus, & dignitatis, vt conſtat in Epiſcopis titularibus, qui nullum habent exercitium iuriſdictionis. Hæc Paſqualigus.

1487 Verum difficultate non caret hoc, nec admittendum videtur, cum ſenſus communis DD. ſit, quod huiuſmodi Suppriores, alio nomine Vicarij eo ipſo, quod habent in Conuentu ſuprà ſe Superiorem, & ſint, vt dictum eſt, ad eos adiuuandos electi, non ſint veri Prælati, ad differentiam Vicariorum in capite, qui ſunt veri Prælati, vt videre eſt apud Roderic. *tom.* 1. *q.* 19. *art.* 2. Peyrin. *tom.* 2. *de Prælat. q.* 1. *cap.* 4. *nu.* 74. & Lezan. *tom.* 1. *p.* 1. *cap.* 18. *n.* 3. *& p.* 2. *cap.* 12. *nu.* 40. *& tom.* 2. *verb. Vicarius n.* 8. & fortius apud nos, ex eo quod officium Suppriorat⁹ poſſit procurari abſque violatione voti non ambiẽdi vllam Prælaturam; quo dignoſcitur ſub Prælatione non comprehendi, & conſequenter, nec priuilegium eligendi Confeſſorẽ ad eos extendi, quod ſolum Prælatos comprehendit; & ità Diana *p.* 6. *tract.* 8 *reſol.* 15. Bordon *reſol.* 24. *nu.* 3. & Lezan. *d. verb. Vicarius nu.* 7. *&* 8. & conſonat *d. cap. fin. de pænit. & remiſ.* ibi, *nec non minoribus Prælatis exemptis*, quæ Supprioribus, ſeù huiuſmodi Vicarijs quadrare non poſſunt. Nec ratio Paſqualigi videtur habere locum, cum potius contrarium appareat in Coadiutore Archiepiſcopi cum futura ſucceſſione, qui non poteſt tempore coadiutoriæ vti priuilegijs Archiepiſcopi, vt ex S. Congregat. deciſionibus refert Barbof. *de iur. Eccl. vniu. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 34. *& ſeq.* nec iuuat paritas de Epiſcopo titulari, quia iam hic eſt Prælatus, & expreſsè nominatus in *d. cap. fin.* Supprior verò non agit Prælaturam, ſed perſonatum, vel officium, vt Lezan. *d. cap.* 12. *n.* 2. *& n.* 40. *& cit. verb. Vicarij. n.* 8. nec habet ius in re. Verum tamen eſt, quod in abſentia Prioris, vel eo mortuo poteſt ſibi Confeſſorem eligere, quia in tali caſu ea omnia poteſt, quę Prior ex dictis *n.* 1073. & tenent de Peyrin. *d. n.* 74. Lezana *d. cap.* 12. *nu.* 41. & Pellizzar. *in manual. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 2. *nu.* 49. ad quod *nu.* 50. ſufficere dicit cum Nald. & Peyrin. quod abſentia Prioris ſit vnius diei.

1488 An autem abſente, vel mortuo Priore poſſit Supprior Vicarium conſtituere, ex eo quod, cum tunc habeat facultatem, ſeù auctoritatem à iure, cenſendus ſit ordinarius; dico, quod non, loquendo de Suppriore in abſentia Prioris, tum quia, vt dixi ſuprà, & tunc regit Conuentum dependenter à Prioris arbitrio, quatenus ſcilicet hic non eligendo Vicarium ſinit illum præſidere Conuentui, & ſic non videtur propriè ordinaria auctoritate præeſſe, ſed potius delegata ſaltem negatiuè: tum quià lex facultatem conſtituendi Vicarium tribuit ſolum Prioribus, nullo quoad hoc facto de Supprioribus verbo. De Suppriore verò poſt mortem Prioris loquendo videtur de iure cõmuni poſſe, cum tunc ſit ordinarius: ſed probabilius eſt quod non, ex obſeruantia infallibili contraria, cum nunquam id actum legatur; eo maximè cum ex Conſtitutionibus *d. cap.* 10. §. 3. nihil in tali caſu innouare poſſit, quo benè dignoſcitur nouitatem hanc Vicarij facere non poſſe.

DVBIVM IX.

De præcedentia, ſeu ordine in Congregatione ſeruando.

1489 ET de hoc vltimo loco aliqua ad difficultates nonnullas euacuandas. De quo hæc in Conſtitutionibus *p.* 2. *cap.* 8. §. 2. *Vicarius Generalis noſtræ Congregationis omnes Fratres noſtros vbique præcedat; extrà tempus Capituli Generalis, & Definitorij, Procurator Generalis Congregationis, deindè Definitores Generales, poſteà Priores* (modo verò Prouinciales) *antiquitatis Conuentuum habita ratione; deinceps Viſitatores in toto triennio extrà ſuam actualem viſitationem, nam in actuali viſitatione ſolum Vicarium Gen. habeant præcedentem; quod idem dicimus de Viſitatoribus delegatis in ipſo actu viſitandi, extrà quem habeant locum ſuæ profeſſionis. Poſtmodum Suppriores ſpectata etiam antiquitate Conuentuum, ità vt abſente Vicario Gener. Prior localis primum locum teneat* (modò verò Prouincialis) *quod idem dicimus de Suppriore in abſentia Prioris; quod etiam obſeruandum eſt in abſentia Viſitatorum in ipſo actu viſitandi: In præſentia tamen Vicarij ſupradictus ordo obſeruetur. Deinde Sacerdotes profeſſi, quos ſequantur Sacerdotes nouitij, poſt quos præcedant Clerici profeſſi; poſteà Clerici nouitij Laicos profeſſos antebunt; & poſt hos incedant Laici nouitij, qui ſemper antecedant Tertiarios profeſſos; iſti verò antebunt Tertiarios nouitios. Inter hos autem fratres profeſſos, antiquiores minus antiquos in eodem gradu antecedant; & hunc ordinem Nouitij etiam in eodem gradu ſequentur. Cum autem duo Fratres eadem die profeſſi fuerint, ille præcedat, qui prior habitum ſuſceperit: ſi autem ambo habitum ſuſceperint, qui prior ad probationem admiſſus fuerit; quod ſi ambo ſimul admiſſi fuerint, ille præcedat, qui ætate alterum anteibit.*

1490 Super quibus primum dubium eſt circa præcedentiam, quæ tempore Definitorij, & Capituli generalis datur ibi ſuprà Procuratorem Gener. Definitoribus Gener. ſicut *& p.* 3. *cap.* 6. §. 5. an ſcilicet intelligenda ſit in omnibus actibus etiam extrà aulam Definitorij, vel ſolum in loco ipſo Definitorij, & Capituli; & reſpondeo intelligendam eſſe in omnibus actibus, & locis. Et patet, tum quia in adductis verbis *cap.* 8. ſub tit. *de ordine in Congregatione ſeruando* datur regula indefinita ſtandi & procedendi, & ideò pro omnibus actibus, & locis, & vigore cuius extra tempus Capituli, & Definitorij ipſe Procurator præcedit Definitores in omnibus actibus, & locis; vndè ſequitur à contrario ſenſu, quod vbi excluditur per aliquod tempus à dicta præcedentia, excludatur quo ad omnes actus &c. tum quia lex clara eſt *extrà tempus Definitorij*, & non extrà Definitorium; quo dignoſcitur negata illi præcedentia

tia

tiâ pro toto Definitorij tempore, & conſequenter in omnibus actibus, & locis. Et deducitur à ſimili de Indulgentijs, quæ à Summis Pontificibus conceduntur viſitantibus Eccleſias Regularium tempore Capitulorum generalium, & de facultate conceſſa ipſis Regularibus intereſſentibus Capitulis, vt poſſint prò toto tempore Capituli à reſeruatis abſolui, vt ex cōceſs. Eugenij IV. ſcribunt Roderic. *tom. 1. q. 41. art. 4.* & Peyrin. *in Formul. litt. C. cap. 3. num. 2.* non enim conceſſæ ſunt pro ſolis horis, in quibus congregantur Capitulares, ſed pro omnibus illis diebus, quibus durat Capitulum; itâ quod vnaquaque hora, etiam extrà illas, in quibus congregantur Capitulares, poſſint ſæculares Eccleſias viſitare, & indulgentias lucrari, & Regulares abſolui. Ità dum præcedentia tempore Capituli, & Definitorij denegatur Procuratori Generali, & datur Definitoribus, datur iſtis præ illo prò omnibus actibus, & locis; & non ſolum pro horis & actibus Capituli. Et ità in ſimili Peyrinus *d. formul. litt. P. cap. 8. n. 3.* vbi Præſidentem Capituli præcedere debere omnes in omnibus actibus, & locis, quia *parum refert quod ſit in Capitulo, aut extrà, modò ſit tempore Capituli*, inſinuans præcedentiam datam pro aliquo tempore complecti omnes actus, & loca intrà illud tempus.

1491 Additur obſeruantia, quæ eſt optima legum interpres, & per quam maximè ſi ſit ſubſequens ad leges, & à longo tempore, omni remoto dubio declarantur ipſæ leges. *l. ſi de interpret. ff. de leg.* Bald. *conſ. 176. lib. 2.* Menoch. *conſ. 49. nu. 20. & 21.* & iam ſæpè dictum eſt; cum enim ſtatim à conditis Conſtitutionibus, & ſubſequenter Procuratores Gen. tempore Definitorij, non ſolum intrà aulam, & in loco Definitorij, ſed etiam extrà & in omnibus actibus poſt Definitores ad hæc vſque tempora ſederint, ſenſus eſt Conſtitutionum, quod in omnibus actibus, & locis tali tempore præcedant Definitores.

1492 Nec officit, quod quandoque alicui Procuratori ſit pro eo tempore permiſſum ante Definitores ſedere in Refectorio, vel Choro ſtare, quia hoc actum erit vrbanitatis, vel amicitiæ gratia, vel ad eorum, aut aliorum inſtantiam, & quaſi precariò, & pro illa vice tantum, & non animo cedendi; ex quo nihil ad rem, cum ius præcedentiæ non ammittatur, etiam patiendo aliquem quandoque præcedere per Gratian. *diſcep. forens. cap. 298.* Moron. in *reſponſ. reſp. 5. nu. 7.* vbi, nec tacite, nec expreſsè poſſe tali iuri renuntiari, vt in puncto decidit Decianus *conſ. 21. n. 74. lib. 1.* Nec actus illi, cum potuerint eſſe ex gratia, vel ob alium reſpectū, ſatis ſunt ad obſeruantiam contrariam arguēdam, ad quam requiritur, quod debeant probari facti animo, & ſine conſuetudinem introducendi, vt Moronus *ibid. n. 26.* & Lezana *tom. 2. verb. leges Regul. nu. 55. & 58. & tom. 4. conſult. 56. n. 119.* & quando ex eis probaretur conſuetudo, nullam haberet vim, vt potè non præſcripta; nam hi actus contrarij ſolum in vno triennio euenerunt, & ad præſcribendum anni ad minus quadraginta requiruntur, ex *cap. de quarta. & cap. ad aures. de præſcript.* Purpurat. *in l. 1. n. 200. ff. de off. eius qui eſt.* & cōmuniter DD. Et in omni caſu vnuſquiſque poteſt recuperare ſuum ius, & poſſeſſionem præcedentiæ, ſi fortè ſui maiores perdidiſſent; non enim fuit ſuum ius deperditum, vt in ſpecie concludit Bald. *conſ. 382. lib. 2.* Purp. *conſ. 540. nu. 19. lib. 2.* Menoch. *conſ. 902. nu. 78. lib. 10.* Moronus. *d. reſp. 5. n. 29. & ex eo* Lezana *d. conſult. 46. n. 121.* Et ità de facto fuit reſolutum in compromiſſorio iudicio tempore Definitorij. de 1687.

1493 Secunda difficultas eſt, an ſtante quod pro dicto tempore debeatur præcedentia Definitoribus, ſi intrà illud tempus contingat, actum publicum, vt potè diſputationem in Eccleſia haberi, debeat & ibi Procurator Generalis poſt Definitores ſedere, cum Conſtitutiones *cit. cap. 6. §. 5.* diſponant, quod extrà Cōuentum ſemper primum locum habeat Procurator Generalis; ibi: *extrà vero Conuentum, ipſo Vicario Generali abſente tam in proceſſionibus, quam in alijs locis primum locum ſemper habebit*, & Eccleſia, ad quam conueniunt & mulieres cenſenda ſit extrà conuentum? Sed & ibi poſt Definitores ſedere debere reſpondeo, quia omiſſo, quod nomine Monaſterij etiam Eccleſia comprehenditur. Gloſſ. *verb. exempto in cap. 1.* vbi communiter DD. *de priuil. in 6.* Duran. *Rot. deciſ. 74. n. 4.* Eccleſia pars eſt Conuentus, & Religioſi in ea exiſtentes ſunt verè in Conuentu, & non extrà; & ſic ſi tantum extrà Conuentum debetur illi præcedentia, non debetur illi in Eccleſia, & talis eſt obſeruantia; in omnibus enim Capitulis Generalibus Procurator Gen. aſtitit ibi diſputationibus poſt Definitores nouiter electos, & poſt primum Viſitatorem.

1494 Tertia difficultas de loco, qui ipſi Procuratori debetur in Capitulo Conuentuali Ieſu Mariæ de Vrbe, vbi eſt de familia, & vocem habet, ſi intereſſe voluerit, cum ex vna parte Conſtitutiones *d. cap. 8. §. 2.* diſponant, quod præſente Vicario Gener. primum ſemper ſuper omnes locum habeat (exceptis Viſitatoribus tempore viſitationis) & ſolum poſt Priorem ſedeat in abſentia Vicarij Gen. & ex alia Vicarius Generalis cenſeatur præſens quandiù eſt in illo Conuentu, etiam ſi actibus aliquibus non interſit, vt patet v. g. in choro, vbi Procurator præcedit Priorem abſente à choro Vicario Gener. non alia ratione niſi quia, cum Vicarius ſit in Conuentu, non cenſetur, nec eſt abſens; vndè videtur idem obſeruandum in Capitulo etiam ſi Vicarius non illi interſit, dummodò ſit in Conuentu. Reſpondeo tamen negatiuè (idem dico de Definitoribus) & ratio eſt, quia non interuenit tamquam Procurator Generalis, ſed tanquam vnus de Capitulo; & ideò non debet habere locum ſuprà Priorem, qui eſt caput Capituli; regulare enim eſt quod Prælatus vbicumque intereſt in aliquo Collegio non vt Prælatus, ſed tamquam vnus de Collegio, non debet tenere rationem capitis

ipſius Collegij etiam, ſi dignitas illius ſit excellentior. Panormit. *in cap. poſtulaſtis n. 8. de conceſſ. præb.* & Marcus Antonius Genuen. *in ſua prax. Archiep. Neap. cap. 86. n. 8.* dicit, quod Vicarius Canonicus interueniens in choro, vt lucretur diſtributiones debet ſedere in loco ſui Canonicatus, per text. *in cap. A. collocatione. de appellat in 6.* & eſt communis opinio. Menoch. *de arbitr. iudic. caſu 68. n. 23.* & ita deciſum pluries à S. Cõgregatione Rituum refert idem Genuens. *ibid. in fin. annot.* ſequiturque Peregrinus in Conſtit. Theatin. *p. 3. cap. 10. litt. C.* traditque Barbos. *de iur. Eccleſ. vniu. lib. 1. cap. 53. n. 196. §. circà verò;* & Moronus. *dict. reſp. 5. nu. 12.* vbi *num. 13. & 14.* quod ius præcedendi non competit ex eo, quod quis maiorem habeat vel dignitatem, vel pręeminentiam, ſed ex quod illa dignitas, vel præeminentia ſit ordinata ad illum actum, pro quo tractatur de præcedentia; Et ideò inter Cardinales in Conciſtorio, & Capella antiquior præcedit Vicecancellarium, Pænitentiarium, & Camerarium, quia iſtæ dignitates non ſunt ordinatæ ad illum actum: in Cancellaria autem, Pænitentiaria, & Camera iſti præcedunt antiquiores, ex decis *Roman. præeminent. 16. Decembr. 1585. coram Seraphin.* Quarè idem dicendum de Priore in Capitulo, quod ſcilicet debeat præcedere Procuratorem, & Definitores, licet iſti illum præcedant extrà, cum eorum præeminentiæ non ſint ordinatæ ad huiuſmodi actus capitulares. Dixi, poſt Priorem, quia lex talem locum illis aſſignat in abſentia Vicarij Gener. ſecus locum profeſſionis habere deberent in Capitulis Conuentualibus propter dicta de Vicarijs Canonicis, & notatum eſt ſupra *n. 1382.* Ex quibus patet reſponſio ad difficultatem de præcedentia data à lege Procuratori ſuprà Priorem in præſentia Vicarij, intelligendam ſcilicet extrà Capitulum, cuius Prior eſt caput, & ad quod Procuratoris Gen. officium non per ſe ordinatur.

1495 Difficultas altera quoad locum Definitorum abſente Vicario Gener. & in præſentia Prouincialis, an ſcilicet Definitores Gener. debeant præcedere Priorē localem. Aliquibus viſum fuit quod ſic, eo quod ipſi ab vno tantũ præcedi debeant; & confirmari poteſt ab obſeruantia; Romæ enim abſente Vicario poſt Prouincialem immediatè præcedunt Priorem: conſuetudini autem multum deferendum eſt in materia præcedentiæ per conglobatos à Barboſ. *de iur. Eccleſ. d. cap. 53. n. 178.* maximè quæ obſeruatur Romæ; vnde ad ſedandas lites ſuper præcedentia inter Regulares S. Congregatio Epiſc. & Regul. mandauit. *26. Auguſti* 1593. id alibi obſeruari, quod Romæ, teſte Sperell. *in decif. fori Eccleſ. deciſ. 76. num. 16.* & Lezan. *tom. 2. verb. Præcedentia n. 6.* Verum & hoc difficile eſt, cum verum non ſit, nec vllibi reperiatur, quod ab vno tantum debeant præcedi, quin de facto præcedētes habeant Vicarium Gener. & Procuratorem extrà tempus Definitorij, & iuxtà *Conſtit. p. 3. cap. 4.* vbi de Definitoribus, habetur: *In omnibus locis poſt Priores, & Suppriores cæteros loco præcedent* (licet modò quoad Suppriores ex contrario vſu non amplius obſeruetur, & explicetur, impropriè tamen, textus de Supprioribus in abſentia Prioris) Nec apparet ratio, cur debeant præcedere Priorē, cum hic ſit caput Monaſterij; & in tantum illum præcedunt in præſentia Vicarij, quia cum Definitores ſint eius aſſeſſores, & de corpore Definitorij, cuius caput eſt Vicarius, debent membra vniri capiti, quod non militat in pręſentia Prouincialis, ad quem non pertinent. Et quãuis Romæ ità obſeruetur, poteſt dici extrà Vrbem aliter obſeruatum; & ex hac obſeruantia aliorum locorum præſeruatũ ius Priorum præcedendi ſuprà Definitores in abſentia Vicarij, eo modo quo per vſum priuilegij in vno monaſterio, & alijs præſeruari tradunt Roderic. *tom. 1. q. 8. art. 4.* Portell. *verb. priuileg. ceſſatio n. 55.* Tamburin. *de iur. Abb. tom. 1. diſp. 16. q. 14. n. 15.* & admittit Rot. *in Conchen decimar.* coram Orano *deciſ. 240. n. 6. p. 4. diuerſor.* & in ead. cauſa coram Burat. poſt Tamburin. *ibid. t. 3. deciſ. 96. & deciſ. 640. n. 4. p. 2. & deciſ. 213. n. 4. p. 4. recent.* ſicut & per exercitiũ vnius ex Compatronis alicuius iuris patronatus præſeruari & alijs. Panorm. *conſ. 54. lib. 1.* Roch. de Curt. *de iur. patron. in verb. competens n. 42.* Tamburin. *d. tom. 1. diſp. 15. q. 18. n. 37.* Et quæ dicuntur de obſeruantia Romę habent locum pro ſedandis controuerſijs in alijs locis: ſed non indè ſequitur, quod alteranda ſit propterea conſuetudo, quæ obſeruatur extrà Vrbem, quin attendenda omninò eſt, prout ex varijs Rot. deciſionibus, & pluribus DD. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg. 78. n. 27.* & conſonat Conſtitutio 84. Gregorij XIII. apud Cherub. *tom. 2. Bullar.* & Laur. de Franch. *contr. inter Epiſc. & Regul. pag. 15.* vbi mandatur poſſeſſionem in præcedendo obſeruandam, & vbi de ea non conſtet, Religionem antiquiorem in loco debere præcedere. Scio paucis ab hinc annis emanaſſe decretum Capituli Generalis, quod abſente Vicario ſolum Prouincialem habeant præcedentem: ſed quid de hoc decreto, vt potè facto ab ipſis Definitoribus, & inauditis Prioribus, & nullatenus cõfirmato, iudicent alij. Hæc dicta ſint attentis Conſtitutionibus, ſeù iure particulari, quod in hac materia omninò obſeruandum ex *l. 1. ff. de alb. ſcrib.* docet Moronus *d. reſp. 5. n. 8.* Cęterum, dum Romæ ità obſeruatur, & poſt præfatum decretum alij Priores acquieuerint, datur ſufficiens ratio, vt & vbique ad tollendas diſſormitates idem obſeruetur.

1496 Dupplex eſt etiam, quoad Viſitatorũ General. præcedentiam difficultas; altera, cum per Conſtitutiones *d. cap. 8. §. 2.* detur illis extra actualem viſitationem locus poſt Priores, an ſenſus ſit poſt Priores etiam hoſpites, vel ſolum poſt Priores locales in eorum reſpectiuè Conuentibus; altera, cum in actuali viſitatione omnes ſolo excepto Vicario Gener. præcedere debeant, pro quanto tempore id intelligendũ. Et quoad primam videtur intelligenda Conſtitutio in ſecundo ſenſu, quia in tantum præ-

cedit

cedit Prior localis Viſitatores, quia eſt in loco ſuæ iuriſdictionis, & Viſitatorum præeminentia, vt mox diximus, non eſt ordinata ad actus Conuentus: Extrà verò proprium Conuentum, vbi hoſpes eſt, nihil habet iuriſdictionis, & ſic ceſſat ratio præcedendi eos. Eo magis, cum Viſitatores poſſint aliquos actus iuriſdictionis ibi exercere, quos non poteſt Prior hoſpes, vt dare ſignũ in Refectorio, Choro, &c. ex Cęremonial. *lib.1.cap.1.* & Capitulorum generalium declarationibus. Præterquamquod maior eſt dignitas Viſitatoris quam Prioris, cum illius officiũ ſit Generale, & vniuerſalius, in tota ſcilicet Congregatione; dignior ſiquidem ille eſt, qui præſidet pluribus, & grauioribus negotijs *cap. per ſingulas 9. q. 3.* Paſqualig. *decif.* 50. Pelliz. *tract.8. cap.6. num.228.* quin & ipſe Prior eius viſitationi ſubditur; & certi iuris eſt, quod maior dignitas præcedit minorem. *cap. placuit. d. 18. & cap. Epiſcopus. d.95.* & tradunt communiter DD. Moronus *d. reſp.5. n.2.* Lezan. *conſult. 28. n.6.* ſicut & qui maiorem habet iuriſdictionem, *ex cap. ad hac. de off. Archidiac.* & talis eſt obſeruantia, quod locum cedunt ſolũ Priori locali. Quoad ſecundam dico, iuxtà explicationem Capitulorum generalium pro actuali viſitatione, in qua præcedere ſemper debeant, venire illos dies, quibus viſitaturi accedunt, & quibus poſt viſitationem antè diſceſſum iuxtà Conſtitutiones morari debent in Conuẽtibus, vt potè tres dies antecedenter ad viſitationem, & tres, vel quatuor poſt illam; illos ex conſuetudine, & vocantur dies hoſpitalitatis; iſtos, quia, cum debeant ea facere in viſitatione, quæ Vicarius Gener. & hic rurſus debeat poſt viſitationem per aliquot dies ad fratrum ſolatium in eodem Conuentu morari, qui tres, vel quatuor eſſe ſolent, & ſufficiunt, idẽ dicendũ de Viſitatoribus.

1497 Et tandem cum in quadam difficultate ſuper præcedentia in Proceſſione inter Vicarium electum à Priore antiquioris Conuentus, & Priorem alterius Conuentus moderníoris in eadem Ciuitate, aliquid in fauorem Prioris adduxiſſem, his pro quæſtionis complemento adnectere libet; Huiuſmodi ſcilicet pręcedentiam Priori moderníoris Conuentus deberi, non verò Vicario antiquioris.

Primò ex titulo Prioris ſupra titulum Vicarij præſtantia, quandoquidem claritas tituli denotat claritatem, & pręeminentiam honoris. Caſſan. *in Catalog. glor. mund. part. 4. conſiderat. 43.* cum Ioa. de Imol. & Aug. *in l. qui ſoluendo. ff. de bar. inſtit.* Secundò, quia perpetuam iuriſdictionem habens habenti temporalem præfertur. Ioa. Andr. in *cap. penul. de offic. deleg. in 6.* & dignitas Vicarij eſt ex ſe amouibilis, & durat tãtum ad beneplacitum Prioris: Dignitas verò Prioris durat a iure per triennium, nec poteſt neque a Definitorio ſine cauſa. Conſtit. *p. 3. cap. 7. nu. 1. & 9.* Tertiò efficaciter, quia maior dignitas præcedit de iure minorem. *dd. cap. placuit. d. 18. & cap. Epiſcopus. d.95.* & communiter DD. cum Gloſſ. *inſtit. de bonor. poſſeſſ. §. aliam.* Rota *diuerſ. part. 2. deciſ. 326. num. 4.* & coram Seraph. *deciſ. 1223.* Vndè præcedentiam ſemper dignioribus dandam eſſe decreuit S. Rituum. Congregatio in vna *San Seuerini. 1. Septembr.* 1607. quam refert Sellius *in ſelect. canon. cap. 45. n. 5.* apud Barboſ. *in collect. Apoſt. deciſ. collect. 590. n. 2.* Quod autem Prior ſit Vicario dignior patet, quia is dignior eſt, qui officium conſecucus eſt a digniore. *Cap. Per tuas de maiorit., & obed.* Decius in *l. cum quid. ff. ſi quid cert. pet.* vt accidit in Priore, qui eligitur à Capitulo generali, vbi Vicarius hic eſt conſtitutus ab ipſo Priore. Item dignitas illa videtur maior, quam quis habet proprio iure (qualis eſt illa Prioris) quam dignitas quæ competit ex perſona alterius (qualis eſt illa Vicarij) Lezana *conſult. 28. n. 29.* ex Bartol. *in l. quod Principi in fin. de leg. 2.* Immò dignitas Vicarij ex eod. Lezan. *ibid. n. 6.* eſt veluti acceſſoria, & per accidens, & ſubrogata; nam vt dicit Rot. *dict. deciſ. 326. part. 2. diuerſ.* Vicarius non dicitur poſſidere nomine proprio; & ideò Prioralis dignitas præferenda Vicariali; cum quæ ſunt per ſe, ijs quæ ſolum ſunt per accidens anteponi debeant. Lezan. *ibid. n. 3.* quamuis ibi loquatur de Vicario Generali, reſpectu Generalis; eſt enim eadem ratio de Vicario Gener. reſpectu alterius Generalis, ac de Vicario Prioris reſpectu alterius Prioris; & parium eadem eſt iuris diſpoſitio *cap. inter corporalia. & cap. ſicut ergò. de translat. Epiſc.* Abb. in *cap. nihil. n. 5. de elect.* Decius *conſ. 15. n. 2. & conſ. 301. num. 6. & 8.* Bald. *conſ. 324.*

1498 Inſuper, cum Vicarius ſupponat ſubiectionem eis, cuius vices gerit. Diana *part. 12. reſol. miſcell.* eſt quidem officium ſubalternum ex Bald. *conſ. 353. n. 2. lib. 1.* propriè loquẽdo minor eſt eo, cuius eſt Vicarius. Diana *ibid.* ex Becan. *opuſc. de Prim. Reg. Angliæ part. 2. cap. 1. num. 4.* & alijs. Vndè DD. Sorbonici damnarunt tamquam hæreſi macedoniana infectam quamdam propoſitionem Marci Antonij de Dominis, dicentis Spiritum Sanctum eſſe Vicarium Chriſti in regimine Eccleſiæ, cum Spiritus Sanctus non ſit minor, ſeù inferior Chriſto, vti ſequeretur, ſi eius Vicarius eſſet. Duallius de *Rom. Pontific. part. 1. q. 2.* Et propter quam rationem Summus Pontifex vocandus non eſt Vicarius D. Petri, ſed ſolum ſucceſſor, licet Chriſti Vicarius dicatur, ſicut loquitur D. Thomas *lib. 1. contra Gent. cap. 32. & lib. 1. de Reg. Princ. cap. 14.* & Concilium Florentinum in litteris vnionis his verbis: *Definimus Pontificem Romanum ſucceſſorem eſſe D. Petri Principis Apoſtolorum, & verum Chriſti Vicarium*, licet enim ſit inferior Chriſto, non eſt tamen inferior Petro; vndè nec eius Vicarius; & ſi aliquando in Sacris Canon. & Patribus vocatus eſt Petri Vicarius, non alio ſenſu ſic dictus, niſi quatenus Vicarius ſignificat ſucceſſorem, ſeù gerentem vicem ex ſucceſſione, quod non dicit inferioritatem, ſicut eam dicit Vicarius ex inſtitutione, ſeu gerens vicem ex inſtitutione: quo ſenſu Romanus Pontifex eſt ſolum Vicarius Chriſti, non D. Petri. Diana eruditiſſimè *ibi in fin. tom. reſol. 1. §. alij verò*. Ex quo cum pateat Vicarium ex

inſti-

Digitized by Google

inſtitutione inferiorem eo eſſe, cuius eſt Vicarius, ſequitur Vicariatũ eſſe dignitatem Prioratu inferiorem, adeòque nullatenus in Proceſſione &c. Vicarium Priori præferendum.

1499 Nec obſtat primò, quod Vicarius in abſentia Prioris ſit verus Prælatus, habeat omnem auctoritatem, & iuriſdictionem, quam habet ipſe Prior, & quod poſſit proindè delegare ſuam auctoritatem alteri, ſui loco illum ſubſtituendo; & propterea, quod debeat etiam habere præcedentiam, quæ competeret ipſi Prior, ſi adeſſet. In primis enim verum non eſt tam Vicarium deputatum, quam Suppriorem qui in abſentia Prioris gubernat Conuentum eamdem omninò Prioris auctoritatem habere; nihil enim ex Conſtit. *p.3. cap.* 10. §. 3. poſſunt innouare, quod ſignum eſt non æqualis, ſed limitatæ auctoritatis. Vnde & ex hoc capite nequit Priorem præcedere, cum ille ſit præferendus, qui maiorem obtinet iuriſdictionẽ, & poteſtatem. *Cap. ſtatuimus. §. vlt. & cap. ſeq. d.*17.

1500 Item verum non eſt huiuſmodi Vicarium poſſe alterũ ſui loco ſubſtituere cum eadem auctoritate; primò, quia conſuetudo, quæ vim legis habet. *l. quibus. §. ex non ſcripro. ff. de leg. & cap. fin. de conſuetud.* apud nos contraria eſt. Secundò quia ipſe Vicarius eſt ſubſtitutus. Et ſi qui DD. ſentiãt Vicarios poſſe quem ſui loco cum æquali auctoritate ſubſtituere, intelligendi ſunt vel de Vicarijs à iure, & non ſubſtitutis, ſeù delegatis, vt in terminis Roderic. *tom. 3. q. 76. art.* 1. ex Marant. *ibi* vel de Vicarijs in capite, qui habent Priorum auctoritatem, & ob fratrum paucitatem Vicarij nuncupantur, vt habent Portell. *in dub. reg. verb. Vicarius in cap.* Peyrin. *tom. 2. cap.* 4. *§. 4. n.* 74. Roderic. *tom. 2. q. 12. art.* 6. quod non eſt in noſtr caſu.

1501 Sed tranſeat, quod Vicarij taliter inſtituti eamdem habeant Priorum auctoritatẽ, & poſſint alterum ſui loco præficere, quid indè ad rem præſentẽ de præcedentia? Sunt adhuc Prioribus in dignitate inferiores; cum Priores non ſint; & ideò neque ipſis concedenda præcedentia, quæ Prioribus antiquioribus à Conſtitutionibus *p. 2. cap.* 8. datur; quibus enim non competunt verba legis, nec legis diſpoſitio competere poteſt, per conglobatos à Barboſ. *in axiom.* 136. *n.* 8. quod adeò verũ eſt, vt Vicarij in capite etiam ſi eamdem auctoritatem habeant cum Prioribus, poſt ipſos tamen ſemper incedunt.

1502 Nec obſtat ſecundò, quod ſubrogatum ſapiat naturam eius, in cuius loco ſubrogatur, quia intelligendum eſt axioma, & habet locum vbi ſubrogatus eſt ęqualis conditionis cum eo, in cuius locum ſubrogatur Menoch. *conſ.* 784. *n.* 12. Barboſ. *axiom.* 213. *n.* 1. cum multis quos ibi adducit; qui *num.* 2. obſeruat, quod ſi inter ſubrogatum, & eum, in cuius loco ſubrogatur, diuerſa qualitas detur, tunc non ſapere eamdem naturam ex *l. lucius. ff. de fideicomiſſ. libert.* Surd. *conſ.* 31. *n.* 41. & alijs. & maximè ex Giurb. qui in *Conſil. crimin.* 99. *n.* 13. tenet omninò non debere eſſe differentiam, nec qualitatem diuerſam inter ſubrogatum, & eum, cui ſit ſubrogatio, ad hoc vt eamdem ſapiat naturam; quod vtique reperiri non poteſt in Vicario, cuius dignitas, qualitas, & conditio non eſt ex dictis eadem cum Priorali dignitate, qualitate &c.

1503 Limitatur inſuper prædictum axioma in eo, quod eſt ſpecialiter attributum ei, cui ſit ſubrogatio; tunc enim ſubrogatum non ſapit eamdem naturam; nec ſubrogationis regula ad id ſe exendit, quod fuit ſpecialiter conceſſum. Surd. *de aliment. tit. 9. q. 21. n.* 21. Barboſ. *ibid. n.* 4. eo fortius quando ceſſat in perſona ſubrogata illa qualitas propter quam priuilegium conceditur. Robleſ. *de repræſent. lib. 1. cap. 12. num.* 69. Quapropter tale axioma habet tantummodo locum in ſucceſſore, in quem tranſeunt etiam quæ ſunt de iure ſpeciali eius, cui ſuccedit, non autem de alijs. Ità Sigiſmundus à Bononia. *de elect. & poteſt. Prælat. part. 2. cap. 4. dub. 78. nu.* 5. & adducit Decium *in cap. quoniam Abbas. n. 2. de off. deleg.* Vndè cum præcedentia debeatur Priori ſupra alium Priorem ex titulo, & qualitate Prioris antiquioris, & hæc non ſint in Vicario, nec in Prioris dignitatem ſuccedat, neque in ius præcedentiæ ſupra Priorem poteſt intrare, & illi titulo ſubrogationis præeſſe.

1504 Immò neque ex hoc axiomate ſequitur Vicarium ſuccedere in ius præcedentiæ, quam haberet Prior, quandoquidem, licet Vicarius repræſentet Priorem, à quo eſt conſtitutus, non tamen eſt propterea honorãdus tantum quantum principalis, quem repræſentat. Decius *cap. ſanè. de off. deleg.* nec Vice Rector eſt honorandus ſicut Rector. Gonzal. *in reg. 8. Cancell. gloſſ. 5. §. 9. n.* 105. Menoch. *conſ. 51. nu.* 103. Gratian. *diſcept. forenſ. 111. nu.* 27. Nauarr. *conſ. 7. de Maiorit. & obed.* ſicuti nec Vicario Generali debetur idem honor, qui pręſtaretur Epiſcopo, ſi præſens eſſet ex Sacr. Cõgreg. Rit. *in Caietana.* 11. *April.* 1614. citat. ab Aldan. *in compend. canon. reſol. lib. 1. tit. 43. nu.* 13. apud Barboſ. *in collect. deciſ. Apoſt. collect.* 713. *n.* 5. Quarè ei non licet occupare locum ſui Epiſcopi abſentis, etiam ſi illum repreſentet, ex ead. Sac. Congreg. in *Brunduſina* 16. *July* 1605. *penes eumd. Aldan. ibid. n.* 19. Vndè vt benè obſeruat Lezana. *conſult. 38. n.* 19. nunquam Vicarius Epiſcopi antiquioris præſumpſit habere præcedentiã ſupra Epiſcopos minus antiquos. Et ſic nec Vicario huic debetur ſupra Priorem pręcedentia, quæ ſolum debetur Priori ſubroganti, & ratione dignitatis Prioralis, & antiquioris.

1505 Addo pro plena ſolutione, non obſtante quod locus ſit dignitatis, & non iuriſdictionis, & quod præcedentia debeatur dignitati. Pellizzar. *tom. 2. tract. 9. cap. 2. ſect. 3. ſubſect. 2. q.* 12. de Peyrin. *in Conſtit. 7. Pauli V. §. 3. nu.* 7. controuerſiam eſſe de Priore, qui non eſt hoſpes, ſed in eadem Ciuitate æqualem habet cum Vicario iuriſdictionẽ; vndè quamuis in proprio Conuentu Vicarius præcedat Priorem. *Conſtit. p. 2. d. cap. 8. §.* 2. quia ibi Prior hoſpes eſt, & nulla potitur iuriſdictione; non debet tamen in proceſſione præcedere, quia cum ſint in loco, & actu æqualis iuriſdictionis, certè præcedentia ſtat prò digniore, nempè Priore. Ad quod facit

quod etiam ſi Epiſcopi habeant æquale ius intereſſendi Concilio, Vicarij tamẽ Epiſcoporum antiquiorum, qui repreſentant Epiſcopos, non habent in Concilio præcedentiam ſuprà Epiſcopos minus antiquos, ſicut nec ſcribuntur in locis Epiſcoporum, quos repreſentant, vt conſtat ex Concilio. Trident. Et vt docet Lezana *ibid.n.*20. ſub Innocentio VIII. Vicarius Generalis Prædicatorum in Capella Summi Pontifices (cui omnes Generales Ordin. Mendicant. aſſiſtunt) ceſſit locum alijs Generalibus in eadem Capella; & ſuo etiam tempore idem etiam obſeruabatur in perſona Reuerendiſs. P. Dominici de Marino Vicarij Gener. Prædicatorũ, qui non pręcedebat in Capella alios Generales, licet Generalis ipſe eorumdem Prædicatorum quoſcunque Mendicantium Generales ibi pręcedat. Ex quibus infert Vicarijs Epiſcoporum, & Generalium licet competat idem ius, & honor quantum ad iuriſdictionem ergà ſubditos, non tamen competere quantum ad prærogatiuam dignitatis, aut ordinis ſuprà alios. *ibid.n.* 27. Idem dicendum de Vicarijs Priorum, cum ſit eadem ratio.

Cætera quoad præcedentiam clara ſunt ex ipſo contextu Conſtitutionum; Quarè ſuperaddere quid ſuperfluum eſſet: Quin oculorum imbecillitate impeditus ab alijs pluribus enucleandis ſuperſedeo, & vela contrahens, finem diſputationibus impono; Ad Dei Omnipotentis B.B. V. M. Sanctique P. Auguſtini laudem & honorem, S. M. Eccleſiæ correctioni omnia, ſicuti & me ipſum ex corde ſubmittens.

FINIS.

APPEN-

Digitized by Google

APPENDIX AD QVODLIBETVM DE MONACHATV S. P. AVGVSTINI.

IMpreſſa ex parte iam erant hęc Quodlibeta, cum ad manus peruenit tomus primus de *Vet. & Non. Eccleſ. Diſciplina* eruditiſſimi viri Ludouici Thomaſſini; & cum librum tertium ſumma voluptate perlegerem, conuerſa eſt ſtatim voluptas in admirationem, cum leuiſſimo fundamento ab ipſo *cap. 2. 3. 4. & 12.* negari Monachum fuiſſe Auguſtinum, ſed tantummodò Clericum conſpexi. Hæſi, an reſponderem, cum ex iam *quodlib.* 1. diſcuſſis coniecturæ, ne dicam rationes, quibus ipſe præfatum de S. P. Auguſtino placitum fulcire ſtudet, ſatis enucleatæ dignoſcantur. Verum, honoris gratia ipſius argumentis iam allatas reſponſiones applicare, & vna cum illis, vt & hæ quoad S. P. Auguſtini Monachatum nubeculæ diſſoluantur, eas Lectori exponere non incongruũ duxi.

1506 Mens ergo eius eſt *loc. ſupr.* Monachum non fuiſſe Auguſtinum. Et quamuis *cap. 2. num. 7.* in hac controuerſia: *An Auguſtinus inſtituerit Monachos, vel Clericos, vel vtroſque*, proteſtetur nolle ſibi Iudicis, aut arbitri partes aſſumere: ſed ſolum, quid ſibi ex Poſſidij, Auguſtinique ſcriptis benè ponderatis propius à vero abeſſe viſum ſit, ediſſere; *num.* tamen 8. dicit vixiſſe quidem Auguſtinum in monaſterio, ſed ſuſpicari fuiſſe cætum Laicorum, qui communis vitæ ſocietate, & temporalium omnium abdicatione vincirentur. Item *cap. 3. num. 1.* ſic loquitur: *Æquum eſt nunc ab ipſo perdiſcere Auguſtino, quæ prælibata iam ſunt ab eius vitæ ſcriptore Poſſidio; nimirum quos ipſe inſtituit, fuiſſe non alios quam Clericos, Laicoſque, qui Clero præformarentur, vtroſque in commune conferentes, & poſſidentes omnia ſine proprio, eamdem incolentes domum, eadem veſcentes menſa.* Rurſum *num. 9. Alij enim volunt & inſtitutos ab Auguſtino Monachos, & ipſum Monaſticam vitam profeſſum eſſe; Alij obſtinatè vetant neque profeſſione, neque voto obligata fuerit eius Congregatio. Illi quidem priores abundè iam confutati ſunt à nobis duobus his capitibus, vbi Auguſtinus ſibi, ſuiſque ſemper Clericorũ nomen vindicauit.* Iterum *cap. 4. n. 8. Diſceptationis huius de inſtituta primum ab Auguſtino Clericorum Congregatione finem faciemus, additis velut ad cumulum argumẽtis nouis, quibus magis, magiſque eluceat nunquam illum Monaſticæ profeſſioni implicatum fuiſſe, ſiuè antè, ſiuè poſt ordinationẽ, neutro denique in monaſterio Hipponenſe.* Et tandem *cap. 12. n. 15.* ſic. *Ità mihi videntur Baſilius, Gregorius Nazianzenus, Amphilochius, Auguſtinus virtutes Monachorum ſectati, non propoſitum, non profeſſionem;* Quod repetit *num. 16. Sed indubium eſt nobis id genus fuiſſe ſeceſſum Auguſtini in Africam, & in propriam domum, ruri proprioſque agros ſtatim poſt baptiſmum. Nec enim nunquam ſtatum amplexus eſt Monaſticum, etſi ſtudia, & exercitamenta eius omnia ſequutus ſit cum amicis.* Ex quibus cum planè conſtet ab ipſo pronuntiatum cõtrà Auguſtini Monachatum, & Religionem ab eo inſtitutã, & vt videbimus, non ſolum ex Poſſidij, Auguſtinique ſcriptis, ſed ex proprijs coniecturis proceſſerit, non ſolum Iudicis, ſed etiam arbitri partes adimpleuiſſe dicendum eſt.

1507 Duo itaquè dicit, & Auguſtinum Monachum non fuiſſe, & ſolos Clericos, vel Laicos ab ipſo inſtitutos, qui Clero præformarentur, & in communi viuerent, & ſine proprio, & cum his ſolis vixiſſe. Probat porrò prædicta; & primò ex Poſſidio, & multipliciter *d. cap. 2.* & primò *num. 8.* quia Poſſidius, dum *cap. 3.* deſcribit vitæ formam, quam tenebat Auguſtinus poſtquam in Patriam redijt, & per triennium antè Presbyteratum, *Fermè triennio alienatis à ſe curis ſæcularibus, cum ijs, qui eidem adhærebant, Deo viuebat, orationibus, boniſque operibus in lege Domini meditans die, ac nocte*, nullum verbũ fecit de habitu, vel inſtituto Monaſtico Auguſtini, ſeu Auguſtinum ſe tali inſtituto voluiſſe ligari. Secundò, quia Poſſidius *cap. 5.* aſſerit, quod eamdem formam vitæ communis, & ſine proprio inſtituerit ſubindè Auguſtinus in monaſterio intrà Eccleſiam, *Factus Presbiter monaſterium intrà Eccleſiam mox inſtituit, & cum Dei ſeruis viuere cæpit ſecundum modum, & regulam ſub Sanctis Apoſtolis conſtitutam, maximè vt nemo quidquam proprium in illa ſocietate haberet, ſed vt eis eſſent omnia communia, & diſtribuebatur vnicuique, prout cuique opus erat, quod iam ipſe prior fecerat, dum de tranſmarinis ad ſua remeaſſet*; quod ſignum eſt non illud fuiſſe inſtitutum Monachorum, cum eorum monaſteria tunc temporis procul eſſent ab Vrbibus, & ad ſummum in ſuburbijs, vt patet ex monaſterijs Sancti Martini, & S. Ambroſij: ſed Laicorum hominũ, cum huiuſmodi Laicorum in communi viuentium Collegia medijs in Vrbibus ſita eſſent, vt Romæ, & Mediolani à ſe obſeruatum dixit Auguſtinus ipſe *lib. 1. de morib. Eccleſ. Cath. cap. 33.*

1508 Tertiò *num. 9.* quia licet Poſſidius dixerit ibi, & iterum *cap. 11.* Auguſtinum vixiſſe in monaſterio: *Proficiente doctrina diuina ſub Sancto, & cum Sancto Auguſtino in monaſterio Deo ſeruientes Eccleſiæ Hipponenſi Clerici ordinari cæperũt &c. ac deindè innoteſcente ſanctorum ſeruorum Dei propoſito, continentia, & paupertate profunda, ex monaſterio, quod per illum eſſe, & creſcere cæperat, accipere Epiſcopos, & Clericos, pax Eccleſiæ, atque vnitas & cæpit primò, & poſteà conſequuta eſt. Nam fermè decem Auguſtinus Eccleſijs dedit, &c. Et ipſi ex illorum Sanctorum propoſito venientes monaſteria inſtituerunt, & cæteris Eccleſijs promotos fratres ad ſu-*

Google

ſcipiendum Sacerdotium præſtiterunt; nunquam tamen dixit in ipſis viuentes fuiſſe Monachos: quin ſubdit (etſi quartum argumentum) potius ex hoc Poſſidij textu probari eum vixiſſe cum Clericis, quià in ipſo degentes Clerici ſemper vocantur, nec deſcribuntur niſi vt Clerici, qui ad Ordines ſacros, immò ad Epiſcopatum effingerentur; & cum diſſimilimæ ſint Clericorum, Monachorumque functiones, perſpicuum eſt vitam Monachorum non conſentaneam futuram fuiſſe Clericorum Seminario. Et ſatis colligi dicit ex illis verbis *ſub Sancto, & cum Sancto Auguſtino ſeruientes Deo*, quæ intelligenda ſunt de S. Auguſtino Epiſcopo: Atqui Epiſcopo magis conſentit, vt Collegij Clericorum, quam Cænobij Monachorum Rectorem, Præſidentemque agat, &c. Et quod ea verba *ſub Sancto, & cum S. Auguſtino &c.* intelligenda ſint de cætu Clericorum, probat Thomaſſinus *eod. cap. 2. n.* 10. ex verbis Poſſidij *cap. 22. Veſtis eius*, ſcilicet Auguſtini, *& calceamenta, & lectualia ex moderato, & competenti habitu, nec nitida nimium, nec abiecta plurimum*; & ex *cap.* 25. ibi: *Cum ipſo ſemper Clerici vna etiam domo, ac menſa, ſumptibuſque communibus alebantur, & veſtiebantur*; ex his enim expreſsè dignoſcitur Congregationem illam, de qua Poſſidius *ſub Sancto, & cum S. Auguſtino, &c.* fuiſſe Congregationem Clericorum.

1509 Confirmat primò, quià huiuſmodi veſtitus non conueniebat Monachis. Secundò, quia ipſe Poſſidius nunquam vel vllo verbo inſinuauit duo fuiſſe ab Auguſtino inſtituta Monaſteria, alterum Clericorum, & alterum Monachorum, & vtrique ſuam curam, & ſtudia partiri ſolitum; & aliàs inueriſimile ſit omninò potuiſſe in totum ſileri à Poſſidio Seminarium Clericorum, quod indubitatiſſimum eſt ab Auguſtino fuiſſe fundatum. Et ſic deducit de Clericorum monaſterio locutum Poſſidium, dum dixit *ſub Sancto, & cum Sancto Auguſtino in monaſterio Deo ſeruientes*. Tertiò, quia ex Seminario Clericorum potius, quam ex Monachorum cænobio credendum eſt prodijſſe tot præcellentiſſimos Epiſcopos, quos manu ſua effinxerat, præpolieratque Auguſtinus, ſecus felicior fuiſſet in Monachis, quam in Clericis, adeòque hoc, de quo Poſſidius, *ſub Sancto, & cum Sancto Auguſtino*, fuiſſe monaſterium Clericorum.

1510 Quintò probat *cap. 3. n.* 1. ex Auguſtino, ſeu ex his eius verbis *epiſt.* 59. ad Paulinũ. *Reſalutant ſanctam, & ſinceriſſimam ſanctitatem tuam Conſerui mei, qui mecum ſunt*. Item *epiſt.* 64. ad Aurelium: *Omnis itaquè fratrum cætus, qui apud nos cæpit coaleſcere*; ſicut & *epiſt.* 77. ad Poſſidium: *Poſſidio, & qui tecum ſunt fratribus Auguſtinus, & qui mecum ſunt fratres, ſalutem*; quibus innuitur ſocietas Clericorum, cum in ſocietatem Epiſcopi coire cum Epiſcopo non facilè poſſit, niſi Epiſcopi Clerus.

Sextò *nu.* 2. ex alijs eiuſdem Auguſtini verbis *Serm. de comm. vit. Cleric.* quibus monaſterium Clericorum ſe inſtituiſſe affirmat; & *nu.* 4. & 5. ex alijs ex *eod. Serm.* in quibus de inſtituto Clericorum, ſeù quod viuerent ſine proprio, qui ſecum vellent eſſe, agit.

1511 Septimò *nu.* 8. ex illis verbis pariter ex *Serm. de com. vit. Cleric. Nemo det Byrrhum, vel lineam tunicam, ſeù aliquid niſi in commune: de cõmuni accipiam mihi ipſi, cum ſciam commune me habere velle, quidquid habeo. Nemo talia offerat, quibus quaſi ego ſolus decentius vtar. Offeratur mihi v. g. Byrrhum pretioſum: fortè decet Epiſcopum, quamuis non deceat Auguſtinum, ideſt hominem pauperem de pauperibus natum, &c. qualem veſtem poteſt habere Presbyter, qualem poteſt habere decenter Diaconus, & Subdiaconus, talem volo accipere, quia in commune accipio; Si quis meliorem dederit, vendo, vt quando non poteſt eſſe communis, pretium veſtis ſit commune*. Ex quibus ſic ipſe diſcurrit: *His manifeſtè patet in Seminario Auguſtini non fuiſſe niſi Clericos, eoſque ſuperiorum Ordinum, incluſis eo gradu Suddiaconis ſimillimis veſtibus vſos omnes ne excepto quidem Pontifice ipſo: veſtes autem vſitatiſſimas fuiſſe tunicam lineam, & Byrrhum, de quo nos ſuprà: illum Presbyterorum, illum Auguſtini fuiſſe habitum, quamdiù fuit Presbyter; illum Clericorum omnium habitum teſte Poſſidio ſuperiori capite, vtque nos fusè ſuprà declarauimus, cum Clericorum veſtes perpenderemus. Atque indè id exprimitur in Monaſtica veſte nunquam fuiſſe Auguſtinum*.

1512 Octauò *nu.* 9. tum ex *epiſt. 76. ad Aurelium*, vbi ſe Clericum nominat: *Nimis dolendũ, ſi ad tam ruinoſam ſuperbiam Monachos ſurrigamus, & tam graui contumelia Clericos dignos putemus, in quorum numero ſumus*; tum ex *Confeſſ. lib. 10. cap. vlt.* vbi ſe auocatum dicit à Deo Auguſtinus, ne in ſolitudinem fugeret; & *cap.* 30. vbi ſe continentiam & antè ordinationem amplexum fuiſſe fatetur; ſed non dicit, id feciſſe ex profeſſione inſtituti Monaſtici.

1513 Nonò *cap. 4. n.* 8. ex verbis *Retract. lib. 1. cap. 2.* quibus recenſens libros à ſe ſcriptos, alios ſcripſiſſe dicit nondum baptizatus, & adhuc Cathecumenus, alios baptizatus, & adhuc in Italia &c. & in Africa conſtitutus alios apud Hipponem Presbyter, & alios Epiſcopus, nulla facta commemoratione Monachatus; & ex Poſſidio *cap.* 28. eodem modo loquente, ſeu ſtatum laici, Presbyteri, & Epiſcopi ſolum diſtinguente, & eum antè Presbyteratum laicum ſolum indigitante; vndè *ſolebat laicus ab eis tãtum Eccleſijs, quæ non habebant Epiſcopum ſuam abſtinere præſentiam*; ſi namque laicus certè non Monachus.

Hæc ſunt Thomaſſini fundamenta. Iudicet Lector cujus momenti. Ego miror, quomodo vir eruditus omiſsis alijs, & certioribus ex Poſſidio, ac Auguſtino à nobis *quodlib.* 1. ponderatis, his, quæ vel negatiua, vel ſaltem dubiæ interpretationis, aut aliena à re, pro reſolutiuè negando Auguſtini Monachatu adhæſerit.

1514 Ad primum ergò. Dicit ipſe communem & pro eo triennio Auguſtini vitam Monaſticam non fuiſse, eo quia nec habitus, nec inſtituti Monaſtici verbum fecerit Poſsidius. Sed (omiſſo quod ſit argumentum negatiuum)

dicat obſecro; Nonne librum de opere Monachorum conſcripſit pro verè Monachis Auguſtinus? Et vbi mentio vlla eorum habitus? Sed euidentius non ne admittit ipſe Thomaſsinus *d. cap. 2. n. 6.* Auguſtinum in illis verbis *lib. 1. cap. 31. de morib. Eccl. Cathol. In communem vitã ſanctiſſimam, caſtiſſimamque congregati ſimul ætatem agunt viuentes in orationibus, in lectionibus, in diſputationibus. Nemo quidquam poſſidet proprium, operantur manibus, &c.* nonne, inquam, admittit loqui Auguſtinum de Monachis Ægypti, & Orientis? abſque dubio. Obſecro iterum. Vbinam nominat Auguſtinus, vel eorum habitum Monaſticum, vel eos Monachos? Si ergò non ceſſant eſse Monachi, de quibus ibi Auguſtinus, & ſi nec de habitu loquatur, nec Monachos appellet, nec Monachus negandus Auguſtinus per hoc, quod Poſsidius illum non appellet Monachum, nec in habitu Monaſtico deſcribat. Monachi ſunt illi per Thomaſsinum de quibus eo *cap. 31.* Auguſtinus, quia inſtitutum, quod ibi deſcribit, Monaſticum eſt, & ſi omiſsis Monachi denominatione, & habitus forma; Et quare non Monachus Auguſtinus, ſi vita, quam pro eo triennio Tagaſte duxit, fuit qualis erat vita Monachorum, de quibus eo *cap. 31.* Auguſtinus, ſicuti ex collatione eorumdem verborum Poſsidij de Auguſtino, & Auguſtini de Monachis *nu. 79.* probatum eſt? Vel ſaltem quarè, ſtante identitate vitæ Auguſtini cum ea Monachorum, maximè cum & ipſe Thomaſsinus admittat *cap. 12. nu. 15. & 16.* in omnibus Auguſtinum eos imitatum fuiſſe, potius ſuſpicandum vixiſse in commune cum laicis, quam cum Monachis, & non Monachum fuiſse?

1515 Quoad habitum verò. Et quomodo dicit Thomaſsinus non loqui Poſsidium de Auguſtini Monachali habitu, ſi *d. cap. 2. n. 10.* ex Poſsidio ſic ipſe illum refert, & deſcribit: *Veſtis eius, & calceamenta, & lectualia ex moderato, & competenti habitu erant, nec nitida nimium, nec abiecta plurimum*; & vult, quod Poſsidius loquatur de veſtibus Auguſtini, dum degeret in monaſterio Deo ſeruiens? Dicet, non explicari veſtem Monaſticam. Sed quarè non? Ipſe Thomaſſinus *cap. 3. n. 19.* per ea ſimplicia verba Regulæ ad Moniales ex *epiſt. 109. Non ſit notabilis habitus veſter, nec affectetis veſtibus placere, ſed moribus*, vult à S. Auguſtino communem veſtem Monachalem aſſignari. *Deindè* (ſic ille ibi) *communi cum alijs Virginibus, veſte Sanctimoniales iſtæ vtebantur: Non ſit notabilis habitus veſter, nec affectetis, &c.* Et quarè non eſt dicendũ explicatam à Poſſidio Monaſticam Auguſtini veſtem per ea verba; *Veſtis eius ex moderato, & competenti habitu, nec nitida nimium, nec abiecta plurimum*, ſi verba Poſſidij penè eumdem referunt ſenſum, ac illa Auguſtini ad Moniales? Hæc tamen dicta ſint, vt Thomaſſino ex ſe ipſo reſponderemus. Cæterum his non ſiſtimus, cum ibi Poſſidium de veſtibus, ac menſa Auguſtini iam Epiſcopi locutũ ſciamus, vt patet ex cochlearijs argenteis, ac carnibus propter hoſpites, & iam obſeruauimus *num. 510. & 531.* Verum de Monaſtico Auguſtini habitu ſatis à *num. 60.* & *quodlib. 6. dub. 1.*

1516 Ad illud etiam, quod Poſſidius non indicauerit Monaſtico inſtituto voluiſſe ſe Auguſtinum alligare. Et quid inde? Non fortaſsè verum? Nihil hoc certius, cum ſatis ſuperque indicauerit Auguſtinus, vt videre eſt à *nu. 37. & ſeq.* & *nu. 72. & ſeq.* Sed quid? indicauit & Poſſidius, vt *n. 39.* adnotatum eſt: quin ex tali voluntate probatus eſt *n. 40. & 74.* eius Monachatus.

1517 Ad ſecundum. Concedo idem vitæ inſtitutum ſeruaſſe Auguſtinum in monaſterio Hipponenſe, quod tenuerat pro eo triennio Tagaſte; ſic enim apertiſſimè Poſſidius: *Quod iam ipſe prior fecerat, dum de transmarinis ad ſua remeaſſet*; & probauimus à *n. 81. & ſeq.* & eo magis cum & apud Tagaſtem vixerit in monaſterio, vt *quodlib. 1. dub. 11.* & *n. 117.* Nego tamen indè ſequi eum non Monachum; nec ratio vrget de monaſterio in Vrbe contra ritum Monachorum, quià monaſterium, in quo vixit Auguſtinus toto tempore Presbyteratus non fuit in Vrbe, ſed extrà, ſeù in ſuburbijs, nempè in horto Valerij, vt pleniſſimè concluſum à *n. 100. 101.* & *118. & ſeq.* & *n. 155.* qui ſitus ex ipſo Thomaſſino *cap. 3. n. 15. clamat pro Monachis.*

1518 Ad tertium dico ſufficientiſſimè Poſſidium declaraſſe Monachos ibi fuiſſe, eo ipſo quod monaſterij nomine vſus eſt, quod de Monachorum habitatione propriè loquendo intelligebatur etiam Auguſtini ætate, vt dictum eſt *n. 221. & 222.* & in eo degentes diſtinxit tum fratrum appellatione, per quam Monachi in Auguſtini ſenſu veniebant, vt *nn. 148. 149. & 194.* tum *Deo ſeruientium*, ſeù *Seruorum Dei* titulo, qui pariter apud Auguſtinum, vt à *num. 45. & ſeq.* Monachos explicat. Ad cuius maiorem euidentiam hoc addo ex Poſſidio. Certum eſt Poſſidium in illis verbis *cap. vlt. Clerum ſufficientiſſimum, & monaſteria virorum, & fœminarum continentium cum ſuis Præpoſitis plena Eccleſiæ dimiſit*, affirmaſſe, ab Auguſtino inſtitutos fuiſſe Monachos, & Monachas, atque propagaſſe. Ità ipſe Thomaſſinus *d. cap. 3. n. 11.* & *cap. 12. n. 7.* At vndè cognoſcitur locutum fuiſſe de Monachis Poſſidium? Non aliundè certè, niſi quia *monaſteria* dixit *continentium ſub Præpoſitis*. Vlterius ipſe Poſſidius *cap. 26.* dum de Monialibus loquitur, non alio eas, quam *ancillarum Dei* nomine appellat? *Nec quidem germana ſoror, quæ vidua Deo ſeruiens multo tempore vſque in diem obitus ſui Præpoſita ancillarum Dei vixit; ſed neq; Patrui ſui filiæ, & Fratris ſui filiæ, quæ pariter Deo ſeruiebant.* Si ergò apud Poſſidium viuere in monaſterio ſub Præpoſitis eſt expreſſium Monachatus, & *ſeruientium Deo, & ancillarum Dei* titulus Moniales indicat, & explicat; & Monachos fuiſſe, qui cum Auguſtino viuebant, per hoc quod in monaſterio degerent, & Deo Seruientes, ſeù Dei ſeruos vocauerit, & declarare voluiſſe Poſſidium, & ſufficienter declaraſſe dicendum.

1519 Ad quartum nego primam partem; dicti monaſterij alumnos vocari à Poſſidio, & deſcribi nonniſi vt Clericos: Quin, ſi teſte Poſſidio ex illis non ordinari cæperunt in Clericos niſi poſt eorum in doctrina profectum, & poſt promotionem Auguſtini in Epiſcopum (loquitur enim de Auguſtino Epiſcopo, vt paret) hoc eſt, ipſum poſt ſui ad Epiſcopatum aſſumptionem aliquos ex ſeruientibus Deo in monaſterio in Clericos ordinare cæpiſſe, vt *nn.168. & 223.* apparet, ſignum eſt, quod pro eo quadriennio ſaltem, quod præceſſit Epiſcopatum, nullus ex illis Dei ſeruis fuerit Clericus, vt *d.nn.223. &* 224. probatum eſt. Ex quo benè dignoſcirur, illos, quos Dei ſeruos vocat Poſſidius, ſupponi ab ipſo Monachos fuiſſe, & non Clericos; eo magis cum conſtet Clericorum monaſterium nou prodijſſe, niſi poſtquam Auguſtinus factus fuir Epiſcopus, vt & ipſe Thomaſſinus *cap.3.n.* 3. fatetur. Nec ratio adducta, quià nempè, illi Serui Dei informabantur ad Sacros Ordines, & effingebantur ad Epiſcopatus, probat Clericos fuiſſe, cum talis ratio ſit arbitraria, nec talis fuerit Auguſtini mens in adſciſcendis ſibi ſocijs Dei ſeruis, vt *n.160. &* 164. oſtenſum eſt. Nec dato quod ea fuerit mens Auguſtini (præterquamquod nō poſſet verificari, niſi poſt eius ad Epiſcoparum promotionem, & nō pro quadriennio ſui Presbyteratus, quo tempore adhuc ſubſiſtit non fuiſſe in eo monaſterio Clericos) ſequitur non ideò fuiſſe Monachos, qui vna cum illo in eo mnnaſterio viuebant, ex eo quod functiones Monaſticæ non conſentiant cum Clericatu: quin potius contrarium dicendum, cum Monachatus Clericatui non ſolum non repugnarer, vt vidimus *quodlib.1.dub.2.* ſed ad Presbyteratum, & Epiſcopatum via eſſet, vt probauimus *n.* 14. nec negat Thomaſsinus *eod.cap.3.n.*15. dum ad ea verba Sulpitij in Vit. B. Martini *cap.7. Quæ enim eſſet Ciuitas, aut Eccleſia, quæ non ſe de Martini monaſterio cuperet habere Sacerdotes?* ſic ſcripſit: *Nec diſſimulandum complurimas Eccleſias flagraſſe deſiderio aſciſcendi ſibi Epiſcopos, quos alumnos ſuos in monaſterijs Martinus informaſſet.* Vel ſaltem non video, cur ſi taliter ſuos Monachos informauit Martinus etſi Epiſcopus, vt ad Epiſcopatus peroptari meruerinr, non idem præſtarc poruerit cum ſuis Auguſtinus, ſed debuerit, vt Epiſcopus ad ea munera efformare Clericos.

1520 Non item plus euincunt illa Poſſidij verba *ſub Sancto, & cum Sancto Auguſtino in monaſteria Deo ſeruientes*, vt ex iam dictis *num.*124. & dum nititur probare intelligenda eſſe de cætu Clericorum ex alijs Poſſidij verbis *cap.22.* de Auguſtini habitu, & *cap.25.* de eius communi vita cum Clericis, fruſtrà laborare videtur; cum, ex eo quod Poſſidius apertè dixerit *cap.25.* tunc vixiſſe Auguſtinum cum Clericis, ſeù cum eſſet Epiſcopus, & verum eſt, nō benè inferatur Clericos fuiſſe & illos, quos *cap.* 5. Dei ſeruos, aut illos, quos *cap.11. ſub Sancto, & cum Sancto Auguſtino in monaſterio Deo ſeruientes* dixit: ſecus inferre etiam poſſet vixiſſe Auguſtinum cum Clericis, dum eſſet in agro Tagaſtenſe, vbi per trienniū ex Poſſidio pariter vixir *cum Dei ſeruis*; nulla eſt enim maior ratio; quod tamen non ſequitur, nec eſt dicendum, & amplius infrà parebit; ex eo quod à vita, aur moribus Auguſtini Epiſcopi, non ſit idem arguendum pro alio ſtatu, & antè Epiſcopatum.

1521 Ad primam confirmationem, quæ eſt de Auguſtini veſtibus, patet ex ſuprà obſeruatis reſponſio; ſi enim veſtis non notabilis, nec affectata, de qua Auguſtinus in Regula: *Non ſit notabilis habitus veſter, nec affectetis veſtibus placere, ſed moribus*, per ipſum Thomaſſinum (vt iam obſeruauimus *n.* 1515.) quadrat Monialibus, & eſt illis pro Monaſtica veſte aſſignata, quarè non concinebat Monachis veſtis ex *competenti, & moderato habitu, nec nitida nimium, nec abiecta plurimum*, aut non poterat per ea verba Monaſtica veſtis deſignari? Eſto tamen non quadret, quid indè ad rem? Non eſt bæc bona conſequentia. Habitus Auguſtini, de quo Poſſidius *cap.22.*; & quem cap.25. dicit vniformem cum alijs Clericis, non quadrat Monachis, ergo *Serui Dei in monaſterio ſub Sancto, & cum Sancto Auguſtino*, de quibus Poſſidius *cap.*11. non erant Monachi, ſed Clerici, quia dictis *cap.22. &* 25. agit Poſſidius de Auguſtino Epiſcopo, vt inſinuatum eſt *d.num.*1515. cuius veſtis in tali ſtatu, ſeù Epiſcopi, & vna cum Clericis, alia erat à veſte Auguſtini Presbyteri, & cum Dei Seruis in monaſterio, vt à *num.508. & ſeq. per tat.* Vndè ratio adducta nō probat monaſterium, de quo Poſſidius *cap.*11. *ſub Sancto, & cum Sancto Auguſtino*, fuiſſe Clericorum, niſi probetur, & in tali monaſterio vſus earumdem veſtium, de quibus Poſſidius ipſe *cap.*25. quod certè non præſtat Thomaſſinus.

1522 Dicet: certum eſt veſtibus illis cum Clericis communibus vſum fuiſſe Auguſtinum in monaſterio Clericorum; ergò in boc monaſterio, de quo Poſſidius *cap.*11. cum poſt promotionem Auguſtini ad Epiſcopatum ibi ſolum meminerit Poſidius monaſterij; nec alias credibile ſit, monaſterium Clericorum omninò ipſum ſub ſilentio præteriſſe. Sed ſolutio patet ex ſequenti reſponſione.

1523 Ad ſecundam confirmationem. Retorqueo argumentum. Certiſsimum eſt Auguſtinum Monachorum monaſteria inſtituiſſe; quod admittit & ipſe Thomaſſinus, vt vidimus *nn.*1518. item ſuam opram illis partitum fuiſe, & curam, vt ex *lib. de oper. Monach.* propter ipſos ſcripto videre eſt *num.* 194. & eos propagare quamplurimum ſtuduiſſe, vt *num.* 152. & 190. & alias inueriſimile eſt omninò, potuiſſe, in totum ſilere Poſidiū, fundatum fuiſſe ab Auguſtino aliquod ſaltem Monachorum monaſterium. Ergò de iſtis locutus eſt *cap.* 5. cum de illo ſcripſit: *Monaſterium intrà Eccleſiam mox inſtituit, & cum Dei Seruis viuere cæpit*; & rurſus *cap.* 11. in iltis verbis: *ſub Sancto, & cum Sancto Auguſtino in monaſterio Deo ſeruientes.*

1524 Reſpondeo directè, locutum hic de Monachis Poſidium ſub terminis *vitæ communis*

nis

nis ſine proprio, monaſterij, & Seruorum Dei, quibus omnibus in ſenſu Poſsidij, vt dictum eſt, Monachatus exprimitur; non tamen præterijſſe Clericorum Seminarium; de eo enim ſub titulo cohabitationis in vna domo ſcripſit *cap.25.* ibi. *Cum ipſo ſemper Clerici, vna etiam domo, ac menſa ſumptibus communibus alebantur, & veſtiebantur*; & non ſub nomine monaſterij, quia cum monaſterium diceretur propriè de Monachis, iudicauit ipſe non congruere Clericorum habitationi, & pro eorum Seminario notificando ſatis fuiſſe dicere: *Vna domo, ac menſa, &c.* Ex quo patet reſponſio ad ſuprà ſubiunctam inſtãtiam, ſcilicet, ea veſte communi cum alijs Clericis, de qua Poſsidius *cap.22. & 25.* vſum fuiſſe Auguſtinum in monaſterio Clericorum, hoc eſt in domo Epiſcopi, ſeù in ipſo Epiſcopio, vbi, (& ipſe Thomaſsinus admittit *cap.2. n.6.*) Seminarium Clericorum inſtituit; & Auguſtinus *ſerm. 1 de comm. vit. Cleric.* monaſterium vocat: *& ideò volui habere in iſta domo Epiſcopi monaſterium Clericorum*. Et ſic repeto non probari vſum dictarũ veſtium Clericalium, de quibus Poſsidius *cap.* 22. & 25. fuiſſe penes monaſteriũ, de quo idem Poſsidius *cap.11. ſub Sancto, & cum Sancto Auguſtino*, quod aliud fuit ab eo in domo Epiſcopi, & illud idem, quod conſtruxit Auguſtinus ſtatim ac eſt ad Presbyteratum eleuatus: *Factus Presbyter monaſterium mox inſtituit*, vt mox dicam; & conſequenter nec qui ibi dicuntur *Deo ſeruientes*, fuiſſe Clericos.

1525 Minoris momenti eſt tertia confirmatio; non enim apparet, cur potius credendum ex Seminario, ſeù Clericorum monaſterio in domo Epiſcopi, quam ex altero Monachorum & in horto Valerij deſumptos illos Epiſcopos; ratio enim, quam adducit, quià ſecus felicior fuiſset Auguſtinus in Monachis quam in Clericis, ex ipſius Thomaſsini aſsertione eneruatur. Dicit enim ipſe *cap.3. n.16.* quod cum Auguſtinus pro regimine Donatiſtarum, quos ad fidem reduxerat, vellet in Ciuitate Fuſſalenſi Epiſcopum conſtituere, & cum requiſitus acceſsiſset Primas Numidiæ, & Presbyter, cuius voluntatem flexiſse crediderat, tale munus ſubire recuſaſſet, ne Primatem re infecta remitteret Auguſtinus, cum ad manum non haberet niſi lectorem monaſterij ſui nomine Antonium, Primati obtulit, & Epiſcopum ordinari fecit; de quo poſteà ipſe Auguſtinus doluit: *Primus* (ſic Thomaſsinus) *quod Diuinæ præcipiunt litteræ, accuſator ſui fuit Auguſtinus, ſuam primus ipſe damnauit præproperam feſtinationem; & hinc ſanè illi magna curarum, & ærumnarum ſeges ob præfeſtinati Epiſcopi intemperias, quarum culpa in ipſum, & infamia non mediocri ex parte retorquebatur.* Hinc ſiquidem potius apparet infelicitas Auguſtini in Clericis, quãdoquidem de Clericorũ Seminario hæc narrat, & ex eodem deſumptos vult illos Epiſcopos Thomaſsinus. Sed quarè non felicior in Monachis, quam in Clericis Auguſtinus, cum nullum ſit dubium, quod mentem ſuam de vita communi in Eccleſia introducenda facilius conſequi, & implere poterat promouendo Monachos, qui ad illam tenebantur, & in monaſterio, de quo Poſſidius *cap.* 5. illibatè obſeruabant, quam Clericos, quos ad illam reducere ipſi Auguſtino adeò difficile fuit teſte ipſo Thomaſſino *d. cap.3. num.4. & 5.*? Nulla ſunt ergo fundamenta, vt monaſterium illud, de quo Poſsidius *ſub Sancto, & cum Sancto Auguſtino Deo ſeruientes*, Clericorum cætum fuiſſe dicatur. Vndè ſtat quod fuerit Monachorum, vt probatum eſt *quodlib. 1. dub. 16. & quodlib.2. dub.5.* vbi & diximus eſſe illud idem, quod in horto Valerij Auguſtinus adhuc Preſbyter cõſtruxit. Quæ omnia ibi videri poſſunt.

1526 Nunc addo: nullibi reperiri Auguſtinum intendiſſe vnquam ſtatum Clericalem etiam vitæ communis propagare; vbi è contra conſtat id de Monachatu, vt ex expreſſa ipſius proteſtatione *lib. de oper. Monach. cap.28.* ibi: *ſub generali nomine Monachorum veſtrum propoſitum, blaſphematur tam bonum, tam ſanctum, quod in Chriſti nomine cupimus, ſicuti per alias terras, ſic per totam Africam pullulare*. Adeò vt, vbi plura monaſteria reliquit Eccleſiæ, dum ipſe moreretur, vt *n.190. &* 191. vnum tantum Clericorũ ab eo conſtructum reperiatur, vt *cap.2. num.11.* non obſcurè inſinuat Thomaſsinus ipſe ad verba Poſsidij *cap. vlt. Clerum ſufficientiſſimum; & monaſteria virorum, & fæminarum plena Eccleſiæ dimiſit*, ſic ea explicans: *En monaſteria vtriuſque ſexus, huc illucque in Diæceſi ſparſa: ſed erat præterea vnicum aliquod monaſterium ad alendum, inſtruendumque Clerum ſufficientiſſimum*. Vndè ſemper veroſimilius eſt eos Epiſcopos è Monachorum cætu deſumptos, vt potè aptiores ad Monachatum ad alias Eccleſias extendendum.

1527 Sed his omiſsis. Tranſeant omnia, quæ dicit Thomaſsinus; quod ſcilicet illud monaſterium de quo Poſsidius *cap.11. ſub Sancto, & cum Sancto Auguſtino Deo ſeruientes*, fuerit Clericorum ab Auguſtino Epiſcopo fundatũ, & cum ipſis in communitate menſæ, & veſtitus vixerit Auguſtinus. Quid inde quæſo? Ergo nõ prius Monachus, nec prius vna cum Monachis in alio monaſterio, in quo per eumdem Poſsidium *cap.5.* vixit Auguſtinus Presbyter, & per quadriennium? Nulla certè eſt conſequentia; quãdoquidem vtrumque admittitur; nec monaſterium Clericorum fundatum poſt Epiſcopatum aut tollit prius Monachorum, aut facit & illud fuiſſe Clericorum. Videantur, quæ ſupra. *n.*100. 101. *&* 112.

1528 Ad quintum. Vel ea vult Thomaſsinus ſcripta ab Auguſtino Presbytero, aut Epiſcopo? Si primum; dico intelligenda de cætu fratrum, ſeù Monachorum, vt ex dictis à *n.*148. *& ſeq. &* 194. Si ſecundum, repeto quid inde? Quod tunc Epiſcopus cum cætu Clericorum vixerit, non facit quod ſemper, & in primo Hipponenſe monaſterio (ne tangam Tagaſtenſe) cum illis fuerit.

1529 Idem dicimus ad ſextum; totum ſcilicet concedi; inſtituiſſe nempè monaſterium Clericorum, & cum illis Epiſcopum vixiſſe Auguſtinum; non tamen indè ſequi ante Epiſcopatum,

patum, aut non Monachum, aut non cum Monachis fuiſſe; & ab vno ſtatu ad alterum arguere vanum eſſe.

1530 Item ad ſeptimum. Verum eſt omnes veſtes in Clericorum Seminario ſiuè ipſius Auguſtini, ſiuè Presbyterorum, Diaconorũ, Subdiaconorum, quin & totius Cleri cum Auguſtino viuentis ſimiles fuiſſe. Illas tamen illationes: *Patet illum Presbyterorum, illum Auguſtini fuiſſe habitum quandiù fuit Presbyter*; & alteram: *Atque indè exprimitur in Monaſtica veſte nunquam fuiſſe Auguſtinum*, non percipio; non primam, quia non mihi videtur benè inferri: Auguſtinus Epiſcopus voluit veſtem, qualem poſſet habere decenter Presbyter, & Diaconus, vt ex eius ſupra *num.* 1511. poſitis verbis; ergo talem habitum veſtiuit Auguſtinus quandiù fuit Presbyter, & antè Epiſcopatum, cum dubium non ſit, quod ibi Auguſtinus locutus fuerit de ſe tunc Epiſcopo, vt ex verbis antecedentibus, *fortè decet Epiſcopum, quamuis non deceat Auguſtinum*; & ab vno ſtatu non licet ad alterum argumentari, ſeù ab Auguſtino Epiſcopo, & cum Clericis, quando ſcilicet, vt diximus, habitum mutauerat, ad Auguſtinum Presbyterum, & in monaſterio Seruorum Dei, ſeù, vt probatum eſt, Monachorum, & non Clericorum. Quin, ſi valeret hic modus arguendi, potius contrarium euinceretur; ſic namque diſcurrendum eſſet, vt iam *num.* 531. argumentati ſumus. Auguſtinus Epiſcopus eum Presbyteris, Clericis &c. viuens, noluit veſtem, niſi qualem eos deceret, & niſi illis ſimilem, quia viuebat cum illis in communi; ergo Presbyter in monaſterio eum Seruis Dei, noluit veſtem niſi qualem eos deceret, & eorum veſtibus ſimilem; ergò non niſi Monaſticam, cum in communi cum illis viueret, qui vt ſæpè obſeruatum eſt, non erant pro eo quadriennio ſui Presbyteratus Clerici. Sed ad quid hæc, eum ſatis ſit dicere, gratis aſſeri à Thomaſſino, habitum Presbyterorum in Epiſcopio cum Epiſcopo, de quo, & de quibus ibi Auguſtinus, *fuiſſe habitum Auguſtini quandiù fuit Presbyter*; cum id non probet, etſi id ſit, quod controuertitur?

1531 Eodem modo claudicat ſecunda illatio, aut ſaltem ego non percipio, quomodo ſequatur: Auguſtinus Epiſcopus veſtem induit Clericalem; ergò nunquam Monaſticam, ſumendo ly nunquam pro toto tempore vitæ antè Epiſcopatum. Cæterum ad vtriuſque illationis euerſionem, cum Auguſtinum habitu Monaſtico indutum viderimus à *n.* 60. *& ſeq.* & *quodlib.* 6. *dub.* 1. & illum poſt Epiſcopatum mutaſſe, prout *num.* 511. ex ibi dictis dignoſcitur, non benè ex habitu Clericali in ſtatu Epiſcopi inferri, eumdem & pro alio ſtatu, & multò minus Monachalem omninò, & pro omni tempore excludi, vt iam *nu.* 845. inſinuatum eſt.

1532 Ad octauum verò, & nonum patent reſponſiones ex iam firmatis; & primò: illud, quod ſe Clericum dixerit, ſolutum eſt *nu.* 184. *dub.* 18. *quodlib.* 1. vbi item Monachum ſe declaraſſe conſtat. Quod fuerit à Deo ab eo inſtituto auocatus, explicatum eſt *d. quodlib.* 1. *dub.* 17. Illud item, quod addit, ſcilicet, non dixiſſe Auguſtinum, continentiam, quam antè Ordinationem amplexum fuiſſe confeſſus eſt, ſe eſſe profeſſum ratione inſtituti Monaſtici (præterquam quod, vtpotè negatiuum, non meretur attendi) facilè euaneſcit ex alijs Monachorum proprietatibus, de quibus *num.* 79. vita communi, de qua *ibid. dub.* 10. & in monaſterio, prout *dub.* 11. & affectione ad Monachatum, vt *dub.* 5. & ſignanter ex dictis *nu.* 37. *&* 38. per quæ omnia ex inſtituto Monachali eam proceſſiſſe dignoſcitur. Ea ſola ſoluenda remanerent, quæ ex laicalitate deſumpſit: Sed, cum & his clarè, & ſufficienter ſatisfactum ſit *ibid. dub.* 14. ſuperfluum eſſet quid ſuperaddere.

1533 Quis modò non videat me iuſtè admiratum quomodo vir tantæ eruditionis ex duabus tantum Poſſidij auctoritatibus, quarum altera negatiua, altera ſaltem de re dubia, & ex quibuſdam Auguſtini in ſtatu Epiſcopi dictis, geſtiſque, ad totam vitam, & alterum ſtatum ea retrotrahẽdo, voluerit aſſertiuè, & eum Monachum, & Monachos ab eo inſtitutos negare, omiſſis alijs tum ex Poſſidio, vt *n.* 38. 39. 46. 77. *&* 79. tum ex ipſo Auguſtino, prout *quodlib.* 1. *dub.* 5. *& quodlib.* 2. *dub.* 1. *&* 5. quæ eum & Monachum, & Monachorum Patrem perquã clarè oſtendunt, ni fallor, & puto perſuaſum cuilibet mente pura, & libera iudicanti.

1534 Sed iam ex ipſo Thomaſſino vnam, vel alteram eliciamus probationem. Monaſterium illud ſaltem, quod ab Auguſtino Presbytero fundatum dixit Poſſidius *cap.* 5. (dixi, ſaltem, quia monaſterium, de quo idem Poſſidius *cap.* 11. *ſub Sancto, & cum S. Auguſtino &c.* volo illi admittere pro nunc aliud fuiſſe, & Clericorũ, quamuis non ità ſit, vt diximus) erat Congregatio ſimilis Congregationi, quæ erat cum Auguſtino Tagaſte: Hæc autem erat perſimilis Congregationibus, quas Romæ, & Mediolani viderat Auguſtinus, & de quibus ipſemet *lib. de morib. Eccleſ. Cathol. cap.* 33. *Vidi ego diuerſorium Sanctorum Mediolani non paucorum hominum, &c.* Ità Thomaſſinus *cap.* 1. *n.* 8. Sed (ſubſumo ego modò) Congregationes huiuſmodi, ſeù diuerſoria, quæ Romæ, & Mediolani viderat Auguſtinus, & de quibus in *cit. cap.* 33. erant vera Monachorum monaſteria, & non Laicorum, ſeù ſæculariũ Collegia, vt probatum eſt *eod. quodlib.* 1. *dub.* 12. *per tot.* Ergò Congregationes (& eſt euidens conſequentia) ab Auguſtino Tagaſte, & Hippone inſtitutæ erant vera Monachorum monaſteria. Ergò eum non ſolum eas inſtituerit, ſed per triẽnium in prima, & per quadriennium in ſecunda, & cum illis vixerit Auguſtinus, negari nequit, quin fuerit Monachus.

1535 Dicet verum quidem eſſe, quod Mediolani fuerit monaſterium Monachorũ, illud nempè, de quo Auguſtinus in *Confeſſ. lib.* 8. *cap.* 6. *Erat monaſterium Mediolani plenum bonis fratribus extra Vrbis mœnia, &c.* ſed vlterius fuiſſe & aliud diuerſorium Laicorum hominum in communi viuentium, ſed non Monachorum, quod Au-

guſtnus,

Google

guſtinus ipſe *d.cap.33.de morib.Eccleſ.Cath.* dixit ſe Mediolani vidiſſe;& huic,& non illi ſimilem fuiſſe Congregationem ab Auguſtino Tagaſte primò, deinde Hippone inſtitutam; adeoque non Monaſticam. Sed non video quomodo probetur, quod diuerſorium, de quo in *lib.de morib. Eccl.* fuiſſe aliud à monaſterio, de quo in *lib.Confeſſ.* Et quando aliud eſſet, iam huiuſmodi diuerſorium ex *cit. dub.* 12. conſtar fuiſſe Monachorum. Sed non eſt, cur dicarur aliud; nec ſaris eſt ad boc, quod monaſterium, de quo Auguſtinus *d.cap.6. Confeſſ.* dicarur *extra mænia*, & non idem dicatur de diuerſorio, de quo *cit.cap.33.de morib.Eccl.* ſed potius inſinuetur *Mediolani*, quaſi ideò fuerir intra mænia. Non, inquam, hoc ſatis ad diuerſificanda, & duo conſtituenda monaſteria, cum vtrobique dixerit Auguſtinus *Mediolani*; nec per hoc, quod de diuerſorio, de quo *cit.cap.33.* non dixerit *extra mænia*, ſequitur, quod fuerit intra mænia, cum adhuc ſi extra mænia, verificaretur dictum Auguſtini, quod eſſet Mediolani, quod tantummodo dicit in eo *cap. 33.* eo modo quo illud monaſterium, de quo in *cit.cap.6.Confeſſ.* etſi *extra mænia*, erat *Mediolani*. Vndè non probata diſtinctione locorum, non poteſt dici vnum fuiſſe Monachorum, alterum verò Laicorum hominum liberorum; & nec Congregationes ab Auguſtino Tagaſte, & Hippone inſtitutas fuiſſe his Laicorum Congregationibus ſimiles.

1536 Addo primò, hoc Cõgregationis huiuſmodi laicalis inuentum nouum eſſe apud Hiſtoricos Mediolanenſes, qui tamen loquuntur de monaſterijs Monachorum à S. Martino, S. Euſebio, & S. Simpliciano conſtructis vt *n.* 106. & 107. Secũdò, quod Auguſtinus facit eiuſdem rarionis diuerſorium Mediolani cum diuerſorijs Romæ, quæ tamen Monacorum, & poſt Athanaſium exortorũ creduntur a Scriptoribus, vt *n.* 105. 108. & 109. nec facilè ſit inuenire, qui huiuſmodi Laicalium Collegiorum Romæ meminerit. Tertiò, *d.cap.33.* de Monachis locutum Auguſtinum ſaris elucere ex eorum inſtituro, quod ibi commemorar, quod Monachorum fuiſſe, iam *num.* 1514. adnorarum eſt. Nec valet dicere, quod de Monacbis iam diſſeruerat Auguſtinus *cap.31.de morib. Ecel.* quo innui viderur *cap.33.* non de Monachis, ſed de Laicis in communi viuentibus fuiſſe locutum, vt prætendit Nicolaus Deſnos in ſuo *Canonic.Sacul.& Regul. lib.3. cap.*18. quia clarum eſt, & fatetur Thomaſſinus *cap.2. nu.6.* diſſeruiſſe Auguſtinũ *d.cap.31.* de Anachoretis, & Monachis Ægypti: *Et in Oriente*, ſic Auguſtinus ibi, *maximè, atque Ægypto, atque remotè in ſolitudinibus etiam cænobiticè viuentibus*: capite verò 33. de Monachis cœnobitis Italiæ, quo Athanaſius Monachatum ex Ægypto tranſuexerat (& ad quod reſpiciũt hæc eiuſdem Auguſtini *ibid.* verba: *Oriẽtis more, & Pauli Apoſtoli auctoritate manibus ſuis ſe tranſigunt*) ſiue in Ciuitatibus, ſiue in Suburbijs, quæ pariter veniunt nomine Ciuitatis per allegat. à Barboſ. *de appell. verb.iur.ſignific.appell.*49.*n.*1.& 2. & ex ſupracit. Auguſtini verbis: *Erat monaſterium Mediolani extrà Vrbis mænia*. Et euinco ſic: Monaſterium hoc Mediolanenſe, de quo Auguſtinus in mox adductis verbis, Monachorum fuiſſe non eſt dubium, & admittit ipſe Thomaſſinus *d.cap.3.n.15.* dum ſubdit: *Sed vel vnus monaſterij ſitus extrà Vrbem vociferatur Monachis illud vſui fuiſſe*. At quid aptius pro deſcribẽdo inter Eccleſiæ mores Monachatu ad ſui aſſerti fidẽ adducere potuiſſet *eod.cap.31.* Auguſtinus, quam ſe vidiſſe *Mediolani extra mænia monaſteriũ plenum bonis fratribus*? Ergò, ſi non adduxit, ſignum eſt, quod ibi intenderir loqui ſolum de Monacbis Orientis, & Ægypti; & proptereà nil ibi de hoc Mediolanenſe monaſterio. Rurſus: Ergò dum *cap.33. eiuſd. lib. de morib. Eccleſ.* meminit diuerſorij, quod erar Mediolani, ſignum eſt, quod ibi locutus ſit de monaſterio illo, quod erar Mediolani extra mœnia, ni velimus dicere, quod tam aptum, & oculare pro Eccleſiæ moribus teſtimoniũ omiſerit omninò, quo nimis incautus notaretur Auguſtinus. Er ſic ſequitur, quod *cap.31.* Orientis, capite vero 33. Occidentis monaſteria, & Monachos diſtinxerit; adeòque & diuerſorium, de quo *cit.cap.33.* *Vidi diuerſorium Mediolani*, fuerit illud idem monaſterium, quod illo *cap.6. Confeſſ.* obſeruauerat extra mænia, & Monachorum; eo magis cum diuerſorium ſit ex dictis *n.*108. idem, ac monaſterium. Addo quartò conſonantiam diuerſorij, de quo *cit.cap.33.* & monaſterij, de quo *eod. cap.6.Confeſſ.* Illud ſiquidem erat *Sanctorum non paucorum hominum*: Iſtud *plenum bonis fratribus*. Illi *præerat vir optimus, & doctiſſimus*: Huic S. Simplicianus licet *S. Ambroſio nutritore*; quæ item conſonanria confirmat idem fuiſſe monaſteriũ, & de eodem in duplici eo loco locurũ Auguſtinum. Ergò à primo ad vltimum, ſi Congregatio inducta ab Auguſtino Tagaſte, & Hippone fuir perſimilis illis, quæ Mediolani, & Romæ ipſi innotuerant Monachorum fuiſſe neceſſe eſt; Er conſequenter & ipſum Monachum.

1537 Alia duo ad principalis aſſerti confirmationem item addo; & primò ex mente ipſius Thomaſſini *cap. 3. num. 2.* fundatum ab Auguſtino Epiſcopo monaſterium Clericorum in domo Epiſcopali exercendæ hoſpitalitatis gratia, & hac de cauſa; *creatus* (ſic ipſe) *dein Auguſtinus Epiſcopus exercendam ſibi hoſpitalitatem intellexit, eiuſque ſtrepitum non ſatis concinere ſilentio, quieti, latebriſque monaſterij, monaſterium Clericorum in domo Epiſcopali conſtituit*. Hoc enim poſito, cui perſuadere poterit, fuiſſe laicorum liberorum in cõmuni tantum viuentium monaſterium Hipponenſe, ſeù in horto Valerij conſtructum, & in quo quadriennio vixerat Auguſtinus, cum hoſpitalitatis ſtrepitũ, minus dedecere in domo ipſa Epiſcopi, & Clericorum ſecum Deo, & Altari ſeruientiũ, quam in monaſterio altero Seruorum Dei ipſe iudicauerit Auguſtinus, & proptereà Clericorum monaſterium in Epiſcopali æde conſtruxerit; quãdo ſtrepitus hoſpitalitatis porius monaſterium illud primum decuiſset, ſi in eo laicorum liberorum Congregatio fuiſset? Non, alia ergo

ratio indecentię, niſi quia ſtrepitus non decebat Monachos, & Monachorum erat illud primum monaſterium, prout *n.* 101. *&* 112. ergò & vnus ex illis Auguſtinus.

1538 Secundo, (& quo omnis difficultas remouetur, ac iterum confirmantur, quæ *quodlib.* 1. *dub.* 12. *&* 16. & *quodlib.* 2. *dub.* 5. dicta ſunt) S. R. Eccleſiæ ſenſum, in 4. *lect. ad Matutin. in Feſt. S. P. Auguſtini*, ſcilicet monaſterium ab eo inſtitutum poſtquam factus eſt Presbyter, (de quo Poſſidius *cap.* 5. & de quo *n.* 1533. locuti ſumus) fuiſſe non iam laicorum liberorum, ſed Religioſorum hominum: *A Valerio* (ſic ibi) *notæ Sanctitatis Epiſcopo Hipponenſi Presbyter factus eſt. Quo tempore familiam inſtituit Religioſorum, quibus cum victu cõmuni, eodemq; cultu vtens, &c.* Cum namque non fuerit Clericorum, quandoquidem horum monaſterium, vt ſæpè dictum eſt, non fuit niſi ab Auguſtino Epiſcopo inſtitutum, reſtat euidenter, quod fuerit Monachorum; & quod Auguſtinus cum ipſis *victu communi, eodemque cultu vtens* Monachus fuerit.

1539 Quod autem illi minus admiſerim eſt, quod Monachos non inſtituerit; *Non alios* (ſic ipſe *cap.* 3. *n.* 1.) *quam Clericos, Laicoſque, qui Clero præformarentur*; cum non iam Clerum etiam in cõmunione vitę propagare intenderit Auguſtinus, aut voluiſſe reperiatur, ſed ſolũ Monacatum, vt iam dictum eſt *n.* 1526. & inſtitutũ eius, quod antè Presbiteratũ tenebat, & quo cognito à Valerio dedit illi hortum pro monaſterio, fuerit Monaſticũ, & nõ Clericale, cũ à Clericatu ità abhorruerit, vt niſi vi, & lachrymãs Presbyter fuerit Ordinatus; quo clariſſimè conſtat non intendiſſe præformare Clericos, ſed Monachos extẽdere; adeò vt in eo quadriennio Presbyteratus nullus legatur cum Auguſtino in eo monaſterio Clericus, cum tantum reperiatur, aliquos ex illis ordinari cæpiſſe euecto iam ad Epiſcopatum Auguſtino, vt *num.* 1519. dictum eſt; nec eorum Seminarium erectum, niſi poſt dictam eiuſdem ad Epiſcopatũ promotionem, vt idem Thomaſſinus *d. cap.* 3. *n.* 3. concedit. Et quoad Monachos nihil dicam, cum ipſe Thomaſſinus *cap.* 2. *nn.* 11. & *cap.* 12. *nn.* 7. admittat, quod Auguſtinus *primus ſanctiſſimi huius inſtituti in Africa propagator fuerit*; facilè eſt enim inde intelligere, & deducere Monachos ibi ab ipſo inſtitutos.

1540 Finiat itaque admiratio quæſtionem. Primò, quod Thomaſsinus fateatur præſertim *d. n.* 11. plura inſtituta ab Auguſtino Monachorum monaſteria, & neget illud, quod Poſsidius dicit ab eo conſtructum Hippone, vnum ex illis, fuiſſe, quando ſtante identitate, vel ſaltem plena ſimilitudine Monaſtici inſtituti, non ſolum non eſt ratio illud denegandi, ſed potius & in primis illud Monachis attribuendi; & aliàs hoc dempto non ſit aliud aſsignare pro Monachis monaſterium Hippone. Secundò, quod fateatur *cap.* 12. *n.* 16. Auguſtinum in omnibus Tagaſte imitatum fuiſſe Monachos, *ſtudia, exercitamenta omnia ſtatus Monaſtici cum amicis*: quin & Hippone (cum inſtitutum illud idem, ac Collegium Tagaſtenſe induxerit in Eccleſiam Hipponenſem: *At poſtquam* ſic Thomaſſinus *cap.* 2. *n.* 8. *Presbyteratu auctus eſt Auguſtinus, hoc primum Collegium*, Tagaſtenſe inquam, *admonit Eccleſiæ: Monaſteriũ intra Eccleſiam, &c.*) cum tali inſtituto in omnibus Monachali vniforme, quadriennio ibi perduraſſe, & poſteà neget, Monachum fuiſſe, ea ratione, quia (ſic ipſe *cap.* 12. *n.* 15.) *poſſunt & Laici, & Clerici longo tempore Monachos imitari, nec Monachos eſſe velle.* Quæ ratio an concludat Lectori remittitur. Aliquam ſaltem differentiam inter Monachos, quos Hippone inſtituit Auguſtinus, vel ſaltem qui Hippone erant, & inter ipſum Auguſtinum pro eo quadriennio adduxiſſet Thomaſſinus, per quam qui per omnia Monachos vna cum Seruis Dei, & in monaſterio imitabatur, non Monachus dignoſceretur; vel cur ex eo quod aliqui poſſint Monachos imitari, & Monachos eſſe nolle, ex his fuerit Auguſtinus; quod cum non egerit (demptis illis leuibus de nomine, & alijs ſuprà eliſis coniecturis) remanet locus reponendi, arbitrariè omninò dici; ni ſenſus eius fuerit forſan, non fuiſſe Monachum in rigore verbi Auguſtinum, ſcilicet Anachoretam, vel puræ vitæ contemplatiuæ, cui libenter ſubſcribimus, cum de Auguſtini Monachatu loquentes, ſtatum Religioſum, & cęnobiticũ pro eo venire *quodlib.* 1. *dub.* 3. & *quodlib.* 2. *dub.* 4. & vitæ mixtæ, ſicut & Monachos ab ipſo inſtitutos *ibid. dub.* 5. oſtenderimus. Verum quidem eſt non omnia requirenda eſſe in Auguſtino, vt Monachus dicatur, quæ hiſce temporibus poſt tot Pontificum decreta, & Cõſtitutiones in Monachis obſeruantur, & eorum propria ſunt: ſatis eſt, quod fuerit Monachus, ſicut & alij Monachi, quos ipſe inſtituit, & iuxta morem eorum temporum, & Hippone reliquit; nec puto poſſe differentiam aſſignari, aut quid Auguſtino non Epiſcopo defuerit. Atque hæc Thomaſſini gratia.

1541 Aliquas tantum auctoritates pro Auguſtini Monachatu, cum à nullo hac de re ſcribente adductas viderim ſubnecterem libenter. Verum vt ſuauius deguſtari poſſint, fontes indigitabo. Videantur *Catalogus Succeſſorũ S. Barnabæ in Eccleſ. Mediolanen. cap.* 14. *verb. S. Simplicianus* ex Bibliotheca Vatican. M.S. olim Cardinalis Syrleti à Ioanne de Deis, & Eugenio Cattaneo editus. Rogerus Dodſuuort, & Guilelmus Dugdale *tom.* 1. *Monaſtici Anglicani in præfat. tit. de prima inſtitut. Monach.* Daniel à B. Virg. in *Armamentar. Carmel. tom.* 1. *n.* 1482. & Ioann. Bapt. Lezana in *Annal. Carmel. ad ann.* 391. *nu.* 3. vna enim voce, & clarè Monachum fatentur Auguſtinum. At de his ſatis.

INDEX
RERVM NOTABILIVM.

In quo numeri tantum in initijs paragraph. obſeruandi.

A.

ABbas adhuc Abbas eſt Monachus. *num.* 1067. 1436.

Abrogatio quid ſit. 1337.

Abſolutio, quæ datur ex priuilegio à pænis in mortis articulo poteſt dari extraſacramentaliter. 706. & qualiter dari. *ibid.* & quid pro mortis articulo 707. Vt poſſit dari quid ſufficiat. 708. Pontificia in litteris Apoſtolicis quid efficiat. 1216. 1249. antè electiones danda ad cautelam. 1216. qualis eius effectus. *ibid. &* 1249. forma. 1215. datur ad reincidentiam. 1216. prodeſt ſolum præſentibus *ibid.* Quæ datur in ſolemnioribus feſtiuitatibus quid præſtet. 1217. ad quæ ſe extẽdat. *ibid.* iuuat ſolum pro foro interiore. *ibid.* poſt eam non poteſt Prælatus punire pro cõmiſſis antè 1218. leuibus tamen, & communibus. *ibid.* Per quos Confeſſarios poſſit dari. 1219.

Abſtinentia Apoſtolorum, 836. priſcorum Chriſtianorum *ibid.* Monachorum rara. 784. Auguſtinianorum. 428. Excalceatorum qualis. *ibid.* S. Nicolai. 870. Canonicorum Aroaſienſium. *ibid.*

Actus ſemper intelligitur rebus ſic ſtantibus. 1029. quando nullus. V. *Axioma. Forma. Prohibitio.* nulliter factus poteſt reiterari. 1399.

Aetas quæ olim requiſita in promouendis. 16. quæ ad validitatem profeſſionis. V. *Profeſſio.* à natiuitate menſuranda. 1048. ex libro baptiſmali probatur. *ibid.* quando completa dicatur. V. *Annus*.

Alexander Papa IV. vnionem Ordinis Eremitarum perfecit. 241.

Alienatio bonorum Confraternitatum requirit ſolemnitates. 605. non verò eorum bonorum, quæ venduntur à poſſidere non valentibus. 1115. nec eorum, quæ à Teſtatore vendi mandantur. *ibid.* Quando in ea interuenit conſenſus Apoſtolicus an neceſſarius conſenſus inferiorum. 952. an neceſſarius Apoſtol. in alienatione neceſſaria. 1115.

S. Alipius Monachus, & à baptiſmo. 91. 115. nudipedium coluit. 791. 794. ſui corporis domitor, & in quo. 795. 827.

Altare priuilegiatum non communicatur alijs Eccleſijs. 680. eſt ex illis, quæ raro conceduntur. *ibid.*

Alternatiua, an & quando valida in electionibus. 1267. eius vtilitas. 1268. *& ſeq.* obſeruanda vbi eſt inducta. 1270. 1450. ſecus electio nulla, vel ſaltem irritanda. 1270. non pugnat cum iuramento de eligendo digniore. 1271. nec cum libertate electionis. 1272. 1273. an expediat. 1274. qualis apud nos. 1449. ſeruanda in ſolo Capitulo, & primis electionibus: non verò intermedijs *ibid. & ſeq. per tot.*

Ambitio ſaltem virtualiter ab omni Regula prohibita. 452. ſignanter ab ea D. Auguſtini. *ibid. & ſeq.* & 485. expreſsè à Clemente VIII. & Paulo V. 454. & omnibus Religionibus à diuerſis Summis Pontificibus. *ibid.* & 486. eius damna. 455. Religionum ruina. *ibid.* excæcat Regulares. 1173. Conſtitutiones Pontificiæ in hac materia non ſunt priuilegia. 1187. dd. Clementis, & Pauli pro Ordine Eremitarum non ligant Excalceatos. 1185. *& ſeq.*

Ambitioſus eſt ineligibilis. 455. V. *Electio*.

S. Ambroſius habitu Monachali induit D. Auguſtinum. 60. eius Sermo de Auguſtini baptiſmo verus. 61. *& ſeq.* eius monaſterium Mediolani. 104. *& ſeq.* monachorum, & extrà Vrbis mænia. 785. & 1539.

Anachoreta quis dicatur. 173. 211.

Andreas Diez magnus Dei ſeruus. 395. Recollectionis Hiſpanicæ profeſſor. *ibid.* Reformationis in Italia Inſtitutor. *ibid.* & 396.

Annus quis dicatur completus. 1047. 1049. in Anno biſſextili quomodo computetur dies qui additur. 1047. 1051. Annus exercitij officij ad effectum vacandi qualis. 1258.

Annuum quid dicatur. 1121.

Antiqua probantur etiam per coniecturas, indicia, & præſumptiones. 507. & per famam. *ibid.* & picturas. 569. 850.

Antiquior Capituli quis habeatur. 1305.

S. Antonius Patriarcha Epiſcoporum Monachorum. 14. quomodo ad Monachatum conuerſus. 41. Auctor inſtituti Eremitici Cænobitici. 43. 105. 108. 109. 215. plura monaſteria fundauit. 215. an ſuas veſtes abluerit. 925.

S. Antoninus, quæ de Eremitarum Ordine ſcripſit à B. Iordano de Saxonia ſumpſit. 557.

Apocrypha non omnia in Auctore apocrypho. 767.

Apoſtoli Monachi. 30. *& ſeq.* & prius quam Clerici. 32. & votis adſtricti. 33. ab eis Monachorum origo. 30. *& ſeq.* eorũ vita qualis. 85. paupertas. 167. inſtitutum vitæ mixtæ. 218. 836. an nudis pedibus, vel calceati. 751. *& ſeq.* eorum calceamenta ſandalia. 760. *& ſeq.* aliquorum vbi aſſeruata. 768. calceamenta integra à Chriſto illis prohibita. 770. *& ſeq.* bini à Chriſto iuſſi incedere. 879.

Appellatio in omnibus permiſſa, niſi expreſsè prohibita. 1237. ſuſpendit ſententiam, & eius effectum. 1242. gradatim faciẽda, & quomodo. 1411. ſecus non valet. *ibid.* & quando *ibid.* & quid vt valeat. *ibid.* non admittenda de facili à Protectoribus. *ibid.* & ſolum vbi agatur de re graui. *ibid.* pernicioſa Religionibus. *ibid.* non eſt licita niſi vbi conſtet de grauamine. *ibid.* non verò ſi ſub dubio. *ibid.* ex priuilegio poſſunt Generales reicere, & quam. *ibid.* quid ſaltem huiuſmodi priuilegium operetur. *ibid.* Permiſſa à ſuffraganeo ad Archiepiſcopum. 1481. non ità Excalceatis ad Generalem Calceatum. 488. 1476. ſicut nec à ſententijs Iudicum cauſarum in Capitulis. 1237. eo modo quo prohibita à reprobatione Examinatorum in concurſu beneficiorum. *ibid.* quæ tamen prohibitio, vt odioſa, ad ſolum ſuſpenſiuum reſtringenda.

Digitized by Google

da. *ibid.* nec ab ordinationibus Viſitatorum. 1475. & à ſententijs quomodo. *ibid.* Appellans à quo petere debet licentiam eundi ad Iudicem, ad quem. 1413.

Approbatio Religionũ olim ad Epiſcopos. 272. 273. nunc ad ſolum Papam. 273. cenſetur fieri per cõceſſionem loci ad habitandum permanenter. 273. 404. & per collaudationem inſtituti. 278. 301. & per priuilegiorum conceſſionem. 277. 278. & per facultatem admittendi ad habitum, & poſſidendi bona. 281. 403. & per approbationem Conſtitutionum. 822. tacita quandoque æquiualet expreſſæ. 277. 278. comparatur Canonizationi Sãctorum. 278. *Ordinis, & Regulæ* eadem ratio. 273. 936. ſupponitur ex antiquitate. 279. & ex modo ſe gerendi vt approbatam. *ibid.* V. *Nouitij. Suffragium.*

Approbatus poteſt ex noua cauſa reprobari, & quis. 1019. 1030. & 1424.

Archiconfraternitas Cincturatorum. V. *Cincturati.*

Argumentum negatiuum non probat. 36. 178. & quãdo teneat. 641. à maiori ad minus valet. 1117. item à ſimili. 1395. & à veriſimili. V. *Veriſimilitudo,* & à matrimonio carnali ad ſpirituale. 1029. 1078. & ab æquiparatis. 623. & quando. 1124. Nullum à diuerſis. 1379. V. *Probatio.*

Aſſiſtentes Generales. Ordinis S. Auguſtini an poſſint intereſſe Generali in viſitatione Calceatorũ. 1480. nullatenus illi Excalceatorum. *ibid.*

S. Athanaſius Monachus. 1. Monachatũ ex Ægypto Romam tranſtulit. 105. 107. *& ſeq.*

Auctor oon facile denegandus quis ex diuerſitate elocutionis. 62. *& ſeq.*

S. P. Auguſtinus eius vita Tagaſte qualis. 2. Monachatus indubitabilis. 1. & 186. quo tamen ſenſu. 26. *& ſeq.* ſeu vitæ mixtæ. 216. *& ſeq.* & non Anachoreticæ. 174. 214. affectus ad ipſum. 37. *& ſeq.* propterea renuntiauit Cathedram. 38. de minimis dolet in Confeſſionibus. 40. Vndè probetur Monachus. 37. *& ſeq.* quanto tempore poſt baptiſmum in Italia demoratus. 50. *& ſequent.* quod duodecim diebus Mediolano ad Oſtia Tyberina ſe tranſtulerit finxit Macedo. 51. *& ſequ.* non ſtatim diſceſsit Mediolano baptizatus. 52. eius poſt baptiſmum in Eccleſia deuotio. *ibid.* & 434 437. an potuerit Piſarum, & Centumcellarum Eremitas inuiſere. 51. 58. Romæ commoratus diù antequam in Patriam nauigaret. 53. *& ſeq.* non eodem quo baptizatus anno ſed ſequenti Africam petijt. *ibid. & ſeq. per tot.* non redijt mortua Matre ab Oſtijs Tyberinis Romam. 55. quis eius ætatis annus quãdo ipſa mortua. 56. Eius Monachatus incæpit à Baptiſmo. 59. *& ſeq.* an tunc candida veſte indutus. 64. 65. quãdo vendiderit ſua bona. 66. diſtribuit pauperibus. 41. 66. 117. Monachus, & quoad paupertatem. *ibid. & ſeq.* quomodo eam vouerit. 68. per triennium Tagaſte Monachus. 66. 70. 77. *& ſeq. per tot.* dicitur talis adhuc Cathecumenus. 80. vixit ſecondum Regulam Apoſtolicam. 66. 70. 81. *& ſeq.* 853. & 893. quam ipſe formauit ad eorum normam. 87. 831. 835. eius vita communis Monaſtica. 89. 92. *& ſeq.* primus ipſe poſt Apoſtolos eam docuit. 938. antè Epiſcopatum vixit in monaſterijs. 97. *& ſeq.* 108. Tagaſtenſi. 66. 97. 98. & Hipponenſi. 99. ab ipſo conſtructis. 100. & cum Monachis. *ibid.* 101. 112. 220. *& ſeq.* & in monaſterio Clericorũ factus Epiſcopus. 100. 101. amicus hoſpitalitatis. 112. ideò conſtruxit monaſterium Clericorum. *ibid.* vixit in ſolitudine tum poſt reditum in Patriam. 66. 113. *& ſeq.* tum quandiù fuit Hippone. 100. 118. & antè Epiſcopatum. 238. ſed non valdè longè ab Vrbe. 119. *& ſeq.* quo ſenſu appellatus laicus. 122. *& ſeq.* an Clericatum intenderit. 128. *& ſeq.* eius humilitas, & à Prælatutis alienatio. 128. *& ſequ.* 131. & 144. Hipponem venit lucraturus amicum. 97. 98. ſed nondum Clericus. 128. 134. 138. *& ſeq.* fleuit, & cur in Ordinatione. 131. *& ſeq.* quo pacto conſenſit in Clericatum. 25. Presbyter vixit cum Monachis. 147. *& ſeq.* 220. *& ſeq.* 1533. 1536. 1537. & cur. 160. & non cum clericis Regularibus. 148. *& ſeq.* primus, qui in ea Regione prædicauit coram Epiſc. 154. eius paupertas qualis in monaſterio Hipponenſi. 166. 226. An Deus illũ à Monachatu reuocauerit. 170. *& ſeq.* An ſe Monachum vnquam dixerit. 179. *& ſeq.* etiam Epiſcopus amator ſolitudinis. 121. 174. & Religioſæ paupertatis. 181. 1510. Mediolano, Romaque in Africam inuexit Monachatum. 109. 515. *& ſeq.* anteà illic inuiſum. 101. 110. 187. & ipſe primò. 188. Monachorum inſtitutor. *ibid. & ſeq.* & ideò eos filios ſuos vocat. 194. 195. non tamen primus Monachatus auctor. 192. 205. & mirificus amplificator. 151. 152. 189. *& ſeq.* & à Petiliano ob id reprehenſus. 192. 193. 199. an nouum Monachatum inſtituerit. 201. *& ſeq.* & quomodo. 204. Eremitanæ Religionis verus inſtitutor. V. *Ordo Eremitarum.* propterea ipſius corpus quod Papiæ quieſcit. 264. eidem Ordini conceſſum. *ibid.* 265. quali cantu ipſe vſus in Eccleſia. 438. 439. Habitu Monachali indutus. 508. *& ſeq.* & à baptiſmo. 60. 546. difficile ſcire cuius formæ. 513. 514. ab habitu D. Fulgentij dignoſcendus. 522. fuit ſimilis antiquorũ Ægypti Monachorum habitui. 515. ad 521. quem cum Monachatu in Africam aſportauit. 509. 515. 516. humilis, & aſper. 529. 530. quandiù tamen fuit in ſolitudine. 531. niger. 539. & qualiter. 540. eratque cuculla. 60. 64. 546. ſeu tunica cum caputio. 546. 549. *& ſeq.* 555. & vna cum ipſa aſſuto. 549. 568. hoc eſt bardocucullus. 524. 549. 573. & cuius formæ. 551. *ad* 576. alio vſus poſt Epiſcopatum. 510. 511. noo tamen nitido, ſed cum alijs communi. 531. 1510. an interula, ſeù ſubucula linea. 577. eius tonſura antè Ordinationem qualis. 720. qualis poſt illam. 721. qualis barbæ. 722. *& ſeq.* an ſandalijs vſus. 845. *& ſeq.* eius menſa frugalis, & quomodo. 869. 870. non omnia eius opera in Retractationibus comprehenſa. 875. nec in Poſsidij indiculo. 876. eius in ſcribendo ſtylus varius. 62. Sermones ad fratres io Eremo an ab ipſo. 610. Epiſtolam. 109. quando ſcripſerit. 887. V. *Ordo Eremitarum. Regula D. Auguſtini.*

Auguſtiniani eorum exercitia tempore D. Auguſtini. 9. 46. 112. paupertas in monaſterio Hipponẽſi. 166. 226. 921. laborabant manibus. 933. qualis tunc conditionis in ſæculo. 159. cur & inter illos aliqui plebei. *ibid.* Presbytero & Præpoſito ſubiecti. 889. 934. ab hæreticis malè habiti. 193. quando ad Clericatum promoti. 164. 168. 197. 219. 223. plures in Africa Martyres. 200. ſcientijs, & prædicatiooibus etiam tempore D. Auguſtini celebres. 219. 220. vndè multi Epiſcopi. *ibid.* quod munus exercuerunt antè Prædicatorum Ordinem. 230. & per facultatem Zoſimi Papæ. 231. 275. antiquitus vitæ auſterioris. 427. 428. 869. Habitus qualis. V. *S. P. Auguſtinus.* Pallium eorum veſtis antiqua. 522. 523. non tamen pars eſſentialis habitus. 526. & quæ tota eius eſſentia. 522. 526. *& ſeq.* & 550. color qualis. 538. *& ſeq.* niger an eſſentialis, & à quo tempore. 541. ab Auguſtino præſcriptus, & quomodo. 526. 540. Habitus albi origo. 542. *& ſeq.* non eſt de eſſentia habitus Auguſtiniani. 544. 545. & an manicæ protenſæ. 551. *& ſeq.* non fuerunt in Ordinis origine. 556. *& ſeq.* à Gregorio IX. additæ. 555. 563. *& ſeq.* & ſolis Ianbonitis. 565. quarum vſus tamen eſt modò canonicus. 567. 580. Caputiorũ antè vnionem forma. 572. *& ſeq.* an omnes veſte nigra, & corrigia induti, Auguſtiniani. 560. Cinctura pars eſſentialis habitus.

526.

526.527. 607. & principalis 608. & peculiaris, & quomodo. 610. *& ſeq.* inter ipſos ſemper aliqui excalceati.792. *& ſeq.* tonſura qualis. 727. *& ſeq.* ſunt veri filij S. Auguſtini. 470. *& ſeq.* & ſic declarati à Summis Pontificibus.264. *& ſeq.* quin & primogeniti.235.tenentur ex Regula vacare ſtudijs.886. V. *Ordo Eremitar. Regula S. Auguſtini.*

Auguſtiniani Excalceati à S. P. Auguſtino instituti 793.826. *& ſeq.* 835. 838. 839. à quo reſtituti.390. 391. à quo, & quando in Regno Caſtellæ & in Italia. V. *Ordo Eremitarum Excalceatorum.* Verè Reformati Ordinis S. Auguſtini. 421. *& ſeq.* nec obſtat vitæ aſperitas. 425. *& ſeq.* & qualis hæc quoad abſtinentiam. 428. nec paupertas. 429. *& ſeq.* nec cantus ſine nota. 434. *& ſeq.* nec nudipedium.441.792. *ad* 850.nec vſus ſolius nigræ veſtis. 442. 544. *& ſeq.* nec exemptio à P. Generali. 443. 487. *& ſeq.* nec diuerſitas Conſtitutionum. 445. *& ſeq.* nec votum non ambiendi.452. *& ſeq.* ſunt veri filij S. Auguſtini.366.459. *& ſeq.*& denegantes excommunicantur. 366.463.465. *& ſeq.* incedunt vbique ſub propria Cruce.477. eorum habitus reformatus à PP. Calceatis præſcriptus. 534. *& ſeq.* & ſine manicis. 567. 580. cum corrigia propriè Auguſtiniana, & quomodo. 612. differt tantum accidentaliter ab habitu PP. Calceatorũ. 579.& qui apud ipſos pretioſus.537. non vtuntur ſubuculis lineis. 578. totus à Sede Apoſtolica approbatus.580. non poteſt ab alio non Excalceato deferri.581.ab ipſis tamen alijs communicari. V. *Cinctura. Habitus. Tertiarij.* eorum tonſuræ, & barbæ ritus qualis. 730. *& ſeq.* Non ligantur Cõſtitutionibus Iulij II. & Leonis X. ad fauorem P. Generalis.503. emittunt profeſsionem nomine P.V. Generalis, & validè. 1094. *& ſeq.* & ſub qua forma. 1095.ſunt Mendicantes ex instituto.1103. 1105. paupertas eorum rigoroſa. 1104. an habeant proprietatem in communi, vel ſolum vſum facti.1103. quid, & quomodo acquirere, & poſsidere poſsint. 1104. *& ſeq.* V. *Mendicantes.* Quos annuos redditus habere nequeant.1116. *& ſeq.* eorum paupertas in particulari qualis. 1126. *& ſeq.* ſtrictiſsima. 1129. pecunias tangere non poſſunt. V. *Pecunia.* Votum non ambiendi emittunt, & quomodo. 1136. *& ſeq.* V. *Votum non ambiendi.* An poſsint ad aliam Religionem tranſire. V. *Tranſitus.* V. *Ordo Eremitarum Excalceatorum.*

S. Aurelius dat Auguſtinianis agrum pro Monaſterio.99.151. 190. cooperatur Auguſtino in Monachatu promouendo. 194.203.

Auxentius Martino, & Monachatui infenſus. 106. 107.

Axioma. Actus à principio nullus nullum producit effectum. 1020. Qui plus facit non videtur facere contra.458. Specialis admiſsio aliquorum, eſt excluſio cæterorum. 1376. In generali conceſsione non veniunt, quæ concedens non eſſet in ſpecie veriſimiliter conceſſurus.680. nec quæ exorbitant à iure communi, *ibid.* nec quæ ſunt ſpeciali nota digna. 1473. Conceſſum cenſetur quod non eſt prohibitum. 1041. aut alteri reſeruatum. *ibid.* Conceſſo vno cenſentur conceſſa omnia ad illud neceſſaria. 1342. & ſine quibus illud nequit haberi.1371. vel exerceri. 1412. Per ſe ipſum facit qui per alium facit. 496. 1473. non poteſt per alium qui non poteſt per ſe ipſum.1068. Taciti, & expreſsi eadem virtus. 1014. Ceſſante cauſa ceſſat effectus.996. Cui licet quod eſt plus, licet & quod eſt minus.1042.1355. Connexorum idem iudiciũ. 1042. Quod ſemel placuit diſplicere non poteſt. 1030. & quomodo. *ibid.* Multa facta tenent, quæ fieri prohibentur. 1036. 1078. Factum contra ius pro infecto habetur. 955. 1088. & quomodo. V. *Prohibitio.* Quod vna via, & directè eſt prohibitum, non cenſetur alia, & indirectè conceſſum. 1166. 1395. 1447. Vbi eadem ratio, eadem, & iuris diſpoſitio. 1262. ſicuti, & parium. 1497. Qui certus eſt non indiget certiorari. 1205. Illius tantum eſt deſtruere, cuius eſt condere. 1336. contrariorum eadem eſt diſciplina. 1376. Par in parem non habet auctoritatem quomodo intelligendũ. 1442. quod tangit omnes ab omnibus approbandum.1038. quę à principio ſunt voluntatis ex poſt facto ſunt neceſſitatis. 1393. Res per quas cauſas naſcitur, & diſſoluitur. 1044. 1193. 1432.

B.

B*Alnea* non dedecent Religioſos. 76. 926. an impropria Monachis. *ibid.* vſitata temporibus D. Auguſtini. *ibid.* in eius Regula, quomodo permiſſa. *ibid.*

Baptiſmus: candida veſte induti baptizati. 52. ad octo dies deferebatur. *ibid.*

Barba, ex ritu antiquo non eam radebant Clerici. 724. *& ſeq.* nec nutriebant. 725. 726. ſed tendebant.727. *& ſeq.*

Bardocucullus quid ſit, & cuius formæ. 549. 570.

S. Baſilius primus qui monaſteria Monachorum propè Vrbes ædificauit, & cur. 4.

Benedictio Cincturarum, & paniculorum S. Nicolai ſpectat ad Ordinis Superiores priuatiuè quoad alios. 620. & ad quos Superiores. 621.

S. Benedictus Anianenſis an viris accomodauerit D. Auguſtini Regulam. 888. *& ſeq.* quo tempore natus, & mortuus. 889.

S. Benedictus in Monte Caſſino Apoſtolus. 11. V. *Ordo Regula S. Benedicti.*

Beneficium per quid Regulare dicatur. 667.

Bonum commune particulari præfertur. 1293. 1383. 1411.

Bona Eccleſiæ vſurpantes laici, ſacrilegi. 136.

Bonifacius Papa VIII. clauſuram perpetuam Monialibus indixit. 361.

C.

C*Alceamenta* non ſunt de ſubſtãtia habitus. 737. comprehenduntur ſub nomine veſtimẽtorum. 755. deponebantur apud Hebreos in menſa. 756. pauperum, quæ. 763. quæ Apoſtolis à Chriſto prohibita.770. *& ſeq.* Calceamentum nomen genericum.738.741. comprehendit ſandalia.739. & alias ſpecies, & quas. *ibid.* & Equorum ferramenta. 738.

Calceatus dicitur etiam qui geſtat ſandalia. 750.

Calceus nomen genericum ad plures ſpecies, & ad ſandalia. 740. propriè tamen pro calceo integro. 741. antiquorũ calcei ſine vinculis, & quales.760.

Caliga vnde dicta. 746. calceamenti genus. 739. & pedum. 745. non habens corium deſuper. 746. & militare. 761. idem ac ſandalium. 746. 810. maximè ſi ſermo de caligis Monachorum.747. *& ſeq.* ſumpta pro tibialibus antiquis incognita.747

Canonicè quid ſignificet. 913. 917.

Canonicus Monachi veſtem ferre non debet. 45.

Canonici Regulares. V. *Ordo Canonicorum Regular.*

Canonizatio Sanctorum olim ex ſola traditione Eccleſiæ. 278.

Cantus Eccleſiaſticus antiquitus ſine nota. 435. *& ſeq.* ab Auguſtino approbatus. 436. *& ſeq.* & eodem ipſe in Africa vſus. 438. qualis ab eo in Regula præſcriptus. 434. *& ſeq.* an cum nota Monachis improprius. 928.

Capitulum quid, & quotuplex. 1198. facta à maiori parte cenſentur facta à toto Capitulo. 1445. congregandũ ad ſonum campanulę.1211. quid requiratur, vt quid dicatur factum Capitulariter 1392. an locus ſit de ſubſtantia *ibid.* An, & quando propoſito negotio nequeat reſolutio impediri. 1393.

Capitulum Conuentuale; agitur in eo de culpis. 1391. quomodo, & quibus: *ibid.* & de concernentibus ad monaſterium 1392. à ſolis tamen in eo vocalibus. *ibid.* & quinam ſint. *ibid.* & 1394. quique ſuam te-

nentur

nentur dicere ſententiam.1392.quæ in eo electiones. V.*Diſcretus*. *Procurator Conuentus*.

Capitulum generale quando poſſit arctiora ſtatuere; 345. habet omnimodã poteſtatem quoad Regulæ obſeruantiam.347.351. quam procurare tenetur. 352.& propter quam maximè celebrandum. 347. 1199.repreſentat Religionem.945.omnes illi ſubduntur,*ibid.* etiam Generales. 348. 945. 1339.eius poteſtas.V. *Conſtitutiones*. *Deſinitorium generale* à proprijs tamen ſtatutis metienda. 946. 1339. Celebrandum de triennio in triennium. 1120. an & quando poſſit anticipari.*ibid.* an ob aliquorum abſentiam differri. 1201. *& ſeq.* ad ipſum omnes citandi vocales,& quando 1204.& 1205.etiam ex conſuetudine tales. *ibid.*à quibus,& quomodo citandi. *ibid.*& eo inchoato admittendi ſunt accedẽtes,& ad quæ.1202.Apud nos qui vocales.1206. & tenentur, & quandoque ſub peccato accedere. 1207.nõ ſunt communiter cogendi. 1208. poſſunt tamen, & quando cogi. *ibid.* ſicut & ne recedant, aut vt ſuffragentur.*ibid.*ſecus cenſentur renuntia. V.*Renuntiare*; ideoque puniendi,& quomodo,& quando *ibid.*Poſt Miſſam de Spiritu Sancto cantatam 1210.quæ omitti non poreſt & ſi nõ de eſſentia.*ibid.*in locum Capituli cõgregari debent.1219. 1392. ſigno ſpeciali campanulæ 1211.quid verò cum infirmis.1212.vel ſi qui debet congregare, id recuſet. 1213. Intimanda in eo obſeruantia Conſtitut. Apoſtolicar.& ad S.Inquiſitionem ſpectantium,& quomodo 1214.V.*Abſolutio*.*Iudices cauſarum*. *Præſidens*. *Electio*. *Elector*. *Eligendus*.

Capitulum prouinciale quando,& à quo conceſſum. 1372. & reuocatum. *ibid.* quale modò. 1372. *& ſeq.* qui Præſidens,vocales,& electiones.*ibid.*in eo eligendi Iudices cauſarum 1374. caretq; ſuffragio Prouincialis. 1375.*& ſeq.*eligendorum conditiones V. *Diſcretus*.

Caputium V. *Cucullus*.

Cardinalis aſſertioni fides adhibenda.494.495.etiam de commiſſione ſibi viuæ vocis oraculo data. 495. 1225.1415.& quando præſertim.495.ſcriptura ab ipſo ſubſcripta,& cum eius ſigillo cuius efficaciæ. 492. eius poteſtas in ſua Eccleſia Titulari. 1163. quã ſcientiã habere debeat. 1433.V.*Protectores*.

Cardinalatus eſt Prælatura. 1161. *& ſeq.* & primas tenet inter Eccleſiaſticas dignitates. 1409.

Caſula veſtis genus vnde dictũ, & quale. 525.Clericalis an Monachalis.*ibid.*an idem cum Pallio *ibid.*

Caſus à lege omiſſus remanet ſub diſpoſitione iuris communis. 1451. in materia correctoria non fit extenſio de caſu ad caſum. *ibid.* V. *Diſpoſitio*.

Cathecumenus an poſſit dici Monachus,& quãdo.80.

Cauſa probanda eſt, quando ea requiritur. 1369. & de ea conſtare quando debeat in facto Principis. V. *Princeps*.

Cenſuræ an, & quæ obligent antè Iudicis ſententiam.1276.vndè dignoſcantur afficere ipſo facto. *ibid.* & 1425.

Chriſtus cæpit prius facere quam docere. 751. 752. 770. eius barba qualis. 726. calceatus inceſſit. 753. *& ſeq.* ſandalijs tamen. 760.*& ſeq.* quæ vbi aſſeruentur. 768.769. aliquando & nudis pedibus inceſſit. 751.752.757.758.communi cum alijs modo in victu, & veſtitu vſus. 763.

Chriſtiani in primitiua Eccleſia omnes appellati Sancti. 48. in baptiſmo omnes candida veſte induti.52. eorũ ieiunia. 836.paupertas. 921.habitus palliũ.96.782.nudis pedibus incedebãt.781.*& ſeq.*

Cinctura communis olim Monachis. 500.609.S.Auguſtini. V. *Auguſtiniani*. *Benedictio*. quot modis poſſit communicari. 622. *& ſeq.* & an ſine deſcriptione in Confraternitate. 625. *& ſeq.*

Cincturati eorum origo.614.616.diſtincti à Mantellatis. 615. 655. *& ſeq.* nec eorum priuilegijs gaudent. 617.656. ſunt quartus gradus Ordinis Eremitarum.615.655.656.& Religioſi quarti gradus. 663. non communicantur illis Indulgentiæ, niſi per communicationem cincturarum.619. 676. & non deſcriptorum in Confraternitate quænam illæ ſint.628.629. Confraternitatis origo. 633. *ad* 654.& Archiconfraternitatis. 660.*& ſeq.* non eſt corpus à Religione Auguſtiniana diuerſum. 663. *& ſeq.* Eccleſiaſtica eſt & Regularis.*V.Confraternitas*. Indulgentiæ Confraternitatis. 658. Archiconfraternitatis. 671. an pro eis lucrandis deſcribendi in ipſa Auguſtiniani.688.*& ſeq.*an viſitanda neceſſariò capella Confraternitatis.673.674.& an ſoluendę preces & opera iniuncta.675.& an deferenda cinctura.676.& quid ſi deperdatur.*ibid.*vel à longo tempore negligatur. *ibid.* eorum bona ſpiritualia. *ibid.* non lucrantur Indulgentias Portiunculæ viſitando Eremitarum Eccleſias. 677.*& ſeq.*In mortis articulo à quo,quando & quomodo illis dandæ. 702.*& ſeq.*V.*Abſolutio*.

Citatio nõ neceſſaria vbi terminus interpellat. 1205.

Clauſula in fine poſita ad præcedentia omnia refertur. 84. *Quorum tenores*, habet vim ſpecialis conceſſionis, & cum omnibus qualitatibus. 315. in confirmatione,idem eſt ac ex certa ſcientia. ibid. *De plenitudine poteſtatis*. idem ſonat, ac motu proprio, ex certa ſcientia. *ibid.* *Ex certa ſcientia* quam vim habeat.316.*Quatenus ſint in vſu*, quomodo intelligenda.330. *Ipſo iure*,*ipſo facto* in pænis quid importet,1276.*Non obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis*,derogat decret. Concil.1021. *Seruata tamen*, intelligenda de alijs quam de expreſſis,vel ab illis reſultantibus. 1059. *& cætera faciant ad formam*, intelligitur præter expreſſa. 1378.*Non aliàs* formam inducit,& conditionem. 1477. *Nullo modo* habet vim decreti irritantis. 1033.*Perpetuò maneat*,eſt latæ Sententiæ. 1276.

Clericatus non repugnat Monachatui. 10.*& ſeq. ad* 24. per quid ab eo diſtinguatur. 18.19.21.

Clerici eorum locus, & ſepultura in Eccleſia intra cancellos.127. coniugati quando gaudeant priuilegio fori. 136. V.*Barba*, *Habitus*, *Monaſterium Renuntiare*, *Tonſura*.

Coadiutor quando poſſit omnia,quæ coadiutus. 497. Archiepiſcopi an gaudeat eius priuilegijs. 1487.

Collegium,quando laicale cenſeatur.1105. eius ius in vno conſeruari poteſt. 1203.1350.quis in eo præferatur. 1448.

Collobium veſtis ſine manicis. 553.& quo ſenſu.554.

Commiſſarius. V.*Delegatio*. *Apoſtolicus* poteſt procedere per cenſuras. 1412.

Concilium Lateranenſe quãdo celebratum. 282.prohibuit nouas Religiones.292.*Lugdunenſe* quando. 257.quid egit circa Ordinem Eremitarum. 296. per quid ſufficiẽter derogentur. 1021.*Prouinciale* quoties celebrandum ab Epiſcopis. 353. 1200.

Conditio importat formam 1360. ea deficiente deficit conditionatum. *ibid.*

Confeſſarius apud nos à quo inſtituendus. 1219. 1424.*& ſeq.&* 1428.& præuia Capituli approbatione.1424.1426.aliàs non poteſt Epiſcopi confeſſiones audire. 1425. nec alicuius Religioſi,& ſi ab Epiſcopo approbatus. *ibid.* an vero confeſſiones ſæcularium. *ibid.* ſub qua pæna. 1425. nõ poteſt à Priore inſtitui.1426.debet tamen ab eo deputari; 1219.& de eius licentia audire.1426. excepto caſu neceſſitatis, & in itinere. 1428. poteſt à V. G. & quando ſuſpendi. 1429. quis poſſit abſoluere à reſeruatis tempore abſolutionis generalis.1219.non poteſt vti confeſſionis notitia pro excluſione ab electione. 1293. Confeſſarius Confraternitatem. V. *Confraternitas*.

Confirmatio Apoſtolica, vbi eſt neceſſaria nullus eſt actus illa non obtenta.949.quando ex certa ſcientia & in forma ſpecifica.944.confirmatum à Papa ex certa ſcientia cenſetur factum ipſius. 954. ma-

ximè ſi adſit decretum irritans. *ibid.*

Confraternitas quid ſignificet.635.dicit vſum ſaccorum. 646.poteſt Archiconfraternitati aggregari, ſed non tenetur.627. 659. requiſita ad earum erectionem à Clem. VIII.630.& remiſſiuè.632.& pro quibus Confraternitatibus. 630. pro Indulgentijs non neceſſaria deſcriptio in Confraternitate.690. etſi non omittenda.709.nec in vna potius quam in alia.631.& poteſt per epiſtolas fieri. *ibid.* quando neceſſaria perſonalis præſentatio.710.quando cenſenda eccleſiaſtica 137. religioſa. 665.& regularis.666.667.eius cauſę ſpectant ad forum Eccleſiæ. 665. an item Confratrum. *ibid.* eas erigendi facultas quomodo, & quibus competat. 693.699. nō tamen plures in eodem loco. 624.698.an delegabilis.631.694.eſt priuilegium Religionum.695. & communicabile.696.quę illis indulgentię communicentur,& quomodo. 699. Formula litterarū pro eis inſtituendis,& aggregandis.700.quæ gratis expediendæ. 701. & quomodo poſſit aliquid recipi.*ibid.*an viſitari ab Epiſcopo in Eccleſia Regulari & quomodo. 711. *& ſeq.* diſtinguuntur à Capellis Confraternitatū. 711.ſi ſint Regularium non poſſunt cogi ad Proceſſiones.714.Monaſteria in quibus erectæ ſunt, habentur earum Patroni. 715.& poſſunt in eorum Capitulis ſuperiores prę-ſidere.*ibid.* quæ Capellis,ſeù Altaribus Confraternitatū offeruntur ad quos ſpectēt.715.V. *Alienatio.*

Confratres in ordine ad quid ſic appellati. 664. poſſunt ſibi eligere Confeſſarios,& quoties. 703.704. approbatos tamen ab Ordinario etiam ſi Regulares.702.& à quo Ordinario.705. & à quibus abſolui. 702. *& ſeq.* & quid in mortis articulo. V. *Abſolutio.*

Conſenſus nullus deficiente conditione. 1014. item præſtitus contra Religionum ſtatuta. *ibid.*

Conſeruator ſuam excedens facultatem ſuſpenſioni ſubijcitur. 1408.in quibus poſſit ſe immiſcere.*ibid.*

Conſilium cum eo operari laudabile. 1422. an neceſſario ſequendum. *ibid.* 1478. quandoque ponitur pro conſenſu.1478. & tunc ſequendum. *ibid.* quæ in Regulis ſunt purè de conſilio ad nullam culpam obligant. 975.

Conſtitutiones nomine legum. 851. per ipſas quid veniat 939. *& ſeq.* an poſſint dici Regula,& quomodo. 939. ab illa diſtinguuntur. 303. 939. 940. condere eas poteſt Capitulum generale. 940. 941. 945. *& ſeq.* & arctiores,& quādo. 945.non tamen iuri communi contrarias & quo ſenſu. 955. ſicut & mutare. 940. non tamen ſi à Papa confirmatæ. 954. maximè ſi cum decreto irritante. *ibid.* An ſtatim ac conditæ habeant vim obligandi. 941. & quid vt obligent requiratur. 955. & quomodo obligent quoad ea quæ ſunt iuris Diuini,& Eccleſiaſtici.961.quoad ea quę reſpiciunt vota ſubſtantialia. 962.quoad ea quæ ſunt de conſilio. 963. & quoad obſeruātias externas.963.V. *Lex, Præceptū.*

Conſtitutiones Eremitarum Calceatorum non confirmatæ à Sede Apoſtolica. 300. poſſunt ab ipſis mutari.301.antiquæ Ordinis arctiores modernis. 426. 427. 448. pluries alteratæ. 446. & in quibus. 447.permittunt Congregationibus arctiores condere.451.quando ad mortale obligent. 974.

Conſtitutiones Eremitarum Excalceatorum ſimiliores antiquioribus Ordinis. 448.ab illis vt plurimū deſumptæ. 445. approbatæ primò à P. Generali. 451.& ab ipſis Excalceatis compilatæ. 943. à Sede Apoſtolica vt cōuenientes declaratæ. 944.ex certa ſcientia & in forma ſpecifica confirmatę.943.944. vndè dicuntur Apoſtolicæ, & ipſius Papæ. 954. Præualent iuri communi. 944. A ſolo Definitorio generali poſſunt condi.946.cum hoc tamen quod prius approbentur vt Ordinationes à tribus Capitulis. 947. & immediatè ſuccedentibus. 948. & ſeptem ex nouem concurrentibus. 947. 948. & à Sede Apoſtolica confirmentur. 947. 949. ſicut & eodem tamen modo abrogari.*ibid.* & an ſine ea trina præcedenti approbatione poſſit aſſenſus Apoſtolicus haberi.950.*& ſeq.*& quando 953. Ad mortale quādo obligent.978.*& ſeq.*& an vbi quid præcipitur ſolum ſub excommunicatione. 989. Poſſunt diſpenſari, & ſi confirmatæ à Papa, quomodo, & à quo. 1326. 1431.earum inconſtantia obſeruantiæ ruina. 1335.V. *Conſtitutiones. Ordinationes.*

Conſuetudo habet vim legis. 1500. vt ſit legitima ad effectum abrogandæ legis quid requiritur. 356. 1492.optima legum interpres. 735. 967. 1122. ſuffragandi tribuit ius ſuffragij.1204.1227.prę-ſcripta dat ius ac ſi eſſet ſpecialiter ſtatutum, vel ex priuilegio conceſſum. 1440. poteſt inducere licitum vſum poſſidendi immobilia vbi ſint prohibita.1112.in præcedentijs obſeruanda.1455.1491. 1495.& in ritu promulgandi præcepta.1002.& in ſcrutinijs,ac electionibus. 1314. 1321. & circa ordinem loquendi in Capitulis. 1445.& circa licentiam pro tranſeuntibus. 1193. V. *Obſeruantia.*

Contemptus. V. *Tranſgreſſio.*

Contractus inter profitentem, & Religionem,quando inualidus. 360.

Conuentualis denominatio de quibus intelligatur. 388.

Corona in capitis tonſura propria Clericorum. 719. an & Monachorum 509. 720.

Crux propria in proceſſionibus ſignum diſtinctionis ab alijs. 477. monaſterium poſterius, ſi ſub Cruce antiquioris,eius præcedentia gaudet. *ibid.*

Cucullus operimentum capitis.547.*& ſeq.* ſic dictus à papiraceis inuolucris Propolarum. 570. & ideò acuminatus.*ibid.* talis exigitur ab habitu pęnitentiæ. 571. & talis antiquorum Monachorum. 572.

Cuculla, antiquitus pro cucullo. 548. vnde ſic dicta. 525.548.modò diuerſa à cucullis antiquorum Monachorū. 551.illæ ſine manicis.548.562.deſumpta à Collobijs Apoſtolorum. 551. diuerſa à Flocco. *ibid.*duplex manicata,& non manicata.*ibid.* prolixè manicata à quo tempore cæperit.552. dicitur Floccus. 551.

Culpa dicitur omnis negligentia, & diſſidia. 1218. leuis media,grauis,grauior,& grauiſſima in Conſtitutionibus quomodo intelligendæ,& obligent. 985.earum accuſatio in Capitulis laudabilis.1391. & quarum. *ibid.* Indulgentiæ pro ſe accuſantibus. *ibid.* an leues poſſint poſt abſolutionem generalem à Prælato puniri. 1218.

D.

DEclaratio quid præſtet.464.nihil addit de nouo. *ibid.* 493.1335. eius effectus obſcura explicare. *ibid.* nec mutat diſpoſitionis ſubſtantiam. *ibid.*

Decreta de Reformatione inſerenda in Ordinum Conſtitutionibus. 343.445. *de anno probationis in conuentu deſignato* cur edita 1057. *de non admittendis ad habitum, & profeſſionem,* fuerunt ſolum ſuſpenſiua.1071.*Conciliorum* per quid ſufficienter derogentur. 1021.

Decretum irritans quid præſtet in confirmationibus Apoſtolicis. 954. annullat acta. 1014. *& ſeq.* nam formam inducit.1050.1383.1477. & quando cenſeatur annullare. 1085.1086. adiunctum conditioni ſuſpendit effectum in euentu conditionis. 1034.

Defenſio de iure naturali omnibus cōcedenda. 1236.

Definitor primus, qualis eius prærogatiua. 1204. 1435. quatuor tantum eſſe poſſunt. 1433. non tamen eligi in Capitulo generali, ſi abſentes & quomodo.*ibid.* qua ſcientia pollere debeant. *ibid.* ſunt Collegæ V. Gen. & comparantur Senatoribus. 1434. omnes ſimul habent iuriſdictionem in Definitorio. 1252. 1434. non extrà. *ibid.* non ſunt Prælati,ſed habent perſonatum. 1434.an digniores

res Prouincialibus,& Prioribus.*ibid.*& an Procuratore generali. 1470. eorum priuilegia. 1435.vbi de familia. 1436. & an in eo Conuentu Capitulo poſſint intereſſe. *ibid.* an,& à quo, & quando deponi. 1438. an ſub Prioris iuriſdictione.1436.non quoad coercitiuam. 1439. *& ſeq.* ſed ſolum directiuam.1441.& quãdo poſſint quoad illam ſubdi. 1443. eorũ obligatio erga Priorem. 1444.Vicario Gen. verè ſubditi. 1442. à quo & poſſunt puniri. *ibid.* 1438. nullus poteſt ſine licentia abeſſe tempore Definitorij.1343.quæ vni ſoli poteſt,& à quo concedi. *ibid.* eſtque vocandus ad Definitorium extraordinarium. 1344. & ſi non accedat depoſitioni ſubiectus. *ibid.* & loco abſentis alius eligendus. 1343. & quando. 1345. *& ſeq.* ſicut & loco abſentis cuiuſcumque ex Definitorio. 1351. & an duo ſubſtitui poſſint.1347.*& ſeq.*& quid in morte duorum,vel trium. 1350. Ad quid teneantur in Definitorio. 1445. & quomodo ad ſecretum, & quando. *ibid.* 1446. eorum munus quale. *ibid.* & 1361.obligatio quoad exemplum.1437.præcedentia qualis, & quo tempore. 1489. *& ſeq.* qualis in Capitulo Conuentuali.1494. an ſupra Priores coram Prouinciali.1495.mortuo primo,nouiter electus debet eſſe quartus. 1447. *& ſeq. per tot.*

Definitorium annuale ex quot Patribus. 1342.quando, & à quibus congregandum. *ibid.* & quid dum aliquis abeſt. V. *Definitor.* an poſſit differri ob Prioris abſentiam.1353.quæ eius auctoritas.1355. Conſtitutiones declarare nequit. *ibid.* an facere ordinationes pro tota Congregatione. 1356. *ad* 1362.an,quomodo,& quando Priorem ab vno ad alium Conuentum,& qualem mutare.1363.*& ſeq.*

Definitorium generale ex quot Patribus.1334.totam repræſentat Religionem.946. 1334. 1339. ad ipſum ſpectat Conſtitutiones condere, alterare, declarare &c. 946. & omnia poteſt, quæ ſiue de iure,ſiue ex priuilegijs Capitulum generale.1339.in omnibus tamen maturè procedendo.1340.& iuxta iuris formam.946.955.& quid circa iuris communis ſtatuta.1335. caſuum reſeruationem.1339. priuilegia. *ibid.* & 499. *& ſeq.* Superiorum auctoritatem. 1339. diſpenſationes. 1336. quanto tempore durare debet. 1334. & quot ſuffragijs res reſoluere.1340.

Delegatio fieri poteſt à Commiſſario ex priuilegio perpetuo. 694. ab eo, qui ex officio, & auctoritate ordinaria agit. 1074. 1472.

Delegatus eius acta cenſentur delegantis. 487. 496.

Denuntiatio contra Superiores antecedentes in Capitulis quid in ea obſeruandum. 1203. 1299. V. *Practica.*

Dictio, quæ ſit aduerſatiua aduerſatur retentis eiſdem terminis,& genere perſonarum.1228.*Abſq;* denotat actum aliter factum non valere. 1082. *Approbamus* à Papa poſita cuius efficaciæ. 944. *Bis* idem ac frequenter. 1484. *Circiter*, non ſatis liquet quid determinet. 1475. *Donec* eſt reſtrictiua, & limitatiua temporis, & ſuſpenſiua. 1071. *Dummodò* requirit adimpletionem eorum, quibus adiungitur. 949 *Dumtaxat* eſt taxatiua, & excluſiua cæterorum.1277.*Et* eſt earumdem qualitatum repetitiua.1276. quandoque pro *vel.*673. *Idem*, repetit qualitates præcedentis diſpoſitionis 954. 1422. *Intereà* eſt limitatiua temporis intermedij.1071.*Itàut* reſtringit præcedentem diſpoſitionem.1278. ſtat etiam ampliatiuè. *ibid.* *Liberè*, idem ac ſine conditione, & impedimento. 1060. *Maximè* eſt implicatiua. 835. *Niſi* inducit formam. 1423. addita negatiuæ affirmat in caſu contrario. 1033. *Non poteſt*, aufert poteſtatem faciendi. 1082. & inficit actum. *ibid.* & quando præſertim.*ibid.* & an ſemper. 1084. accipitur etiã pro *non debet*, & *non licet.* 1088. *Nullatenus* an irritet.1033. 1034.1091.*Nullum* etiam minimam partem excludit. 1468. *Omnia*, amplectitur omnia ac ſi ſpecialiter expreſſa.497. *Omnibus* nullam recipit reſtrictionem. *ibid.* *Omnibus, & ſingulis* omnia includit ſine limitatione. *ibid.* *Omninò* idẽ ac ſine diſpenſatione. 1280. & irritat. *ibid.* *Per* adiuncta accuſatiuo denotat tempus completũ. 1265. *Plenum* quid importet. 1421. *Poteſt* facultatem liberam indicat non neceſſitatem. 731. quandoque pro *debet.*735.1088.*Præcipimus*,quãdò, & qualem inducit obligationem. 968. *& ſeq.* aliquomodo ex ſui natura obligat in conſcientia. 976. *Prædicta omnia* refertur ad omnia præcedẽtia. 1018. *Quandocumque* omne tempus amplectitur.1021.*Quatenus* pro *quia.* 959. *Quicumque. Quoſcumq;* faciunt venire maiora expreſſis. 1293. itaut ad caſus improprios trahantur. *ibid.* *Quomodolibet* vniuerſalis, & facit venire, quæ aliàs non venirent. 313. *Raro* quomodo intelligendũ. 1484. *Sæpè, & ſæpiùs*, in quot vicibus verificetur. 1484. *Sicut* refert, & limitat diſpoſitionem iuxtà relatum. 623. & cum omni ſimilitudine.*ibid.* *Sit*, dicit effectum latæ ſententiæ, & ipſo iure. 1276. *Tantum* eſt excluſiua cæterorum. 1159.1277.*Temerè* quid ſignificet. 599. non verificatur ſine contemptu. 600.*Tempore, extrà tempus*, quomodò intelligendæ. 1490. *Teneatur* denotat neceſſitatem. 1342. *Tunc* ſtat reſtrictiuè ad expreſſum. 1345. & quandoque declaratiuè. *ibid.* *Vſque* eſt aliorum implicatiua. 795.

Dignior qui officium conſequitur à digniore. 1497. in ordine ad electionem quis cenſendus. 1290. *& ſeq.* in ordine ad præcedentiam. 1496. *& ſeq.*

Dignitas maior præcedit minorem.1496.ex quo incipiat quis eſſe in dignitate. 1486.

Diſcalceati. V. *Nudipedium.*

Diſcreti officium ſine iuriſdictione. 1252.pro Capitulo generali conditiones. 1381.*& ſeq.* eædem & ſubſtitutorum. 1386. ſine quibus inualidè electi. 1383.*& ſeq.* quæ ſubſtitutio an licita. 1387.& an quis eligi poſsit extra Prouinciam exiſtens. 1388. quis inter ipſos ordo.1382.quod eorum munus in Capitulo.1327.1341.quando & quis ex ſubrogatis poſsit ad iſtud accedere. 1386.an & ſuffragari in Definitorio, quando Diſcretus eligitur in Definitorem. 1389. de eorum valida electione quis poſſit iudicare. 1390. Quinam electores *Diſcreti Prouincialis* 1394.1395.eorum conditiones.1394. & quot vocales eſſe debeant. 1396. Eligendi quæ conditiones.1397.quid ſi inualide eligatur. 1399. *Diſcretorum Conuentus* electio,& officium.1400.

Diſpenſatio per quid differat ab abrogatione. 1337. ſine cauſa nulla 1195. 1431. & in materia graui peccatum mortale.*ibid.*ſicut ſi in leui frequenter. *ibid.*& nullus Papa inferior poteſt ſic diſpenſare. 1252.1431.In pœnis à Iudice inferiore inflictis,an & quando valeat ſuperior. 1432. ſuper Conſtitutionibus. V. *Definitorium generale.* cum illegitimis. V. *Illegitimus.* Super tranſitu ad laxiorem. V. *Tranſitus.* ſuper Voto non ambiendi. V. *Votum non ambiendi.*

Diſpoſitio generalis intelligitur præterquam ad expreſſa.1059. 1378. à ratione expreſſa cognoſcitur quid comprehendat. 1057.V.*Obſeruantia.* extendenda vbi eadem ratio.1262. 1395.1447. maximè ſi diſpoſitio fauorabilis. 1261.1341.non tamen in materia iuris correctoria. 1451. & diſpoſitum in vno caſu, cenſetur diſpoſitum in ſimili. 1352. V. *Intentio. Interpretatio. Ius.*

Diuerſorium idem ac Monachorum Monaſterium. 108. quorum illud quod Mediolani vidit Auguſtinus. 104. *& ſeq.*

Docere, & prædicare non obſtat contemplationi. 7.11.licet inter opera vitæ actiuæ. 216.217.

Doctrina, eius nomine veniunt omnia, quæ aliorum eruditioni inſeruiunt, etiam confeſsiones. *ibid.*

S. Do-

Digitized by Google

S. Dominicus quam Regulam iuſſus à Papa recipere. 294.

Donatio eſt quæ ex liberalitate, non ex cauſa. 1120.

Donatiſtæ Catholicis, & S. Auguſtino infenſi. 190. 191

S. Donatus primus in Hiſpanias S. Auguſtini Regulam inuexit, & quomodo. 867. *& ſeq.*

E.

Eccleſia primitiua quaſi vna Religio, & quarè. 95. *Eccleſiæ* antiquitus propriæ Clericorum, Oratoria Monachorum. 933. comprehenduntur nomine Monaſterij. 1493. antiquitus in illis ſeparati viri à mulieribus. 923.

Eccleſiaſtici an, & quando teneantur ſeruare leges ciuiles. 1444.

Educatio ſæcularium ab antiquo conſueta in Monaſterijs Monachorum. 6.

Electio ambitioſi prohibita. 455. & quando non valeat. *ibid.* debet eſſe libera. 1272. ideò nulla ſi per preces importunas Præſidentis. 1220. aut per eius metum reuerentialem. 1226. & eam præcedere legitimatio vocalium. 1227. *& ſeq.* item eorum abſolutio à cenſuris. V. *Abſolutio.* & iuramentum de digniore eligendo. 1286. 1287. licet non de ſubſtantia. 1289. & de quo digniore. 1271. *& ſeq.* 1290. *& ſeq.* item legendæ Conſtitutiones de qualitatibus eligendorum. 1287. 1289. & præhabendi tractatus, & quales. 1292. non tamen neceſſariò collegialiter. 1293. in quibus quæ reuelari poſſint delicta, & quomodo. *ibid.* Poteſt limitari ex parte materiæ. 1271. *& ſeq.* 1282. & ad duos coarctari, & quando. 1273. abſque læſione libertatis. 1272. *& ſeq.* 1384. & aliter factæ nullæ electiones. 1383. *& ſeq.* Debet fieri in Capitulo, & per conſenſum Collegialem. 1211 1318. & maioris partis. 1303. 1316. & quid ad id ſufficiat. *ibid.* & quid apud nos. 1303. quid verò expediret. 1316. & quæ in eis vota computanda. 1317. an per fabas valida. *ibid.* & an ſemper facienda de die, & quali. 1331. quando reiterandum ſcrutinium. 1303. 1315. quo incæpto nequit impediri electio. 1220. 1393. In electionibus attendenda Religionum ſtatuta. 1303. obſeruanda forma Canonica. 1304. cuius quæ requiſita. 1318. *& ſeq.* & in quibus electionibus. 1321. & ordo à lege præſcriptus. 1332. Electiones conditionatæ in iure prohibitæ. 1333. officiorum Generalium vacantium in Capitulo ad quos ſpectent. 1326. 1399. ad quos officiorũ pro Prouincijs. 1327. Confirmatio quando requiſita. 1322. & ſi quid illi opponatur, cuius decidere. 1323. Reelectiones in eadem officia vetitæ, & ad quid. 1275. & quę. 1276. *& ſeq.* & reſpectu quorum. 1281. nec poſſunt diſpenſari. 1280. in permiſſis verò quot ſuffragia neceſſaria. 1481. Detecta inualiditate alicuius electionis an poſſit reiterari. 1399. V. *Alternatiua. Capitulum generale. Elector. Eligendus. Excommunicatus. Practicæ. Scrutator. Secretum. Suffragium.*

Elector Ius eligendi vndè oriatur. 1243. nulli officio de iure annexum. 1380. ex conſuetudine acquiritur. 1204. 1227. remanet in accedentibus. 1201. *& ſeq.* 1205. 1211. & in non recedentibus. *ibid.* & 1213. & ad vnũ ſolum poteſt deuolui. 1203. 1350. Contemptus poteſt opponere. 1231. & an poſt cõfirmationem. *ibid.* ipſe tamen ſolus. 1232. debet eſſe ſubdiaconus. 1238. apud nos verò qualis. *ibid.* liber à cenſuris. *ibid.* niſi ſit toleratus. 1239. 1240. & nullus opponat. 1239. quo tamen caſu peccaret. *ibid.* Non amens, furioſus &c. 1241. nec voce priuatus. 1242. niſi appellauerit. *ibid.* Itẽ de corpore illius Collegij. 1243. & præſens. 1244. Tenetur eligere digniorẽ. 1286. *& ſeq* & ſub peccato etiamſi eligeret dign[illegible] 1288. & quali. 1289. ideò ſcire qualitates eligendi, & quomodo. 1291. Numerus Electorum an poſſit ſuppleri. 1387. V. *Capitulum generale. Practicæ. Secretum. Suffragium.*

Eligendus nequit eſſe cẽſuris ligatus. 1251. V. *Excommunicatus* nec illegitimus. V. *Illegitimus.* neque à S. Inquiſitione pænitentiatus, & qualiter. 1253. & quid de abiorante. *ibid.* nec illiteratus, & qui talis. 1254. nec infirmus, & qualis. 1255. & electi tenentur renuntiare. *ibid.* neque qui ex lege vacare debet. V. *Vacatio.* neque qui procurauerit. 1283. & ſi procurauerit officiũ non cadens ſub voto. 1284. 1285. debet tamen eſſe certa procuratio. *ibid.* Eligendorum qualitates poſſunt decerni, & ad eas electiones limitari. 1271. *& ſeq.* 1282. *& ſeq.* 1383. *& ſeq.* qualis apud nos in ipſis requiſita graduatio. 1282. an quandoque poſſit eligi publicus peccator. 1384.

Epiſcopi fieri non poterant ex Laicis quin prius Monachi. 14. antiquitus ex Monaſterijs deſumpti. *ibid.* 21. decet eos hoſpitales eſſe. 112. ipſi ſoli antiquitus prædicabant 154. nomine Presbyterorum. 157. quoties ſua Concilia celebrare tenentur. 353. 1200. poſſunt viſitare Cõfraternitates in Eccleſijs Regularium, & quomodo. 711. *& ſeq.* non tamen Cincturatorum. 713. poſſunt ſibi eligere Confeſſorem ex non ſubditis. 1425. approbatum tamen à ſuo Ordinario. *ibid.* eorum ſubſcriptiones, & ſigilla in ſcripturis cuius fidei. 493. Regulares an liberi à votis ſuarũ Religionũ. 1179. V. *approbatio.*

Epiſtola nec danda, nec recipienda ſine licentia à Religioſis. 882. à noſtris præſertim. 1128. an ſic recipere ſit contra paupertatem ex S. Auguſtino Regula. *ibid.* Cardinalis Protectoris aperiens an incidat in caſum reſeruatum. 1402.

Eraſmus eius error circa Monachos, & Monaſteria 103. & circa Regulam S. Auguſtini. 894.

Eremitæ ab Eremo ſic dicti. 205. 206. poſſunt eſſe & Cænobitæ. 108. 212. nam nomen Eremitæ illis, & Anachoretis genericum. 211. eorum habitus humilis, & pauper. 528. & aſper. 530. caputium quale. 568. 569.

S. Euſebius Roma Mediolanum attulit Monachatum. 105. Mediolani conſtruxit monaſteriũ. 106.

Excommunicatio contra denegantes aliquos Religioſos ſui Fundatoris filios. 366. 463. *ad* 469. abſque dubio valida 465. nonniſi pro mortali infligitur. 467. 971. ſiue latæ, ſiue ferendæ ſententiæ. *ibid.* & inualida ſi pro re leui. *ibid.* niſi ſit grauis ex fine, & circumſtantijs. 467. *& ſeq.* 994. maior continet præceptum. 467. poſita in præcepto ſignum obligationis ſub mortali. 467. 971. niſi purè comminatoria & conſtet de contraria præcipientis mente. 984. Non incurritur niſi ſequuto effectu. 600. & ſi ſit latæ ſententiæ obligat in conſcientia ante ſententiam. 1276.

Excommunicatus excommunicatione maiore non poteſt eligere. V. *Elector.* neque eligi. 1246. quomodocumque, etiam ſi iniuſte, dummodo ritè excommunicatus. *ibid.* & ad nullum officium. 1247. & quid ſi electus. *ibid.* an abſoluendus antè acceptationem. 1248. Et poſſit poſt abſolutionem à proprio Prælato ſuper retentione diſpenſari. *ibid.* & quid ſi occulta, & cum periculo famæ. *ibid.* quid verò ſi fuerit præſens in Capitulo. 1249. Non poteſt item eligi ligatus excommunicatione minore. 1250. non tamen irrita electio, ſed irritanda. *ibid.*, & peccarent ſcienter eligẽtes. *ibid.* & quid ſi ſcientia fuerit ex vna tantum parte. *ibid.*

Exemptio quid ſit. 487. Reformatorum à Conuentualibus non tollit reformationem. 443. nec filiationem. 461. *& ſeq.* nec diuerſificat Religiones 483. 490. pro foro externo diuerſa ab ea pro interno. 1441. eius priuilegium oſtendendum à pretendente exemptionem. 1436. quando exemptus poſſit puniri ab Ordinario. 1443. & an aliquo abſque præiudicio illi ſubijci. 1441. Exemptus à iuriſdictione non eſt exemptus à iure reuerẽtiali. 1444. Exempta Eccleſia, exemptæ & Capellæ. 711.

Expulſio incorrigibilis à quibus facienda. 1338. non abſoluit à voto non ambiendi. 1171. *& ſeq.*

F.

F*Actum* ſine poteſtate nullum. 955. V. *Axioma. Probibitio.*

Facultas diſperſa in inferioribus collecta reperitur in Superioribus. 1039. 1072. ordinaria delegabilis. 1074. conditionata nulla ceſſante cõditione. 1360.

Fauores ſunt amphandi. 1341. 1469.

Ferdinandus II. Imperator in Conuentum Imperialem Viennenſem inducit Reformatos S. Auguſtini. 402.

Filiatio Religioſorum reſpectu Fundatoris vndè dignoſcitur. 462. V. *Excommunicatio.*

Floccus habitus Monachalis prolixè manicatus. 551.

Forma quando in lege cenſendum quid de forma. 1087. 1098. in dubio cenſetur ſubſtantialis. 1097. 1332. tunc non poteſt per æquipollens ſuppleri. 983. & eius omiſſio annullat actum. 1083. 1360. 1383. 1447. etiam ſine decreto irritante. 1315. & etiam quando non adimpletur tota. 978. 1050. cum ſit de genere indiuiſibilium. 978. non tamen per variationem accidentalem verborum. 1099. aut ſi omiſſio ſit neceſſaria. 1332. vel ob iuſtam cauſam, & talis iudicetur mens legislatoris. 1424. aut ſi forma ſit accidentalis. 1087.

Fori externi alia ratio ab interno. 1441.

S. Franciſcus quando, & quo calceamenti genere calceatus. 806. an omninò nudis pedibus, & quando. 308. à quibus dicatur Monachus Auguſtinianus. 808. quam Regulam à Papa iuſſus recipere. 292. eius habitus qualis 574. caputij, quæ forma. *ibid.* 575.

Fratres nomen Monachorum non Clericorum. 148. 286. maximè abſolutè prolatum. 149. ſicut & *Fratres boni propoſiti*. 125. 152. comprehendit & Superiores. 1067. 1436. Per *Fratres S. Auguſtini* abſque addito veniunt Eremitani non Canonici. 285. *& ſeq.*

Fratres de Monte Follio de quibus in *cap. ad noſtram. de Regul. & tranſ.* erant Auguſtiniani. 208.

S. Fulgentius verè Ordinis S. Auguſtini. 428. 509. 828. *& ſeq.* 839. vnica ſemper tunica contentus. 442. eius habitus totus qualis. 522. norma habitus Auguſtinianorum. 522. pallio vſus. *ibid.* & cuius formæ. 524. & caſula. 525. & quali. *ibid.* nudipes inceſſit. 794. 828. etiam factus Epiſcopus. 829.

G

G*Enerales* Ordinum diuerſimodè appellati. 1416. non erant tempore D. Auguſtini. 443. ſubduntur Capitulo generali. 945. 1482. tenentur petere licentiam à Papa pro tranſitu ad ſtrictiorem. 1420. ſubditorum cauſas pro iuſtitia iudicare. 1424. habent ius alios ſuis Religionibus incorporandi. 1067. V. *Appellatio. Priuilegium.*

Generalis S. Auguſtini V. *Religio Auguſtiniana.* eius ius viſitandi Excalceatos limitatum. 488. 489. 1476. ſine ſuo Aſſiſtente. *ibid.* 1481. ſed cum ſolo primo Definitore excalceato. 1476. 1477. cuius conſilium debet ſequi. 1478. quæ viſitatio nequit delegari. 1476. & an congrua ſit. *ibid.* & qua expleta nullus poteſt ad ipſum appellare. *ibid.* nec ipſe ab Excalceatis recipi. 1481.

Gratianus an, & benè Regulam D. Auguſtini ſermonem tertiũ dixerit. 903. in pluribus adhuc emendandus. 905.

Gregorius Petrochinus Generalis Eremitarum Reformationem Ordinis inſtituit in Regno Caſtellæ. 391.

S. Guilelmus an primus Eremita S. Auguſtini. 267. *& ſeq.* verè Auguſtinianus, 379. *& ſeq.* Reformator Ordinis Eremitarum. 380. 381. Diſcalceatus inceſſit. 797. V. *Ordo Guilelmitarum.*

Guilelmus de Cremona Generalis Ordinis loco purpureæ ſibi oblatæ petijt corpus S. Auguſtini. 264.

H.

H*Abitus Religioſus* nõ pretioſus. 181. nec vanus 878. 925. conſiſtit in veſtibus, & tonſura. 716. Calceamenta nõ de eius ſubſtantia. 737. eſt ſignũ proteſtatiuum Religionis. 598. eum ex deuotione deoſculantium Indulgentiæ. 605. & eo abutentiũ pæna, & peccatum. 604. vnius Religionis ab alia non deferendus. 480. 581. Monachorum diuerſus ab habitu ſæcularium, & Clericorum. 509. illorum qualis. V. *Monachi. Cucullæ, Cucullus. Pallium.* Pænitentium antiquorum qualis. 571. Eremitarum. V. *Eremitæ.* Auguſtinianorum. V. *Auguſtiniani.* Minorum. V. *Ordo Minorum.* Pretioſior ab Auguſtinianis combuſtus. 534. eſt à Prælatis Mendicantium Sæcularibus, & Tertiarijs communicabilis. 582. *& ſeq.* & volentibus in eo ſepeliri. 588. & à quibus. 589. qui tunc cum eo patenter ad ſepulturam deferendi ſunt. *ibid.* nec poſſunt ſub excommunicatione impediri. *ibid.* 590. & in eorumdem Regularium Eccleſijs ſepeliendi. 588. 589. dum tamen ſepulturam non ſubindè elegerint. 591. quod quomodo intelligendum. *ibid.* 592. & fuerint de hoc præmoniti. 592. 593. ob quod lucrantur indulgentias. 594. & quid pro eis conſequendis. 597. an autem neceſſaria eleemoſina. 595. & an hæredes petere poſſint habitũ loco defuncti. 596. De obligatione Religioſorũ eum deferendi. V. *Religioſus. Veſtis.*

Hæres non tenetur ad vota perſonalia defuncti. 596. nec ſuccedit in ordine ad effectus legales requirentes defuncti placitum. *ibid.*

S. Hieronymus fuit Monachus. 1. & eius ad Monachatum affectus. 22. ex humilitate recuſabat exercitia Sacerdotalia. 12. 883.

Hiſtoriæ in antiquis probant. 507.

Horologia non decent pauperes Religioſos. 1127.

Hoſpes eorum pedes abluebant Monachi. 784.

Hoſpitalia loca Religioſa. 137. & quando. 668.

Hymnus quid ſit. 434.

I.

I*Gnorantia* etſi excuſet à culpa non validat actum irritum ab Eccleſia. 1246. In Prælato peior homicidio. 1254.

Illegitimus eſt ineligibilis ad Prelaturas ſine diſpenſatione. 1252. & ad quas. *ibid.* quando poſſit excuſari ab ea petenda. *ibid.* & à quibus diſpenſari. *ibid.* & à quo pro prima dignitate in Religione. *ibid.* & ſemper cum cauſa. *ibid.* & quid exprimendum pro valida diſpenſatione. *ibid.*

Illitteratus quis ad effectũ vt nequeat eligi. 1254. & ſi eligatur tenetur dimittere. *ibid.*

Indefinita æquiualet vniuerſali. 621. 1285. comprehendit omnia. 936. concepta negatiuè redditur vniuerſalis indiſtinctè. 1285.

Indulgentiæ de culpis ſe accuſantium in Capitulis. 1391. earum pro Regularibus reuocatio à Paulo V. de quibus intelligenda. 628. 687. quid de probabiliter non reuocatis. *ibid.* Portiunculæ non eſt Iubilæum. 677. vni loco particulari conceſſæ non ſunt alijs communes. 679. *& ſeq.* ſaltem pro Laicis. 681. 682. 685. an veniant nomine priuilegiorum. 684. earum communicatio inter Regulares de quibus intelligenda. *ibid.* 685. V. *Abſolutio. Cincturati. Habitus.*

Inferior non poteſt tollere facta Superioris. 941. 954. nec habet poteſtatem ſuprà illũ. 955. niſi ex cauſa ſit aliter faciendum. 1364.

Infirmus & quis incapax Prælaturæ. 1255. quid ſi electus. *ibid.* & an priuari poſſit inuitus. *ibid.*

Innocentius Papa I. S. Auguſtini amiciſſimus, eius Ordinem approbauit, & Regulam. 275. 936.

Innocentius IV. an titulum Eremitarum Auguſtinianis inſcripſerit. 207. *& ſeq.* Vnionem Ordinis incepit. *ibid.* 241.

Intentio in diſpoſitionibus, & legibus præ verbis atten-

Digitized by Google

attendenda. 731. 986. 1057. 1262. à præfatione, & ratione expreſſa dignoſcitur. 1057. ab ea pendet legis obligatio. V. *Lex*.

Interdictus nequit eligere. 1236. niſi toleratus. 1240. neque eligi. 1251. & quid in tali caſu. *ibid.*

Interpretatio taliter facienda, vt vitetur contrarietas. 980. & non reddatur illuſoria diſpoſitio. 1298. & iuxtà mentem Legiſlatoris. 986. & vt minus corrigat ius commune. 1255. ſtatutorum particularium, conformiter ad S. Canones. *ibid.* V. *Lex*. *Obſeruantia*. *Odia*. *Priuilegium*. *Verba*.

Interula antiquorum Monachorum lanea. 577. linea Monachis prohibita. 578.

Inueriſimilitudo argumentum falſitatis. 735.

Inuoluntarium cauſatur à metu reuerentiali. 1226. quomodo à Superioribus. 1220.

Ioannes Archiepiſcopus Rauenat. iurauit ſuper ſandalijs Chriſti. 768.

Ioannes Baptiſta Poggius Auguſtinianus Excalceatorum Congregationem inſtituit. 811. *& ſeq.* eius virtutes. *ibid.*

B. Io. Bonus, verè Auguſtinianus. 382. *& ſeq.* 443. reformauit Ordinem Auguſtinianum. 386. & quomodo. 387. nudipediū coluit. 804. *& ſeq.* & ignem nudis pedibus calcauit, & cur. *ibid.* V. *Ordo Ianbonitarum*.

Ioannes Cirita Auguſtinianus. 239.

Iouinianus Monachus nudipes. 785. *& ſeq.* ad inſtar. Monachor. Mediolani, è quorū ipſe numero. *ibid.*

Irregularis nequit eligere. 1238. niſi toleratus. 1240. neque eligi. 1251. & quid ſi eligatur. *ibid.*

Irregularitas ſi latæ ſententiæ ſtatim obligat in conſcientia, & antè Iudicis ſententiam. 1276.

Iudex alia ſemper perſona à reo. 1479. qui poteſt procedere vt Ordinarius, & delegatus, electa vna via nō poteſt ad aliam redire. 1329. V. *Ordinarius*.

Iudices cauſarum pro legitimatione Capituli à quibus eligendi. 1227. è gremio aſſumēdi. 1228. 1229. non habent iuriſdictionem ſed notionem. 1230. eorum officium quale. *ibid.* 1234. de ſola canonica Diſcreti electione poſſunt iudicare, & quomodo. 1232. *& ſeq.* & de impedimentis per quæ fit quis ſolum de facto inhabilis. 1235. 1245. & nunquam ex officio, ſed ad inſtantiam. 1232. 1235. & iuxtà iuris formam, & quomodo 1236. an ab eorum ſententia poſſit appellari. 1237. & an in Capitulis prouincialibus eligendi. 1374.

S. Iuo Carnotenſis primus D. Auguſtini Regulam tradidit Canonicis, & quando. 918.

Iuramentum. V. *Electio*. *Secretum*.

Iuriſdictio Prælatorum Regularium quò ſe extendat. 1004. in illis idem ac auctoritas. 1421. plena quæ dicatur. *ibid.* non poteſt exerceri in ſe ipſum. 1479. vndè dicatur ordinaria. 1417. cum illa quæ cenſeantur conceſſa. 1412.

Ius deperditur ex non vſu. 1459. vnius tamen monaſterij præſeruatur per vſum in altero. 331. ſuo iure poteſt quis ex culpa priuari. 1029. nemo ſine culpa. 1366. 1367. ſuccedens in ius alterius, illo poteſt vti. 1330. iura iuribus concordanda. 980. Ius eligendi. V. *Elector*. Præcipiendi. V. *Prælatus*.

Ius patronatus per exercitium vnius ex condominis præſeruatur & alijs. 331. 1495. probatur eſſe alicuius familiæ ex picturis, vel ſculpturis inſignium eiuſdem. 850.

L

L*Aici* nomen quotupliciter accipitur. 124. alij inferioris, & alij ſuperioris propoſiti, & qui. 125. tali nomine non veniunt Clerici. 136. 137. de bonis Eccleſiæ nequeunt diſponere. 135. aliàs ſacrilegi. 136.

Legatum dicitur donum. 1108. quale perpetuum. 1116.

S. Leo Papa Ordini Eremitarum addictiſſimus. 209. titulum Eremitarum approbauit. *ibid.*

Lex quid ſit, & per quid differat à conſilio. 851. quādo cenſeatur in viridi obſeruantia. 339. & quandò abrogata. *ibid.* & 1337. & donec abrogata, obſeruanda. 956. & per quam conſuetudinem abrogetur. 356. interpretatur ex veriſimilitudine. 987. & ab obſeruantia 967. 1090. 1229. 1455. & ſi noua, ſemper iuxtà antiquam. 732. & verba vnius capituli per verba alterius. 980. in primis verò ex legiſlatoris intentione ſufficienter cognita, etſi verba diuerſum ſonent. 983. 986. ideò ipſa præ verbis ſemper attendenda. 731. 986. 1262. V. *Intentio*. *Interpretatio*. De ſui ratione obligat. 964. an in conſcientia, & qualiter. 975. pendet à mente Legiſlatoris. 964. *ad.* 985. quę vbi declaretur tanta eſt ſolū obligatio, quantum declaratur. 965. 975. etiam nulla, ſi talis ſit declaratio, licet verba ſint præceptiua. 965. 982. *& ſeq.* atque pænalia. 985. vel ſolum ad veniale etiam in re graui. 964. vbi verò de mente non conſtet, dignoſcendū ab obſeruantia. 967. & à verbis pręceptiuis, & quibus & quomodo 968. 969. 974. ſi in virtute Spiritus Sancti, & ſimilib. 969. vel ſub excommunicatione. 971. & quo pacto. *ibid.* 984. vel ex additis pęnis, & quibus. 972. non cenſetur ad mortale, vbi non eſt acceptata vt taliter obligans. 982. quæ obligatio ceſſat ceſſante fine. 996. An lex prohibens annullet actum. 1078. *& ſeq.* dignoſcitur ab obſeruantia. 1090. V. *Prohibitio*. an omnia, quæ præcipit, aut prohibet ſint de forma. 1098. quando præſumatur quid ab ea non volitum. 731. 732. 1261. vbi ipſa nō diſtinguit nec nos diſtinguere debemus. 1130. 1285. & quibus eius verba non competunt, nec competit diſpoſitio. 1500. lex pænalis an cadat ſub priuilegio. 1187. extendi poteſt ex identitate rationis. 1262. etiam in pænalibus, dummodò in fauorem animæ principaliter lata, *ibid.* non obligat vbi ſeruari non poteſt. 1396. nec niſi ſufficiēter promulgata. 1002. V. *Præceptum*.

Libertas electionis per quid tollatur. 1226. & an ex determinatione ex parte materiæ. V. *Electio*. *Eligendus*.

Liber baptiſmi facit fidem quoad ætatem. 1048. *profeſſionis* quoad eius emiſſionem. 1100. *Religionum* ſeù earum monumenta comparantur ſcripturis authenticis. 326.

Licentia, an vbi requiſita valeant acta ſine illa. 1080. *& ſeq.* 1085. quando requiſita de forma. 1087.

Locus pro Capitulo non de ſubſtantia. 1392. dummodò collegialiter procedatur. *ibid.* honorificus gradatim occupandus. 1448.

Ludouicus Legionenſis vir egregius, & doctus, reſtaurator Excalceatorum S. Auguſtini in Regno Caſtellæ. 390. 391.

Ludouicus Pius Imperator Regulam pro Canonicis in Concilijs formari procurauit. 895. 916. an pro Canonicis ſæcularibus, vel Regularibus. 897. 898. & aliqua Capitularia pro Monachis. 916.

M.

S. M*Arcus* inſtitutor Monachorum in Alexandrina Eccleſia. 94.

S. Martinus Monachorum monaſteria Mediolani conſtruxit. 106. 107. ab Auxentio inde pulſus. *ibid.* tranſtulit monachatum in Gallias. *ibid.* ex cuius monaſterio deſiderabantur ab alijs Eccleſijs Sacerdotes. 15. 1519. eius habitus niger. 539.

B. Martinus à Vercellis inſtitutor Confraternitatis S. Mariæ de conſolatione Bononiæ. 660.

Materia peccati in ſe leuis fit grauis ex fine, & circumſtantijs. 467. 994. *& ſeq.* & hinc capax excommunicationis. *ibid.* quæ grauis dicatur. 968. leuis datur ferè in omnibus tranſgreſſionibus. 1131. & excuſat à lethali. 962. ſi non adſit contemptus. 963. 991. an in prohibitione tangendi pecunias. *ibid.* quæ ſufficiat ad lethale contra votum paupertatis. 1135.

Maximus Tyranus quando obierit. 54.

Melancthon, eius error circa Monachos, & monaſteria. 102.

Mendicantes per quid conſtituantur Religiones. 297. *& ſeq.* 1105. tales ex Regula, vel Conſtitutionibus. 298. & an his à Papa neceſſariò approbatis. 300. 301. tales perſeuerant, etſi ſubindè immobilia. recipiant: 301. vel ex inſtituto ea in aliquibus locis; & caſibus tantùm poſſideant. 1105. nec ea acquirere repugnat mendicitati, & quomodo. 1107. 1108. nec ius acquirendi, & qualiter. 1113. ſiue hæreditarium, ſiue ex ſucceſſione exceptis Capucinis, & Minoribus. 1109. quæ verò ſtabilia, vt prohibita, vendi debeant: 1110. *& ſeq.* & infrà quale tempus. 1114. & an cū ſolemnitatibus. 1115. ex conſuetudine poteſt introduci ſtabilium poſſeſſio. 1112. nec mendicitas tollitur per redditus annuos ad decennium. 1116. & per quid tollatur. *ibid. & ſeq.* V. *Habitus. Priuilegium. Tertiarij. Tranſitus.*

Menſa, ritus diſcumbendi antiquorum. 756. an ſine calceamentis. *ibid.*

Metus etiam reuerentialis tollit libertatem electionis: 1226.

Monachatus gradus ad Clericatum. 14. per quid ab illo differat. 18. & ſi illum non petat, non excludit. 19. 20. quin ordinem radicalem ad illum dicit. 21. cum ſacerdotio inuicem decoratur. 24. eius origo ab Apoſtolis. 30. *& ſeq.* & 94. præſens Monachatus cum antiquo quomodò conueniat, & differat. 34. deſignatus in Euangelio, & per quid. 39. 41. venit nomine propoſiti. 43. 44. & ſeruitutis Dei. 45. ex Ægypto in Italiam, & per quem deductus. 105. progreſſus per illam. *ibid. & ſeq.* Mediolanum, & per quos inuectus. *ibid. & ſeq.* antè Auguſtinum in Africa inuiſus. 101. 110. 187. ab ipſo illuc primò adductus. V. *Auguſtinus.*

Monachi vnde ſic dicti. 28. 211. ab Apoſtolis inſtituti. 30. *& ſeq.* & apud Alexandriam à D. Marco. 94. & ſubſequuti ſunt ſemper in Eccleſia. 35. 36. de eis locuti antiqui Patres. *ibid.* 94. à Philone deſcripti. 94. per antonomaſiam Serui Dei. 45. 47. *& ſeq.* an ſibi ſolis eis vacandum. 3. *& ſeq.* quo ſenſu eorum munus flere, non docere. 19. 20. 21. antiqui laici quidem. 18. 122. *& ſeq.* ſed etiam vitæ actiuæ dediti. 4. 5. & puerorum educationi. 6. nec eis contraria litterarum ſtudia. 8. 9. immò illorum propria. 886. 929. 930. nec exercitia Clericalia. 10. *& ſeq.* quin ita illis viuendum erat, vt poſſent in Clericos aſſumi. 13. & eos taliter promouendi antiqua conſuetudo. 12. *& ſeq.* 21. 25. & non ex diſpenſatione. 16. 17. etiam ad Eccleſias Parochiales. *ibid.* licet aliqui renuerent. 23. 141. eorum multitudo. 45. 883. ex habitu, & tonſura cogniti. 49. tenebantur ad paupertatem, & ſi non expreſsè illam vouiſſent. 69. & an cum capacitate dominij. 67. 283. quandoque in proprijs domibus habitabant. 114. nec in illis eædem leges modernorum. 69. 80. eorū vita qualis. 79. 92. 102. 104. 112. abſtinētia, & aſperitas. 784. quis in Eccleſia locus. 127. vbi ſepultura. *ibid.* habitus ab alijs diſtinctus. 509. quem mutabant ad Epiſcopatum aſſumpti. 511. humilis, & aſper. 528. nigri coloris. 538. *& ſeq.* eratque Colobium. 553. ſeù tunica cum cucullo. 546. *& ſeq.* ſine manicis. 548. 553. & quomodo. 554. V. *Cucullus.* interula linea. 577. linea prohibita. 578. Palliū veſtis propria. 96. 782. Raſuræ ritus qualis. V. *Tonſura.* Nudipedes. 781. *& ſeq.* & an omninò. 783. 845. Alij Anachoretæ, alij Cœnobitæ. 108. 211. 212. Subditi Præpoſitò, & Presbytero. 883. 934. & Epiſcopò. 443. Epiſtolas, & munera recipere illis vetitum. 882. non verò è monaſterio egredi. 879. 923. *& ſeq.* cum ſocio tamen *ibid.* nec cum mulieribus colloqui. 923. an licita balnea. 926. nullo modo veſtes pretioſæ. 181. nec vanæ. 878. 925. & an lauandæ. 880. eorum propria quies, & ſegregatio. 101. 112. & manuum opera. 933. in Africana Eccleſia ſub Clericorum nomine. 729.

Monaſterium alio nomine diuerſorium. 108. propriè habitatio Monachorum, nō Clericorum. 221. 222. antiqua, Iuuentutis gymnaſia. 6. Epiſcoporum ſeminaria. 14. non vni Generali ſed Epiſcopis ſubiecta. 443. non cenſetur extrà, qui ſtat cum licentia. 1398.

Moniales veræ tempore D. Auguſtini. 94. 114. nomine ancillarum Dei. 45. non ſemper intra monaſteria, ſed & in proprijs domibus. 114. clauſura perpetua à quo illis indicta. 361.

S. M. Monica longo itinere Auguſtinum ſecuta. 55. eiuſdem conuerſionis deſiderium. 46. & quale pro Monachatu gaudium. 71. quando mortua. 53. *& ſeq.* eius corpus Romam apud Eremitanos, & quarè tranſlatum. 265.

Monitio trina an in intimationibus neceſſaria. 1213.

Mores vna viuentium, vniformes. 1444.

Mortis articulus quando cenſendus. 707.

N.

N*Ebridius* inuitat Auguſtinum ad ſecum in rure commorandum. 113. & quo ſenſu. 116.

Negatio malignantis naturæ totum negat. 1375.

S. Nicolaus de Tolentino quando natus, & mortuus. 814. *& ſeq.* quo ætatis anno Ordinem ingreſſus. 818. *& ſeq.* & in qua Congregatione. 820. *& ſeq.* an nudipes inceſſerit. 824. 825. eius abſtinētia. 870.

Nomen, Clerici in Africana Eccleſia Monachis commune. 729. *Fratris.* V. *Fratres. Monachi* Canonicis improprium. 286. *Officij.* V. *Officium.*

S. Norbertus à S. Auguſtino Regulam accepit. 872.

Nouitij admittuntur ad habitum in ordine ad profeſſionem. 1006. 1042. quæ in hoc obſeruanda. *ibid.* 1007. & in ipſis requiſita. 1012. *& ſeq.* an iuxtà D. Auguſtini Regulam debeant bona ſua deferre ad Religionem. 429. *& ſeq.* à quibus, & quomodo approbandi. 1006. & ſuper ſcientia examinandi. 1011. & in quo Conuentu. 1008. an iterum ſuper ea poſſint examinari. 1009. & quæ ſcientia requiratur. 1010. Annus probationis quarè inductus. 1025. quoties hoc tempore, & quot ſuffragijs approbandi. *ibid.* an à Prouincialibus. 1037. *ad.* 1043. æquè peccatum reprobare dignum, indignum approbare. 1026. aut ethicia laborantem. 1032. in dubio reprobandi. 1028. poſſunt poſt tertiam approbationem, & quando dimitti. 1029. *& ſeq.* ſed ob cauſam, cum expulſio ſit pœna grauiſſima. 1027. & an ob patentem defectum, ſi cum illo admiſſi. 1030. *& ſeq.* & à quibus. 1044. & quæ tunc illis reſtituenda. 1046. poſſunt ante completam probationem ad profeſſionem in mortis articulo admitti. 1052. quid ſi conualuerint. 1053. V. *Annus. Profeſſio.*

Nudipedium quid propriè ſignificet. 750. quid modò. *ibid.* conſuetum antiquis Monachis Mediolanenſibus. 785. in Ordine Auguſtiniano antiquum. 772. *& ſeq.* & ſemper perſeuerauit. 797. *& ſeq.* eorum inſtituto conforme. 826. *& ſeq.* & conſtitutionibus. 840. & D. Auguſtini Regulæ. 831. *& ſeq.* & Regulæ Apoſtolorum. 831. 835. *& ſeq.* 847. probatur & benè ex picturis. 850. quid myſticè ſignificet. 844. 845. V. *Apoſtoli. Chriſtiani. Monachi.*

O.

O*Bedientia* einſdem rationis reſpectu cuiuslibet Prælati. 258. ex ipſa vt cadit ſub voto conſurgit ius præcipiendi in Prælato. 992. & Religioſorum obligatio. *ibid.* & quomodo ad illam teneantur. 955. V. *Præceptum.*

Oblati vocantur Confratres. 635.

Obligatio. V. *Conſtitutiones. Lex. Obedientia. Præceptum.*

Obſeruantia optima legum interpres. 1130. 1229. maximè ſi ſubſequens ad illas. 1229. 1455. 149[illegible]

etiam

etiam Litterarum Apoſtolicarum.503.1377.ex ea cognoſcitur an lex prohibens irritet.1090. & mẽs ſtatuẽtis. 1229. 1455.& quid in diſpoſitione comprehendatur. 1057.ad obſeruantiam interpretatiuã inducendã quid ſufficiat.1455. V. *Conſuetudo.*
Odia reſtringenda.721.& ſtrictè interpretãda. 1237.
Officium,de quo in voto non ambiendi.1158. *& ſeq.* in ſuſpenſione.1240.amplectitur etiam minima miniſteria. 1285. officia per Prouincias & perſonas viciſſim diſtribuenda.1257.1268.& æqualiter. 1453.& nationales præferendi. 1269.
Opera manualia propria Monachorum non Clericorum. 933.
Optio in quibus datur.1448.facienda gradatim.*ibid.* eius ius dicitur ius in re. *ibid.* in ea ſeruanda conſuetudo. 1455.
Oracula viuæ vocis. V. *Viuæ vocis oracula.*
Oratoria antiquitus Monachorum propria; Eccleſiæ Clericorum. 985.
Ordinarius poteſt delegare.1074.1472.V. *Commiſſarius.* Vnde dignoſcatur ordinariam eſſe iuriſdictionem. 1417. Religioſorum quis. 1425.
Ordinationes quid ſint.991.Capituli generalis quãdo expirent.947.948.quę perſeuerent in vi obligandi etiam ſi non confirmatæ à Sede Apoſtolica. 949. an ſtatim conditæ poſſint practicari. 956. *& ſeq.* V. *Conſtitutiones.*
Ordines facti vna die omnes antiquitus collati. 133. quidam ad eos inuitè promoti.23.141 quæ olim promouendorum ætas. 136. apud nos quæ in iis requiſiti. 1424. poſſunt ob nouam cauſam ab illis ſuſcipiendis impediri. *ibid.*
Ordo quandoque pro modo.260.*litteræ*,quando importet prioritatem.937.*temporis* politus a ſtatuto eſt de forma.948.item electionum.1332.
Ordo Regularis appellatio vniuerſalis, & quibus competat. 474. *Canonicus* quid ſignificet. 281. *S. Auguſtini* Ordinem Eremitarum & non Canonicorum importat. 285.
SS. Baſilij, & Benedicti approbati primò ab Epiſcopis. 273.
S. Benedicti. U. *Regula S. Benedicti.*
Brictinorum quando ab Eccleſia approbatus. 822.& Eremitarũ Ordini vnitus. 292. eorũ veſtes viles. 533.corrigia perampla.611.pedes excalceati. 809.
Canonicorum Regularium incepit ab Apoſtolis. 232. à S. Auguſtino inſtitutus. 233. *& ſeq.* ſed poſt Ordinem Eremitarum. 235. & quando. 100. 101. 220. & quarè. 101. *&* 112. iurantes quomodo puniti. 858. Regula eorum in Concilijs formata,& quæ. 895. *& ſeq.* 915. *& ſeq.* V. *Fratres. Nomen. Regula S. Auguſtini.*
Canonicorum Scopetinorum, & S. Spiritus Venetiarum inſtituti ab Auguſtinianis. 169.
Capucinorum cuius paupertatis, & quorum capax. 1104. qualis Caputij forma eis à Clemente VII. præſcripta. 568.
Carmelitarum, approbatus ante Concilium Lateranenſe. 257. 295. *& ſeq.*
Carmelitarum Diſcalceatorum qualis paupertatis,& quorum capax.1105. *& ſeq.* votum non ambiendi emittit.457.eadem Religio cum Calceatis.486.
Carthuſianorum quando,& quomodo primò approbatus.275. 277.vndè dicatur arctior. 1192.
Eremitarum à S. P. Auguſtino inſtitutus. 77. *& ſeq.* 97. *& ſeq.* 113. *& ſeq.* 148. *& ſeq.* 188. *& ſeq.* 237. *& ſeq.* 247. 262. *& ſeq.* 1538. quãdo incepit. 188. *& ſeq.* 205. *& ſeq.* citò, & valdè diffuſus. 190. *& ſeq.* & nunc maximè.238.239.241.243.262. primũ monaſteriũ Tagaltenſe.98.100.& Ordinis initium.262.ſecundum Hipponenſe.99.100.ambo in ſolitudine.113. *& ſeq.* an nouus Ordo ab antiquo Monachatu,& quomodo.201. *& ſeq.* verè Eremitanus.205. *& ſeq.* quando,& a quo primò ſic dictus.207. *& ſeq.* Cænobiticus, non Anachoreticus. 212. *& ſeq.* vitæ mixtæ ex inſtituto.216. *& ſeq.* & cuius tunc paupertatis. 166. 226. 911. 430. 431. antè Canonicos Regulares fundatus. 235. & in ſui exordio fructifer.236. nunquam ſubindè extinctus. *ibid. & ſeq.* & falſum quod ſub Alexandro IV. inceperit per vnionem.241. *& ſeq.* & cuius generis. 249. *& ſeq.* factam ex pluribus Ordinibus,& quibus.245. 253. & an omnibus S. Auguſtini. 367. 373. inter ſe diſtinctis. 245. 385.& cum proprijs Generalibus. 443.490.ſed ſolum auctus, & valdè. 241.245.252. Quomodo tamen dicatur inſtitutus ab Eccleſia. 242. *& ſeq.* 247. & ex dictis Ordinibus conflatus. 248. *& ſeq.* Habuit Generales antè vnionem. 208. 244. per quam eſt ſolum accidentaliter mutatus. 258. *& ſeq.* & idem modò qui à S. P. Auguſtino inſtitutus. 262. *& ſeq.* à S. Guilelmo tantum reſtauratus.267. *& ſeq.* approbatus primò ab Epiſcopis. 273. deinde à Sede Apoſtolica. 275. *& ſeq.* ſpecialiter antè Conciliũ Lateranenſe. 281. *& ſeq.* *&* 306.In Regno Portugallię antiquus.290.eſtque vnus è Mendicantibus. 297. *& ſeq.* & vi Conſtitutionum. 299. & à ſui origine. 226. & antè alios Mendicantes. 297. quos de iure præcedere deberet. 305. *& ſeq.* multis priuilegijs à Summis Pontificibus decoratus.309.à quibus primò. *ibid.* fruitur illis omnium Ordinum. 310. *& ſeq.* etiam viuæ vocis oraculo conceſſis. 313. *& ſeq.* & concedendis.313.319.& ſocietatis Ieſu.319. *& ſeq.* quibus adhuc vti poteſt. 329. *& ſeq.* ſpecialia verò ſunt Præfectura Sacriſtiæ Papæ. 335. & nullitas impetrationum à Sede Apoſtolica ſine Generalis licentia.336.pluries reformatus. 367. ſpecialiter à S. Guilelmo. 368. *& ſeq.* & quomodo. 387. & ex ipſius Ordine valdè auctus. 267. 370. 375. item à B. Io. Bono,& qualiter.382. *& ſeq.* 387.& per alias Congregationes.389.& Excalceatorum. V. *Auguſtiniani Excalceati.* Et totus Ordo conſtituitur ex quatuor gradibus.615. 655. 656. V. *Auguſtiniani. Cinctura. Cincturati. Reg. S. Auguſtini. Tertiarij.*
Eremitarum Excalceatorum in quatuor Congregationes diuiſus.393. ad inuicem independentes. 412.in quo conuenientes *ibid.* & differentes. 413. *& ſeq.* 489.Hiſpanica quando, & à quibus erecta. 391. *& ſeq.* Italiæ à PP. Calceatis decreta, & quando. 395. *& ſeq.* à V. Andrea Diez inſtituta. *ibid.* 396. 399. & à Clemente VIII. & quomodo. 398. primum eius monaſterium quale,& vbi. 395.397. ſtatim cum Vic.Generali.400.415.primum Capitulum generale Romæ, & quando. 401.417. ipſi incorporata altera Congregatio Sicilię.402.quando in Prouincias,& quot diuiſa.402.1471.in Conuentum Imperialem introducta, & à quo. 402. ab ipſa exijt Congregatio Galliarum, & per quos. 410.418. Illa Portugall.quando, & quibus legibus erecta.411.Quæ Italiæ dicitur quando ab Eccleſia approbata.403. *& ſeq.* antè alias Congregationes. 418.419. proptereà in caſu præcedentiæ illis præferenda.*ibid.* appellatur, & bene Ordo.474. *& ſeq.* & Religio. 476. & ab Ordine PP. Calceatorum diſtinctus. 477. *& ſeq.* & ſub qua ratione diuerſus. 478. 1197. in re tamen idem ſpecie. 483. *& ſeq.* à P. Generali exemptus, quomodo, per quem, & quando. 487. *& ſeq.* nec proptereà ceſſat eſſe Ordinis S. Auguſtini.490. omnibus priuilegijs Ordinis gaudet. 491. *& ſeq.* dummodo Reformationi non obſtent. 498. & inſtituendi Confraternitates Cincturatorum. 492. Non eſt PP. Calceatis præiudicialis.506. V. *Auguſtiniani Excalceati.*
Fulienſium, in quo voti paupertatis tranſgreſſionem conſtituat. 1135.
Guilelmitarum alius ab Ordine Ianbonitarum. 245. à S. Guilelmo ſub Regula S. Auguſtini inſtitutus. 68. *& ſeq.* 379. *& ſeq.* non ſub illa S. Benedicti. 368. *& ſeq.* ad quam tamen tranſierunt, & quando. 371. 378. aliquæ eius Congregationes ſolum.

372.

372. 373. cum in plures eſſet diuiſus. 374. 566. vſque ad quem tranſitum ſine manicis protenſis. 566. ante vnionem diſtinctus ab Ordine Eremitarum. 270. 385. 443. 490. & tunc illi incorporatus. 245. à ſui origine nudipedium coluit. 798. & ſuper eo à Gregorio IX. diſpenſatus. *ibid.*

Ianbonitarum à B. Io: Bono inſtitutus. 382. ſub S. Auguſtini Regula. *ibid. & ſeq.* diſtinctus ab Ordine Eremitarum. 385. 443. 490. in vnione illi incorporatus. 245. Diſcalceatus. 805. *& ſeq.* cum caputio acuminato. 574. *& ſeq.* eorum habitui, quia illi Minorum conſimili. 563. *& ſeq.* 575. 576. additæ manicæ protenſæ pro differentia. 563. 564.

Minorum in magna controuerſia cum Ianbonitis ob habituum ſimilitudinem. 563. *& ſeq.* 575. habuit à principio Caputia acuminata. 574. 575. cur, quando, & à quo in rotunda mutata. 574. *& ſeq. Obſeruantium* ex pluribus Congregationibus vnitus. 256. Callepodijs quando vti cæperit. 808. & qualis eius paupertas. 1104. *ad* 1124.

Minorum, & Prædicatorum etiam in ſuis exordijs notabiliter fructuoſi. 228. eorum approbationes. 306. 308.

Minimorum non admittit cantum cum nota. 436. nec tactum pecuniarum. 1130.

Prædicatorum non ſubſtantialiter mutatus per tranſitum ad ſtatum Mendicantium. 259. alios præcedit ex priuilegio. 308. ſed non vbique. *ibid.*

Societatis Ieſu Mendicans, etſi Collegia poſſideat. 1105. quorum capax, & quomodo 1107. *& ſeq.* quæ diuerſitas inter eius Religioſos. 484.

SS. Trinitatis Redemptionis Captiuor. *Reformatorum* votum non ambiendi emittit. 457. 1138. Excalceatus. 833.

P.

Pallium habitus primorum Chriſtianorum. 782. deindè Monachorum tantum. 96. 782. 523. cuius formæ. 524. an diuerſum à Caſula. 525. comes nudipedij. 782.

Papa ſolus approbat Religiones. 272. eius aſſertioni ſtandum. 266. maxime ſi de facto proprio. 422. 644. an etſi de facto alieno. *ibid.* poteſt Ordinum reformationem præcipere. 356. 361. & quid in ordine ad hoc. *ibid.* & quem ex ipſis ſub ipſa protectione recipiens ab alijs eximit. 487. geſta per eius delegatum cenſentur geſta per ipſum. *ibid.* Non poteſt dici D. Petri Vicarius, & quarè. 1498. ſolus ipſe habet poteſtatis plenitudinem. 1252. & ſuper voto ambiendi diſpenſare. 1166. & præcipere acceptari Prælaturas. 1167. & an diſpenſare ſine cauſa. 1195. 1252. 1336. V. *Sedes Apoſtolica*.

Pars debet congruere cum toto. 1444.

Paupertas Religionum. V. *proprijs locis.* vnius non eadem ac alterius. 1124. illi impropria vox *meũ*. 1126. item Horologia. 1127. quid ſufficiat ad peccatum contra ipſam. 1135. V. *Apoſtoli. Chriſtiani. Mendicantes. Monachi. Reg. S. Auguſtini.*

Peccatum V. *Materia peccati*.

Pecunia eius tactus duplex. 1130. quibuſdam prohibitus. 1129. *& ſeq.* & an mediatus. 1132. 1133. & an in hoc detur paruitas materiæ. 1131. & quando excuſetur. 1134.

Petilianus mordax in Auguſtinum ob Monachatum. 192. non pro Clericatu. 193.

Petrus à Matre Dei Carmelita Excalceat. Superintendens Congregationi Excalceator. S. Auguſtini. 405. *& ſeq.* & cur datus. 407. non tamen Reformator. 408. quid egerit. 409. & quæ in hoc eius facultas. 407.

Philippus II. Rex Hiſpaniarum promouet Reformationem Ordinis Eremitar. in Regno Caſtellæ. 391.

Pictura antiqua argumentum probans. 569. 850.

Pæna procurantium per fauores dignitates, & gradus. 454. & Superiorum eas concedentium. *ibid.*

& an ſi ad inſtantiam Cardinalis Protectoris. 1189. antè Iudicis ſententiam non obligat in conſcientia. 1242. 1276. etſi latæ ſententiæ. 1276. exceptis quibus. V. *Cenſuræ*. an communicetur inter Regulares. 327. 1187.

S. Poſſidius non omnia de S. Auguſtino ſcripſit. 90. neque omnia ſcripta regiſtrauit. 876.

Poteſtas meri, & mixti Imperij cui reſeruata. 945.

Practicæ quid, & quotuplices. 1294. an aliquando licitæ. 1139. 1294. 1295. apud nos pro quacumque electione prohibitæ. 1297. *& ſeq.* non tamen pro excluſione indigni. 1299. & cõtrafacientium pænæ. 1286. item non reuelantium. *ibid.* ad quod tamen non tenetur qui probare non poteſt. 1299. in licitis procurationibus quæ obſeruanda. 1300. cum promiſſionibus, & pactis ſimoniacæ. *ibid.* 1301. etiam ſi implicitis. 1302. & in tali caſu ad quid teneatur electus. 1301.

Præcedentia apud nos quæ. 1489. *& ſeq.* inter Religiones ab antiquiore approbatione. 304. *& ſeq.* aliquarum præ alijs ex priuilegio. 308. datur magis priuilegiato. 419. monaſterio recentiori ſub Cruce tamen antiquioris. 477. prius admiſſis in Collegio. 1448. dignitati. 1505. in ordine tamen ad actus de quibus agitur. 1494. & maiori præ minore. 1496. 1497. item habenti maiorẽ iuriſdictionem. 1496. 1499. & perpetuam præ habente temporalem. 1497. non vero Vicario Epiſcopi in Choro, & quando. 1382. 1494. nec Prælato aſſiſtenti non vt Prælato. *ibid.* Nec Vicario, aut repreſentanti, quæ debetur Epiſcopo, & principali. 1504. 1505. quãdo verò ſubrogato. 1501. *& ſeq.* ſed in omnibus ſeruanda tum conſuetudo. 1455. 1491. cui multum deferendum. 1495. & præcipuè localis. *ibid.* quæ per quos actus inducatur. 1492. tum iura particularia præcedendi. 1495. quæ non per quoſlibet actus amittuntur. 1492. nec poſſunt renuntiari. *ibid.* quin potius amiſſa recuperari. *ibid.*

Præceptum ſub mortali nullum in materia leui. 970. 982. 993. niſi graueſcat ex circumſtantijs, & fine. 467. 994. *& ſeq.* quibus ceſſantibus, ceſſat obligatio. 996. debet tamen de leuitate conſtare. 997. ſecus tenet præceptum. *ibid.* & in dubio ſupponitur iuſtum. *ibid.* noſtrorum Prælatorum quibus verbis concipiendum. 977. 990. nec ſine illis, aut cum alijs valet. 983. 984. neceſſariò in ſcriptis. 991. & circa quæ, vt teneat 992. an faciendum de conſilio. 999. 1000. & cum expreſſione cauſæ. 1003. & pro re pro qua eſt impoſita pæna, & quando. 998. quanto tempore duret. 1001. & quomodo promulgandum vt obliget. 1002. & an obliget ad mortale ſi à Communitate non ſit acceptatum vt taliter obligans. 982. V. *Lex. Materia peccati*.

Prædicatio à ſolis Epiſcopis antiquitus habita. 154. nõ repugnat contemplationi. 7. aut Monachatui. 10. 11. licet inter opera vitæ actiuæ. 216. 217. ab Auguſtinianis ante Ordinem Prædicatorum exercita. 230.

Prælaturæ ſtatus periculoſus. 452. quid propriè importent. 1402. quæ officia comprehendant. 1158. 1160. an Cardinalatum. 1161. *& ſeq.* ad eas vtiliores extraneis nationales. 1269. in Religionibus inſtitutæ in bonũ Communitatis, non vt præmia meritorum. 1290. U. *Pæna*.

Prælatus quis propriè. 1402. qua ſcientia pollere debeat. 1254. quid pro Regulæ obſeruantia poſſit præcipere. 345. & an ſub mortali in materia leui. 994. *& ſeq.* tenetur reformationem procurare. 348. *& ſeq.* & quando. 352. & ſub peccato. 353. an etiam Prælatus localis. 350. Prælatorum priuilegia quibus Prælatis conueniant. 1487. V. *Materia peccati. Obedientia. Præceptum. Priuilegiũ. Superior.*

Præſcriptio quanto tempore habeatur. 330. 1492. nõ datur contra ſubſtantialia Religionum. 356. an contra ius viſitandi. 1472.

Præ

Præſidens Capituli quis. 1220. & quis ſi non ſit cui id à iure competat. 1221. & quid ſi inſtante electione nō accedat. 1213. apud nos aſſumendus ē gremio. 1221. & à quibus. *ibid.* & an ex eligibilibus ad officia in Capitulo. 1220. eius prærogatiua. *ibid.* munera. *ibid.* 1222. *& ſeq.* non poteſt electiones impedire. 1220. nec ſolus officij renuntiationem acceptare. 1325. Præſidentis Apoſtolici auctoritas. 1224. an habeat prærogatiuam Oraculi. 1225. eorum metus reuerentialis contra libertatem electionis. 1226. item preces importunæ. 1220.

Princeps dicens ſe ex iuſta cauſa moueri non creditur in præiuditium tertij, niſi oſtendat. 1368. & in dubio contra ipſum præſumitur. *ibid.*

Prior quomodo Conuentui præceptum imponere poſſit. 999. ad ipſum ſpectat admittere ad habitum 1007. & profeſſionem. 1064. 1067. Capitulum de culpis tenere debet. 1391. quoties, & ſub qua pæna. 1484. non ſuffragatur in electione ſui Diſcreti. 1394. quanto tempore durat. 1364. & an poſſit, & quomodo mutari. V. *Definitoriū annuale*. V. *Confeſſarius*. *Definitor*. *Præceptum*. *Prælatus*. *Procurator*.

Prioritas quādo importetur per ordinē litteræ. 937.

Priuilegium quid. 309. 1187. latè pro omni gratia. 309. an neceſſariò contrà ius commune. *ibid.* Mendicantium Religiones omnium priuilegiorum inter ſe participes. 310. etiam viuæ vocis oraculo conceſſorum. 313. & concedendorum. 319. etiam Societatis Ieſu. 320. *& ſeq.* & quo ad ſubſtantiam & nō modum. 323. & quoad fauorabilia tantum. 327. dummodo non aduerſentur obſeruantiæ Religionis, cui communicantur. 498. & cum debita dependentia inferiorum à Superioribus. 500. proinde poſſunt à Capitulis generalibus limitari, & prohiberi. 499. *& ſeq.* item à Generalibus. 499. & ab ipſis declarari, & interpretari. 502. per quam communicationem fiunt propria illius, cui communicantur, ac ſi primò eidem conceſſa. 325. & quæ inde vtilitas. *ibid.* & quid ad eorū verificationem ſufficiat. 326. non intelliguntur tamen communicari exorbitantia à iure communi. 608. & ſi communicentur, limitanda, & quomodo. 683. communicationis autem modus qualis. 328. an officiat non vſus. 330. 1459. aut contrarius vſus. 332. & an per vſum in vno monaſterio præſeruetur ius aliorum. 331. 1495. quanto tempore præſcribantur. 330. confirmata pro vna Religione confirmata & pro communicante. 329. & conceſſa fratribus, ſunt conceſſa & Prælatis. 1067. 1072.

Probatio in antiquis qualis ſufficiat. 507. ex imaginibus, & ſculpturis valida. 681. *& ſeq.* plena per Hiſtorias. 507.

Procurare. V. *Ambitio*. *Electio*. *Eligendus*. *Pæna*. *Votum humilitatis*.

Procurator nullus ſine mandato. 1401. nec agere poteſt niſi quæ in mandatis. 1462. Vniuerſitatis non eſt Procurator ſingularium. *ibid.* tenetur ſuos principales conſulere. 1465.

Procurator Conuentus pro contrahendo &c. à Conuentu eligendus. 1401. pro expendendo &c. à Priore. *ibid.* eſtque ab eo amouibilis. *ibid.*

Procurator Generalis Excalceatorum, eius officium Perſonatus. 1459. in re minus dignum Definitoribus. 1470. etſi eos præcedat, & quando. 1489. præcedunt tamen & iſti, & quando. *ibid.* & tunc vbicumque. 1490. etiam in Eccleſia. 1493. Vbi de familia. 1459. an ſubditus Priori. 1460. & an de Capitulo Conuentus. 1459. & qualis eius ibi locus. 1494. quale munus in Congregatione. 1461. non poteſt Breuia Apoſtolica ſine Definitoris licentia procurare. 1461. 1467. nec ſine illa Vicarij G. exterorum res agere. 1464. nec ipſius Congregationis ipſo inconſulto. 1465. an, & quomodo particularium Conuentuum. 1462. quando fractor iuramēti, & proindè puniēdus. 1467. 1469. eius obligatio erga P. Vic. G. 1469. an poſſit reeligi. 1278. 1454.

Profeſſio quid importet. 1005. eſt contractus vltrò citroque obligatorius. *ibid.* 1064. comparatur matrimonio. 1005. 1029. 1078. nec ſolemnis, nec valida niſi in Religione approbata. 280. quin vt approbata. 359. quæ eius impedimenta. 1012. in iure non inualida ob ægritudinem. 1013. nulla tamen ſi proteſtetur. *ibid.* & quomodo. 1017. quia tunc deficit Religionis conſenſus. 1014. *& ſeq.* vt apud nos laborantis morbo gallico. *ibid.* & eius, qui fuerit in altera Religione. 1018. & an etiam Militari. *ibid.* & quid ad hoc ſufficiat. 1019. & an poſſint proindè expelli. 1020. *& ſeq.* Item nulla ex defectu vnius horæ, vel ætatis requiſitæ. 1047. & à natiuitate computandæ. 1048. vel anni probationis. 1047. 1049. & quid in Biſſextili. 1051. qui debet immediatè præcedere profeſſionem. 1054. quę hoc non obſtante poteſt diferri, & quando. 1055. Nulla etiam, vel ſi hæc omnia in Conuentu non deſignato. 1056. & an idem dicendum de admiſſione ad habitum. 1062. 1063. vel ſi admittatur à non habente facultatem. 1064. quæ de iure communi eſt in Prælato locali cum Capitulo. *ibid.* Prouincialibus, & Generalibus. 1067. *& ſeq.* & ſuppriore in abſentia Prioris, & Vicario. 1073. eſtque delegabilis. 1074. admiſſa verò contra prohibitionem, quando valida nec ne. 1078. *& ſeq.* in dubio pro valida habenda. 1092. Forma profeſſionis PP. Calceatorum. 1093. PP. Excalceatorum. 1095. diuerſa ab illa. *ibid.* 1096. qualis Laicorum. 1095. eſt perfectiſſima. 1096. & ſubſtantialis. 1097. & ſi non obſeruetur, nulla profeſſio. 1098. non ſi varietur accidētaliter. 1099. à profitente legenda. 1100. & licet fiat ſecundum Regulam, & Conſtitutiones. 992. non inducit omnia in illis contenta venire ſub voto. 1102. V. *Vicarius Generalis*.

Prohibitio ſi ſimplex, contrà illam facta tenent. 1078. *& ſeq.* item ſi ſit de accidentalibus. 1036. non verò ſi cū decreto irritante. 1081. quando cenſeatur irritatiua. 1085. 1086. dignoſcitur & ab obſeruantia. 1090. V. *Decretū irritans*. *Indefinita*.

Propoſitum idem ac Monachatus. 43. 44.

Protectores Religionum, nempe Cardinales, earum aliquo modo Prælati. 1189. 1402. non tamen propriè. *ibid.* quod ſatis eſt, vt officia ad eorū inſtantiam concedentes liberentur à pænis. 1189. Dantur, vt protegant. 1407. & in quibus. 1408. ſunt propterea & ipſi Conſeruatores, ſed magis priuilegiati alijs. *ibid.* an, quomodo, & quando in Ordinum negocijs ſe ingerere valeant. 1405. 1412. Superiorum auctoritatem tueri præcipuè tenentur. 1405. 1410. ſubditoſque iniuſtè grauatos. 1411. qui ob id poſſunt ad ipſos appellare, & quomodo. V. *Appellatio*. & contra Religionum moleſtatores per cenſuras procedere. 1412. an autem contra Regulares ipſos. *ibid.* eorum facultas quoad licentias pro acceſſu ad Vrbem, quomodo intelligenda. 1413. limitatio facultatis Protectorum. omnes Protectores Religionum communicantium in priuilegijs afficit, & cur. 1406. ſicut & vni Protectori in Religionis fauorem conceſſa, omnibus Protectoribus competunt. 1409. Ipſis de Oraculo viuæ vocis atteſtantibus credendum. 495. 1225. 1415. In Ordine Eremitarum antiqui. 1403. & qui vſque ad hanc diem. *ibid.* eorum auctoritas. 1404. 1405. 1414.

Prouincialis eſt in ſua Prouincia Ordinarius. 1037. pars, & caput cuiuſque Conuentus. 1038. adeoque poteſt præſidere & cum ſuffragio in Capitulis. 1037. 1038. & in Nouitiorum approbationibus. *ibid.* ad 1043. eoſque ad profeſſionem admittere. 1067. *& ſeq.* & id Priori prohibere, & quomodo. 1040. habet in ſe collectas inferiorum facultates. 2038. 1072. apud nos cuius auctoritatis. 1041. 1069. 1482.

Digitized by Google

1482. à Capitulo generali limitabilis. 1482. non poteſt reeligi. 1278. nec ſuffragari in Capitulo prouinciali. 1375. *& ſeq.* & qualis eius facultas in Capitulo generali. 1327. & 1341.

R.

Redditus annui quid eorum nomine. 1116. 1122. non veniunt ſub eis legata ad tempus. 1116. nec diſtributiones quotidianæ. 1121. quales prohibiti in aliquibus Religionibus. 1117. *& ſeq.* an tales ſint eleemoſinæ annuæ pro Miſſis perpetuis. 1119.

Reformatio Religionum quid. 342. admittit nouas Conſtitutiones. 343. *& ſeq.* 449. etiam rigidiores. 344. 451. à quibus fieri poſſit. 347. an à Prælato locali. 350. eam impugnantes excõmunicati. 354. à Pontificibus præcepta. 356. nõ tollit identitatem Ordinum. 483. nullo modo Cõuentualibus præiudicialis. 363. *& ſeq.* 504. *& ſeq.* ſed Religiones exornat. 505. 506. V. *Religio*.

Reformator non eſt quis per hoc quod Reformationem foueat. 408.

Reformatus decet quod habitu differat à non Reformato. 579. non verò viſitetur ab illo. 1476. V. *Religio. Religioſus. Vniformitas*.

Regula vnde ſic dicta. 852. quid ſit. *ibid.* 853. venit nomine legum. 851. & inuictarum, & cur. 861. à diuerſis compoſitæ. 860. *ad.* 866. ſine Papæ approbatione nullæ. 853. & quot, & quænam approbatæ. 937. ſine quo nec poſſunt mutari. 940. *& ſeq.* differunt à Conſtitutionibus. 303. 939. *& ſeq.* quot & quæ ſpecies rerum præceptarum in ipſis. 960. 961. quomodo obligent. V. *Lex. Præceptum. Tranſgreſſio*.

Regula S. Auguſtini quid ſit. 853. quotuplex. 884. *& ſeq.* ab eo compoſita. 87. 893. ad normam Regulæ Apoſtolorum. 87. 857. *& ſeq.* & quando. 87. & in quo monaſterio. 872. & fuit Regula ſpecialis. 857. ad 861. non verbalis ſed ſcripta. 862. primò pro viris, non fœminis. 873. *& ſeq.* & cenſura Eraſmi quod pro fœminis damnata. 893. 894. & ſi compararetur ſpeculo. 877. quantum differens ab ea in *epiſt.* 109. pro fœminis. 885. licet in eadem epiſtola ad ipſas ab Auguſtino accomodata. 894. & quando. 887. 999. vnde eſt viris, & fœminis communis. 884. nullatenus verò ab ead. epiſtola à S. Benedicto Anianenſe ad viros accomodata. 888. *& ſeq.* facta pro Eremitis, & non Canonicis Regular. 901. *ad.* 935. cum nihil in ipſa quod Clericatum redoleat. 915. 932. & pro ipſis ſolos Sermones *de commun. vit. Cleric.* compoſuerit Auguſtinus. 909. 911. 912. & ipſi nec de. 813. eam obſeruarent. 895. *& ſeq.* 915. *& ſeq.* & ſolum longè poſt primò, & à quo receperint. 918. quo tamen ſenſu dicatur Canonica. 281. 913. & an ſit ſermo tertius ad Clericos. 903. *& ſeq.* & ſub ea vixerunt & primi Auguſtiniani. 857. *& ſeq.* 885. *& ſeq.* & à Tarnatenſibus Monachis ante ann. Chriſti. 500. obſeruata. 891. 893. A S. Donato in Hiſpanias primum inuecta. 426. 427. 867. & mitior. 427. & qualiter. 427. 868. *& ſeq.* quomodo auſtera, & mitis. 426. 868. *& ſeq.* De ea Sacri Canones. 866. & libri antiqui. *ibid.* cur verò non in Concilijs aliquibus. 895. *ad.* 901. 914. *& ſeq.* data ab ipſo S. Auguſtino S. Norberto. 872. Vtilitas eorum qui illam obſeruant. *ibid.* nihil in ea inuentum ab Eccleſia quod corrigeretur. 875. 938. eius titulus: *Ad Seruos Dei*. 885. 893. 931. hoc eſt ad Eremitas. 932. quam paupertatem præſcribat. 920. 921. *& ſeq.* poſſeſſionem immobilium in communi permittit. 298. 429. non tamen præcipit. 432. exercitia litterarum intendit. 886. 929. 930. ab Eccleſia approbata, & quando. 275. 866. 873. 936. & ante illam S. Benedicti. 937. eius excellentia, & diſcretio. *ibid.* nõ obligat ad mortale. 973. 974. ſed tantum ad veniale. 975. 976. V. *Conſtitutiones. Lex. Præceptum. Regula. Tranſgreſſio*.

Regula S. Benedicti non reicit exercitia Clericalia. 11. ſed admittit Sacerdotium. 16. mirificè diffuſa in Regno Franciæ. 890. 896. cultellorum delationem admittit. 802. quandò, & à quo Pontifice approbata. 937. ad eius præſcriptum viuere iubentur à Concilijs Benedictini. 900. 916. 917.

Religiones per quot, & quæ conſtituãtur. 476. earum exordium ab Apoſtolis. 30. *& ſeq.* & quomodo. 34. 35. an ſint nouus Monachatus alius ab antiquo. 201. *& ſeq.* neceſſariò ab Eccleſia approbandæ. 272. V. *Approbatio* & approbatæ cenſentur ex antiquitate. 279. ſicut & ipſo iure, quæ Lateranenſe Concilium præceſſere. 292. 295. 296. non omnis in eis mutatio eas mutat eſſentialiter. 259. ſicut nec diuerſitas Religioſorum intrà ipſas tollit identitatem. 484. quomodo, & per quid inter ſe diuerſificentur. 240. an per votorum diuerſitatem. 482. & quorum votorum. 486. & per quid laxata ab obſeruante. 339. *& ſeq.* & à Reformata. 342. quæ tamen eadem eſt cum illa. 483. ſtrictior vndè dicatur. 1190. 1192. V. *Ambitio. Habitus. Profeſſio. Priuilegium. Statutum*.

Religioſus non obligatur ad obſeruantiam Regulæ & Conſtitutionum pluſquam illæ obligant. 1102. nec ex vi voti obedire Prælato niſi in concernentibus explicitè, vel implicitè Regulam. 955. vndè acceptare tenetur reformationem. 354. & peccat reſiſtendo. 355. etiamſi profeſſus in Religione laxata. 356. *& ſeq.* & eidem auſteriora precipienti, & quando parere. 345. & etiam in re dubia. 997. Non eſt Sanctus à reformatione, neque non ſanctus, quia in Religione laxata. 363. neque hic minus filius ſui Fundatoris illo. 364. & excommunicatur qui denegauerit. *ibid.* nec vnus debet alterum irridere. 365. 366. tenetur ſuæ Religionis habitum deferre. 598. & dimittens, quando, vel non excomunicatus. *ibid. & ſeq.* & 602. & quid ſi non animo apoſtatandi. 601. aut ſine ipſo dormiat. 603. debet incedere aſſociatus. 879. & vbicumque ſit, eſt ſui ſuperioris iuriſdictioni ſubiectus. 1004. non poteſt inuitus cum detrimento famæ in aliam Prouinciam trãsferri. 1367. nec cauſa non probata puniri. 1369. & quis naturalis alicuius Prouinciæ dicatur. 1269. V. *Confeſſarius. Epiſtola. Monachus. Monaſterium*.

Renuntiare factis pluſquam renuntiare verbis. 1209. non poteſt Clericus his quę Clericale priuilegium concernunt. 1207. neque apud nos quis ſuę voci. 1209. & ſub qua pæna. *ibid.* & qui illi renuntiare cenſeantur. 1209. 1211. 1317.

Renuntiatio officij generalis tempore Capituli generalis à quo acceptanda. 1325.

Reus nullus condemnandus inauditus. 1236.

S.

Sacerdos quilibet in articulo mortis confeſſarius. 1428. & apud nos etiam in itinere. *ibid.*

Sacerdotium, & Monachatus ad inuicem decorantur. 24.

Saccus antiquitus pænitentium habitus. 571.

Sacriſta Papæ ſemper ex Ordine Eremitarum. 335.

Salus proximi à quocumque procuranda. 3.

Sancti nomen commune primitiuæ Eccleſiæ Chriſtianis. 48. antiquitus quomodo canonizati. 278.

Sandalium calceamentum eſt. 739. 742. quin & calceus genericè. 740. non tamen ſpecificè. 741. dicitur mundiſſimum, & ſimpliciſſimum. 762. 781. 782. & eo vti virile eſt. 781. non habet corium deſuper. 742. idem ac ſolea. 743. 744. alligabatur pedibus. 743. & hæc eius proprietas. 760. *& ſeq.* idem ac caliga. 745. eſtque & ipſum tegmen pedum. 832. eo vſi antiqui. 760. & pauperes. 763. diciturque calceus Apoſtolicus. 766. V. *Apoſtoli. Chriſtus. Monachi*.

Scientia, quæ requiratur in recipiendis ad habitum. 1010. quæ in Pręlatis. 1254. & quę in Cardinalibus 1433.

Scrip-

Scriptura Sacra quomodo interpretanda. 754. 771. ſenſus eius myſticus fundatur in litterali. *ibid.*

Scrutatores debent eſſe de Collegio. 1228. 1305. quinam apud nos. *ibid.* etſi tres eſſe debeant & quarè. 1306. addi poteſt & quartus, & quando. 1306. *& ſeq.* qui tunc eligendus à Capitulo. 1306. & iuramentum præſtare deberet. *ibid.* eorum munus quale, & quæ in eo ſeruanda. 1313. *& ſeq.*

Secretum nō obligat, vbi de damno Communitatis. 1239. & quomodo. *ibid.* ſeruandum à Definitoribus, & quando. 1354. 1445. V. *Suffragium*.

Sedes Apoſtolica Ordinis Eremitarum inſtitutrix. 242. & quo ſenſu. 247. vbi eius confirmatio neceſſaria, nullus actus ſine illa. 949. legibus Regularium non ſubijcitur. 950. eius auctoritas facit ceſſare illam inferiorum. 952.

Sepultura. V. *Habitus*.

Seruitus Dei nomenclatura Monachatus. 45. ſicut & *Serui Dei* Monachorum. *ibid. & ſeq.* & quando ipſi tali nomine ſignificentur. 49. 931. 932.

Simonia quid. 1300. committitur in electionibus. *ibid.* & quot modis. 1301. 1302.

S. Simplicianus cooperator conuerſionis S. Auguſtini. 37. 186. Mediolani Monaſticum inſtitutum reparauit. 107. ab eo illud accepit Auguſtinus. 186.

Solea calceamentum eſt. 739. ſine corio deſuper. 743. idem ac ſandalium. *ibid.* alligatur pedi. 744.

Solitudo duplex anachoretica, & cænobitica. 173. 174. quid propriè ſignificet. 175.

Sponſalia, quando reuocari poſſint. 1029.

Status Religioſus quid dicat. 27. 29.

Statuta quando arctiora condi poſſint in Religionibus. 344. *& ſeq.* facultas illa faciendi dicit actum iuriſdictionis. 955. & ab eo regulatur. *ibid.* annullantia profeſſiones ob infirmitatem an valida. 1014. particularia pro vna Religione non ligant alias. 1185. neque ratione ſimilitudinis. 1186. ſemper interpretanda quoad fieri poſſit ſecundum Canones. 1255. & ſtrictius, vt minus corrigant ius commune. *ibid.*

Studia litterarum Monaſtico ſtatui non contraria. 6. *& ſeq.* illis vacabant antiqui Monachi. 929. 930. & vacare tenentur ex Regula Auguſtiniani. 386. 929. 930.

Stylus elocutionis. V. *Auctor*.

Subreptio quando habeatur. 1358.

Subrogatus debet eſſe eiuſdem qualitatis cum eo cui ſubrogatur. 1386. habet eamdem illius iuriſdictionem, & auctoritatem. 1073. & omnia quæ illi competebāt. 1330. 1373. 1452. & quādo. 1502. 1503.

Subditus. V. *Religioſus*.

Subtalares, ethymologia qualis. 804. idem ac callepodia. *ibid.* 806. 841.

Suffragium non habent in vllo negotio apud nos voce priuati. 1037. 1392. datum alicui pro aliquo officio, dat illi ius ad ipſum. 1220. ſemel poſitum in vaſe non poteſt extrahi. 1313. cum cruce, vel inutile nō computandum. 1209. 1317. per litteras prohibitum. 1244. debet eſſe ſecretum. 1286. 1310. *& ſeq.* etſi arguitiuè ſciatur. 1396. & per ſchedulam ſcriptam. 1310. & ſi non ſecretè nulla electio. 1311. 1312. nec poteſt quis notificare cui ſit ſuffragaturus nec ne. 1286. 1311. non tamen nulla electio, ſi dixerit. 1312. Quot ſuffragia requiſita pro approbationibus Nouitiorum. 1025. quot pro legitimatione Vocalium. 1236. quid in paritate votorum. *ibid.* quot pro confirmando in officio. 1275. 1281. quot pro reſolutionibus Capituli generalis. 1340. quot pro ordinationibus eiuſdem. 947. an abſentium ſuffragia ſuppleri poſſint. 1387.

Superior tenetur Regulæ obſeruantiam procurare. 348. 352. *& ſeq.* & eam poteſt ſub præcepto iniungere. 998. qua tamen cautela. *ibid.* & ſi ipſe ad illam inhabilis tenetur renuntiare, & quando. 1455. erga ſubditos poteſt quidquid non eſt illi ſpecialiter prohibitum. 1432. aut alteri reſeruatum. 1041. & eos etiam extra Conuentum præceptis adſtringere. 1004. à maiore tamen ſuperiore in caſibus particularibus poteſt hæc eius facultas coarctari. 1040. V. *Diſpenſatio*. *Præceptum*. *Prælatus*. *Religioſus*.

Supprior eligitur in Capitulo generali in adiutorium Prioris & pro quibus. 1485. an poſſit ſibi Confeſſarium eligere. 1486. 1487. abſente, vel mortuo Priore eſt Prælatus in capite. 1373. tuncque poteſt ad profeſſionem admittere. 1073. an ſuffragari in Capitulo prouinciali. 1373. an Vicarium ſubſtinere. 1488.

Suſpenſio in præceptis quam culpam indicat. 972. ab Ordine, & iuriſdictione diuerſa 1240. impedit electionem paſſiuam. 1251. & qualis actiuam. 1240. quid ſi latæ ſententiæ. V. *Cenſura*.

Suſpenſus ab vno actu, non eſt ab altero. 1240. & ab officio non eſt à beneficio. *ibid.* caret iuriſdictione actuali. 1425.

T.

T*Empus* à lege ordinatum dicitur de forma. 948. ſicut ab eadem aſſignatum pro electionibus. 1202. quo non obſeruato nullæ ſunt. *ibid.* modicum pro nullo reputatur. 1265. non tamen vbi eſt de forma. 1050. vt in anno Nouitiatus. *ibid.* & in ætate pro profeſſione. 1047. & in annis profeſſionis ad effectū ſuffragandi in electione. 404. 1238. & in annis vacationis ab officijs. 1265. quantum requiritur, vt legatum dicatur perpetuum. 1116.

Tertiariæ in Ordine Eremitarum quo fine inſtitutę. 645. quibus priuilegijs fruantur. 613. quibus Tertiarij. 616. dicuntur Fratres, & Sorores Tertij Ordinis. 584. 613. eorum indulgentiæ. *ibid.* 615. 616. ab omnibus Mendicantium Prælatis poſſunt inſtitui. 582. *& ſeq.*

Teſtes domeſtici qui in facto antiquo admittendi. 244.

Therapeuta ſic dicti à Philone Monachi. 92. 94.

S. Thereſia etſi inops plura fundauit monaſteria. 197

V. Thomas à Ieſu reſtitutor Excalceatorum in Ordine Eremitarum. 390. multa hinc perpeſſus. 391. zelator obſeruantiæ. *ibid.*

Tiara tegmen capitis, & quale. 572.

Titulus eius claritas denotat præeminentiam honoris. 1497. *Ordinis Eremitarum*, vnde. 205. 206. modus eo vtendi. 210. V. *Ordo Eremitarum*. *Seruorum Dei*. V. *Seruitus Dei*.

Tonſura antiqua in Monachis, & Clericis. 717. illorum qualis. 618. 619. eorum propria corona. 720. Barbæ qualis. 725. *& ſeq.*

Tranſgreſſio omnis Regularum ſaltem venialis. 975. vnius præcepti quando duplex peccatum. 961. V. *Materia peccati*.

Tranſitus ad ſtrictiorē quando liceat. 1191. quando non. 1192. nullus ſine licentia, petita ſi a Calceatis ad Excalceatos. 423. obtenta verò ſi ab his. 1192. qui ſolum poſſunt ad Carthuſiam. 1190. non verò ad aliam quamcumque etiam Excalceatorum eiuſd. Ordinis ſine Papæ licentia. *ibid.* licet hi poſſint ad nos tranſire. 1197. & ad quem Prælatum ſpectet licentiare. 1193. & quando teneatur. 1194. tranſitus ad laxiorem etiam Sede Apoſtolica conſentiente, ſi ſine cauſa, nullus. 1195. & pro quo foro. *ibid.* cuius ſedis licentia non illam ſuperiorum excludit. 1196. & tranſeuntes ad nouam probationem tenentur. 1197. an & ad profeſſionem. *ibid.* 479. an ad vota particularia prioris Religionis. 1171. *& ſeq.* V. *Vota*. *Votum non ambiendi*. & quorum incapaces, ſi a Mendicantibus ad non Mendicantes. 1174.

Tunica, Monachorum veſtis. 546. ſine manicis. 553.

V.

V*acans* ſimpliciter prolatũ comprehendit omnem modum vacationis. 1447.

Vacatio ab officijs pro aliquo tempore laudabilis. 1257. quos liget apud nos. 1258. an eos, qui electi non exercuerunt. 1259. 1260. & à quibus officijs. 1256. 1261. ad quæ pro toto tempore vacantiæ nullatenus poteſt quis eligi. 1264. 1265. an nec in Commiſſarium, aut Vicarium. 1261. *& ſeq.* & ſi diſpenſetur pro vno triennio, an debet vacare in ſubſequente. *1266.*

S. Valerius dat Auguſtino hortum pro monaſterio. 118. 155. & vbi. 120. 121. & quarè. *99.* 140.

Verba accipienda ſecundum proprium ſignificatum 286. & iuxtà communem acceptionem. 287. & ſecundum mentem proferentis. 623. 1262. & in ſenſu veriſimiliori. 623. & ſecundum ſubiectam materiam. 1228. 1422. ad vitandum abſurdum impropriand a. 291. aut ſi illis non conueniat natura rei. *ibid.* & ne reddantur ſuperflua. 988. generalia ſemper reſtringuntur ad habilia. 624. & quibus ipſa nõ conueniunt, nec conuenit legis diſpoſitio. 630. 1501. impetratiui modi ſunt latæ ſententiæ. 1276. 1425. V. *Intentio. Interpretatio. Lex. Statutum.*

Veriſimilitudo dicitur ſuccedere menti. 987. attendenda in interpretationibus. *ibid.*

Veſtis candida in Baptiſmo. 52. Monachi nõ ferenda à Canonico. 43. Religioſorum ſine vanitate. 878. 925. an ab ipſis lauanda, vel lauari prohibita. 880. 925. V. *Habitus.*

Vicarius in capite verus Prælatus, & quæ eius poteſtas. 231. 1073. 1487. ſubſtitutus non poſſidet nomine proprio. 1497. ſubiectus ſubſtituenti. 1498. nequit præcedere Priorem in proceſſione. 1497. *& ſeq.* an poſſit ſubſtituere. 1500. Titulus Vicarij non impedit iuriſdictionem eſſe ordinariam. 1416. 1417. vt in Vicario Epiſcopi. 1416. qui ſi Canonicus non præcedit alios in Choro. 1382. 1494. nec ei debetur honor ſui principalis. 1504. nec præcedentia. 1505.

Vicarius Generalis noſter eligitur & confirmatur independenter à P. Generali. 401. 586. 1417. in re eſt ſuorum Fratrum Generalis. 481. *697.* 1418. *& ſeq.* & fruitur omnibus iuribus, & præeminentijs Generalium. *697.* 1426. & ſuam facultatem delegare poteſt. 1420. & Confraternitates erigere. 492. 697. 1420. & ſubditorum priuilegia limitare. 499. 500. interpretari, declarare, & quomodo. 502. diſpenſare cum illegitimis. 1252. & ſuper Conſtitutionibus, & quomodo. 1431. & an in pænis. 1432. & quid ſi inflictæ à Iudice inferiore, aut Definitorio. *ibid.* ſine eius licentia nullæ impetrationes à Sede Apoſtolica. 503. an item nulla profeſſio. 1078. *& ſeq.* cum ſine illa nullus poſſit ad ipſam admitti. 1075. ſicuti neque ad habitũ. 1007. etiam poſt Decreta S. Cõgregationis pro Nouitijs. 1076. aut ad Sacros Ordines, vel Confeſſiones. 1424. pro quibus eam dare non poteſt, niſi præcedente Capituli approbatione. 1424. nulla tamen profeſſio, ſi non eius nomine. 1097. *& ſeq.* Habet plenam poteſtatem in Congregatione. 1421. exceptis Definitorio reſeruatis. *ibid.* an teneatur Definitorum conſilium petere, & quando. 1422. & an ſequi. *ibid.* quas culpas poſſit ſe ſolo punire. 1423. Ad ipſum ſpectat dare licentiam tranſeundi ad aliam Religionem. 1193. 1196. & non poteſt pro ſequenti triennio reeligi. 1275.

Viſitatio quid. 1476. eſt delegabilis. 1074. 1472. 1476. quoties poſſit fieri. 1476. eius ius an poſſit præſcribi. 1472. apud nos ad quos ſpectet. 1474. & quo ordine. *ibid.* in ea adhibendum præceptum non iuramentum. 1475. an ab ordinationibus in ipſa factis poſſit appellari, & quomodo. *ibid.* Reformati à non reformato dedecens. 1476. vel ſaltem ſine ſocio reformato. 1472.

Viſitatores Generales apud nos duo. 1471. eadem poſſunt in viſitatione quæ P. Vic. Gen. & quomodo. *ibid.* ſi tamen aſſotiati. 1472. non poſſunt delegare. *ibid.* ſunt in auctoritate æquales. 1471. qui eorum viſitationi ſubdantur. 1472. quę eorum præcedentia, & pro quo tempore. 1496. non poſſunt reeligi. 1278. nec ſecũdus in primum. 1279. aut è contra *ibid.* *Delegatorum* auctoritas qualis. 1473. litteras commiſſionis exhibere tenentur. *ibid.* & ſtatuta an facere poſſint. *ibid.*

Vita Communis in primitiua Eccleſia à Laicis obſeruata. *96.* redacta ad ſolos Monachos. *ibid.* ideò antonomaſticè pro vita Monaſtica. *95.* à quo poſt Apoſtolos reſtituta. 938. *Contemplatiua* non impeditur à prædicatione, & doctrina. 7. 8. 11. *Apoſtolica* in quo ſita. 85.

Viuæ vocis oracula, quæ ad eorum rationem requiſita. 494. non amplius talia, ſi aliqua conſtitutione confirmata. 317. 616. quænam reuocata. 314. 315. 493. quæ verò non. 493.

Vniformitas in Religionibus obſeruanda. 733. quoad habitum. 544. 843. etiam in tonſura. 736. & in obſeruantijs. 1444.

Vnio duplex, & qualis. 249. exemplum in vnione phyſica, & ſubſtantiali. 250. item in vnione Eccleſiarum. 251. vtriuſque effectus. *ibid.*

Vniuerſitas eius naturæ cenſenda, cuius maior pars. 1105.

Vota conſiliorum perfectio. 33. immobilitant animum *ibid.* petunt eſſe perpetua. 1175. Ab Apoſtolis emiſſa. 33. quomodo ad illa adſtricti antiqui Monachi. *69.* per quid reddantur ſolemnia. 1136. an particularia ceſſent per tranſitum ad aliam Religionem. 1171. *& ſeq.* & an per promotionem ad Epiſcopatum. 1178. *& ſeq.*

Votum Caſtitatis ſolemne impedit, & dirimit matrimonium. 280. 283. *Obedientiæ* ad ea omnia extenditur, ad quæ poteſt Religio præcipere. 357. 360. V. *Obedientia. Profeſſio. Religioſus. Paupertatis* an poſſit ſtare cum retentione bonorum. 67. 283. V. *Paupertas.*

Votum humilitatis, ſeù non ambiendi Prælaturas quando apud nos cepit. 409. 1094. conforme Regulæ D. Auguſtini. 452. *& ſeq.* & conuenit Religionum reformationi. 455. *& ſeq.* quæ non per hoc mutarentur ſpecie. 483. *& ſeq.* ſolemne eſt, & ſubſtantiale. 1136. validũ, & licitum etiam quoad non acceptationem Epiſcopatus. 1137. 1138. an expediat in ea Religione, in qua aliqui procurant. 1139. quid importet actus non prætendendi, qui ſit contra votũ. 1141. 1144. 1146. 1147. 1149. *& ſeq.* duplex directus, & indirectus. 1141. item per ſe, & per alium, a directo, & indirecto diuerſi. 1156. Nõ cadunt ſub voto actus interni. 1140. ſed externi, & quales. 1142. *& ſeq.* nec omnis actus ambitionis eſt contra votum. *ibid.* ſed ſolus externus manifeſtatiuus deſiderij Prælaturæ. 1143. *& ſeq.* & qualis manifeſtatio ad id requiratur. 1144. ad 1154. an in electione ponens ſchedulam albam, & inde remaneat electus peccet contra votũ. 1155. ad quæ officia apud nos ſe extendat. 1159. & an ad aliquod aliud ſi de nouo declaretur. *ibid.* ad quas Prælaturas extrà Religionem. 1160. de quibus ſolum intelligitur votum non eas acceptandi ſine præcepto. 1164. & ſic non poſſunt ſine illo acceptari. 1165. quod à ſolo Papa poteſt fieri. 1166. 1167. cũ nullus alius poſſit aut id præcipere, aut commutare, vel diſpenſare. 1166. & quale debeat eſſe hoc præceptũ. 1168. & an ad id requiratur, vt Papę innoteſcat votum. 1169. ſicut an Eccleſiæ neceſſitas, vt poſſit acceptari. 1170. Non ambiendi Laicorũ quomodo violetur. 1182. an per procurationem indirectam. 1183.

1183. Durat vſq; ad mortem. 1271. etiam in tranſeuntibus ad aliam Religionem, vel expulſis. *ibid.* 1184. quod intelligendum etiam de procuratione intra Religionem. 1172. *& ſeq.* ſicut & in promoto ad Epiſcopatum quoad alias Prælaturas. 1178. *& ſeq.* Procurantium pænæ apud nos quæ. 454. 1188. *Vox*, ea priuantur facientes practicas pro electionibus. 1286. & priuati non poſſunt in eis ſuffragari. 1242. apud nos nec in vllo negotio. 1037. 1392. dummodò non ſint tolerati. 1242. V. *Capitulum. Renuntiare. Suffragium.*

Z.

ZElator in Capitulo culparū quid facere debeat. 1391. peccat zelare omittens. *ibid.*
S. Zoſimus Papa approbauit Regulam D. Auguſtini, & eius Fratribus prædicandi facultatem fecit. 231. 275.

BIBLIOTECA ... ROMA VITTORIO EMANUELE

FINIS.

BENEVOLE LECTOR.

Parce erratis, tum quia et Argum effugerent; tum quia Typorum proprietas, nunquam ſine mendis. Notabiliorū accipe cenſuram.

Num.	linea.	Error.	Correctio.
13.	30.	adhortantibus	adhortationibus.
67.	1.	inquam	in quam.
95.	7.	non fuiſſe	fuiſſe.
96.	28.	illorum	iſtorum.
105.	7.	Schytiæ	Scythiæ.
116.	36.	Auguſtini	Auguſtinus.
117.	3.	quod	quo.
200.	4.	none	non ne.
241.	6.	in vniuerſis	in diuerſis.
243.	16.	in vniuerſis	in diuerſis.
350.	12.	ue	ſiue.
	13.	ſi iniungitur	iniungitur.
360.	25.	conditionibus	intentionibus.
370.	26.	aduerſentur	non aduerſentur.
390.	39.	Fat.	Fratr.
402.	27.	Clem. V.	Clem. X.
428.	53.	monendum tamen ipſum	monendus tamen ipſe.
516.	19.	hunc eſſe	hanc eſſe.
541.	56.	orginem	originem.
554.	25.	ad tales	ad talos.
555.	19.	Baldum	Bladum.
563.			573.
565.	3.	Brictinenſium. Congregationibus	Brictinenſium Congregationibus.
613.	5.	quoadque *quodlib. 6. dub.* 13.	quæ *quodlib. 6. dub.* 13. quoad.
623.	9.	*Confratribus*	*Confraternitatibus.*
633.	21.	Dominio	Domino.
676.	58.	ex iniuria	ex incuria.
749.	6.	ſic Ludouico	ſic ex Ludouico.
804.	9.	Conſtantius	Conſtantinus.
849.	6.	quid	qui.
855.	25.	aſſeruauimus	aſſeuerauimus.
881.	4.	*dub. ſeq.*	*num.* 933.
922.	4.	quo iſtis	quo itis.
940.	17.	S. Antonius	S. Antoninus.
1114.	7.	optandi	aptandi.
1233.	6.	ad ad	& ad.
1343.	vlt.	ſtantibus. Conſtitutionibus	ſtantibus Conſtitutionibus.
1373.	17.	ſed quia	ſed qua.
1400.	9.	& ſe	& ſi.
1402.	19.	aperiret idem	aperiret. Idem.
1445.	42.	proprie	propriæ.
1457.	15.	eidem	idem.

Aliqua, cum in ſola characterum, vel tranſuerſione, vel alteratione, vel etiam improprietate, vt vbi æ pro e, conſiſtant, ſolo aſpectu dignoſces, patientiuſque tolerabis.

Digitized by Google